Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
7 M E
1

Digitized by Google

63-7-E-1

NIZOLIVS, SIVE THESAVRVS CICERONIANVS,

OMNIA CICERONIS VERBA, omnemq. loquendi, atq. eloquendi uarietatem complexus.

Nunc iterum

DIMIDIA FERE PARTE AVCTIOR,


Ita ut

plane alium, ſi cūm alijs conferas, ſis iudicaturus.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Item Index

In quo uulgaria uerba, & barbara quamplurima, ſubiectis Ciceronis puriſſimis uerbis, indicantur, & ipſe non contemnenda acceſſione locupletatus.



VENETIIS · M D L X X V I

MARIVS NIZOLIVS BRIXIENSIS,

BIBLIOTECA ... ROMA

IOANNI FRANCISCO GAMBARAE S. P. D.

IN omni munere largiendo, & omnino in omni officio tribuendò, cum multa alia conſiderāda arbitror, Ioannes Frāciſce Gambara, tū in primis duo: primum ut ei largiamur, cui plurimam gratiam debeamus: deinde ei, qui eo munere quā digniſſimus eſſe uideatur. Sic enim & officij ipſius ratio poſtulat: & ita traditum eſt ab ijs qui hac de re præcepta nobis reliquerūt. Quamobrem cum abſoluiſſem has obſeruationes meas in Marcum Tullium Ciceronē, ac de eis, ut mos eſt, dicandis me cum cogitarem, tu mihi primus omniū ſtatim occurriſti, qui hoc muneris, quale id cumque eſſet, tibi quaſi tuo iure uēdicares. Nam quamquam poſſum multos commemorare, quibus plurimum debeo, & in ijs præcipue clariſſimū & ampliſſimum uirum, eundemque Iuris ciuilis longe peritiſſimum, Matthæum Auogadrum, & eius filium Camillum adoleſcētem omni corporis animique uirtute ornatiſſimum, qui me antea ſibi multis & magnis de cauſis maxime obligatū, nūc etiam obligarunt magis, cum in editionem huius operis omnem pecuniam mihi liberaliſsimè ſuppeditarunt: tamen & ipſi qua ſunt modeſtia, & cæteri omnes facilè patientur, vt me tibi, plus quàm ſibi deuinctum eſſe cōfitear. Tu enim primum hoſpitio me accepiſti, quo iam tertium & decimum annum honeſtiſsimo vtor: tu tenuitatem meam liberalitate tua ſemper ſuſtentaſti: tu literas & ſtudia mea nunquam fouere, & excitare deſtitiſti: tu me omnibus rebus aſsidue, prout facultates tuæ tulerunt, & auxiſti, & ornaſti. Quid multa? niſi tu fuiſſes, ego plane nihil eſſem. Quare non ſolum mea omnia, ſed me ipſum prorſus me debere tibi fateor. Neque vero cum me tibi iam deuinctum eſſe intelligam, tu nō hoc munere quam digniſſimus mihi uideris: quem cum multis alijs nominibus iure laudandum, atque ab omnibus ſuſpiciēdum arbitror, tum uero maxime hac de cauſa, quod miro quodam literarum atque omnium bonarum artium ſtudio incenſus es: & cum non ſolum latine, ſed etiam græce luculenter ſcias, attamen in dies ſingulos & plura diſcere, & doctior euadere conaris. Nam eximia liberalitas, & magnificentia, qua non modo tu, ſed tota domus Gambara in primis cōmendatur: prætereaque religio, pietas, morum ſuauitas, cæteræque virtutes ita in te enitent, ut cum multis alijs principibus viris & paribus tuis tibi ſint cōmunes: at vero tantum ſcientiæ ac ſapientiæ ſtudium, omnino cum paucisſimis. Nō enim vt Neoptolemus ille Ennianus paucis tibi philoſophandum putas, ſed vt Cato ille ſapiens dicitur etiam in curia, dū ſenatus cogeretur, lectitare ſolitus, & hanc ab cauſam helluo librorum appellatus: ſic tu cū per familiares occupationes liceat, numquam intermittis ſtudia doctrinæ: cū doctiſſimos quoſq. utriuſque linguæ ſcriptores frequenter legas, tamen unius Ciceronis lectione potiſſimum delectaris, & eius dicendi genus ſane quam feliciter adumbras. Quāobrē has obſeruationes ex omnibus Ciceronis operibus collectas, & ad eloquētiam

adipiſcendam (vt nos arbitramur) maxime utiles ac neceſſarias, tibi & Ciceronis & eloquentiæ ſtudioſisſimo, potisſimũ conuenire ſumus arbitrati: & eo magis, quod eas abhinc annos nouẽ (ut ſcis) tua cohortatione & impulſu quaſi coacti elaborandas ſuſcepimus: tũ deinceps reliquis annis, opibus & liberalitate tua ſuſtentati, maximis laboribus, uigilijſque iam tandem ad exitũ perduximus: ad extremum uero etiam iuſſu tuo curauimus, vt ad Pratum Albuini, atq. in ędibus tuis imprimerentur (utendum eſt enim verbo nouo, in re noua) atque ita ad communem ſtudioſorũ omnium uſum in lucem ederentur. Quibus omnibus de cauſis has ipſas iure optimo tibi dicamus, & nomini tuo conſecramus, teque earum conſtituimus tamquam patronum & tutorem, ut quod opus te auctore, adiutore, & quaſi perfectore natum eſt, idipſum etiã in nominis tui præſidio a maleuolẽtisſimis inuidiorũ obtrectationibus tutum appareat. Nam ſunt plurimi hoc tempore, qui nõ ſolum nobis, laboribuſque noſtris, ſed etiã ipſi (ſi dijs placet) Ciceroni grauiter obtrectent, editis neſcio quibus Ciceronianis, & Ciceronibus relegatis. Quibus omnibus equidem hic reſpõdere, & eorum ridicula obiecta refutare decreueram: ſed alijs occupationibus diſtrictus, rem hãc in aliud tempus differre coactus ſum. Quare dũ nos hoc facimus, tuæ interim partes sũt ut & obtrectatoribus iſtis fortiter reſiſtas, & nos Ciceronẽque ſimul defendas ac tuearis: quamquam Cicero ipſe per ſe defenſus eſt, ut nullis cuiuſquam male dictis tanti uiri auctoritas diminui posſit. In quo ego obſeruando, ſi & tibi & cæteris, qui tantopere genus hoc lucubrationis cupere uidebantur, ſatisfeci, gaudeo, uehementerque lætor: ſin minus, grauiter doleo, & me minus potuiſſe quã voluerim, & te non tantum aſſequutum eſſe quantum ſperaueris. Quam autem hoc totum, quantũ cumque eſt, quod præſtitimus, ad eloquentiam comparãdam & utile & neceſſarium ſit, non mihi hic arbitror pluribus explicandum. Nemo enim eſt, niſi plane rudis & imperitus, quin ſciat, ad bene latine ſciẽdum ſcribendumque, quantum habeat uirium ac momenti, nõ ſolum verborum uere latinorum, ſed etiam rerum ac ſententiarum copioſisſima atq. elegantisſima ſuppellex, qualem nos ex Marco Tulio Cicerone: hoc eſt, ex ipſo eloquentiæ parente, & tibi & cæteris bene dicendi ſtudioſis, in hiſce obſeruationibus ſuppeditaſſe arbitramur. Quare iam fidenti animo perge incumbere in iſtud ſtudiũ, in quo es: & ad eloquentiæ principium toto animo, ut facis, atque onmi ſtudio contende. Vale.

L E C T O R I.

AVDI tantiſper, ſi vacat, Lector, dum ego tecum, priuſquam ad Theſaurum accedas, de M. Tullio imitãdo, atque huius operis inſtitutione pauca confero. Non puto te ignorare, eos qui ſuam pictura vitam addixerunt, ſolerti cuidam artifici ſeſe committere ſolere, cuius inuentionem, lineas, colores, accurate imitentur: reliquos pictores plurimum quidem laudare, huic tantum vni inſiſtere, vnum hunc ita obſeruare, vt ſe ad extremum aliquid eſſe confidant, cum ad Michaelis Angeli penicillum lineas aliquot duxerint. Confiteberis id quoque, multorum praeceptorum imitationem, diuerſum quiddam ab eo quod genuinum eſt proferre: nihilque perinde eſſe vtile, quam vnum ex multis eligere, cui nos dicendo ac ſcribendo perſimiles eſſe cupiamus. Quis autem e Graecis Demoſthenem, ex Latinis M. Tullium recte dicendi magiſtros ſibi non hactenus imitandos propoſuit? Sed hoc quemadmodum verbis, aut primo quoque aſpectu non fit, ſic neque quemquam crediderim protinus Ciceronianum euadere poſſe qui non in quo illius eloquentiae vis conſiſtat, diligentiſſime cognoſcat. Quod vt aliquando conſequatur: primum quidem frequenti ac diuturna obſeruatione, pertinaciſſimoque labore ſeipſum vincat oportet, priuſquam aliquot, ad eius imitationem, lineamenta effingat: deinde vero penicillum ita quoquo uerſum inflectat, vt ſaltem illius vmbram aliquam referre poſſit. Neque vero illorum ſententias approbauerim, qui puras atque integras M. Tullii periodos conſuunt, atque in rem ſuam conuertunt: ac multo minus eos qui nulla Ciceronis modorum habita ratione, id vnum nimis religioſe obſeruant, vt ne minima quidem voce vtantur, quae non in illius libris reperiatur. Equidem abunde eſſe mihi videtur, tanti praeceptoris lenitatem, & purum ac candidum dicendi genus aliquando imitari. Etenim vt modos atque actiones in loquendo, ſic in Ciceronis ſcriptis, accentus ac numeros plurimum perpendere eſt neceſſe: quaeque ſit ſingularum orationis partium commoda poſitio: quae compoſita ad euphoniam, quae ad vehementiam, quae ad pronuntiationis ſuauitatem faciant: quidnam interiectum, aut etiam adiunctum: quid ipſas ſententias colliget ac connectat: quid periodos aperiat aut concludat: quid variatum, quid repetitum, quid quoque pacto conduplicatum reperias: quaenam aduerbialia, ad Graecorum formam, magnam venuſtatem adferant: quid denique cohaerere, ac ſine claudicatione conſtare videbitur. Ea ſunt breuiter omnia, quae Latini Rhetoris orationem iucundam ac perpolitam faciunt. Quae ſi tu, Lector, paruo negotio conſequi deſiderabis: en tibi Theſaurum, ex quo ſingula facile depromas: De cuius vtilitate ac ratione, ne quid deinceps dubites, haec habeto.

In hoc igitur Theſauro, non modo varias Latine loquendi formulas inſeruimus, verumetiam res omnes, de quibus Ciceronem vſquam ſcripſiſſe apparet, ſiue id philoſophicum, ſiue hiſtoricum fuerit, ſuis etiam numeris deſignauimus: ex quibus & librum, & paginam, &, ſi me audies, lineam ipſam facile reperire queas. Nam quod ad codicum varietatem attinet: hoc vnum ſcito, nos maiorum Roberti fratris, ac noſtrorum quoque Ciceronis tomorum numeros praecipue adnotaſſe: quos tu vt inter ſe permultum conuenire, ſic nec a maioribus Italicis ac Germanicis Ciceronis voluminibus diſtare deprehendes. De alterius marginis codicibus forte dubitas; nihil vero facilius eſt, quam vt intelligas, te, ſi folium expanſum, in quatuor aut octo foliola complicueris, ipſas quoque lineas conduplicare: ve ex integra folii expanſi, duae in quatuor conduplicati fiant: atque itidem quatuor lineae, ex vnica integri folii in octo foliola conduplicati. Itaque fiet, vt expanſi folii numerus decem, alterius in quatuor reducti, ſit viginti, in octo vero conduplicati, quadraginta. Quae ſingula deſcripſiſſe atque adnotaſſe, immenſi prope laboris, magnoque tibi taedio fuiſſet.

De Nizolii numeris, quemadmodum neque de exacta loquendi formularum productione, minus hic te ſolicitum eſſe cupio. Etenim illum, complicatis in octo foliis, exemplaria ſiue Aldine, ſiue alterius ea forent typographia, obſeruaſſe comperies; quanquam maiorem habent Ciceronis opera dignitatem, quam vt circunferri, aut voluptatis cauſa contrectari debeant. Corruptarum autem loquutionum vitia (quas meo equidem labore, in priſtinam faciem reducere oportuit) ad illius am-

nuenſes refero. Nos, præter id inſtitutum, verborum & nominum themata perſequuti, quæ alterius erant legionis; in ſuum quæque locum relegauimus: vt ſingulis rerum ac nominum coniugationibus, ſingulas loquendi formulas reſpondere ac ſubſequi facile cognoſcas: ſemotis participiis, atque aliis a verborum imperio deſcendentibus. quod idem in nominibus obſeruatum fuit. Verba etiam, quæ tantum vnico tempore pronuntiari ſolerent, item ea, quæ metaphoricas haberent ſignificationes, ſuis titulis diſtinximus,

Ipſa præterea vocabulorum themata, ſingulis lineis, ac paulo maioribus characteribus deſignare maluimus, vt ea tibi iucundiora ac repertu faciliora forent.

Habes ad omnia quæ te ſcire volebam, antequā ad Theſauri lectionem accederes. Quo tu iam, ut videbitur, Lector, pro arbitrio vtere, ac bene vale.

LECTORI

HABES tandem lector optime M. Tullij Theſaurũ: qui quo minus ad conſtitutum tempus ad te peruenerit: fecit infinita pene rerũ ac vocabulorũ congeries, quę vt dimidia fere parte, præter noſtram opinionem, opus ipſum adauxit: ſic omnibus quoq. Latinæ linguę ſtudioſis dimidio maiorem utilitatẽ allaturũ eſſe mihi perſuadeo: modo id quidem illi a Cicerone, hoc eſt ab incomparabilis eruditionis viro ſe adſequutos eſſe fateri non dedignentur. Enimuero recte dicendi præceptorem agnoſcere neminem, aut eorum, a quibus aliquando profecimus, immemores viuere, ſcelus eſt. Nec enim ſatis explicari poteſt, quãto nos demereantur officio, qui noſtram infantiam ſuis ſcriptis ita ſubleuarũt, vt iam ex mutis non loquẽtes modo, verũ etiam eloquentes euadere poſſimus. Illud nimirum longe omnium præclariſſimum dicendi munus, tametſi quibuſdã a natura inſitum eſſe comperiatur: tamen alicuius induſtria opus habet, qui rationem longo vagitum ac ſermonem interuallo ſubſequentem dirigat atque in viã adducat. Etenim pueros ipſos protinus a matrum vberibus loqui: adultos, ac meliore ſenſu (nõ enim idem omnibus cõtingit) præditos, ſtatim a magiſtrorum inſtitutione ſuadere ac dehortari: plebeios, quamuis rudi atque impolito ſermone, tamen vbi didicerunt, vtcunque ſeſe explicare: eos autem recte tum demũ dicere compertum habemus, qui lõgo rationis vſu, in rerum a natura procreatarum inueſtigatione conſenuerunt: adeo quidem magnum eſt, ad ſenſus ac naturæ fœlicitatem, maturum etiam ætatis ac rationis iudicium aliquãdo acceſſiſſe. Ergo nos ab huiuſmodi, qui multis antea ſeculis præceſſerunt, viris, & ornate in quolibet idiomate dicẽdi modũ, & quidquid bonarum artium ac ſcientiarum dici poteſt, accepiſſe confiteamur oportet. Quæquidem omnia, meliorum ingeniorum induſtria deinde exculta ac perpolita, eo tandem excellentię peruenerunt, quo nũc nos illa lõgius emicare cõſpicimus. Teſtis eſt incredibilis illa tot M. Tullii monumentorum pulchritudo: ex quibus rerũ fere omnium ad bene atque ornate dicendum pertinẽtium, ſiue diuinum, ſiue humanum quid expectes, abſolutam cognitionem, omnes in hũc vſque diem deſumpſerunt. Verum cum illis perficiendis & exornandis omnes fere conſumpſerit ætatis ſuæ vires (quod idem magni nominis ſcriptoribus prope omnibus contigiſſe dubitandum nõ eſt) fieri qui poſſe credas, vt tot illuſtriũ virorum perlegendis ſcriptis, vel dimidia hominis ætas ſufficere poſſit? Equidẽ permagno hactenus fuerunt Latinæ linguæ ſtudioſis adiumento, qui tam ingentes veterum præceptorum labores, in eam ſummam cõtraxerunt, quæ maximã condiſcentibus moleſtiam adimere, & ſummam imitationis facilitatem adferre poſſet. Quid enim ſtudioſo cuique ſuauius eſſe poteſt, quam earum, quas ille tantopere deſiderat, dictionum aut ſententiarum eam reperire copiam, vnde ip-

ſe

ſe delectum faciat? In hunc vſum Iulius Camillus ſuum Ciceronis theatrũ, Bartholomæus quoque Riccius,ac Marius Nizolius ſuas in eundem obſeruationes excitarunt. Opus,ita me Deus amet,mediocriter eruditis, imo etiam perdoctis omnibus multum aliquando profuturũ. Nam cum Latinus ſermo,omnium fere nationum magis ſit familiaris interpres,mirum nihil eſſe debet,ſi pleriſque barbaris,atque ab Italia, Latinorum fonte,lõgius diſtractis,minus apte enuntiari, aut etiam deſcribi cõſueuit. Quod vitiũ vt aliquando emendari poſsit,cum non cuiuſuis præceptoris operam aut laborem expoſtulet:certè deligendus fuit peritisſimus aliquis, ex cuius dictione atque eloquutione condiſceremus: plurimũ enim refert a quibus rudes atq. indocti primum inſtituantur. Quis autem, poſt vnum Ciceronem,magis diſerte, aut de tot rebus ſapientius vnquam eſt loquutus? Quiſve antiquorum,qui apud nos verſantur,ſcriptorum, ac Græcorum eruditionem,phraſes,ſententias proprius acceſsit? Iulius quidẽ Cæſar, doctisſimos rerum a ſe geſtarum commentarios, Criſpus Salluſtius bella Catilinæ ac Ingurthæ. Tranquillus duodecim Cæſares,Fabius Quintilianus oratorias inſtitutiones,Liuius ſuas ab Vrbe condita decades doctè atque eruditè conſcripſerunt: quid autem hæc ad M. Tullij lucubrationes? Itaque ad laudãdos quidẽ alios plurimũ, hũc vnũ imitandũ huius dictioni ac loquendi formulis aſſueſcendũ eſſe cenſeo. Ea me res pręcipue cõmouit, vt omnes eius flores (niſi ſi qui fortaſſe inter decerpẽdum nobis imprudẽtibus exciderunt) in vnum faſciculum colligerem ex quo haberent noſtri homines unde bene dicendi facultatem & copiam ſibi deinceps comparare poſſent.

LECTORI.

RECTE M. T. Cicero, id eſſe medium officium definiuit, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſsit. Nam niſi eorum quæ agimus, quæque tractamus, ratio aliqua ſubſit, uel ad omnium, uel ad maioris partis, uel ad eorum quorum ſpectata eſt & perſpecta ſapientia, opinionem accommodata, ſine conſilio, ſineque delectu, ea egiſſe uideamur. Cuius equidem prudentiſsimi uiri præceptum, mihi quoque, qui in hoc opere toto expoliendo, in officii quodam non in poſtremis habendo genere uerſatus ſum, præſtandum eſſe duxi: atque eo magis, quod huiuſmodi officia, in imperitorum quorundam & importunorum ſoleant reprehenſionem incurrere. In alieno enim opere, quod plerique uetant, ingenioſi fuimus, cum MARII NIZOLII, hominis & docti, & certe de lingua latina præclariſsime meriti lucubrationes haſce expoliendas, excolendaſque ſuſcepimus. Verum, officii cuiuſque cauſæ ac rationes inde ſumi poſſunt, ſi quod feceris dixeris ue, aliquam uel utilitatem contineat, uel honeſtatem, uel iucunditatem, commoditatemue; aut eiuſmodi ſit, ut aliqua neceſsitatis pars in eo uidiſſe uideatur. Quod ſi me ego omnibus hiſce rationibus adductum fuiſſe, ut hoc munus ſuſciperem, oſtendero, ſpero me ſi non omnibus at certe melioribus ſapientioribusque ſatisfacturum, alios uero etiam æquiores in habiturum. Ac de utilitate primum conſtat. Nam quis ea utilia eſſe neget, quæ ad linguam latinam augendam, eandemque & illuſtrandam & tuendam ualent? in eo autem genere, labores quos in hoc opere poſuimus, eſſe uerſatos, nemo eſt quin ſciat, modo uelit animum attendere. Quid enim utilius, quam mentis ſenſa ea lingua explicare poſſe, quæ in tota propemodum Europa, id eſt in tertia orbis terrarum parte peruagata eſt? quaque tot præclara, atque utilitatis plena monumenta literarum atque artium continentur? Periit quidem, atque extinctum omnino eſt S. P. Q. R. imeperium illud longe maximum, & ampliſsimum, ſi uirtutem, ſi conſilium, ſi maieſtatem illam ueterem ſpectes: uerum linguæ Romanæ beneficio & munere, uiget adhuc & in multis prouinciis, nationibus, regnis dominatur. Hiſpania utraque, & Gallia, Germania, Anglia, cum adiacentibus inſulis, Sarmatæ, Pannonii, & quidquid fere inter Illyricos Dalmataſque & ſeptentrionalem oceanum, ad Scytarum uſque fines iacet, ut nunc huiuſce linguæ parentem & principem Italiam omittam, omnia Romanæ linguæ ditionis atque imperii eſſe uidemus. Apud has autem gentes, ſiquis domeſtici & uernaculi ipſorum ſermonis ignarus uerſetur, niſi latino ſermone interprete utatur, nihil poſsit agere, nihil cum eis contrahere, ſed mutus & elinguis prorſus eſſe cogatur. Quid, quod eadem ratio ualet in libris, & eruditorum hominum ſcriptis euoluendis? Quomodo enim poetas, hiſtoricos, theologos, philoſophiam denique omnem, ac Ius ciuile legesque intelliget, in quibus uniuerſis tanta utilitas eſt, ut ſine his uix conſtare humana uita poſsit, qui in huius linguæ auctoribus atque magiſtris (ut Græcos pauliſper ſeponamus) non fuerit diu multumque uolutatus? In qua autem re potuimus nos honeſtiore uerſari, his præſertim difficillimis temporibus, in tantaque opinionum peruerſitate? Nam de rebus grauioribus, & ad illum uerum finem bonorum propius ſpectantibus aliquid mandare litteris (in quo nos aliquid potuiſſe præſtare uidebamur, etiamſi quidam nimis inuidioſe id Italis detrahũt, quaſi ipſi ſoli latine ſciant, & Muſæ eorum uno ore loquantur) ſine maximis periculis ac dimicatione, nos poſſe diffidimus. Minore autem inuidia, uberiore omnium fructu, honeſtiore ratione (ut mea ſententia fert) nullum ſcripti genus tractare poteramus. Nam hæc non plus ab honeſtate diſiũgi poſſunt, quam artes ipſe atque doctrinæ, quæ his literis & oratione continentur. Iam ſi ea diſcere præclarum eſt, non poteſt eſſe turpe docere. Cui uero iucundum gratumque non erit, tantas latine orationis diuitias atque opes expoſitas eſſe, tot erutos & patefactos theſauros, tam ſplendidum tam lautum, tamque magnificum apparatum, ſupellectilem tam mundam & uariam, tam commodum inſtrumentum, in promptu beneque diſpoſitum & collocatum habere? Etenim, quod NIZOLIO primum ipſi deinde nobis qui oneri immenſo ſucceſsimus, magnis laboribus multiſque uigilis conſtitit: quodque ſine magna molitione, & grauibus impenſis ab HERVAGIO, typographo ſolertiſsimo, in mille exemplaria deſcribi non potuit, id ad uſum omnium qui uti uolent (uolent autem omnes qui ubique ſunt uere germanæque dictioni latinę ſtudioſi) erit iucundiſsimum. Et ut hoc loco de re ipſa non nihil dicam: ego commoditati omnium ſtudens, primum opus ipſum innumeris prope uerbis & locutionibus ipſius Ciceronis: id eſt, ex libris ipſius collectis adauxi, partim ex BASILII ZANCHI, hominis diligentiſsimi appendice quam totam ſuis locis inſeruimus, partim quæ nos quoque tum legendis Ciceronis libris, tum ueterum commentariis notaueramus. Deinde, quoniam non pauca ſuperuacanea & redundatia ſparſim uidebantur

in

in exemplorum præſertim turba & ſylua (id quod & ipſe NIZOLIVS literis ad me ſcriptis teſtatus eſt) nonnulla etiam adulticina, nos ſumma attentiſsimaque animaduerſione, ea ſuſtulimus e medio, hac cautione ſemper adhibita, ut nihil prorſus in uarietate locutionum, uarioque & multiplici formularum uſu deeſset: & quidem, uel quantum auido lectori ſatis eſſe uidcatur. Poſthæc, uarietatem utendi, ſignificandique, quę omnia antea in ipſa exemplorum ſylua latebant, diſtinximus, & ad certa capita generaque reuocauimus, ut ſtatim inſpicientibus occurrerent. Græca quoq. ab ipſo Cicerone uarijs in libris & locis explicata, in ordinem redegimus. Singulis præterea uerbis & uocabulis, breuem & concinnam interpretationem appoſuimus: aut ex ipſa uerbi rei ue natura petitam, aut ex optimis auctoribus aſſumptã, aut ſimilibus atq. idẽ ſignificantibus. Ciceronia uerbis adornatã. In qua interpretatione, illud operæpreciũ eſt cognoſcere: oĩa paria atq. eiuſdẽ poteſtatis verba, quæ ſynonyma uocant, ſic aliis uerbis eiuſdẽ ſignificationis connexa inter ſeſe aptaq. eſſe, ut qui unũ aut alterum habeat, omnia continuo habere poſsit. Verbum namq. verbũ aliud, vt linum linum, quod dicitur, trahit. Totum deniq. opus ad meliorum codicum & exemplarum fidẽ, præſertim ex PETRI VICTORII & PAVLI MANVTII & IOACIMI CAMERARII caſtigationibus accuratiſsimi pariter & eruditiſsimi emendauimus; quamquam nos quoq. locos aliquot noſtro (ut dicitur) Marte, reſtituimus: uelut, quod in oratione pro Archia in omnibus exemplaribus legebatur, Et marmoratia laudibus: nos cõmoda diſtinctione & literulæ unius immutatione repoſuimus, IN SEPVLCRO SCIPIONVM PVTATVR IS ESSE CONSTITVTVS EX MARMORE. AT IS LAVDIBVS, & reliqua. uelut etiam illud in Bruto, Adhibenda eſt, quam obtruſa ratio; pro quo nos, OBRVSA, legendum eſſe oſtendimus: & id genus alia, quæ ſuis locis indicantur. Hęc autem ſingula quantum momenti, quantumque commoditatis ad recte & expedite linguam latinam comparandam, & autores ipſos intelligendos afferant, qui fateri nolent, eos uel ſane quam inuidos & malignos, uel imperitos vel ſtupidos eſſe neceſſe eſt. Res eſt magni laboris, fateor, quem plerique fugimus, uerum fructu & commoditate compenſatur, ſeu potius uincitur. Quanti autem laboris ſit, redundantia amputare, diminuta ſupplere, lucem obſcuris, fidem dubijs, confuſis ordinem, nouitatem obſoletis addere; quæ omnia nos aut pręſtitimus, aut præſtare conati ſumus, norunt ij qui noctes & dies in hoc ludo palæſtraque uerſantur. Sed erunt qui dicant, uera quidem hæc omnia eſſe; ueruntamen uiuo & uidente Nizolio, nemini licuiſſe aliquid in eius opere moliri, ſine ipſius conſenſu & autoritate. His nos primum ſic reſponſum uolumus, nihil poſſe natura melius in hac vniuerſitate reperiri, & tamen homines quotidie aliquid addere, demere, mutare, in iis quæ natura conſtant, uidemus. Campos colunt, arbores ſerunt, & inſerunt, extantia deprimunt, iacentia extollunt, riuos & flumina deducunt, puteos profodiunt, domos extruunt aliaque innumerabilia moliuntur, vt natura rerum meliore commodioreque vtantur. NIZOLIVS quaſi Deus aliquis, linguæ latinæ tamquam uniuerſitatem quandam fabricatus eſt, quam poſtea hominibus non ſolum utendam, uerum etiam excolendam tradidit. Et ut Deus ille in Platonis Timæo, indiuidua & formas quaſdam minoribus diis gignenda efficiendaque tradere non dubitauit, & habere tanti operis, tantæque molitionis ſocios; ſic Nizolius, qui prima illa & vniuerſa genera in hoc opere condidit, nobis hæc tamquam formas quaſdam ſingulares operi attexenda libenter tradidit ac reliquit. Quis enim aliquid ſimul & inuenit, & expoliuit? Inuenerant uetuſtiſsimi illi, Empedocles, Thyſias, & Corax rhetoricam, Zeno & Chryſippus dialecticam. uerum illam Iſocrates Demoſthenes & Cicero, hanc Ariſtoteles atque eius diſcipulus Theophraſtus præcipue excoluerunt, adeo ut earum artium pene inuentores habeantur. His accedit ipſius Nizolij conſenſus, qui nobis hanc prouinciam obire cogitantibus, cum id literis ei ſignificaremus, libere conceſsit, rogauitque ut ſuos pro noſtra uirili conatus iuuaremus; ſe libenter quæ haberet, ſiquidem per locorum longiſsima interualla liceret, nobiſcum communicaturum. Quid, quod mihi hanc prouinciam aſſumere propemodum neceſsarium fuit? Nam cum a me id poſceret HERVAGIVS, uir non vulgariter eruditus, & ad iuuandas literas mirifice propenſus: ac de me præclare meritus, ſine ingrati animi indicio ei quidquam negare uix licuiſſet. Nam cui homini multum & uelis & debeas, eidem aliquid negare quod honeſtum ſit, etiam ſi id ſine tuo magno incommodo laboreque præſtare non poſsis, hominis eſt non ſolum diſſoluti & ingrati, uerum etiam amicitia bonorum uirorum abutentis. Quæ cum ita ſint, uideor mihi huius muneris & operę non unam aliquam, ſed multas, eaſque firmiſsimas rationes reddidiſſe. Quod enim propter communem tum utilitatem, tum literarum dignitatem, tum etiam ut amici ſatisfaceremus voluntati, atque id non modo concedente, ſed etiam cupiente Nizolio ſuſceptum atque perfectum eſt, id a nemine mortalium iure reprehendi poteſt. Scientiæ omnes (paucisſimis exceptis) toto hoc uolumine comprehẽſe ſunt, Ciceronis. At, dij boni, qualis & quanti uiri? maximi uidelicet omnium quot ſunt, quotque fuere (ut uere Catullus poeta lepidiſsimus, & Ciceronis coęuus dixit) quotque poſt alijs erunt in annis, oratoris, hoc eſt, philoſophi, iuriſconſulti, atque omnium artium maximarum peritiſsimi: ſic enim & ipſe & Quintilianus oratoris nomen intelligendum eſſe docuerunt. Eum autem talem fuiſſe, qualem diximus, haud erit mihi longa oratione demonſtrandum. Vna enim pro Cecinna oratio (vt alias taceam) & Topica ad Trebatium iuriſconſultum, oſtendunt, qualis, quantuſque in iuris ciuilis prudentia fuerit Cicero. Atque utinam is liber extaret, quem Gellius, ab eo ſcriptum de iure ciuili in artem redigendo affirmat; minus enim in iure cognoſcendo laboraremus. Quam vero in omni philoſophiæ parte uerſatus extiterit Cicero, loci difficillimi ab eo docte, copioſeque tractati teſtantur. An non Academici libri, de Natura deorum, de vniuerſitate, Tuſculanæ item bona ex parte diſputationes, illius eximiam quandam in phyſicis, atque in naturæ obſcuritate cognitionem præ ſe ferunt? Eam deinde partem quæ de omni ratione morum, rerumque publicarum re-

ctione

INDEX VTILISSIMVS, IN QVO VERBA INNVMERA FERE BARBARA, VEL LATINA QVIDEM, SED NON CICERONIANA, INDICANTVR:

Quibus Ciceroniana, id eſt, elegantiſsima ſubijciuntur, ut ſi quando aliquid elegantius in memoriam reuocare velimus, hoc quaſi monitore vtamur. quod ſi quis facere volet, no u minimam hunc, opinor ad dicendum ſcribendumq. ſentiet vtilitatem.

ABOMINOR. ſum cue ſus ab aliqua re, aliquid tanquam. religioni habeo offenſionẽ atque faſtidiũ ad aliquã rẽ habeo aſpernor, ſugio, reſpuo, perhorreſco, deteſtor.

Abortio, vel abortior. pro Cl. 24. Mulier ſibi ipſa partũ medicamentis abegit

Acentus, vox, ſonus. Orat. 202. Vocis tres omnino ſunt ſoni, inflexus, acutus, grauis et idib. Ipſa natura quaſi modularetur orationẽ, in oĩ verbo poſuit acutã uocẽ, nec una plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiã. At. 189. Lenas. Or. 514.

Accidentia nominum & uerborũ, res quæ nominibus & verbis ſunt attributa de In. 50. Vide Conſecutio

Aceruo. coaceruo, accumulo

Aceſco. coaceſco

Actu eſſe. re uel reipſa eſſe in rerum natura eſſe vel non eſſe l. locis ſuis

Acuitas, acumen

Additius. addictus, aſtrictus de Vniu. 201. credere alicui, quanquã nec argumentis nec rationib. certis eius oratio cõfirmatur. Item: cum aliis iſto modo, qui legibus impoſitis diſputant, nos in dicimus, quodcũque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus: itaque ſoli ſumus liberi

Adimpleo. expleo, impleo

Ad omnia. ad omnes res. Ep. 87

Adoptiuus filius. Iudicio & uoluntate, filius. Cic. pro Sex. Roſ.

Adoro. colo, veneror. de D. 84. Rite igitur veteres, &c. præcipue ingenti coluerunt numine diuos. de Le. 172 Qua mente, qua pietate religiones colat. de D. 126 Iupiter puer cũ Iunone, &c. qui caſtiſſime colitur a matrib.

Adriaticus Adrianus: ut mare Adrianum: ideſt, mare ſuperum

Aduerſitas. res alicuius aduerſæ, turbidæ res. grauis fortuna. pro Mil. 117.

Adulteratus. fucatus, fallax, fucoſus, adulterinus

Aduno. in unum locum congrego, in vnum conduco, in unum redigo, in unum confero. l. A 223.

Aequalis, vel æqualius qui æquoalio eſt.

Aequanimitas. animus æquus, animi æquit. s. Ep. 88.

Aequilaterus. In Ar. Huic ſpacio ductum ſimili latus extat vtrumque

Aequiualens. quod idem valet. part. Att. 87. Ego tamẽ habeo ἰσοδυναμοῦσαν i. exceptionem, ut aiunt, æquiualentem. pro Mu. 134. Par dignitas ad cõſulatus petitionem in hoc & in illo fuit.

Affabiliter. comiter

Affectatio. appetitio, conſectatio

Affectatus. nimis exquiſitus, appetitus, putidus, odioſus, qui omni ex genere orationem aucupatur, omnes undique floſculos carpit. pro Sext. 25.

Affirmatiuus aiẽs.)(. Negãs Top. 224

Afflactio. motus, uaticinatio. l. Vatic.

Afflatus. mente permotus, furore diuino incitatus, inſanus, furens, qui humanos ſenſus amiſerit, diuinos aſſecutus ſit. mente incitatus, animi ardore aliquo inflammatus atque incitatus

Agibilis. Senectus auocat a rebus gerendis, uir acer & induſtrius

Alatus. volucer ales, aliger.

Albedo. color albus, candor.

Aliqualiter. aliquo modo uel ratione.

Aliquantiſper, pauliſper, parumper.

Allegare. afferre, citare, laudare.

Allocutio. compellatio.

Alternatio. uiciſſitudo

Alteruter. vterque alter, ad Her. 22.

Amatus. gratioſus, qui apud omnes in maxima gratia eſt.

Ambages. circuitio, anfractus. p Q. 80 aliquo circuitu ad id peruenire quo uolis

Anguſto. in anguſtum adduco uel deduco, coanguſto. contraho, anguſtum facio.)(. Dilato.

Animalculum. beſtiola.

Animo. animum alicui do. Ep. 13.

Annihilari. in nihilum interire, occidere in nihilum, in nihilum recidere, perire

Antarcticus. antaxon

Ante omnia. in primis, præcæteris

Anterior. ſuperior.

Anticatones. Cæſar contra Catonem. Top. 229. & Att. 199. & 221

Antiquitus. bonis temporibus. off. 45.

Antrum. ſpelunca

Apologia σχόγια.

Apoſtrophe. pro Fla. 159. Neque uero te Maſſilia prætereo, quæ, &c. l. Auerto

Apparens. expreſſus, eminens.

Apparentia. ſpecies, uiſio, uiſus. id in Curione ſpeciem oratoris alicuius. efficit

Applaudo. plauſum, do, adhinnio

Approprio. uendico, adſciſco

Aptitudo. habilitas

Aptus natus. natus aptuſque id dicendum. de Or. 93

Aquaticus. aquatilis, nans, natans, aquarum incola

Aqueus. humitus. Tuſc. 156. & 162. & de N. 66.

Arbitrium liberum, Cicero appellat uoluntatem liberam

Arcto. coarcto. coanguſto

Armiluſtrium. tanquam ſi arma militis inſpicienda ſint. pro Cec. 296.

Arſus deflagratus

Artificialis. artificioſus, qd habet artẽ

Aſilus. aſilum, ara, perfugiũ. qui niſi in aram tribunatus cõfugiſſet, profecto, &c pro Do. 235. Hoc perfugium ita sãctum eſt omnib. ut inde abripi neminem fas ſit: id eſt, ſua cuiuſque domus

Aſſer, uel aſſis. tabula

Aſſertor. uindex

Aſſuefacio. exercitatio conſuetudoque patien li. Tuſc. 243

Audibilis. ſubauditum cadens.

Augmentabilis.)(. Creſcendi acceſſionem nullam habens. de Fin. 99.

Augmentatio. amplificatio, accretio.

Augmentator. amplificator.

Augmento, augeo, amplifico, magnum uel maius facio, propago. pro Cel. 45. Verbis paruam rem magnam facio & 46. Qui hęc ex minimis tãta fecerũt. de Di. 81. Ea Cleanthes paulo uberiora fecit. Itẽ: Simulachrũ Iouis maius facere.

Augmentum, amplificatio, incremẽtũ

Authentice. αὐθεντικῶς. Att. 162, & 250, Id enim αὐθεντικῶς narrabant.

Auto didactos. Ep. 104 Nullam artẽ ſine interprete & exercitatione poſſe percipi & de Or. 146.

Aux. quę ab aſtrologis dicitur aux, hanc quidam a Cicerone iugum appellari dicunt. l. Iugum. ut luna in iugo

Auxiliator. adiutor

BALBVTIES. heſitantia linguæ.

Balſamo. ταριχεύω He. 55. libr. Condio.

Barbitonſor. tonſor & tonſtrix

Becchata. morſus

Benefactor. benemeritus, benemerens.

Benefit. benigne fit. p Pl. 269. Vt his benigne a populo factum uideretur.

Bene ominare, dii meliora

Beneuolo. beneuolentiã erga aliquẽ habeo, et Terẽt. 72. Tibi bene ex aio uolo.

Beo. beatum facio
B.bitio.potatio
Biformis.biformatus,et triformis, Chimera,Hor.34
Blaſphemia.execratio,maledictum.ad Att.243, Sed βλασφημίαν mittamus
Blaſphemo.execror
Bona uerba Terentianum eſt, Dij meliora,Ciceronianum
Boreas,aquilo
Brauium.ſtadium
Breuiarum.epitome
Breuio,breuefacio.)(.Longum facio,
Brutū.beſtia,muta,beſtia,pecus aīal,

CABALA. de Som. 130, & 129.Si cupias proles illa futurorum hominum, deinceps uniuſcuiuſque noſtrū a patribus acceptus poſteris prodere,tamen,&c.et de Am.112, Quod ab Archita(ut opinor) dici ſolitum noſtros ſenes cōmemorare audiui, ab alijs ſenibus auditū.de L.179 De ſacris hæc ſit una ſententia, ut conſeruētur ſemper, & deinceps familijs prodantur, et ut in lege proſui,perpetua ſint ſacra.& 184 Deinde etiam deinceps poſteris prodebatur ad imperium
Caco detractio cōfecti & cōſūpti cibi
Calceo.induo
Calculo,uoluptatum calculos ſubduco, ratiocinor.
Calefactiuum, quod uim caloris hēt, quod calefacit,calefaciens.
Calendarium.faſti
Caliditas, calor
Capite diminutus. qui deteriore iure eſt.
Captiuitas ἅλωσις Att.155. Hac ἁλώσει in qua nunc ſumus
Captiuo,iugum ſeruile impono
Cardinalis.pontifex,pontificum collegium,ſummum conſilium.
Carentia.inopia, egeſtas, uacuitas
Caſtigator.uindex
Caſtrametor.I.A.133. Saxa caſtrorum antea metator.
Caſualis.fortuitus, incertus, in cā poſitus,et illa uerba,q̄ caſus hn̄t.ad her.30
Cataphractus.tectus ac munitus ad pugnandum.
Catarrhus,epiphora
Cathegoremata, κατηγορήματα, T.213
Cauſatiuus.efficienc
Cauſo,efficio,gigno,efficiens ſum,importo,cauſam do
Ceruicoſus.qui nimium ſui iuris ſententiæq. eſt.I.V.79.Obſtinatus
Chirotheca.manica
Cholera.bilis.Epi. 263 χολὴν ἄκρατον noctu eieci.
Chorea.Saltatio
Chymus.ſuccus is quo alimur
Cicuritas.manſuetudo animi
Cynædus.Cylo,puer meritorius, exoletus,catamitus,impudicus, qui turpiter patitur,puer emptus libidinis cauſa,qui aliorum amori flagitioſiſſime ſeruit. I, C.106.Sall.in Cic. 270. Nihil flagitioſū corpori tuo putaſti quod alteri collibuiſſet.In. Sal. 247 Poſtea quam ætas tua iā ad ea patienda, quæ alteri facere collibuiſſet, exoluerat,
Circulariter.in orbem
Circularis probatio. mutua uel in orbē ſtacta
Circumlocutio, circuitio, anfractus,
Circumuoluo.in orbem torqueo.
Circumferētia,extremitas, libramētū
Circumſtantia .ad Atti,259. τὸ κατὰ περίστασιν καθῆκον. Para.120.Nulla iſta ſi pones., iudicari qualia ſint non facile poſſunt.i.ἄνευ τῆς περιστάσεως. de In,84. Conſiderandū eſt nō quid,ſed quo quidque animo,qui cum,quo tempore, q̄ diu
Citatus.concitatus,incitatus,excitatus
Clancularius, furtiuus, clandeſtinus
Clanculum.clam
Clarifico.claro,clarū facio.de or.157, illuſtro
Claſſici autores.)(.Plebeij philoſophi Tuſ.159.Vel ut ita dicā minorū gētiū.
Claſſis cum bellum
Clauis imperij.clauſtra imperij.
Clima.quaſi cingulus
Coacte.per uim
Cœptum.inceptum,cœptus
Cognoſcibilis,habens cognitionem.
Coincido.concurro.hæc in unam formā cadunt omnia.or. 200.
Coitus.concubitus,coniunctio,complexus uenereus,obſcœna uoluptas commiſcendorum corporū,libido, uenereis uoluptatib.frui,rebus uenereis uti.
Combino.connecto
Commitatio aſſectatio comitatus.
Commenſalis.conuictor
Comparatiue.comparate
Compasſio. συμπάθεια, miſericordia. Att.66.Et ſi quæris, nulla eſt magnopere, commota συμπάθεια. & 78. Ita cerno συμπάθειαν amoris tui. & 201, συμπαθῶς de aliquo ſcribere. Omnes odio Oppianici & illius adoleſcentis miſericordia commouentur.pro Q.18,Vt aliquando miſericordiā caperet aliquā, ſi nō ꝓpinquitatis,at ætatis ſuæ.At.260 Male narras de nepotis filio, ualde mehercule moueor, & moleſte fero.
Cōpatior.συμπάσχω, miſericordiā capio.At.189. Cōmotiūculis συμπάσχω, miſericordia moueor
Complexa & cum complexione. Coniuncta.Græce κατὰ συμπλοκήν
Complexio.conſtitutio
Compoſita ex elementis.concreta conſtata.
Computatio.calculus, rationes ciuitatum.pro R.P.124.
Cōputus.Att.220. Ratio ſūptuaria
Concauſa.adiuuans cauſa
Conceptus mentis.ſenſa mentis, cogitata,cogitationes
Concernere.pertinere
Conceſſio,conceſſus
Conciuis,ciuis.pro S.Ro.24.Quin, Scæuola a ciuibus ſuis interemptus eſt
Concoctio.digeſtio
Concordantia.concetus,conſenſio
Cōcorditer.cōiūctis ſētētiis.I.V.233
Concupiſcentia.libido,cupiditas
Condenſo.conſtipo
Conditionalis, connexum
Conditura.conditio ciborum
Condolentia. συμπάθεια
Confabulatio. λέσχη quædam quæ habet collocutione ipſa uanitatem, colloquium.
Confeſſus.conceſſus,certus.de D.130.
Confiſco.Aſc.53.Vnde fiſcus pecunia publica, & confiſcari dici ſolet. In A. 233.Bona eius cenſeo publice poſſidenda.publice proſcribo
Congrue congruenter
Congruus.congruens
Connexe.contexto, conſerte
Connumero,numero,ad numerū adſcribo,colligo, in deorum numero repono. Q.F.327,Eumque certum Coſ.cum domitio numeraſti
Conſanguinitas.ſanguinis.coniunctio
Conſequenter.deinceps
Conſonare,conſentire, cōcētū efficere.
Conſortium. conſortio uel conſociatio
Conſtellatio.ſitus cœli & ſtellarum. de D.127.
Conſtringere.cogere,uim adhibere
Conſummatus.abſolutus et perfectus, ingenio præſtanti et eruditione perfecta. I.Perfectus.
Contages.contagio
Contagium.contagio
Contemplatiuus. θεωρητικὸς βίος. I.A. 32.Speculator. contemplator
Contemptus. contemptio,deſpicatus
Contentioſus.pugnax
Contentor.contentus ſum non pœnitet.
Conterraneus.popularis, eiuſdem gētis,nationis,lingua
Continguus.cōtingēns, quæ inter ſe pene contingunt.I.Inter
Contingens.de Fa.144. Intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, et inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem.ideſt,inter cauſus cōtingentes quas uocant, & neceſſarias
Continuitas. continuatio,perpetuitas.
Continue,aſſidue,continenter,uſque, aſſiduus.
Cōtroctus res contracta comercium,
Contradictorius.contrarius,contraria enunciatio
Cōtrafacio.aſſimulo, ex primo. I. V. 147.
Cōtrarior.pugno,cōtrarius ſū cōfligo
Contribulis.tribulis
Cōtributio.tributum,tributi cōfectio.

Controuertitur.

Superimpleo. cumulo
Superioritas, excellentia, præſtantia
Superuiuo. ſuperſum
Supponere. ponere
Suſtentaculum. fundamentum, baſis.
Syllogizo. ratiocinor
Syllogiſmus. ratiocinatio, ratio. de Or. 123. Verane ſumma ſit cuiuſque rationis. de D. 121. Illa igitur ratio concluditur, &c. & 120. Concluſio rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubiis id quod dubitatur efficitur. Ac. 8 Argumenti cõcluſio, quæ eſt Græce ἀπόδειξις, ita definitur, ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod nõ percipiebatur adducit
Symbolũ. collecta. Top. 123. Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod eſt Latine nata
Syncope. Orat. 211. Si & plenum eſt, ſit imminutum
TABVLARIVS, vel tabellarius. cuſtos tabularum, & tanquam quæſtor. Att. 168
Tantillus. ne pũctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit. Itẽ: Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin. &c.
Tangibilis. tractabilis, res quæ ſub tactum cadit
Tardatio. tarditas, procraſtinatio, mora, commoratio. Tegmentum. tegmẽ, uel tegumentum
Temo. clauus, gubernaculum
Temperies. temperatio, conſtitutio
Tempeſtuoſus. turbulentus) (. tranquilliſsimus
Tenaciter. pertinaciter
Tenebroſus. tenebricoſus, cæcus
Tentamentum. tentatio
Tepiditas. tepor
Terrefacio. terrorem affero
Terreus. terrenus
Terriculum, terrificus. Recitare auctionem populi non de ſcripto legis
Theode Off. 31. Cognitio contemplatio que naturæ manca quodammodo ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. & ibid. Cupidus in perſpicienda cognoſcendaque rerum natura. & ibidem. Tractare contemplarique res cognitione digniſsimas. Att. 23. Θεωρητικὸς βίος.
Thermę τὰ θερμά.
Tinctor. infector
Titulus. inſcriptio
Tolerans. perferens
Tonſtrix. tonſtricula
Tonus. ſonus
Tormento excrucio
Tornator, l. Mentor
Toxicum. venenum
Tractatus. tractatio, opus. liber, lucubratio
Tranſactio deciſio
Transfodio, transfigo
Transformo. cõuerto. pro Syl. 141. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac ceræ forma hominũ indutę extiterũt. de Di. 121. Abnidit et duro formauit tegmide ſaxi. aliter, firmauit. Off. 69. Nihil intereſt, utrum ex homine ſe conuertat quis in bellum, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ
Trãſmigratio animarum. de Tu. 203. & 202. qui autẽ intemperate uixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrẽ transferet; & ſi ne tum quidem uiciorũ finem faciet, grauius etiam iactabitur, & in ſuis motibus ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neque malorum terminum prius aſpiciet quam illam ſequi cœperit conuerſionem, quam habebat in ſe eiuſdem & unius ſimul innatam & inſitam
Terminus. uocabulum, aut uerbum
Tortura. tormentum
Tranſcribere. deſcribere
Tranſmutatio, uiciſsitudo. de N. 42.
Tranſmuto. conuerto, transfero
Trecenti. tercenti
Tredecim. pro S. Ro. 21. Fundi decem & tres. & 35. Fundi tres & decem
Trepidus. tremens, horrens
Triplico & duplico
Triuncium. Ep. 28. terunculis
Tropicus. ſolſtitialis orbes, brumalis orbis. de Nat. 66. De Vn. 201. Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt
Typographus. librarius
Tyrannicida, uindex et oppreſſor nominationis, tyrannoctonus, qui tyrannum necauit. pro Milo. 117. Iis, qui tyrannos necauerunt, deorum honores tribuuntur
VAcuo. exhaurio, vacuum facio, nudum inanemque relinquo
Vacuum. inanitas, inane
Vagabundus, vagus, qui ſedem ſtabilẽ & domicilium certum non habet. pro Mar. 136.
Valenter. fortiter, uiriliter
Valor. precium, æſtimatio de Fin. 99.
Vis auctoritas momentũ, uirtus. & 53. Res magni precii
Vane. inaniter
Vappa. uinum fugiens
Vaſſallis fundus: ut fundus, populus, cliens.
Vaticinium. uaticinatio
Vbertim. uberius
Vecordia. ſtupor cordis
Vegetatiuum. quod uiget, quod uiuit.
Vehementia. acrimonia
Velox. concitatus, incitatus, excitatus, volucer
Venenoſus. venenatus
Ventoſitas. faba uenter inflatur, quod habet inflationem magnam is cibus
Verifico. conuinco
Veriloquus. ueridicus
Verſificor. condere poema, pãgere uerſus, facere uerſus, cõficere uerſus, canere
Viſibilis. aſpectabilis
Viſus. aſpectus, acies oculorum
Vituperium. opprobrium, uituperatio
Viuacitas. uiriditas
Vlcero. exulcero
Vlterius, longius. l. Progedior. l. Profero. l. Proueho
Vltroneus. uoluntarius. In A. 252. Eſt etiam Aſinius quidam ſenator uoluntarius, lectus ipſe a ſe
Vnanimis, uel Vnanimus, concors, conſentiens. de Ar. 246. Meam domum omni religione una mẽte omnes liberauerũt pro Mar. 133. Noſtri ſenſus ut in pace ſemper, ſic in bello etiam congruebant. I. P. 86. P. Lentulus conſentiente populo Rom. atque una uoce reuocauit. In. A. 192. Omnes mortales una mente conſentiunt, arma contra illam peſtem eſſe capienda. & ibid. Vt uos una mente unaque uoce dubitare uos negatis, de Ar. 174 Fateor me una atque conſtanti aruſpicum uoce eſſe permotũ, & 264. Senatus una uoce ac mẽte reſtiterat. de Sen. 90. Cuius, de laudibus omnium eſt fama conſentiens, de Am. 98. Voluntatũ, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. de Am. 112. De amicitiæ utilitate omnes uno ore cõſentiunt. et ibi. De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt. Itẽ: An dum beſtiæ loquãtur expectamus? hominum conſentiente autoritate contenti non ſumus? Virg. l. 7. Tu potes unanimes armare in prælia fratres
Vnanimitas, cõſentiens uolunta, unus conſenſus omnium nationum
Vnanimiter una mente, uno ore. pro Fon. 283. Omnes uno animo te atq. una uoce defendunt. In P. 80. Populus meũ iuſiurandum una uoce & conſenſum approbauit
Vncinus. uncus
Vncus. uncinatus
Vndecunque. ex omni parte, undique.
Vniformis, uniuſmodi, ſuique ſimilis et eiuſdem naturæ, conſtans, perpetuus. Tuſc. 234.
Vnigenitus. unigena, unicus
Vnio. concordia
Vnio, nis. in unum conduco, congrego. pro D. 226. Vis oriens & congregata.) (. Iam diſtracta & extincta
Vniuerſaliter generaliter, generatim, uniuerſe, omnino, καθόλου
Voluptuoſus. uoluptarius, iucundus.
Vomitus. uomitio
Voracitas. abdomen, edacitas
Vulgariter. pupulariter, plebeio ſermone, patrio ſermone
ZElus. æmulatio
Zephyrus. Fauonius

F I N I S.

ctione tractat: nonne ſplendide atque diſtincte tribus libris de Legibus, de Somnio Scipionis (nam de Republica ſex illi diuini libri, quorum fragmentum eſt Scipionis ſomnium, non tam temporum iniuria, quam hominum ſegnitie & inertia perijſse uidentur) totidem de Officiis, dialogis de Amicitia, de Senectute, Paradoxis, ex Orationibus item ſuis tam multis & Epiſtolis eſt perſecutus? Quid dicam de Quæſtionibus illis omniũ difficillimis & obſcuratiſsimis, de Finibus bonorum & malorum, de Diuinatione, de Fato? quas quæſtiones Cicero ſic explicauit, ſic diuina illa eloquentia illuſtrauit, ut inter omnes philoſophos tamquam honorarius arbiter uenisſe uideatur. Nihil hic dicam de Mathematicis, quorum expreſsa ueſtigia in omnibus eius monumentis plurima extant nihil de ratione diſserendi, in qua una ita uidetur excelluiſse, ut omnes tum Græcos (Ariſtotelem ſemper excipio) tum Latinos longe ſuperauit. Nam cum diſserendi ratio rhetoricam & dialecticam complectatur, de illa priore nemo eſt qui neſciat tot & tanta adiumenta ornamentaque dicendi, quanta a nullo præterea alio, in oratorum regnum ab eo eſse importata. De altera uero, ſi ex ipſius diſputationibus & cauſis, quas tractauit (quod uerius certiuſque iudicium eſt) quam ex præceptis artiſque deſcriptione iudicare voluerimus, neceſse habebimus fateri, illum in dialecticis, omnique diſputandi ratione fuiſse peritiſsimum. Quamquam ſi rhetoricos ipſius libros uarios & abſolutos (reſpondet enim rhetorica, ut Ariſtoteles ait, ex altera parte dialecticæ, ac fere ſimilis eius eſt, niſi quod copiam & ornamenta dicendi rhetorica dialecticæ adiungit) & librum Topicorum diligenter euoluerimus; quod dico, ex ipſius etiam de Arte præceptis uerum eſse comperiemus. Quo magis mirum uideatur, in tanta cuiuſque generis locorũ copia, qui ab hoc diuino viro tanta uerborum & ſententiarum ubertate & luce tractati explicatiq. ſũt; nos adhuc iã infantes & pene mutos eſse, ut uix tria uerba ſine orationis aut ſermonis aliquo uitio, poſsimus uel ſcribere, uel proferre. Quod ideo fit, quia adhunc hominem raro nimis diuertimus, non ſæpe cum eo colloquimur, vt ex eius ſuauiſsimo caſtiſsimoque ſermone facultatem aliquam ſaltem tolerabilem dicendi atque intelligendi nobis comparemus, cum infantiſsimis autem & inquinatiſsimis aſsidue verſamur: quo fit, vt ſimiles eorum euadamus. Sed hæc querela longius hoc loco mihi perſequenda non eſt, ne quis forte mecum iudicio damni iniuria litem conteſtetur,

contreuertitur ambigitur
Contumelior.contumelia inſequor, contumeliam impono
Conuentio.conuentus,conuentum
Cõſeruatio.cõſuetudo uſus.I.A.210.
Conuerſor. uerſor, conſueſco, multum ſum cum aliquo, utor, aliquem mecum ſemper habeo pro Syl.178
Conuerti & dici ad conuertentiam reciprocari,Græce ἀντιστρέφειν
Conuicior conuiciis inſector, conuicia facio,uerbis uexo,contumeliis uexo,cõtumeliis aliquem inſequor, in aliquem inuado,cõtumeliam in aliquem iacio, ignominiis aliquem concido,male dico, furta et libidinis cuipiam obiicio.pro Do.231. Cum uerborum contumeliis optimum uirum in ceſto ore laceraſſet.I.A.231.In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meã. Qu.97. Conuiciari alicui
Conuiuo.ſimul uiuo. Att. 207. Poſthac poterimus commodius colere inter (nos in Tuſ.
Copula.copulatio
Copulatiua propoſitio.coniunctio
Cordialiter.ex animo.
Corono regnum defero, diadema pono uel impono.
Corporatura.ſtatura,habitus
Correcte.emendate
Correlatiua.quæ ſub eãdẽ rõnẽ cadunt
Correſpondeo.reſpondeo,conſono
Corrugo.contraho
Crucifigo cruce afficio, cruci ſuffigo,
Corruptio.interitus,diſſolutio.
Creditum.pecunia credita . de Prou. 79.& I.P.98.
Crepo.concrepo,percrepo
Criminalis.capitalis.I.V.122 Rerum capitalium quæſtiones.& 209. Rei capitalis reus.de Or.118.Cauſa criminis, & cauſa ex crimine.l.Crimen . de Or. 162.Cauſa capitis & lis capitis.Aſcõ. 65.66.Criminales cauſa & criminalis quæſtio.In Vat. 36. Iudices quæſtionũ de proximis tribunalibus eſſe deiectos
Crucifigo. cruce afficio , cruci ſuffigo, in crucem ago uel tollo
Crumena.theca nummaria.At.59
Cudo.tundo
Curabilis.quod curationẽ recipere põt
Curſito.curſo
Curto.decurto
Curuitas.aduncitas
Curuus.curuatus, aduncus tortuoſus, ſcurus,inflexus,incuruatus,uncinatus
Cuſpis. mucro
Ciclopædia.encyclopedia.

DAmnifico.damno uel detrimento afficio.pro Deiot.145. Damnũ uel detrimentum affero.Ter.3. Quid illi facias,qui dederit damnum aut malum.
Damnoſus.qui alicui damno uel malo eſt,ut Clementia Cæſari malo fuit.
Dapes.epulæ
Deauratus inauratus
Decens.par,conueniens (dicula.
Deceptio.circumſcriptio,aucupium,tẽ
Deceptorius.ueteratorius , inſidioſus.
Deceptor.circumſcriptor.I.C.105
Decimo.decuſſo;hoc modo X.
Decliuis.deuexus,præceps
Dedecens.turpis,indecorum.
Deiectus.uitium.de Diu.104,Non uitio rerum,ſed interpretum inſcitia.
Definitum in neutro.res quæ definitur
Deforis.foris, extrinſecus .l. Foris .l. Extrinſecus.ut in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum.
Delaſco.diſcedo,deſideo, τὸ τεμνὶ χεῖνον,&c.Att.327
Deifico.in deos referro uel depono,conſecro,dedico
Delator.de Am.108.Ne criminibus. aut inferendis delectetur amicus , aut credat oblatis. Itẽ: nec ſolum ab aliquo oblatas criminationes depellere , ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum
Delectabilis . hñs magnã delectationẽ
Demento.mentem amitto
Demonſtratio quia eſt , demonſtratio ex effectu, & demonſtratio qua res conuenire docetur
Demonſtratio propter quid
Demonſtratio ex cauſſa
Demulceo,delinio,capio
Dependeo,pendeo
Deputatus.certus,definitus,deſtinatus attributus, conſtitutus, dictus.pro Do. 218,Pecunia conſtituta ad emendos agros. & 220, Qui de quaque re conſtituti iudices ſint
Deriſio.ludibrium
Deriuatus.ductus,productus.l. ineptus
Deſcendentes.poſteri, nepotes
Deſertum.deſertus locus uaſtus, incultus,ſolitudo
Deſes.deſidioſus,iners,languidus.)(. Operoſus,ſ per agens aliquid de Se.82
Deſidioſe.per deſidiam.
Deſignum.ratio , conſilium.I.V.72
Deſolatio.uaſtitas .l. deſtructio paulo poſt.
Deſponſata,deſponſa. Q.F.312. Tulliã noſtram Craſſipedi eſſe deſponſam.
Quid habet admirationis, tali uiro aduenienti obuiam prodiſſe multos? pro Mu. 151. Cum ferro in aliquem aduenientem inuadere. pro Cæc. 289. Præmeditati quo animo accedam ad urbem: Eſt enim quiddam, aduenientem non eſſe peregrinum atque hoſpitem. Att. 6. 114. 6. Appius noſter Tarſum eſt profectus, cum me aduenientem uideret. 77. Att. Medici, & aduenientes morbos, & creſcentes intelligunt ex quibuſdam rebus. 2. Diu. 210.

Aduentitius.

Externus aut aduentitius maris tepor. de Nat. 2. 20. ſed ex intimis eius partibus, agitatione excitatus. Græcorum tranſmarina & aduentitia doctrina. 3. de Or. 74. Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. pro Rab. 2. & 1. Att. 62. Aduentitium auxilium requirere. 6. Ver. 72. Homo Ligurem accuſare cœpit, qui in re aduentitia atque hereditaria tam diligens, &c. 3. Ver. 90. Animi, uiſione externa & aduentitia, pulſantur. 2. de Diu. 179. Aduentitiis regum & nationum copiis iuuari. pro L. Man. 86. pro Pomp. 8. Non multum uti adiumentis externis & aduentitiis. 5. de Fin. 106.

Aduentus.

Aduentus meus adeſt. 13. Att. 31. Vt aduentus tuus me leuarat, ſic diſceſſus afflixit. 12. Att. 63. Mihi optatiſſimus atque ſuauiſſimus erit aduentus tuus. 57. Att. Clodii nocturnus ad urbem aduentus. pro Mil. 37. Aduentus hoſtium repens magis aliis

quanto

quanto conturbat, quam exſpectatus. Tuſ. 3. 45. Aduentum tuum ſperabam appropinquare. 4. fam. 23. Aduentum noſtrum illi fore ἀσμένιστον. 9. Att. 6. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum. 3. Tuſ. 50. Aduentum & introitum imaginum in animos dicitis, eam animi conformationem, quam ceteri philoſophi motum inanem uocant. de Nat. 1. 75. De aduentu tuo quid cogites, ſcribe ad nos. 23. Att. Aduentus meos, multitudinis numero. in Piſ. 40.

Aduento.

Quod fere iam tempus aduentat. 1. de Or. 99. Vt ſi ante mors aduentet, quam, &c. 1. Tuſ. 152. Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum, &c. fam. lib. 2. 5. 1. Aduentare, & prope iam adeſſe debes. Att. lib. 4. 85. 19.

Aduentans.

Aut iam urgentis, aut certe aduentantis ſenectutis. de Sen. 2. Tum morti iam ipſi aduentanti paullum procedere obuiam. 5. Tuſc. 79.

Aduerſus.

Eſt nobis unum genus aduerſum atque infenſum. pro Mil. 2. Sicut intueri ſolem nequitis aduerſum. Som. Scip. 19. Zeno cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, uiſum inquiebat huiuſmodi eſſe. 4. Acad. 263. Eodemq. equo aduerſam aſcendiſſe ripam. Diu. l. 1 54. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare dementis eſt. Off. 1. Aduerſo pectore cicatrices oſtendere. 7. Ver. 3. Sa tisq. feliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet. 4. Ver. 66. Sæ uo uento, non aduerſo. Att. lib. 5. 99. 1. Caſus aduerſi. 3. Tuſc. 61. Omnium mentes improborum mihi uni maxime ſunt infenſæ & aduerſæ. pro Syl. 21. Iudicibus oſtendere cicatrices aduerſas. 2. de Or. 67. Vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, leuitatis eſt. 1. Off. 127. Sed partim obliquos, partim auerſos, partim aduerſos ſtare nobis. Som. Scip. 21. Antipodes, aduerſis ueſtigiis, ſtant contra noſtra ueſtigia. 4. Acad. 225. Vt tamquam fortis in pugna uir, acceptis a forti aduerſario uulneribus, aduerſis & honeſtis cadere uideatur. de Haruſp. 37. Omnia ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis acciderunt. 162. Att.

Aduerſum.

Aduerſum argumentationis genus. 1. de Inu. 106. Et ſi quid aduerſi acciderit. Acad. q. ed. 1. l. 2. 112. Nihil nobis aduerſi euenire poteſt. ad Brut. 4. Hæc, quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur aduerſa: ut celeritas, tardiitas. in Top. 23. Referre paria paribus, aduerſa contrariis. in Or. 36.

Aduerſus, & Aduerſum.

Aduerſus aliquem modeſtus. 3. fam. 53. Preces aduerſus aliquẽ. ad Brut 43. in ep. Bruti. pro, apud. Pietas & iuſtitia aduerſus deos. 1. de Nat. 3. & 153. It aduerſus deos impij ſunt iudicandi. Off. 57. Adhibenda eſt reuerentia quædam aduerſus homines. Off. 20. Ara enim, Aio loquenti, quam ſæpiam uidemus, aduerſus eum locum conſecrata eſt. 1. Diu. 164. Officia aduerſus eos ſeruanda, a quibus iniuriam acceperis. 1 Off. 51. Excuſatione aduerſus eos utendum eſt, quos inuitus offendas, quacumque poſſis Off. 47. Hoſtis legitimus, aduerſus quem totum ius fæciale eſt. Off. 73. Aduerſus quos aciem ſtruis? Oct. 530. Non contendam aduerſus te, ſi duriorem te præbes. Att. l. 14. 310. 2. Pecuniæ conciliatæ aduerſum leges, aduerſum remp. I. V. 192.

Aduerſor.

Ego uero quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati neſtræ repugno? pro Syl 37. Contentio mea aduerſatur actionibus aliorum. ep. 42. Non aduerſatur ius, quo minus ſuum quidq. cuiuſque ſit. 3. de Fin. 104. Duæ cauſſæ perſpicuis & euidentibus rebus aduerſantur. Acad. 22. Neque ſolum ea quæ nobis ſuppetunt uidenda, ſed etiam illa quæ aduerſantur. Part. 238. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus uel inueniendis, uel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? quis porro Iſocrati eſt aduerſatus infenſius? in Or. 99. Hanc Cleomenes uir amabat: uerumtamen huius libidini aduerſari nec poterat, nec audebat. 7. Ver. 65. Quippe qui etiam aduerſaudo ſæpe aſſentetur. Læl. 82. Quæ aduerſante & repugnante natura. Cat. 64. Off. 3. 103.

Aduerſarius.

Aduerſarius & obtrectator laudum meatum. Brut. 165. Aduerſarius minus acer. Acad. q. ed. 1. l. 2. 15. Theodoſius Hermachi; aduerſarius acerrimus. de har. reſ. 30. Aduerſarius capitalis. de Fin. l. 4. 25. Facilis. Acad. q. ed. 1. l. 2. 76. Hic refutandus eſt, ut grauis aduerſarius. in Vat. 29. Aduerſarius lenior. Acad. q. ed. 1. l. 2. 13. Tribunus non modo nõ ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſus aduerſarius. pro Clu. 75. Virum enim inuenire uolumus, non tamquam aduerſarium aliquem conuincere. 1. de Fin. 1 1. Milo ſiue habuerit aduerſarium, ſiue non, luctabitur. de Fa. 146. Nemo enim horum, aut ita te refutandum, ut grauem aduerſarium: aut ita rogandum, ut religioſum teſtem arbitrabatur. in Vat. 1. Nulla luctatio eſt ſine aduerſatio. de Fa. 146. Etiam ſine aduerſario peritura. 11. Att. 53.

Aduerſarius, a, um.

Eſt tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædam exſpectatio. fam. lib. 2. 3. 5. Ea res aduerſaria in iudicio eſt Cn. Plancio. pro Pl. 1. Opinionem iſtorum ſtudiorum, & ſuſpicionem artificij, apud eos qui res iudicent, oratori aduerſariam eſſe arbitror. 2. de Or. 85. Ab aduerſariorum perſona, beneuolentia quomodo captanda. 1. ad Her. 7. Non poterat aliter de aduerſarijs ducibus iudicari. I. A. 187.

Aduerſaria.

Aduerſaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit. pro Q. R. 46. Non habere ſe hoc nomen in codice fatetur, ſed in aduerſarijs patere contendit. pro R. Com. 3.

Aduerto.

Nam aduertebatur, Pompeij familiares aſſentire Volcatio. ad Lent. 1. 1. 10.

Aduesperaſcit.

Sed quoniam aduesperaſcit, &c. de Fin. l. 4. 75. Itaque tum de foro, cum iam aduesperaſceret, diſceſſimus. 15. fam. 17. 6. Ver. 129.

Aduigilo.

Aduigilo pro rei dignitate. de Pet. Conſ. 57. Ei colendæ uirgines præſint, ut aduigiletur facilius ad cuſtodiam ignis. 2. de Leg. 49.

Adulo.

Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem. Tuſ. 180.

Adulor.

Non ſum admiratus, nec adulatus fortunam illius. 2. de Din. 9. Cauendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. 1. Off. 129.

Adulans.

Adulantem nemo uidet aperte, niſi admodum eſt excors. in Læl. 81. Sine ulla ſpecie couſulari, horrentem, trementem, adulantem omnes, uidere te uolui: uidi. in Piſ. 80.

Adulatio.

Canum tam fida cuſtodia, tamq. amans dominorum adulatio. de N. D. 236. Adulatio, hominum eſt leuium atque fallacium. Læl. 77. Nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationẽ, blanditias, aſſentationem. in Læl. 76.

Adulator.

Nolo eſſe laudator, ne uidear adulator. ad Her. 31.

Adulter.

Adulter quinam uere ſit. pro Cœl. 38. Clodius, ſororis adulter. pro Sext. 31. Tu omnium cubiculorum ineunte ætate pellex, & idem adulter. in Sal. 13.

Adultero.

Simulatio tollit iudicium ueri, idq. adulterat. de Am. 77. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. Part. 48. Quod enim eſt ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia poſſit? pro Cæc. 53. Latrocinari, frandare, adulterari, eſt turpe, ſed dicitur non obſcene. 1. Off. 178.

Adulterinus.

Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. 3. Off. 122. Oppianicus teſtamentum ſignis adulterinis obſignauit. pro Cl. 30.

Adulterium.

Stupra, adulteria, & tale flagitium uoluptatis illecebris excitari. de Sen. 85.

Adumbro.

Excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus. in Or. 25. Quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? pro Dom. 62. Heroum ueteres caſus imitari atque adumbrare dicendo. 2. de Or. 105. Id genus ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. 3. de Or. 9. In qua hęc honeſta, quæ intelligimus, a natura tamquam adumbrantur. de Fin. 5. 57.

Adumbratus.

Hic Aeſchrio Pippæ uir adumbratus. 5. Ver. 65. Cedo mihi iſtorum adumbratorum deorum liniamẽta atque formas. 1. de Nat. 101. Eſt enim gloria, ſolida quædam res, & expreſſa, non adumbrata. 3. Tuſc. 6. Eminens effigies uirtutis, adumbrata imago gloriæ. Tuſ. 190. Quum tantopere eius adumbrata opinione lætentur. 5. de Fin. 64 Informat, ad hoc adumbratum iudicium, filium. pro Syl. 39. Habuit ille multa maximarum non oppreſſa ſigna,

ſed

ſed adumbrata uirtutum.pro Cœl.8.Quod ſi in ſcena,id eſt in concione,in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt,&c. de Amic.75. hoc eſt, ſimulatis, & ad rerum uerarum naturaliumq. ſimilitudinem accommodatis.

Adumbratio.

Nulla eſt enim ullo in genere laus oratoris,cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, ac conatus tamen atque adumbratio. de Perf. Or.35.

Aduncus, a, um:

Se nuper in auctione quadam uidiſſe in rebus minutis adun. cam ex omni parte dentium & tortuoſam uenire ſerrulam. pro Clu.145.Vngues adunci.2.Tuſc.24. Corpuſcula curuata,& quaſi adunca.de N.14.

Aduncitas.

Aduncitate roſtrorum cibum arripiunt quædam animalia.2.de N. D.91.

Aduoco.

Nænius bonos uiros complures aduocat,teſtatur, &c. pro Qn. 45.Quid,inquam, tum agimus,niſi animum ad ſe ipſum aduocamus,ſecum eſſe cogimus,&c.1.Tuſc.61. Quod non aduocaui ad obſignandum;primum mihi non uenit in mentem, deinde, &c. Att.lib.12,241.14.Non eo dico,C.Aquili, quo mihi ueniat in dubium tua fides & conſtantia, quo non in his, quos aduocaſti, uiris,&c.pro Quinct.3.Quod ſi tum par tibi ius cum Alpheno fuiſſe non putas,quia tamen aliquem cōtra te aduocare,&c.pro Quinct. 47.Aduocare concionem.5.in Ver.160.pro L.Agr.28. Aduocare ad obſignandum teſtamentum,12.Att.21. Potentes, diſerti,nobiles omnes aduocandi ſunt. pro Quinct.8.

Aduocatus.

Sapientis cogitatio non ferme ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos.Tuſc.249. Adhibere artem aduocatam ſenſibus.4. Acad.151.

Aduocatus.

Conſul de pecunijs repetundis Catilinæ fuit aduocatus. pro Syl.Milo adfuit,& Pomponius aduocatus uenit.Q.fr.307.Inuocare aduocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam.2.de Or.106.Se Ebutio cum armatis ſeruis ueniſſe aduocati ſi. pro Cęc.18.Cuipiam aduocatum,in rem præſentem eſſe uenturū. 1.Off.48:Si turpe exiſtimas,te aduocato,illum ipſum, quem contra ueneris, cauſſa cadere. pro Mur.8. Aduocato te minus multi cauſſa cadent.7.fam.28. Non modo a corona, ſed etiam ab aduocatis relinqui.de Cl.192.

Aduocatio.

Aduocatio,pro multitudine aduocatorum.pro Cęcin.32.& pro Roſc.Com.8.Aduocatio copioſa. pro Quinct.26. Aduocationem diſcutere. pro Dom.44. Aduocationem alicuius honeſtare. pro Syl.61.Aduocationes fiunt.3.in Ver.92.Binas aduocationes a ſingulis interregibus petant.7.fam.22. In re militari multo es cautior,quam in aduocationibus.epiſt.l.7.20.

Aduolo.

Hic tibi Cato roſtra aduolat.Att.lib.165.7. Ipſa nuper huius opprimendi cauſſa Romam aduolauit.pro Clu.21.Si in inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. ad Cæſ.lib.15.16.4. Quamobrem aduola obſecro. ad Brut.10.7. Ita te para, ut ſi inclamaro,aduoles.33.Att. Obliturumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris,ad me Tarento aduolaris? fam. lib.11.27.9.

Aduolans.

Legi etiam ſcriptum eſſe auem quandam quæ plateola nominaretur, eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ in mari mergerent. 2.de Nat.186.

Aduolatus.

Triſti aduolatu aduncis lacerans unguibus.2. Tuſc.

Aduro.

Dionyſius candente carbone ſibi adurebat capillum.2. Off.23. Adurere ſibi barbam & capillum candentibus iuglandium putaminibus.5. Tuſc.83. Indi cum ad flammam ſe applicuerint, ſine gemitu aduruntur.Tuſc.243. Aduſtus eſt incendio Platoniano. 5.Att.43.

Aedes.

Aedes Honoris extra portam Collinam: in eo loco aram fuiſſe memoriæ proditum eſt. Ad eam cum lamina eſſet inuenta, & in ea ſcriptum,Domina Honoris, ea cauſſa fuit ædis huius dedicandæ.2. de Leg.54. Ex eo die quo in Telluris ædem conuocati ſumus. in Phil.lib.1. Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. pro Fl.35. Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur.3.de Nat.97. Aedium regiarum magnificentia.5.Tuſc.85.Aedium ſacrarum, publicorumq. operum depopulatio.2.Ver.7. Aedium ſacrarum locorumq. communium ſarta tecta tueri.13.fam.23.

Aedicula.

Quum Licinia uirgo Veſtalis,ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, aram & ædiculam & puluinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet. pro Dom. 105.Manilius pauper fuit,habuit enim ædiculas in carinis. in Para.64. Nunc demum intelligo, P.Clodij inſulam eſſe uenalem, cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus. pro Cœl.12.

Aedifico.

Tribus locis ædifico:reliqua reconcinno Q fr.lib 2.16.4. Cui Cn.noſter locum,ubi hortos ædificaret,dedit.Att.lib.9.185.5.Qui poſteaquam maximas ædificaſſet,ornaſſetq claſſes. pro L.Manil. 5. Qui quum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum.1. Off.193.Aedificare porticum. pro Dom.88. Prædia. Att. lib.16. 333.4 Rempublicam.ad Var.lib.9.2.12. Villam.2.de Leg.4. Domus utriuſque noſtrum ædificatur ſtrenue. Q.fr.lib.2.8.3. Vrbes uero non ſine hominum cœtu non potuiſſent nec ædificari, nec frequentari.2.Off.20. Quibus enim oculis animi intueri potuit ueſter Plato fabricam illam tanti operis, qua conſtrui a Deo, atque ædificari mundum facit? 1.de Nat.28.Dicendum eſt etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe, cuius finis eſt uſus,ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. 1. Off.292.

Aedificatus.

Quis de C.Cethego, atque eius in Hiſpaniam profectione cogitat,cui non ad illius pœnam carcer ædificatus eſſe uideatur? pro Syl.52.Nauis ædificata ſumptu publico.7.Ver.35.Hanc uides uillam, ut nunc quidem eſt, lautius ædificatam patris noſtri ſtudio. 2.de Leg.2.Quod ſi qui proſcribunt uillam bonam, beneq. ædificatam,non exiſtimantur feſelliſſe, etiam ſi illa nec bona eſt, nec ædificata ratione.3.Off.72.Quodq. temporis in prædiolis noſtris, & belle ædificatis,&c.Att.lib 16.333.4.

Aedificatio.

Aedificatio,pro conſilio ædificandi.13.fam.2. Immenſa & intolerabilis ædificatio.in Piſ.38. Aedificatio me non mouet. Att. lib.12.252.12. Aedificationem Arcani ad tuum aduentū ſuſtentari placebat. Q fr.lib.2.8.5. De ædificatione tua Cyrum urgere non ceſſo.Q.fr.lib.2.6.3.

Aedificatiuncula.

Quæſiuiq.ex eo & quid ei de illa ædificatiuncula Laterii,de qua mecum locutus es,mandaniſſes. Q fr.lib.3.17.8.

Aedificator.

Opifex ædificatorq. mundi Deus.de Nat.D.28. Neque mundo quidquam pulchrius,neque eius ædificatore præſtantius de Vni.7.

Aedificium.

Aedificium quale futurum ſit,ſcire poſſem, cum formam reip. uiderim.2.fam.15.Extruere ædificium in alieno.pro Mil.115.

Aedilis.

Tamquam ędilis ornaret mūdum ſignis & luminibus. de Nat. deo.2. 17. Aediles ſunto curatores urbis,annonæ,ludorumq. ſollennium, oliſq. ad honoris amplioris gradum is primus aſſenſus eſto.3.de Leg.6. Aediles ludos parant.9. Att. 32. Aedilium curulium edictum de funeribus.9.Phil.268.Aedilium quodnam munus.7.Ver.29.

Aedilitas.

Curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem ſolet. de haruſ.24.Aedilitas multis annis poſt decemuiros inſtituta.6. Att. 9 Magnificentiſſima ædilitas 2.Off.84.Aedilitas tantum creabatur in Arpinati municipio, nec alius ullus magiſtratus.13.fam.24. Sed omnia ſunt tardiora, propter furioſæ ædilitatis expectationem.Q. frat. 263. Aedilitatis magnificentiſſimo munere perfunctus.11.fam.28 Aedilitatis præmia.7 Ver.30. Aedilitatem ſe petere cum hominibus nobiliſſimis dicebat.pro Clu.54. Splendor ædilitatum ab optimis uiris poſtulabatur.2.Off.83.

Aedilitius.

Aedilitius eſt mortuus. Orat.56. Aedilitia repulſa. pro Plan. 41.Quem tu diſrumperis quum ædilitium uides.in Vat 12.Et illum hominem ædilitium iam prætorem opinionibus hominum conſtitutum memini non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro,atque adeo de ciuitate eſſe ſublatum.pro Clu 63. Aedilitiam prætextam togam,quam fruſtra cōfeceras, te uendidiſſe.in Vat.12.Craſſus functus eſt ędilitio maximo munere.2.Offic. 84. Iniquo & graui ædilitiorum uectigali Aſiam liberare.Q fr. lib.1.38.

Aeditimus.

In quo Seruius noſter, ut opinor, nihil putat eſſe notandum, niſi POST, & FINITIMVM illud productionem eſſe uerbi uult: ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus, &c. Top. 18.

Aedituus.

Illi nocturna facta manu, armatiq. ueniunt: fores ædis effringunt: æditui, cuſtodeſq. mature ſentiunt. 6. Ver. 86.

Aeger.

Aegra eſt familia. 16. ad Att. 24. Medea animo ægra, amore ſæuo ſaucia. pro Cœlio, 13. Aegra mulier, pro ægrotans. 14. fam. 11. Itaque mihi uideor magnam & maxime ægram & prope depoſitam reipub. partem ſuſcepiſſe. 3. Ver. 3. Corpus ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt. 3. Tuſc. 38. Ita grauiter ægrum Eudemum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent. Diu. 1. 49. Tiro ad te dediſſet litteras, niſi eum grauiter ægrum Eſeæ reliquiſſem. 7. Att. 118. 3. Pinnarium, quem mihi commendas, diligentiſſime Deiotarus curat, grauiter ægrum. 89. Att. Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque etiam ægra ualetudine fuiſſet. ad Brut. 94. Bona ualetudo iucundior eſt eis qui e graui morbo recreati ſunt, quam qui numquam ægro corpore fuerunt. ad Quirit. poſt red. 3. Ne ægri quidem omnes conualeſcunt. 2. de Nat. 18. Ne ægris quidem. ſub. (omnia eueniunt, quæ prædicta ſunt.) de Nat. D. 2. 9. e. mendandum eſt, ne ægri quidem. Ad ægros non uates, ſed medicos ſolemus adducere. de Dom. 203. Sed quis non intelligit omnes tibi reipub. partes ægras & labantes, ut eas his armis ſanares & confirmares, eſſe commiſſas? pro Mil. 50.

Aegre.

Titumem Patris ægrum reliqui, adoleſcẽtem probum: nihil uidi melius, itaque careo ægre. Att. lib. 7. 188. 3. Omnis conglutinatio recens ægre, inueterata facile diſſoluitur. de Se. 66. Aegre ferre ſe pauperem eſſe. Tuſc. 222. Quem quum maxima contentione non potuiſſet extrahere, diſceſſit ægre ferens. 1. Diu. 126. De Siccas, ita eſt ut ſcribis: aſt ægre me tenui. Att. l. 16. 338. 1. Ab haſta ea ægre me tenui, itaque perſtringam ſine ulla contumelia. 258. Att. Bithyni totum pontum effereſcentem in Aſiam ægre repulſum ſuſtinuerunt. de Prou. 5.

Aegrius.

Videtur unum uirum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, & eum prope eſſe, quo etiam carent ægrius. pro L. Manil. 8. Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo abſtinerentur. 6. Ver. 128.

Aegrimonia.

Ferrem grauiter, ſi nouę ægrimoniæ locus eſſet. Att. l. 12. 252. 8.

Aegritudo.

Aegritudo, perturbatio eſt animi. Tuſc. lib. 3. 13. Aegritudo, eſt animi, aduerſante ratione, contractio. Tuſc. 4. 11. Stulti autem ægritudo eſt ea, qua afficiuntur inopinatis malis, animoſq. demittunt & contrahunt, rationi non obtemperantes. Tuſc. 4. 11. & 12. Aegritudo eſt in opinione mali recentis. Tuſc. 3. 23. Aegritudo, eſt opinio magni mali præſentis, & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum eſſe uideatur angi. Tuſc. 3. 21. Aegritudo, eſt opinio mali præſentis, in qua opinione illud inſit, ut ægritudinem ſuſcipere oporteat. Tuſc. 3. 62. Aegritudo, eſt opinio recens mali præſentis, in quo demitti cõtrahiq. animo rectum eſſe uideatur. Tuſc. 4. 53. Aegritudo, una res maxime deteſtabilis. Tuſc. 4. 45. Quum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo. Tuſc. 3. 24. Aberit igitur à ſapiente ægritudo. 3. Tuſc. 32. Manat longius ægritudo. 3. Tuſc. 128. Amplificata ægritudo. 4. Tuſc. 62. Premens ægritudo eſt angor. 4. Tuſc. 29. Aegritudo animi. Tuſc. 3. 7. Aegritudo animi, fortunæ magna & graui commota iniuria. de N. D. 1. 7. Aegritudo animi ſimillima eſt ægris corporibus. Tuſc. 3. 19. Acta ætas honeſte ac ſplendide, tantam affert conſolationem, ut eos qui ita uixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. 3. Tuſc. 104. Aegritudo communis pœna ſtultitiæ eſt; omnibus enim, quorum mẽs abhorret à ratione, ſemper aliquis alius dolor, alius terror impendet. Tuſc. 4. 28. Criminis ægritudo. pro Roſc. Com. 14. Crucians ægritudo uocatur dolor. 4. Tuſc. 29. Flebilis ægritudo, eſt mœror. 4. Tuſc. 29. Laborioſa ægritudo uocatur ærumna. 4. Tuſc. 29. Mœrens ægritudo. 3. Tuſc. 140. Nata eſſet ægritudo noua, ſed ea modica. 4. Tuſc. 61. Permanens ægritudo, uocatur moleſtia. 4. Tuſc. 29. Sublata ægritudo 3. Tuſcul. 240. Aegritudo & metus in malis opinatis uerſantur. Tuſc. 3. 32. Aegritudo & metus tabificæ mentis perturbationes ſunt. Tuſc. 4. 28. Aegritudo non cadit in ſapientem Tuſc. 3. 11. Aegritudo non cadit in uirum fortem. Tuſc. 3. 13. In quem cadit ægritudo, in eundem timor. 3. Tuſc. 23. Aegritudo me ſomno priuaret. 9. Att. 35. Ergo iſta nec inopinata non habent tantam uim, ut ægritudo ex his omnis oriatur. 3. Tuſc. 93. Aegritudo fortitudini repugnat. Tuſc. 3. 12. Aegritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. Tuſc. 3. 24. Vt ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet non ſeiunctum à dolore. Tuſc. 3. 20. Aegritudo ſi perturbare animum ſapientis non poteſt, nulla poterit. Tuſc. 4. 7. Aegritudo, tetra res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione, uelis, ut ita dicam, remiſq. fugienda. Tuſc. 3. 22. Aegritudo tum exſiſtit, quum quid ita uiſum eſt, ut magnum quoddam malum adeſſe & urgere uideatur. Tuſ. 3. 24. Quod ægritudo uetuſtate tollitur, id nõ eſt in die. (Tuſc. 3. 63.) id eſt, in longinquitate temporis poſitum, ſed in cogitatione diuturna. Nam neque omnis ægritudo una ratione ſedatur: alia eſt enim lugenti, alia miſeranti, alia inuidenti adhibẽda medicina. Tuſc. 4. 48. Dum ægritudinis nomen abſit, graue, tetrũ, funeſtum, quod cum ſapientia eſſe, atque, ut ita dicam, habitare nullo modo poſſit. Tuſc. 3. 70. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione a cogitanda moleſtia, & reuocatione ad contemplandas uoluptates. 3. Tuſc. 58. Aegritudinis cauſſa nulla alia eſt, niſi opinio, & iudicium magni præſentis atque urgentis mali. Tuſc. 3. 51. Aegritudinis effectus, quaſi morſus aliquis doloris. Tuſc. 4. 13. Tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. 3. Tuſc. 104. Sedatio ægritudinis. 4. Tuſc. 102. Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quam multæ, quam amarę, quæ ipſo trunco euerſo omnes elidendæ ſunt, &c. Tuſc. 3. 20. Societas ægritudinis. 4 epiſt. 6. 4. Et ægritudinis, & reliquorum animi morborum una ſanatio eſt, omnes opinabiles eſſe & uoluntarios, eaq. re ſuſcipi, quod ita rectum eſſe uideatur. Tuſc. 4. 69. Vacuitas ægritudinis. 5. Tuſc. 60. Aegritudinis uerbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Tuſc. 3. 19. At eos qui ſe ægritudini dediderunt, miſeros, afflictos, ærumnoſos, calamitoſus appellamus. Tuſc. 4. 68. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi, &c. Att. l. 9. 172. 4. Aegritudini ſe ſolent dedere. 3. Tuſc. 119. & 4. Tuſc. 134. Aegritudini ſubiiciuntur inuidia, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſollicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio, & ſi qua ſunt de genere eodem. Tuſc. 4. 13. Aegritudinem omnem procul abeſſe a ſapiente, quod inanis ſit, quod fruſtra ſuſcipiatur, quod non natura exoriatur: ſed iudicio, ſed opinione, ſed inuitatione quadam ad dolendum, quum id decreuerimus ita fieri oportere. Tuſc. 3. 70. Chryſippus ipſam ægritudinem λύπην, quaſi λύσιν, id eſt, ſolutionem totius hominis appellatam putat Tuſc. 203. Detrahere ægritudinem. 3. Tuſc. 79. Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. 3. Tuſc. 89. Ex malis metum & ægritudinem naſci cenſent. 4. Tuſ. 19. Aegritudinem non omni malo effici cẽſent Cyrenaici, ſed inſperato, nec opinato malo. Tuſc. 3. 25. Aegritudinem Zeno definit opinionem mali præſentis recentem. Tuſ. 3. 63. Depellere ægritudinem. 3. Tuſc. 43. Effecit hęc res maximam ægritudinem. 3. Tuſc. 53. Quæ enim uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. 4. Tuſc. 19. Aegritudinem, quam Stoici ut tetram & inanem belluam fugiendam eſſe dicunt, Peripatetici non ſine magna utilitate à natura dicunt conſtitutam, ut homines caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis affici ſe in delicto dolerent. Tuſc. 4. 35. Eleuare ægritudinem. 3. Tuſc. 60. Eripiamus huic ægritudinem. 3. Tuſc. 79. Extenuare ægritudinem. 3. Tuſc. 133. Aegritudinem niſi caſuimus, ſic ut abiiciamus, miſeria carere non poſſumus. Tuſc. 3. 24. Etenim ſi ſapiens in ægritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam. 3. Tuſ. 34. Vt ipſam ægritudinem leniri uidemus, quum obiicamus mœrentibus imbecillitatem animi effeminati, quumq. eorum grauitatem conſtantiamq. laudamus, qui non turbulente humana patiãtur. Tuſc. 4. 49. Id mihi erat ſatis ad leniendam ægritudinem firmum ad Att. lib. 13. 269. 1. Si nec mala ſint illa, quæ metum ægritudinemue, nec bona quæ cupiditatem lætitiamue moueant, tamen ſit uitioſa ipſa commotio. 4. Tuſcul. 99. Aegritudinem paruis rebus moueri ait Lycon, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis. Tuſc. 3. 67. Nihil eſt quod tam obtundat eleuetq. ægritudinem, quam perpetua in omni uita cogitatio, nihil eſſe quod accidere non poſſit, quam meditatio conditionis humanæ, quam uitæ lex, commentatioq. parendi. Tuſc. 3. 30. Repellere ægritudinem ab aliquo. 3. Tuſc. 112. Sedare ægritudinem. 3. Tuſc. 128. Aegritudinem ex turpitudine, quam Cleanthes ſummum malum fatetur, ſuſcipi poſſe. Tuſc. 3. 66. Voluntate igitur & iudicio ſuſcipi ægritudinem confitendum eſt. Tuſ. 3. 56. Suſtulit uniuerſam ægritudinem philoſophia. 3. Tuſc. 139. Ex quo intelligitur non in natura, ſed in opinione eſſe ægritudinẽ. Tuſc. 3. 59. Tolerare ægritudinem 4. Tuſc. 95 Tollere æ. 3. Tuſc. 85. Cũ conſtet ægritudinem uetuſtate tolli. 3. Tuſc. 115. Sublata igitur ægritudine, ſublatus eſt metus. Tuſc lib. 4. 7. Aegritudine affici. Tuſc. 3. 13. Num in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat,

mali nihil fuiſſet? Tuſc.3.67. Quid eſt autem non miſerius ſolum, ſed fœdius etiam & deformius, quam ægritudine quis afflictus debilitatusq. iacens? Tuſc.4.28. Confici ægritudine.3. Tuſc.47. Debilitatus æ.4. Tuſc.45. Detracto ab ægritudine hoc, quod totum eſt uoluntarium, ægritudo erit ſublata illa mœrens: morſus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur. Tuſc.3.70. In ægritudine lenienda, quam quisq. curationem recipere poſſit, uidendum eſt. Tuſc.3. 68. Longior uero epiſtola non tu me ſolum, ſed meos omnes ægritudine leuauit. Att. 9.175.3. Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine uoluiſti, earum etiã commemoratione lenimur. fam.5. ep.13. 11. Opprimi ægritudine.3. Tuſc.43. Neque tamen quum ſe in media ſtultitia, qua nihil eſt peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur. 3. Tuſ. 118. Quærendum igitur quemadmodum ægritudine priuemus eum qui ita dicat.3. Tuſc.74. Quati ægritudine.4. Tuſc.20. In ægritudine fons eſt miſeriarum, & caput. Tuſc.q.lib.4.69. Quarum rerum præſentia ſumus in ægritudine, eaſdem impendentes & uenientes timemus. Tuſc.q.lib. 3.12. Tamen ut uideremus, quidquid eſſet in ægritudine mali, id non naturale eſſe, ſed uoluntario iudicio, & opinionis errore contractum. Tuſc.q.lib.3.68. In ægritudine eſſe. Tuſc.q.lib.3. 5 c. Aegritudine nullum homini maius malũ eſt. Tuſc.lib.4.68. Vacare ægritudine. 3. Tuſc.34. Quid poteſt ad beate uiuendum deeſſe ei, quem fortitudo ab ægritudine, & a metu uindicet? 5. Tuſc.61. Aegritudines. 12. Att.23.17. Aegritudines Græci λύπας uocant. Tuſc.1.65. Aegritudines anxiæ atque acerbæ. Tuſc.4.27. Quid ſi deinde dolores graues corporis, ſi bonorum amiſſio, ſi cæcitas, ſi exſilium, ſi pro ſingulis malis ægritudines accederent? 4. Tuſc.61. Hæc tandem bona ſunt, quibus ægritudines grauiſſime detrahantur? Tuſc.3.40. Omnes metus & ægritudines ad dolorem referuntur. de Fin 57. Omnium ægritudinum una ratio eſt, plura nomina. Tuſc.3.71. Defatigatio igitur miſeriarum ægritudines cum faciat leuiores, intelligi, &c. 3. Tuſc.115. Non enim ſuſcipere ipſi ægritudines propter alios debemus: ſed alios, ſi poſſimus, leuare ægritudine. Tuſc.4.45. It tamen fatentur grauiores ægritudines ſuſcipi, quam natura cogat. 3. Tuſc.121.

Aegrotus.

Aegroto fortis erat accipere medicinam. 13. Att.27. Et profecto aut hoc remedium eſt ægrotæ ac prope deſperatæ reip. iudiciiſq. corruptis, &c. 1. in Ver.38. Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, ſperare non deſtiti. Att.9.181.6. De illo ægroto uitæ ſaciebant. 8. Att.55.

Aegroto.

Quis dubitauit, quin ægrotationes animi, qualis eſt auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æſtimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriantur? 4. Tuſc.129. Adoleſcentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, triſtius curantur. de Sen. 91. Aegrotant grauius ii, qui cum leuati morbo uiderentur, in eum de integro inciderunt. 12. fam. 62. Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hũc ægrotauit. pro Clu.132. Ibi primum in morbum incidit, ac ſatis uehementer diuq. ægrotauit. pro Clu 138. Atque interim grauiter ægrotare filius cœperit. 1. Off 47. & de Se. 1. Aegrotare periculoſe quotannis. 8. Att.5. Aegrotare utiliter. Tuſc.2.56.

Aegrotans.

In unius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima, poſitas omnes noſtras ſpes habemus. Att.8.146.4. In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leuiter ægrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. 1. Off.136.

Aegrotatio.

Aegrotatio animi, eſt opinatio uehemens de re non expetenda, tamquam ualde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita. Tuſcul.4.20. Aegrotationem appellant Stoici morbum cum imbecillitate. Tuſc.4.22. Quia nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem & morbum. 3. Tuſc.24. Vtrum quod minus noceant animi ægrotationes, quam corporis? 3. Tuſc.8. Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu naſcuntur earum rerum, quas fugiunt & oderunt. 4. Tuſc.38. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis eſt auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æſtimetur ea res, ea qua animus ægrotat, oriantur? Tuſc.4.60. Aegrotationes & morbi animorum difficilius euelli poſſe putantur, quam ſumma illa uitia, quæ uirtutibus ſunt contraria. Tuſc.4.25. Aegrotationes corporis. Tuſc.3.4. Aegrotationibus talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, pertinacia, ligurritio, uinolentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia. Tuſc.4.74.

Aemulor.

Quumq. corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes fere cupiditates, eoq. magis incendi, quod iis æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus. 1. Tuſc.37. Omnes eius urbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quam æmulari. pro Fl.50. Aemulari, obtrectare, non eſſe inutile dicunt Peripatetici: quum aut ſe non idem uideat conſecutum, quod alium: aut alium idem, quod ſe. Tuſc.4.36.

Aemulans.

Aemulantis eſt angi alieno bono, quod ipſe non habeat. Tuſcul.4.46.

Aemulatio.

Aemulatio, eſt ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. Tuſc.4.14. Aemulatio dupliciter dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc ſit: nam & imitatio uirtutis æmulatio dicitur. Tuſc.4.14. Illa uitioſa æmulatio, quæ riualitati ſimilis eſt. 4. Tuſc.89.

Aemulator.

Seruilius æmulator Catonis. Att.2.16.17.

Aemulus.

Aemulum habere. Att.6.114.12. & 35.4. Si non tamquam uitum, ac tamquam æmulum remouiſſet. in Ver.152. Is me potiſſimum teſtatus eſt, ſe æmulum mearum laudum extitiſſe. in Ant.66. Illo æmulo atque imitatore ſtudiorum ac laborum meorum. pro Mar. Aemuli ſtudiorum tuorum. 12. fam.23. id eſt, imitatores, in bonã partem. Rei alicuius comprobatores atque æmuli. de Inuent.51. Fuit ſummo ingenio uir Zeno: cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur. pro Mur.56.

Aemula.

Aemula domeſticæ laudis. pro Cœl.44.

Aeneus.

Equus æneus. 3. Off.48. Aenea ſtatua. in Ant. 233. Signum æneum. pro Deiot.147. Aeneum trophæum. de Inuent.71. Lectos æratos, candelabra ænea. 6. in Ver.52.

Aenigma.

Aenigma Oppiorum ex Velleia plane non intellexi. Att.6.132. 6. Aenigmata ſomniorum. Diuin. lib.2.102. Aenigmata unde ſint. 3. de Or.91. ἐν αἰνιγμασιν erunt cetera. 2. Att. 49. ἐν αἰνιγμοῖς ſcribere. 6 Attic. 45.

Aequabilis, Aequabilitas, &c. Aequalis, Aequaliter, Aequatio, Aeque, Vide Aequus.

Aequilibritas.

Aequilibritatem, ſi placet, ἰσονομίαν appellabimus. de N.D.1.77.

Aequinoctium.

Si æquinoctium exſpectas, nauigaturus uidetur. 12. Att.37. Aequinoctium nunc nos moratur, quod ualde perturbatum erat. 10. Attic.53.

Aequiparo.

Nemo eſt qui factis me æquiparare queat. 5. Tuſc.72.

Aequitas, Vide Aequus.

Aequor.

Vt enim Aegyptii, ut Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. 1. de Diuin. 152. periphraſis, pro in campeſtri planitie.

Aequus.

Eſſe animo æquo de re aliqua. Att.97.2. Conſequeris tamen, ut eos ipſos, quos contra ſtatuas, æquos placabileſq. dimittas. Attic. 299. Populo ab ſe alienato, nobilitate inimica, non æquo ſenatu, iuuentute improba. Q.fr.308. Concedo & quod animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt. pro S. R. 42. Satis multa hominibus non iniquis hæc eſſe debent; nimis etiã multa uobis quos æquiſſimos eſſe cõfidimus. pro R.P.129. Aequo animo te moneri patieris. Att. 275. Prædia mea tu poſſides: ego aliena miſericordia uiuo, & quod animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt. pro R. A.87. Aequus auditor. de N.D.1.14. Aequus & planus locus. pro Cæc.294. Quum adhuc ei propter uim aduerſariorum non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuerit. pro Quinct.5. Prætor æquus & ſapiens. 6. in Ver. 158. Aequus, pro, facilis aut tractabilis. 5. Phil.164. Aequa lex, & omnibus utilis. pro Cor.67. Si æqua & honeſta poſtulatio uidetur, iudices, ego contra breuem poſtulationem affero. pro Sex. Roſc 4. Te enim iudicem æquum puto: modo quæ dicat ille, bene noris. 1. de Fin.24. Aequam partem ſumpſeris atque miſeris. 5. Ver.40. Quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facile & æquo animo carebam. Fam.4.11.4. Quod ego ſiue æquo animo fero, ſiue iniquo. 5. fam.60. Aequo animo ferre mortẽ alterius. Tuſc.3.61. Qoq; tua eſt humanitas, æquo animo te moneri patieris, præſertim de communi ſalute. ad Brut 4.4. Aequo animo mori. Tuſc.3.61. Ego, niſi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo eſſem. Att.6.119.4. hoc eſt, non curarem. Aequo animo uidere

dere aliquid. in Ver. 266. Quem animo æquo uidere non poſſumus. de Pro.Con.72. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neque ſummiſſum & abiectum, neque ſe efferentem. 1. Off. 173. 1. Phil. 20. Hic uide quam me ſit uſurus æquo. 7. Ver. 120. id eſt, quam æquum me iam tibi præbiturus. Aequo nomen ſententiæ ſortiſſent. 8. fam. 19. Tamen ii poſſunt abs te placati æquiq. diſcedere. de Pet. Conſ. 15. Ego, ut me tibi amiciſſimum eſſe & æqui & iniqui intelligant, curabo. Fam. lib. 3.6.16. Aequorum exſpectationi ſatisfacere. pro Syl. 177. In æquos & pares faſtidioſus. ad Her. 36. Conſequeris tamẽ, ut eos ipſos quos contra ſtatuas, æquos placatosq. dimittas. in Or. 18. Quis tandem nobis iſta iura tam æqua deſcribit? pro Quinct. 15. Eamq. animis ueſtris libentibus aut æquis remittatis. pro Clu. 3. Damus operam ne cuius animum offendamus, atque ut etiam ab ipſis, qui nos cum Cæſare tam coniunctos dolent, diligamur: ab æquis uero, aut etiam a propenſis in hanc partem, ut uehementer & colamur & amemur. ad Q. fr. 2. 16. 12. Aequus qui ita iuſtus eſt, ut neutram in partem propendeat, utrique parti æque fauens. Nemo enim fere eſt, qui ſui periculi iudex, non ſibi ſe æquiorem quam reo præbeat. pro Deiot. 2. Quid æquius, melius, quæritur in bonæ fidei arbitrio. Top. 34. Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriæ, Melius æquius: In fiducia, ut inter bonos bene agier. 3 Off. 80. Aequiſſimus æſtimator & iudex. 2. de Fin. 9. Quid, quod ſapientiſſimus quiſque animo æquiſſimo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo? de Sen. 73. Meis æquiſſimis utuntur auribus. 7. fam. 58. Sed Poſidonium, ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus. de Fat. 10. Aequum eſt me a te impetrare, &c. Att. 8. 14 a. 2. Aequum eſt uos meminiſſe, me, qui diſſerum, hominem eſſe. de Vn. 9. Vt æquum erat. ep. 179. Aequum aliquid eſſe in quempiam. pro Quinct. 25.

Aequum.

Quo circa bene præcipiunt, qui uetant quidquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum: æquitas enim lucet ipſa per ſe, dubitatio cogitationem ſignificat iniuriæ. Off. 1. 45. Aequum bonum, & æquius melius in arbitrio rei uxoriæ Off. 64. Aequum decernere. pro Quinct. 15. Cum ſe in cauſſa putant habere æquum & bonum quod defendant. pro Cæc 48. hoc eſt, ius optimum. quod barbare dicitur, Habere bonam cauſſam. Aequum poſtulare. Att. 11. 22. 2. 4. æquum præbere. ep. 18. Præter æquum & bonum. de Inu. 48. Aequũ ſtatuere in aliquem. pro Quinct. 8. Deſende æquum bonum, teſtamentorum ſententias, uoluntatesq. tutatus eſt. in Bruto. Compendium ſermonis eſt, pro, Aequum & bonum, uel, æquum bonumq. Tranquilliſſimus autem animus meus qui totum illud æqui boniq. facit. Att. 7. 123. 3. Is igitur a quo uiuo nec præſens, nec abſens quidquam æqui boniue impetrauit, apud mortuum factus eſt gratus. 2. Phil. 55. Ex æquo & bono ius quod ſit. 2. ad Her. 53. Nam ſiue de cæli natura loquitur, ſiue de terra, ſiue de diuina, ſiue de humana, ſiue ex inferiore loco, ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore, &c. 3. de Or. Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit. de Clar. 177. Scæuola peracutus ad excogitandum quod in iure aut in æquo uerum aut eſſet, aut non eſſet. de Clar. 177.

Aequabilis.

Motus certus & æquabilis. de Nat. 30. Dum modo ea ne uarietatis gratia, ſed æquabilis conſeruetur. 1. ad Q. fr. 25. Aequabilis plauſus. Att. lib. 4. 84. 5. id eſt, æqualis omnium fauor & conſenſus. Aequabilis prædæ partitio. Off. 41. Perpetua atque æquabilis ſatio. 5. Verr. 92. hoc eſt, plana & optime diſpoſita. Si æquabile uniuerſitatis corpus explicaretur. de Vo. 17. Sed hoc quoque colendum eſt & æquabile & temperatum orationis genus. 1. Off. 5. hoc eſt, ſtylum planum, læuigatum, nullis modis rugoſum aut obſcurum. Tractum ab architectis, uel fabris lignariis, qui ad amuſſim & perpendiculum ligna æquant & complanant, ut appareant uenuſtiora. Non ius æquabile quod utilitatis haberet, acceperat. 1. de Inuent. Par eſt, quod inter omnes æquabile eſt. 2. de Inuent. 71. Nihil poteſt eſſe æquabile, quod non a certa ratione proficiſcatur. Tuſc. 2. 56. Nihil eſt quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus eſſe poſſit. pro Cæc 52. hoc eſt, omnibus idem, & commune, citra ullum diſcrimen. Aequabilem undique & leuem motum efficit de Vn. 25. Vide ne parentis colorum, quam ſæpe animi intentionem eſſe firmandam, in omni genere ſe æquabilem præbeas. 2. Tuſc. 9. hoc eſt, modeſtum, conſtantem, infracto animo, & perpetuo ſimilem. Iatis æquabilem tenere rationem. ad Q. fr. 1. 1. 48 Aequabilem tributionem uocat Epicurus ἰσονομίαν, ut omnia omnibus paribus paria reſpondeant. de Nat. 1. 30. Verborum autem ratio, & genus orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis proſequendum eſt. 2. de Or. 35. In quo igitur pratoris eſt diligentia requirenda? In numero nautarum, & in deſcriptione æquabili ſumptuum. pro Fl. 25. Tactu orationis le-

ui, & æquabili perpoliuit illud opus. de Or. 113. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. Quod autem alitur & creſcit, motu quodam utitur certo & æquabili. 2. de Nat. 34. Itaque e contrario moderati, æquabilesq. habitus, affectiones, uſusq. corporis, apta eſſe ad naturam uidentur. 5. de Fin. 63.

Aequabilitas.

Aequabilitas, motus cæli. de Nat. 2. 1 r. & 1. de Or. 93. Aequabilitate decernendi. pro Mur. 39. Aequabilitas & conſtantia opinionum iudiciorumq. Tuſc. 4 24. Præclaraq. eſt æquabilitas in omni uita, & idem ſemper uultus, eademq. frons. Off. 1. 127. Similitudo æquabilitasq. uerborum. Partit. 231. Nihil magis decorum eſt, quam æquabilitas uniuerſæ uitæ, tum ſingularium actionum. Off. 1. 155. Aequabilitatem uitæ conſeruare non poſſis, ſi aliorum naturam imitans, omittas tuam. Off. 1. 155. Inuident autem homines maxime e paribus aut inferioribus, quum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent euolaſſe: ſed etiam ſuperioribus inuidetur ſæpe uehementer, & eo magis, ſi intolerantius ſe iactant, & æquabilitatem communis iuris, præſtantia dignitatis aut fortunæ ſuæ tranſeunt. de Or. 115 In liberis populis, & iuris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas. Off 18 In laude iuſtitiæ explicandum erit. quid cum fide, quid cum æquabilitate factum ſit. de Or. 140 Fortem & liberum animum, quo & conſul & nunc conſularis rempublicam uindicaſti, ſine conſtantia & æquabilitate nullum eſſe putaris. ad Brutum, ep. 16. 18 Elaborant alii lenitate & æquabilitate, & puro quaſi quodam & candido genere dicendi in Or. 30.

Aequabiliter.

Ita enim tum æquabiliter omnes erant eiuſmodi, &c. 3. in Verr. 57. Niſi æquabiliter prædam diſpertiat. Off. 2. 56. Etenim quum duo genera ſint facetiarum, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue, &c. 2. de Or. 220. Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt. 2 de Nat. 142. Quamquam hæc quidem iam tolerabilia uidebantur: etſi æquabiliter in remp. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat. pro Mil. 56. Oratio cum lenitate quadam æquabiliter profluens. de Or. 114 Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus, qui earum ciuitatum fines incolunt, tolerari æquabiliter. 1. ad Q. fr. 19.

Aequalis.

Aequalis (Græcis ἡλικιώτης dicit, Tuſc. 1. 34. Quid dicã de Deiotaro patre, cuius beneuolentia in populum Romanum eſt ipſius æqualis ætati? 2. Phil. 314. Quaſi diceret, ab incunabulis amicum fuiſſe. In quo tantus error Attii fuit, ut his conſulibus, quadraginta annos natus Ennius fuerit: cui quum æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit, quam ii qui multas docuerant ante hos Cõſules. in Bruto, 30. Vt quidq. erit dicendum, ita dicet: nec ſatura ieiune, nec grandia minute, nec itẽ contra: ſed erit rebus ipſis par & æqualis oratio. in Or. 68. Aequalis creuci pæan. in Or. 125. Aequalis dactylo ſpondeus. in Or. 113. Philiſtus æqualis temporum illorum. de Dom. 88. Aequalis deius illa quæ a peccatis auocat. 2. de Leg. 16. Aequalis eſt ea uis, cælum atque terras tuentis & regentis dei. 2. de Leg. 8. Etenim quod ſacrificium tam uetus eſt, quam hoc quod a regibus æquale huius urbis accepimus? de haruſp. reſp. 53. id eſt, a condita urbe inſtitutum. Vel, perinde antiquum atque hæc urbs. Ipſe autem æqualem ætatis ſuæ memoriam depoſcit, ut ea complectatur quibus ipſe interfuit. 1. de Leg. 12. Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem eſſe uolumus. de Leg. 174. Ea demum magna uoluptas ait, Criſpe Salluſti, æqualem ac parem uerbis uitam agere. in Salluſt. 1. Partem pedis æqualem eſſe alteri parti. Or. 215. Non puto exiſtimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis, ſed ordinẽ ſequens, in memoriam notam & æqualem neceſſario incurro. in Bruto, 132. Dionyſij mater, eius qui Syracuſiorum tyrannus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtum eſt, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, quum prægnans, &c. 1. de Diu. 71. Conferam autem anum tuum Druſum cum C. Graccho eius fere æquali. 4. de Fin. 108. Noſtri fere æquales, ἡλικιῶται Cat. 7. Suntq. pares in amore & æquales. in Lælio. Demoſthenes ſucceſſit magnis, & maximos oratores habuit æquales. Or. 206. Virtutes inter ſe æquales & pares. de Or. 91. Aequalium morte dolere. Brut. 165. Sæpe enim interfui querellis meorum æqualium. de Sen. 6. Peccata eſſe æqualia contendunt Stoici. in Parad. 27. Quod memini poſſimus interuallis æqualibus. de Or. 160. Nec cũ æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum ueſtra etiam ætate, atque uobiſcum. de Sen.

Aequalitas.

Simul illud gaudeo, quod & æqualitas ueſtra, & pares honorũ gradus, & artium ſtudiorumq. quaſi finitima uicinitas, tantum abeſt ab obtrectatione inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſque, ut ea non modo non exulcerare ueſtram gratiam, ſed etiam conciliare uideatur. in Brut. 80. In rebus cauſſisq. ciuium æqualitatis conſer-

 uatio.

uatio.de Or.103. Habeatq. ſimilitudinem æqualitatemq. uerborum.in Part.13. Multa autem ſunt quæ æqualitate ipſa comparantur, quæ ita fere concluduntur. in Top.39. Prætor offenſionem uitat æqualitate decernendi. pro Mur.134. Quis eſt qui horum conſenſum conſpirantem & pæne conflatum, in hac prope æqualitate fraterna non nouerit, &c. pro Lig.21. Quidam uirtutibus excepti atque uitiis, cetera in ſumma æqualitate poſuerunt. de Leg. 193.

Aequaliter.

Aequaliter omnibus abrogatur fides. 4.Acad. 69. hoc eſt, tam his abrogatur, quam illis. Aequaliter, aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere. 11.fam 33. in ep. Bruti. Aequaliter diſtributi cælum circum mundum. de Vn. 45. Frumentum ciuitatibus æqualiter diſtributum. in Ver.184. Clodius æqualiter in alienos & in ſuos irruebat. pro Mil.116. Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq. reſpódeat. de Am. 51. Communis hæreditas, quæ æqualiter ad utrumque lege ueniebat. pro Fl.163.

Aeque.

Aeque, pro, eadem conditione. 12.Phil.339. Lætamur amicorum lætitia æque ac noſtra, & pariter dolemus. de Fin.63. Hebes æque ac pecus. de Dom. 89. Et ſomnia dormienti non æque ac uigilanti probantur. 4.Acad. 156. Neque ipſam amicitiã tueri poſſumus, niſi æque amicos & noſmetipſos diligamus. de Fin. 63. Hoc ad officium meum æque atque ad ullam aliam rem pertinet. 177. Att. Qui æque atque ego ſunt occupati. pro Arch.247. Hi columnæ æque atque illi. de Nat.68. Quos æque atque te, ſumma beneuolẽtia ſum complexus. ad Lig. lib. 6.14.1. hoc eſt, Perinde ac. Id utrique noſtrum æque gratum eſt. epiſt.211. Grauius aut æque graue. de Or. 128. Maius, minus, æque magnum. de In.51. Quæ beneficia æque magna non ſunt habenda, atque ea quæ iudicio, conſiderate, conſtanterq. delata ſunt 1.Off.74. Beneuolentia ciuiũ non æque omnes egent. Off.39. Sui meminerat æque. in Ver.135. id eſt, pariter. Cui carus æque ſis & iucundus, ac fuiſti patri. ad Cur lib 2. Hoc æque turpe eſt, atque illud. pro S.R.37. Non æque quid dicant attendo. de Or.147. Pompeius æque ut unuſquiſque ueſtrum pro ſalute mea laborauit. pro Dom.219. Cn Pompeium ſtudio & auctoritate æque ut unumquemque ueſt ũ opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro ſalute mea laboraſſe. pro Do.ſu.24. Præſertim cum Romæ domus eius, uxor, liberi eſſent, & procurator æque utriuſque neceſſarius. pro Quinct. 58. id eſt, amicus. Nihil æque cupio, atque bonam famam. in Ver. 56.

Aequitas.

Aequitas, id eſt, æqua ſors. in Piſ.21. Aequitas, hoc eſt, pars quædam honeſtatis iudicialis cauſſæ finis eſt 2.de In. 237. Aequitas animi. Tuſc. 169. pro Marc.15. Id eſt, tranquillitas. Aequitas animi, quum æquo animo & moderate res ferimus. 6. fam.39. Summa bonitas & æquitas cauſſę. 163. Att. Quo in ſpectaculo mira reipub. æquitas erat, uter eorum periiſſet tanquam laniſta. in Piſ. 85. Aequitas ab utilitate numquam ſeiungi poteſt. de Fin. lib.3. 56. Aequitas humana. pro Domo ſua, 1. Aequitas paribus in cauſſis paria iura deſiderat. Top.10 Aequitas in iudiciis quęritur. 1.de Or.69. Aequitas, iudiciorum finis. Part.53. Aequitas iuſtitiæ maxime propria. Off.1 93. Aequitas tollitur omnis, ſi habere ſuũ cuique non licet. Off.2. 115. Aequitatis communitas. 6 Phil.206. Aequitatis loci bipartito cernuntur. Top.48. Vt Græci æquitatis, ſic Latini delectus uim in lege ponunt. 1.de Leg.14. Aequitatis inſtitutio tripartita. Top.48. Aequitatis largitio. pro Mur 134. Arripere patrocinium æquitatis. de Or.106. Aequitatis uis duplex. Part. 71. Ad æquitatem delabi. 6.fam.36. Ad æquitatem animi extollere. 6.fam.39. Te C. Aquili, uoſq. qui in conſilio adeſtis, orat atque obſecrat, ut multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco cõſiſtere & cõfirmari patiamini. pro Quinct. 5. Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſæculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? 2. Off.157. Quis hanc animi maximi æquitatem in ipſa morte laudaret, &c. Tuſc. 1.90. Non enim moderationem animi tui & æquitatem. de Se.1. Perſpice æquitatem animi mei & ludum, & contemptionem Seleucianæ prouinciæ Att.4.87.4. Aequitatem tuam non potui non probare epiſt. 17. Propter ſummã bonitatem & æquitatem cauſſę Plancio, lib.16.Att.342.3. Aequitatem quicumque regas, habeto pari iure eum eo quicumque erit iuris diſceptator. 3.de Leg.8. Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti. pro Planc 33. Difficile autem eſt, quum præſtare omnibus cupieris, ſeruare æquitatem: quæ eſt iuſtitiæ maxime propria. 1.Off.92. Aequitatem cum aliquo ſtare. 2.de Inu.227 Ab æquitate tua res ip a impetrare debet, ut ei ſubuenias. 13. fam.62. De æquitate & iure quæritur. de Or.99. In interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate, nihil erat Craſſo copioſius. in Bruto, 75. Pro æquitate contra ius dicere. de Or. 105. Hic tu modum uitæ tuæ, non ſalute reip. ſed æquitate animi definies? pro M.Marc. Aequitate conſtituenda ſummos cum infimis pari iure retinebat. Off 2. 58. Certe, inquam, pertinax non ero, tibiq., ſi mihi probabis ea, quæ dices, libenter aſſentiar. Probabo, inquit, modo iſta ſis æquitate, quam oſtendis. 1. de Fin. 44. hoc eſt, modo tu me æquo animo audias. Tres perſonas unus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, aduerſarij, iudicis. de Or.118. Omnino iam bene agis. A uerbis enim recedis, & æquitate uteris. pro Cæc.27.

Aequo.

Et animos eorum ita afficit. Sollicitudo ex te afficit me. in Bruto, 1.6 Cupio te ædilem uidere, miroq. deſiderio me urbs afficit. fam. lib.2.12.10. Omnia conſeruat ignis uitalis, ſenſuq. afficit. de N.D.2.29. Quicum omnia, quæ me cura afficiunt, communicem. Att. Idem in anguſtiis ærarij, uictorem exercitum ſtipendio affecit. pro Balb.49. pro, Stipendium dedit ei. Studium tuum, curaq. de ſalute mea, nulla me noua uoluptate afficit. ad Brut. ep.16.1. Litteræ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium uideter, ſed accipere. Att.229. Quonam modo ille nos uiuus affecerat, qui mortuos inani cogitatione percuſſit? pro Mil.117. Vt dolorẽ eiſdem uerbis afficias, quibus Epicurus uoluptatem: id eſt, ſuauem eum dicas, ut Epicurus. Tuſc.2.14. Vt eum ampliſſimo regis honore & nomine affeceris. pro Deiot. id eſt, regem appellaueris. Nõ aut negari poteſt, id factum eſſe quod laudetur, aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit. in Top 50. Corpus afficere.1.Offi.112. id eſt, macerare. Afficere beneficijs, aut commodis. 7.Ver.90. pro Clu.147. Calamitate. pro Roſc. Am.86. Aliquem ægritudine. Tuſc.3.67. Quempiam deſiderio.15.fam.51. Aliquẽ gloria. Tuſc.1.28 Errore mentis. Att. A. aliquem honore, nullis meritis ſuffragantibus. de P. Conſ.19. A. deorum honore. de Nat.1.29. Ignominia.6.Ver.16. pro Roſc. Am.66. Incommodo.2.de Fin.126. 3.Off. Iniurijs Lætitia magna. pro Mil.58. Aliquem luctu. in Piſ.13. Macula. pro Roſc. Com.1. pro S.R.37. Metu. Moleſtia. de Cl. Or.6. Morbo. pro Clu.24. Muneribus aliquem.2. ſam.4. Aliquem ſepultura. Diu.1.52. Pœna.1.Philip.22. pro Balb.13. Præmio. pro Balb.5. Timore. pro Quinct.3. Magna igitur, ut uides, ſollicitudine afficior, magni inopia conſilij. Att.6.114.3. Ego in uita mea nulla umquam uoluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate. Att.80. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. pro S. Roſc.43. Tantis pedum doloribus afficitur, ut ſe conuenire nolit. fam.6.ep.19.1. Qua is tandem pœna afficietur? pro S.R.57. Et uti qui audirent, ſic afficerẽtur animis, ut eos affici uellet orator.1.de Or.43. Affici admiratione, θαυμάζεσθαι. Off.2.51 Aegritudine. Tuſc.3.13. Difficultate. pro Quinct.5. Omnes ſcelerati atque impij, quos leges exilio affici uolunt, exſules ſunt, etiã ſi ſolum non mutarunt. in Parad.38. Affici gaudio. Tuſc.5.50. Aliquo incommodo, βλάπτεσθαι. Off.1.35. Tuſc.3.67. Res quæ non laude quidem ſatis idonea affici poſsit. Brut.91. Morte ab aliquo affici. in ep.1. de Inu.53. Pudore. pro Cæc.56. Satietate.209. Affici uoluptate animo. de Fin.3.30. Vtilitate.7. fam.31.

Affectus.

In his tantis periculis ita ſum animo affectus, ut non queã, &c. pro Mur.137. Non queo ad te, nec libet ſcribere, quo animo ſim affectus. fam.16.ep.4. Quum ita ſis animo affectus, ut ſupra dixi. 1.Offi.95. Ego quomodo ſim affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoſcere. fam.14.17. hoc eſt, quo pacto me habeam. Eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum, quo in ſeipſum.1. de Fin.104. Niſi qui ita ſit affectus, eſſe liberum neminem. Part.122.

Eodem modo erga amicum affecti ſumus, quo erga noſmetipſos. de Am.51. Atque ſi ſunt quidem fere quaſi quidam habitus animi ſic affecti & conſtituti, ut ſint ſinguli inter ſe proprio uerſuum genere diſtincti. Parad.236. Si enim ſic erimus affecti, ut propter ſuum quiſque commodum, &c. Offi.56. Nunc cum ita ſumus affecti, ut non poſſimus plane ſimul uiuere. Att.211. Oculi nimis arguti; quemadmodum animo affecti ſumus, loquũtur. 1.de Leg. 59. Iubet igitur Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit quod errorem animis perturbationemq. afferat. 1. de Diu.120.

Affectus, pro commotus.

Affectus auide de te aliqua. 12.Att.54. Animus ita uidetur affectus fuiſſe, ut rem cum conſilio proſpicere non poſſet. de Inu.64. Eſt enim ita affectus, ut nemo unici filij mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. in Ant.283. Qui enim ſentit quemadmodum ſit affectus, eum neceſſe eſt aut in uoluptate eſſe, aut in dolore. de Fin.56. Varie ſum affectus tuis litteris: ualde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus. fam.16.ep.61. Si iuſto, ſi pio dolore me affectum uides. de Or.127. Orator utrumque ſe affectum uideri, & animum audientis moueri uolet, ita, &c. Or.202. Aliquem ita affectum eſſe, ut optime ſecundum naturam affectus eſſe poſſit. de Fin.130. Non uno modo in diſparibus cauſſis affecti eſſe debemus. 2.Offi.89. Eos ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit; qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Tuſc.192.

Affectus, pro cumulatus.

Quum tantis a uobis P.C. beneficijs affectus ſim, tantis honoribus, &c. in Piſ.25. Vir clariſſimus reipublicæ, & ueſtris beneficijs ampliſſimis affectus, Q. Catulus. pro L.Man.35. Affectus honore, imperio. Off.1.207. Quanta ſim lætitia affectus, facilius eſt tibi exiſtimare, quam mihi ſcribere. in ep ad Brut.4.1. Me hoc honore præditum, tantis ueſtris beneficijs affectum. pro L.Manil. Cũ municipibus Volaterranis mihi ſumma neceſſitudo eſt: magno enim meo beneficio affecti, cumulatiſſime mihi gratiam retulerunt. fam.13.ep.4.1. Videſne igitur quanto munere deorum ſimus affecti? 3.de Nat.91. Mitto ereptam libertatem populis ac ſingulis qui erant affecti præmijs nominatim. in Piſ.71. Animi autem ſpectantur, aut quemadmodum affecti ſint uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, uoluptate, moleſtia. in Part.20.

Affectus, pro multatus ſiue afflictus.

Quum Dolabellæ auaritia, magna deſperatione affectus eſſem. Att.14.317.2. Quum tot tantiſq. difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam, C.Aquili, fidem, ueritatem, miſericordiã P. Quinctius confugerit. pro Quinct.5. Affectus grauius. 12. Att.41. Magna moleſtia affectus. ep.11. Affectus morbo graui & mortifero. Diu.1.58. Ita uir clariſſimus ab homine deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. fam 4.ep.12.7. Affectus ſenectute. 3. de Or.39. Affectus optima ualetudine. Tuſc.227. Syracuſanam quidem ciuitatem, ut abs te affecta ſis, ita in te eſſe animatam uidemus. in Ver. 235. Reſpub. male affecta. ep.228. Cæſarq. per litteras maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet. fam.1 Et primo uelim exiſtimes, hoc municipiũ maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſſe difficultatibus. fam.13.ep.8.5. Non debes temere conſulem populi Romani ſaltatorem uocare, ſed cõſpicere quibus præterea uitijs affectum eſſe neceſſe ſit eũ cui uere iſtud obijci poſſit. pro Mur.11. Subito prope iam affectam ac proſtratã rempub. tuis opibus extuliſti. ad Octau.70. His enim uitijs affectos, & talibus, malos & audaces appellare conſuetudo ſolet. 14.Phil.

Affectus, ſine ablatiuo, pro ægroto.

L. Cæſarem Neapoli affectum grauiter uideram. Att.232. Qui cum ita affectus eſſet, ut ſi ad grauem ualetudinem labor uiæ acceſſiſſet, ſibi ipſi diffideret, non recuſauit. in Ant.221.

Affectus, pro inchoatus.

Bellum affectum uidemus, &, uere ut dicam, pæne confectum. de Prou.73. Vt ea quæ per ipſum affecta ſunt, perfecta, &c. de Prou. 74.

Affectus, pro aptus.

Oculus conturbatus, nõ eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſc.192.

Affectus, pro diſpoſitus.

Ad rem pertinet, quomodo cælo affecto, compoſitiſq. ſideribus quodq. animal oriatur. Diu.138. Numquid nam manus tua ſic affecta, quemadmodum affecta eſt, deſiderat? de Fin.57.

Affectus, pro cognatus, affinis.

Ducuntur etiam argumenta ex his rebus quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. Top.6. & Part.230. Ex affectis locis. 2.de Or.90, & 91.

Affectus.

Qualis cuiuſq. animi affectus, talis homo. Tuſc.5.35. Affectus ſi animi ſpecies, ad quos auditores impellendi. Brut.57.

Affectio.

Affectio, eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſſa cõmutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. 1.de Inu.52. Affectio, eſt quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut adminiſtratione, aut hominum ſtudio, commutatio rerum: ut non tales, quales ante habitæ ſint, aut pleruimque haberi ſoleant, habendæ uideantur. 2.de Inu.151. Aſtrorum affectio ualeat, ſi uis, ad quaſdam res: ad omnes certe non ualebit. de Fat.13. Firma corporis affectio. Tuſc.5.21. Non enim omne uitium partes habet diſſentientes: ut eorum, qui non longe a ſapientia abſunt, affectio eſt illa quidem diſcrepans a ſe ipſa, dum eſt inſipiens, ſed non diſtorta nec praua. 4.Tuſc.23. Impulſio, eſt quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur. de Inu.64. Ad primam atque optimam affectionem animi peruenerint. de Vni. 57. Illum impetum & quandam commotionem animi affectionemq. uerbis & ſententijs amplificare debebit, & oſtendere quanta uis amoris ſit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat. 2.de Inu. 134. Affectionem animi, lumine mentis carentem, philoſophi nominauerunt amentiam, eandemq. dementiam. Tuſc.3.8. Ex affectione quomodo coniectura capienda. 1.de Inu.142. Ex animorũ affectione teſtamenta, commendationeſq. morientium natæ ſunt. de Fin.103. Tu uero, Metrodore qui omne bonum in uiſceribus medulliſq. condideris, & definieris ſummum bonum firma corporis affectione, explorata ſpe contineri, fortunæ aditus interclusiſti? 5.Tuſc 41. O uim maximam erroris, etiamne urbis natalis dies ad uim ſtellarum & Lunæ pertinebat? Fac in puero referre, ex qua affectione cæli primum ſpiritum duxerit: num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit ualere? 2. Diu.148. Omnes rectæ animi affectiones, uirtutes appellantur. Tuſc.2.38. Vitia enim affectiones ſunt manentes, perturbationes autem mouentes: ut non poſſint affectionum manentium partes eſſe. 4. Tuſcul. 45.

Affecto.

Omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. Attic. 269. Nunc uero quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis. pro Roſc.Am.83. Affectare aliquo iter. pro Roſc. Am.83.

Affigo.

Mineruæ cui pinnarum talaria affigunt. de N.75. Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quidquam erat. de Vni. 598. Sed ſi ego hos (iudices) bene noui, litteram illam, cui uos uſque eo inimici eſtis, ut etiam ex omnes oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut poſtea neminem alium, niſi fortunas ueſtras accuſare poſſitis. pro Roſc.Am.34. Ea maxime animis affigi noſtris, quæ eſſent a ſenſu tradita atque impreſſa. 2. de Or.154. id eſt, tenaciter inhærere.

Affixus.

Sed in animo ſenſuq. meo penitus affixa atque inſita eſt. 7.Ver. 108. Quibus in rebus me ille ſibi affixum habebit. 1. fam. 27. id eſt, adeo ero ſedulus, ut numquam a latere eius diſcedam. Alij adiutorem exponunt. Dedit etiam alteram mihi, quæ iubet eum mihi eſſe affixum tamquam magiſtro. Q.fr.3.13. id eſt, mihi inhærere, & a me non diſcedere. Vt Ithacam illã in aſperrimis ſaxulis tamquam nidulum affixam, ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret. 1.de Or.96. id eſt, ſaxis & rupibus adhærentem. Continentia cum ipſo negotio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe uidentur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. 1. de Inue.54.

Affingo.

Exſtorum fieri mutatio poteſt, ut aut abſit aliquid, aut ſuperſit. Partus enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 1. Diu.193. Poeta peccat etiam, quum probam orationẽ affingit improbo, ſtultoue ſapientis. in Or.41. id eſt, fingendo accommodat. Sed tantũ alteri affinxit, de altero limauit. de Or.146. Qui nihil opinione affingat, aſſumatq. ad ægritudinem. Tuſc.3. 68. Fit enim plerumque, ut hi qui boni aliquid uolunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant lætius. 6.Phil. Faciamq. ut intelligatis in tota illa cauſſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Clu.6. Quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, &c. Tuſc.3.58. In quibus deſcribuntur hominum mores, & ita affinguntur, ut aut re narrata aliqua, quales ſunt intelligantur. 2.de Or.134.

Afflictus.

Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam, Quirites, ut neque uera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa afficta eſſe uideatur. pro L.Manil.6. Nullam partem corporis ſine aliqua

neceſſitate aſtrictam, totamq. formam quaſi perfectam reperietis. 3. de Or. 93. Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, ut non tamquam citharœdi proœmium affictum aliquod, ſed cohærens cum omni corpore membrum eſſe uideatur. 2. de Or. 177.

Affinis.

Qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus? 4. Acad. 15. Aut ſolitos eſſe accuſatores iudicibus perſuadere, affinem eſſe alicuius culpæ eum qui accuſaretur. 2. de Inu. 218. Verum id quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote. pro Roſc. Am. 18. Neque ſe uſque eo Sthenio eſſe inimicum, ut eum rei capitalis affinẽ eſſe diceret. 4. Ver. 64. Quantum facinus ad nos delatum ſit, uidetis. huic ſi paucos putatis affines eſſe, uehementer erratis. in Catil. 78. Circumſpicite paullisper mentibus ueſtris hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. pro Syl. 52. ad Her. 4. 152. Hic contra ita quieuit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit, ubi neque homines fuiſſe putentur huius affines ſuſpicionis. pro Syl. 15. Duos ſolos uideo auctoritate cenſorum affines ei turpitudini iudicari. pro Clu. 120. Tu affinem tuam, filiam meam, a genibus repuliſti. Poſt. 208. Tu me affinem tuum conſtrictum inimicis reip. tradidiſti. Poſt. 207.

Affinitas.

Affinitatis coniunctio. 2. Att. 41. Illa ſibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. pro Cl. 151. Quo quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. 4. Ver. 16. Nam & cum ſummo illo oratore Seruio Galba, cuius filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſe deuinxerat. in Brut. 50. Cognationes, affinitates, &c. de Or. 118. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. 1. Offi. 80. Serpit ſenſim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, poſt uicinitatibus. de Fin. 140.

Affirmo.

Affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem. Att. 12. 241. 3. Affirmo tibi omni adſeueratione. 13. Att. 30. Tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam, &c. pro Mur. 131. Illud tibi affirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore ut ab omnibus collaudere. fam. 1. 7. 18. Dicam igitur ad ea quæ ſunt a te dicta, ſed ita nihil ut affirmem, quæram omnia. de Diu. 110. Nihil enim aliud affirmare poſſum, niſi ſententiam & opinionem meam. 2. de Or. 80. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc intereſſe? 4. Aca. 92. Nam id quidem difficile eſt affirmare. de Diu. 106. Non ſoleo, mi Brute, temere affirmare de altero. ad Brut. ep. 1. 3. Quid opus eſt de Dionyſio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Att. 7. 128. 1.

Affirmatus.

Approbatio eſt, per quam id quod breuiter expoſitum eſt, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit. 1. de Inu. 81.

Affirmatio.

Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa. 3. Or. 141. Credidi chirographis eius, affirmationi præſentis Laterenſis, qui tum apud me erat. fam. 10. ep. 21. 2. Sed quum exploratum nihil haberem: nec tibi ſollicitationem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione adferre uolui. fam. lib. 9. Plura tibi de meis conſilijs ſcriberem, rationemq. omnium rerum redderem uerboſius, quo magis iudicares omnia me reipublicæ præſtitiſſe, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. fam. 10. ep. 7. 1.

Affirmate.

Quod autem affirmate, quaſi Deo teſte, promiſeris, id tenendũ eſt. Off. 3. 141.

Afflictio, Afflicto, Afflictus, Vide Affligo.

Affligo.

Senectus eneruat & affligit homines. de Sen. 83. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare in loco celeberrimo uoluerũt, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in Piſ. 74. Afflixit hunc calamitas. pro Cl. 159. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. Att. 13. ep. 260. 1. Afflixit principum grauitatem. 3. de Leg. 20. Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit. pro Cœl. 62. Non ſolum afflixerunt, ſed etiam funditus ſuſtulerunt. contra Rul. 83. Q. Scæuolæ mors tantum potuit, ut omnes ciues ſuos perdiderit, & afflixerit. pro Roſc. Am. 50. Si hunc, iudices, ueſtris ſententijs afflixeritis, quo ſe miſer uertet? pro Mur. 80. Affligere & debilitare animos metu. Tuſc. 4. 57. Cauſſam. pro Ses. 78. Alienius domum non ſolum affligere, ſed etiam religione ſempiterna obligare. pro Dom. 234. Nullus morbus aut ſenectus mundum poteſt affligere. de Vni. 197. Affligere ſe. Att. 2. 34. 3. id eſt, ſe angere, uexare, excruciare. Quod iudicaret hoc oratoris eſſe maxime proprium, rem augere poſſe laudando, uituperandoq. rurſus affligere. in Bru. 23.

De Gorgia loquitur. Conſeruate, iudices, parenti filium, parentem filio, ne aut ſenectutem iam prope deſperatam contempſiſſe, aut adoleſcentiam plenam ſpei maximæ, non modo non aluiſſe uos, ſed etiam perculiſſe atque afflixiſſe uideamini. pro Cœl. Ad affligendum illum, aut certe capiendum. 9. Att. 70.

Afflictus.

Aliquis a. & euerſus. pro Q. 12. A. & fractus animus. Att. 193. A. & iam omni ſpe ſalutis orbatus. 6. fam. 18. A. debilitatusq. ægritudine. Tuſc. 4. 28. Fractus & a. calamitate. pro Syl. 169. A. grauiſſime aliquo caſu. 9. fam. 20. Magnis clamoribus a. conticuit & concidit. Att. lib. 1. 11. 18. A. concurſu & odio populi. 3. Q. fr. 16. Luctu aut mœrore. in Piſ. 67. Phil. 9. 264. in Catil. 26. Tuſc. 3. 37. Itaque ut hanc Græciam, quæ iamdiu ſuis conſilijs perculſa & afflicta eſt, omittam: illa uetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. pro Flac. 12. Si nobilitas hominis, ſi afflicta fortuna, ſi reliquiæ priſtinæ dignitatis, non tam illuſtres fuiſſent. pro Syl. 28. Afflicta ſalus. fam. lib. 16. 3. Afflicta uirtus maxime luctuoſa. 2. de Or. 117. Quæ certe afflicti & fracti animi non fuit. Attic. 12. 242. 6. Qui mihi primus afflicto & iacenti dexteram porrexit. poſt red. in Sen. 21. Hic ſe ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit, ut nihil ſibi ex priſtina dignitate ſupereſſe arbitraretur. pro Syl. 11. Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit: diffidentemq. rebus ſuis confirmauit: & afflictũ erexit, perditumq. recreauit. pro L. Manil. 15. Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? in Catil. 26. Videtis igitur hominem per ſeipſum iam pridem afflictum ac iacentem, perniciosis optimatium diſcordijs excitari. de haruſp. reſp. 46. Vt per ſe afflictum atque euerſum propinquum ſuum, non modo honeſte partis bonis, uerum etiam cõmuni luce priuaret. pro Quinct. 49. Senatũ abiectum ac afflictũ excitaui. Att. 22. & 1. fam. 40. Augerat autem meam quidem ſpem, quod domum Antonij afflictam mœſtitia audiebam, lamentari uxorem. 12. Phil. 350. Ne tuas umquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauem uideres. pro Rab. 15. Alia ſunt tua facta atque conſilia, ſumma laude digna, quibus illam tu prouinciam afflictam & perditam erexiſti atque recreaſti. 5. Ver. 182. Fatetur ſe non belle dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Quinct. 62. Qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur. pro Dom. ad pontif. 74. Atque ita afflicti & exanimati iacent. Tuſc. 2. 48. Hoc tam fere ſic fieri ſolere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad miſericordiam. pro L. Manil. 16. Afflictæ luctu miſeriæ. 3. Att. 11. Afflictæ proſtrataeq. religiones. 2. de Leg. 41. Ego recreaui afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans, excitans. Att. l. 1. 11. 13. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis? 1. de Or. 27. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici poteſt, quam eum, qui hanc perſonam ſuſceperit, ut amicorum controuerſias cauſſasq. tueatur, laborantibus ſuccurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuiſſimisq. rebus ita labi, ut alijs miſerãdus, alijs irridendus eſſe uideatur? 1. de Or. 82. Afflictior conditio. 6. fam. 5.

Afflictio

Moleſtia, afflictio, deſperatio 4. Tuſc. 16. Habet ardorem libido, &c. ſed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. Tuſc. 196. alias afflictationem.

Afflicto.

Quod me afflictem, cum ita ſim afflictus, ut nemo umquam. 3. Att. 16. Quum ſe Alcibiades afflictaret. Tuſc. 3. 67.

Afflictor.

Accepi a te ſignatum libellum, quem Anteros attulerat: ex quo ſcire nihil potui de domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor: quod qui eas diſpenſauit, neque adeſt iſtic, neque ubi terrarũ ſit, ſcio. Att. 11. 209. 1. Squalent municipia, afflictantur coloniæ. pro Mil. 105. Hoc etiam turpius afflictatur reſp. quod ne ab eo quidem uexatur, &c. de haruſp. reſp. 37. Sæpe homines ægri, morbo graui, quum æſtu febrique iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo releuari uidentur: deinde multo grauius uehementiusq. afflictantur. in Catil. 23. Tum afflictari lamentariq. cœpiſſe. Tuſc. 3. 56.

Afflictatio.

Afflictatio, eſt ægritudo cum uexatione corporis. Tuſc. 4. 15.

Afflictor.

Age, ſenatus odit te: quod eum tu facere iure concedis: afflictorem & proditorem non modo dignitatis & auctoritatis, ſed omnino ordinis ac nominis ſui. in Piſ. 51.

Afflictus.

Effeminata uirtus afflictu occidit. 2. Tuſc. 35.

Afflo.

Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat, commiſſione Græcorum, frequentiam comitiorum non fuiſſe. Att. 16. 333. 12. Iſte quotidie per forum medium, tamquam iubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu rabido, ſpiritu uenenato, circumſpectans huc & illuc, ſiquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit. ad Her. 4. 329. Quum admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuauitatem odorum qui afflarentur a floribus. de Sen. 55. Sperat ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine. 3. in Ver. 24. id eſt, ab aliquo fauore ſe poſſe adiuuari. Poetam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. pro Arch. 14.

Afflatus.

Quid tam diuinum, quam afflatus e terra mentem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum efficiat? 2. de Diu. 176. Nemo uir magnus ſine aliquo afflatu diuino umquam fuit. 2. de Nat. 147. Afflatu diuino mentem alicuius concitare. 1 Diu. 69. Oracola quæ inſtinctu diuino afflatuque funduntur. 1. Diu. 64. Nemo poeta ſine inflammatione animi, & ſine quodam afflatu, quaſi furoris eſſe poteſt. de Nat. 59.

Affluo.

Nihil affluxit litterarum nec rumoris ex iſtis locis. 3. Q. fr. 20. Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuauitate afflueret, & illaberetur, &c. 1. de Fin. 31. Tamquam de liquore dixit Afflueret: id eſt leniter flueret, & quaſi lapſu permearet, quod per uerbum, Illaberetur, declarauit. At miſer ſi in uitioſa & flagitioſa uita afflueret uoluptatibus. 2. de Fin. 77. Affluere ſatietate. Diu. 1. 56.

Affluens.

Affluens bonis omnibus. de Nat. 28. Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens, Fannius Roſcio? pro Roſc. Com. 16. Homo diuitijs affluens. de Am. 106. Homo omni lepore & uenuſtate affluens. 7. uer. 214. Affluens opibus & copijs. pro L. Agr. 81. Modo, inquam, patrimonio non comeſo, ſed deuorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens & tam beatus? in Sall. 12. Affluens omni ſcelere domus. pro Clu. 150. Alter unguentis affluens, calamiſtrata coma. pro Seſt. 13. Nam ibi natus eſt loco nobili & celebri quondam urbe & copioſa, atque eruditiſſimis hominibus liberaliſſimiſque ſtudijs affluenti. pro Arch. 3. Otio nimio, & ingenijs uberrimis affluentes doctiſſimi homines. 3. de Or. 88. Vt omnium rerum affluentibus copijs, &c. Off. 1. 219. Ditior mihi & affluentior uidetur eſſe uera amicitia. Lael. 52. Nihil bonis omnibus affluentius. de Nat. 2. 37. Quoque affluentius uoluptates hauriat. 5. Tuſc. 25.

Affluentia.

Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum nata eſt arrogantia. pro L. Agr. 93.

Affor.

Liber quo me hic affatus quaſi iacentem excitauit. Brut. 166. Et eum affatus eſt qui arabat. Diu. 119. Nam ſcripſit his uerbis, quum hunc nomine eſſet affatus. de Cl. Or. 137. Qui locus eſt aut tam deſertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo acceſſerint, non affari atque appetere uideatur? 2. Phil. 53. Licet uerbibus iiſdem te affari. de Sen. 77.

Affabilis.

Et in omni ſermone omnibus affabilem & iucundum ſe eſſe uellet. 1. Off. 158.

Affabilitas.

Quantopere conciliet animos comitas, affabilitaſque ſermonis. 2. Off. 68.

Affore.

Non me hercule ſuſpicatus ſum illam affore. fam. 9. 26. 5. Maior mihi ratio a. nulla poteſt, quam, &c. Ep. 52.

Age.

Age age, inquit: ſatis enim ſcio me noſtri ſermonis principium eſſe uoluiſti. 5. Tuſc. A. hoc malum, quod mihi commune eſt cum omnibus, nihil opi mandato, ut, &c. Att. 98. A. iam, concedo non eſſe miſeros qui mortui ſunt. in Tuſc. A. nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. pro Mil. 40. A. nunc, refer animum ſis ad ueritatem. pro Roſc. Am. 27. A. nunc, illa uideamus, iudices, quæ ſtatim conſecuta ſunt. pro Roſc. Am. 63. A. nunc, ex ipſius Chryſogoni iudicio, Roſciorum factum conſideremus. pro Roſc. Am. A. porro, quid ſi ipſi uelint iudices adſcribere, paſſurus ne ſit populus? de Inu. 2. 221. A. porro, tu qui te tam religioſum exiſtimari uoluiſti interpretem fœderum: cur Tauromenitanis frumentum, cur Netinis imperaſti, quarum ciuitatum utraque fœderata eſt? 7. Ver. 45. A. porro, cuſtodiri ducem prædonum, nouo more, quam ſecuri feriri omnium exemplo magis placuit. 7. Ver. 54. A. Age quoniam, &c. pro Cl. 38. A. Age ſane, inquam. 2. de Fin. A. uero, ceteris in rebus qualis ſit temperantia, conſiderate. pro L. Manil. 27. A. uero, laudo aliquem, non offendo. Ep. 85. A. uero nunc inferte oculos. pro Font. 283. A. uero, urbibus conſtitutis, ut fidem colere, &c. 1. de Inue. 4.

Agedum, Agite.

Agedum conferte nunc cum illius uita, uitam P. Syllæ, nobis, populoque Rom. notiſſimam. pro Syl. 53. A. Agite uero, ut uoltis: ſed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo & requieſcendum. 2. de Or. Tuſc. 124.

Ager.

Agerenſis ager. in Rull. 55. Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quo milites ueterani deducti eſſent, qui contra legem Iuliam poſſideretur; ut is militibus ueteranis diuideretur. 5. Phil. 202. id eſt, in quem colonia deducta eſſet, & qui colonis eſſet aſſignatus. Vt ager, quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina animus. Tuſc. l. 2. 10. Ager frugifer. Tuſc. l. 2. 13. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima uilla. pro Q. R. 50. Fundus ſepinus, ſiue ager ſepinus, totum enim poſſidet. cont. Rul. 88. Qui ager neque uillam habuit, neque ulla ex parte fuit cultus. pro Q. R. 40. Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricultione oblectabant? de Sen. 52. Fines agro. in Vat. 218. Iam aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani, non ad arcem urbemque retinendam. 2. de Diu. 105. Vt agro a ſenatu & uacatione donatus eſt. de Nat. 2. 13. Agro bene culto nil poteſt eſſe nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. Cat. 53. Ex agro culto, uel qui coli poſſit, nullam partem ſepulchro ſumi uetat Plato, ſed quæ natura agri tantummodo efficere poſſit, ut mortuorum corpora ſine detrimento uiuorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur. 2. de Leg. 61. Vite atque agro exterminatus. de Nat. 1. 44. Ex agro tuo tantum mihi aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt. 2. Att. 32. Quinctius de ſaltu agroq. communi ui detruditur. pro Qu. 4. Is habet in Volaterrano agro poſſeſſionem. Ep. 104. Agri fertiles. Off. 1. 71. qui multo plus afferunt, quam acceperunt. Fructuarij. 8. fam. 28. Agri ita conſerentur, Platonis aſſeſſores. 3. de leg. 43. Vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur: ſic animi non omnes culti, fructum ferunt. Tuſc. 2. 10. Quum eſſent agri deorum immortalium excepti lege cenſoria. 3. de Nat. 34. Adſcribit idem auctioni Corinthios agros optimos & fertiles. de Agr. 56. Quid, qui agros immunes liberoſque arant, cur oderunt? 4. Ver. 120. Agros habent & natura perbonos, & diligentia cultuque meliores. pro. Fl. 161. Agros legionibus aſſignari puto oportere æqualiter, aut ſorte. 11. fam. 33. De agris eorum legem iniquiſſimam promulgaſſent. 13. fa. 6. Agris Syllanis & agro Campano. 21. fam. 33.

Agellus.

Quum agellus eum non ſatis aleret. de Nat. 1. 53. At enim minora dij negligunt, neque agellos ſingulorum, nec uiticulas perſequuntur. 3. de Nat. 124. Qui totannis agellos ſuos ante te praetorem redimere a piratis ſolebant. 5. Ver. 72.

Agrarius.

Agraria facultas. 2. Att. 35. Agraria lex Rulli. 8. fam. 16. Agraria lex a Flauio tribuno plebis uehementer agitabatur. Att. 1. 14. 4. Huic toti rationi agrariæ ſenatus obuerſabatur. Att. lib. 1. 14. 5. Ob eamque cauſſam aut agrariam rem tentant. Off. 2. 115. Agrarij, pro iis qui agros cupiebant, ut ſubuenirent ſuæ inopiæ. 1. Att. 02. & 16. 48. Alibi Agripetas appellat. Qui agrarios concitare conatus eſt. in Catil. 79. Nun ſollicitabit rurſus agrarios? 7. Phil. 228.

Agreſtis.

Nautæ fame coacti, radices palmarum agreſtium colligebant, & his miſeri perditiq. alebantur. 7. Ver. 69.

Agreſtis, per metaphoram, pro duro, aſpero, acerbo.

Agreſtis immanitas. 1. Diu. 107. Agreſtis & inhumana negligentia. Off. 26. Agreſtis adeo nemo eſt, qui non ſaltem contumelia & dedecore moueatur. Partit. 49. Ruſtica uox & agreſtis quoſdam delectat. 3. de Or. 24. Exculto animo, nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. Att. 12. 258. 2. Hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera: alterum indoctum & agreſte, quod anteferat ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Partit. 48. Agreſta hoſpitium & manſiuncula. 2. Att. 40. A principio clamare, agreſte quiddam eſt. de Or. 64. Fugere agreſtem & inhumanam negligentiam. 1. Off.

282. Quis noſtrum tam animo agreſti ac duro fuit, ut Roſcij morte nuper non commoueretur? pro Arch. 13. Libenter uero iſtinc, tamquam a domino agreſti ac furioſo profugi. de Sen. 43. Quæ uis alia potuit aut diſperſos homines unum in locum congregare, aut a fera agreſtique uita ad hunc humanum cultum ciuilemq. deducere? 1. de Or. 18. Ligures montani, duri atq. agreſtes. de Agr. 93. Sed ſunt quidam aut ita lingua hæſitantes, aut ita uoce abſoni, aut ita uultu motuq. corporis uarij atq. agreſtes, ut &c. de Or. 57. Seruos agreſtes & barbaros ex Apennino deducere. pro Mil. 19. Agreſtes atq. horridos uiros ſine nitore, & palæſtra habere in hiſtoria. 1. de Leg. 5. Quæ barbaria India uaſtior aut agreſtior? 5. Tuſc. 113

Agreſtis, ſubſtantiuum, pro homine ruſtico.

Et quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agreſtium, audacius paullo de ſtudiis humanitatis diſputabo. pro Mur. 55.

Agricola.

Arbores ſeret diligens agricola. 1. Tuſc. 52. Vt optimus paterfamilias & diligentiſſimus agricola & pecuarius haberetur. pro Deiot. 18. At ego (ut tute arguis) agricola & ruſticus. pro Roſ. Am. 57. Si de ruſticis rebus agricola quiſpiam diſerte dixerit. de Or. 112. Qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. pro Roſc. Am. 26

Agricultura.

Nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. 1. Off. 201. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, &c. de Fin. 90. Libri Magonis Carthaginenſis de agricultura. de Or. 106. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum uillico ſit. de Or. 106.

Agripeta.

Agripeta uenerat in eam (nempe Samum.) de Nat. 1. 50. de Neocle patre Epicuri. Agripetas conciſos audio. 16. Att. 1. Seruulos autem dicere eum & agripetas eiectos a Buthrotiis. Att. 15. 49.

Ageſis.

Ageſis ergo, quoniam in confirmationem & reprehenſionem diuiſeras orationis fidem, & dictum de altero eſt, expone nunc de reprehendendo Partit. 24. Ageſis, nunc de ratione uideamus. Tuſc. 2. 37.

Agger.

Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuiſſet: Macedoniam, Illyricum, Græciam perdidiſſemus. Eſſet uel receptaculum pulſo Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ, Græcia. 10. Phi. 275. Vallo & foſſa circumdedi: ſex caſtellis, caſtriſq. maximis ſepſi: aggere, uineis, turribus oppugnaui. 15. fam. 18. Aditus hoſtium caſtellis & aggeribus prohibetur. In A. 196.

Agglutino.

Itaq. ſtatim nouum procœmium exarani, & tibi miſi: tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis. Att. 16. 18. & 353.

Aggraueſco.

Aggraueſcens uulnus. 3. Tuſc.

Aggredior.

Sic aggredior ad hãc diſputationem, quaſi, &c. de Nat. 61. Cum aggredior ancipitem cauſſam. de Or. 125. & Att. 127. Quod etiam ſpe agredior maiore ad probandum. de Or. 109. Ad iniuriã faciendã aggrediuntur, ut adipiſcantur ea quę concupierunt. 1. Off. 37. Quum cauſſam ſum aggreſſus. hoc eſt, incœpi de cauſſa ipſa dicere. De ſuis meritis in remp. aggreſſus eſt dicere. in Or. 75. Antequam aggrediar ad ea. de Nat. 1. 41. Aggrediar igitur, ſi pauca ante, quaſi de fama mea dixero. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 59. id eſt de re ipſa dicere incipiam. De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius de inſtituto ac de iudicio meo dixero. 2. Off. 2. Aggrediar ad crimẽ, cum illa deprecatione, pro Clu. 5 Aggrediar illum, &, ut opinor, commouebo. 3 Q. fr. 4. Sed quod ſcribis, aggrediaris ne ad hiſtoriam: me enim auctore potes, Q. fr. 2. ep. 15. 5. Damaſippum uelim aggrediare. 14. Att. 43. id eſt, eum ad eas, & conuenias. In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibẽda eſt præparatio diligens. 1. Off. 105. Quid agat, quomodo aggrediatur, iudicẽ non habet. pro Cæc. 298. Prius quam aggrediamur ad ius cauſſamq. Cornelii. Priuſquam aggrediamur ad leges ſingulas. 2. de Leg. 13. id eſt, dicere incipiamus de legibus ſingulis. Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur. Att. 2. Aggredi ad aliquid. 2. Q. fr. 30. Imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur Antonius: ſed &c. in Brut. 72. His rebus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. pro Mur. 127. Quis audeat bene comitatum aggredi? in A. 244. Non enim inde repelletur, quo aggredi cupiet. 3. de Or. 36.

Aggreſſio.

Quumq. animos prima aggreſſione occupauerit, infirmabit, excludetq. contraria. in Or. 28. Metaphora ab opidorum uel hoſtium aggreſſione.

Aggrego.

Meamq. uoluntatem ad ſummi uiri, de meq. optime meriti, dignitatem aggregaſſem. 1. epiſt. 9. 37. Quod ſi eiecerit, ſecumq. ſuos eduxerit, & eodem ceteros undiq. collectos naufragos aggregauerit. in Cat. 22. Aggregare aliquem ad alterius interitum. in Vat. 19. In numerum. pro Mur. 14.

Agilitas.

Nam ſi ita eſſe ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles: & eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, molliticmq. naturæ plerumq. bonitati. Att. lib. 1. 12. 5.

Agitatio, Agitator, uide Ago.

Agmen.

Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmen cogamus, faueamus tamen. Att. 15. 24. Cum æſtu magno agmen ducebat, laborabat Marius. 2. Tuſc. 61. Educere dictionem ex umbratili exercitatione in medium agmen & puluerem. in A. 197. Ad hanc peſtem agmen armatorum ſequebatur. in A. 197. At meus quidem reditus is fuit, ut a Brundiſio uſq. Romam agmen perpetuum totius Italiæ uiderem. in Piſ. 40. Certum agminis locum tenebant barbati ſagittarij. in Ant. 92. In itinere atque agmine hæc feſtinans ſcripſi. 6. At. 39. Agmine quadrato cum gladijs ſequuntur ſcutati milites. 2. Phil 105. Tum uero agmine quadrato in ædem Concordiæ uenit. 5. Phil. 177. id eſt, cum armatis in ſenatum.

Agnaſcor.

Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. 1. de Or. 131. Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentum non eſſe ruptum iudica. pro Cæc. 52.

Agnatus.

Agnati & gentiles. de Inu. 80. Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumq. in eo pecuniaq. eius poteſtas eſto. 2. de Inu. 232. Ex iis Saturnum & Opem, deinceps Iouem atq. Iunonem, reliquos fratres inter ſe agnatoſq. uſurpare atq. apellare uidemus. de Vni. 56.

Agnatio.

Ex quo uere uel agnatio nobis cum cæleſtibus uel genus uel ſtirps appellari poteſt. de Leg. 160. Lex agnationis. ad Her. 5. Homines deorum agnatione & gente teneri. de Leg. 160. Gentilitatum & agnationum iura. de Or. 99. Agnationibus familiarum diſtinguntur ſtatus. 1. de Leg. 34.

Agnomen.

Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. 2. de Inu. 140.

Agnoſco.

Dolorem tuum, mecum quodammodo agnoſco. ep. 47. Agnoſco ex me. pro Planc. 28. Quod mihi de filia gratularis, agnoſco humanitatem tuam. ep. 8. Quod autem ſcribis, &c. illud quidem agnoſco. ep. 48. Tu autem, Fanoi, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo. de Am. 8. hoc eſt, non admitto, ſed omnino reiicio. Nec agnoſco, nec probo illam partem excuſationis, qua &c. 4. fam. 10. Nec Pſychomantiam agnoſco. de Diu. 108. Sex. Schola, qui & rem agnoſcit, neq. hominem ignorat. pro Fla. 156. Neq. agnoſcimus quidquam eorum. 11. fam. 6. Humanitatem & facilitatem agnoſcimus tuam. de Or. 142. Agnoſcebat Philonis ſcriptum. Aca. q. ed. 1. l. 2. 12. hoc eſt, a Philone ſcriptum fatebatur. Agnoui erratum meum. 16. Att. 18. Id ego agnoui meo iuſſu eſſe factũ. ep. 75. Quod ut agnoui, equidẽ cohorrui. de Som. 127. Nam ſunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc diſcernere incipit. 2. de Fin. 58. Et apud Græcos quidem anni prope quadringenti ſunt, cum hoc probatur, nos nuper agnouimus. de Or. 213. Ipſe certe agnoſcet & recordabitur. in Piſ. 82. Vt deum agnoſcis ex operibus eius, ſic ex memoria rerum, inuentione & celeritate motus, omniq. pulchritudine uirtutis uim diuinam mentis agnoſcito. Tuſc. 163. Ego autem ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerem, confiterer. pro Rab. 12. Deorum cognationem libenter agnoſcerem. de Nat. 19. Cum tota Italia facti illius gloriam libenter agnoſceret. pro Mur. 109. Sequeſtremne Plancium? reſpuerent aures, agnoſceret nemo, repudiaretur. pro Planc. 268. Facti illius gloriam libens agnouiſſet. pro Mil. 29. Tantum cuiq. tribuere debemus, quantum is cui tribuimus, poſſit agnoſcere & ſuſtinere. de Am. 109. Iacis adulteria, quæ nemo non modo nomine, ſed ſuſpicione quidem poſſit agnoſcere. pro Planc. 265. In tuis quoque epiſtolis Alexim uideor agnoſcere. At. 260. Aſpicere & agnoſcere aliquid

quid de Am.115. Auribus nos noſtros poſſis agnoſcere cantus. 5. de Fin.89. Agnoſcere crimen nomine aut ſuſpicione. pro Planc.24. Facinus.14. Phil.3.89. Moriar ſi præter te quemquã reliquũ habeo, in quo poſſim imaginẽ antiquæ & uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. ep.134. Leniter agnoſcere aliquid. de Fin.71. Hæc inter dicta ſubtilius, quam ut quiuis ea poſſit agnoſcere. de Nat.11. Ecquæ poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? Acad.21. Simul inflauit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. Ac.22. Primum enim numerus agnoſcitur, deinde ſatiat, poſtea cognita facilitate contemnitur. Or.218.

Agnitio.

Quæſtio de natura deorum, ad agnitionem animi pulcherrima eſt. 1. de Nat.1.

Agnus.

Agnus inter pecudes aurea clarus coma. de Nat.73. An quum in Aequimelium miſimus qui afferat agnum, quem immolemus, is mihi agnus affertur, qui habet exta rebus accomodata, & ad eum agnum nõ caſu, ſed duce deo ſeruus deducitur? 2. Diu.58. Villa abundet porco, hœdo, agno. 89. de Sen.

Ago.

Sed quid ago? 12. fam.40. Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago, totum ut animum, &c. Q. fr. l.1.3.61. Ago tibi gratias immortales: nã relaturum me affirmare non poſſum. 10. fam. 2. Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol, uobiſque reliqui cælites. de Som. Scip.1. Ego enim iam non id ago, ut proſperos exitus conſequar. 139. Att. Omnino iam bene agis: a uerbis enim recedis, & æquitate uteris. pro Cæc.292. Quid agis? facete dictum Granij præconis in M. Druſum. pro Planc.23. Agis mirificum ciuem. 8. fam.48. Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum, & teſtificaris quid dixerim aliquando, aut ſcripſerim. 5. Tuſc.43. Nec ſuam cauſſam agit, ſed publicam. 135. Att. Non ceſſans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoſo ac moleſto. de Nat.37. In ultimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum uſque: ibi forum agit. Att.5.104.2. id eſt iura dicit. Omnino agit tibi gratias. fam. lib.3.7.9. Cũ eo Atrius ſiuiturſi agit. 1 ad Her.15. Agit is, cui manus præciſa eſt, iniuriarum. 2. de In.161. Nam Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream. pro Roſc. Com.12. Agit mihi liberaliter. 10 Att.16. Mihi enim, qui nihil agit, eſſe omnino non uidetur. de Nat.2.32. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. 2. Off.11. hoc eſt, corroboratur & ſtabilitur. Numquam agit hunc uerſum Roſcius eo geſtu, quo poteſt. 3. de Or.57. Præpoſteris enim utimur conſilijs, & acta agimus, quod uetamur uetere prouerbio. de Amic.122. Præclare cum iis agimus, quos pacatos eſſe patimur. pro Sext.24. Neque enim nunc id agimus, ut exploremus. de Or.124. Vbi ad hoc uſque tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. 6. Ver.96. Id, mihi crede, & agunt & moliuntur. pro Mur.143. Totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, quum maxime fallunt, id agunt, ut uiri boni eſſe uideantur. 1. Off.65. hoc eſt, id laborant & contendunt. Agunt enim præcipitem pœnarum Rom. quos partim ſecuri percuſſit, partim in uinculis necauit. 3. Ver.4. hoc eſt, furore quodam animi diſtrahunt, atq. diſcruciant, & quaſi pœnis furialibus præcipitant. Neque noſtræ diſputationes quidquam aliud agunt, niſi ut in utramque partem dicendo & audiendo eliciant. 4. Acad.15. Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. Att.14.305.4. hoc eſt, diffinduntur ac diſſoluuntur. Quum has litteras ſcripſi, animam agebat. 8. ep.13. Nihil igitur agebat Q. Maximus? de Sen. Primas agebat in cauſſis Hortenſius, magis magiſque quotidie probabatur. in Brut.171. id eſt, principatum in cauſſis agendis obtinebat. Lentulo noſtro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. fam. l.1.10.1. Itaq. neq. tu multum interfuiſti rebus gerendis: & ego id ſemper egi ne intereſſem. fam. l.4.7.4. id eſt, curaui, & annixus ſum. Ego autem has partes lenitatis, & miſericordiæ, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libenter. pro Mur.5. Cum Lgnatio de te tua uehementer egi: is grauiter ſe acturum cum Aquilio confirmauit. 51. Att. Non tu hoc loco Gauium, non unum hominem neſcio quem ciuem Romanum, ſed communem libertatis & ciuitatis cauſſam in illum cruciatum & crucem egiſti. 7. Ver.134. Egit mecum accurate, multiſque uerbis, tibi ut ſponderem, ſe dignum & te & nobis futurum. Att.16.433. Qui quum eſſet infirma ualetudine, hic fere ætatem egit in litteris. 2. de Leg.4. Lupus egit cauſſam agri Campani ſine accurate. Q. fr.301. Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles. fam.13. ep.64.1. Cum hoc Pompeius egit, & uehementer egit cum circaei, &c.36. ad Att. Sponſionẽ facere maluit: fecit te iudicem, C. Aquili, ſimpliciter ſponſio egit. pro Quinct.27. Et tamen ipſius Appij extat oratio: atq. hanc ille egit, ſeptimo decimo anno poſt alterum conſulatum. de Sen.15. Agere orationem, non eſt eam componere, aut ſcribere: ſed orationem palam habere ſiue pronuntiare. Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. 51. Phil.298. Vt ad te ſcriberem mecum egerunt. ep.46. In quo et Pompeius gratias egerat. Att. Sed non agam aſtute. fam.13.38.5. Hic nolite exſpectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim. 6. Ver.42. id eſt, nolo omnes familias, quas hoc crimine uexarit Verres, recenſere. Agam iam tecum familiariter, ut eſt & ſtudijs & officijs noſtris mutuis, & ſumma amicitia dignum. fam. lib.15.4.38. Facere non poſſum, quin in ſingulas res, meritaq. tua tibi gratias agam. in epiſt. Vide quam tecum agam liberaliter. de Nat.1.43. Nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides & cauſſa ipſa coget. pro Cæl.24. Eodem tempore aget prætor ad populum. 6. Att. Si uero aſſequetur, ut talis uideatur, &c. & animos eorum ita afficiat, apud quos aget, ut eos quocumque uelit uel trahere uel rapere poſſit: nihil profecto præterea ad dicendum requiret. 2. de Or.94. Sic quidem diligentius ſæpiuſq. ita loquemur, inter nos, agemuſq. communiter. 3. de Fin.14. Mandata tua nobis curæ ſunt: eaq. ut tempus poſtularit agemus. Att.9.188.8. Qui agent auſpicia, ſeruanto. 3. de Leg.11. Sed quid neceſſe eſt, cum id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore? Tuſc.160. Sed ego mihi ipſi iſta per quem agam non habeo: & confici niſi per hominem, & peritum & diligentem non poſſunt. ad Q. fr. lib.3.20.7. Tu, malleam inquies, actum ne agas. 153. Att. Quæ ſua ſponte etiam ſi id tu non agas, cadunt. Or.214. Virtutem neceſſario, gloria, etiam ſi id tu agas, nõ conſequitur. Tuſc.168. Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, non habes. pro Cæc.291. Quidquid agas, id decet agere pro uiribus. Cat.34. Nulla enim uitæ pars, neq. publicis, neq. priuatis in rebus, neq. ſi tecum agas quid, neq. ſi cum altero contrahas, uacare officio poteſt. 1. Off.18. id eſt, ſi ſolus agas negotiũ tuũ. Magna eſt uis earum ſententiarum atq. eorum locorum quos agas tractesq. dicendo. de Or.116. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet ne id magiſtratibus filius? 3. Off.121. Sed acta ne agamus, reliqua paremus. 139. Att. Cum his igitur agamus. Acad. q. ed.1. l.1.32. Agamus ergo pingui Minerua, ut aiunt. Læl.17. Sic agamus, ut nos ipſa ducit oratio. 3. de Nat.3. Nunc quod agitur, agamus. 13. Phil.308. Atqui uides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quam te inuiti audiamus, &c. 2. de Or.147. Quum antea tibi de Lentulo gratias egiſſem. Verbum ex Craſſo numquam elicere potui de ui ac ratione dicendi, quum & per meipſum egiſſem, & per Druſum ſæpe tentaſſem. 1. de Or.49. Cum ſæpe mecum egiſſes, Attice, ut de amicitia aliquid ſcriberem. de Am.96. Cum nuſes domum reueniſſet, egiſſetq. lege in hereditatem paternam. de Or.86. Quum ætatem ageret Athenis, optimeq. loqueretur. de Cl. Or.89. Qui hæc, quæ dico iam, non occulte, non per amicos atq. interpretes, ſed palam de loco ſuperiore ageret, pro imperio & poteſtate. 6. Ver.44. Res uero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret mecum, ut quoniam ſibi ſeruiſſem ſemper, numquam mihi: iam mihi ſeruirem, conſulerem meis. pro Planc.74. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes. 1. de Or.22. Quæ de te in ſenatu egerim, &c. ad Brut. l.11.6.5. Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquẽ de fundo præcipitem egeris? pro Cæc.44. Non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris, &c. fam. lib.2.8.4. Egerit non multum. pro, non multum profuerit. 7. fam.51. Difficile eſt credere eos, qui me præcipitẽ egerint, æquiſſimas conditiones ferentem. 13. Phil.374. Metaphora eſt ab eo qui præcipitatur: hoc eſt, de loco præcipiti deturbatur. Agere adoleſcentes. 2. fam.16. Aetatem, Tuſc.5.57. Aeuum in armis. Tuſc.2.44. ex Pacuuio. Aliquem ad buſtum. de P. Conſ.6. Aliquem lapidibus. 11. Att.43. Agere & moliri aliquid. de Nat.16. A. alicuius diem natalem. de Fin.2.85. & 3. Att.33. Alicui gratias exultantes. Tuſc.1.40. Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq. aliud agere patiantur. pro Flac.154. Agere animam. pro Roſ. Com.14. Annum quartũ. de Sen.5. Aſellos. 2. de Or.143. Augurium. Diu.1.31. Off.3.85. Sed facile eſt bene agere cum iis, a quibus etiam tacentibus flagitari uideamur. in Ant.263. Agere cauſſam aduerſarij, ut ille agat ſuam. de Or.118. Tuſc.180. A. cauſſam magno ſuo periculo. Acad. q. ed.1.2.72. Ad 115. Nonas Ianuarias cum agere cœpiſſet, tertio quoq. uerbo orationis ſuæ me appellabat. ep.61. Et quãdo Medeam agere cœpi, illud ſemper memento, Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit. fam. lib.7.6.5. A. conſilium de aliquo. pro Sext.64. Conuentus. 5. in Ver.113. & 7.23. A. cum aliquo. pro Mur.30. id eſt, ab eo petere. A. cum aliquo de aliqua re. Att.1. ep.230. pro, eum orare. A. cum aliquo, ut aliquam rem ſuſcipiat. 53. Att. Cum plebe. in Vat.32. Cum populo, aut cum ſenatu. De Leg.192. De inſidijs. Off.1.153. De indicio. 2. in Ver.16. De pace. Att. l.1.14.7. De ſcripto. pro Mur.26. Diem uitæ extremum. 2. de Fin.153. Agere ἀμεταμελήτως 13. At.67. Ex commentarijs. 5. Phil.171. Ex fide bona. 3. Off.80. Ex occulto. Pergitisne uos, tamquam ex ſyngrapha, agere cum populo? pro Mur.34. Agere forum. 3. fam.14. & 5. Att.30. Qui parietem ſic per ueſtibulũ

ſororis

Credo minimam olim ſepulchrorum fuiſſe cupiditatem,a.multa exſtarent ampla maiorum.2.de Leg.98.A. quonam modo ille in bonis hærebit,& habitabit ſuis? in Or.270.

Aliter.

Quo maiorem ſpem habeo nihil fore a.ac deceat. Att.93. De Antonii itineribus neſcio quid a.audio, atque ut ad te ſcribebam. Att.16.ep.337.4. A.,decernere in eadem cauſſa non potuiſti.7. Ver.45.Quod iſte a.atque ut edixerat, decreuiſſet.2. Att.44. Cum eadem ſomnia & aliis a.euádant, & eiſdem non ſemper eodem modo.Diu.138.Si qui in prædones inciderint, a. quidpiam coacti faciant.pro R.P.127,id eſt, turpiter uel indecore.A. fieri conſulem.8.fam.41.id eſt, alia conditione.Aſſentior, fieri non potuit a.Att.65.A.de illis ac de nobis iudicamus.1. Off.45. Hic loquebatur a.atque omnes.4. de Fin.Omnia a.ac uos in monumentis habetis,pronuntiauit.pro Dom.241. Qui negligendi quidem nõ ſunt,ſed alio quodam modo colendi:a.enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Læl.64. Sed tamen aliquid uidebimus in quo ſit ſpes,a. quidem non modo non appetendum,ſed etiam fugiendum puto.ep.92. Quod certo ſcio a.eſſe. pro Dom.219. Ne ſim ſaluus,ſi a.ſcribo ac ſentio.Att.259. Proinde quaſi iſti de illo a.atque ego exiſtimo ſentiant.pro Dom.219.Tantumq. abeſt ne eneruetur oratio compoſitione uerborum, ut a.in ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poſſit. Or.219.Sed a.leges,a. & philoſophi tollunt aſtutias.3.Off.89. A.enim cum tyranno,a.cum amico uiuitur.Aliter,pro aliqui.13.Att.34.

Aliunde.

Quod ſcribis,non quo a.audiens, ſed teipſum putare,me attractum iri.Att.10.192.4. Quum tu neque per te ſcires,neque audire a. potuiſſes. pro Lig.1.A.factum uerbum. in Or.44.Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam,non a. pendere, &c. fam.5.ep.13.3.Hic niſi domeſticis ſe inſtruxerit copiis,a. dicendi copiam petere non poſſit.2. de Or.22.A.aſſumpto bono uti, non proprio,nec ſuo.2.de Or.23.

Allabor.

Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis uidemus.2, Diu.86.

Allego.

Petit a me Rabonius, & amicos allegat: facile impetrat.3. Ver.106.Chryſogonus homines nobiles allegat iis,qui peterẽt ne ad Syllam adirent. pro Roſc.Am.15. Allegem ad philoſophiam, quaſi diffidens rogationi meæ.15. fam.24.Allegarem ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi.15. fam.31.Allegare ad aliquem.5.Phil.173.

Allegatus.

Primo neceſſarios iſtius ad eum allegatos eſſe dicebat.3. Ver. 105. In quo (indicio Aiulii) inter allegatos, Oppianici nomen primum eſſe conſtabat.pro Clu.29.id eſt, accuſatos uel iudicatos. Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam,& C.Cornelium.Q.fra.l.2.7.

Allegatio.

Quum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent. 3.Ver.96. O dii immortales,quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnauit.3.Ver.30. id eſt,amicorum interceſſionibus & uelut legationibus.

Allegoria.

Itaq. genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν,nomine recte, genere melius ille qui iſta omnia translationes uocat.in Or.51. Si erunt mihi plura ad te ſcribenda, ἀλληγορίαις obſcurabo. 2. Att.50.

Alleuo.

Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis,feram,ut potero,ſtudio & induſtria iudices. pro Sex.Roſc.6.Alleuare dictis ærumnam aliorum.3.Tuſc.120.A.ſollicitudines.de Cl.Or.6.Alleuor, id eſt, doloris acerbitatem minus ſentio.12.Att.51.Alleuor, quum loquor tecum abſens. Att.12.253.2. Quod eum febre Romam ueniſſes: bono tamen animo eſſe cœpiſſe, quod Acaſtus ea quæ uellem de alleuato corpore tuo nuntiaret.Att.7.121.2.

Alleuatio.

Vt eius (doloris) magnitudinem celeritas diuturnitatem alleuatio conſoletur.1.de Fin.63. Etſi tot, tantiſq. rebus urgemur, ut

nullam

nullam alleuationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat. fam.lib.9,1.2.Alleuatio, pro ſolatio.

Alleuamentum.

Et in aduerſis ſine ullo remedio atque alleuamento permanere. pro Syl.50.

Allicio.

Omnis uirtus nos ad ſe allicit. Off.1 r. & 1s. Allicit homines ad diligendum uirtus. Lxl.27. Ea uoluptas quæ in motu eſt, & paruos allicit & beſtias. de Fin.71. Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad miſericordiam. pro Pomp.8. Nihil eſt quod ad ſe rem ullam tam alliciat, & tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo. de Am.46. Eſt quiddam, quod ſua ui nos alliciat ad ſeſe, non emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate. de In.82. Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrũ ad ſe alliciat & trahat. 1. Diu.144. Si te laus allicere ad recte faciẽdũ nõ poteſt, ne metus quidẽ a fœdiſſimus factis poteſt auocare. in Ant.165 Hominum ſtudia ad noſtras utilitates allicere & excitare. Off.36. Prima eſt enim quaſi cognitio & commendatio orationis in principio, quæ continuo eum, qui audit, permulcere atq. allicere debet. 2.de Or.173. Hominem adoleſcentem non tam allicere uolui, quam alienare nolui. ep.26. Allicere animos multitudinis ad beneuolentiam oratione benigna. Off. 2.68. Allicere beneuolentiam alicuius. 7. Ver.143. pro Mur.67. Allicere lectorem delectatione aliqua. 1. Tuſc.12. Allicere mentes hominum. 2.de Or.16. Allicere uoluntates populi alienas, retinere partas. pro Plan.8. Excelle dicendo: hoc & tenentur Romæ homines, & alliciuntur. de Pet. Conſ.36. Quum uero in hunc ſenſum & alliciat beneficiis hominum, & compellas iniuriis, &c. fami. 1.ep. 9..88.

Allecto.

Ad quem fruendum non modo non retardat, uerumetiam inuitat atque allectat ſenectus. de Sen. 53. Quamobrem quamuis blanda iſta uanitas apud eos ualeat qui ipſi illam allectant & inuitant, &c. Lxl.81.

Allido.

Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, ceteri conciduntur. Q.fr.2.22.

Alligo.

Lex ubi omnes mortales alligat, ita loquitur, &c. pro R. P. 125. Quis alligauit generũ meũ enſi? locus Ciceronis apud Macrob. Nam quum Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit, effecit, &c. 1. Tuſc. 198. Alligare ad palum. 7. Ver. 9. & 10. Aliquem ſtipulatione. pro Roſc. Com.21. Se ſcelere. pro Flac.32. *Vulnus.* Tuſ.2.34. Ad ſtatuam Siculi te prætore al*ligabantur*. 6. Ver. 81. Ne forte qua re impediat atque alliget. 8. Att.59. Ne alligentur ſacris patriſfam. 2.de Leg. 48.80. Beneficio alligari. pro Plan.276. Noua lege. pro Clu. 155. Significatione beneuolentiæ. pro Plan. 26. Alligandi omnes eſſent, qui cubitum irent. 2.de Diu.162.

Alligatus.

Alligatos Cæſaris actis teneretur pro Dom.33. Alligatus nuptiis. pro Clu.142. His ex rebus non ſpes, ſed dolor eſt maior: quũ uideas ciuitatem uoluntatem ſolutam, uirtutem alligatam. Att.2. ep.33.2. Vt uerba neq. alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus: neque ita ſoluta, ut uagentur. 3. de Or. 96. Ne exiſtiment ita ſe alligatos, ut ab amicis peccantibus non diſcedant. de Am. 104. *Lxl.*39.

Allino.

Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes uidebantur his ſententiis allini poſſe. 2 *Ver.*11.

Alloquor.

Te nunc alloquor Africane, cuius, &c. pro Clu.54. ad Her. 28.

Allucinor.

Sed quemadmodum coram quum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet: ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum allucinari. Q.fra. l.2.13.1. Ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, allucinari. Att.15.

Allucinatus.

Iſta enim a nobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt; quum quidem gloriaretur ſe magiſtrum habuiſſe nullum. 1. de Nat. 97.

Alludo.

Galba autem alludens, uarie & copioſe multas ſimilitudines afferre. 1.de Or.24.

Alluo.

Diuiſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. 2.de Leg.11. *Non alluuntur a mari moenia extrema*, ſed *inſulæ* in urbis ſinum portus. 7. Ver.76. Cum hæc ciuitas Barbariæ fluctibus alluatur. pro Fl.159. Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. de Or.57.

Alluuio.

Alluuionum & circumluuionum iura. de Or.99. De alluuionibus centumuiri iudicabant. 1.de Or.84.

Almus.

O fides alma. 3.Off.142. Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ. in Arat.

Alo.

Honos alit artes. 1. Tuſc.7. Spiritus ductus alit, & ſuſtentat animantes. 2.de N.d.146. Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. de Vn.198 Dicendi aſſiduitas aluit audaciam. 1. de Inu.6. Iſocrates forenſi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo poſtea eſt conſecutus. in Brut.16. Cõſuetudine ius eſt, quod aut leuiter a natura tractum aluit, & maius fecit uſus. 2. de Inu. 141. Sero reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Att. 104. Qui ſpem Catilinæ cum mollibus ſententiis aluerunt. In Catil.103. Illa uita tua eſt, Cæſar, quæ uigebit memoria ſæculorum omnium, quam poſteritas alet. pro Marc.16. Agellus quum eum non ſatis aleret, ludimagiſter fuit. 1. de Nat.98. Alere bellum patientia mea. 10. fam. 47. Copias militum alere. pro Deiot.25. Copiam uerborum alere. in Or.21. Multi ex te audierunt, quum diceres, Neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus. Parad.57. Morbum alere. Attico. Alitur conſuetudo.14 Att.15. Ebutius iſte Cæſenniæ uiduitate alitur. pro Cęc.187. Mens hominis alitur diſcendo. 1. Off.147. Re frumentaria ex Sicilia alimur ac ſuſtinemur. 5. Ver.10. Anſeribus cibaria publice locãtur, & canes aluntur in Capitolio. pro S.R.27. Quæ aluntur & creſcunt, continent in ſe uim caloris, ſine qua neque ali poſſent, neque creſcere. de Nat.2.17. (paullo poſt) Quod alitur & creſcit, motu quodam utitur certo & æquabili. Sed nec illa extincta ſunt, alunturque potius, & augentur cogitatione & memoria. in Lxl. In iis animantibus quæ lacte aluntur. 2. de Nat. 193. Stellæ uaporibus aquarum aluntur his, qui a ſole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur. 2. de Nat.176. Memoria ueſtra, Quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monimentis inueteraſcent & corroborabuntur. in Catil.70. Multaque a luna manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augeſcantque & pubeſcãt. 2. de Nat. 73. Sic enim res ſe habet, ut omnia quæ alãtur & quæ creſcãt &c. 2. de Nat.72. Ali copioſius. de Fin.5.52. Vitricus alendus. 15. Att.24.

Altus.

Quis eſt, &c. cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, &c. pro Plan.66. Videſne igitur ut in ea ipſa urbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia, quam ea ſero prodierit in lucem? In Brut. 19. Vbi nata & alta eſt ratio ac moderatio uitæ. 6.fam.5.

Altor.

Omnium autẽ rerum quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus. 2. de Nat.122.

Altrix.

-Romani nominis altrix.

Martia, &c. 1.Diu.38. id eſt, lupa quæ Romulum & Remum lacte aluit. Et eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur. pro Flac.49. de Vni.46.

Alumnus.

Alumnus diſciplinę meæ. 9.fam.27. Alumnus pacis. 7.Phil 222. Italia autem alumnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoque ſupplicio fixum uideret. 10 Ver. Pacis eſt comes, otiique ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis, quaſi alumna quædã, eloquentia. de cla. Or. 22. i. natiua & quaſi indigena: nõ autem aliena aut peregrina. Vos quoque ſigna uidetis aquai dulcis alumnę. Diu 83. Ariſtoteles, ceterique Platonis alumni. 4.de Fin.59.

Alimentum.

Nec uero deſiderabat mundus alimenta corporis. de Vni.24.

Alimentarius.

Lex alimentaria C.Curionis. 8.fam.16. quæ prouidebat, ut filij alerent parentes ad inopiam redactos.

Alſius, Alſus, uide Algeo.

Altare.

Religioſiſſima altaria. de haruſp. reſp.7. A cuius altaribus ſæpe te ad necem ciuium tranſtuliſti. in Cat.102. Ab altaribus religioſiſſimis fugatus. de har.245.

Alte, Vide Altus.

Alter.

Alter ab altero adiutus. in Brut.3. Ergo alter alterius, ubicumq. nactus eſt, ora ſaugit. de Nat.51. Quum alter alterum uideremus

3.de

3.de Fin.11.pro eo quod eſt, Quum uterque noſtrum alterum uideret. Alter aquus.1.Q.fr.id eſt, ſecundus. Primo die teſtium tanto numero citato, alter dies amicis iſtius, & defenſoribus, tertius dies ſic hominē proſterneret. Vnus & alter dies interceſſerat, quū, &c. pro Clu.id eſt, duo dies interceſſerant. Alter ego. Læl lib.2.14.7. Alter ex nobis fallitur. Vnus is modus eſt, de quo ſatis dixi, &c. alter ex perturbationibus tempeſtatum, tertius ex commoditate rerum. Eſt enim is amicus quidem, qui eſt tamquam alter idem. Læl. Locus erat alter de uitiis ſenectutis. de Sen. 82. Ptolomæus, qui tū regnabat, alter poſt Alexandriam conditā. Off.50. Propter ſummā & doctoris auctoritatem, & urbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis. 1. Off. Omniaque alter pro altero ſuſcipiet. Læl. 69 Alter Verres luxuria & nequitia. 7. Ver. O magnam, inquit artem Brutus, ſiquidem iſtic, cum ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. de Cla. 183. Altera iam pagella procedit. 11. fam.40. id eſt, ſecunda. Id autem eſt genus, ex tribus partibus collocationis alterum. in Ora.101. Hæc & multa huiuſmodi dicens, fidem faciebat: quod eſt ex tribus officijs oratoris alterum. in Brut. Neceſſe eſt enim ſit alterum de duobus. Tuſc. 1.85. Accedit ut accuſatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. pro Deiot.44. Atque etiam ſubijciunt ſe homines imperio alterius & poteſtati pluribus de cauſis. 2. Off. Neminem umquam alterius rationis ac partis, non te, non uerbo, non uultu denique offendit. pro Balb. 47. Numquam committet ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. 3. Off. Detrahere autem alteri ſui commodi cauſſa, &c. Off.70. Vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. in Or. 109. Agricola ſerit arbores, quæ alteri ſæculo proſint. Tuſc. 1.54. Quanto id magis in homine fit natura; qui & ſe ipſe diligit: & alterum acquirit, cuius animum cum ſuo commiſceat? Læl. Eodemque modo de Ariſtotele & Iſocrate iudico: quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. in procem. Off. Non uides Solem deam eſſe, Lunamque: quorum alterum Apollinē Græci, alteram Dianam putant? de Nat. Ad te tamquam ad alterum me proficiſcens. ad Brut.23. Cum is unum iam & alterum diem deſideraret. pro Clu.25. Mihi perſuaſerim te me eſſe alterum. 7. fam. 13. Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, alterum facio libenter. Epiſ.6. Ad omnia me alterum ſe fore dixit. 53. Att. Caupo cum illum alterum, uidelicet qui nummos haberet, animaduertiſſet, gladium prope appoſitum e uagina eduxit, & illum alterum occidit. Diu.63. Ioues tres numerant, &c. alterum patre Aethere, & c. alterum patre Cœlo, &c. tertium Cretenſem, Saturni filium. 3. de Diuinatione, 72. Aperte enim uel odiſſe alterum, magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. in Lælio. Par eſt autem, primum ipſum eſſe uirum bonum: tum alterum ſimilem ſui quærere. in Lælio. Deinde te, quaſi me alterum, & ſimul meæ culpæ ſocium quæro. Att.lib.3.55.8. Alterum me reliquiſſem. ut dicitur, alter ego. 2. fam. 27. Proximo, altero, tertio, denique reliquis cōſecutis diebus, &c. 1. Philip.23. Ego e Formiano exiens XVII. Kalēdarum ut inde altero die in Tuſculanū, &c.234. ad Att. Non ſoleo mi Brute, quod tibi notum eſſe arbitror, temere affirmare de altero. ad Brutum. De eodem & altero. Top. 228. b De illo altero quem ſcribis tibi uiſum eſſe non alienum. 2. de Inuent. 131. In primo coniectura ualet, in altero definitio, in tertio ratio. in Partit. In altero pudor in illis libidines, ſcelera. in Ant. 248. Altero tanto maior. Topic. 228. Id eſt, duplo. Altero uiceſimo die. 12. fam. 53. Alteri dimicant, alteri uictorem timent. ad Torquatum, lib.6. 3.7. Duplices ſimilitudines eſſe debent: unæ rerum, alteræ uerborum. Ita carus utriſque eſt atque iucundus, ut non alteros demouiſſe, ſed utroſque conſtituiſſe uideatur. pro Syl.46. Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittamus. Tuſc.251. Vt alteros reprehendiſſe pœniteat, alteri ſe didiciſſe gaudeant. de Nat. deor. 1.5. Quas ad me litteras miſiſti, unas de legatis a me prohibitis proficiſci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi perlibenter. ad Appium, lib.3. Vt factum Dolabellæ tantopere laudarem, adductus ſum tuis & unis & alteris litteris. 233. ad Att. b Binas a te accepi litteras Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare: alteris dicebas te uelle, quæ egiſſem, bene & fœliciter euenire. Planco lib.4.

Alternus.

Alternæ ciuitates reiectæ. 4. Verr.22. Alterna concilia. in Vatin.21. Senatus de ambitu, de reiectione fieri uoluit iudicium alternorum. pro Plan. 30. Pedes aut heroos, aut chorios, aut alternos eſſe oportet. de Orat.161. Ex duabus orationibus capita alterna contraria inter ſe recitari da cu auit. pro Cluent.47. Et quoniam tecum uſurpas, legem te de alternis conſilijs reijciēdis tuliſſe, &c. in Vatinium, 21. Alternis enim uerſibus intorquentur inter ſe ſtrenues grauiſſimæ contumeliæ. Tuſc 226. Quod epigramma in eū fecit, tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. pro Archia, 19. id eſt, quorum ſemper alter eſſet longior altero: ut in carmine elegiaco.

Alteruter.

Alteruter ipſorum. 12. fam.27. in epiſt. Lentuli. Si uobis uideretur, alteruter ueſtrum ad me ueniret. Att lib.8.161.3. Si alterutrū neceſſe ſit, audire ea malis, quam uidere. ep.47. Video eſſe neceſſe alterutrum. 1. Verr.32. Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. ad Att. 10.2. Nō eſt tuæ dignitatis atque fidei, ut contra alterutrum, cum utrique ſis coniunctiſſimus, arma feras, 9. ad Attic.28. in epiſt. Balbi & Oppii. Cur alterutrum emiſerit. de Diuin. 121. Horum in genus alterutrum illa quoque incident. de In 64. Pompeium puto alterutrum de filiis ad te miſſurum. ep.115. Alterutram ad conditionem deſcendere uult Cæſar. ep.118. Dabit enim nobis iam tacita uita acta, in alterutram partem firmum & graue teſtimonium. pro Roſc. Comœdo, 9. Quod ſi in alterutro peccandum ſit, malim timidus, quam parum prudens uideri. pro Marcello, 12.

Altercor.

Iam in altercando parem inuenit neminem. de Cl. 178. b

Altercatio.

Oritur mihi magna de re altercatio. de Nat. deor. 1.12. Nulla eſt altercatio clamoribus umquam habita maioribus. de Cl.179. Redeo ad altercationem. 12. ad Att. Idib. Ian. in ſenatu nil eſt confectum, propterea quod dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione Lentuli & Caninij COS. ad Lentulum, lib.1. epiſt.2. 1. ad Att. lib.4. epiſt.82.1. Clodium præſentem fregi in ſenatu cum oratione perpetua, pleniſſima grauitatis, tum altercatione eiuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes. Att. lib.1.11. 14. Altercationes quas in ſenatu factas audio. 61. ad Att.

Altrix, Altus, uide Alo.

Altus.

Vir & altus & excellens. de Finib. Magnus & altus uir. 5. Tuſc. 48. Altus excelſus, humana deſpiciens. Tuſcul. 177. Via alta, atque ardua. 1. Tuſc. 26. Ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ. Tuſc. 193. Procul a terra abripiatque in altum a conſpectu pæne omnium abſtrahi. de Orat.156. Nihil altum, nihil magnificum ſuſcipere. de Am.102. Ita neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat. in Orat.112. Altæ renouatæq. uaporibus ſtellæ. 2. de Nat. deo.88. Vt altior fieres. de Fin. lib.2.43. Columellam non altiorem tribus cubitis ſuper tumulum ſtatuere. de Legib.183. Altiorem dignitatis gradum aſſequi. pro Cl.49 Sua uirtute in altiorē locum peruenire. pro. S. R. 32. Hoc eſt altius quam ut nos id humi ſtrati ſuſcipere poſſumus. de Orat. 144. Reſtat ultimus, & a domicilijs noſtris altiſſimus. 2. de Nat. deorū. 146. Ex altiſſimo dignitatis gradu præcipitari. pro Do. ſua, 75. In altiſſimo ampliſſimoq. gradu dignitatis locati. 1. Philippica, 11. In altiſſimo gradu poni. pro Sext.7. Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ numquam ulla ui labefactari poteſt, numquam dimoueri loco. 4. Philip.61.

Altum.

Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum. 5. Ver. 81. In altum prouehi. Tuſc. quæſt. lib.4.32. Nauibus aditus ex alto eſt. 7. Ver.63. In ore portus, ubi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur. in Ver.242. & 253. Vt ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſioneſq. contulerit. 1. Off. 211. Si plures ex alto emergere uelint. 4. de Finib.105. Cum nautæ in alto iactarentur. Inuen. 74. Quum magna in alto tempeſtas eſſet uis uentorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauem coegit. 2. de In.154.

Alte, Altius.

Alte a terra. Tuſc.235. Alte adſcendere. 10. fam.58. Alte cadere non poteſt. in Orat.59. Alte extollere manum. in Ant.165. Alte extollere pugionem. 2. Phil.49. Incipit longe & alte petito procemio reſpondere. pro Cluentio 44 Alte perſpicere. 2. in Verr. 13. Alte repetis, & a capite, quod quærimus. 1. de Legib. 13. Alte ſpectare, atque ad cœlum contueri. de Som.130. Altius cogitare aliquid. in Or.52. Altius exaggerata oratio. in Brut.33. Indignum uidebatur iis qui altius perſpiciebant. in Ver.70. Quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus. 2. Diu.75. Itaque & arbores & uites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt: &c. 5. Tuſ.53. Tollere tectum altius. de har.251. Verbum altius transferre. in Or.45.

Altiſonus.

Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles. 1. de Diu.71. Sæptum altiſono cardine templum. 3. Tuſc.77.

Altitonans.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo. 1. de Diu.37.

Altiuolans.

-at Romulus pulcher in alto

Quærit Auentino, ſeruat genus altiuolantum.1. de Diu. 175. Id eſt, auium.

Altitudo.

Altitudo animi.3.fam.43.& 4.41. cui opponitur Humilitas. A. animi in capiendis incommodis. Part.136. In liberis uero populis & in iuris æquabilitate, exercenda eſt etiam facilitas & a. animi quæ dicitur.1.Off.94. Omnium magnarum artium ſicut arborum a.nos delectat.Orat.210. Demoliri ædes, quarum a. officeret auſpiciis, Claudius proſcripſit, inſulam uendidit:&c.3. Off.85. A. fortunæ & gloriæ alicuius.pro.R.P.129.Maris.9.ad At.58.in epiſ. Cæſaris. Montium.contra Rull.76.Elatio atq. a. orationis. in Bruto,33.Id fit, quum ſpeculorum læuitas hinc illineque altitudinem aſſumpſit:&c.de Vni.62. Delata etiam ad ſenatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. 1. de Diu.158. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depreſſum.in Ver.249. Spelunca conuerſa ad aquilonem infinita altitudine. 6.in Ver.96. Impendentium montium altitudines. de Nat.45.Altitudines concauæ ſpeluncarum.2. de Nat.72. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum.1. de Nat 75.

Alueus.

Alueuſne ille, an equus Troianus fuerit. pro Cœl.52. Deinde ubi uiſum in alueum deſcendit.4.ad Her.155.

Alueolus.

Et cum re nulla impediantur neceſſaria, aut alueolum poſcere, aut quærere quempiam ludum. de Finib.lib.5.52.

Aluus.

Aluus multiplex & tortuoſa.2.de Na.204.A ſubiecta ſtomacho, cibi & potionis receptaculum, &c.2.de Nat.192.Aeſculapius tertius, primus purgationem alui, dentiſq. euulſionem, ut ferunt, inuenit.2.de Nat.189.& 3. 78. Speſilla quam mulier in aluo commendata a uiro continebat.pro Clu.24.Quum prægnans hunc ipſum Dionyſium aluo cõtineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcũ. 1.de Diu.71.Vomitione canes purgantur aluo ſe ibes Aegyptię curant.de Nat.51.

Amando.

Deniq. Syracuſas totas timet, amandat hominem-quo? L.Lilybæum fortaſſe.7.Ver.55.Amandauit procul a ſenſibus.2. de Nat. 107. An amandarat hunc ſic, ut eſſet in agro, ac tantum modo aleretur ad uillam? pro Roſc.Am.25. Amandari infra mortuos. pro Quinct.28.& poſt redit.ad Quiri.8. Hunc modo amandandum eſſe.pro Dom.126.Nam mihi interdum amandandi (Cicerones) uidentur in Græciam.Att.7.132.4.

Amandatus.

Quum is ſpiritu dumtaxat uiueret, re quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet.poſt redit 8.

Me expulſo, Catone amandato.pro Dom.52.

Amandatio.

Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur? pro Roſc.Am.25.

Amans, Amanter, vide Amo.

Amarus.

Itaq. minime amarus is uiſus eſt.pro Clu.32. Eſſet mihi iſta ſolitudo, præſertim tam familiari in loco, non amara.3.ad Att.5. pro, *moleſta*. Amari iucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari. ad Her.28.Senſus iudicat dulce & amarum. de Finib.72.Omne animal ſentit & calida & frigida, & dulcia & amara. 3. de Nat.42. Amariorem me ſenectus facit.14.ad Att.48. Ex quo uitam amariſſimam neceſſe eſt effici.de Fin.1.35.

Ambigo.

Ambigunt agnati cũ eo qui eſt ſecundus heres. de In.76. Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid ſit id de quo agatur.2. de Fin.6. Si plures ambigent, &c.de Inu. 70. Ambigere de aliqua re. Top.224.Si de hereditate ambigitur.3.Ver.82.Quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut uerbum, aut uerba ſint prætermiſſa.2. de Or.62.Fundus de quo ambigitur. pro Cæc.288. Niſi cum de uero ambigitur, quod quæri coniectura ſolet.Or.208.Ex contrariis ſcriptis ſi quid ambigitur, non nouum genus naſcitur, ſed ſuperioris generis cauſſa duplicatur. 2. de Or.61. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſt difficile oratori eius partis, &c.1.de Or.125.id eſt, quod controuerſum eſt inter iuriſperitos. Ambiguntur cauſſæ propter ſcriptum.2. de Or.61. Illius hereditatis de qua ambigebatur.4. Ver.31. Quum de uero ambigetur.in Or.59.Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, ſiue ex crimine cauſſa conſtet, ut facinoris: &c.2. de Ora. 58.Nihil ambigi poteſt, in quo nõ,&c.Or. 208. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & diſceptari poteſt.3.de Or.62.

Ambiguus.

Rem ambiguam primum uidere, deinde diſtinguere de Cl.Or. 79. Ab inuidendo autem inuidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ.3. Tuſ.34. Id autem contingit, quum ſcriptum ſit, ut duæ differentes ſententiæ accipi poſſint. Top.51. Ambigua uix diſtinguere.1. de Fin.17. Oracula partim flexiloqua, partim obſcura, partim ambigua. Diu. 132. Oraculis quod erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt de diuin, 104. Ambiguorum complura ſunt genera. de Ora.118. Verba ambigua diſtinximus in Or.55.

Ambiguum.

Ambiguum eſt, cum duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt. Top.227. Statim occurrit animo quæ ſit cauſſa ambigui. de Or. 118.Genus quoddam habet ambgui.2.de Or.61. Ambiguum nõ habui.11.fam.19. Ex ambiguo controuerſia quando naſcatur, & quomodo tractanda 2.de Inu. 208.Deinde ſi in lege erit ex ambiguo controuerſia, dare operam oportebit, &c.7.de Inu.211. Ex ambiguo dicta arguttiſſima.2.de Or.138. Ex ambiguo ioci.2.de Or. 140.Ambigua quemadmodum uitanda ſunt, quæ obſcuram reddunt orationẽ, ita hæc conſequenda, quæ conficiunt &c.ad Her.41

Ambiguitas.

Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare.1. de Inu.85. Obſcurum autem fit, aut longitudine, aut contractione orationis aut ambiguitate, aut inflexione atque immutatione uerborum. Partit.11.

Ambigue.

Ambigue dictum.Acad.ed.1.lib.2. 83. Ambigue poſitum uerbum.pro Cæc.59.id eſt, quod in eodem loco dupliciter aut uarie poteſt accipi.Ambigue ſcriptum non eſſe, cum intelligatur utra ſententia uera ſit.2.ad Her.44.

Ambio.

Quod ſi comitia in ſenatu placet haberi, petamus, ambiamus, &c. 2. Phil.303.In uim ſuam natura conuertit, ut terram Lunæ curſus proxime ambiret. de Vni.37. Nihil niſi cædem inimicorũ cogitare, uicatim ambire, ſeruis aperte ſpem libertatis oſtendere. Attic.4.epiſ.72.3.

Ambitio.

Aetas & ambitio me hortabautur.7. fam .4. Miſerrima omnium eſt ambitio, honorumq. contentio. Off.1.123. In Domitio uno maxime ambitio noſtra nititur.Att.lib .1.ep.4.Ambitio quædam me ad honorum ſtudium duxit, 1. Att.50. Scio enim quam timida ſit ambitio, quantaq. & quam ſollicita cupiditas conſulatus.pro Mil.32.id eſt, quam timidi ſint qui ambiunt.Hæc ſiue ambitio eſt, ſiue liberalitas.pro Mur.141. Ambitionis labor.3. de Or. 4.Occupatio.1.de Or.1.Studia.pro Mur.51.Ad ambitionem & ad laborem me cohortaris.3.Q fr.9. Ad nimiam lenitatem, & ambitionem incumbere.Q.fr.1.ep.1.16. Aut quam ambitionem conſtantiſſimus ciuis L. Cæſar in ſenatum introduxit? 11.Phil. Non dico hanc popularem ambitionem. in Sal.273. Propter ambitionem antea forenſem laborem ſuſtinebam.1.Att.51.Sine ambitione commendare.13.fam.33. Ambitione quadam exæquare commendationes meas. 13.fa.58. Et propter magnitudinem poteſtatis, hic magiſtratus a populo ſumma ambitione contenditur.4. Ver.91. Non committo ut ambitione mea conturbem officium tuum.5 fam.9.lib.13.5.2. Ambitio, id eſt improbitas in petendo uel rogando. Non puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mortuis.de Cl.187.Ambitione ſæpiſſime fit, ut aliqui, ſpectante ſenatu, longa oratione utantur.3.de Leg.36.& 5. fam. 59. In ea ambitione & labore uiuo.3. Q.fr.28. Ambitiones ex omnibus ciuitatibus tollere (quæ res euertendæ reipublicæ cauſſa ſolent eſſe) 4.Ver.91.Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Tuſc.188.

Ambitioſus.

Homo minime ambitioſus.12.ep. A.imperator. pro Mur. 128. A.in aliquem.1.Q.fra.37.Sed ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis a. (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor:&c.in Sall.3. Heraclides ille Temnites, &c. ita a.ut omnes uos, noſque quotidie perſalutet.pro Flac.33. Ambitioſa feſtinatio.10.fam.55.Ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere.Q.fr.1.ep 2.5.Nam illæ ambitioſæ noſtrę, fucoſæq. amicitiæ, ſunt in quodam ſplendore forẽſi, fructum domeſticum non habent.Att.1.55.Valent tamen apud Cæſarem nõ tam ambitioſæ flagitationes, quam neceſſariæ. Ambitioſæ rogationes & neceſſariæ, opponuntur.6. fam.40. Ambitioſæ uoluntates.6.fam.22.

Ambitioſe,

Vtrumque uero ſimul agi non poteſt, & de triumpho a. & de repub. libere. Att. lib. 14. Petiuit a me Brutus, ut orationem ne a. corrigerem ante quam ederet. Att. 15. 4. A. & uulgariter ſcribere. 13. fam. 9.

Ambitioſius.

Quum in iſto genere multo etiã a. facere ſoleam, quam honos meus & dignitas poſtulat. fam. 3 ep. 7. 11.

Ambitus.

Populus fecit eos a quibus eſt maxime ambitus. pro Plan. 7.

Ambitus.

Sedis a. extare uidetur, ut, &c. 11. fam. 28. A. ſiue periodus, ex quatuor conſtat. Or. 129. Quoniam P. Scæuola id ſolum eſſe a. ædiũ dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſſa tectum proiiceretur. Top. 11. Ad ambitum ſecundum ſupra terram deus ſolẽ quaſi lumen accendit. de Vni. 39. Ambitu rotundo extremitatem cæli a ſuprema regione circumiecit. de Vni. 33. Stellarum rotundi a. cognoſcuntur. 2. de Nat. 70 Cum ſe octo a. cõfectis ſuis curſibus, ad idem caput retulerint. de Vni. 41. Ambitus ſiderum ignorantes homines. de Vni. 41.

Ambitus, pro crimine ambitionis.

M. Cicero legis ambitus lator. pro Mur. 124. Accuſari a. pro Clu. 91. Damnari a. ibid. Iudicium a. ibid. Sed is a. extitit, ut omnia pertimeſcam. ep. 175. Ambitus redit immanis, numquam fuit par. Q. fr. 316. Ambitus ſi quando ſileat, quæritur in ſuffragijs quid optimi uiri ſentiant. 3. de Leg. 35. Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione ſeiungere. 2. de Or. 58 De ambitu quid intereſt, an de maieſtate? 3. fam. 45. Ambitus in homine illigabãt animo diuino influente atque effluente. de Vni. 61.

Ambitus orationis.

Quæ ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi uerborũ ambitus. 3. de Or. 103. Comprehenſio, & ambitus ille uerborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. in Brut. 84. Meæ aures perfecto completoque uerborum ambitu gaudent. Ora. 213. Arguti certique & circumſcripti uerborum ambitus. Or. 200.

Ambo.

Sumus enim ambo curioſi. 89. Att. Epiſtolæ duæ prid. Kal. ambæ datæ. 131. Horum amborum generum exempla ſubijciemus. ad Her. 35. Quorum amborum generum una ratio eſt. 1. Diu. 121. Att. 6. ep. 112. 6. Idem obtutus amborum oculorum. de Nat. 61. Vicinus amborum, in neutro excellens, utriuſque particeps, uel utriuſque (ſi uerum quærimus) potius expers. in Or. 11. De ipſius Scipionis & Lælij ingenio ea iam eſt laus, ut plurimum tribuatur ambobus. de Clu. 171. Hos igitur ambos tibi commendo. ep. 132. Quos ego ambos unice diligo. ep. 64.

Ambroſia.

Ambroſia alendus. 2. de Or. 129. prouerbiali figura dicitur, qui eſt egregius, & uelut dijs æquandus. Non enim ambroſia aut nectare deos lætari arbitror. Tuſc. 1. 52.

Ambulo.

Eo modo ambulat Cæſar, &c. ut timeam ne citius ad Brundiſium, quam opus ſit, acceſſerit. Att. 8. ep. 52. Ambulat & iocatur tecum. 10. fa. 69. Sed ut philoſophi ambulant, &c. de Or. 314. Xerxes, tantis claſſibus, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, maria ambulauit, terramque nauigauit. 2. de Fin. 91. Ibidem Xerxes maria pedibus peragrans, claſſibus montes. de Fin. 88. Ambulauit recte is qui hanc epiſtolam tulit. 9. Att. 9. id eſt, celeritatem adhibuit in itinere. Ambulare mihi neceſſe eſſet, recreandæ uoculæ cauſſa. 2. Att. 59. Ambulare cum aliquo. 4. Acad. 94. In hortis. Acad. ed. 1. l. 2. 48. In litore. in Brut. 10. & 13. Att. 66. In publico. Tuſc. 4. 34. In ſole. de Ora. 154. Ambulare paſſus quingentos, aut ſeptingenta millia paſſuum. pro Quinct. 52. Ambulando bellum confecerunt. 8. fam. 43.

Ambulans.

Adoleſcens delicatus in litore ambulans. de Clar. 182. M. uero Manlium, nos etiam uidimus tranſuerſo ambulantem foro. 3. de Or. 73.

Ambulatio.

Subgrande cubiculum autem, & hibernum altum ualde probaui, quod & ampla erant, & loco poſita ambulationis uno latere. 3. Q. fr. 2. Ambulationis unius ſermone ea exhaurire. 1. Att. 56. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. 5. de Fin. 1. Poſtero autem die cum illi maiores natu ſatis quieſſent, in ambulationem uentum eſſe dicebat, tum Scæuolã, &c. de Or. 87. Ambulatione ἀπάτως delectari. 14. Att. 18. Ambulationibus compitalitiis hæc reſeruemus. 1. Att. 13.

Ambulatio, pro loco ſeu inambulandi ſpatio.

Ambulatio, locus ad inambulandum paratus. 1 de Or. 15. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtit edera, qua baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis Q. fr. 3. 5. Ibi enim poſitus eſt, ubi aditus templi eſt, & ualuæ ambulationis. pro Dõ. 257. Vt enim in ſuperiorem ambulationem deſcendimus. i. in Academiam: nam ſuperiori gymnaſio Tuſculani nomẽ fuiſſe Lyceũ, dicit. li. 1. Diu. Tuſc. 4. 7. Noſtram ambulationem uelim, quum poteris, inuiſas. 60. & 61. Att. Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia & ambulationem & auiarium. Q. fr. 3. ep. 17. 2.

Ambulatiuncula.

Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro, omnes fructus prouinciæ non confero. 2. fam. 22. Ambulatiuncula tecta. 13. Att. 38.

Amburo.

Sine funere, oblitus cruore & luto, &c. ambureretur etiam abiectus. pro Mil. 66. hoc eſt, imperfecte cremaretur.

Ambuſtus.

Hic ſociorum ambuſtus incendio, tamen ex illa flamma, periculoque euolauit. 3. Ver 48. Herculis corpus ambuſtum. pro Sext. Huius ambuſti tribuni pleb. illæ intermortuæ conciones. pro Mil. 9. Qui ambuſtas fortunarum mearum reliquias domos ſuas comportarent. pro Dom. 136. de har. 214 ἀμυμήτα puto fore. 7. Att. 7.

Amens,

Quis tam eſſet amens, qui, &c. Tuſc. 1. 27. Amens homo & perditus. 12. fam. 3. Pater igitur amens, qui odiſſet filium ſine cauſſa. pro S. R. 25. Incurriſti amens in columnas. Or 209. Cum tu o uecors atque amens complexus es illud funeſtum animal, &c. in Piſ. 15. An me, inquit, tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? 2. de Fin. 119. Quæ, ille amentiſſimus fuerit, niſi acceperit. 7. Att. 53. Homo amentiſſimus, atque omnibus cõſiliis præceps & deuius. 7. Phil. 191.

Amentia.

Amentia, eſt animi affectio, lumine mentis carens. 3. Tuſ. 8. Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. 3. Tuſ. 15. Hanc ob amentiã arreptus eſt unus ex parricis. de haru. 254. Amẽtia quadam ille raperetur. 16. fam. 15. Mens ſana confligit cum amentia. in Cat. 44.

Amentatus.

Vt haſtæ uelitibus amentatæ traduntur, ſic argumenta, &c. de Cl. 189. A quo (auctore) quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratorius lacertis uiribuſque torquebit. 1. de Or. 125.

Amictus.

Alcibiades, paullo ante interitum, uiſus eſt in ſomnis amicæ amictus amiculo. Diu. 218. Vt erat læna amictus, ita uenit in concionẽ. in Brut. 27. Hippias gloriatus eſt pallium quo amictus, ſoccos quibus inductus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. de Or. 154. Hæc toga, qua ſum amictus. in Piſ. 93. Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus. 2. Phil. 89. Velis amictos, non togis. in Catil. 42.

Amictus.

Statua, quam eſſe eiuſdem, ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. Att. 6. 15. Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamẽtum ſolorum callum. 5. Tuſc. 130. Imitari alicuius amictum, aut ſtatum, aut motum. de Or. 117. Sed iam uultum atque amictum, atque illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. pro Clu. 89.

Amiculum.

Donyſius aureum Ioui detraxit amiculum, grandi pondere, eique laneum pallium iniecit. 3. de Nat. 62. Alcibiades amicæ amictus amiculo. Diu. 158.

Amica.

Amica corpus Alcibiadis texit ſuo pallio. 2. Diu. 212. Mater amicam filij, tamquam nurum, ſequebatur. in Ant. 171. Amicarũ coniunctæ lecticæ ſeptem. in Att. 56.

Amicula.

Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. 2. de Or. 133.

Amicus.

Vbi index amicus aduerſario & inimicus tibi eſt. de Or 115. Amicus antiquior te nemo eſt mihi. 11. fam. 42. Si hoc doceo, poteritne te Alba ſuus antiquiſſimus non ſolum amicus, uerum etiam amator abſoluere? 5. Ver. 125. Amicus blandus: contrariũ, Verus. Lel. 78. Amicus certus in re incerta cernitur. Lel. 57. Amicus neceſſariuſq. communis. pro Clu. 70. Ex animo amicus, uereq. beneuolus.

lus. 11. Phil. 314. Amicus fidus, infidus. Læl. 49. Amicus inuictus eſt qui ei mortem afferret, cui inimici propter dignitatem pepercerãt. 4. fam. 37. Nõ amicus mihi fuit aperte, pro, inimicus. 6. Att. 34. Iſte noſter amicus. 4. Att. Ille amicus noſter ſemper in laude uerſatur. 36. Att. Amicus per ſe amari debet toto pectore, nec deſerendus & abijciendus, etiam deſperatis fructibus ac emolumentis, ut ſit ſancta illa amicitia. 1. de Leg. 37. Amicus ac perneceſſarius alicuius. pro Flac. 11. Eſt enim is amicus quidem, qui tamquam alter idem. de Amic. 115. Amicus quis dicatur in petitione magiſtratus. de Pet. Conſ. 12. Amicus ſis aliquan do tibi potius, quam cuiuis. 5. fam. 17. Vtinam ego, inquit, tertius uobis amicus adſcriberer. 5. Tuſc. 89. Verus amicus eſt, qui eſt alter idem. Læl. 68. Vir bonus & ſimplicis ueritatis amicus. Off. 13. Vitæ amici libertas patriæ anteponenda. 11. fam. 45. Amico obſequi. Acad. q. ed. 1. l. 2. 8. Pompeium tibi ualde amicum eſſe cognoui. fam 1. ep. 8. 11. Me tibi non amicum modo, uerum etiam amiciſſimum exiſtimes uelim. 3. fam. 20. Amice magne noli. 7. fam. 29. Quod ab amico eſt profectum, id cum ſit iucũdum, ſi cum amore & ſtudio eſt profectum. Læl. 47. Amico placando, aut etiam plane reſtituendo. 1. Att. 17. Amici maxima amoris conſpiratione conſentientes. de Fin. 62. Tribuni pl. deſignati ſunt nobis amici, conſules ſe optime oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos Q. fr. 301. Amici firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi. Læl. 55. Amici erunt in officio. 14. fam. 3. Amici noui digni amicitia, nũ quando ueteribus ſint anteponendi, necne. Læl. 59. Amicorum benignitas exhauſta eſt ea in re. 4. Att. 12. Amicorum communia omnia, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. Off. 1. 77. Amicorum gregibus ſtipati, ad forum deſcendimus. 1. Att. 56. Amicorum nomen in petitione magiſtratuum latius patet, quam in cetera uita. de Pet. Conſil. 12. Ex omnibus ſeculis uix tria aut quatuor nominantur amicorum paria. de Fin. 1. 51. Amicorum ſuorum perennis inimicus. 5. fam. 30. Amicis quatenus obſequendum. Offic. 3. 56. In ſecundiſſimis rebus maior etiam, quam ante tribuenda eſt amicis auctoritas. Offic. 1. 129. Amicos eſſe ſapientes ſapientibus etiam ignotis cenſent Stoici. de Nat. 1. 85. Anquirere amicos. in Læl. 84. Illud enim honeſtũ quod ſæpe dicimus, & ſi in alio cernimus, tñ nos mouet, atq. illi ĩ quo ineſſe uĩ, amicos facit. 1. Off. 81. Amicos meos oẽs ære alieno obſtrinxerim. 11. fam. 18. Amico obſeruãtia retinere. p Q. 10. Vita inculta & deſerta ab amicis, nõ poteſt eſſe iucunda. de Am. 160. Amicis ueteribus, id eſt libris. 9. fam. 1.

Amicus.

Fortuna amica uarietati conſtantiam reſpuit. de Nat. 2. 31. Præterea nemini de conſularibus amici animi erga te poſſim eſſe teſtis. ep. 6. Neque enim ego amicior C. Cæſari umquam fui, quam illi. Att. li. 8. 599. 12. Amicior inueniret eorum ærarij, quam noſtro. 7. Att. 5. Amicior tuis laudibus. 10. fam. 27. Mihi nemo eſt amicior, nec iucundior, nec carior Attico. Att. l. 16. ep. 341. 6. Amicior Reip. 3. Phil. 127. Amicior uillæ ſum factus, atque huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. 2. de Leg. 3. Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere, nec amiciori potuiſſe prouinciam tradere. ep. 31. Caritas liberorum amiciores parentes Reip. reddit. 280. Attic. Nihil eſt mihi amicius ſolitudine. 190. Att. Succeſſor coniunctiſſimus & amiciſſimus. fam. 3. ep. 3. 4.

Amiculus.

Quid de hordeo, inquit, & Docimo amiculo meo? 5. Ver. 67.

Amice.

Qui admonent a. docẽdi ſunt: qui inimice inſectantur, repellendi. de Nat. 1. 5. Et hæc accipienda a. in Læl. 75. Vt a. ut intelligenter, ut attente audiamus. Part. 132. Quos tu paulo ante, cũ memoriter, tum etiam erga nos a. & beneuole collegiſti. 1. de Fin. 27. A. tu quidem facis, mihique gratiſſimum. 8. Att. 4. in Læl. 8. Tu autem, quod mihi tantum tribuis, &c. facis a. pro Planc. 274. Viuere ſimpliciter, fideliter, uitæq. hominum a. Off. 19.

Amiciſſime.

A. Cæſar me amplectitur. 6. fam. 25. Tum ille a. ut ſolebat, &c. 5. de Fin. 10. Familiariſſime & a. uiuere cum aliquo. Ver. 16.

Amicitia.

Amicitia, uoluntas erga aliquem, rerum bonarum illius ipſius cauſſa, quem diligit, cum eius pari uoluntate. 2. de Inu. 144. Amicitia nihil aliud eſt, niſi omnium diuinarum humanarumque rerũ cum beneuolentia & caritate ſumma conſenſio. Læl. 19. Amicitia, uirtutum adiutrix, a natura data eſt, non uitiorum comes. Læl. 70. Amicitia in quo cernatur. Part. 41. Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res ſecundas uel aduerſas, quam amicitia. Læl. 16. *Amicitia hoc præſtat propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt.* Læl. 28. Amicitia *tua mihi ampla* eſt. 3. fam. 37. Amicitia claudicare uidetur. 1. de *Fin. 105. Si amicitia ueritate colitur,* qui amicum prodit, nanus ſi neceſſa eſt. pro Qu. 15. Amicitia per ſe colenda eſt. 1. de Leg. 37. Amicitia ſanctiſſime colẽda. 10. fam. 2. Amicitia noſtra quę ſummis officiis ab utroque culta eſt. 15. fam. 38. Amicitia cum uoluptate connectitur. 1. de Fin. 103. Amicitia utrum propter imbecillitatem atq. inopiam deſiderata. Læl. 26. Vera amicitia mihi ditior & affluentior uidetur eſſe. in Læl. 52. Mihi cum uiris fortibus, qui cẽſores proxime fuerunt, ambobus eſt amicitia. pro Clu. 92. Amicitia inter ingratos eſſe non poteſt. pro Planc. 65. Amicitia niſi in bonis eſſe non poteſt. Læl. 16. Amicitia ſine uirtute nullo modo eſſe poteſt. Læl. 19. 86. Exardeſcit amicitia. in Læl. 82. Expetenda amicitia. 2. de Inu. 245. Amicitia & ſecundas res ſplendidiores facit, & aduerſas partiens communicanſque, leniores. Læl. 22. Amicitia firma & perpetua. de Pet. Conſ. 28. Caritas & amicitia hominum, gratuita eſt. 1. de N. d. 168. Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit. Off. 1. 85. Amicitia ex amore nominata eſt. Læl. 26. Amicitia orta mihi uidetur a natura potius, quam ab indigentia. Læl. 26. Amicitia permanet uſque ad extremum uitæ diem. Læl. 32. Amicitia tota ueritate perpenditur. Læl. 8. Amicitia præuertit iudicium. Læl. 56. Pyladea amicitia. 2. de Fin. 135. Quæſita amicitia utilitatis cauſſa. 2. de Fin. 134. Amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemque proclinior. Læl. 59. Serpit amicitia neſcio quo modo per omnium uitam. Læl. 72. Hic multis ualuit uetus amicitia, quã tu, &c. ep. 12. & 38. Conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio. Læl. 36. Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, ſuauitas ſermonum atque morum. in Læl. 55. Amicitię finis quid ſit. 2. de Inu. 245. Amicitiæ fons a natura conſtitutus, bonorum inter bonos beneuolentia. Læl. 46. Amicitiæ fores aperiantur. 15. fam. 22. Amicitiæ gloria excellens Lælius. Læl. 5. Habenas amicitiæ habere laxiſſimas, quas uel adducas quum uelis, uel remittas. Læl. 42. Amicitiæ initia ex parentibus repetere. 6. fam. 48. Inſtitutionem amicitiæ omnino non poſſe reperiri. 1. de Fin. 107. Deſerere ius amicitiæ. Læl. 34. Nam cum amicitiæ ius ſit in eo, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit ſi ne in uno quidem quoq. unus animus erit, idemque ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex. Læl. 77. Pro iure amicitiæ noſtrę a te peto. 10. Attic. 29. pro noſtra beneuolentia, pro eodem dixerat paulo ante Vetus eſt lex illa iuſtæ uetæq. amicitiæ, quæ mihi iam diu cum illo eſt, ut idem amici ſemper uelint: nec eſt ullum certius amicitiæ uinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & uoluntatum. pro Planc. 3. Hæc igitur prima lex amicitiæ ſanciatur, uel ab amicis honeſta petamus, amicorum cauſſa honeſta faciamus. de Amic. 104. Amicitiæ locus ubi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ipſum? 2. de Fin. 124. Amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternam fore. Læl. 14. Amicitiæ munus expletum eſt. Læl. 60. Amicitiæ, coniunctioniſque neceſſitudo. Læl. 62. Tollere amicitiæ nodum nobiliſſimum. Læl. 47. Carum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum: quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum. 1. de Nat. 85. Amicitiæ officium & ius præſtare. 14. fam. 10. Amicitiæ officijs diligenter ſancteque ſeruatis. 5. fam. 48. Amicitiæ maximum ornamẽtum tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. Læl. 69. Ortus amicitiæ generoſus. Læl. 29. & 32. Quod enim par amicitiæ conſularis fuit umquam in hac ciuitate coniunctius, quam fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? pro Dom. 22. Amicitiæ præſidium firmiſſimum. 1. de Fin. 105. Amicitiæ rationem impediri, ſi ſummum bonum in uoluptate ponatur. 1. de Fin. 107. Amicitiæ recordatione frui. Læl. 14. Amicitiæ ſimulatio. Læl. 26. Stabilitas amicitiæ confirmari poteſt. Læl. 69. Vacillat ſtabilitas amicitiæ. 1. de Fin. 102. Amicitiæ iuſtitia. 6. fam. 33. Venenum amicitiæ, odium. Læl. 75. Amicitiæ ea eſt uis, ut ſimulatque ſibi aliquid quam alteri maluerit, nulla ſit. 1. de Leg. 26. Omnis uis amicitiæ eſt in uoluntatum, ſtudiorum, ſententiarum conſenſione. Læl. 14. Amicitiæ uarius eſt & multiplex uſus. Læl. 74. Amicitiæ præponenda eſt patria. 11. fam. 47. Amicitiæ grauiorem iniuriam feceris. 10. Att. 28. Admiratus eorum fidem tyrãnus, petiuit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. 3. Of. 59. Similitudo illicit, & attrahit ad amicitiam. de Amic. 105. Ad amicitiã alicuius ſe conferre. 13. fam. 21. Quum Craſſus initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet. in Brut. 154. Nihil difficilius, quã amicitiam uſque ad extremum uitæ diem permanere. Læl. 32. Ad tollẽdam amicitiam ualet hoc quidem præceptum. Læl. 54. Amicitiam alicuius confirmare. 7. fam. 32. Conſequi amicitiam. Læl. 70. Si utilitas amicitiã conſtituet, tollet eadem. 2. de Fin. 126. Contrahit amicitiam uirtus. Læl. 45. Amicitiam contrahere qua in rerum natura, totoque mundo conſtant quaque mouentur omnia. Læl. 23. Amicitiam diuelli a uoluptate, non poſſe. 2. de Fin. 135. Amicitiam euertere funditus. 2. de Fin. 128. Amicitiam & gignit & continet uirtus. Læl. 19. In amicitiam accipere. 2. Att. 58. In amicitiam meam te contuliſſe. 7. fam. 31. Nuncium ex litteris tuis ſtudioſe

ſcriptis, libenter in amicitiam recepi. Att.li.2.ep.35.1. In amicitiã meam reciperem. 13.fam.30.& 41. Iungere conſuetudinem & amicitiam cum aliquo. pro Deiot.18. Difficile eſt amicitiam manere, ſi a uirtute defeceris. Lęl.36. Amicitiam ſi metiare ſua caritate, nihil eſt præſtantius. 2. de Fin.135. Amicitiam naſci quidam uolũt ab inopia. Læl.29. Officioſam amicitiam nomine inquinas crimi-noſo. pro Planc.37. Amicitiam paternam nullis officijs proſequi. 6.fam.48. Amicitiam natura ipſa peperit. in Lęl.18. Amicitiam petere propter utilitatem. 2. de Io.245. Amicitiam funditus tollere e uita. in Læl.44. Solem e mundo tollere uidentur, qui amicitiam e mundo tollunt, qua nihil a dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Læl.43. Tueri amicitiam. 1. de Fin.103. Vocare amicitiam ad calculos. in Læl.52. Ab amicitia afflicta transfugere. pro Quinct.62. Naturali amicitia carere. in Læl.68. Sunt de amicitia gerenda præclariſſime ſcripti libri. 3. fam.27. Cum graue eſt uere accuſari in amicitia, tum etiam ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum. pro Mur.125. In amicitia adiunctus. 5. fam.17. Fines in amicitia qui ſint, & quaſi termini diligendi, conſtituendi ſunt. in Læl.50. & 53. In amicitia illud efficitur, quod quibuſdam incredibile uidetur. eſt autem neceſſarium, ut nihil ſeſe plus, quam alterum diligat. de Leg.162. In amicitia nihil eſt fictum, nihil ſimulatum. Læl.26. In amicitia niſi (ut dicitur) apertũ pectus uideas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratũ habeas, &c. Læl.80. Prima lex in amicitia, ut neq. rogemus res turpes nec faciamus rogati. Læl.38. Ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus quam ſe amet: ego illum plus quam me: perturbatio uitæ, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur. Tuſc.l.3.62. In amicitia prouecti longius. in Læl.33. In amicitia quæ ſint uiro bono tenenda. Læl.59. In amicitia quid mutuum. 5. fam.3. In amicitia quidquid eſt, id eſt uerum & uoluntarium. Læl.26. In amicitia uult Pythagoras, ut unus fiat ex pluribus. Offic.1.81. Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & caritate complectitur. de Vniu.197. Dignus amicitia. in Læl.67. Omnium rerum, quas ad beate uiuendum ſapientia comparauerit, nihil eſt maius amicitia, nihil uberius, nihil iucũdius, &c. de Fin.62. Vos hortor, ut, uirtute excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Læl.86. Remouere ſe ab amicitia Pompeij. in Læl.66. Sine amicitia corruere omnia. Læl.22. & 23. Amicitiæ ambitioſæ, fucoſæque. 1. Att.55. Amicitiæ cur comparatæ. pro Roſc. Am.66. Amicitiæ amore & caritate cernuntur. Part.137. Coluntur amicitiæ ſimulatione, dumtaxat ad tempus. in Læl.48. Tantum abeſt ut amicitiæ propter indigentiam colantur. in Læl.47. de Fin.2.128. & 131. & 133. Communes amicitiæ. in Læl.66. Conuerterant ſe amicitiæ in graues inimicitias. in Læl.67. Amicitiæ, corroboratis iam confirmatiſque & ingenijs & ætatibus, iudicandæ ſunt. Læl.63. Depoſitæ amicitiæ. in Læl.66. Extinctæ amicitiæ. in Læl.67. Amicitiæ non modo fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices ſunt uoluptatum, tam amicis, quam ſibi, iuxta Epicureos. de Fin.l.1.52. Amicitiæ ſimilitudine facile iunguntur. pro Clu.34. Leues amicitiæ. in Læl.82. Mediocres amicitiæ. 2. de Fin.134. Oppreſſæ amicitiæ. in Læl.67. Amicitiæ profectæ ab noſtro beneficio. 2. de Iou.145. Amicitiæ ſtabiles permanent. in Læl.64. Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Læl.32. Veræ amicitiæ difficillime reperiũtur in ijs, qui in honoribus, reque pub. uerſantur. Læl.57. Vulgares amicitiæ. in Læl.65. Amicitiarum cum ceteris bonis collatio. Læl.50. Inſtituendarum amicitiarum conſuetudo. 1. de Fin.106. Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. Læl.50. Amicitiarum præſidia quærere. in Læl.43. Amicitiarũ proditiones. Acad. q. ed.1.l.2.27. Amicitiarũ ſatietates eſſe non debent. in Læl.60. Nouis amicitijs indulgere. in Læl.50. Amicitias appetere. in Læl.43. Ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus. 1. de Finib.102. in Lęl.54. Conciliat amicitias & conſeruat uirtus. in Læl 83. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. in Læl.32. Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis. 7. ad Att.30. Ad coniungendas amicitias quãtam uim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo, ſcitis omnes. pro Clu.35. Dimittere amicitias. in Læl.65. Dirumpere amicitias. in Læl.71. Diſcindere amicitias. in Læl.65. Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. in Læl.64. Diſſoluere amicitias. in Læl.32. Amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere. Off.1.169. Eleuare amicitias remiſſione uſus. in Læl.65. Fideles amicitias excludere. in Læl.49. Moleſtas amicitias faciunt quidam, cum ipſi ſe contemni putant. in Læl.63. Fingere amicitias utilitatis cauſſa. in Læl.47. Nec me pœnitet e mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. pro R.P.126. Iungere amicitias & conſuetudines cum aliquo. pro Deiot.18. Incidere in amicitias malorum. in Læl.39. Repudiare amicitias gratioſorum. pro Planc.37. Spernere ueteres amicitias. in Læl.50. In amicitijs expetendis colendiſq; ne ſit a quiſque maxime excellit, ut ſibi plurimum confidit, uirtuteque ac ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat, &c. Læl.29. In amicitijs tuendis quamuis comis fuerit Epicurus, non ſatis acutus fuit. 2. de Fin.129. In amicitijs fideles. 2. de Fin.130. In amicitijs peſtis nulla maior, quam adulatio, blanditiæ, aſſentatio. in Læl.76. Amicitijs nouis implicati. 1. Att.65. Quæ poteſt eſſe uitæ iucunditas, ſublatis amicitijs: quæ porro amicitia poteſt eſſe inter ingratos? pro Planc.266.

Amita.

Qui uxori ſuæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiti fuit. pro Clu.22.

Amitto.

Cogito commorari, quoad me reficiam: nam & uires & corpus amiſi. ep.107. Amiſiſti id cui ſimile in terris nihil fuit. ad Brut.19. Decius amiſit uitam, at nõ perdidit: accepit patriam, amiſit animam. ad Her.38. Aſſiduitate malorum, ſenſum omnem humanitatis ex animo amiſimus, id eſt dimiſimus, eiecimus. pro S.R.44. Cur Licinium de manibus amiſerunt? pro Cœl.58. id eſt, comprehenſum abire permiſerunt. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. pro Roſ.Com.6. Cum oculis acriter deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent. Tuſc.163. Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepiſti. certe, inquit, rideos: nam niſi tu amiſiſſes, numquã recepiſſem. Off.79. Virtutem & fidem numquam amiſerim. poſt red. in ſenat. Amiſeris & Recuperaueris, contraria. 6.fam.38. Amittere animam. 14.fam.12. Auctoritatem. 4.Acad.131. Cauſſam. 2. de Or.56. Att.l.9.ep.173.3. Ciues. pro Marc.10. Ciuitatem. 1. de Or.90. pro Dom.60. Dignitatem. ad Lent.l.1.8.10. Exercitum. Tuſc.l 1.71. Exiſtimationem pudoris. 4. Ver.140. Filium. fam.l.4.ep.6.6. Fortunas, & omnia ornamenta. 3. Ver.111. Secundas fortunas. pro Syl.50. Honeſtatem omnem. pro Roſc. Am.67. Humorem. 3. de N.d.46. Impunitatem uis factæ. 3. de Leg.37. Ius imperii & exercitus. 10.Phil.277. Libertatem. pro Dom.60. Lumen. 5. Tuſc.159. Memoriam alicuius. pro Deiot.7. Mentem. de hr.250. id eſt, inſanire. Occaſionem. Att.l.15.ep.326.3. pro Cæc.11. Opinionem. Attic. Ornamenta. fam.l.4.6.7. Patrem aut liberos. in ep. Patriam de Fin. l.4.19. Patrimonium. pro Sext.20. id eſt, conſumere. Capium piſci. 2. de N.d.186. Prædam. 6. Ver.39. Rem de manibus. 5. Ver.26. Sacra. pro Dom.28. Salutem. pro Syl.66. Senſum humanitatis omnem ex animo. pro Roſc Com.72. Rei alienius ſimulationem. 10. ad Att.23. Spiritum. 3. de N. d.46. Splendorem & nomen uiri boni. Off.3.108. Tempus. pro Mur.40. de Prou. Conſ.14. Amittere uires, & Reuocare uires. 8.fam.47. contraria. Amittere uitam per dedecus pro Roſc. Am.18. pro Mil. 28. Quarum rerum negligentia pleraſq. cauſſas uidemus amitti. de Or.118.

Amiſſus.

Amiſſa cauſſa. 9. ad Att.10. Corpora intereunt humore aut ſpiritu amiſſo. de N.66. Quod intellexiſti te præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. 6. Ver.39 Amiſſo tempore. pro Mur.40. Claſſes amiſſæ & perditæ. 2. Verr 9. Amiſſa tempora. 15.fam.42.

Amiſſio.

Amiſſio bonorum. Tuſc.l.4.31. Omnium uitæ commodorum. Tuſc.l.3.7.8. Dignitatis. in Piſ.33. Oppidorum a. turpis. in Piſ.31. Rerum. 4.fam.7. Senſuum. 3. de Finib.79.

Amnis.

Alter ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit; alteri, incitatior fertur. Ora.200. Amnis profluens, cui opponitur Concluſa aqua. de N.d.2.15. Liquore amnium perlucidi, riparum ueſtitur uiridiſſimi. 2. de N.d.72. Amnes euanuiſſe & exaruiſſe quoſdam, aut in alium curſum contortos & deflexos uidemus. 1. de Diu.70.

Amo.

Et amo, & amabilem eſſe certo ſcio. 5. Att 37. Illum a. ut rogas & ut meretur, & ut debeo. 3. ad Q.fra.39. Me ualde a. in eo. 4. ad Atti.45. Sic a. ut alterum fratrem. 13.fa.3. Te a. quod mihi nuntiaſti. 16.fam.22. In ep. Q.Cic. id eſt, tibi gratiam habeo. Multum te a. de Randuſenlo. 7. ad Att.11. Multum te a. quod reſpondiſti. Octauio. Ecquid amas Deiotarum, & non amas Eram? 16. ad Att.9. De quo tantum, quantum me amas, uelim cogites. 12. ad Att.19. Et adduc, ſi me amas, Marium. ad Q.fra.l.2.ep.12. Si quidquam me amas, hunc locum ama. Att.77. Librum, ſi me amas, mitte. 12. ad Att.9. Pugna, ſi me amas, ut iuramento contendas mea non eſſe. ad Volum.l.7.ep.32.4. Amat nos caroſq. habet Pompeius. Att.l.2.ep.35.1. Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. 3. Phil.136. Signa, quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita: te multum amamus, quod ea abs te diligenter, paruoq. curata ſunt. Att.2. Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt. Q. fra.250. Qui amant, moroſi. 7. famil.28.

ſoll.28.Amabat alius turpiſſime, alıorum amori flagitioſiſſime ſer uiebat.in Catil.30. Amaui amorem tuum, 9. fam.34. Amaui ma ego.9.ad Att.68.id eſt, amaui meam, ſententiam, feci quod magis ex animo meo fuit. Auus tuus clariſſimus uir, amauit unice patriam & ciues ſuos.I.C.113.Amabo te frater.1. ad Q.fr.56. Si me amabis, hoc facies.2.fam.26. Amabis me.12. fam.46.id eſt, in eo tuum in me amorem declarabis. Facile, quod cuiuſque temporis officium ſit poterimus, niſi noſmetipſos ualde amabimus, iudicare.1.Off.44. Etiam ſi te uenientem in medio foro uidero, diſſuauiabor, ma ama.Q.fr.Cic.Tironi.l.16.27.4.Ames conſtantiam meã uolo.Att.l.2.ep.25.1. Ames amore illo tuo ſingulari.15.fam.50. Ames nos, & te amari ſcias, 4. ad Att.18.Ita non ames.pro ita oderis.7.fam.3.Quem non ames, omnia inſulſe facere uidetur.15. ad Att.9.Quam uolumus licet.p.c.ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos ſuperauimus. de haru.reſp.17. Habes meam cauſſam, quæ ſi Bruto non probatur, neſcio cur illum amemus.Att.83.Ament ea animo, ac non ſui commodi cauſſa ſimulent.1.ad Q.fr.11. Cum miraretur ille quidem utramque, alterum autem etiam amaret.lib.1. de Finib.13. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. Læl.83. Amare nihil eſt aliud, quam uſi uelle bonis aliquem affici quam maximis, etiam ſi ad ſe ex iis nihil redeat.de Fin.l.2.65. Amare, cõſectari, adipiſci uelle) (aſpernari, odiſſe, fugere.l. 1.de Fin.25. Vt amare nunc deniq. mihi uidear, antea dilexiſſe.9. fam.29. Diligere, amplecti, amare aliquem.Att.l.1.ep.8.7.Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parui, quam amare diuitias.Off.1.97.Amare quempiam in alicuius negotio.13.fam.83. id eſt, amicum ſe oſtendere. Amare ſe.3.ad Q. fra.40.pro ſibi placere. Ne nimium te amare uidexre.in Top.25. Amare uoluntatem. 7.fam.43. Attagathus, homo nobilis, qui a ſuis & amari & diligi uoluit.6. Ver.45.& 1.de N.d.166.Sed tamen ut ſcires eum non a me diligi ſolum, uerum etiam amari.13.fam.69.id eſt, amare plus quam diligere. Quando ſe a me amari putat, a me a te amari ſciat. 13.fam.99.

Amabo.

Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus.fam.7.ep.33.6.Amabo te, aduola, conſolabor te. Q.fr. lib.1.4.1.Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum. 23.Att.Exſpecta, amabo te, dum Atticum conueniam.94. Att. Noſtra autem negotia, quia Romæ commoraris, amabo te, explica. 47. Att. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me ſcribe.Att.5.ep.105.3.Et amabo te, quum dabis poſthac aliquid domum litterarum, mei memineris. fam.15.

Amans.

Homo ſemper amans me.5.Att.10.O dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine riuali. Q.fr.3.35.Studioſus, amans, obſeruans ſui.pro Rab.Poſt.27.Amanti nihil difficile. Or.18. Aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Tuſc.4.21. Qui me parum patriæ amantem eſſe exiſtimant.fam.11.ep.28.17. Boni ciues amantes patriæ. Att.lib.9.ep.Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant: nos potius laborioſos.2.Tuſc.60. Tam inter ſe amantes uiros. Acad.ed.1.l.2.115. Amantior tui. Attic.6.111.21.fam 1. ep.5.9.Si quẽ forte tui cognouiſti amantiorẽ, quam temporis. Q.fr.292. Chariſſimus atque amantiſſimus frater.Catil.75.Gallus Fabius amantiſſimus uirtuſque noſtrum.128. Att.Amantiſſimus tui.4.de Fin.119.16 ep.2. ad Marium.11.ep. 27.2.Amantiſſimum conſilium & ſuauiſſimum.1.Att.51.Ad nostri amantiſſimos ueni.ep.257.Leniſſimis & amantiſſimis uerbis uti.ep.71.

Amanter.

Sed neque uehementer & a.fam.12.Valde hoc uelim, antequã proficiſcare, a diligenterque conficias.Att.2.ep.19.2. Pueri a.inter ſe diſcunt.O Bruti a.ſcriptas litteras.Att.l.15.325.9. Itaq. me & ſuperiores litteræ tuæ admodum delectauerunt, quibus & exſpectatum meum aduentum abs te a. uidebam.6.famil.52. Quo enim eſt nomen ipſum amantius, indulgentiuſq. maternum, hoc, &c. pro Clue.20.

Amantiſſime.

De Gabinio nihil fuit faciendum iſtorum quæ a.cogitata ſunt. Q.fr.3.ep.24.8.A.obſecrare aliquem.Att.6.ep.111.32.A.& coniunctiſſime uiuere cum aliquo.Læl.2.

Amator.

Nunc (ut ad rem meam redeam) L.Papirius Pætus, uir bonus amatorq. noſter, mihi libros eos, quos Seru. Clodius reliquit, donauit.1.ad Att.71.pro, amans noſtri. Amator pacis. Att.l.14.306. 3.Poterit ne te Alba tuus antiquiſſimus nõ ſolum amicus, uerum etiam amator, abſoluere?5. Ver 125. Vtrum hic tibi adulter, an amator uidetur?1.1o Cœl.47. Aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem.Tuſc.4.21.Qui ſe amatorem intelligentiæ ſapientiæq. profitur, num neceſſe eſt intelligentiæ ſapientiæq; naturæ primas cauſſas conquirere.de Vni 63. Alter a me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. Poſtquam.206. Amatores Catoni deſunt, ſicut iam multi ante ſæculis Thucydidi. de Cla. 170. Amatores puerorum Q. Catulus, & Alceus poeta.de Nat.71. Viuamque tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus.7.fam.58. id eſt, amicis.

Amatorius.

Amatorius ſermo. 125. Nam Anacreontis quidem tota poeſis eſt amatoria. Tuſc.117. Amatoria uoluptas. Tuſc.245. Amatoriæ leuitates.1.de Fin.91.

Amatorie.

Epiſtola amatorie ſcripta.in Ant.175.

Amabilis.

Amabilis eſt per ſe.16.ad Att.8. Filiolam, quam numquam uidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certo ſcio. Att.l.5.ep.107.2. Amabiles litteræ.3.ad Q.fra.14. Oratio quæ ſignificat oratoris ipſius amabiles mores. Part.231. Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea ſenſi amari.fam.l.7.37. Amabilius hoc mihi erit. 16. fam. 24.Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius.261. & 128. & 252.ad Att.Amabilius nihil facere potuiſſes.10. fam.22. Mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.Brut.l.11.15.2.Nihil eſt uirtute amabilius, quam qui adeptus fuerit, ubicumq. erit gentium, diligetur, de Nat.d.1.85. Amabiliora fieri poſſe olla litora, proſpectu maris.12.ad Attic.12.id eſt, iucundiora, amœniora. Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere.Læl.47.

Amabiliter.

Sed me hercule ſi humaniter & ſapienter, & a. in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis. Antonius ad Ciceronem, in epiſt. ad At.14.310.2.

Amœnus.

Amœnus ſane, & arbitris ſemotus locus. In Ver.252. Amœnum rus.pro Roſ.Am.79. Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. de Or.135. Prædiola noſtra ſatis amœna. Att.l.16.ep.333.4. Salicta amœna.1.de Diu. 73. Amœniſſima uoluptas.4.Acad.230.

Amœnitas.

Non illum amœnitas ad delectationem reuocat.pro Pomp.11. Summa amœnitas fluminis. Q.fr.317. Amœnitas loci. Att.l.14. 308.5. Domus ſuppeditat hortorum amœnitatem. Q.fra.250. Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hãc ſequor.2.de Leg.3. Otio tibi perfrui mirifice licuit, cum eſſes in iſta amœnitate ſolus pæne relictus. ep. 94. Cogitatio amœnitatũ ad delectationem.Parad.117.

Amor.

Amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam.de Amic.101. Amor flagitii, & leuitatis auctor Tuſc.4.58. Amor ſi naturalis eſſet, & amarent omnes, & amarentur, & ſemper amarent, & idem amarent: neque alium pudor, alium cogitatio, alium ſatietas deterreret. Tuſc.4.63. Noſter in te amor ab his initiis profectus.13. fam.51. Amor amicitiæ.4. Tuſc.115. Totus iſte qui uulgo appellatur amor, tantæ leuitatis eſt, ut nihil uideam, quod putem conferendum. Tuſc.4.57. Canum amor in dominos, odium in externos.de Nat.8. Amor cognitionis & ſcientiæ.de Fin.l.5.45. Amor cognitionis inſitus menti. de Fin.l.4.15. Amor conſulatus.pro Syl.55. Amor confirmatur & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſuetudine adiuncta. Læl.29. Amor cultus ab aliquo diligentiſſime.6. fam.39. Amor eius, actiue. 53. famil.21. Amor nunc emergit: nunc deſiderium ferre non poſſum.9.ad Att.36. Amor peccatum non excuſat. 2.ad Her.57. Amor gloriæ nimia acer.pro Arch.20. Pietas & amor in patriã.pro Flac.74. Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. fam.1.ep.1.6 Amor meus, actiue.10.fam.2. Amor uoluptate & moleſtia mixtus.de Vo.55. Amor multitudinis uehementer commouetur ipſa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitiæ, fidei, omniumque earum uirtutum, quæ pertinent ad manſuetudinem morum ac facilitatem. Off.2.45. Si amor noſter ac tuorum in te eſt.4.ad Att.48. Amor ex eo inter nos natus.12. fa.60. Amor quatenus in amicitia progredi debeat.Læl.34 Amor quem ad me perſcribit.3.ad Q.fra.18. Nam & oratio prudens, & amor erga me ſingularis, multum leuaret.fam.9. epiſt.11.3. Amor tuus ſollicitus atque anxius.2.ad Att.61. Amor tantus fuit, ut exhauriri nulla poſſit iniuria.2.ad Att.54. Amor tantus, ut nihil ſupra poſſit.14. famil.2. Amor tuus ſe oſtendit.5.fam. 41. Amor uerus & fictus non facile diiudicatur.9. famil.35. Amoris abundantia.1. famil.29. pro, ſingulari, amore. Amoris declarationem habet liber iſte.15. famil.52. Omnibus ex animi perturbationibus eſt profecto nulla uehementior amoris furore. Tuſc. 4.62. Illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia ſuſceptum

non ſeruaui ſolum, ſed auxi, &c. fam. 10. ep. 1. 4. Amoris iter interrumpere. 4. ad Att. 6. Amoris notis inſignes epiſtolæ. 1. ad Att. 24. Amoris pleniſſimæ obiurgationes. 1. ad Q. fr. 45. Amoris primas alicui deferre. 1. ad Att. 50. Siquid reſidet in te amoris erga me. 5. fa. 13. Studium & ardor quidam amoris. 1. de Orat. 66. Amoris tui συμπάθεια 5. ad Att. 35. Carum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. de Nat. 1. 85. Amoris tui ueſtigia, quo, quo me uerto. 7. fam. 43. Amoris noſtri uetuſtas. 6. fam. 17. Magnitudo & uis amoris mei efficeret, te ut conſilio poſſem iuuare. 2. ep. 6. 7. De iſto hactenus dixerim, me uel plurima uincula tecum ſummæ coniunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima. Att. l. 6. 21. Amori noſtro pluſculum etiam, quam cōcedit ueritas, largiare. 5. fam. 30. Amori patrio & ipſi naturæ præferre ius maieſtatis atque imperii. l. 1. de Fin. 18. Cui amori, uerū ceteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo. 15. fam. 52. Seruire amori aliorum flagitioſiſſime. in Cat. 30. Tamē te rogo, in Hircii locum me ſubdas, & ad tuum amorem, & ad meam obſeruantiam. 10. fam. 45. Mundum totum ſe ad amorem ſuum ſubleuandum conuerſurum putat. 4. Tuſc. 120. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? fam. 9. ep. 14. 13. Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. 2. Phil. 84. Amorem erga aliquem eum hereditate cernere. 6. ad Att. 10. Amorem tuum omnem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam conferto ad eam curam. 7. ad Att. 2. Hæc res magis amorem conciliat, illa autem tutis defenſio caritatem. 2. de Or. Amorem conciliari ſenſimus. 2. de Or. 113. Amorem tuum conſeruabis. 11. fam. 53. Amorem deſerere. 1. fam. 31. Stoici, amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt: & ibi præclara multa de amore turpi fugiendo. Tuſc. 22 5. Datum tempus in quo amorem tuum experirer. 16. ad Att. 47. Perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres. fam. 2. epiſt. 1. 2. Quem certo ſcio ita laborare de exiſtimatione ſua, ut propter amorem in nos fraternum, etiam de noſtra laboret. 1. ad Q. fr. 8. Amorem cum aliquo conſtitutum habere. 10. fam. 4. Amorem erga aliquem habere. 9. fam. 29. Amorem habere in temp. pro Dom. 79. Nemo poteſt uno adſpectu, neque præteriēs in amorem incidere de Inu. 57. Amorem ſtupri eſſe negant philoſophi. Tuſc. 4. 58. Vt tibi oſtenderem meum amorem. fam. 10. ep. 3. 10. Amorem meum erga te ex uultu, & oculis, & fronte perſpicere potuiſſet. 14 ad Att. 24. Amorem tuum erga me recognoui in tuis litteris. 12. fam. 18. Amorem ſuſcipere. 10. fam. 2. Ab amore auertere. 9. ad Att. 36. Ex amore eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid uelim 6. ad Attic. 21. Amore illo tuo ſingulari me ames. 15. fam. 50. Ardebat amore illius hoſpitæ. 4. Verr. 30. Amicitiæ autem, caritate & amore cernuntur. in Part. 47 Habebam adoleſcentes amore coniunctos more Græciæ. 5. Tuſc. 81. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alii, quos uſus familiaritaſq. coniunxit, quamquam etiam caritate ipſa, tamen amore maxime continentur. Amore omni eniti. 9. ad Att. 62. Extitit tanto in me amore frater, ut, &c. poſt Redit ad Quir. Flagrare amore 4. Tuſc. 117. Amore impulſus hæc ad te ſcribenda putaui. fam. 10. ep. 3. 8. In amore ſolemus ea, quæ minime uolumus, cogitare. 3. ad Q. fr. 30. Perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt. Tuſc. 4. 62. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore atque in deliciis fuit? 6. Ver. 2. In amore eſſe. 6. in Ver. 2. & pro Flac 14. In amore habere. 10. fam. 60. Nihil mihi minus hominis uidetur, quam non reſpondere in amore iis, a quibus prouocere. ad Brut. 1. Amore inflammati eſſe debemus in patriam. 1. de Or. 97. Pro amore noſtro ueterrimo ueriſſimoque. 12. fam. 39. Filio tuo, nos & caritate & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare. fam. 12. ep. 16. 6. Amore prouehor. ad Brut. 33. Catonis filius Tiro amore pugnandi in exercitu remanſit. Off. 8. Etiam nouo quodam amore ueterem amorem tamquam clauo clauum eiiciendum putāt. 4. Tuſ. 121. Sæuo amore ſaucia Medea. pro Cœlio 13. Amore generi ſui capta ſocrus. pro Clu. 9. Citius amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, quam illius odio quidquam de noſtra beneuolentia detrahatur. 5. fam. 9. Amore uti. 7. fam. 40. Amores autem & hæ deliciæ quæ uocantur, firmiore animo præditis diutius moleſtæ non ſolent eſſe. pro Cœl. 47. Quid amores ac deliciæ tuæ Roſcius? Diu. li. 1. 70. Amores adoleſcentulorum in Græcorum gymnaſiis liberi & conceſſi. Tuſc. 4. 59. Amores adoleſcentulorum, ut ſint pudici, ſolliciti tamen & anxii ſunt, eoque magis, quod ſe ipſi continent & coercent. Tuſc. 4. 59. Amores ardentes. de Fin. 2. 44. Amores hominum in te. 5. ad Att. 18. Amores libidinoſi. Tuſc. 4. 60. Pompeius, noſtri amores. 2. ad Attic. 46 Amorum fœdera ſeruare. pro Cœl. 26. Quæ (forma & honeſti facies) ſi oculis cerneretur, ut ait Plato, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. Off. 24. Atque ut muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura conceſſit quam adoleſcentulorum amoribus. Tuſc. 4. 59. Sed redeo ad amores deliciaſque noſtras, L. Antonium. 6. Phil. 12. In amoribus eſſe alicui. 6. ad Att. 11. In amoribus mihi eſt. 7. fa. 56. Delicijs atque amoribus meis. 16. ad Att. 18.

Amoueo.

Saturnini quæſtorem a ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit. de haruſp. reſp. 40. Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia. pro Rab. 7. id eſt, ueruit ne uirgis cæderentur ciues Romani per carnificem. Et proprium illum ſenſum doloris mei a ſententia dicenda amouebo. de Prou. 69. Et nebulonem iſtum, ſiquo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Att. l. 1. 717. Odium, inuidiā, metum, cupiditateſque omnes amoue. pro Clu. 128. Ferijs iurgia amouento. de Leg. 2. & 32. Amouere aſſentationem. Procul amouere. ad Her. 22.

Amotio.

Augendæ uoluptatis finis eſt, doloris omnis amotio. 2. de Fin. 14. & 158.

Amphibolia, ſiue Amphibologia.

Ἀμφιβολία acuta. 7. fam. 55. Illa amphibolia quæ Crœſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. 2. de Diu. 174. Hanc amphiboliam uerſus intelligere potuiſſet. ad Her. lib. 2. 49. Cognitionem amphiboliarum eam, quæ a dialecticis profertur, non modo nullo adiumento eſſe, ſed potius maximo impedimento. ad Her. 9. Amphibologias omnes dialectici aucupantur. 2. ad Her. 49.

Amphora.

Amphora mellis. 4. Ver. 132. Duum millium amphorarum naues. 12. fam. 33. Itaque Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegiſſe. pro Font. 8.

Amplector.

Cum uero ea tua ſit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me: libenter amplector talem animum. fam. 5. ep. 19. 6. Amplectitur cognitionem mens noſtra. 4. Ac. 60. Fauet ingenijs, nobilitatē uero & dignitates hominum amplectitur. Fam. l. 4. ep. 8. Me amiciſſime quotidie magis Cæſar amplectitur. ad Cæ. l. 6. ep. 6. Quod idē interdum uirtutis nomine amplectimur. 2. Tuſc. 53. Hæc parui tēporis memoriam, ille perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. pro Roſ. Com. 4. Omnem tuum amorem, quo me es amplexus. Att. l. 7. 121. 3. Nec quod ius ciuile Craſſe tam uehementer es amplexus. 1. de Or. 120. hoc eſt, quod tanto ſtudio animum ad eam rem appuliſti. Quas mirifice Plato amplexus erat. 1. Acad. 48. Tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant, &c. pro Syl. 44. An Antonius equites Romanos amplectetur? 1. A. 213. Quæ iudex non amplectetur omnia conſilio. pro Font. 13. Verum ut totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde illius inſtituta cognoſcite. 4. Ver. 21. Quod ego pluribus uerbis amplecterer, ſi non, &c. pro Roſ. Com. 21. Quorum (ueteranorum) etiam ſi amplecterer uirtutes, ut facio: tamen ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. 10. Phil. 282. Diligere, amplecti, amare aliquem. Att. 1. ep. 8. 7. Amplecti alicuius amplitudinem officijs. fam. 5. ep. 8. 7. Amplecti artem aliquam. 1. de Or. 54. Amplecti cogitationem toto corpore. 12. ad Att. 5. Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro Mil. 53. Paruus filius, qui mihi uidetur amplecti remp. I. C. 118. pro Flac 33. Amplecti, pro, cognoſcere uel intelligere. 4. in Ver. 21. Ille autem me amplexus atque oſculans flere prohibebat. Somn. Scip. 10.

Amplexor.

Totum me amplexatur Appius. ad Q. fr. 2. ep. 14. 3. Meque inſpectante ſæpe inimicum meum modo in ſenatu ſeuere ſeducunt, modo familiariter, atque hilarem amplexantur. ep. 15. Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud, quod inimicum meū (meū, &c. ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebāt, &c. Fam. 1. 9. 32. Species, quas Plato mirifice erat amplexatus. Acad. ed. 2. l. 1. 24. Aut ipſius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. de Fin. 114. Amplexari auctoritatem cenſoris. pro Clu. 98. Amplexari ac tueri iudicium alicuius. Brut. Ciceroni, in ep. ad Brut. 11. 4. Neque, &c. homines efferri ita conuenit, ut otio non proſpiciant: neque ullum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate. pro Sext. 85. Amplexari uirtutem. 2. de Fin. 71. Nec uoluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt. 3. de Or.

Amplexus.

Nutrix animaduertit puerum dormientem circūplicatum ſerpentis amplexu. 1. de Diu. 134.

Amplificare, Amplio, Amplitudo, Amplius, uide Amplus.

Amplus.

Amplus & grandis orator. in Or. 16. Status amplus. Att. 3. 50. 2. Satis amplius oratione Pompeius. in Brut. 129. Itaque capio magnam uoluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non ſolum ampla

pla, ſed etiam iucunda eſt. &c. fam. 3. ep. 10. 12. Ampla atque potens ciuitas. 2. de Inu. 246. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit. Off. 1. 194 Familia ampla & honeſta. pro Mur. 13. Occaſio ampla. 4. Verr. 43. Magna & ampla pars. 1. de Inu. 9. Res pecuniaria ampla. pro Quinct. 7. Huic moderatori reipublicæ beata ciuium uita propoſita eſt, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honeſta ſit. Att. 8. ep. 155. 2. Admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. 6. Ver. 66. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. fam. 4. 12. 8. Siquid rogatus fueris, ut facias (quamquã id magnum & amplum eſt) perficies. Cæc. Cic. 6. ep. 7. 17. Nihil amplum, nihil excelſum, nihil non ſummiſſimum atque populare. 1. ad At. 69. Amplum per ſe nihil eſſe, niſi in quo iudicij ratio exſtet, ad Brut. 51. in ep. Bruti. Quidquid eſt, quamuis amplum ſit, id parum eſt tum, cum eſt aliquid amplius. pro Marc. 13. 5. Quis umquã ex tam amplo ſtatu concipit? ad Att. 43. Conuenerunt corrogati, & quidem ampli homines, ſed immemores dignitatis ſuæ. 3. Phil. 138. Loci præter modum ampli ad Her. 22. Omnia quæ uobis cara atque ampla ſunt, in fidem & patrocinium mei conſulatus collata eſſe uideo. de L. Agr. 25. Magna negotia & ampla & expedita habet Trebonius in tua prouincia. fam. 1. ep. 3. 1. Parum amplis præmijs afficere aliquem. pro M. l. 43. Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quam ipſe erat conſecutus. de Prou. Conſ. 21. Suos uero omnes per ſe eſſe ampliores uolebat. in Læl. 61. Præmijs amplioribus ad diſcendum commoueri. 1. de Or. 7. Homo uirtute cognita & ſpectata fide ampliſſimus. pro Cæ. 75. Ampliſſimus eſt is qui ſua uirtute in altiorem locum peruenit. pro Roſc. Am. 50. Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus. pro L. Manil. 1. Ampliſſimus ordo. pro Dom. Vir ampliſſimus & ornatiſſimus. pro Roſc. Am. 67. de Finib. 2. 99. Ciuitas ampliſſima. 7. Verr. 95. Ampliſſima curia. 6. Ver. 156. Collegium decemuirale ampliſſimum. 6. Verr. 95 Gymnaſium ampliſſimum. 6. Verr. 106. Theatrũ magnitudine ampliſſimum. ad Q. fr. 1. ep. 1. 62. Ampliſſimum te eſſe cupiet. 10. Att. 27. id eſt, ſumma auctoritate præditum. Pecuniã ampliſſimam poſſidere. pro Roſc. Am. 52. Ampliſſimo loco natus. 7. Ver. 95. Familia ampliſſima natus. 7. Verr. 95. in Parad. 45. Ampliſſimi ciues. Att. l. 7. ep. 132. 6 Res geſtæ ampliſſimæ. Att. li. 8. ep. 153. 3. Fortunas ampliſſimas amittere. 7. Verr. 15. Tuſc. 1. 136.

Ample.

Sublate ampleque dicere. de Cl. 182. Elate & a. loqui non eſt auſus, enim humiliter demiſſeque ſentiret. 5. Tuſc. 36. Exornat a. magnificeque triclinium. 6. Verr. 64. Nihil enim a. Cotta; nihil leuiter Sulpitius. in Or. 57. Si ne hæc quidem ſatis a. ſatis honeſte dici putas. 2. de Fin. 121.

Amplius.

Illi ſe ſuos armatos adduxiſſe dixerunt, etiam hoc amplius Cæcinam. pro Cæc. 29? Aliquanto a. amplexus ſum animo. 4. Verr. 1. A. centum naues. 12. fam. 25. in epiſt. Lentuli. Itaque non a. XIIII. cohortes Luceriam coegi. Att. 130. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc a. nauicularum habere aliquid, &c. ep. 142. Mathematici confirmant ſolem a. duodeuiginti partibus maiorem eſſe, quã terram. Ac. q. 20. Cui cum eſſem aſſenſus, decreui hoc a. ut tu, ſi arbitrarere utile fore, exq. repu. eſſe, perſequerere bello Dolabellam. ad Brut. ep. 5. 1 At a. non deſideramus. 4. Acad. 104. Quidnam a. deſideratis iudices? 2. de Inu. 112. Nihil dico a. pro Planc. 14. At ego a. dico, HS quadringenties accepiſſe te arguo. 4. Verr. 16. Facite quod libet, daturus non ſum a. in Verr. 123. Etiam hoc amplius. pro Cæc. 19 2. de Fin. 19. fam. 9. ep. 25. 1. Verr. 4. 85. Etenim, Catilina, quid eſt quod iam a. exſpectes? 1. C. 98. Quid enim, ſi illi inimiciſsimus eſſet, a. ad eius laudem minuendam facere potuiſſet? de har. 256. Qui cũ a. centum ciues haberet ex conuentu Syracuſanũ. 7. Verr. 121. Non luctabor, inquit, tecum Craſſe a. id enim, &c. de Or. 91. *Hora* a. in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. 6. Ver. 85. Laodiceæ uiginti pondo, paullo amplius. pro Flac. 54. Ego autem ædilis, hoc eſt paulo a. quam priuatus. 2. Verr. 23. Ille ſatiſdari a. abs te non petit. 4. ad Att. Si amplius HS. nummo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſſam perdidiſti. pro Roſ. Com. 5. A. eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturũ, uulgata cautio in ſolutionibus. Brut. 9. Conſules te audita a. de conſilijs ſententiam pronuntiant. Brut. 43. A. pronunciari. 3. in Verr. 17. Cæſar, a. horas quattuor fortiſſime pugnauerunt. Att. l. 8. A. quam centum ciues. 4. Verr. 55. Eo contentæ non quærunt amplius. Tuſc. 47. Non a. quinque millia. 2. ad Att. 37. A. paſſus quingentos. 10. fam. 64. in epiſt. Galbæ. Quibus ne reiiciundi quidem a. quam trium iudicum præclaræ leges Corneliæ faciunt poteſtatẽ. in Ver. 124. Seſe ipſum abs te repetit: nihil amplius. 7. Verr. 100. Cum uterque eorũ ſcripſiſſet, *hoc a. Theophraſtus*, quæ eſſent. de Fin 126. A. ſunt ſex menſes. *pro R. Com.* 4. A: erat, & eſſet a. ſi uelles, populo cautũ. in Ver. 105. *Non fere ternis amplius.* in Or. 131. Nihil tribuit amplius. (paullo *poſt*,) *Hoc amplius* addidit homini natura. de Nat. 2. 24. A. triennium. pro R. Com. 4. Qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos iã annos a. unis moribus, &c. uiuunt. pro Flac. 49. Quid uis amplius? pro R. Amer. 65. Quid ultis amplius? pro Mil. 27.

Ampliſſime.

Omnia collegia a. de ſalute mea decreuerunt. pro Dom. 128. A. dati militibus agri. 5. Phil. Aliquem ſupremo die ſuo quam a. efferre. in Ant. 224. A. ac magnificentiſſime omnes honores geſſit Sthenius. 4. Verr. 77. A. ac honeſtiſſime ex prætura triumphare. pro Mur. 13.

Amplitudo.

Amplitudo, eſt potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarum copiarũ magna abundantia. 2. de Inu. 144. Amplitudo & quaſi quædam exaggeratio animi una eſt omniũ rerum pulcherrima, eoq. pulchior, ſi uacet populo, neque plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet. Tuſc. 2. 55. Iſti in quibus ſumma auctoritas eſt atque amplitudo. pro R. Amer. 2. Honores & a. alicuius. 4. Ver. 77. Maieſtas, eſt a. ac dignitas ciuitatis. de Or. 123. A. honorum. Off. 2. 87. Splendor omnis & a. habitum rerum diuturnum, &c. 1. Off. 98. Ad amplitudinẽ tuam meis officiis amplectendam. 5. fam. 19. Ad claritatem amplitudinemq. aptior eſt eorum uita, qui, &c. 1. Off. 101. Ad amplitudinem tuam conferimus omne noſtrum conſilium, &c. fam. 10. ep. 1. 7. Ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinet. fam. 1. ep. 9. 107 Ad ſummam amplitudinem peruenire. in Brut. 154 Maieſtatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. ad Her. 9. Vt omnes huius honores inter ſuos & amplitudinem poſſent cognoſcere. in Ver. 131. Illuſtrabit tuam amplitudinem hominum iniuria. fam. 1. ep. 6. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, unam eſſe omnium rerum pulcherrimam. 2. Tuſc. 107. Q. Pompeius poſteris ſuis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. pro Mur. 127. Poſſum confirmare, te & ſenatus & pop. Ro. ſtudio amplitudinem tuam retenturum. 1. fam. 10. Ex ære fuit quoddam Cereris ſimulacrum modica amplitudine ac ſingulari opere. 6. Ver. 98. Amplitudine ſumma dignus. pro Mur. 14. Amplitudines quædam bonorum excitabuntur. 4. de Fin. 29.

Ampliuagus.

Ampliuagas imagines reddunt. ad Her. 22.

Amplio.

Quid fuit, iudices, quare iſtum hominem nefarium ampliaueritis? ad Her. 4. 205. Vt etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem. 3. Ver. 17. pro Cæc. 21.

Amplifico.

Amplificat atque ornat orator dicendo, ea quæ uulgo expetenda atque optabilia uidentur. 1. de Or. 112. Nã autem clarum, & quaſi ſæuum amplificatis dolorem. Tuſ. 186. Facultatẽ diſſerendi amplificauit tibi Academia de N. d. Ornare aliquem & amplificare. fam. 15. 11. Aliquid uerbis aut dicendo amplificare. 2. de In. 131. 1. de Or. 119. Amplificare dignitatem alicuius. pro Mar. 5. & Bruto, lib. 11. 5. 8. Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. antequam iret in exſilium. 3. Acad. ed. 1. lib. 2. 5. Vereor interdum ne talium perſonarum, cum amplificare, uelim, minuam etiam gloriam. 4. Acad. 10. Exaggerare & amplificare orationem. 3. de Ora. 85. Rem familiarem amplificare. in Off. Summa autem laus eloquentiæ eſt amplificare rem ornando, &c. 3. de Ora. 88. Amplificare res ſuas. 5. Philip. 199. Conſeruare atque amplificare remp. pro L. Man. 35. Sonus amplificatur. 2. de Nat. 217. Vt poſtea uariari uoluptas, diſtinguique poſſit, augeri, amplificariq. non poſſit. 1. de Fin. 60. Ea quæ pro nobis eſſent amplificanda & augenda. 1. de Or. 69. In augendis amplificandiſq. rebus. in Or. 69.

Amplificans.

Et uirtutem ipſam laudibus amplificantis. de Fin. 5. 66.

Amplificatus.

A populo Romano ſemper defenſus, amplificatus, ornatus. pro Dom. 21. & 69. Quibus in hominibus erat ſumma uirtus, & ſumma uirtute amplificata auctoritas. 1. de Inu. 7. Dignitas tua quæ quidem a teipſo integritate & clementia tua ſic amplificata eſt, ut nihil addi poſſe uideatur. ep. 92. Eorum imperio reſpub. amplificata qui religioni paruiſſent. de Nat. 2. 6. Vrbs condita amplificataque. in Catil. 49. Quorum exitio intelligi poteſt, eorum imperiis rempublicam amplificatam. 2. de Nat. 12. Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dediſti. pro Do. 18. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, &c. 3. de Leg. 47.

Amplificatio.

Amplificatio quid, & ex quibus conficiatur. Partit. 16. 28. Amplificatio quid, & quomodo tractanda. 2. ad Her. 86. & 3. 115. Eſt igitur amplificatio, grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Par. 234. Amplificatio honoris & gloriæ. 2. Off. 60. Pecuniæ. Diu. lib. 2. 24. Amplificatio rei familiaris,

ris, nemini nocens, nō uituperāda. Off.1.37. Amplificationis quis effectus. Top.53. Ergo in omni genere amplificationis exarſimus. Or.206. Amplificationis ſpecies.3. ad Her.116. Amplificationis utilitas.3.de Or.58.122. Amplificatione quo loco orationis utendum. Partit.16. Amplificationes crebræ & breues in demonſtratiuo cauſſarum genere.2.ad Her.107.

Amplificator.

Amplificator dignitatis meæ.2.fam.9. & 10.fam.12. Amplificator dignitatis tuæ. Nec uero Pythagoras nominis ſolum inuentor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit.5.Tuſc.15.

Ampulla.

Ad illam uitam, quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. de Fin.4.25.

Amputo.

Circumcidit & amputat multitudinem.4.Acad.249. Volo eſſe in adoleſcente, unde aliquid amputem. Or.119. Quæ ſit ſcientia atq. ars agricolarum, quæ circūcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.5.de Fin. 70.1. de Or.34. Amputare ea nos miſeriarum. Tuſc.3.11. Amputare ferro uitem ſerpentem multiplici lapſu & erratico. Cat.48. Membra quædam amputantur, ſi, &c. Off. Sic in reipublicæ corpore ut totum ſaluum ſit, quidquid, eſt peſtiferum amputetur. 8.Phil.244. Vt ſapiens ſolum amputata circumciſaque inanitate omni & errore, &c. de Fin.1.35. Infracta & amputata loquuntur. in Or.97.

Amputatio.

Propagatio uitium ſarmentorumq., ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum remiſſio. de Sen.33.

An, Anne.

Poſtulo mihi reſpondeat qui ut iſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius.4.Ver.137. Tacitus metu an contumacia? Att. Quam orationem in Origenes ſuas retulit, paucis antequam mortuus eſt, an diebus, an menſibus? in Brut.45. An ille tempus aut in poetis euoluendis conſumeret, aut ſe in muſicis contereret? 1.de Finibus. 108. pro Mil.5. An in compoſitione, pro, ab. Or.89. In quo quæſitum eſt, in toto ne circuitu illo orationis, an in principiis ſolum, an in extremis, an in utraque parte numerus, tenendus ſit. in Or.118. An omnia emendata in illis. de Nat.1.55. An partus ancillæ ſit ne in fructu habendus, diſſeretur inter principes ciuitatis, P.Scæuolam, Marcumque Manilium? 1.de Fin.1.19. Refert etiā qui audiant: ſenatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an ſinguli. 3. de Or.117. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? 5. Ver.93. Id utrum Romano more locutus ſit, an quo modo Stoici dicunt, poſtea uidero. fam.7.ep.16.4. Vtrum quod minus, &c an quod corpora, &c. Tuſc.29. Multum enim intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. fam.1.ep.7.27. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Tuſc.1.51. An tu Narbonæ in menſas hoſpitum cum uomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? 2. Phil.83. An uero ſi de re ipſa, ſi de finibus controuerſia eſt, &c.1. de Orat.130. An uero tibi Romulus ille aut paſtores, &c. aut finitimorum uim repreſſiſſe eloquentia uidetur, non conſilio & ſapiētia ſingulari? 1.de Or.19. An ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus nō licebit? pro Balb.43. Non internoſcat uera illā uiſa ſint, anne falſa. 4. Acad. Nam quid ego de conſulatu loquar? parto uis, anne geſto? in Piſ.1. Anne licebit fœderatis, iſtuc nobis non licebit? pro Cor 66. Cum interrogetur, tria pauca ſint anne multa.4.Ac.165. Quærendumq. utrum una ſpecies & longitudo ſit earū, anne plures. in Or.119. Scire uelim quomodo dicar ſpopondiſſe, pro patre, anne pro filio? Att.189. Neſcio anne quinq. uirum quidem quemquam, &c. Acad.34. An ne Imperatorum ſcientia nihil eſt? Diu.85.

Anagnoſtes.

Nam puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſitheus deceſſerat. Att. 1.23. Tuus ſeruus anagnoſtes 5.fam.23.

Analogia.

Ἀναλογία Græce, Latine comparatio, proportione dici poteſt. de Vni.17. ἀναλογία me deceperat.6.Att.23. Quod analogiam Stoici, nos appellamus conuenientiam.3. de Fin.33.

Anapæſtus, ſiue Anapæſtum.

Anapæſtus pes. Tuſ.2.31. pes eſt conſtans ex duabus ſyllabis breuibus & una longa. dicitur etiam ἀντίδακτυλος Ita factus eſt anapæſtus, qui Ariſtophaneus nominatur. de Or.215. Nec ſiletur illud potentiſſimi regis anapæſtum.3. Tuſc 96. Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæſti, & ſpondei pedem inuitat. de Or.159. Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc anapæſto citantur. de Fin.68. Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe uerſus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſta. in Or.190. Nec adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio.2. Tuſc.63.

Anapæſticus.

Anapæſticus uerſus. in Or. 100.

Anaphora.

Anaphora, hoc modo; Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat.4. Ver.16.

Anas.

Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus.2.de Nat.93.

Anaticula.

Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boues.5.de Fin.39.

Anatociſmus.

Interim cum ego in edicto tranſlatitio, centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmi anniuerſario, ille ex ſyngrapha poſtulabat IIII. Att.5.52. Clamare omnes qui aderant nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus nō eſſet. Att.5.

Anceps.

Cauſſa anceps.2.de Or.100. Anceps cauſſæ genus quid.1.de In. 29. Anceps cura propter incertos exitus præliorum.12. fam.17. Cū eſſet incertus exitus, & anceps fortuna belli. pro Marc.9. Anceps locus.2.de Or.68. Fit ut diſtrahatur in deliberādo animus, afferatq. ancipitem curam cogitandi. Off.3. In ambiguis ancipitem & multiplicem uerborum poteſtatem eſſe. ad Her.41. Sed eius temporis ancipitem uideo quaſi fatorum uiam. Som. Scip.6. id eſt, incertam, quæ ſcilicet huc uel illuc ducat. Vos ancipiti contentione diſtracti de imperio dimicaretis. pro Pomp.5. Beſtiarum aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede uiuentes. de Nat.1.73. Et uiri ſæpe caſtellanis ancipites uariiſque caſus habent admirationem. fam.5.ep.12.19. Ancipites diſputationes, in quibus de uniuerſo genere in utramq. partem diſſeri copioſe licet.3.de Or.59. Ancipites Academicorum uiæ & rationes.3. de Or.81. Ancipites dicendi incertoſque caſus non extimeſcit. in Or.53.

Anchora.

Præcidere anchoras.7. Ver. 70. id eſt, funes anchorarios. Epiſtola, quam (ut ſcribis) anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.1. ad Att.23.

Ancilla.

An partus ancillæ in fructu ſit habendus. de Fin.51. Ancillam domini iuſſu aliquid facere. de Or.134. Hunc ſerui, ancillæque amant.5.Ver.8. Muliebris & delicatus ancillarum puerorumq. comitatus. pro Mur.106.

Ancillula.

Iuris ſcientiam eloquentiæ, tamquam ancillulam pediſſequamque, adiunxiſti.1.de Or.121. de Fin.2.111.

Ancillaris.

Itaque ancillari ſordidoque artificio regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam. Tuſc.82.239. Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares. Sal. in Cic. 271.

Ancillor.

Non enim uni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi. in Salluſt.6.

Anfractus.

Anfractu non longa circumſcripta oratio, ſed ad ſpiritum uocis apta. in Part.12. Iam uero quid opus eſt circuitione & amfractu, ut ſit utendum interpretibus ſomniorum potius, quam directo? 2. de Diu.190. Et uitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorum anfractu ſequi maluiſſe. pro Clu.124. id eſt, ab illa perplexa difficultate quæ uerſatur in iudiciis. Cum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusq. conuerterit. in Som. Scip.7. Itaque ut ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto.2.de Leg.32. Quæque (figura) nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? 2.de Nat.67.

Angiportus.

Nullum in urbe uicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus. pro Mil.1.13. Ait eos angiporto toto detraxiſſe. ad Her.40. Ex horreis directum, effuſumque frumentum uias omnes angiportuſque cōſtrauerat.1.de Diu. 120. Vt omnibus in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuæ ponantur.4.Verr.99.

Ango.

Angit me illa cura. ad Q.fr.3.19.2. Hoc me maxime angit, & ſollicitum habet. de Sen.91. Illud angit uel potius excruciat. Tuſc.1.67. Multa ſunt enim quæ me ſollicitant, anguntque. Att.1.13.3. de Fin.1.65. de Sen.61. De Stathio manumiſſo, & nonnullis aliis rebus

rebus angor equidem. Att. 5. 33. 5. Sed non poſſem ſine dolore accuſare eum de quo angor & crucior. Att. 7. 140. 1. Angor tibi quidquam eſſe iucundum. 7. fam. 29. Angebar ſingularum horarum exſpectatione. Att. 9. 170. 1. Antea ſollicitus eram, & angebar, quo uti conſilio poſſem. Att. 138. Neque tot curis uigiliiſque angeretur, ſi, &c. pro Arch. 191. Angi animo. in ep. l. 14. 14. 2. de Clar. 4. Appropinquatione mortis. de Fin. 5. 28. Cruciatu timoris. 2. Off. 53. de ceſſu amicorum. Læl. 9. Diuitiis. pro L. Agr. 71. Dolore. Off. a Alicuius rebus proſperis. Tuſc. 3. 18. Intimis ſenſibus. 5. Att. 17. Recte factis commodiſque amicorum. Læl. 53. Suis incommodis grauiter angi. in Læl.

Angor.

Angor, eſt ægritudo premens. Tuſc. 4. 15. Quamobrem angor iſte, qui pro amico ſæpe capiendus eſt, &c. in Læl. 45. Angoris & doloris tui leuandi cauſſa. 6. fam. 41. Curam & angorem animi leuare ſermone. Att. 1. 55. Sic robuſtus animus & excelſus omni eſt liber cura & angore, cum & mortem contemnit. 1. de Fin. 75. Angores, ſollicitudines, nocturni diurnique metus. Of. 69. Nec me angoribus dedi, quibus eſſem confectus, niſi reſtitiſſem, nec rurſum indignis homine docto uoluptatibus. 2. Off. 3. Me ab omnibus moleſtiis angoribuſque abducam. ep. 70. Ab angoribus uacuitas. 1. Off. 7. Angoribus & moleſtiis implicatus. 5. Tuſc.

Anguis.

Emergit anguis ab infima ara. 1. Diu. 155. Angues ingentes aliter iuncti iugo. de Inu. 43. Angues ea uaſtitate Libyæ uento Africo inuectas, interficiunt atque conſumunt ibes, aues excelſæ: ex quo fit, ut illæ nec morſu uiuæ noceant, nec odore mortuæ. de N. d. 1. 72. Gracchus, duobus anguibus domi comprehenſis, haruſpices cōuocauit. de Diu. 88.

Anguiculus.

Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, &c. 5. de Fin. 59.

Anguinus.

Anguina ceruix. 2. Diu. 198.

Anguitenens.

Atque hæc quidem a tergo: propter caput autem Anguitenens, Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii: hic preſſu duplici palmarum continet anguem. 2. de Nat. 156.

Angulus.

Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum. 5. Ver. 168. in Catil. 2. 30. Nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. in Cat. 106. Ad omnes litterarum angulos reuocare. pro Cæc. 61. Terrena & humida, ſuopte nutu & ſuo pondere, ad pares angulos in terram & in mare feruntur. Tuſc. 156. In angulis conſumendi otij cauſſa diſſerere. 1. de Or. 30. Nihil angulis inciſum habet mundi forma. de Vni. 23.

Angulatus.

Eſſe corpuſcula quædam læuia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata. 1. de Nat. 89.

Anguſtus.

Anguſtus animus 14. Phil. 390. Domus. 1. de Fin. 100. Liberalitas. 3. fam. 29. Mens. poſt redit. in ſen. 7. Anguſtū & latū. 4. Acad. &. 164. Animi anguſti & demiſſi eſt, triumphi honorem contemnere. in Piſ. 44. Animi anguſti & parui eſt, amare diuitias. de Am. 98. In anguſtum adducere. Partit. 57. In anguſtum adduci. Læl. 29. Contrahere, in anguſtumque concludere perturbationes animi. 4. Acad. 55. In paruum & anguſtum locum concludi. 1. Off. 79. In anguſtū deducere. Acad. ed. 2. li. 1. 27. In anguſtum uenire. pro Plan. 44. Illā partem alteram nimis exiguam & anguſtam eſſe noluiſti. pro Rab. 92. Ecce autem alij minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes. de Fin. 61. Anguſtæ res & ſubitæ. 10. fam. 33. Pontes etiam lex Maria fecit anguſtos. de Leg. 191. Diſputationibus anguſtis & conciſis illigari. 2. de Or. 33. Anguſtis interrogatiunculis pungere. 4. de Fin. 12. Anguſtior petitio conſulatus. pro dom. 20. Anguſtior ſpiritus. 1. de Or. 136. Anguſtiſſimæ ſemitæ. pro L. Agr. 93.

Anguſte.

Anguſte & exiliter dicere, eſt Atticorum. de Cl. Or. 269. Preſſe & anguſte rem definire. in Or. 63. Anguſte ſedere. Neque tamen quidquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim, qua de re agitur, addere. pro Mur. 26. Quæ breuius anguſtiuſque concluduntur, apertiora ſunt ad reprehendendum. de Nat. 5. 15. Pergit idem, & urget anguſtius. de Nat. 2. 16.

Anguſtatus.

Omnis enim terra quæ colitur a uobis anguſtata uerticibus, lateribus latior. in Som. Scip. 22.

Anguſtia.

Anguſtia concluſæ orationis, nō facile ſe ipſa tutatur. de Nat. 2, 16. Rei familiaris anguſtia. de Partit. 61. Anguſtiæ, per quas penetrauit ea, quæ eſt nominata Argo. Tuſc. 1. 38. fauces ponti Euxini. Fretorum anguſtiæ. de Nat. 30. Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non egeſtas animi recipit tantam perſonam. in Piſ. 84. Anguſtiæ pecuniæ. 12. fam. 63. Verborum. pro Cæc. 61. Quæ eſt igitur cauſſa tantarum anguſtiarum? de Fin. 121. Excuſationem anguſtiarū tui temporis accipio. 16. fam. 29. Adductus in ſummas anguſtias. pro Quinct. Cur eam (ſub. orationem) in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Acad. ed. 1. lib. 2. 102. intelligit ſubtile, & anguſtum diſſerendi genus, quod placuit Stoicis. In anguſtias tantas Antonium compuliſſem, ut, &c. 11. fam. 17. Anguſtias uides: curari tamen ea tibi utique iubet. 10. Att. 38. Et multa alia quæ ſenatus propter anguſtias ærarij uendenda cenſuit. cont. Rul. 73. pro Balb. 67. & 5. Ver. 156. de prou. Conſ. 9. Etenim uerebātur, credo, anguſtias quaſi res, &c. pro Plan. 270. Quantis ex anguſtiis oratorem educere auſus es. de Or. 154. Ex anguſtijs meis illius ſuſtento tenuitatem. 16. fam. 28. In anguſtiis eſſe. 11. Attic. 5. In anguſtijs atque in faucibus Græciæ poſita Corinthus. cont. Rull. 86. In anguſtijs uerſari. 11. fam. 1. Sed tamen in his uel aſperitatibus rerum, uel anguſtiis tēporis, obſequar ſtudiis noſtris. 1. de Or. 2. Tuus animus numquam his anguſtijs, quas natura nobis ad uiuendū dedit, contentus fuit. pro Marc. 135. Anguſtiis temporis excluduntur omnes. 3. Ver. 105. Etſi in anguſtiis, quibus plerique putant, teneretur. Tuſc. 3. 14. Anguſtiis urgeri. de Fat. 49.

Anhelo.

Iſte anhelans ex infimo pectore cruditatem. ad Her. 241. Itaque anhelans eximis pulmonibus, præ cura ſpiritus ducebatur. ad Her. 34. Tum gelidū ualido de pectore frigus anhelans. 2. de Nat. 265. Scelus anhelantem, peſtem patriæ nefarie molientem. in Catil. 25. hoc eſt, ad ſcelus omni conatu adſpirantem.

Anhelatus.

Nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. 3. de Or. 23.

Anhelitus.

Euanuiſſe aiunt uetuſtate uim loci eius, unde anhelitus ille terræ fieret. 1. de Diu. 97. Anhelitus terræ, qui frigidi ſunt, cum fluere cœperint, uentos eſſe placet Stoicis. Diu. lib. 2. 32. 63. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamiſtri notata ueſtigiis, in eam cognitionem adducebat? poſt redit. in ſen. 14. Quam uim fore anhelitus cenſetis? in Ant. 246. Ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates: quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur. 1. Off. 182. Credo etiā anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. 1. Diu. 187.

Anicula, uide Anus.

Anilis, Anilitas, Aniliter, uide Anus.

Anima.

Si ſimplex animus, utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis? Acad. 31. Hæc agens anima uitali flamine mulcet. In Ar. Quod anima eſt, id motu cietur interiore & ſuo. Somn. Scip. 35. Anima dum ægroto eſt, ſpes eſſe dicitur. Att. 9. 181. 6. Anima inflammata. Tuſc. 1. 35. id eſt, aer igne caleſcens. Anima rationis conſiliique particeps. de Nat. 1. 61. Anima, pro uita uel ſalute. in Catil. 91. pro Marc. 13. pro Mur. 33. Sui, ne putreſceret, anima pro ſale data eſt. de Nat. 58. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur, ea caleſcit primū ab ipſo ſpiritu. 2. de Nat. 104. Anima triplex, iuxta Platonem. Tuſc. 1. 18. Hæc eſt natura propria animæ atque uis, ut ipſa a ſe ipſa moueatur, quæ ſi eſt una ex omnibus, quæ ſeſe moueat, neque nata eſt certe, & æterna eſt. de Som. 131. Interclusio animæ, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt clauſulas, atque interpuncta uerborum. 3. de Or. 100. Animæ principatum, id eſt, rationem in capite, ſicut in arce poſuit Plato. Tuſc. 1. 18. Animum autē, alii animam, ut fere noſtri declarant, nominari. 1. Tuſc. 30. Animam agere. pro R. Com. 14. Amittere. 14. fam. 12. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, ſi nullus fuerit in mūdo deus. de Nat. 65. Quæ non modo animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet. 5. Verr. 114. Ducere animam de cælo. pro Sex. R. 43. Edere uel retinere. pro Sext. 71. Efflare. Tuſc. 152. Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eamque a pulmonibus reſpirat, ac reddit. de Nat. 53. Animam eſſe immortalem. Læl. 12. Animam & aquam deus inter terram & ignē poſuit, eaque inter ſe cōparauit, & proportione coniunxit. de Vn. 19. Animā profundere. pro Marc. 18. Is ubi omnia præter animam tradidit. pro S. R. 45. Deinde cum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima eſt aſſecutus, ut, &c. 1. de Or. 136. Præterea de ueſtra uita, de coniugum ueſtrarum ac liberorum anima,

ma, hodierno die iudicandum eſt. in Catil. 122. Reliqua eſt cauſſa, quæ non delata ad me, ſed in anima ſenſuque meo, penitus affixa atque inſita eſt. in Ver. 264. In unius hominis quotannis pericoloſe ægrotantis anima poſitas noſtras omnes ſpes habemus. 8. Att. 85. Anima circumfuſa non fuerunt extrema mundi, ut reſpirationem requireret. de Vni. 23. Anima ſua ſuperare. poſt redit. 19. Conſiderandum uobis etiam atque etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis. ep. 239. Vos meæ cariſſimæ animæ quamſæpiſſime ad me ſcribite. 14. fam. 23.

Animula.

In animula unius mulierculæ ſi iactura facta ſit. 4. fam. 18.

Animal.

Animal & inanimum hoc maxime diſcrepant, quod inanimum nihil agit, a. agit aliquid. Acad. ed. 1. lib. 2. 37. Inanimatū eſt omne, quod motu agitatur externo: quod autē a. eſt, id motu cietur interiore. de Som. 131. Cum hoc animal tam ſit canorum ſua ſponte. Diu. 120. id eſt, gallus. Homo, diuinum a. de Finib. 73. Siue a. ſiue e terra editum. de Nat. 2. 18. Mortale igitur omne a. & diſſolubile, & diuiduum ſit neceſſe eſt. de Na. 63. Feci iter per eius poſſeſſionem, in qua a. nullum reliquum eſt. Att. 87. Ex tot generibus nullum eſt a. præter hominem, quod habeat notitiam aliquam. de Leg. 160. Nullum a. quod ſanguinem habet, ſine corde eſſe poteſt. Diu. 1. 101. A. nullum ſempiternum. 3. de Nat. 22. Omne animal naturam patibilem habet. 3. de Nat. 20. Omne animal ſimul ut ortum eſt, & ſeipſum, & omnes partes ſuas diligit. de Fin. 2. 30. Omne a. ut uult, ita utitur motu ſui corporis. de Diu. 105. A. prouidum & ſagax, homo. 1. de Leg. 32. Vt a. quod uidemus, eſſet illi animali quod ſentimus ad æternitatis imitationē ſimillimū de un. 43. Charybdim dico, quæ ſi fuit fuit a. illum. in Ant. 173. Quomodo non poteſt a. ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturā appareat, ſic non poteſt obiectam rem perſpicuam non approbare. Aca. q. ed. 1. li. 2. 37. A. unū aſpectabile, in quo alia omnia animalia continētur, mundus. de Vn. 13. Erit enim perſuaſum, etiam ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe: quod quædā animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat. 4. Acad. a 13. Animal eſſe mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia cōſtitutum. de Vni. 11. Si mentem iſtam quaſi a. aliquod eſſe uolueris. de Nat. 1. 20. Cum tu complexus es illud funeſtum a. ex nefariis ſtupris concretum. in Piſ. 84. Cum autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere cibum ad ſeſe, eoque ſeptum fingit anima de Nat. 51. Omni animali illud, quod appetit, poſitum eſt in eo, quod naturæ eſt accommodatum. de Fin. 3. 21. Conſul ille, quem ego in hoc animali inuenire non poſſem. in Piſ. 83. In omni animali eſt appetitio & declinatio naturalis. 3. de Nat. 22. Alij ſummum bonum in eo genere ponunt, quod ſit extra noſtram poteſtatem, tamquam de animali aliquo loquantur. de Fin. 1 14. Iā uero alia animalia gradiendo, alia ſerpendo, ad paſtum accedunt. de Nat. 50. Animalia habent ſuos impetus, & rerum appetitus. Off. 35. Animaliū alia fugiunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt cibum. 2 de Nat. 91. Omnium animalium commune eſt ſecundum naturam uiuere. de Fin. 5. 22. Animalium genera quattuor. de Vni. 43. Quot formas animalium mens in ſpeciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo ſecum cogitauit effingere. de Vn. 43. Animalia & animantes fruſtra appellare cenſuit Dicæarchus. Tuſc. 1. 18.

Animalis.

Vis animalis qua omnia reguntur. de Na. 1. 24. Natura animātis uel terrena, uel ignea, uel animalis, uel humida. de Na. 86. Reliquæ duæ partes, una ignea, altera animalis, &c. Tuſ. 73 6. Euiſcerata anima cū animali ſono de Diu. 136. Vt motū in ſimulachrum ex animali exemplo ueritas transferretur. de In. 62. Principio enim terra ſita in media parte mundi circumfuſa undique eſt hac animali ſpirabiliq. natura, cui nomen eſt aer. de Nat. 44. Siue illi animi ſint animales, id eſt ſpirabiles, ſiue ignei. 1. Tuſ. 63.

Animabilis, uide animus.

Animaduerto.

Ecquid animaduertatis horum ſilentium? Cat. 15. Nonne animaduertatis? de Nat. 78. Cum ille non daret (nummos), animaduertit. Improbum, ſed non inauditum, genus animaduerſionis uidete. 3. Ver. 30. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. 1. de Diu. 134. Sin autem dii neque poſſunt nos iuuare, nec uolunt, nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt, &c. 1. de Nat. 6. Animaduerti enim, & didici ex tuis litteris, &c. fam. lib. 3. 5. 3. Sed quid ſingulorum opiniones animaduertam? Tuſ. 1. 96. Deinde me obſecras amantiſſime, ne obliuiſcar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. Att. 6. 118. 32. Sed ut adſint, cognoſcant, animaduertant. 1. de Nat. 21. Cum uident unum eſſe aliquem qui hæc officia maxime animaduertat. de Petit. 210. Poteſtas erat iſti homini integro atque innocenti data, ut in Apronium eū animaduertiſſet, ſeſe grauiſſime leuaret infamia. 5. Verr. 119. fam. 5. 2. 20. Crudeliter in aliquem animaduertere. ep. 60. Tu qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent. in Ver. 120. Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere. Dignitas tua facit, ut animaduertatur quidquid facias. ep. 182. Quod quidem quale ſit, etiam in beſtijs animaduerti poteſt. de Am. 27. Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maxime, quæ difficillime præcauentur. pro Roſc. Am. 68. in Catil. fam. l. 5. 2. 20.

Animaduerſus.

Oratoris peccatum, ſi quod eſt animaduerſum, ſtultitiæ peccatum uidetur. de Or. 95. Aut euentis animaduerſa & notata. Diu. lib. 1. 64.

Animaduerſio.

Omnis & animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet, neque ad eius qui punit aliquem, aut uerbis caſtigat, ſed ad reipub. utilitatem referri. Off. 1. 125. Animaduerſio in ſceleratos ſeruos. 1. Phil 3. Excitanda eſt animaduerſio & diligentia, ut ne, &c. de Or. 122. Mediocris animaduerſio atque admonitio. libr. 1. de Fin. 24. Comprehenſio ſontium, mea animaduerſio ſenatus fuit. in Anto. 164. Notatio naturæ, atque animaduerſio peperit artem. in Or. 106. Atque hoc totum eſt, ſiue artis, ſiue animaduerſionis, ſiue conſuetudinis, noſſe regiones. &c. de Or. 122. Continere aliquem metu animaduerſionis. de Fin. 56. Animaduerſionis paternæ metus. pro S. Roſc. 28 Animaduerſio uitiorum. pro Clu. 44. Animaduerſionem conſtituere. 3. Ver. 48. effugere. in Or. 113. Et ſi ex his ſtudijs delectatio ſola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animaduerſionem communiſſimam atque liberaliſſimam iudicaretis. pro Arch. Maiores noſtri numquam iudicium nominauerunt, neque perinde ut rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem & auctoritatem cenſoriam. pro Clu. Animaduerſionem & ſupplicium remittere alicui. fam. 5. 24. In animaduerſione pœnaque eſſe duriorem. Att. 282. Notationes animaduerſioneſque cenſorum. Off. 74.

Animaduerſor.

Itaque ut in fidibus muſicorum, aures uel minima ſentiunt: ſic nos ſi acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum, magna ſæpe intelligimus ex paruis. 1. Off. 203.

Animal, uide Anima.

Animans, Animatio, Animatus, Animo, Animoſus, uide Animus.

Animus.

Quid ſit a. aut ubi, aut unde, magna diſſenſio eſt. Tuſ. 1. 16. A. eſt mens ſine corpore ullo, ut dicit Xenocrates. Acad 31. Eſt enim a. cæleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatique contrarium. de Sen. 70. A. eſt qui uiget, qui ſentit, qui meminit, qui præuidet & moderatur & mouet id corpus, cui præpoſitus eſt. de Som. 130. A. unus ex omnibus rationis, contentioniſque ſempiternarum rerum & ſub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatum; quippe qui ex eadem uinctus, alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium, proportione compacta, ſe ipſe conuertens, cum materiam mutabilem attigiſſet, & cum ſurſum indiuiduam atque ſimplicem, per quam omnis mouetur, diſcernitque quid ſit eiuſdem generis, & quid alterius, & cetera diiudicat quid cuique rei ſit maxime aptum, quid quoque loco, aut modo, aut tempore contingat, quæque diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur, & ea quæ ſemper ſint eadem. de Vni. 35. Non ſolum a. a factis, ſed aures quoque a commemoratione abhorreant. 16. fam. 27. A. a medio profectus, extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit, ſeſeque ipſe uerſans, diuinæ ſempiternæ ſapientiſque uitæ induxit exordium. de Vni. 33. A. a ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans. de Fin. 1. 45. A. ab anima dictus. Tuſc. 1. 17. A. ab iracundia ante occupatur, quam prouidere ratio potuit ne occuparetur. 1. Q. fr. 29. Noſtris a. acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt. Att. 78. A. accipit quæ uidemus, Tuſ. 5. 79. Acer & præſens a. 2. de Or. 47. A. æger (ut ait Ennius) ſemper errat, neque pati, neque perpeti poteſt, cupere numquam deſinit. Tuſ. lib. 3. 4. A. ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus uacuus, perfecte atque abſolute beatos efficit. Tuſc. 4. 30. A. æquus. pro Roſc. Am. 85. A. ſeipſum ſemper mouet, atque ideirco non eſt natus, ſed æternus. Tuſ. 1. 45. A. afflictus & fractus. 12 Att. 28. A. ſemper agit aliquid, neque ulla conditione quietem ſempiternam poteſt pati. de Fin. 1. 51. Scire enim uis quo animo ſim altus. 12. Att. 9. Animus altus. de Fin. 138. A. altiſſimus & gloriæ cupidus. Offic. 2. 93. Amplus, a. & excelſus, & patiens incommodorum. 1 de In. 120. A. anguſtus. Offi. 1. 97. Anguſtus atque demiſſus a. in Piſ. 44. A. anxius & ſolicitus. ep. 57. Apertus & ſimplex a. 1. lib. 1. 9. 91. A. calidior eſt,

eſt, uel potius ardentior, quam eſt aer terræ proximus. Tuſc.1.35. Vt oculus, ſic a. ſeſe non uidens, alia cernit. Tuſc.1.54. A. nulla niſi noua aut admirabili re commouetur. 3. ad Her. 1.30. A. concitatus abſtractuſque ab integra certaque ratione, non conſtantiam ſolum amittit, uerum etiam ſanitatem. Tuſc.4.30. A conſularis. 10. fam. 12. A. ſummum nuntio natalem in ſe continet uocum omnium menſionem. Or. 102. Quemadmodum oculus conturbatus non eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum: ſic conturbatus a. non eſt aptus ad exſequendum munus ſuum. Tuſc.3.13. A corruptus largitionibus. ad Brut.9. A currens. 6. Att.45. A. cum ad ſui ſimile penetrauit, in eo nulla re egens aleitur, & ſuſtentabitur iiſdem rebus, quibus aſtra. Tuſc.1.37. A. cum multum corpori præſtet, obſeruetur que ut caſto corpore ad deos adeatur, multò eſt in animis id ſeruandum magis. Animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt. 2. de Leg. 26. A. cum ſuper autt regionem aeris craſſi, naturamque ſui ſimilem contigit & agnouit, ignibus inſiſtit, & finem altius ſe efferendi facit. Tuſc. 1.36 A. cum languore corporis, nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in uiſa uaria & incerta, ex reliquis inhærentibus earum rerum, quas uigilans geſſerit aut cogitarit. Diu. 2.99. Quod ſi eni ſimul a. cum re concidit. Tuſc.1.34. Hominibus a. data eſt, ex illis ſempiternis ignibus, quæ uos ſidera ſtellaſque uocatis. de Som. 118. A. de ſe ipſe tum iudicat, cum id ipſum, quo iudicat, ægrotet. Tuſcul 3.1. A. opinionibus maloque more (id eſt, uſu & conſuetudine uitæ) delinitus. Tuſc.5.58. A. deſertus languore corporis. Diu.2.107. A. ut Euripides audet dicere, deus eſt. Tuſc.1.52. A. diuinus eſt. Tuſc.1.52 A. diuinus, corpore liberatus. Tuſc.1.42. A. appropinquante morte, multo eſt diuinior. Diu. lib. 1.58. A in duas partes diuiſas, alteram rationis participem, alteram expertem. Tuſcul. 4.9. A. eſſe minutus. Tuſc. 4.49. Animus oculorum effugit obitum. de Vni. 33. A. ſenſum omnem effugit oculorum. de Vni. 63. Ardor mundi a. eſt. de Nat 2.23. A. eſt in curſu. 15. Att. 23. Quamquam a. eſt præſens, tamen uolantas me deficit. 1. Att. 36. A. rerum bonarum exſpectatione erigitur. 2 de Leg. 29. A. ex quo animal dicitur. de Nat. 66. A exantlatus. Tuſcul. 2.16. id eſt, exhauſtus ærumnis. Quorum aut ingenio, aut uirtute a. excellit. Tuſcul. 1.29. A. excelſus atque inuictus. Off. 1.23. Excelſus & magnificus. Offic. 1.111. A. exſpectat quidnam, &c. 15. Attic. 16. A. corporis expers Xenocrati, & antiquis philoſophis. Acad. ed. 2. lib. 1.28. A. feſtinat. 2. Philip. 63. A. prudentia conſilioque fidens. Offic. 1.113. A. firmus & grauis. 9. fam. 38. A. fortis & magnus, duabus rebus maxime cernitur: quarum una eſt in deſpicientia rerum externarum: altera in rebus magnis & utilibus, ſed uehementer arduis gerendis. Off. 1.95. Tuſc. 2.8. A. fortis & magnanimus in homine non perfecto nec ſapiente, feruentior plerumq. eſt. Off. 1.71. quoniam feruorem fortitudinis Ariſtoteles. 3. Ethic. exceſſum facit, θρασύτητα. Fractus a. fam. 1.9.35. Fractus & abiectus. Parad. 44. Generatus a deo. 1. Diu. 122. A. tres partes habet, ut Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis. Acad. ed. 1. l. 2. 115. eas Plato λόγον, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν uocat. A. harmonia, ſecũdum Ariſtoxenum. Tuſc. 1.18. A. hominis diues, non arca appellari ſolet. Parad. 55. A. hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium. Tuſc. 1.46. A. hominis numquam naturaliter diuinat, niſi cum ita ſolutus eſt & uacuus, ut ei plane nihil ſit cum corpore. Diu. 1.96. A. hominis quibus rebus beatus fiat. 1. de Leg. 46. Cur a. hominis quicquã ignoraret, ſi eſſet deus? de Nat. 1.21. A. hominis, ſi nihil eſſet in eo, niſi ut per eum uiueremus, eſſet nobis cum beſtiis plantiſque communis. Tuſc. 1.46. beſtiæ enim & plantæ animam uegetatiuam ſeu uitalem habent, per quam uiuunt. A. hominis, ſi nihil haberet, niſi ut appeteret aut refugeret, id ei eſſet commune cum beſtiis. Tuſc. 1.46. nam & beſtiæ appetunt quæ ſunt bona, & refugiunt contraria. A. humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. Tuſc. 5.29. A. humanus ſic, ut natura cæleſtis, & terra uacat, & humore. Tuſc. 1.53. A. humanus, ſi eſt excultus, & ſi eius acies ita curata eſt, ut ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id eſt, abſoluta ratio, quæ eſt idem quod uirtus. Tuſc. 5.29. Humilis atque imbecillus a. de Fin. 59. Humilis a. & pertinax. ad Marc. 4.7.7. contraria. A. imbecillus atque anilis. Diu. 2.97. A. imbecillus, remiſſuſque. Diu. 2.107. A. ieiunus, uel anguſtus 14. Phil. 396. A. in corpore incluſus. Tuſc. 1.47. A. in corpore tamquam alienæ domi. Tuſc. 1.42. propria enim eius ſedes, eſt cælum. A eſt in hortis. Att. 12.238. 3. Ex hoc ille a. in prælijs paratus ad uulnera. Tuſc. 2.33. Ad inductionẽ a. facilius incedet. 2. de Inu. 152. A. furore diuino incitatus. Diu. 2.78. A. inflatus & tumens. Tuſc. 3.16. A. infixus in patriæ caritate. ad Brut. 35. A. ſe inijciens & intendens in immenſam. de Nat. 1.38. A. intentus. Tuſc. 4.8. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillime a. intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. Tuſ. 2.48. Si a. ana cũ corpore interit, nullus in eo ſenſus remanet, ipſe enim nuſquam eſt. Tuſc. 1.67 A. index omnium. Tuſc. 1.39. A. iunctus ex anima tenui, id eſt, aere, & ardore ſolis temperato. Tuſc. 1.35. A iuxta Empedoclem, eſt cordi ſuffuſus ſanguis. Tuſc. 1.17. A. leuis & calidus. Tuſ. 1.36. A. magnus elatuſque, humanaſque res deſpiciens. Off. 1.87. Magnus, erectuſq. de Fin. 5.64. A. magnus & excelſus. Off. 3.30 fam. lib. 1.9.91. A. magnus & fortis. Att. 6.163.1. A. mollis, demiſſus, humilis, eneruatus, languens. Tuſ. 185. A. mollis & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. 1. Att. 48. A. mundi. Acad. ed. 2. lib. 1.21. Vult & Plato in Timæo mundum eſſe animantem, & omniam, qui ſub aſpectum cadunt, animantiam perfectiſſimum. A mundi, omnium rerum quæ ſunt ei ſubiectæ quaſi prudentia quædam, procurans cæleſtia ac humana, ſecundum Academicos. Acad. ed. 2. l. 1. 21. A. nec ſecerni, nec diuidi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt: nec interire igitur. Tuſc. 1.58. Cum præſertim ipſe quoque a. non inane neſcio quid ſit, ſed in quodam genere corporis. de Fin. 4.30. A. paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Off. 1.91. A. patens Off 1.97. Patrius. pro Roſc. Am. 26. A. late longeque peregrinatur. de Nat. 1.28. A. perturbatus. Tuſc. 3.7. Vt qui e Leucade ſe præcipitauerit, ſuſtinere ſe, cum uelit, non poteſt: ſic a. perturbatus & incitatus, nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco uult, inſiſtere omnino. Tuſ. 4.32. Promptus a. & alacris ad defendendam rempub. fam. li. 3.11 12. Vt optima quiſque ualetudine affectus poteſt uideri alius, ut natura ad aliquem morbum procliuior: ſic a. alius ad alia uitia propenſior. Tuſc. 4.67. A puſillus. 2. fam. 36. A. pius omnibus retinẽdus eſt in cuſtodia corporis, nec iniuſſu eius, a quo ille eſt nobis datus, ex hominum uita migrandam eſt. Som. Scip. 11. A. robuſtus & excelſus. de Fin. 1.39. A. qui eſt in aliquo morbo, non magis eſt ſanus, quam id corpus, quod in morbo eſt. Tuſcul. 3.8. Illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus a. ſit, quod ſine philoſophia fieri non poteſt, finem miſeriarum nullam fore. Tuſc. 3.11. A ſapientis ita ſemper eſt affectus, ut ratione optime utatur. Tuſ. 3.13. A. ſapiẽtis numquam eſt perturbatus. Tuſc. 3.13. A. ſapientis ſemper uacat uitio, numquam turgeſcit, numquam tamet. Tuſc. 3.16. A. ſaucius. 6. Att. 47. Vt ipſum mundum ex quadam parte mortalem ipſe deus æternus, ſic fragile corpus a. ſempiternus mouet. Somn. Scip. 29. A. ſomno ſeuocatus, a ſocietate & contagione corporis, meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. Diu. 1.58. A. ſi eſt horum quattuor generum, ex quibus omnia conſtare dicuntur, (id eſt, elementorum) ex inflammata anima conſtat, atque idcirco ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. Tuſc. 1.35. A. ſi ſit numerus, ut ſenſit Xenocrates: uel ἐντελέχεια ut Ariſtoteles, multo integrior ac purior eſt, quam igneus, aut animalis, longiſſimeque a terra ſe efferet. Tuſ. 1.33. A. ſiue anima ſit, id eſt, ſpiritalis & aerius; ſiue ignis, diuinus eſt. Tuſc. 1.49. Quo aſpectat, & quo res uocat. 8. Att. 59. Etenim a. eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. pro Sext. 7. Animus tenerior. 5. fam. 64. Tranquilliſſimus. Att. 7.127.3. Turpificatus. Off. 3.143. A. tuus mihi magis patuit, quam domus. 14.25. A. uacans corpore. Tuſc. 1.41. A. ſenſibus & curis uacuus. Diu. 2.20. A. natura inſiſtens, agitatione & motu numquam uacuus eſſe poteſt. Diu. 2.99. A. Zenoni Stoico ignis uidetur. Tuſc. 1.17. Animi eſt omnis actio. 3. de Or. 122. Actio uaria, uehemens, plena animi, plena ſpiritus, plena doloris, plena ueritatis. de Or. 115. Ad animi æquitatem extollere. 6. fam. 59. Aliquantum animi nobis attuliſſe. 7. ad Att. 46. Animi altitudo, cui opp. Humilis animus. 3. fam. 43. Amplitudo animi, & quaſi quædam exaggeratio quam altiſſima. 2. Tuſ. 107. Animi appetitus, ratione reguntur. de Nat. 2.34. Animi auxilium, non ut in corporis morbis, petendum eſt foris. Tuſc. 3.5. Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Acad. ed. 2. l. 1.15. Animi bona dicebant Academici, quæ eſſent ad comprehendendam animi uirtutem idonea. Acad. ed. 2. lib. 1.15. Animi cauſſa. 7. fam. 7. Animi leniendi & ſanandi cauſſa. 12 Att. 24. Et qui illud animi cauſſa fecerit, hunc prædę cauſſa quid facturum putatis? 7. Phil. 228. Sed plane, animi ſui cauſſa, ludos nobis idiotis relinquet. in Piſ. 52. Animi celeritas. Tuſc. lib. 1.36. Animi & corporis inter ſe comparatio. Tuſc. 4.25. Animi concitationes. 1. Q. fr. 30. Omnem animi conformationem, ceteri philoſophi motum inanem uocant: nos, aduentum in animos & introitum imaginum dicitis. de Nat. 1.75. Ait me animi cõſcientia de ſe ſuſpicari. 13. Att. 63. In omnibus officiis perſequendis animi eſt adhibenda contentio. Tuſc. 2.48. Animi creatio unde a deo facta. de Vni. 27. Animi defectio. 3. Att. 30. Animi domus, cælum. Tuſc. 1.42. Animi egeſtas. in Piſ. 18. Animi firmitas. 12. At. 49 Firmitudo grauitaſque animi. fam. li. 5.13.5. Animi fortis & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ſed præſenti animo uti & conſilio, nec a ratione diſcedere. Off. 1.123. Animi fortis magnique ducendum eſt, ea quę eximia pleriſque & præclara uidentur, parua ducere. Off. 1.93. Grauitas & altitudo animi. fam. li 4.13.12. Animi hoſtilis in rempub. ad Brut. 8. Imago animi, uultus

eſſe uideatur.fam.lib.3.6.9.Alienæ domi eſſe.1.Tuſc.81.Non uereor, ne quis alienum animum me habuiſſe a cauſſa nobilitatis exiſtimet.pro S.R.41.Te a ſuis commodis alienum non futurum. de Pet.conſ.35. Si Polemonem peccat Stoicus,rei falſæ aſſentiens num quidem nihil eſſe dicens a ſapiente tam alienum? 4. Acad. 240.Ne que hoc alienum ducunt maieſtate ſua. Diu.1.73.Negant enim id eſſe alienum maieſtatis deorum. Diu.2.81. Alieno animo eſſe ab aliquo.pro Deiot.15. & 16.Itaque ciues potiores ſunt, quã peregrini: & propinqui quã alieni.in Læl.Alienę res.in Læl.1.Off. 44. Aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis. Acad.q.ed.2.lib.1.30. ἐν ἀλλοτρίοις,eſt ἀλλότρια τῆς βεβαίας δὲ ἀκινήτου συγκαταθέσεως. Difficilis eſt cura rerum alienarum. Offic.6. Ab altero non alienos animos habemus. de Am.101. Allicere uoluntates alienas. pro Plan.261.id eſt , alienatas . Quæ non aliena ducerem a dignitate tua. ep.52. Siu a me eſt alienior , nihil tibi litteræ meæ proderunt. fam.lib.2.16.14. P. Elij teſtamento propinquus exheredatus quum eſſet, heres hic alienior inſtitutus eſt. pro Clu.130. Tantum enitor,ne neque amicis,neque etiam alienioribus,opere, conſilio,labore deſim.9.fam.lib.1.59. a Quo nec mihi gratius quidquam poteſt eſſe,nec a te alienius.ep.182.Alieniſſimo mihi homini.8.fam.37.Sin maiora,cõſidera ne in alieniſſimũ tempus cadat aduentus tuus. fam. lib.15.14.9. Sæpe autem etiam (quod a te alieniſſimum eſt) ſubimpudens uidebare. fam.7.17.2. Animo meo alieniſſimo ab ſuis rationibus.10.Att.10. Locare incipit non proſcripta neque edicta die, alieniſſimo tempore, ludis ipſis Romanis.3.Ver.97.Alieniſſimo reipublicæ tempore extinctus.de Cl. Or.2. Quam legem eſſe homines alieniſſimi a P. Clodio iudicarent, Piſo & Gabinius: eam nullam eſſe frater P.Clodij iudicauit.pro Dom.Ea alieniſſimis fecit amiciſſimos.15.fam.23.

Alienum,abſolute.

Eſt tamen non alienum a dignitate , quod ipſi Agamemnoni regi regum fuit honeſtum,habere aliquem in conſilio capiendo. fam.lib.9.14.5.& lib.4.7.2. Alienum ſibi uideri dignitate imperij.de Pro.Conſ.15.Quis alienũ putet eius eſſe dignitatis,&c.1.de Fin.79. Alienum a natura. Tuſc.5.70. Tamen ab amore noſtro non ſum arbitratus alienum.de Pet.Conſ.1.Alienum cauſſę,pro, aduerſarium.pro.Cæc.18. Alienum exiſtimatione. 6.Att. 17. Alienum neceſſitudine.6.famil. 48 . Alienum ſumma ſua prudentia .15. Att.43. Non eſt alienum meis rationibus, iſtum mihi ex hoc iudicio ereptum .7. Ver. 136. Pro tuo ſtudio non eſt alienum te huic altercationi intereſſe.de Nat.1. 12.Alienum ſit mea Romæ eſſe.16.Att.38.Non putaui eſſe alienũ inſtitutis meis hæc ad te ſcribere.3.fam.48.& 15.10.Quũ & natura ſemper ad largiendum ex alieno reſtrictior fuerim.Appio lib.3.

Alieno.

Mirum in modum omnes a ſe bonos alienauit Att.lib.1.9.10. Reſpublica reconciliauit eum omnibus eadem quæ alienarat . de Pro.Conſ.17. Quædam peſtes te nonnumquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.fam. lib.5.8.4. Alienare a , uel ab ſe aliquem.1.Att.33.& 14. Ver.110. Hominem adoleſcentem non tam allicere nolui,quam alienare nolui. ep.26. Alienare ſtudium alicuius ab altero.in Piſ.60. Dicendis ſententijs aliquem tribunum alienare.Att.7.124.2. Conabantur alienare,a te uoluntatem meam.fam.lib.3.6.11.Pretio paruo ea quæ accepiſſet a maioribus,uendidiſſe atque alienaſſe.6.Ver.118. Summum erat periculum, ne ſi nihil impetraſſent,plane alienarentur a ſenatu. Att. l.1.12.13. Alienari ab interitu,hiſq. rebus quæ interitum uideantur afferre.3. de Fin.25. Venire ueſtras res proprias, & in perpetuum a uobis alienari. pro .L.Agr.59.Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de ueſtris uectigalibus non fruendis, ſed alienandis.de lege Agrar.cont.Rul.44.

Alienatus.

Propter diſſenſionem autem quæ erat in rep. Scipio alienatus eſt a collega noſtro Metello.Læl.66. hoc eſt , ab eo ſeipſum alienauit. Alienatus eſt a ſenatu. 12.Phil. 325. Alienatus animus & offenſus.Att.1.ep.12.10.Gaudeo mihi cauſſam oblatam, in qua omnes ſentiant me ab alieno alienatum.Att.260.

Alienatio.

Subita defectio Pompeij,alienatio conſulum.Q.fr.305.Vt non ſtatim alienatio disiunctioque facienda ſit. Læl.66.At quibus nobis ſacrorum alienatio fiat,docere honeſtum eſt: quibus ipſa ſacra retineri,defendiq. poſſint,non honeſtum eſt.in Or.80.Tuamq. a me alienationem, commendationem tibi ad impios ciues fore putauiſti.2.Phil.29.

Alio.

Ex illius ſermone ſtatuam , Arpinumne mihi eundum ſit, an quo alio. Att 9. ep. 190.3 i. in aliquem alium locum Tamen de Chalcidone rettulit,quoad potuit : alio reſponſionem ſuam deriuauit.3.Ver. 98.Appellat hæc deſideria naturæ,cupiditatis nomen ſeruet alio.2.de Fin.48.Sed, ſi places , ſermonem a. transferamus & noſtro more aliquando non rhetorico, loquamur.1.de Or.66. Vocat me a.iamdudum tacita ueſtra exſpectatio.pro Clu.39. hoc eſt,ad aliud tractandum,dicendumq.

Alioqui,ſiue Alioquin.

Credo minimam olim ſepulchrorum fuiſſe cupiditatem,a.multa extarent ampla maiorum.2.de Leg.98.A. quonam modo illa in bonis hærebit,& habitabis ſuis? in Or.270.

Aliter.

Quo maiorem ſpem habeo nihil fore a.ac deceat . Att.93. De Antonij itineribus neſcio quid a.audio, atque ut ad te ſcribebam. Att. 16. ep.337.4. A.,decernere in eadem cauſſa non potuiſti.7. Ver.45.Quod iſte a.atque ut edixerat, decreuiſſet.2. Att.44. Cum eadem ſomnia & aliis a.euadant , & eiſdem non ſemper eodem modo.Diu.138.Si qui in prædones inciderint , a. quidpiam coacti faciant. pro R.P.127.id eſt , turpiter uel indecore.A. fieri conſulem.8.fam.41.id eſt, alia conditione.Aſſentior. fieri non potuit a.Att.65. A.de illis ac de nobis iudicamus.1. Off.45. Hic loquebatur a.atque omnes.4. de Fin.Omnia a.ac uos in monumentis habetis,pronuntiauit.pro Dom.241. Qui negligendi quidem nõ ſunt,ſed alio quodam modo colendi: a.enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Læl. 64. Sed tamen aliquid uidebimus in quo ſit ſpes,a. quidem non modo non appetendum,ſed etiam fugiendum puto ep.92. Quod certo ſcio a.eſſe. pro Dom. 219. Ne ſim ſaluus,ſi a.ſcribo ac ſentio.Att.259. Proinde quaſi iſti de illo a.atque ego exiſtimo ſentiant.pro Dom.219 Tantumq. abeſt ne eneruetur oratio compoſitione uerborum, ut a.in ea nec impetus ullus,nec uis eſſe poſſit. Or.219.Sed a.leges,a. & philoſophi tollunt aſtutias.3. Off.89. A.enim cum tyranno,a.cum amico uiuitur. Aliter,pro aliqui.13. Att.34.

Aliunde.

Quod ſcribis,non quo a.audieris, ſed teipſum putare,me attractum iri. Att.10.192.4. Quum tu neque per te ſcires,neque audire a. potuiſſes. pro Lig. 1 .A. factum uerbum. in Or.44.Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam,non a. pendere, &c. fam.5.ep.13.3.Hic niſi domeſticis ſe inſtruxerit copiis,a. dicendi copiam petere non poſſit.2. de Or.22.A.aſſumpto bono uti, non proprio,nec ſuo.2.de Or.23.

Allabor.

Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis uidemus.2. Diu.86.

Allego.

Petit a me Rabonius , & amicos allegat : facile impetrat.3. Ver.106.Chryſogonus homines nobiles allegat iis,qui peterēt ne ad Syllam adirent. pro Roſc.Am.25. Allegem ad philoſophiam , quaſi diffidens rogationi meæ.15. fam.24.Allegarem ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi.15. fam.31.Allegare ad aliquem.5.Phil.173.

Allegatus.

Primo neceſſarios iſtius ad eum allegatos eſſe dicebat.3. Ver. 105. In quo (iudicio Auiti) inter allegatos, Oppianici nomen primum eſſe conſtabat.pro Clu.29.id eſt, accuſatos uel iudicatos. Sed idem Nerius iudex edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vaccium, & C.Cornelium.Q.fra.l.2.7.

Allegatio.

Quum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent.3.Ver.96. O dii immortales,quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnauit.3.Ver.30. id eſt,amicorum interceſſionibus & uelut legationibus.

Allegoria.

Itaq. genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν,nomine recte, genere melius ille qui iſta omnia translationes uocat.in Or. 51. Si erunt mihi plura ad te ſcribenda, ἀλληγορίαις obſcurabo. 2. Att.50.

Alleuo.

Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis,feram,ut potero,ſtudio & induſtria iudices. pro Sex.Roſc.6.Alleuare dictis ærumnam aliorum.3.Tuſc.120.A.ſollicitudines.de Cl.Or. 6.Alleuor, id eſt , doloris acerbitatem minus ſentio.12.Att.51.Alleuor , quum loquor tecum abſens. Att.12.253.2. Quod cum febre Romam uenisses: bono tamen animo eſſe cœpiſſe, quod Acaſtus ea quæ uellem de alleuato corpore tuo nuntiaret.Att.7.125.2.

Alleuatio.

Vt eius (doloris) magnitudinem celeritas diuturnitatem alleuatio conſoletur.1.de Fin.63. Etſi tot, tantiſq. rebus urgemur , ut nullam

nullam alleuationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat. fam.lib.9.t.2.Alleuatio, pro ſolatio.

Alleuamentum.

Et in aduerſis ſine ullo remedio atque alleuamento permanere.pro Syl.50.

Allicio.

Omnis uirtus nos ad ſe allicit. Off.11. & 12. Allicit homines ad diligendum uirtus.Læl.27. Ea uoluptas quæ in motu eſt, & paruos allicit & beſtias.de Fin.71. Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad miſericordiam. pro Pomp.8. Nihil eſt quod ad ſe rem ullam tam alliciat, & tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo.de Am.46.Eſt quiddam, quod ſua ui nos alliciat ad ſeſe, non emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate. de In.82.Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrũ ad ſe alliciat & trahat.1.Diu.144.Si te laus allicere ad recte faciẽdũ nõ poteſt, ne metus quidẽ a fœdiſſimis factis poteſt auocare. in Ant.182.Hominum ſtudia ad noſtras utilitates allicere & excitare.Off 36. Prima eſt enim quaſi cognitio & commendatio orationis in principio, quæ continuo eum, qui audit, permulcere atq. allicere debet.2.de Or.173.Hominem adoleſcentem non tam allicere uolui, quam alienare nolui.ep.26. Allicere animos multitudinis ad beneuolentiam oratione benigna. Off.2.68. Allicere beneuolentiam alicuius.7.Ver.133.pro Mur.67. Allicere lectorem delectatione aliqua.1.Tuſc.10. Allicere mentes hominum. 1.de Or.16. Allicere uoluntates populi alienas, retinere partas. pro Plan.8.Excelle dicendo: hoc & tenentur Romæ homines, & alliciuntur. de Pet.Conſ.36. Quum uero in hunc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellas iniuriis, &c.fami. 1.ep.9-88.

Allecto.

Ad quem fruendum non modo non retardat, uerumetiam inuitat atque allectat ſenectus.de Sen.53. Quamobrem quamuis blanda iſta uanitas apud eos ualeat qui ipſi illam allectant & inuitant, &c.Læl.81.

Allido.

Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allìſus eſt, ceteri conciduntur.Q.fr.2.21.

Alligo.

Lex ubi omnes mortales alligat, ita loquitur, &c.pro R. P. 125. Quis alligauit generũ meũ enſi? locus Ciceronis apud Macrob. Nam quum Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit, effecit, &c.1. Tuſc.198. Alligare ad palum. 7.Ver.9.& 10.Aliquem ſtipulatione. pro Roſc. Com.21. Sa ſcelere.pro Flac.32.Vulnus.Tuſ.2.34.Ad ſtatuam Siculi te prætore alligabantur.6. Ver. 81. Ne forte qua te impediat atque alliget.8. Att.59.Ne alligentur ſacris patriſfam.2.de Leg.48.80. Beneficio aligari.pro Plan.276.Noua lege.pro Clu.125. Significationa beneuolentiæ. pro Plan. 26. Alligandi omnes eſſent, qui cubitum irent.2.de Diu.162.

Alligatus.

Alligatos Cæſaris actis teneretur pro Dom.33. Alligatus nuptiis.pro Clu.142.His ex rebus non ſpes, ſed dolor eſt maior: quũ uideas ciuitatis uoluntatem ſolutam, uirtutem alligatam. Att.2. ep.33.2.Vt uerba neq. alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus: neque ita ſoluta, ut uagentur.3. de Or. 96. Ne exiſtiment ita ſe alligatos, ut ab amicis peccantibus non diſcedant. de Am. 104. Læl.39.

Allino.

Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes uidebantur his ſententiis allini poſſe.2 Ver.11.

Alloquor.

Te nunc alloquor Africane, cuius, &c.pro Clu.54.ad Her. 28.

Allucinor.

Sed quemadmodum coram quum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet: ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum allucinari. Q.fra. l.2.13.1.Ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, allucinari. Att.15.

Allucinatus.

Iſta enim a uobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt; quum quidem gloriaretur ſe magiſtrum habuiſſe nullum.1.de Nat.97.

Alludo.

Galba autem alludens, uarie & copioſe multas ſimilitudines afferre.1.de Or.124.

Alluo.

*Diuiſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit.*2.de Leg.11. *Non alluuntur a mari mœnia extrema, ſed influit in urbis ſi*num portus.7. Ver.76. Cum hæc ciuitas Barbariæ fluctibus alluatur.pro Fl.159. Ita iactantur fluctibus, ut numquam alluantur.de Or.57.

Alluuio.

Alluuionum & circumluuionum iura.de Or.99.De alluuionibus centumuiri iudicabant.1.de Or.84.

Almus.

O fides alma.3.Off.142.Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.in Arat.

Alo.

Honos alit artes.1.Tuſc.7.Spiritus ductus alit, & ſuſtentat animantes.2.de N.d.146.Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. de Vn.198 Dicendi aſſiduitas aluit audaciam.1. de Inu.6. Iſocrates forenſi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo poſtea eſt conſecutus.in Brut.16.Cõſuetudine ius eſt, quod aut leuiter a natura tractum aluit, & maius fecit uſus.2. de Inu. 248.Sero reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Att. 204. Qui ſpem Catilinæ cum mollibus ſententiis aluerunt.In Catil.103.Illa uita tua eſt, Cæſar, quæ uigebit memoria ſæculorum omnium, quam poſteritas alet.pro Marc.26. Agellus quum eum non ſatis aleret, ludimagiſter fuit.1. de Nat.98. Alere bellum patientia mea.10. fam.47. Copias militum alere. pro Deiot.15. Copiam uerborum alere.in Or.21. Multi ex te audierunt, quum diceres, Neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus.Parad.57.Morbum alere. Attico. Alitur conſuetudo.14 Att.15.Ebutius iſte Cæſenniæ uiduitate alitur.pro Cæc.287. Mens hominis alitur diſcendo.1.Off.147. Re frumentaria ex Sicilia alimur ac ſuſtinemur.5.Ver.10.Anſeribus cibaria publice locãtur, & canes aluntur in Capitolio.pro S.R.27.Quæ aluntur & creſcunt, continent in ſe uim caloris, ſine qua neque ali poſſent, neque creſcere.de Nat.2.17.(paullo poſt) Quod alitur & creſcit, motu quodam utitur certo & æquabili. Sed nec illa extincta ſunt, aluntur que potius, & augentur cogitatione & memoria. in Læl. In iis animantibus quæ lacte aluntur.2. de Nat. 193. Stellæ uaporibus aquarum aluntur hiis, qui a ſole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur.2.de Nat.176.Memoria ueſtra, Quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monimentis inueteraſcent & corroborabuntur. in Catil.70. Multaque a luna manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augeſcantque & pubeſcãt.2. de Nat. 73.Sic enim res ſe habet, ut omnia quæ alãtur & quæ creſcãt &c.2. de Nat.72. Ali copioſius. de Fin.5.52.Vitricus alendus.15.Att.24.

Altus.

Quis eſt, &c.cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, &c.pro Plan.66.Videſne igitur ut in ea ipſa urbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia, quam ea ſero prodierit in lucem?In Brut.19.Vbi nata & alta eſt ratio ac moderatio uitæ.6.fam.5.

Altor.

Omnium autẽ rerum quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus.2. de Nat.122.

Altrix.

-Romani nomini altrix.

Martia, &c.1.Diu.3?.id eſt, lupa quæ Romulum & Remum lacte aluit. Et eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur. pro Flac.49.de Vni.46.

Alumnus.

Alumnus diſciplinæ meæ. 9.fam.27. Alumnus pacis.7.Phil 222. Italia autem alumnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoque ſupplicio ſixum uideret. in Ver.Pacis eſt comes, otiique ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis, quaſi alumna quædã, eloquentia.decl.Or. 22.i.natiua & quaſi indigena: nõ autem aliena aut peregrina. Vos quoque ſigna uidetis aquai dulcis alumnæ.Diu 83.Ariſtoteles, ceteriqua Platonis alumni.4.de Fin.59.

Alimentum.

Nec uero deſiderabat mundus alimenta corporis.de Vni.24.

Alimentarius.

Lex alimentaria C.Curionis.8.fam.16. quæ prouidebat, ut filij alerent parentes ad inopiam redactos.

Alſius, Alſus, uide Algeo.

Altare.

Religioſiſſima altaria. de haruſp. reſp.7. A cuius altaribus ſæpe te ad necem ciuium tranſtuliſti.in Cat.102.Ab altaribus religioſiſſimis fugatus.de har.245.

Alte, Vide Altus.

Alter.

Alter ab altero adiuetur.in Brut.3.Ergo alter alterius, ubicumq. nactus eſt, oua frangit.de Nat.51. Quum alter alterum uideremus

3.de

3.de Fin.11.pro eo quod eſt, Quum uterque noſtrum alterum uideret. Alter aquus.1.Q.fr.id eſt, ſecundus. Primo die teſtium tanto numero citato, alter dies amicis iſtius, & defenſoribus, tertius dies ſic hominē proſtrauerat. Vnus & alter dies intercesſerat, quū, &c. pro Clu.id eſt, duo dies intercesſerant. Alter ego. Læl lib.2.14.7. Alter ex nobis fallitur. Vnus is modus eſt, de quo ſatis dixi, &c. alter ex perturbationibus tempeſtatum, tertius ex commoditate ſermõis. Eſt enim is amicus quidem, qui eſt tamquam alter idem. Læl. Locū erat alter de uitiis ſenectutis. de Sen. 84. Ptolomæus, qui tū regnabat, alter poſt Alexandriam conditā. Off.50. Propter ſummā & doctoris auctoritatem, & urbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis.1.Off. Omniaque alter pro altero ſuſcipiet. Læl.69 Alter Verres luxuria & nequitia.7.Ver. O magnam, inquit, artem Brutus, ſiquidem iſthic, cum ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. de Cla.183. Altera iam pagella procedat.11.fam.40.id eſt, ſecunda. Id autem eſt genus, ex tribus partibus collocationis alterum. in Ora.101. Hæc & multa huiuſmodi dicerus, fidem faciebat: quod eſt ex tribus officiis oratoris alterum. in Brut. Neceſſe eſt enim ſit alterum de duobus. Tuſc.1.85. Accedit ut accuſatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturbetur. pro Deiot.44. Atque etiam ſubiiciunt ſe homines imperio alterius & poteſtati pluribus de cauſſis.2.Off. Neminem umquam alterius rationis ac partis, non re, non uerbo, non uultu denique offendit. pro Balb.47. Numquam committet ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.3.Off. Detrahere autem alteri ſui commodi cauſſa, &c. Off.50. Vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. in Or.109. Agricola ſerit arbores, quæ alteri ſeculo proſint. Tuſc.1.54. Quanto id magis in homine ſit natura; qui & ſe ipſe diligit: & alterum acquirit, cuius animum ita cum ſuo commiſceat? Læl. Eodemque modo de Ariſtotele & Iſocrate iudico: quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. in procem. Off. Non uides Solem deum eſſe, Lunamque: quorum alterum Apollinē Græci, alteram Dianam putant? de Nat. Ad te tamquam ad alterum me proficiſcens. ad Brut.23. Cum is unum iam & alterum diem deſideraret. pro Clu.25. Mihi perſuaſerim te me eſſe alterum.7.fam.13. Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, alterum facio libenter. Epiſt.4. Ad ſumma me alterum ſe fore dixit.53. Att. Caupo cum illum alterum, uidelicet qui nummos haberet, animaduertiſſet, gladium prope appoſitum e uagina eduxit, & illum alterum occidit. Diu.63. Ioues tres numerāt, &c. alterum patre Aethere, &c. alterum patre Cœlo, &c. tertium Cretenſem, Saturni filium.3.de Diuinatione, 72. Aperte enim uel odiſſe alterum, magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. in Lælio. Par eſt autem, primum ipſum eſſe uirum bonum: tum alterum ſimilem ſui quærere. in Lælio. Deinde te, quaſi me alterum, & ſimul meæ culpæ ſocium quæro. Att.lib.3.55.8. Alterum me reliquiſſem, ut dicitur, alter ego.2.fam.17. Proximo, altero, tertio, denique reliquis cōſecutis diebus, &c.1. Philip.23. Ego e Formiano exiens XVII. Kalēdarum ut inde altero die in Tuſculanū, &c.214. ad Att. Non ſoleo mi Brute, quod tibi notum eſſe arbitror, temere affirmare de altero. ad Brutum. De eodem & altero. Top.228. b De illo altero quem ſcribis tibi uiſum eſſe non alienum.2. de Inuent.131. In primo coniectura ualet, in altero definitio, in tertio ratio. in Partit. In altero pudor in illis libidines, ſcelera. in Ant.248. Altero tanto maior. Topic.228. Id eſt, duplo. Altero uiceſimo die.12.fam.53. Alteri dimicant, alteri uictorem timent. ad Torquatum, lib.6.3.7. Duplices ſimilitudines eſſe debent: unæ rerum, alteræ uerborum. Ita carus utriſque eſt atque iucundus, ut non alteros demouiſſe, ſed utroſque conſtituiſſe uideatur. pro Syl.46. Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittamus. Tuſc.251. Vt alteros reprehendiſſe pœniteat, alteri ſe didiciſſe gaudeant. de Nat. deor.1.5. Quas ad me litteras miſiſti, unas de legatis a me prohibitis proficiſci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi perlubens. ad Appium, lib.3. Vt factum Dolabellæ tantopere laudarem, adductus ſum tuis & unis & alteris litteris.233. ad Att. b Binas a te accepi litteras Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratularere: alteris dicebas te uelle, quæ egiſſem, bene & feliciter euenire. Planco lib.4.

Alternus.

Alternæ ciuitates reiectæ.4. Verr.22. Alterna concilia. in Vatin.21. Senatus de ambitu, de reiectione fieri uoluit iudicium alternorum. pro Plan.30. Ne ſes aut heroos, aut choreos, aut alternos eſſe oportet. de Orat.161. Ex duabus orationibus capita alterna cunctis inter ſe recitat diſputatio. pro Cluent.47. Et quoniam tecum uſurpas, legem te de alternis conſiliis reiiciēdis tuliſſe, &c. in Vatinium, 21. Alternis enim uerſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ. Tuſc.226. Quod epigramma in eū fecit, tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. pro Archia, 19. id eſt, quorum ſemper alter eſſet longior altero: ut in carmine elegiaco.

Alteruter.

Alteruter ipſorum.12.fam.27. in epiſt. Lentuli. Si uobis uideretur, alteruter ueſtrum ad me ueniret. Att lib.8.161.3. Si alterutrū neceſſe ſit, audire ea malis, quam uidere. ep.47. Video eſſe neceſſe alterutrum.1.Vert.32. Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. ad Att.10.2. Nō eſt tuæ dignitatis neque fidei, ut contra alterutrum, cum utrique ſis coniunctiſſimus, arma feras.9.ad Attic.28.in epiſt. Balbi & Oppii. Cur alterutrum emiſerit. de Diuin.121. Horum in genus alterutrum illa quoque incident. de In.64. Pompeium puto alterutrum de filiis ad te miſſurum. ep.185. Alterutram ad conditionem deſcendere uult Cæſar. ep.118. Dabit enim nobis iam tacita uita acta, in alterutram partem firmum & graue teſtimonium. pro Roſc. Comœdo, 9. Quod ſi in alterutro peccandum ſit, malim timidus, quam parum prudens uideri. pro Marcello, 12.

Altercor.

Iam in altercando parem inuenit neminem. de Cl.178.b

Altercatio.

Oritur mihi magna de re altercatio. de Nat. deor.1.12. Nulla eſt altercatio clamoribus umquam habita maioribus. de Cl.179. Redeo ad altercationem.12.ad Att. Idib. Ian. in ſenatu nil eſt confectum, propterea quod dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione Lentuli & Caninii c o s 2. ad Lentulum, lib 1. epiſt.2.1. ad Att lib.4.epiſt.82.1. Clodium præſentem fregi in ſenatu cum oratione perpetua, pleniſſima grauitatis, tum altercatione eiuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes. Att. lib.1.21.14. Altercationes quas in ſenatu factas audio.61.ad Att.

Altrix, Altus, uide Alo.

Altus.

Vir & altus & excellens. de Finib. Magnus & altus uir.5. Tuſc.48. Altus excelſus, humana deſpiciens. Tuſcul.177. Via alta, atque ardua.1.Tuſc.26. Ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ. Tuſc.193. Procul a terra abripi atque in altum a conſpectu pæne omnium abſtrahi. de Orat.156. Nihil altum, nihil magnificum ſuſcipere de Am.102. Ita neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat. in Orat.112. Altæ renouataeq. temporibus ſtellæ.2.de Nat.deo.88. Vt altiur fieres. de Fin.lib.2.43. Columellam non altiorem tribus cubitis ſuper tumulum ſtatuere. de Legib.183. Altiorem dignitatis gradum aſſequi. pro Cl.49 Sua uirtute in altiorē locum peruenire. pro S.R.32. Hoc eſt altius quam ut nos id humi ſtrato ſuſcipere poſſumus. de Orat 144. Reſtat ultimus, & a domiciliis noſtris altiſſimus.2. de Nat. deorū.146. Ex altiſſimo dignitatis gradu præcipitari. pro Do.ſua, 75. In altiſſimo ampliſſimoque gradu dignitatis locari.1. Philippica, 12. in altiſſimo gradu poni. pro Sext.7. Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ numquam ulla ui labefactari poteſt, numquam dimoueri loco.4.Philip.61.

Altum.

Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum.5.Ver.81. In altum prouehi. Tuſc.quæſt. lib.4.32. Nauibus aditus ex alto eſt.7.Ver.63. In ore portus, ubi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur. in Ver.242.& 253. Vt ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſioneſq. contulerit.1.Off.151. Si plures ex alto emergere uelint.4. de Finib 105. Cum nautæ in alto iactarentur. Inuen.74. Quum magna in alto tempeſtas eſſet uis uentorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauim coegit.2.de In.154.

Alte, Altius.

Alte a terra. Tuſc.235. Alte adſcendere.10.fam.58. Alte cadere non poteſt. in Orat.59. Alte extollere manum. in Ant.165. Alte extollere pugionem.2.Phil.49. Incipis longe & alte petito procemio reſpondere. pro Cluentio 44 Alte perſpicere.2.in Verr.13. Alte repetis, & a capite, quod quærimus.1. de Legib.13. Alte ſpectare, atque ad cœlum contueri. de Som.130. Altius cogitare aliquid. in Or.52. Altius exaggerata oratio. in Brut.33. Indignum uidebatur iis qui altius perſpiciebant. in Ver.70. Quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.2. Diu.75. Itaque & arbores & uites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt: &c.5. Tuſc.53. Tollere tectum altius. de har.351. Verbum altius transferre. in Or.45.

Altiſonus.

Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles.1.de Diu.71. Septum altiſono cardine templum.3. Tuſc.75.

Altitonans.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.1. de Diu.37.

Altiuolans.

-at Romulus pulcher in alto

Quærit Auentino, ſeruat genus altiuolantum. 1. de Diu. 175. Id eſt, auium.

Altitudo.

Altitudo animi. 3. fam. 43. & 4. 41. cui opponitur Humilitas. A. animi in capiendis incommodis. Part. 136. In liberis uero populis & in iuris æquabilitate, exercenda eſt etiam facilitas & a. animi quæ dicitur. 1. Off. 94. Omnium magnarum artium ſicut arborum a. nos delectat. Orat. 110. Demoliti ædes, quarum a. officeret auſpiciis, Claudius proſcripſit, inſulam uendidit: &c. 3. Off. 85. A. fortunæ & gloriæ alicuius. pro. R. P. 129. Maris. 9. ad At. 58. in epiſ. Cæſaris. Montium. contra Rull. 76. Elatio atq. a. orationis. in Bruto, 33. Id fit, quum ſpeculorum læuitas hinc illincque altitudinem aſſumpſit: &c. de Vni. 62. Delata etiam ad ſenatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. 1. de Diu. 158. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depreſſum. in Ver. 249. Spelunca conuerſa ad aquilonem infinita altitudine. 6. in Ver 96. Impendentium montium altitudines. de Nat. 45. Altitudines concauæ ſpeluncarum. 2. de Nat. 72. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. 1. de Nat 75.

Alueus.

Alueuſne ille, an equus Troianus fuerit. pro Cœl. 52. Deinde ubi uiſum in alueum deſcendit. 4. ad Her. 155.

Alueolus.

Et cum re nulla impediantur neceſſaria, aut alueolum poſcere, aut quærere quempiam ludum. de Finib. lib. 3. 52.

Aluus.

Aluus multiplex & tortuoſa. 2. de Na. 204. A ſubiecta ſtomacho, cibi & potionis receptaculum, &c. 2. de Nat. 502. Aeſculapius tertius, primus purgationem alui, dentiſq. euulſionem, ut ferunt, inuenit. 2. de Nat. 189. & 3. 78. Spesilla quam mulier in aluo commendatam a uiro continebat. pro Clu. 24. Quum prægnans hunc ipſum Dionyſium aluo cōtineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcū. 1. de Diu. 71. Vomitione canes purgantur aluo ſe ibes Aegyptię curant. de Nat. 51.

Amando.

Deniq. Syracuſas totas timet, amandat hominem. quo? L. Lilybæum fortaſſe. 7. Ver. 55. Amandauit procul a ſenſibus. 2. de Nat. 107. An amandarat hunc ſic, ut eſſet in agro, ac tantum modo aleretur ad uillam? pro Roſc. Am. 25. Amandari infra mortuos. pro Quinct. 28. & poſt redit. ad Quir. 8. Hunc modo amandandum eſſe. pro Dom. 226. Nam mihi interdum amandandi (Cicerones) uidentur in Græciam. Att. 7. 131. 4.

Amandatus.

Quum is ſpiritu dumtaxat uiueret, re quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet. poſt redit 8.

Me expulſo, Catone amandato. pro Dom. 52.

Amandatio.

Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur? pro Roſc. Am. 25.

Amans, Amanter, vide Amo.

Amarus.

Itaq. minime amarus is uiſus eſt. pro Clu. 32. Eſſet mihi iſta ſolitudo, præſertim tam familiari in loco, non amara. 3. ad Att. 4. pro, moleſta. Amari iucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari. ad Her. 28. Senſus iudicat dulce & amarum. de Finib. 72. Omne animal ſentit & calida & frigida, & dulcia & amara. 3. de Nat. 42. Amariorem me ſenectus facit. 14. ad Att. 48. Ex quo uitam amariſſimam neceſſe eſt effici. de Fin. 1. 35.

Ambigo.

Ambigunt agnati cū eo qui eſt ſecundus heres. de In. 76. Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid ſit id de quo agatur. 1. de Fin. 6. Si plures ambigent, &c. de Inu. 70. Ambigere de aliqua re. Top 224. Si de hereditate ambigitur. 3. Ver. 82. Quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut uerbum, aut uerba ſint prætermiſſa. 2. de Or. 62. Fundus de quo ambigitur. pro Cæc. 288. Niſi cum de uero ambigitur, quod quæri coniectura ſolet. Or. 208. Ex contrariis ſcriptis ſi quid ambigitur, non nouum genus naſcitur, ſed ſuperioris generis cauſſa duplicatur. 2. de Or. 61. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſt difficile oratori eius partis, &c. 1. de Or. 125. id eſt, quod controuerſum eſt inter iuriſperitos. Ambiguntur cauſſæ propter ſcriptum. 2. de Or. 61. Illius hereditatis de qua ambigebatur. 4. Ver. 31. Quum de uero ambigetur. in Or. 69. Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, ſiue ex crimine cauſſa conſtet, ut facinoris: &c. 2. de Ora. 58. Nihil ambigi poteſt, in quo nō, &c. Or. 208. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & diſceptari poteſt. 3. de Or. 62.

Ambiguus.

Rem ambiguam primum uidere, deinde diſtinguere de Cl. Or. 79. Ab inuidendo autem inuidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. 3. Tuſ. 34. Id autem contingit, quum ſcriptum ſit, ut duæ differentes ſententiæ accipi poſſint. Top. 51. Ambigua uia diſtinguere. 1. de Fin. 17. Oracula partim flexiloqua, partim obſcura, partim ambigua. Diu. 132. Oraculis quod erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt de diuin, 104. Ambiguorum complura ſunt genera. de Ora. 118. Verba ambigua diſtinximus in Or. 55.

Ambiguum.

Ambiguum eſt, cum duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt. Top. 227. Statim occurrit animo quæ ſit cauſſa ambigui. de Or. 118. Genus quoddam habet ambigui. 2. de Or. 61. Ambiguum nō habui. 11. fam. 19. Ex ambiguo controuerſia quando naſcatur, & quomodo tractanda 2. de Inu. 208. Deinde ſi in lege erit ex ambiguo controuerſia, dare operam oportebit, &c. 7 de Inu. 211. Ex ambiguo dicta argutiſſima. 2. de Or. 138. Ex ambiguo ioci. 2. de Or. 140. Ambigua quemadmodum uitanda ſunt, quæ obſcuram reddunt orationē, ita hæc conſequenda, quæ conficiunt &c. ad Her. 41

Ambiguitas.

Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare. 1. de Inu. 85. Obſcurum autem fit, aut longitudine, aut contractione orationis aut ambiguitate, aut inflexione atque immutatione uerborum. Partit. 11.

Ambigue.

Ambigue dictum. Acad. ed. 1. lib. 2. 83. Ambigue poſitum uerbum. pro Cæc. 59. id eſt, quod in eodem loco dupliciter aut uarie poteſt accipi. Ambigue ſcriptum non eſſe, cum intelligatur utra ſententia uera ſit. 2. ad Her. 44.

Ambio.

Quod ſi comitia in ſenatu placet haberi, petamus, ambiamus, &c. 2. Phil. 303. In uim ſuam natura conuertit, ut terram Lunæ curſus proxime ambiret. de Vni. 37. Nihil niſi cædem inimicorū cogitare, uicatim ambire, ſeruis aperte ſpem libertatis oſtendere. Attic. 4. epiſ. 72. 3.

Ambitio.

Aetas & ambitio me hortabantur. 7. fam. 4. Miſerrima omnium eſt ambitio, honorumq. contentio. Off. 1. 123. In Domitio uno maxime ambitio noſtra nititur. Att. lib. 1. ep. 4. Ambitio quædam me ad honorum ſtudium duxit. 1. Att. 50. Scio enim quam timida ſit ambitio, quantaq. & quam ſollicita cupiditas conſulatus. pro Mil. 52. id eſt, quam timidi ſint qui ambiunt. Hæc ſiue ambitio eſt, ſiue liberalitas. pro Mur. 141. Ambitionis labor. 3. de Or. 4. Occupatio. 1. de Or. 1. Studia. pro Mur. 51 Ad ambitionem & ad laborem me cohortaris. 3. Q. fr. 9. Ad nimiam lenitatem, & ambitionem incumbere. Q. fr. 1. ep. 1. 16. Aut quam ambitionem conſtantiſſimus ciuis L. Cæſar in ſenatum introduxit? 11. Phil. Non dico hanc popularem ambitionem. in Sal. 273. Propter ambitionem autem forenſem laborem ſuſtinebam. 1. Att. 51. Sine ambitione commendare. 13. fam. 33. Ambitione quadam exæquare commendationes meas. 13. fa. 58. Et propter magnitudinem poteſtatis, hic magiſtratus a populo ſumma ambitione contenditur. 4. Ver. 91. Non committo ut ambitione mea conturbem officium tuum. 5 fam. 9. lib. 13. 5. 2. Ambitio, id eſt improbitas in petendo uel rogando. Non puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. de Cl. 187. Ambitione ſæpiſſime fit, ut aliqui, ſpectante ſenatu, longa oratione utantur. 3. de Leg 36. & 5. fam. 59. In ea ambitione & labore uiuo. 3. Q. fr. 28. Ambitiones ex omnibus ciuitatibus tollere (quæ res euertendæ reipublicæ cauſſa ſolent eſſe) 4. Ver. 91. Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Tuſc. 188.

Ambitioſus.

Homo minime ambitioſus. 12. ep. A. imperator. pro Mur. 128. A. in aliquem. 1. Q. fra. 37. Sed ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis a. (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor: &c. in Sall. 3. Heraclides ille Temnites, &c. ita a. ut omnes uos, noſque quottidie perſalutet. pro Flac. 33. Ambitioſa feſtinatio. 10. fam. 55. Ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere. Q. fr. 1. ep 2. 5. Nam illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæq. amicitiæ, ſunt in quodam ſplendore forēſi, fructum domeſticum non habent. Att. 1. 55. Valent tamen apud Cæſarem nō tam ambitioſæ flagitationes, quam neceſſariæ. Ambitioſæ rogationes & neceſſariæ, opponuntur. 6. fam. 40. Ambitioſæ uoluntates. 6. fam. 22.

Ambitioſe,

Vtrumque uero ſimul agi non poteſt, & de triumpho a. & de repub. libere. Att. lib. 14. Peruitit a me Brutus, ut orationem ne a. corrigerem ante quam ederet. Att. 15. 4. A. & uulgariter ſcribere. 13. fam. 9.

Ambitioſius.

Quum in iſto genere multo etiã a. facere ſoleam, quam honos meus & dignitas poſtulat. fam. 5 ep. 7. 1 c.

Ambitus.

Populus fecit eos a quibus eſt maxime ambitus. pro Plan. 7.

Ambitus.

Sedis a. extare uidetur, ut, &c. 11. fam. 28. A. ſiue periodus, ex quatuor conſtat. Or. 129. Quoniam P. Scæuola id ſolum eſſe a. ædiũ dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſſa tectum proijceretur. Top. 11. Ad ambitum ſecundum ſupra terram deus ſolẽ quaſi lumen accendit. de Vni. 39. Ambitu rotundo extremitatem cæli a ſuprema regione circumiecit. de Vni. 33. Stellarum rotundi a. cognoſcuntur. 2. de Nat. 70. Cum ſe octo a. cõſectis ſuis curſibus, ad idem caput retulerint. de Vni. 41. Ambitus ſiderum ignorantes homines. de Vni. 41.

Ambitus, pro crimine ambitionis.

M. Cicero legis ambitus lator. pro Mur. 124. Accuſari a. pro Clu. 91. Damnari a. ibid. Iudicium a. ibid. Sed is a. extat, ut omnia per timeſcam. ep. 175. Ambitus redit immanis, numquam fuit par. Q. fr. 3 16. Ambitus ſi quando ſileat, quæritur in ſuffragijs quid optimi uiri ſentiant. 3. de Leg. 35. Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione ſeiungere. 2. de Or. 58. De ambitu quid intereſt, an de maieſtate? 3. fam. 45. Ambitus in homine illigabãt animo diuino influente atque effluente. de Vni. 61.

Ambitus orationis.

Quæ ſi in extremo breuiora ſunt, inſtringitur ille quaſi uerborũ ambitus. 3. de Or. 193. Comprehenſio, & ambitus ille uerborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. in Brut. 84. Meæ aures perfecto completoque uerborum ambitu gaudent. Ora. 213. Arguti certique & circumſcripti uerborum ambitus. Or. 200.

Ambo.

Sumus enim ambo curioſi. 89. Att. [Epiſtolæ duæ prid. Kal. ambæ datæ. 131. Horum amborum generum exempla ſubijciemus. ad Her. 35. Quorum amborum generum una ratio eſt. 1. Diu. 121. Att. 6. ep. 1 1 2. 6. Idem obtutus amborum oculorum. de Nat. 61. Vicinus amborum, in neutro excellens, utriuſque particeps, uel utriuſque (ſi uerum quærimus) potiùs expers. in Or. 11. De ipſius Scipionis & Lælij ingenio ea iam eſt laus, ut plurimum tribuatur ambobus. de Cla. 171. Hos igitur ambos tibi commendo. ep. 132. Quos ego ambos unice diligo. ep. 64.

Ambroſia.

Ambroſia alendus. 2. de Or. 129. prouerbiali figura dicitur, qui eſt egregius, & uelut dijs æquandus. Non enim ambroſia aut necta re deos lætari arbitror. Tuſc. 1. 52.

Ambulo.

Eo modo ambulat Cæſar, &c. ut timeam ne citius ad Brundiſium, quam opus ſit, acceſſerit. Att. 8. ep. 52. Ambulat & iocatur tecum. 10. fã. 69. Sed ut philoſophi ambulant, &c. de Or. 114. Xerxes, tantis claſſibus, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, maria ambulauit, terramque nauiguauit. 2. de Fin. 91. Ibidem Xerxes maria pedibus peragrans, claſſibus montes. de Fin. 88. Ambulauit recte is qui hanc epiſtolam tulit. 9. Att. 9. id eſt, celeritatem adhibuit in itinere. Ambulare mihi neceſſe eſſet, recreandæ noculæ cauſſa. 2. Att. 59. Ambulare cum aliquo. 4. Acad. 94. In hortis. Acad. ed. 1. l. 1. 48. In litore. in Brut. 10. & 13. Att. 66. In publico. Tuſc. 4. 34. In ſole. de Ora. 114. Ambulare paſſus quingentos, aut ſeptingenta millia paſſuum. pro Quinct. 52. Ambulando bellum confecerunt. 8. fam. 43.

Ambulans.

Adoleſcens delicatus in litore ambulans. de Clar. 182. M. uero Manlium, nos etiam uidimus tranſuerſo ambulantem foro. 3. de Or. 73.

Ambulatio.

Subgrande cubiculum autem, & hibernum altum ualde probaui, quod & ampla erant, & loco poſita ambulationis uno latere. 3. Q. fr. 2. Ambulationis unius ſermone ea exhaurire. 1. Att. 56. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. 5. de Fin. 1. Poſtero autem die eum illi maiores natu ſatis quieſſent, in ambulationem uentum eſſe dicebat, tum Scæuolã, &c. de Or. 87. Ambulatione ἀντιτεῖ delectari. 14. Att. 18. Ambulationibus compitalitiis hæc reſeruemus. 1. Att. 13.

Ambulatio, pro loco ſeu inambulandi ſpatio.

Ambulatio, locus ad inambulandum paratus. 1. de Or. 15. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtit. edera, qua baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis. Q. fr. 3. 5. Ibi enim poſitis eſt, ubi aditus templi eſt, & ualuæ ambulationis. pro Dõ. 237. Vt enim in inferiorem ambulationem deſcendimus. i. in Academiam: nam ſuperiori gymnaſio Tuſculani nomẽ fuiſſe Lyceũ, dicit. li. 1. Diu. Tuſc. 4. 7. Noſtram ambulationem uelim, quum poteris, inuiſas. 67. & 61. Att. Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia & ambulationem & auiarium. Q. fr. 3. ep. 17. 2.

Ambulatiuncula.

Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro, omnes fructus prouinciæ non confero. 2. fam. 22. Ambulatiuncula recta. 13. Att. 38.

Amburo.

Sine funere, oblitus cruore & luto, &c. amburetur etiam abiectus. pro Mil. 66. hoc eſt, imperfecte crematetur.

Ambuſtus.

Hic ſociorum ambuſtus incendio, tamen ex illa flamma, periculoque euolauit. 3. Ver 48. Herculis corpus ambuſtum. pro Sext. Huius ambuſti tribuni pleb. illæ intermortuæ conciones. pro Mil. 9. Qui ambuſtas fortunatum mearum reliquias domos ſuas comportarent. pro Dom. 136. de har. 214. ἀμφιμάτα puto fore. 7. Att. 7.

Amens.

Quis tam eſſet amens, qui, &c. Tuſc. 1. 27. Amens homo & perditus. 12. fam. 3. Pater igitur amens, qui odiſſet filium ſine cauſſa. pro S. R. 25. Incurriſti amens in columnas. Or. 209. Cum tu o uecors atque amens complexus es illud funeſtum animal, &c. in Piſ. 15. An me, inquis, tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? 2. de Fin. 1 19. Quæ, ille amentiſſimus fuerit, niſi accepefit. 7. Att. 53. Homo amentiſſimus, atque omnibus cõſiliis præceps & deuius. 3. Phil. 191.

Amentia.

Amentia, e ſt animi affectio, lumine mentis carens. 3. Tuſ. 8. Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. 3. Tuſ. 15. Hanc ob amentiã arreptus eſt unus ex patriciis. de haru. 254. Amẽtia quadam ille raperetur. 16. fam. 15. Mens ſana confligit cum amentia. in Cat. 44.

Amentatus.

Vt haſtæ uelitibus amentatæ traduntur, ſic argumenta, &c. de Cl. 189. A quo (auctore) quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratorius lacertis uiribuſque torquebit. 1. de Or. 125.

Amictus.

Alcibiades, paullo ante Ietitum, uiſus eſt in ſomnis amicæ amictus amiculo. Diu. 2 18. Vt erat læna amictus, ita uenit in concionẽ. in Brut. 27. Hippias gloriatus eſt pallium quo amictus, ſaccos quibus inductus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. de Or. 154. Hæc toga, qua ſum amictus. in Piſ. 93. Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus. 2. Phil. 89. Velis amictos, non togis. in Catil. 42.

Amictus.

Statua, quam eſſe eiuſdem, ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. Att. 6. 15. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamẽtum ſolorum callum. 5. Tuſc. 130. Imitari alicuius amictum, aut ſtatum, aut motum. de Or. 117. Sed iam uultum atque amictum, atque illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. pro Clu. 89.

Amiculum.

Donyſius aureum Ioui detraxit amiculum, grandi pondere, eique laneum pallium iniecit. 3. de Nat. 62. Alcibiades amicæ amictus amiculo. Diu. 158.

Amica.

Amica corpus Alcibiadis texit ſuo pallio. 2. Diu. 212. Mater amicam filij, tamquam nurum, ſequebatur. in Ant. 171. Amicarũ coniunctæ lecticæ ſeptem. 10. Att. 36.

Amicula.

Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. 2. de Or. 133.

Amicus.

Vbi iudex amicus aduerſario & inimicus tibi eſt. de Or. 115. Amicus antiquior te nemo eſt mihi. 11. fam. 42. Si hoc doceo, poteritne te Alba tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, uerum etiam amator abſoluere? 5. Ver. 125. Amicus blandus: contrariũ, Verus. Læl. 78. Amicus certus in re incerta cernitur. Læl. 57. Amicus neceſſariuſq. communis. pro Clu. 70. Ex animo amicus, uereq. beneuolus.

lius. 21. Phil. 314. Amicus fidus, infidus. Læl. 49. Amicus inuectus eſt qui ei mortem afferret, cui inimici propter dignitatem pepercerāt. 4. fam. 37. Nō amicus mihi fuit aperte. pro, inimicus. 6. Att. 34. Iſta noſter amicus. 4. Att. Ille amicus noſter ſemper in laude uerſatur. 36. Att. Amicus per ſe amari debet toto pectore, nec deſerendus & abijciendus, etiam deſperatis fructibus ac emolumentis, ut ſit ſancta illa amicitia. 1. de Leg. 37. Amicus ac perneceſſarius alicuius. pro Flac. 11. Eſt enim is amicus quidem, qui tamquam alter idem. de Amic. 115. Amicus quis dicatur in petitione magiſtratus. de Pet. Conſ. 12. Amicus ſis aliquando tibi potius, quam cuiuis. 5. fam. 17. Vtinam ego, inquit, tertius uobis amicus adſcriberer. 5. Tuſc. 89. Verus amicus eſt, qui eſt alter idem. Læl. 68. Vir bonus & ſimplicis ueritatis amicus. Off. 13. Vitæ amici libertas patriæ anteponenda. 11. fam. 45. Amico obſequi. Acad. q. ed. 1. l. 2. 8. Pompeium tibi ualde amicum eſſe cognoui. fam. 1. ep. 8. 51. Me ubi non amicum modo, uerum etiam amiciſſimum exiſtimes uelim. 3. fam. 20. Amice magne noli. 7. fam. 29. Quod ab amico eſt profectum, id tum ſit iucundum, ſi cum amore & ſtudio eſt profectum. Læl. 47. Amico placando, aut etiam plane reſtituendo. 1. Att. 17. Amici maxima amoris conſpiratione conſentientes. de Fin. 62. Tribuni pl. deſignati ſunt nobis amici, conſules ſe optime oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos Q. fr. 302. Amici firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi. Læl. 55. Amici erunt in officio. 14. fam. 3. Amici noui digni amicitia, nū quando ueteribus ſint anteponendi, necne. Læl. 59. Amicorum benignitas exhauſta eſt ea in re. 4. Att. 12. Amicorum communia omnia, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. Off. 1. 77. Amicorum gregibus ſtipati, ad forum deſcendimus. 1. Att. 56. Amicorum nomen in petitione magiſtratuum latius patet, quam in cetera uita. de Pet. Conſil. 12. Ex omnibus ſeculis uix tria aut quatuor nominantur amicorum paria. de Fin. 1. 51. Amicorum ſuorum perennis inimicus. 1. fam. 30. Amicis quatenus obſequendum. Offic. 3. 56. In ſecundiſſimis rebus maior etiam, quam ante tribuenda eſt amicis auctoritas. Offic. 1. 129. Amicos eſſe ſapientes ſapientibus etiam ignotis cenſent Stoici. de Nat. 1. 85. Anquirere amicos. in Læl. 84. Illud enim honeſtū quod ſæpe dicimus, et ſi in alio cernimus, tū nos mouet, atq. illi I quo ineſſe uī, amicos facie. 1. Off. 81. Amicos meos oēs ære alieno obſtrinxerim. 11. fam. 18. Ami obſeruātia retinere. p Q. 10. Vita in culta & deſerta ab amicis, nō poteſt eſſe iucunda. de Am. 160. Amicis ueteribus, id eſt libris. 9. fam. 1.

Amicus.

Fortuna amica uarietati, conſtantiam reſpuit. de Nat. 2. 31. Præterea nemini de conſularibus amici animi erga te poſſim eſſe teſtis. ep. 6. Neque enim ego amicior C. Cæſari umquam fui, quam illi. Att. li. 8. 199. 12. Amicior inueniret eorum ærarijs, quam noſtro. 7. Att. 5. Amicior tuis laudibus. 10. fam. 27. Mihi nemo eſt amicior, nec iucundior, nec carior Attico. Att. l. 16. ep. 341. 6. Amicior Reip. 3. Phil. 127. Amicior uillæ ſum factus, atque huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. 2. de Leg. 3. Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere, nec amiciori potuiſſe prouinciam tradere. ep. 32. Caritas liberorum amiciores parentes Reip. reddit. 180. Attic. Nihil eſt mihi amicius ſolitudine. 190. Att. Succeſſor coniunctiſſimus & amiciſſimus. fam. 3. ep. 3. 4.

Amiculus.

Quid de hordeo, inquit, & Docimo amiculo meo? 5. Ver. 67.

Amice.

Qui admonent a. docēdi ſunt: qui inimice inſectantur, repellendi. de Nat. 1. 5. Et hæc accipienda a. in Læl. 75. Vt a. ut intelligenter, ut attente audiamus. Part. 132. Quos tu paulo ante, cū memoriter, tum etiam erga nos a. & beneuole collegiſti. 1. de Fin. 27. A. tu quidem facis, mihique gratiſſimum. 8. Att. 4. in Læl. 8. Tu autem, quod mihi tantum tribuis, &c. facis a. pro Planc. 174. Viuere ſimpliciter, fideliter, uitaq. hominum a. Off. 19.

Amiciſſime.

A. Cæſar me amplectitur. 6. fam. 25. Tum ille a. ut ſolebat, &c. 5. de Fin. 10. Familiariſſime & a. uiuere cum aliquo. Ver. 16.

Amicitia.

Amicitia, uoluntas erga aliquem, rerum bonarum illius ipſius cauſſa, quem diligit, cum eius pari uoluntate. 2. de Inu. 244. Amicitia nihil aliud eſt, niſi omnium diuinarum humanarumque rerū cum beneuolentia & caritate ſumma conſenſio. Læl. 19. Amicitia, uirtutum adiutrix, a natura data eſt, non uitiorum comes. Læl. 70. Amicitia in quo cernatur. Part. 41. Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res ſecundas uel aduerſas, quam amicitia. Læl. 16. Amicitia hoc præſtat propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt. Læl. 28. Amicitia tua mihi ampla eſt. 3. fam. 37. Amicitia claudicare uidetur. 1. de Fin. 105. Si amicitia ueritate colitur, qui amicum prodit, uanus ſi neceſſe eſt. pro Qu. 13. Amicitia per ſe colenda eſt. 1. de Leg. 37. Amicitia ſanctiſſime colēda. 10. fam. 2. Amicitia noſtra quæ ſummis officiis ab utroque culta eſt. 15. fam. 38. Amicitia cum uoluptate connectitur. 1. de Fin. 103. Amicitia utrum propter imbecillitatem atq. inopiam deſiderata. Læl. 26. Vera amicitia mihi ditior & affluentior uidetur eſſe. in Læl. 52. Mihi cum uiris fortibus, qui cēſores proxime fuerunt, ambobus eſt amicitia. pro Clu. 92. Amicitia inter ingratos eſſe non poteſt. pro Planc. 65. Amicitia niſi in bonis eſſe non poteſt. Læl. 16. Amicitia ſine uirtute nullo modo eſſe poteſt. Læl. 19. 86. Exardeſcit amicitia. in Læl. 82. Expetenda amicitia. 2. de Inu. 245. Amicitia & ſecundas res ſplendidiores facit, & aduerſas partiens communicanſque, leuiores. Læl. 22. Amicitia firma & perpetua. de Pet. Conſ. 28. Caritas & amicitia hominum, gratuita eſt. 1. de N. d. 168. Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit. Off. 1. 85. Amicitia ea amore nominata eſt. Læl. 26. Amicitia orta mihi uidetur a natura potius, quam ab indigentia. Læl. 26. Amicitia permanet uſque ad extremum uitæ diem. Læl. 32. Amicitia tota ueritate perpenditur. Læl. 8. Amicitia præcurrit iudicium. Læl. 56. Pyladea amicitia. 2. de Fin. 135. Quæſita amicitia utilitatis cauſſa. 2. de Fin. 134. Amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemque procliuior. Læl. 59. Serpit amicitia neſcio quo modo per omnium uitam. Læl. 72. Hic multis ualuit uetus amicitia, quā tu, &c. ep. 12. & 38. Conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio. Læl. 36. Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, ſuauitas ſermonum atque morum. in Læl. 55. Amicitiæ finis quid ſit. 2. de Inu. 245. Amicitiæ fons a natura conſtitutus, bonorum inter bonos beneuolentia. Læl. 46. Amicitiæ fores aperiantur. 15. fam. 22. Amicitiæ gloria excellens Lælius. Læl. 5. Habenas amicitiæ habere laxiſſimas, quas uel adducas quum uelis, uel remittas. Læl. 42. Amicitiæ initia ex parentibus repetere. 6. fam. 48. Inſtitutionem amicitiæ omnino non poſſe reperiri. 1. de Fin. 107. Deſerere ius amicitiæ. Læl. 34. Nam cum amicitiæ ius ſit in eo, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit ſi ne in uno quidem quoq. unus animus erit, idemque ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex. Læl. 77. Pro iure amicitiæ noſtræ a te peto. 10. Attic. 29. pro noſtra beneuolentia, pro eodem dixerat paulo ante Vetus eſt lex illa iuſtæ ueræq. amicitiæ, quæ mihi iam diu cum illo eſt, ut idem amici ſemper uelint: nec eſt ullum certius amicitiæ uinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & uoluntatum. pro Planc. 3. Hæc igitur prima lex amicitiæ ſanciatur, ut ab amicis honeſta petamus, amicorum cauſſa honeſta faciamus. de Amic. 104. Amicitiæ locus ubi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ipſum? 2. de Fin. 124. Amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternam fore. Læl. 14. Amicitiæ munus expletum eſt. Læl. 60. Amicitiæ, coniunctioniſque neceſſitudo. Læl. 62. Tollere amicitiæ nodum nobiliſſimum. Læl. 47. Carum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum: quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum. 1. de Nat. 85. Amicitiæ officium & ius præſtare. 14. fam. 10. Amicitiæ officijs diligenter ſancteque ſeruatis. 5. fam. 48. Amicitiæ maximum ornamentum tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. Læl. 69. Ortus amicitiæ generoſus. Læl. 29. & 32. Quod enim par amicitiæ conſularis fuit umquam in hac ciuitate coniunctius, quam fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? pro Dom. 22. Amicitiæ præſidium firmiſſimum. 1. de Fin. 103. Amicitiæ rationem impediri, ſi ſummum bonum in uoluptate ponatur. 1. de Fin. 107. Amicitiæ recordatione frui. Læl. 14. Amicitiæ ſimulatio. Læl. 26. Stabilitas amicitiæ confirmari poteſt. Læl. 69. Vacillat ſtabilitas amicitiæ. 1. de Fin. 102. Amicitiæ ſtultitia. 6. fam. 33. Venenum amicitiæ, odium. Læl. 75. Amicitiæ ea eſt uis, ut ſimulatque ſibi aliquid quam alteri maluerit, nulla ſit. 1. de Leg. 26. Omnis uis amicitiæ eſt in uoluntatum, ſtudiorum, ſententiarum conſenſione. Læl. 14. Amicitiæ uarius eſt & multiplex uſus. Læl. 74. Amicitiæ præponenda eſt patria. 11. fam. 47. Amicitiæ grauiorem iniuriam feceris. 10. Att. 28. Admiratus eorum fidem tyrānus, petiuit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. 3. Of. 59. Similitudo illicit, & attrahit ad amicitiam. de Amic. 105. Ad amicitiā alicuius ſe conferre. 13. fam. 21. Quum Craſſus initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet. in Brut. 154. Nihil difficilius, quā amicitiam uſque ad extremum uitæ diem permanere. Læl. 32. Ad mollēdam amicitiam ualet hoc quidem præceptum. Læl. 54. Amicitiam alicuius confirmare. 7. fam. 32. Conſequi amicitiam. Læl. 70. Si utilitas amicitiā conſtituet, tollet eadem. 2. de Fin. 126. Conciliabit amicitiam uirtus. Læl. 45. Amicitiam contrahere qua in rerum natura, totoque mundo conſtant quæque mouentur omnia. Læl. 23. Amicitiam diuelli a uoluptate, non poſſe. 2. de Fin. 152. Amicitiam euertere funditus. 2. de Fin. 128. Amicitiam & gignit & continet uirtus. Læl. 19. In amicitiam accipere. 2. Att. 58. In amicitiam meam te contuliſſe. 7. fam. 32. Numeſtium ex literis tuis ſtudioſe

ſcriptis, libenter in amicitiam recepi. Att.li.2.ep.35.1. In amicitiã meam reciperem. 13.fam.30.& 41. Iungere conſuetudinem & amicitiam cum aliquo. pro Deiot.18. Difficile eſt amicitiam manere, ſi a uirtute defeceris. Læl.36. Amicitiam ſi metiare ſua caritate, nihil eſt præſtantius. 2.de Fin.135. Amicitiam naſci quidam uolũt ab inopia. Læl.29. Officioſam amicitiam nomine inquinas crimi-noſo. pro Planc.37. Amicitiam paternam nullis officijs proſequi. 6.fam.48. Amicitiam natura ipſa peperit. in Læl.18. Amicitiam petere propter utilitatem. 2. de In.245. Amicitiam funditus tollere e uita. in Læl.44. Solem e mundo tollere uidentur, qui amicitiam a mundo tollunt, qua nihil a dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Læl.43. Tueri amicitiam. 1.de Fin.103. Vocare amicitiam ad calculos. in Læl.52. Ab amicitia afflicta transfugere. pro Quinct.62. Naturali amicitia carere. in Læl.68. Sunt de amicitia gerenda præclariſſime ſcripti libri. 3. fam.27. Cum graue eſt uera accuſari in amicitia, tum etiam ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum. pro Mur.125. In amicitia adiunctus. 5. fam. 17. Fines in amicitia qui ſint, & quaſi termini diligendi, conſtituendi ſunt. in Læl. 50. & 53. In amicitia illud efficitur, quod quibuſdam incredibile uidetur. eſt autem neceſſarium, ut nihil ſeſe plus, quam alterum diligat. de Leg.162. In amicitia nihil eſt fictum, nihil ſimulatum. Læl.26. In amicitia niſi (ut dicitur) apertũ pectus uideas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratũ habeas, &c. Læl.80. Prima lex in amicitia, ut neq. rogemus res turpes nec faciamus rogati. Læl.38. Ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus quam ſe amet: ego illum plus quam me: perturbatio uitæ, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur. Tuſc.l.3.62. In amicitia prouecti longius. in Læl. 33. In amicitia quæ ſint uno bono tenenda. Læl. 59. In amicitia quid mutuum. 5.fam. 3. In amicitia quidquid eſt, id eſt uerum & uoluntarium. Læl.26. In amicitia uult Pythagoras, ut unus fiat ex pluribus. Offic.1. 81. Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & caritate complectitur. de Vniu.497. Dignus amicitia. in Læl. 67. Omnium rerum, quas ad beate uiuendum ſapientia comparauerit, nihil eſt maius amicitia, nihil uberius, nihil iucũdius, &c. de Fin.62. Vos hortor, ut, uirtute excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Læl.86. Remouere ſe ab amicitia Pompeij. in Læl.66. Sine amicitia corruere omnia. Læl.22. & 23. Amicitiæ ambitioſæ, fucoſæque. 1. Att.55. Amicitiæ cur comparatæ. pro Roſc.Am.66. Amicitiæ amore & caritate cernuntur. Part.257. Coluntur amicitiæ ſimulatione, dumtaxat ad tempus. in Læl.48. Tantum abeſt ut amicitiæ propter indigentiam colantur. in Læl.47. de Fin.2. 128. & 131. & 133. Communes amicitiæ. in Læl.66. Conuerterant ſe amicitiæ in graues inimicitias. in Læl.67. Amicitiæ, corroboratis iam confirmatiſque & ingenijs & ætatibus, iudicandæ ſunt. Læl. 63. Depoſitæ amicitiæ. in Læl. 66. Extinctæ amicitiæ. in Læl. 67. Amicitiæ non modo fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices ſunt uoluptatum, tam amicis, quam ſibi, iuxta Epicureos. de Fin.l.1.52. Amicitiæ ſimilitudine facile iunguntur. pro Clu. 34. Leues amicitiæ. in Læl.82. Mediocres amicitiæ. 2. de Fin.134. Oppreſſæ amicitiæ. in Læl. 67. Amicitiæ profectæ ab noſtro beneficio. 2. de Inu.145. Amicitiæ ſtabiles permanent. in Læl.64. Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Læl.32. Veræ amicitiæ difficillime reperiũtur in ijs, qui in honoribus, reque pub. uerſantur. Læl.57. Vulgares amicitiæ. in Læl.65. Amicitiarum cum ceteris bonis collatio. Læl.50. Inſtituendarum amicitiarum conſuetudo. 1. de Fin. 106. Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. Læl. 50. Amicitiarum præſidia quærere. in Læl. 43. Amicitiarũ proditiones. Acad. q. ed. 1. l. 2. 27. Amicitiarũ ſatietates eſſe non debent. in Læl.60. Nouis amicitijs indulgere. in Læl.50. Amicitias appetere. in Læl.43. Ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus. 1. de Finib. 102. in Læl. 54. Conciliat amicitias & conſeruat uirtus. in Læl 83. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. in Læl.32. Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis. 7. ad Att.30. Ad coniungendas amicitias quãtam uim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo, ſcitis omnes. pro Clu.35. Dimittere amicitias. in Læl.65. Dirumpere amicitias. in Læl.71. Diſcindere amicitias. in Læl.65. Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. in Læl.64. Diſſoluere amicitias. in Læl.52. Amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere. Off. 1. 169. Eleuare amicitias remiſſione uſus. in Læl.65. Fideles amicitias excludere. in Læl.49. Moleſtas amicitias faciunt quidam, cum ipſi ſe contemni putant. in Læl.63. Fingere amicitias utilitatis cauſſa. in Læl.47. Nec me pœniteat mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. pro R.P. 126. Iungere amicitias & conſuetudines cum aliquo. pro Deiot. 18. Incidere in amicitias malorum. in Læl. 39. Repudiare amicitias gratioſorum. pro Planc. 37. Spernere ueteres amicitias. in Læl.50. In amicitijs expetendis colendiſq. ne ſta quiſque maxime excellit, ut ſibi plurimum confidit, uirtuteque ac ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat, &c. Læl 29. In amicitijs tuendis quamuis comis fuerit Epicurus, non ſatis acutus fuit. 2. de Fin. 129. In amicitijs fideles. 2. de Fin.130. In amicitijs peſtis nulla maior, quam adulatio, blanditiæ, aſſentatio. in Læl.76. Amicitijs nouis implicati. 1. Att.65. Quæ poteſt eſſe uitæ iucunditas, ſublatis amicitijs: quæ porro amicitia poteſt eſſe inter ingratos? pro Planc.266.

Amita.

Qui uxori ſuæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiti fuit. pro Clu.22.

Amitto.

Cogito commorari, quoad me reficiam: nam & uires & corpus amiſi. ep. 107. Amiſiſti id cui ſimile in terris nihil fuit. ad Brut. 19. Decius amiſit uitam, at nõ perdidit: accepit patriam, amiſit animam. ad Her.58. Aſſiduitate malorum, ſenſum omnem humanitatis ex animo amiſimus. id eſt dimiſimus, eiecimus. pro S.R. 44. Cur Licinium de manibus amiſerunt? pro Cœl. 58. id eſt, comprehenſum abire permiſerunt. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. pro Roſ.Com. 6. Cum oculis acrius deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent. Tuſc. 163. Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepiſti. certe, inquit, ridens: nam niſi tu amiſiſſes, numquã recepiſſem. Off.79. Virtutem & fidem numquam amiſerim. poſt red. in ſenat. Amiſeris & Recuperaueris, contraria. 6. fam. 38. Amittere animam. 14. fam.12. Auctoritatem. 4. Acad. 231. Cauſſam. 2. de Or. 56. Att.l.9.ep.175.5. Ciues. pro Marc.10. Ciuitatem. 1. de Or.90. pro Dom.60. Dignitatem. ad Lent.l.1.8.10. Exercitum. Tuſc.l 1.71. Exiſtimationem pudoris. 4. Ver.140. Filium. fam.l.4.ep.6.6. Fortunas, & omnia ornamenta. 3. Ver.211. Secundas fortunas. pro Syl. 60. Honeſtatem omnem. pro Roſc. Am.67. Humorem. 3. de N.d. 46. Impunitatem uis factæ. 3. de Leg.37. Ius imperii & exercitus. 10. Phil. 277. Libertatem. pro Dom. 60. Lumen. 5. Tuſc.159. Memoriam alicuius. pro Deiot. 7. Mentem. de Ar.250. id eſt, inſanire. Occaſionem. Att.l.15.ep.326.3. pro Cæc. 11. Opinionem. Attic. Ornamenta. fam.l.4.6.7. Patrem aut liberos. in ep. Patriam de Fin. l.4.19. Patrimonium. pro Sext.20. id eſt, conſumere. Captum piſcẽ. 2. de N.d. 186. Prædam. 6. Ver.39. Rem de manibus. 5. Ver.26. Sacra. pro Dom.28. Salutem. pro Syl.66. Senſum humanitatis omnem ex animo. pro Roſc Com.72. Rei alicuius ſimulationem. 10. ad Att.23. Spiritum. 3. de N. d.46. Splendorem & nomen uiri boni. Off.3.108. Tempus. pro Mur.40. de Prou. Conſ.14. Amittere uires, & Reuocare uires. 8. fam.47. contraria. Amittere uitam per dedecus. pro Roſc.Am.18. pro Mil. 28. Quarum rerum negligentia pleraſq. cauſſas uidemus amitti. de Or.118.

Amiſſus.

Amiſſa cauſſa. 9. ad Att.10. Corpora intereunt humore aut ſpiritu amiſſo. de N.66. Quod intellexiſti te præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. 6. Ver.39. Amiſſo tempore. pro Mur.40. Claſſes amiſſæ & perditæ. 2. Vert.9. Amiſſa tempora. 15. fam.41.

Amiſſio.

Amiſſio bonorum. Tuſc.l.4.31. Omnium uitæ commodorum. Tuſc.l.2.7.8. Dignitatis. in Piſ.33. Oppidorum a. turpis. in Piſ.31. Rerum. 4. fam.7. Senſuum. 3. de Finib.79.

Amnis.

Alter ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit; alteri, incitatior fertur. Or. 200. Amnis profluens, cui opponitur Concluſa aqua. de N.d.2.25. Liquores amnium perlucidi, riparum ueſtitus uiridiſſimi. 2. de N.d.72. Amnes euanuiſſe & exaruiſſe quoſdam, aut in alium curſum contortos & deflexos uidemus. 1. de Diu.70.

Amo.

Et amo, & amabilem eſſe certo ſcio. 5. Att 37. Illum a. ut rogas & ut meretur, & ut debeo. 3. ad Q.fra.39. Me ualde a. io eo. 4. ad Atti.45. Sic a. ut alterum fratrem. 13.fa.3. Te a. quod mihi nuntiaſti. 16.fam.22. In ep. Q.Cic. id eſt, tibi gratiam habeo. Multum te a. de Randuſculo. 7. ad Att.11. Multum te a. quod reſpondiſti. Octauio. Ecquid amas Deiotarum, & non amas Iram? 16. ad Att.9. De quo tantum, quantum me amas, uelim cogites. 12. ad Att. 19. Et adduc, ſi me amas, Marium. ad Q.fra.l.2.ep. 12. Si quidquam me amas, hunc locum ama. Att.77. Librum, ſi me amas, mitte. 12. ad Att.9. Pugna, ſi me amas, ut iuramento contendas mea non eſſe. ad Volum.l.7.ep.32.4. Amat nos caroſq. habet Pompeius. Att.l.2.ep.35.1. Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexo tenemus. 3. Phil.136. Signa, quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita: te multum amamus, quod ea abs te diligenter, paruoq. curata ſunt. Att.2. Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt. Q.fra.250. Qui amant, moroſi. 7. famil.28.

mil.28. Amabat alios turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. in Catil.30. Amaui amorem tuum, 9. fam.34. Amaui me ego. 9. ad Att.68. id eſt, amaui meam ſententiam, feci quod magis ex animo meo fuit. Anus tuus clariſſimus uir, amauit unice patriam & ciues ſuos. I.C.213. Amabo te frater. 1. ad Q.fr.56. Si me amabis, hoc facies. 2. fam.26. Amabis me. 12. fam.46. id eſt, in eo tuum io me amorem declarabis. Facile, quod cuiuſque temporis officium ſit poterimus, niſi nosmetipſos ualde amabimus, iudicare. 1. Off.44. Etiam ſi te ueniens in medio foro uidero, diſſuauiabor, me ama. Q.fr. Cic. Tironi. l.16.27.4. Ames conſtantiam meã uolo. Att.l.2.ep.25.1. Ames amore illo tuo ſingulari. 15. fam.50. Ames nos, & te amari ſcias, 4. ad Att.18. Ita non ames, pro ita oderis. 7. fam.3. Quem non ames, omnia inſulſe facere uidetur. 15. ad Att.9. Quam uolumus licet, p.c. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos ſuperauimus. de haru.reſp.17. Habes meam cauſam, quæ ſi Bruto non probatur, neſcio cur illum amemus. Att.83. Ament ex animo, ac non ſui commodi cauſſa ſimulent. 1. ad Q.fr.11. Cum miraretur ille quidem utrumque, alterum autem etiam amaret. lib.1. de Finib.13. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. Læl.83. Amare nihil eſt aliud, quam niſi uelle bonis aliquem affici quam maximis, etiam ſi ad ſe ex iis nihil redeat. de Fin.l.2.65. Amare, cõſectari, adipiſci uelle) (aſpernari, odiſſe, fugere. l.1. de Fin.25. Vt amare nunc demum mihi uidear, antea dilexiſſe. 9. fam.29. Diligere, amplecti, amare aliquem. Att.l.1.ep.8.7. Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parui, quam amare diuitias. Off.1.97. Amare quempiam in alicuius negotio. 13. fam.83. id eſt, amicum ſe oſtendere. Amare ſe. 3. ad Q. fra.40. pro ſibi placere. Ne nimium te amare uideare. in Top.25. Amare uoluntatem. 7. fam.43. Artagathus, homo nobilis, qui a ſuis & amari & diligi uoluit. 6. Ver.45. & 1. de N.d.166. Sed tamen ut ſcires eum non a me diligi ſolum, uerum etiam amari. 13. fam.69. id eſt, amare plus quam diligere. Quando ſe a me amari putat, me a te amari ſciat. 13. fam.59.

Amabo.

Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus. fam.7.ep.33.6. Amabo te, aduola, conſolabor te. Q.fr. lib.1.4.1. Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum. 23. Att. Exſpecta, amabo te, dum Atticum conueniam. 94. Att. Noſtra autem negotia, quia Romæ commoraris, amabo te, explica. 47. Att. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me ſcribe. Att.5.ep.105.3. Et amabo te, quum dabis poſthac aliquid domum litterarum, mei memineris. fam.15.

Amans.

Homo ſemper amans me. 5. Att.10. O dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine riuali. Q.fr.3.35. Studioſus, amans, obſeruans ſui. pro Rab.Poſt.27. Amanti nihil difficile. Or.18. Aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Tuſc.4.21. Qui me parum patriæ amantem eſſe exiſtimant. fam.11.ep.28.17. Boni ciues amantes patriæ. Att.lib.9.ep. Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant: nos potius laborioſos. 2. Tuſc.60. Tam inter ſe amantes uiros. Acad.ed.1.l.2.115. Amantior tui. Attic.6.111.21. fam.1. ep.5.9. Si quẽ forte tui cognouiſti amantiorẽ, quam temporis. Q.fr.292. Chariſſimus atque amantiſſimus frater. Catul.75. Gallus Fabius amantiſſimus utriuſque noſtrum. 128. Atti. Amantiſſimus tui. 4. de Fin.119.16 ep.2. ad Marium. 11.ep. 27.1. Amantiſſimum conſilium & ſuauiſſimum. 1. Att.51. Ad nos tui amantiſſimos ueni. ep.257. Leniſſimis & amantiſſimis uerbis uti. ep.71.

Amanter.

Sed neque uehementer & a. fam.12. Valde hoc uelim, antequã proficiſcare, a. diligenterque conficias. Att.2.ep.15.2. Pueri a. inter ſe diſcunt. O Bruti a. ſcriptas literas. Att.l.15.325.9. Itaq. me & ſuperiores litteræ tuæ admodum delectauerunt, quibus & exſpectatum meum aduentum abs te a. uidebam. 6. famil.52. Quo enim eſt nomen ipſum amantius, indulgentiusq. maternum, hoc, &c. pro Cluẽ.10.

Amantiſſime.

De Gabinio nihil fuit faciendum iſtorum quæ a. cogitata ſunt. Q.fr.3.ep.14.8. A. obſecrare aliquam. Att.6.ep.111.32. A. & coniunctiſſime uiuere cum aliquo. Læl.2.

Amator.

Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Papirius Pætus, uir bonus amatorq. noſter, mihi libros eos, quos Seru. Clodius reliquit, donauit. 1. ad Att.71. pro, amans noſtri. Amator pacis. Att.l.14.306. 3. *Poterit ne te Alba tuos antiquiſſimus nõ ſolum amiens, uerum etiam amator, abſoluere?* 5. Ver. 125. *Verum his tibi adulter, an amator uidetur?* pro Cæl.47. Aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Tuſc.4.21. Qui ſe amatorem intelligentiæ ſapientiæq. profitetur, eum neceſſe eſt intelligentis ſapientiſque naturæ primas cauſſas conquirere. de Vni.63. Alter a me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. Poſtquam.206. Amatores Catoni deſunt, ſicut iam multis ante ſeculis Thucydidi. de Cla.170. Amatores puerorum Q. Catulus, & Alcæus poeta. de Nat.71. Viuamque tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus. 7. fam.58. id eſt, amicis.

Amatorius.

Amatorius ſermo. 125. Nam Anacreontis quidem tota poeſis eſt amatoria. Tuſc.117. Amatoria uoluptas. Tuſc.265. Amatoriæ leuitates. 1. de Fin.91.

Amatorie.

Epiſtola amatorie ſcripta. in Ant.175.

Amabilis.

Amabilis eſt per ſe. 16. ad Att.8. Filiolam, quam numquam uidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certo ſcio. Att.l.5.ep.107.2. Amabiles litteræ. 3. ad Q.fra.14. Oratio quæ ſignificat oratoris ipſius amabiles mores. Part.231. Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea ſenſi amari. fam.l.7.37. Amabilius hoc mihi erit. 16. fam. 24. Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius. 261. & 188. & 252. ad Att. Amabilius nihil facere potuiſſes. 10. fam.22. Mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. Brut.l.11.15.2. Nihil eſt uirtute amabilius, quam qui adeptus fuerit, ubicumq. erit gentium, diligetur. de Nat.d.1.85. Amabiliora fieri poſſe ulla litora, proſpectu maris. 12. ad Atti.12. id eſt, iucundiora, amœniora. Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere. Læl.47.

Amabiliter.

Sed me hercule ſi humaniter & ſapienter, & a. in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis. Antonius ad Ciceronem, in epiſt. ad At.14.310.2.

Amœnus.

Amœnus ſane, & arbitris ſemotus locus. In Ver.252. Amœnum rus. pro Roſ.Am.79. Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. de Or.135. Prædiola noſtra ſatis amœna. Att.l.16.ep.333.4. Salicta amœna. 1. de Diu.73. Amœniſſima uoluptas. 4. Acad.230.

Amœnitas.

Non illum amœnitas ad delectationem reuocat. pro Pomp.11. Summa amœnitas fluminis. Q.fr.317. Amœnitas loci. Att.l.14. 308.5. Domus ſuppeditat hortorum amœnitatem. Q.fra.250. Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hãc ſequor. 2. de Leg.3. Otio tibi perfrui mirifice licuit, cum eſſes in iſta amœnitate ſolus pæne relictus. ep.94. Cogitatio amœnitatis ad delectationem. Parad.117.

Amor.

Amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. de Amic.101. Amor flagitii, & leuitatis auctor. Tuſc.4.58. Amor ſi naturalis eſſet, & amarent omnes, & amarentur, & ſemper amarent, & idem amarent: neque alium pudor, alium cogitatio, alium ſatietas deterreret. Tuſc.4.63. Noſter in te amor ab his initiis profectus. 13. fam.51. Amor amicitiæ. 4. Tuſc.115. Totus iſte qui uulgo appellatur amor, tantæ leuitatis eſt, ut nihil uideam, quod putem conferendum. Tuſc.4.57. Canum amor in dominos, odium in externos. de Nat.8. Amor cognitionis & ſcientiæ. de Fin.l.5.45. Amor cognitionis inſitus menti. de Fin.l.4.15. Amor conſulatus. pro Syl.55. Amor confirmatur & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſuetudine adiuncta. Læl.29. Amor cultus ab aliquo diligentiſſime. 6. fam.39. Amor eius, actiue. 53. famil.21. Amor nunc emergit: nunc deſiderium ferre non poſſum. 9. ad Att.36. Amor peccatum non excuſat. 2. ad Her.57. Amor gloriæ nimis acer. pro Arch.20. Pietas & amor in patriã. pro Flac.74. Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. fam.1.ep.1.6. Amor meus, actiue. 10. fam.2. Amor uoluptate & moleſtia mixtus. de Vn.55. Amor multitudinis uehementer commouetur ipſa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitiæ, fidei, omniumque earum uirtutum, quæ pertinent ad manſuetudinem morum ac facilitatem. Off.2.45. Si amor noſter ac tuorum in te eſt. 4. ad Att.48. Amor ex eo inter nos natus. 12. fa.60. Amor quatenus in amicitia progredi debeat. Læl.34. Amor quem ad me perſcribit. 3. ad Q.fra.28. Nam & oratio prudens, & amor erga me ſingularis, multum leuarat. fam.9. epiſt.11.1. Amor omnis ſollicitus atque anxius. 2. ad Att.61. Amor tantus fuit, ut exhauriri nulla poſſet iniuria. 2. ad Att.54. Amor tantus, ut nihil ſupra poſſit. 14. famil.2. Amor tuus ſe oſtendit. 5. fam.41. Amor uerus & fictus non facile diiudicatur. 9. famil.35. Amoris abundantia. 1. famil.29. pro, ſingulari, amore. Amoris declarationem habet liber iſte. 15. famil.52. Omnibus ex animi perturbationibus eſt profecto nulla uehementior amoris furore. Tuſc. 4.62. Illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia ſuſceptum

non ſeruaui ſolum, ſed auxi, &c. fam. 10. ep. 1. 4. Amoris iter interrumpere. 4. ad Att. 6. Amoris nostri inſignes epiſtolæ. 1. ad Att. 24. Amoris pleniſſimæ coſurgationes. 1. ad Q. fr. 45. Amoris primas alicui deferre. 1. ad Att. 50. Siquid reſidet in te amoris erga me. 5. fa. 13. Studium & ardor quidam amoris. 1 de Orat. 64. Amoris tui συμπάθεια 5. ad Att. 35. Carum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. de Nat. 1. 85. Amoris tui ueſtigia, quo quo me uerto. 7. fam. 43. Amoris noſtri uetuſtas 6. fam. 17. Magnitudo & uis amoris mei efficeret, te ut conſilio poſſem iuuare, &c. ep. 6. 7. De iſto hactenus dixerim, me uel plurima uincula tecum ſummæ coniunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima. Att. l. 6. 21. Amori noſtro pluſculum etiam, quam cōcedit ueritas, largiare. 5. fam. 30. Amori patrio & ipſi naturæ præferre ius maieſtatis atque imperii. l. 1. de Fin. 18. Cui amori, utinā ceteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo. 15. fam. 52. Sarmite amori aliorum flagitioſiſſime. in Cat. 30. Tamē ſi te rogo, in Hirtii locum me ſubdas, & ad tuum amorem, & ad meam obſeruantiam. 10. fam. 45. Mundum totum ie ad amorem ſuum ſubleuandum conuerſurum putat. 4 Tuſc. 220. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? fam. 9 ep. 14. 15. Omnem te amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. 2. Phil 84. Amorem erga aliquem cum hereditate cernere 6. ad Att. 16. Amorem tuum omnem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam conferto ad eam curam. 7. ad Att 2. Hæc res magis amorem conciliat, illa uirtutis defenſio caritatem. 2. de Or. Amorem conciliari ſentimus. 2. de Or. 113. Amorem tuum conſorciabis. 11. fam. 53. Amorem deſerere. fam. 31. Stoici amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt: & ibi præclara multa de amore turpi fugiendo. Tuſc. 225. Datum tempus in quo amorem tuum experirer. 16. ad Att. 47. Perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres. fam. 2. epiſt. 1. 2. Quem certo, ſi ino ita laborare de exiſtimatione ſua, ut propter amorem in nos fraternum, etiam de noſtra laboret. 1. ad Q. fr. 8. Amorem cum aliquo conſtitutum habere. 10. fam. 4. Amorem erga aliquem habere. 9. fam. 29. Amorem habere in temp. pro Dom. 79. Nemo poteſt uno adſpectu, neque præteriēs in amorem incidere de Inu. 57. Amorem ſtupri eſſe negant philoſophi. Tuſc. 4 58. Vt tibi oſtenderem meum amorem. fam. 10. ep. 3. 10. Amorem meum erga te ex uultu, & oculis, & fronte perſpicere potuiſſet. 14 ad Att. 24. Amorem tuum erga me recognoui in tuis litteris. 12. fam. 18. Amorem ſuſcipere. 10. fam. 2. Ab amore auertere. 9 ad Att. 36. Ex amore eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid nolim 6. ad Attic. 21. Amore illo tuo ſingulari me ames. 15. fam. 50 Ardebat amore illius hoſpitæ. 4. Verr. 2. Amicitiæ autem, caritate & amore cernuntur. in Part. 47 Habebam adoleſcentes amore coniunctos more Græciæ. 5. Tuſc 81. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alii, quos uſus familiaritaſq. coniunxit, quamquam etiam caritate ipſa, tamen amore maxime continentur. Amore omni enitere. 5. ad Att 62. Ex ſtitit tanto in me amore frater, ut, &c. poſt Redit ad Quir. Flagrare amore 4. Tuſc. 217. Amore impulſus hæc ad te ſcribenda putaui. fam. 10. ep. 3. 8. In amore ſolemus ea, quæ minime uolumus, cogitare. 3. ad Q. fr. 38. Perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt. Tuſc. 4. 62. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore atque in deliciis fuit? 6. Ver. 2. In amore eſſe. 6. in Ver. 2. & pro Flac 14. In amore habere. 10 fam. 60. Nihil mihi minus hominis uidetur, quam non reſpondere in amore iis, a quibus prouocere. ad Brut. 1. Amore inflammati eſſe debemus in patriam. 1. de Or. 57. Pro amore noſtro ueterrimo uetuſtiſſimoque. 12. fam. 39. Filio tuo, nos & caritate & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare. fam. 12. ep. 16. 6. Amore prouehor. ad Brut. 33 Catonis filius Tiro amore pugnandi in exercitu remanſit. Off. 8. Etiam nouo quodam amore ueterem amorem tamquam clauo clauum eiiciendum putat. 4. Tuſ. 121. Sæuo amore ſaucia Medea. pro Cœlio 13. Amore generi ſui capta locrix. pro Clu. 9. Citius amore tui fratrem tuum odiſſe deſiuiam, quam illius odio quidquam de noſtra beneuolentia detraheretur. 5. fam. 9. Amore uti. 7. fam. 40. Amores autem & hæ deliciæ quæ uocantur, firmiore animo præditis diutius moleſtæ non ſolent eſſe. pro Cœl. 47. Quid amores ac deliciæ tuæ Roſcius? Diu. li. 1. 70. Amores adoleſcentulorum in Græcorum gymnaſiis liberi & conceſſi. Tuſc. 4. 59. Amores adoleſcentulorum, ut ſint pudici, ſolliciti tamen & anxii ſunt, eoque magis, quod ſe ipſi continent & coercent. Tuſc. 4. 59. Amores ardentes. de Fin. 2. 44. Amores hominum in te. 5. ad Att. 18. Amores libidinoſi. Tuſc. 4. 60. Pompeius, noſtri amores. 2. ad Attic. 46 Amorum fœdera ferire. pro Cœl. 26. Quæ (forma & honeſti facie) ſi oculis cerneretur, ut ait Plato, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. Off. 24. Atque ut muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura conceſſit quam adoleſcentulorum amoribus. Tuſc. 4. 59. Sed redeo ad amores deliciaſque noſtras, L. Antonium. 6. Phil. 12. In amoribus eſſe alicui. 6. ad Att. 11. In amoribus mihi eſt. 7. fa. 56. Deliciæ atque amoribus meis. 16. ad Att. 18.

Amoueo.

Saturnini quæſtorem a ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit. de haruſp. reſp. 43. Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia. pro Rab. 7. id eſt, ueruit ne uirgis cæderentur ciues Romani per carnificem. Et propterea illum ſenſum doloris mei a ſententia dicenda amouebo. de Prou. 69. Et nebulonem iſtum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Att. l. 5. 7. 17. Odium, inuidiā, metum, cupiditateſque omnes amoua. pro Clu. 1. Feriis iurgia amouento. de Leg. 2. & 32. Amouere aſſentationem. Procul amouere. ad Her. 126.

Amotio.

Angendæ uoluptatis finis eſt, doloris omnis amotio. 2. de Fin. 14 & 158.

Amphibolia, ſiue Amphibologia.

Ἀμφιβολία aquila. 7. fam. 55. Illa amphibolia quæ Crœſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. 2 de Diu. 174. Hanc amphiboliam uerſus intelligere potuiſſet. ad Her. lib. 2. 49. Cognitionem amphiboliarum eam, quæ a dialecticis profertur, non modo nullo adiumento eſſe, ſed potius maximo impedimento. ad Her. 9. Amphibologias omnes dialectici aucupantur. 2. ad Her. 49.

Amphora.

Amphora mellis. 4. Ver. 132. Duum millium amphorarum naues. 12. fam. 33. Itaque Titinium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorii nomine exegiſſe. pro Font. 8.

Amplector.

Cum uero ea tua ſit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me: libenter amplector talem animum. fam. 5. ep. 19. 6. Amplectitur cogitationem mens noſtra. 4. Ac. 40. Fauet ingeniis, nobilitatē uero & dignitates hominum amplectitur. Fam. l. 4. ep. 8. Me amatiſſime quotidie magis Cæſar amplectitur. ad Cæc. l. 6. ep. 6. Quod idē interdum uirtutis nomine amplectimur. 2. Tuſc. 53. Hæc parui temporis memoriam, ille perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. pro Roſ. Com. 4. Omnem tuum amorem, quo me es amplexus. Att. l. 7. 1. 21. 3. Nec quod ius ciuile Craſſe tam uehementer es amplexus. 1. de Or. 120. hoc eſt, quod tanto ſtudio animum ad eam rem appuliſti. Quas mirifice Plato amplexus erat. 1. Acad. 48. Tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant, &c. pro Syl. 44. An Antonius equites Romanos amplecteretur? L. A. 213. Quæ iudea non amplecterer omnia conſilio. pro Font. 13. Verum ut totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde illius inſtituta cognoſcite. 4. Ver. 21. Quod ego pluribus uerbis amplecterer, ſi non, &c. pro Roſ. Com. 21. Quorum (ueteranorum) etiam ſi amplecterer uirtutes, ut facio: tamen ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. 10. Phil. 282. Diligere, amplecti, amare aliquem. Att. 1. ep. 8. 7. Amplecti alicuius amplitudinem officiis. fam 5. ep. 8. 7. Amplecti artem aliquam. 1. de Or. 54. Amplecti cogitationem toto corpore. 12. ad Att. 13. Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro Mil. 53. Parmus filius, qui mihi uidetur amplecti remp. l. C. 114. pro Flac 33. Amplecti, pro cognoſcere uel intelligere. 4. in Ver. 21. Ille autem me amplexus atque oſculans flere prohibebat. Somn. Scip. 10.

Amplexor.

Totum me amplexatur Appius. ad Q. fr. 2. ep. 14. 3. Meque inſpectante ſæpe inimicum meum modo in ſenatu iouere reducunt, modo familiariter, atque hilarem amplexantur. ep. 15. Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud, quod inimicum meū (meū, &c. ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebāt, &c. Fam. 1. 9. 32. Species, quas Plato mirifice erat amplexatus. Acad. ed. 2. l. 1. 24. Aut ipſius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. de Fin. 11 4. Amplexari auctoritatem cenſoris. pro Clu. 98. Amplexari ac tueri iudicium alicuius. Brut. Ciceroni, in ep. ad Brut. 11 4. Neque, &c. homines efferri ita conuenit, ut otio non proſpiciant: neque ullum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate. pro Sext. 85. Amplexari uirtutem. 2. de Fin. 71. Nec uoluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt. 3. de Or.

Amplexus.

Nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. 1. de Diu. 134.

Amplificare, Amplio, Amplitudo, Amplius, uide Amplus.

Amplus.

Amplus & grandis orator. in Or. 12. Status amplus. Att. 3. 50. 2. Satis amplus oratione Pompeius. in Brut. 129. Itaque capio magnam uoluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non ſolum ampla

pla, ſed etiam iucunda eſt. &c. fam. 3.ep.10.12. Ampla atque potens ciuitas. 2. de Inu.246. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit. Off.1 194 Familia ampla & honeſta. pro Mur.53. Occaſio ampla.4. Verr.41 Magna & ampla pars. 1. de Inu.9. Res pecuniaria ampla pro Quinct.7. Huic moderatori reipublicæ beata ciuium uita propoſita eſt, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honeſta ſit Att. 8.ep.155.2. Admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. 6. Ver. 60. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. fam.4.12.8. Siquid rogatus fueris, ut facias (quamquã id magnum & amplum eſt) perficies. Cæc.Cic.6.ep.7.17. Nihil amplum, nihil excelſum, nihil non ſummiſſimum atque populare. 1. ad At. 69. Amplum per ſe nihil eſſe, niſi in quo iudicij ratio extet, ad Brut.51.in ep.Bruti. Quidquid eſt, quamuis amplum ſit, id parum eſt tum, cum eſt aliquid amplius. pro Marc.135. Quis umquã ex tam amplo ſtatu concepit? ad Att.43. Conuenerunt corrogati, & quidem ampli homines, ſed immemores dignitatis ſuæ.3. Phil. 138. Loci præter modum ampli ad Her.21. Omnia quæ uobis cara atque ampla ſunt, in fidem & patrocinium mei conſulatus collata eſſe uideo. de L.Agr.25. Magna negotia & ampla & expedita habet Trebonius in ſua prouincia. fam.1. ep 3.1. Patrum amplis præmijs afficere aliquem. pro M.1 43. Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quam ipſe erat conſecutus. de Prou Conſ. 21. Suos uero omnes per ſe eſſe ampliores uolebat. in Læl. 61. Præmijs amplioribus ad diſcendum commoueri. 1 de Or.7. Homo uirtute cognita & ſpectata fide ampliſſimus. pro Cæ.75. Ampliſſimus eſt is qui ſua uirtute in altiorem locum peruenit. pro Roſc.Am.50. Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus. pro L. Manil. 1. Ampliſſimus ordo. pro Dom. Vir ampliſſimus & ornatiſſimus. pro Roſc.Am.67. de Finib.2.79. Ciuitas ampliſſima 7. Verr. 95. Ampliſſima curia. 6. Ver.136. Collegium decemuirale ampliſſimum. 4. Verr.45 Gymnaſium ampliſſimum. 6. Verr. 106. Theatrũ magnitudine ampliſſimum. ad Q.fr.1.ep.1.52. Ampliſſimum te eſſe cupiet. 10. Att.27. id eſt, ſumma auctoritate præditum. Pecuniã ampliſſimam poſſidere. pro Roſc Am.51. Ampliſſimo loco natus. 7. Ver.95. Familia ampliſſima natus.3. Verr.45. io Pæd 45. Ampliſſimi ciues. Att.l.7.ep.1.26.6 Res geſtæ ampliſſimæ. Att.li.8.ep. 153.3. Fortunas ampliſſimas amittere.7. Verr.13. Tuſc.1.136.

Ample.

Sublate ampleque dicere. de Cl.182. Elate & a. loqui non eſt auſus, cum humiliter demiſſeque ſentiret. 5. Tuſc.36. Exornat a. magnificeque triclinium. 6. Vert. 64. Nihil enim a. Cotta, nihil leuiter Sulpitius. in Or.57. Si ne hæc quidem ſatis a. ſatis honeſte dici putas. 2. de Fin.121.

Amplius.

Illi ſe ſuos armatos adduxiſſe dixerunt, etiam hoc amplius Cæcinam. pro Cæc.29? Aliquanto a. amplexus ſum animo. 4. Verr.1. A. centum naues. 12. fam.25.10 epiſt. Lentuli. Itaque non a. XIIII. cohortes Luceriam coegi. Att.130. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc a. naſiculatum habere aliquid, &c. ep.142. Mathematici confirmant ſolem a. duodeuiginti partibus maiorem eſſe, quã terram. Ac.q.20. Cui cum eſſem aſſenſus, decreui hoc a. ut tu, ſi arbitrarere utile fore, ex q. reip. eſſe, perſequerere bello Dolabellam. ad Brut.ep 5.1 Ac. a. non deſideramus. 4. Acad.104. Quidnam a. deſideratis iudices? 1. de Inu.112. Nihil dico a. pro Planc.14. At ego a. dico, H S quadringenties accepiſſe te arguo. 4. Verr.16. Facere quod libet, daturus non ſum a. in Verr.123. Etiam hoc amplius. pro Cæc.19. 2. de Fin.15. fam. 0. ep.25.1. Verr.4. 85. Etenim, Catilina, quid eſt quod iam a. exſpectes? 1. C.98. Quid enim, ſi illi inimiciſſimus eſſet, a. ad eius laudem minuendam facere potuiſſet? de har.256. Qui cũ a. centum ciues haberet ex conuentu Syracuſanũ. 7. Verr.121. Non luctabor, inquit, tecum Craſſe a. id eorum, &c. de Or. 91. Hora a. in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. 6. Ver.85. Laodiceæ uiginti pondo, paullo amplius. pro Flac. 54. Ego autem ædilis, hoc eſt paulo a. quam priuatus. a. Verr.23. Illic tibi dari a. abs te non petit. 4. ad Att. Si amplius H S nummo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſſam perdidiſti. pro Roſ. Com.5. A. eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturũ, uulgata catio in ſolutionibus. Brut.9. Conſules re audita a. de conſilijs ſententiam pronunitor. Brut.43. A. pronunciari. 3. in Verr.17. Cæſar, a. horas quattuor fortiſſime pugnauerunt. Att.l.8. A. quam centum ciues. 4. Verr.55. Incontentæ non quætuor amplius. Tuſc.47. Non a. quinque mil ia. 2. ad Att.37. A. paſſus quingentos. 10. fam.34. in epiſt. Galbæ. Quibus ne reiiciundi quidem a. quam trium iudicum præclaræ leges Corneliæ faciunt poteſtatẽ. in Ver.124. Seſe ipſum abs te repetiturum: nihil amplius. 7. Verr.100. Cum uterque eorũ ſcripſiſſet, hoc a. Theophraſtus, quæ eſſent. de Fin 126. A. ſunt ſex menſes. pro R.Com.4. A. erat, & eſſet a. ſi uelles, populo cariũ. in Ver.105. Non fere terius amplius. in Or.131. Nihil tribuit amplius. (paullo poſt,) Hoc amplius, addidit hominis uaturi. de Nat.2.24. A. triennium. pro R.Com.4. Qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos iã annos a. unis moribus, &c. uiuunt. pro Flac.49. Quid uis amplius? pro R.Amer.65. Quid multis amplius? pro Mil.27.

Ampliſſime.

Omnia collegia a. de ſalute mea decreuerunt. pro Dom.128. A. dari militibus agri. 5. Phil. Aliquem ſupremo die ſuo quam a. efferre. in Ant.124. A. ac magnificentiſſime omnes honores geſſit Sthenius. 4. Verr.78. A. ac honeſtiſſime ex prætura triumphare. pro Mur.13.

Amplitudo.

Amplitudo, eſt potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarum copiarũ magna abundantia. 2. de Inu.144. Amplitudo & quaſi quædam exaggeratio animi una eſt omniũ rerum pulcherrima, eoq. pulchrior, ſi uacet populo, neque plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet. Tuſc.2.55. Iſti in quibus lumina auctoritas eſt atque amplitudo. pro R Amer. 3. Honores & a. alicuius. 4. Ver.77. Maieſtas, eſt a. ac dignitas ciuitatis. de Or.123 A honorum. Off.2.87. Splendor omnis & aliarum rerum duarum, &c. 1. Off.98. Ad amplitudinẽ tuam meis officiis amplectendam. 5. fam.19. Ad claritatem amplitudinemq. aptior eſt eorum uita, qui, &c. 1. Off.101. Ad amplitudinem tuam conferimus omne noſtrum conſilium, &c. fam.10.ep. 1.7 A d tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinet. fam.1.ep.9.107 Ad ſummam amplitudinem peruenire. in Brut.154 Maieſtatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. ad Her.9. Vt omnes huius honores inter ſuos & amplitudinem poſſent cognoſcere. in Ver.151. Illuſtrabit tuam amplitudinem hominum iniuria. fam. 1. ep. 6. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, unam eſſe omnium rerum pulcherrimam. 2. Tuſc.107. Q. Pompeius poſteris ſuis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. pro Mic 127. Poſſum confirmare, te & ſenatum & pop.Ro. ſtudio amplitudinem tuam tecuturum. 1. fam.10. Ex ære fuit quoddam Cereris ſimulacrum modica amplitudine ac ſingulari opere. 6. Ver.98. Amplitudine ſumma dignus. pro Mur.14. Amplitudines quædam bonorum excitabuntur. 4. de Fin.29.

Ampliuagus.

Ampliuagas imagines reddunt. ad Her.22.

Amplio.

Quid fuit, iudices, quare iſtum hominem nefarium ampliaueriti? ad Her.4.205. Vt etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem. 3. Ver.17. pro Cæc.21.

Amplifico.

Amplificat atque ornat orator dicendo, ea quæ uulgo expetenda atque optabilia uidentur. 1. de Or.182. Nã attrectatu, & quaſi fricatum amplificatis dolorem. Tuſ.186. Facultatẽ diſſerendi amplificauit tibi Academia de N.d. Ornare aliquem & amplificare. fam. 15. 11. Aliquid orbis aut dicendo amplificare. 2. de In.151.1. de Or.119. Amplificare dignitatem alicuius. pro Mar.5. & Bruto, lib.11.5.8. Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare, antequam iret in exſilium. 3. Acad.ed.1. lib.2.5. Vereor interdum ne talium perſonarum, cum amplificare uelim, minuam etiam gloriam. 4. Acad.10. Exaggerare & amplificare orationem. 3. de Ora. 85. Rem familiarem amplificare. in Off. Summa autem laus eloquentiæ eſt amplificare rem ornando, &c. 3. de Ora.88. Amplificare res ſuas. 5. Philip.199. Conſeruare atque amplificare remp. pro L.Man 35. Sonus amplificatur. 2. de Nat.217. Vt poſtea narrari uoluptas, diſtinguique poſſit, augeri, amplificariq. non poſſit. 1. de Fin. 60. Ea quæ pro nobis eſſent amplificanda & augenda. 1. de Or.69. In augendis amplificandiſq. rebus. in Or.69.

Amplificans.

Et uirtutem ipſam laudibus amplificantis. de Fin 5.66.

Amplificatus.

A populo Romano ſemper defenſus, amplificatus, ornatus. pro Dom.21. & 69. Quibus in hominibus erat ſumma uirtus, & ſumma uirtute amplificata auctoritas. 1. de Inu.7. Dignitas tua quæ quidem a te ipſo integritate & clementia tua ſic amplificata eſt, ut nihil addi poſſe uideatur. ep.98. Eorum imperio reſpub. amplificata qui religioni paruiſſent. de Nat.2.6. Vrbs condita amplificataque. in Catil.49. Quorum ex illo intelligi poteſt, eorum imperiis rempublicam amplificatam. 2. de Nat 12. Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dediſti. pro Do.18. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, &c. 3. de Leg.47.

Amplificatio.

Amplificatio quid, & ex quibus conficiatur. Partit.16.28. Amplificatio quid, & quomodo tractanda. 2. ad Her.80. & 3.115. Eſt igitur amplificatio, grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Par.134. Amplificatio honoris & gloriæ. 1. Off.60. Pecuniæ. Diu.lib.2.14. Amplificatio rei familiaris,

ris, nemini nocens, nō uituperāda. Off. 1.37. Amplificationis quis effectus. Top. 53. Ergo in omni genere amplificationis exſtimus. Or. 206. Amplificationis ſpecies. 3. ad Her. 136. Amplificationis utilitas. 3. de Or. 58. 122. Amplificatione quo loco orationis utendum. Partit. 4. Amplificationes crebræ & breues in demonſtratiuo cauſſarum genere. 3. ad Her. 107.

Amplificator.

Amplificator dignitatis meæ. 2. fam. 9. & 10. fam. 12. Amplificator dignitatis tuæ. Nec uero Pythagoras nominis ſolum inuentor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit. 5. Tuſc. 15.

Ampulla.

Ad illam uitam, quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. de Fin. 4. 25.

Amputo.

Circumcidit & amputat multudinem. 4. Acad. 149. Volo eſſe in adoleſcente, unde aliquid amputem. Or. 119. Quæ ſit ſcientia atq. ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. 5. de Fin. 70. 1. de Or. 34. Amputare ra nos miſeriarum. Tuſc. 3. 11. Amputare ferro uitem ſerpentem multiplici lapſu & erratico. Cat. 48. Membra quædam amputantur, ſi, &c. Off. Sic in reipublicæ corpore ut totum ſaluum ſit, quidquid, eſt peſtiferum amputetur. 8. Phil. 244. Vt ſapiens ſolum amputata circumciſaque inanitate omni & errore, &c. de Fin. 1. 35. Infracta & amputata loquuntur. in Or. 97.

Amputatio.

Propagatio uitium ſarmentorumq., ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum remiſſio. de Sen. 33.

An, Anne.

Poſtulo mihi reſpondeat qui triſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. 4. Ver. 137. Tacitus metu an contumacia? Att. Quam orationem in Origenes ſuas retulit, paucis antequam mortuus eſt, an diebus, an menſibus? in Brut. 45. An ille tempus aut in poetis euoluendis conſumeret, aut se in muſicis contereret? 1. de Finibus. 108. pro Mil. 5. An in compoſitione, pro, ab Or. 89. In quo quæſitum eſt, in toto ne circuitu illo orationis, an in principiis ſolum, an in extremis, an in utraque parte numerus, tenendus ſit. in Or. 118. An omnia emendata in illis. de Nat. 1. 55. An partus ancillæ ſit ne in fructu habendus, diſſeretur inter principes ciuitatis, P. Scæuolam, Marcumque Maniliumque. 1. de Fini. 19. Refert etiā qui audiant: ſenatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an ſinguli. 3. de Or. 117. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? 5. Ver. 93. Id utrum Romano more locutus ſit, an quo modo Stoici dicunt, poſtea uidero. fam. 7. ep. 16. 4. Vtrum quod minus, &c. an quod corpora, &c. Tuſc. 291. Multum enim intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. fam. 1. ep. 7. 27. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Tuſc. 1. 51. An tu Narbonæ in menſas hoſpitum cum uomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? 2. Phil. 83. An uero ſi de re ipſa, ſi de finibus controuerſia eſt, &c. 1. de Orat. 130. An uero urbi Romulus ille aut paſtores, &c. aut ſinitimorum uim repreſſiſſe eloquentia uidetur, non conſilio & ſapientia ſingulari? 1. de Or. 19. An ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus nō licebit? pro Balb. 43. Non internoſcat uera illa uiſa ſint, anne falſa. 4. Acad. Nam quid ego de conſulatu loquar? parto uis, anne geſto? in Piſ. 1. Anne licebit fœderatis, iſtne nobis non licebit? pro Cor. 66. Cum interrogetur, tria pauca ſint anne multa. 4. Ac. 165. Quærendumq. utrum una ſpecies & longitudo ſit earū, anne plures. in Or. 119. Scire uelim quomodo dicar ſpopondiſſe, pro patre, anne pro filio? Att. 289. Neſcio anne quinq. uirum quidem quemquam, &c. Acad. 34. Anne Imperatorum ſcientia nihil eſt? Diu. 85.

Anagnoſtes.

Nam puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſitheus deceſſerat. Att. 1. 23. Tuus ſeruus anagnoſtes. 5. fam. 23.

Analogia.

Ἀναλογία Græce, Latine comparatio, proportioue dici poteſt. de Vni. 17. ἀναλογία me decreperat. 6. Att. 23. Quod analogiam Stoici, nos appellamus conuenientiam. 3. de Fin. 33.

Anapæſtus, ſiue Anapæſtum.

Anapæſtus pes. Tuſ. 2. 31. pes eſt conſtans ex duabus ſyllabis breuibus & una longa. dicitur etiam ἀντιδάκτυλος Ita factus eſt anapæſtus, qui Ariſtophaneus nominatur. de Or. 215. Nec ſileiur illud potentiſſimi regis anapæſtum. 3. Tuſc 96. Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæſti, & ſpondei pedem inuitat. de Or. 159. Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc anapæſto citantur. de Fin. 68. Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe uerſus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſta. in Or. 110. Nec adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio. 2. Tuſc. 63.

Anapæſticus.

Anapæſticus uerſus. in Or. 100.

Anaphora.

Anaphora, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. 4. Ver. 16.

Anas.

Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. 2. de Nat. 93.

Anaticula.

Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boues. 5. de Fin. 99.

Anatociſmus.

Interim cum ego in edicto translatitio, centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmi anniuerſario, ille ex ſyngrapha poſtulabat 1111. Att. 5. 52. Clamare omnes qui aderant nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus nō eſſet. Att. 5.

Anceps.

Cauſſa anceps. 2. de Or. 100. Anceps cauſſæ genus quid. 1. de In. 29. Anceps cura propter incertos exitus præliorum. 12. fam. 17. Cū eſſet incertus exitus, & anceps fortuna belli. pro Marc. 9. Anceps locus. 2. de Or. 68. Fit ut diſtrahatur in deliberādo animus, afferatq. ancipitem curam cogitandi. Off. 3. In ambiguis ancipitem & multiplicem uerborum poteſtatem eſſe. ad Her. 41. Sed eius temporis ancipitem uideo quaſi ſatorum uiam. Som. Scip. 6. id eſt, incertam, quæ ſcilicet huc uel illuc ducat. Vos ancipiti contentione diſtracti de imperio dimicaretis. pro Pomp. 5. Beſtiarum aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede uiuentes. de Nat. 1. 73. Et uiri ſæpe excellentis ancipites uariique caſus habent admirationem. fam. 5. ep. 12. 19. Ancipites diſputationes, in quibus de uniuerſo genere in utramq. partem diſſeri copioſe licet. 3. de Or. 59. Ancipites Academicorum uiæ & rationes. 3. de Or. 81. Ancipites dicendi incertoſque caſus non extimeſcit. in Or. 53.

Anchora.

Præcidere anchoras. 7. Ver. 70. id eſt, funes anchorarios. Epiſtola, quam (ut ſcribis) anchoris ſolutis de phaſelo dediſti. 1. ad Att. 23.

Ancilla.

An partus ancillæ in fructu ſit habendus. de Fin. 51. Ancillam domini iuſſu aliquid facere. de Or. 134. Hunc ſerui, ancillæque amant. 5. Ver. 8. Muliebris & delicatus ancillarum puerorumq. comitatus. pro Mur. 106.

Ancillula

Iuris ſcientiam eloquentiæ, tamquam ancillulam pediſſequamque, adiunxiſti. 1. de Or. 121. de Fin. 2. 111.

Ancillaris.

Itaque ancillari ſordidoque artificio regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam. Tuſc. 52. 239. Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares. Sal. in Cic. 271.

Ancillor.

Non enim uni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi. in Sal Inſt. 6.

Anfractus.

Anfractu non longa circumſcripta oratio, ſed ad ſpiritum uocis apta. In Part. 12. Iam uero quid opus eſt circuitione & anfractu, ut ſit utendum interpretibus ſomniorum potius, quam directo? 2. de Diu. 190. Et uitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorum anfractu ſequi maluiſſe. pro Clu. 124. id eſt, ab illa perplexa difficultate quæ uerſatur in iudiciis. Cum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus redituſq. conuerterit. in Som. Scip. 7. Itaque ut ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto. 2. de Leg. 32. Quæque (figura) nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? 2. de Nat. 67.

Angiportus.

Nullum in urbe uicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus. pro Mil. 113. Ait eos angiporto toto deerraſſe. ad Her. 40. Ex horreis directum effuſumque frumentum uias omnes angiportuſque cōſtrauerat. 1. de Diu. 120. Vt omnibus in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuæ ponantur. 4. Verr. 99.

Ango.

Angit me illa cura. ad Q. fr. 3. 19. 2. Hoc me maxime angit, & ſollicitum habet. de Sen. 91. Illud angit uel potius excruciat. Tuſc. 1. 27. Multa ſunt enim quæ me ſollicitant, anguntque. Att. 1. 13. 3. de Fin. 1. 65. de Sen. 61. De Statio manumiſſo, & nonnullis aliis

rebus angor equidem. Att.2.33.5. Sed non poſſum ſine dolore accuſare eum de quo angor & crucior. Att.7.140.1. Angor tibi quidquam eſſe iucundum. 7.fam.29. Angebar ſingularum horarum exſpectatione. Att.9.170.1. Antea ſollicitus eram, & angebar, quo uti conſilio poſſem. Att.138. Neque tot curis uigiliiſque angereiur, ſi, &c. pro Arch.191. Augi animo. in ep.l.14.14.2. de Clar.4. Appropinquatione mortis. de Fin.5.28. Cruciatu timoris. 2.Off.33. de ceſſu amicorum. Læl.9. Dimitiis. pro L.Agr.71. Dolore. Off.a Alicuius rebus proſperis. Tuſc.3.18. Intimis ſenſibus. 5.Att.17. Recte factis commodiſque amicorum. Læl.53. Suis incommodis grauiter angi. in Læl.

Angor.

Angor, eſt ægritudo premens. Tuſc.4.15. Quamobrem angor iſte, qui pro amico ſæpe capiendus eſt, &c. in Læl.45. Angoris & doloris tui leuandi cauſſa. 6.fam.41. Curam & angorem animi leuare ſermone. Att.1.55. Sic robuſtus animus & excelſus omni eſt liber cura & angore, cum & mortem contemnit. 1. de Fin.75. Angores, ſollicitudines, nocturni diurnique metus. Of.69. Nec me angoribus dedr, quibus eſſem confectus, niſi reſtituiſſem, nec rurſum indignis homine docto uoluptatibus. 2.Off.3. Me ab omnibus moleſtiis angoribuſque abducam. ep.70. Ab angoribus uacuitas. 1.Off. 7. Angoribus & moleſtiis implicatus. 5.Tuſc.

Anguis.

Emergit anguis ab infima ara. 1. Diu.125. Angues ingentes aliter iuncti iugo. de Inu.48. Angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuectas, interficiunt atque conſumunt ibes, aues excelſæ: ea quo fit, ut illæ nec morſu uiuæ noceant, nec odore mortuæ. de N.d.1. 72. Gracchus, duobus anguibus domi comprehenſis, haruſpices cõuocauit. de Diu.88.

Anguiculus.

Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, &c. 5. de Fin.39.

Anguinus.

Anguina ceruix. 2. Diu.198.

Anguitenens.

Atque hæc quidem a tergo: propter caput autem Anguitenens,
Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii: hic preſſu duplici palmarum continet anguem. 2. de Nat.156.

Angulus.

Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum. 5.Ver.168. in Catil.2.30. Nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. in Cat.106. Ad omnes litterarum angulos reuocare. pro Cæc.81. Terrena & humida, ſuopte nutu & ſuo pondere, ad pares angulos in terram & in mare feruntur. Tuſc.156. In angulis conſumendi otij cauſſa diſſerere. 1. de Or. 30. Nihil angulis inciſum habet mundi forma. de Vni.23.

Angulatus.

Eſſe corpuſcula quædam læuia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata. 1. de Nat.89.

Anguſtus.

Anguſtus animus 14.Phil 39. Domus. 1. de Fin.100. Liberalitas. 3.fam.29. Mens. poſt redit. in ſen.7. Anguſtũ & latũ. 4.Acad. &.164. Animi anguſti & demiſſi eſt, triumphi honorem contemnere. in Piſ.44. Animi anguſti & parui eſt, amare diuitias. de Am.98. In anguſtum adducere. Partit.57. In anguſtum adduci. Læl.29. Contrahere, in anguſtumque concludere perturbationes animi. 4. Acad. 55. In paruum & anguſtum locum concludi. 1.Off.79. In anguſtũ deducere. Acad.ed.2.li.1.27. In anguſtum uenire. pro Plan.44. Illã partem alteram nimis exiguam & anguſtam eſſe uoluiſti. pro Rab. 92. Ecce autem alij minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes. de Fin.61. Anguſtæ res & ſubitæ. 10.fam.33. Pontes etiam lex Maria fecit anguſtos. de Leg.191. Diſputationibus anguſtis & conciſis illigari. 2. de Or.33. Anguſtis interrogatiunculis pungere. 4. de Fin.12. Anguſtior petitio conſulatus. pro dom.20. Anguſtior ſpiritus. 1. de Or.136. Anguſtiſſimæ ſemitæ. pro L.Agr.93.

Anguſte.

Anguſte & exiliter dicere, eſt Atticorum. de Cl.Or.169. Preſſe & anguſte rem definire. in Or.63. Anguſte ſedere. Neque tamen quidquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim, qua de re agitur, addere. pro Mur.26. Quæ breuius anguſtiuſque concluduntur, apertiora ſunt ad reprehendendum. de Nat.2.15. Pergit idem, & urget anguſtius. de Nat.2.16.

Anguſtatus.

Omnis enim terra quæ colitur a uobis anguſtata uerticibus, lateribus latior. in Som.Scip.42.

Anguſtia.

Anguſtia concluſæ orationis, nõ facile ſe ipſa tutatur. de Nat.2, 16. Rei familiaris anguſtia. de Partit.61. Anguſtiæ, per quas penetrauit ea, quæ eſt nominata Argo. Tuſc.1.38. fauces ponti Euxini. Fretorum anguſtiæ. de Nat.30. Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non egeſtas animi recipit tantam perſonam. in Piſ.84. Anguſtiæ pecuniæ. 12.fam.63. Verborum. pro Cæc.61. Quæ eſt igitur cauſſa tantarum anguſtiarum? de Fin.121. Excuſationem anguſtiarũ tui temporis accipio. 16. fam.29. Adductus in ſummas anguſtias. pro Quinct. Cur eam (ſub. orationem) in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Acad.ed.1.lib.2.101. intelligit ſubtile, & anguſtum differendi genus, quod placuit Stoicis. In anguſtias tãtas Antonium compuliſſem, ut, &c. 11.fam.17. Anguſtias uides: curati tamen ea tibi utique iubet. 10. Att.38. Et multa alia quæ ſenatus propter anguſtias ærarij uendenda cenſuit. cont.Rul.73. pro Balb.67. & 5.Ver.156. de prou.Conſ.9. Etenim uerebatur, credo, anguſtias quaſi res, &c. pro Plau.270. Quantis ex anguſtiis orationem educere auſus es. de Or.154. Ex anguſtijs meis illius ſuſtento tenuitatem. 16.fam.28. In anguſtiis eſſe. 11.Attic.5. In anguſtijs atque in faucibus Græciæ poſita Corinthus. cont.Rull.86. In anguſtijs uerſari. 11. fam.1. Sed tamen in his uel aſperitatibus rerum, uel anguſtiis tẽporis, obſequar ſtudiis noſtris. 1. de Or.2. Tuus animus numquam his anguſtijs, quas natura nobis ad uiuendũ dedit, contentus fuit. pro Marc.135. Anguſtiis temporis excluduntur omnes. 3.Ver.105. Etſi is anguſtiis, quibus plerique putant, teneretur. Tuſc.3.14. Anguſtiis urgeri. de Fat.49.

Anhelo.

Iſte anhelans ex infimo pectore cruditatem. ad Her.241. Itaque anhelans eximis pulmonibus, præ cura ſpiritus ducebatur. ad Her. 34. Tum gelidũ ualido de pectore ſtigus anhelans. 2. de Nat.265. Scelus anhelantem, peſtem patriæ nefarie molientem. in Catil.25. hoc eſt, ad ſcelus omni conatu adſpirantem.

Anhelatus.

Nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. 3. de Or.23.

Anhelitus.

Euanuiſſe aiunt uetuſtate uim loci eius, unde anhelitus ille terræ fieret. 1. de Diu.97. Anhelitus terræ, qui frigidi ſunt, cum fluere cœperint, uentos eſſe placet Stoicis. Diu. lib. 2 32.63. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamiſtri notata ueſtigiis, in eam cogitationem adducebat? poſt redit. in ſen. 14. Quam tum fore anhelitus cenſeus? in Ant.246. Ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates: quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur. 1. Off.182. Credo etiã anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. 1. Diu.187.

Anicula, uide Anus.

Anilis, Anilitas, Aniliter, uide Anus.

Anima.

Si ſimples animus, utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis? Acad. 31. Hæc agens anima uitali flamine mulcet. In Ar. Quod anima eſt, id motu cietur interiore & ſuo. Somn. Scip.32. Anima dum ægroto eſt, ſpes eſſe dicitur. Att.9.181.6. Anima inflammata. Tuſc. 1.35. id eſt, aer igne caleſcens. Anima rationis conſiliique particeps. de Nat.1.61. Anima, pro uita uel ſalute. in Catil.91. pro Marc. 13. pro Mur.33. Sui, ne putreſceret, anima pro ſale data eſt. de Nat.58. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur, ea caleſcit primũ ab ipſo ſpiritu. 2. de Nat.104. Anima triplex, iuxta Platonem. Tuſc.1.18. Hæc eſt natura propria animæ atque uis, ut ipſa a ſe ipſa moueatur, quæ ſi eſt una ex omnibus, quæ ſeſe moueat, neque nata eſt certe, & æterna eſt. de Som.131. Interclusio animæ, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt clauſulas, atque interpuncta uerborum. 3. de Or.100. Animæ principatum, id eſt, rationem in capite, ſicut in arce poſuit Plato. Tuſc.1.18. Animum antẽ, aliis animam, ut fere noſtri declarant, nominari. 1.Tuſc.30. Animam agere. pro R.Com.14. Amittere. 14. fam.12. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, ſi nullus fuerit in mũdo deus. de Nat.65. Quæ non modo animum integrum, ſed ne animam quidem putam conſeruare potuiſſet. 5.Verr.114. Ducere animam de cælo. pro Sex.R.43. Edere uel retinere. pro Sext.71. Efflare. Tuſc. 152. Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eamque a pulmonibus reſpirat, ac reddit. de Nat.53. Animam eſſe immortalem. Læl.12. Animam & aquam deus inter terram & ignẽ poſuit, eaque inter ſe cõparauit, & proportione coniunxit de Vn.19. Animã profundere. pro Marc.18. Is tibi omnia præter animam tradidit. pro S.R.45. Deinde eum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima eſt aſſecutus, ut, &c. 1. de Or.236. Præterea de ueſtra uita, de coniugum ueſtrarum ac liberorum ani-

ma,

ma,hodierno die iudicandum eſt.in Catil.122.Reliqua eſt cauſſa, quæ non delata ad me,ſed in anima ſenſuque meo, penitus affixa atque inſita eſt.in Ver.264.In unius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima poſitas noſtras omnes ſpes habemus.8. Att. 85.Anima circunfuſa non fuerunt extrema mundi, ut reſpirationem requireret.de Vni.23.Anima ſua ſuperare.poſt redit.19.Conſiderandum uobis etiam atque etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis. ep.239. Vos meæ cariſſimæ animæ quamſæpiſſime ad me ſcribite.14.fam.23.

Animula.

In animula unius mulierculæ ſi iactura facta ſit.4.fam.18.

Animal.

Animal & inanimum hoc maxime diſcrepant,quod inanimum nihil agit,a.agit aliquid.Acad.ed.1.lib.2.37.Inanimatũ eſt omne, quod motu agitatur externo:quod autẽ a. eſt, id motu cietur interiore.de Som.131. Cum hoc animal tam ſit canorum ſua ſponte. Diu.120.id eſt,gallus, Homo, diuinum a. de Fiaib.73.Siue a. ſiue e terra editum.de Nat.2.18.Mortale igitur omne a.& diſſolubile,& diuiduum ſit neceſſe eſt.de Na.65. Feci iter per eius poſſeſſionem, in qua a. nullum reliquum eſt.Att.87. Ex tot generibus nullum eſt a.præter hominem, quod habeat notitiam aliquam.de Leg.160. Nullum a.quod ſanguinem habet,ſine corde eſſe poteſt. Diu.1.101.A. nullum ſempiternum.3. de Nat.22. Omne animal naturam patibilem habet.3. de Nat.20. Omne animal ſimul ut ortum eſt,& ſeipſum,& omnes partes ſuas diligit. de Fin.2. 30. Omne a.ut unis,ita uotis motu ſui corporis.de Diu.105.A.prouidum & ſagax,homo.1.de Leg 32.Vt a.,quod uidemus,eſſet illi animali quod ſentimus ad æternitatis imitationẽ ſimillimũ de un.43. Charybdim dico,quæ ſi fuit fuit a.niuum.in Ant.173.Quomodo non poteſt a.ullum non appetere id,quod accommodatum ad naturã appareat,ſic non poteſt obiectam rem perſpicuam non approbare.Aca.q.ed.1.li.2.37.A.uoũ aſpectabile,in quo alia omnia animalia continentur, mundus.de Vn.13. Erat enim perſuaſum,etiam ſolem,lunam,ſtellas omnes,terram, mare,deos eſſe: quod quædã animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat.4.Acad.213. Animal eſſe mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia cõſtitutum.de Vni.11.Si mentem iſtam quaſi a.aliquod uiſe uoluerit. de Nat.1.20.Cum tu complexus es illud funeſtum a. ex nefariis ſtupris concretum.in Piſ.84. Cum autem in locis ſemen inſedit,rapit omnem fere cibum ad ſeſe,eoque ſeptum fingit anima de Nat.51.Omni animali illud,quod appetit,poſitum eſt in eo,quod naturæ eſt accommodatum.de Fin.5.21.Conſul ille,quem ego in hoc animali inuenire non poſſem.in Piſ. 83. In omni animali eſt appetitio & declinatio naturalis.3.de Nat.22. Alij ſummum bonum in eo genere ponunt,quod ſit extra noſtram poteſtatem,tamquam de animali aliquo loquantur.de Fin.114.Iã uero alia animalia gradiendo,alia ſerpendo, ad paſtum accedunt.de Nat.50. Animalia habent ſuos impetus,& rerum appetitus.Off.35.Animaliũ alia ſugunt, alia carpunt,alia uorant, alia mandunt cibum.2. de Nat.91. Omnium animalium commune eſt ſecundum naturam uiuere. de Fin.5. 22. Animalium genera quatuor.de Vni.43. Quot formas animalium mens in ſpeciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo ſecum cogitauit effingere.de Vo.43.Animalia & animantes fruſtra appellare cenſuit Dicæarchus.Tuſc.1.18.

Animalis.

Vis animalis qua omnia reguntur.de Na.1.24. Natura animãtis uel terrena,uel ignea,uel animalis,uel humida.de Na.66.Reliquæ duæ partes,una ignea,altera animalis,&c.Tuſ.1.56.Euiſcerata anima cũ animali ſono de Diu.136.Vt murũ in ſimulachrum ex animali exemplo ueritas transferretur.de In.62. Principio enim terra ſita in media parte mundi circumfuſa undique eſt hac animali ſpirabiliq. natura, cui nomen eſt aer.de Nat.44.Siue illi animi ſint animales,id eſt ſpirabiles,ſiue ignei.1.Tuſ.63.

Animabilis,uide animus.

Animaduerto.

Ecquid animaduertatis horum ſilentium? Cat.15.Nonne animaduertatis? de Nat.78. Cum ille non daret (nummos), animaduertit.Improbum, ſed non inauditum,genus animaduerſionis uidete.3.Ver.30.Experrecta nutrix animaduerꝺit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.1. de Diu.134.Sin autem dii neque poſſunt nos iuuare, nec uolunt,nec omnino curant,nec quid agamus animaduertunt,&c.1.de Nat.6. Animaduerto enim, & didici ex tuis litteris, &c. fam.lib.3.5.3. Sed quid ſingulorum opiniones animaduertam? Tuſ.1.96. Deinde me obſecras amantiſſime,ne obliuiſcar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. Att. 6.118.32. Sed ut adſint, cognoſcant, animaduertant.1.de Nat. 11.Cum uident unum eſſe aliquem qui hæc officia maxime animaduertat.de Petit.210.Poteſtas erat iſti homini integro atque innocenti data,ut in Apronium cũ animaduertiſſet, ſeſe grauiſſime leuaret infamia.5. Verr.119.fam.5.a. 20. Crudeliter in aliquem animaduertere.ep.60.Tu qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent.in Ver.120. Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere. Dignitas tua facit, ut animaduertatur quidquid facias.ep. 182. Quod quidem quale ſit, etiam in beſtijs animaduerti poteſt.de Am.27. Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maxime, quæ difficillime præcauentur.pro Roſc.Am.68.in Catil.fam.l.5.2.20.

Animaduerſus.

Oratoris peccatum,ſi quod eſt animaduerſum, ſtultitiæ peccatum uidetur.de Or.95. Aut euentis animaduerſa & notata.Diu. lib.1.64.

Animaduerſio.

Omnis & animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet, neque ad eius qui punit aliquem, aut uerbis caſtigat, ſed ad reipub.utilitatem referri.Off.1.125. Animaduerſio in ſceleratos ſeruos.1.Phil 3.Excitanda eſt animaduerſio & diligentia,ut ne,&c.de Or.122.Mediocris animaduerſio atque admonitio.lib.1. de Fin. 24. Comprehenſio ſontium, mea animaduerſio ſenatus fuit. in Anto.164. Notatio naturæ,atque animaduerſio peperit artem. in Or.106.Atque hoc totum eſt,ſiue artis,ſiue animaduerſionis, ſiue conſuetudinis,noſſe regiones.&c. de Or.122. Continere aliquem metu animaduerſionis. de Fin.56. Animaduerſionis paternæ metus.pro S.Roſc.28 Animaduerſio uitiorum. pro Clu.44. Animaduerſionem conſtituere.3. Ver.48. effugere. in Or.113. Et ſi ex his ſtudijs delectatio ſola peteretur,tamen, ut opinor, hanc animaduerſionem communiſſimam atque liberaliſſimam iudicaretis.pro Arch. Maiores noſtri numquam iudicium nominauerunt, neque perinde ut rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem & auctoritatem cenſoriam. pro Clu. Animaduerſionem & ſupplicium remittere alicui.fam.5.24. In animaduerſione pœnaque eſſe duriorem.Att.282.Notationes animaduerſioneſque cenſorum.Off.74.

Animaduerſor.

Itaque ut in fidibus muſicorum, aures uel minima ſentiunt: ſic nos ſi acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum, magna ſæpe intelligimus ex paruis. 1. Off. 203.

Animal,uide Anima.

Animans,Animatio,Animatus,Animo, Animoſus,uide Animus.

Animus.

Quid ſit a.aut ubi, aut unde, magna diſſenſio eſt. Tuſ.1.16.A. eſt mens ſine corpore ullo, ut dixit Xenocrates.Acad 31.Eſt enim a.cæleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus,& quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatique contrarium. de Sen.70. A.eſt qui uiget,qui ſentit,qui meminit,qui præuidet & moderatur & mouet id corpus,cui præpoſitus eſt.de Som.130.A. unus ex omnibus rationis,contentioniſque ſempiternarum rerum& ſub intelligentiam cadentium compos & particeps:quo nihil ab optimo genitore melius procreatum; quippe qui ex eadem uinctus, alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium,proportione compacta,ſe ipſe conuerſans, cum materiam mutabilem attipuiſſet, & cum ruſſus indiuiduam atque ſimplicem, per quam omnis mouetur,diſcernitque quid ſit eiuſdem generis,& quid alterius, & cetera diiudicat quid cuique rei ſit maxime aptum, quid quoque loco,aut modo,aut tempore contingat,quæque diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur, & ea quæ ſemper ſint eadem. de Vni. 35. Non ſolum a. a factis, ſed aures quoque a commemoratione abhorreant.16.fam.27.A.a medio profectus, extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit, ſeſeque ipſe uerſans, diuinæ ſempiternæ ſapientiſque uitæ induxit exordium. de Vni.33.A.a ſe ipſe diſſidens,ſecumque diſcordans.de Fin.1.45.A. ab anima dictus.Tuſc.1.17.A.ab iracundia ante occupatur, quam prouidere ratio potuit ne occuparetur.1.Q.fr.29. Noſtris a. acceſſit,hoſtibus timor iniectus eſt.Att.78.A.accipit quæ uidemus, Tuſ. 5.79 Acer & præſens a.2.de Or.47.A. æger (ut ait Ennius) ſemper errat,neque pati,neque perpeti poteſt, cupere numquam deſinit. Tuſ.lib.3.4.A. ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus uacuus,perfecte atque abſolute beatos efficit.Tuſc.4.30. A.æquus. pro Roſc.Am.85.A. ſeipſum ſemper mouet, atque idcirco non eſt natus,ſed æternus.Tuſ.1.45.A.afflictus & fractus.12 Att.28.A.ſemper agit aliquid,neque ulla conditione quietem ſempiternam poteſt pati.de Fin.1.51.Scire enim uis quo uno a.altius.12. Att.9. Animus altus. de Fin.138.A. altiſſimus & gloriæ cupidus. Offic. 1. 93.Amplus,a.& excelſus,& patiens incommodorum.1 de In.120. A.anguſtus.Offi.1.97.Anguſtus atque demiſſus a.in Piſ.44.A.anxius & ſolicitus.ep.57.Apertus & ſimplex a.1.lib.1.9.91.A.calidior eſt,

eſt, uel potius ardentior, quam eſt aer terræ proximus. Tuſc.1.35. Vt oculus, ſic a. ſeſe non uidens, alia cernit. Tuſc.1.54. A. nulla niſi noua aut admirabili re commouetur. 3. ad Her.130. A. concitatus abſtractuſque ab integra certaque ratione, non conſtantiam ſolum amittit, uerum etiam ſanitatem. Tuſc.4.30. A. conſolatis. 10. fam. 12. A. animum nuntio naturalem in ſe continet uocum omnium menſionem. Or.102. Quemadmodum oculus conturbatus non eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum: ſic conturbatus a. non eſt aptus ad exſequendum munus ſuum. Tuſc.3.13. A. corruptus largitionibus. ad Brut.9. A. currens. 6. Att.45. A. cum ad ſui ſimile penetrauit, in eo nulla re egens aletur, & ſuſtentabitur iiſdem rebus, quibus aſtra. Tuſc.1.37. A. cum multum corpori præſtet, obſeruetúrque ut caſto corpore ad deos adeatur, multò eſt in animis id ſeruandum magis. Animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt. 2. de Leg.26. A. cum ſuperauit regionem aeris craſſi, naturamque ſui ſimilem contigit & agnouit, ignibus inſiſtit, & finem altius ſe efferendi facit. Tuſc.1.36. A. cum languore corporis, nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in uiſa uaria & incerta, ex reliquiis inhærentibus earum rerum, quas uigilans geſſerit aut cogitarit. Diu.2.99. Quod ſi cui ſimul a. cum re concidit. Tuſc.3.34. Hominibus a. datus eſt, ex illis ſempiternis ignibus, quæ uos ſidera & ſtellas uocatis. de Som.128. A. de ſe ipſa tum iudicat, cum id ipſum, quo iudicat, ægrotet. Tuſcul.3.1. A. opinionibus maloque more (id eſt, uſu & conſuetudine uitæ) delinitus. Tuſc.5.58. A. deſertus languore corporis. Diu.2.107. A. ut Euripides audet dicere, deus eſt. Tuſc.1.52. A. diuinus eſt. Tuſc.1.52. A. diuinus, corpore liberatus. Tuſc.1.42. A. appropinquante morte, multo eſt diuinior. Diu. lib.1.58. A. in duas partes diuiſus, alteram rationis participem, alteram expertem. Tuſcul.4.9. A. eſſe minaius. Tuſc.4.49. Animus oculorum effugit obtutum. de Vni.33. A. ſenſum omnem effugit oculorum. de Vni.63. Ardor mundi a. eſt. de Nat.2.23. A. eſt in curſu. 15. Att.23. Quamquam a. eſt præſtans, tamen uoluntas mea deficit. 1. Att.56. A. *rerum bonarum exſpectatione erigitur.* 2. de Leg.29. A. ex quo ani*mal dicitur.* de Nat.66. A. exantlatus. Tuſcul.2.16. id eſt, exhauſtus ærumnis. Quorum aut ingenio, aut uirtute a. excellit. Tuſcul.1.29. A. excelſus atque inuictus. Off.1.23. Excelſus & magnificus. Offic.1.111. A. exſpectat quidnam, &c. 15. Attic.16. A. corporis expers Xenocrati, & antiquis philoſophis. Acad. ed. 2. lib.1.38. A. feſtinat. 2. Philip.63. A. prudentia conſilioque fidens. Offic.1.113. A. firmus & grauis. 9. fam.38. A. fortis & magnus, duabus rebus maxime cernitur: quarum una eſt in deſpicientia rerum externarum: altera in rebus magnis & utilibus, ſed uehementer arduis gerendis. Off.1.95. Tuſc.2.8. A. fortis & magnani*mus in homine non perfecto nec ſapiente*, feruentior plerumq. eſt. *Off.* 1.71. quoniam feruorem fortitudinis Ariſtoteles 3. Ethic. exceſſum facit, ὑπερβολὴν. Fractus a. fam.1.9.45. Fractus & abiectus. Parad.44. Generatus a deo. 1. Diu.122. A. tres partes habet, ut Platoni placuit; rationis, iræ, cupiditatis. Acad. ed. 1. l. 2. 115. eas Plato λόγον, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν uocat. A. harmonia, ſecundum Ariſtoxenum. Tuſc.1.18. A. hominis diues, non arca appellari ſolet. Parad.55. A. hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium. Tuſc.1.46. A. hominis numquam naturaliter diuinat, niſi cum ita ſolutus eſt & uacuus, ut ei plane nihil ſit cum corpore. Diu.1.96. A. hominis quibus rebus beatus fiat. 1. de Leg.46. Cur a. hominis quicquã ignoraret, ſi eſſet deus? de Nat.1.21. A. hominis, ſi nihil eſſet in eo, niſi ut per eum uiueremus, eſſet nobis cum *beſtiis* plantiſque communis. Tuſc.1.46. beſtiæ enim & plantæ animam uegetatiuam ſeu uitalem habent, per quam uiuunt. A. hominis, ſi nihil haberet, niſi ut appeteret aut refugeret, id ei eſſet commune cum beſtiis. Tuſc.1.46. nam & beſtiæ appetunt quæ ſunt bona, & refugiunt contraria. A. humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. Tuſc.5.29. A. humanus ſic, ut natura cæleſtis, & terra uacat, & humore. Tuſc.1.53. A. humanus, ſi eſt excultus, & ſi eius acies ita curata eſt, ut ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id eſt, abſoluta ratio, quæ eſt idem quod uirtus. Tuſc.5.29. Humilis atque imbecillis a. de Fin.59. Humilis a. & pertinax. ad Marc.4.7.7. contraria. A. imbecillus atque anilis. Diu.2.97. A. imbecillus, remiſſuſque. Diu.2.107. A. ieiunus, uel anguſtus. 14. Phil.396. A. in corpore incluſus. Tuſc.1.47. A. in corpore tamquam alienæ domi. Tuſc.1.42. propria enim eius ſedes, eſt cælum. A. eſt in hortis. Att.12.238.3. Ex hoc ille a. in prælijs paratus ad uulnera. Tuſc.2.33. Ad inuentionẽ a. facilius incedet. 2. de Inu.152. A. furore diuino incitatus. Diu.1.78. A. inflatus & tumens. Tuſc.3.16. A. infixus in patriæ caritate. ad Brut.35. A. ſe inijciens & intendens in immenſum. de Nat.1.38. A. intentus. Tuſc.4.8. Vt onera contentis corporibus fa*cilius feruntur*, remiſſis opprimunt: ſimillime a. intentione ſua de*pellit preſſum* omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut *ſe nequeat* extollere. Tuſ.2.48. Si a. una cũ corpore interit, nullus in eo ſenſus remanet, ipſe enim nuſquam eſt. Tuſc.1.67. A. index omnium. Tuſc.1.39. A. iunctus ex anima tenui, id eſt, aere, & ardore ſolis temperato. Tuſc.1.36. A. iuxta Empedoclem, eſt cordi ſuffuſus ſanguis. Tuſc.1.17. A. leuis & calidus. Tuſ.1.36. A. magnus elatuſque, humanaſque res deſpiciens. Off.1.87. Magnus, erectuſq. de Fin.5.64. A. magnus & excelſus. Off.3.30. fam. lib.1.9.91. A. magnus & fortis. Att.6.163.1. A. mollis, demiſſus, humilis, eneruatus, languens. Tuſ.185. A. mollis & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. 1. Att.48. A. mundi. Acad. ed. 2. lib.1.21. Vult & Plato in Timæo mundum eſſe animantem, & omnium, qui ſub aſpectum cadunt, animantium perfectiſſimum. A. mundi, omnium rerum quæ ſunt ei ſubiectæ quaſi prudentia quædam, procurans cæleſtia ac humana, ſecundum Academicos. Acad. ed. 2. l. 1. 21. A. nec ſeceriui, nec diuidi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt: nec interire igitur. Tuſc.1.58. Cum præſertim ipſe quoque a. non inane neſcio quid ſit, ſed in quodam genere corporis. de Fin.4.30. A. paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Off.1.91. A. paruus. Off.1.97. Patrius. pro Roſc. Am.26. A. late longeque peregrinatur. de Nat.1.38. A. perturbatus. Tuſc.3.7. Vt qui e Leucade ſe præcipitauerit, ſuſtinere ſe, cum uelit, non poteſt: ſic a. perturbatus & incitatus, nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco uolt, inſiſtere omnino. Tuſ.4.32. Promptus a. & alacris ad defendendam rempub. fam. li. 3.11.12. Vt optima quiſque ualetudine affectus poteſt uideri alius, ut natura ad aliquem morbum procliuior: ſic a. alius ad alia uitia propenſior. Tuſc.4.67. A. puſillus. 2. fam.36. A. piis omnibus retinẽdus eſt in cuſtodia corporis, nec iniuſſu eius, a quo ille eſt nobis datus, ex hominum uita migrandum eſt. Som. Scip.11. A. robuſtus & excelſus. de Fin.1.39. A. qui eſt in aliquo morbo, non magis eſt ſanus, quam id corpus, quod in morbo eſt. Tuſcul.3.8. Illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus a. ſit, quod ſine philoſophia fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore. Tuſc.3.11. A. ſapientis ita ſemper eſt affectus, ut ratione optime utatur. Tuſ.3.13. A. ſapiẽtis numquam eſt perturbatus. Tuſc.3.13. A. ſapientis ſemper uacat uitio, numquam turgeſcit, numquam tumet. Tuſc.3.16. A. ſaucius. 1. Att.47. Vt ipſum mundum ex quadam parte mortalem ipſe deus æternus, ſic fragile corpus a. ſempiternus mouet. Somn. Scip.29. A. ſomno ſeuocatus, a ſocietate & contagione corporis, meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. Diu.1.58. A. ſi eſt horum quattuor generum, ex quibus omnia conſtare dicuntur, (id eſt, elementorum) ex inflammata anima conſtat, atque iccirco ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. Tuſc.1.35. A. ſi ſit numerus, ut ſenſit Xenocrates: uel ἐντελέχεια ut Ariſtoteles, multo integrior ac purior eſt, quam igneus, aut animalis, longiſſimeque a terra ſe efferet. Tuſ.1.33. A. ſiue anima ſit, id eſt, ſpiritalis & aerius; ſiue ignis, diuinus eſt. Tuſc.1.49. Quo aſpectat, & quo res uocat. 8. Att.59. Etenim a. eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. pro Sext.7. Animus tenerior. 5. fam.64. Tranquilliſſimus. Att.7.127.3. Turpificatus. Off.3.143. A. tuus mihi magis patuit, quam domus. 14.25. A. uacans corpore. Tuſc.1.41. A. ſenſibus & curis uacuus. Diu.2.20. A. natura inſiſtens, agitatione & motu numquam uacuus eſſe poteſt. Diu.2.99. A. Zenoni Stoico ignis uidetur. Tuſc.1.17. Animi eſt omnis actio. 3. de Or.122. Actio uaria, uehemens, plena animi, plena ſpiritus, plena doloris, plena ueritatis. de Or.215. Ad animi æquitatem extollere. 6. fam.39. Aliquantum animi nobis attuliſſe. 7. ad Att.46. Animi altitudo, cui opp. Humilis animus. 3. fam.43. Amplitudo animi, & quaſi quædam exaggeratio quam altiſſima. 2. Tuſ.107. Animi appetitus, ratione reguntur. de Nat.2.24. Animi auxilium, non ut in corporis morbis, petendum eſt foris. Tuſc.3.5. Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Acad. ed. 2. l. 1.15. Animi bona dicebant Academici, quæ eſſent ad comprehendendam animi uirtutem idonea. Acad. ed. 2. lib.1.15. Animi cauſſa. 7. fam.7. Animi leniendi & ſanandi cauſſa. 12. Att.24. Et qui illud animi cauſſa fecerit, hunc prædę cauſſa quid facturum putatis? 9. Phil.228. Sed plane, animi ſui cauſſa, ludos nobis idiotis relinquet. in Piſ.52. Animi celeritas. Tuſc. lib.1.36. Animi & corporis inter ſe comparatio. Tuſc.4.25. Animi concitationes. 1. Q. fr.30. Omnem animi conformationem, ceteri philoſophi motum inanem uocant: nos, aduentum in animos & introitum imaginum dicimus. de Nat.1.75. Ait me animi cõſcientia de ſe ſuſpicari. 13. Att.63. In omnibus officiis perſequendis animi eſt adhibenda contentio. Tuſc.2.48. Animi creatio unde a deo facta. de Vni.27. Animi defectio. 3. Att.30. Animi domus, cælum. Tuſc.1.42. Animi egeſtas. in Piſ.18. Animi firmitas. 11. Att.49. Firmitudo grauitaſque animi. fam. li.5.13.5. Animi fortis & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ſed præſenti animo uti & conſilio, nec a ratione diſcedere. Off.1.183. Animi fortis magnique ducendum eſt, ea quę eximia pleriſque & præclara uidentur, parua ducere. Off.1.95. Grauitas & altitudo animi. fam. li. 4.13.12. Animi hoſtilis in rempub. ad Brut.8. Imago animi, uul-

tus eſt, indices, oculi. 3. de Or. 122. Animi mei impetus. 10. fam. 19. Omni animi impetu, dolori, & iracundiæ pareat. 2. Att. 54. Magis quodam animi impetu uti, quam cogitatione. 12. Att. 7. Animi ingenium. 2. ad Her. 79. 1. de Inu. 96. Animi ingenui eſt, cui multum debeat, ei plurimum uelle debere. 2. fam. 92. Animi intelligentia, quid aut qualis ſit, difficilis. Tuſc. 1. 43. Animi labor. 13. fam. 89. Quos ego noui languoris animi effeminatiſſimi plenos. 16. fam. 36. Animi & laus honeſta & uituperatio uehemens eſt. 2. de Inu. 253. Locus animi, ſtomachus ubi habitabat, olim concaluit. 4. Att. 46. Qui magni animi eſt, cum neceſſe eſt eſſe inuictum. Tuſ. 3. 15. magni animi fuit, non eſſe ſupplicem uictori. 4. fam. 32. Animi magnitudo Acad. quæſt. ed. 1. li. 2. 66. Tuſc. li. 1. 2. Magnitudinem animi tui ne umquam inflectas cuiuſquam iniuria. 1. ep. Homo maximi animi. pro Font. 26. Animi moderatio debilita. 1. ad Her. 1. Animi & plures ſunt & pernicioſiores morbi quam corporis. Tuſ. 3. 4. Animi motus & cogitatio. 3. de Nat. 51. id eſt, ratio. Animi motus qui ratione rexerit, iuſte uixerit: qui autem his ſe dederit, iniuſte. de Vni. 55. Animi motum & dolorem tenera in ſua poteſtate. 1. Q. fr. 30. Munus animi eſt, ratione bene uti. Tuſc. 3. 13. Animi propria natura atque uis eſt, motu cieri interiore & ſuo. Tuſc. 1. 45. In animi notione reponere tamquam in ueſtigio. de Nat. 1. 28. Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. de Or. 94. Plena animi & terroris oratio. de Cla. 180. Animi pars, in qua feritas quædam eſt, atque agreſtis immanitas. Diu. 1. 56. Græci θυμὸν ſeu θυμοειδὲς uocant. Animi pars, in qua irarum exiſtit ardor. Diu. 1. 57. Animi pars quæ mentis & conſilii eſt. Diu. 1. 56. Græci νοῦν καὶ λόγον uocant. Animi pars, quæ mentis & rationis particeps eſt. Diu. 1. 59. Græci λογιστικὸν μέρος uocant Animi pars, quæ uoluptate alitur. Diu. 1. 56. ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς Græcis dicitur. Animi pars rationis atque intelligentiæ particeps, tum maxime uiget, cum plurimum abeſt a corpore. Diu. 1. 63. Animi partes duæ temerariæ. Diu. 1. 57. nempe θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. Animi partes duæ; quarum altera ſenſum, motum & appetitum habet; altera, rationis atque intelligentiæ eſt particeps. Diu. 95. Animi autem & eius animi partes, quæ princeps eſt, quæque mens nominatur, plures ſunt uirtutes: Sed duo prima genera. unum &c. de Fin. 233. Animi pendeo uehementer. 8. fami. 11. Animi te pendere, quam rationem ſim allaturus illi. 11. ad Att. 25. frequentius abſolute ponitur hæc locutio. Animi permotiones. 1. de Or. 22. Animi propoſitio. 2. de Inu. 242. Animi bene conſtituti proprium eſt, & lætari bonis rebus, & dolere contrariis. Læl. 44. Quid animi mihi in nauigando cenſes fuere? 10. Att. 39. Animi ſedes naturalis. Tuſc. 1. 36. Animi ſedem & locum in corde eſſe dixerunt Stoici: in cerebro, Pythagoras, & eum ſecutus Plato. Tuſ. 1. 17. Animi remiſſio ac diſſolutio, cui opponitur Altitudo animi. 5. fam. 8. Animi res. 3. ad Her. 102. Nerui atque robur animi. lib. 6. 1. 8. Incredibili robore animi ſeptus. pro Mil. 77. Animi robuſti eſt, magnæq. conſtantiæ, ea quæ uidentur acerba, ita ferre, ut nihil a ſtatu naturæ diſcedas, nihil a dignitate ſapientis. Off. 1. 97. In animi ſecuritate uitam beatam ponimus. de Nat. 1. 38. Hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuntio. pro S. R. 40. Ex animi tui ſententia. 2. de Or. 144. Sunt enim quædam animi ſimilitudines cum corporibus. Tuſcul. 2. 48. Vt maris tranquillitas intelligitur, nulla minima quidem aura fluctus commouente: ſic animi quietus & placatus ſtatus cernitur, cum perturbatio nulla eſt, qua moueri queat. Tuſc. 5. 13. Tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret. 5. Ver. 68. Si quantam habent ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi. pro Fō. 282. Tantum animi habuiſſet in ueſtro Domitio. 8. fam. 44. Declaratio animi tui quem haberes de repub. 10. fa. 9. Animi turpitudo uitiis ipſis facillime percipitur. 1. de Leg. 38. Animi in Cicerone uis magna. Or. 72. Singularis eſt quædam natura atque uis animi, ſeiuncta ab his uſitatis notiſque naturis. (ſcilicet terrena, humida, aerea & ignea) Tuſ. 1. 55. Animi atque ingenii mei uires omnes profudit. Att. 57. Animi uirtutes quattuor. 3. ad Her. 106. Pro animi mei uoluntate. 5. fam. 60. Animo adeſſe. 8. Phil. 254. Animo diuinitatem dedit Alcmeo Crotoniates. de Nat. 1. 20. Animo exculto nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. 12. At. 61. Animo meo fixa perpetuo manebunt. 10. famil. 81. Animo & orationi moderari. 1. Q. fr. 30. Animo alicuius ſupplicare. pro Font. 25. Animū a conſuetudine oculorum abducere, difficillimum eſt. 3. de Nat. 14. Animum tamen a ſollicitudine abducerent. 4. fam. 9. Non ad animum, ſed ad uultum ipſum reficiendum. 12. Att. 16. Animum Ariſtoteles appellat ἐντελέχειαν nouo nomine. Tuſc. 1. 19. Animum mūdi, Academici deum appellant. Acad. ed. 2. 1. 21. Animum attendere. 3. Ve. 19. Neceſſe eſt animum perſpicuis cedere, ut lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi. Acad. ed. 1. 2. 37. Animum deus ut in medio mundi collocauit, ita per totum tetendit. de Vni. 25. Vt animū ſapientis commoueri & conturbari negarent. Acad. ed. 1. l. 2. 126. Animum ne contrahas aut demittas. 1. ad Q. fra. 3. Animum contendere. 12. ad Att. 59. Debere. 1. fa. 31. Defigere, & intendere in rē aliquam. Ac. ed. 2. lib. 2. 44. Animum illis, non copias, defuiſſe. 7. Verr. 105. Qui animum a corpore diſcedere cenſent, alii ſtatim diſſipari, ut Democritici & Epicurei: alii diu permanere, ut Stoici: alii ſemper, ut Platonici. Tuſ. 1. 16. Animum diuinum, corpore liberatum, cogitatione complecti non poſſumus. Tuſ. 1. 42. Animum erigere, & contrahere, ſeu demittere, contraria. 1. ad Q. fr. 3. Animum eſſe deum, ſeu diuinum probatur. Tuſc. 1. 53. Animum deum eſſe Pythagoras cenſuit per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi noſtri carperentur. de Nat. 1. 21. Nihil omnino eſſe animum, & hoc eſſe nomen totum inane ſenſit Dicæarchus Tuſ. 1. 18. Animum noſtrum eſſe, licet non appareat, nec cernatur. pro Mil. 118. ibidem argumenta id probantia. Animum cū corpore extingui ſunt qui cenſent, quales ſunt Epicurei. Tuſ. 1. 16. Animum procreator mundi deus cū ex ſua mente & diuinitate genuiſſet, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum ſubſternebat animo, interiuſque faciebat de Vni. 33. Animum habeas & ſpem bonam. 2. Q. fr. 48. Alienum animum habere ab re aliqua. de Am. 28. Habere fortem animū. fa. lib. 6. 15. 9. Tamen tribus tantis exercitibus propriis reip. ualentibus, magnum animum habere debebas, quem & ſemper habuiſti. 11. fam. 23. Nec tam animum uię, quam ſtomachum non habere arbitrantur. 15. Att. 31. Animum mundi haud tum denique, cum corpus ei effecit, inchoauit deus. Deus enim & ortu & uirtute antiquiorem genuit animū, eumque ut dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori. de Vni. 27. Antonius induxit animum ſibi licere, quod uellet. Att. 228. Tu quoque animum inducas, ſi ſit aliqua reip. in ea te eſſe oportere. fa. lib. 4. 8. 4. Qui potuit animū inducere, ut exheredaret filium? pro S. R. 27. Animum uel animam ineſſe in homine, & in beſtia, negauit Dicæarchus. Tuſc. 1. 18. Animum aliquo intendere. 2. Ver. 6. Animum laudo, conſilium reprehendo. 9. Att. 30. Licet etiam mortalem animum iudicantem, æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam ſenſurus non ſit, ſed uirtutis, quam neceſſario gloria conſequatur. Tuſc. 1. 75. Animum mutare difficile eſt. 2. Q. fr. 29. Animum alicui offendere. 4. Att. 36. Animum placare & mitigare. 10. Phil. 272. Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, quum de me ageretur, ſed etiam confirmaſti atque acuiſti. 2. fa. li. 1. 9. 46. Animū ponere in aliqua re facienda. 2. Q. fr. 31. Tueſta re animum. fam. lib. 1. 9. 12. Cum nihil erit præter animum, nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidque ſit. Tuſ. 1. 40. Animum armatum retinere. pro Marc. 18. Animum à corpore ſecernere, nequidquam aliud eſt, quam emori diſcere. Tuſ. 1. 61. Cum animum a negotio omni ſeuocamus, nihil aliud agimus, quam animum a ſe ipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeq. a corpore abducimus. Tuſcu. 1. 61. Animum ſpirabilem ſumpſimus ab aere eo quem ſpiritu ducimus. de Nat. 2. 14. Quum eius animum ad perſequendam non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris auaritiaque frenaret. 5. Ver. 112. Animum uacuum ad res difficiles ſcribendas afferam. 12. Att. 49. Non enim dum eram uobiſcum, animum meum uidebatis, ſed ex iis rebus, quas gerebā, intelligebatis. de Sen. 83. Animum & uidere & audire, non eas partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi (ut ſunt oculi & aures). Tuſc. 1. 35. Animum antequam corpus intrauit, in rerum cognitione uiguiſſe. Tuſc. 1. 47. ſententia Socratis apud Platonem in Phædone. Animum uincere. 12. At. 60. Anime mi. Terentiæ, fa. 14. Ab animo tamquam ab oculis caliginem diſpellere. Tuſ. 1. 52. Ab animo tuo quidquid agitur, id agitur a te. Tuſ. 1. 43. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, non uoluntate fuiſſe populares. 7. Phi. 219. Alacriore animo me futurum, quum reſp. maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuiſſem, daret. fa. li. 9. 56. Acri & attento animo intueri. 2. de Fin. 68. Facile & æquo animo carere re aliqua. ep. 55. Aequo animo facere aliquid. Q. fr. 2. 96. Aequo animo ferre aliquid. Tuſcu. 1. 77. Interea quidem cū muſis nos delectabimus animo æquo, immo uero etiam gaudenti ac libenti. Att. 25. Aequo animo mori. ep. 68. Agitare aliquid animo. fam. lib. 6. 2. 5. id eſt, cogitare. In eum locum ſæpe profectus alacri animo & erecto, &c. Cat. 68. Animo meo ab ſuis rationibus alieniſſimo. 10. Att. 10. Qui altiore animo ſunt, capeſſunt rempub. honoribus imperiiſque adipiſcendis. 5. de Fin. 1nt. Facillime ad res iniuſtas impellitur, ut quiſque altiſſimo eſt animo, & gloriæ cupido. Off. 1. 93. Quare bono animo es: uideo enim, &c. Att. 5. 106. 5. Quidquid animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus de Fin. 1. 50. Animo rem cernere. Acad. ed. 1. l. 2. 23. de artibus dictū quas Græci θεωρητικὰς uocāt. Quæ animo cernuntur, & ratione intelliguntur animantes. de Vni. 13. Animo certo & confirmato. pro Quinct. 51. Animo perturbato aliquid cogitare. 6. fa. 3. Quæ animo complectimur, non minus noſtra ſunt, quam quæ oculis intuemur. 5. fam. 49. Comprehendere aliquid animo. 1. de Nat. 157. Animo comprehendere & tenere. Acad. ed. 1. l. 2. 23. Animo cōprehenſum atque perceptum habere. Acad. ed. 1. 2. 91. Animo con-

fectus

ſectus. 14.fam.11. Animo multis modis uariiſque delectari licet, etiam ſi nõ adhibeatur adſpectus. Tuſ.5.79. Huic diſcendi quęrendique diuinæ delectationi toto ſe animo dedidiſſent.5. Tuſ.161. Ita diſſident a nobis animo ac uoluntate 7.Ver.143.Animo diſtentus.3.Q.fr.34.Animo diuino in homine influente atque effluente ambitus illigabantur.de Vni.61. Amare aliquem ex animo, Q.fr.293. Cuius tibi negotia ita commendo, ut maiore ſtudio, magiſue ex animo commendare non poſſim.ep.299.Att.16.46. Cum conſtemus ex animo & corpore. Tuſc.lib 3.1. Equidem dicam ex animo quod ſentio. in Piſ.97. Ex animo uereque diligi.9.ſam.35. Ex animo tuo eſſe iam.7.fam.28.Ex animo exire hoc mihi non poteſt 3.de Nat.5.Hos tu homines, ut ex animo, atque ut ex illa ſumma uoluntate tui ſtudioſi ſint, laborato.de Petit 13. Siue ex animo id fit, ſiue ſimulate.2.de Nat.125. Siquidem animo excelſo & alto, & uirtutibus exaggerato ſumus.Parad.52. Animo excelſo magnoque deſpicere aliquid.Off.2.52. Animo excubare.9.At.47.Animo fidenti gradi ad mortem.Tuſc.1.99.Animo fractus & debilitatus.23.Att.49.Animo fracto & demiſſo fuiſſe.1 fam.42. Poſtea totam Italiam fac ut in animo ac memoria diſtributam comprehenſamque habeas. de Petit.109.Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore.de Vni.196.Dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi.in Ver.93. Habeo in animo pecuniam prætori dare.in Ver.121. Pater iſtum exheredare in animo habebat pro S.R.33.Rogaui ut diceret quid haberet in animo.Att.124.Cum tribuni haberent in animo de præſidio conſulum deſignatorum referre.ep.170.Quid enim in animo habuerim, cum Lerius diſceſſit a me, ex literis, quas ei dedi, potuiſti cognoſcere. ep.154. Lucceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere.Att.15.In animo res inſculptas habere.Acad.ed.1.li.2.3.In animo meo ineſt neſcio quid, quo me plus hic locus delectet.2. de Leg.2.Animo incitari.2.Q.fr.29.Animo inflammato aliquid concupiſcere Tuſ.4.57.Animo iniquo aliquid ſuſtinere.1.Q.fr.26.Negant ſatis eſſe, quid bonum ſit, aut quid malum, ſenſu iudicari, ſed animo etiam ac ratione intelligi poſſe lib.1.de Fin.24 Animo in quo ſunt omnia, iubet lex caſte ad deos adire.2.de Leg.26.Animo libenti prolixoque aliquid facere.16.Att 49. Magno ac forti animo rẽ agere. Att.8.163.1. Nimis es pęne aĩo molli.Tuſc.2.44. Animo ita paratus tre quo aeſp.uocet.10.fa.18. Conſul ipſe paruo animo & prauo.1. Att.25. Animo periniquo patiebar te a me digredi.12.fa.45.In animo perturbato, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poteſt. Tuſc.3.7.Animo & ſenſibus præditus mũdus.de Nat.1.14 Animo nihil præſtantius neq.diuinius.Parad.16.Animo relaxari.2.Phil.53.Animo ſedatiore ſcripſi.8.At.14.Animo & præterita & futura ſentimus.de Fin.1.43. Sine aĩo miles.Att.1.13.8 Animo ſoluto ſcribere.9.At.8.Sed uelim hæc aliquando animo ſolutiore.11.Att.12.Stabili animo & firmo & magno.3.de Fi.44. Sic habeo ſtatutum cũ animo ac deliberatũ. in Ver.178.Quare meo quidẽ animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum.1.de Inu.7.Gratulatio tua mihi eſt probatiſſima, quod ab optimo eſt animo.ep.55.Nos quo aĩo inter nos ſumus, eſſe nollẽt.3.fa.31. Quod certior fieri uis, quo quiſq. in me animo ſit, neminẽ alieno ſtellexi.At.178.Quapropter eo animo ſimus inter nos, quo ſemper fuimus.ep.18.Alacrem eſſe animo.fam.lib.5.12.33.Tamẽ ex illa inueſtigatione naturæ conſequi uolebat, ut eſſet bono animo.5.de Fin.150.Quare hoc animo in nos eſſe debebis, ut ætas noſtra in amore conquieſcat tuo.ep.18.Et quidem prodeſt, inquis, mihi in eo eſſe animo. de Fin 81. Animo elato eſſe. Tuſc.1.79. Erectiorem animo eſſe. Att.11.220.5. Animo eſſe fractiorem.11.Att.27. Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ii mihi nolle magis hoc animo nos eſſe, quam non intelligere uidentur fam.lib.3.5.6. Magno fortique animo eſſe.fam.lib.6.14.6.Animo mobili eſſe, & animo ſtabili, contraria.5.fam.8. Perculſo & abiecto eſſe animo.Att.3.42.2. Animo trãquillo eſſe.Cato.67. Animo iã hec teneamus cõprehẽſa. Aca.ed.1.l.2.22.Teneriore animo mihi uidebare. fam.l.5.21.22.Toto animo dedere ſe alicui rei. Tuſ.250.Animo tremere.1.Q fr.3.Plura a te animo uacuo ſcribã.3.Q.fr.34.Animo uacuo audire aliquẽ, & magno ſtudio Aca.ed.1.l.2.11.Animo te ualere opus eſt, ut corpore poſſis.16.fam.21.Nihil animo uelocius. Tuſ.1.126.Nõ mõ uiderat animo res obſcuras.de Nat.1.36. Animo ipſo animũ uidere.Tuſ.1.43.Animo uidere, & oculis cernere.6.fam.9. Animo aliquid uidere, ut faciunt dormientes. Acad.ed.1.li.2.116. Nihil enim animo uidere poterant. Tuſc 1.31. Acta enim res eſt animo uirili, conſilio puerili.Att.14.43.Animi ſeipſos mouent, ergo æterni. Tuſ.1.45.Animi altiſſimi. Tuſc.1.27. Animi beſtiarum ſunt rationis expertes. Tuſ.1.65.Animi quibus rebus concilientur. 2.de Or.57. Vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur: ſic animi non omnes culti, fructum ferunt. Tuſc.2.50. Animi hominum ſemper fuerunt, futurique ſunt.1.Di.1.118.Animi imbecilles. Acad.ed 2.lib.1.32.Animi, quo maior eſt in eis præſtantia & diuinior, eo maiore indigent diligentia. Tuſ.4.47. Ne, ſi interirent quidem animi, quidquam mali eſſe in morte. Tuſ.1.66. Ipſi animi magni refert quali in corpore locati ſint: multa enim e corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. Tuſ.1.65.Et corpora quidem defatigatione ingraueſcunt, animi ſe exercendo leuãtur. de Sen.84. Si animi immortales ſunt, tantus interitus eſt in morte, ut ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur. Tuſc.1.72.Animi cum corpore permiſti. Diu.1.109. Animi quibus rebus pellantur ſæpe uehementius. Diu.1.71. Vt animi relaxati ſint.11.fam.24. Animi ualentes. Tuſc.4.24.id eſt, bene conſtituti ac ſani, qui nulla perturbatione tentari poſſunt, qualis eſt animus ſapientis. Animi per ſe ipſos uiuentes. Tuſcul.1.30.Animorum æternitas cur nonnullis uideatur incredibilis. Tuſc.1.41. Animorum æternitas quo argumento probetur.pro Rab.22. Cum de animorum æternitate dicitur, de mente dicitur, quæ omni turbido motu ſemper uacet: non de partibus iis, in quibus ægritudines, iræ, libidineſque uerſantur. Tuſc.1.65. Animorum commutatio.16. Att.11. Animorum dicta.14.Att.4.Illud animorũ corporumque diſſimile eſt, quod animi ualentes, morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. Tuſc.4 24.De animorum immortalitate Plato eadem dicit.2. de Leg.62. Animorum magnus eſt motus factus.5. fam.34. Animorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt. Tuſ.li.4.25. Sed ſumendum tempus eſt non minus in animorum morbis, quam in corporum. Tuſc.3.65. Genus humanum ſparſum in terras atque ſatum, diuino auctum eſt animorũ munere. de Leg.163. Animorum parem numerum ſideribus diſtribuit deus, & ſingulos adiunxit ad ſingula. de Vni.53. Animorum nulla in terris origo inueniri poteſt. Tuſc.1.53. Animorum ingeniorumq ue naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturæ.Acad.ed.1.lib.2.118 Animorum remiſſio maxime efficitur ſermone familiari. 9. fam.57. Animorum e corpore excedentium duas eſſe uias, dupliceſque curſus diſſeruit Socrates. Tuſc.1.59. Animorum uis duplex eſt: una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὰ Græce, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque. Off.1.141. Animorum eſt ea uis atque natura, ut uigeant uigilantes, nullo aduentitio pulſu, ſed ſuo motu, incredibili quadam celeritate. Diu.137.Naturis quæ ſine animis ſunt, locus eſt proprius. de Nat.1.73.Animos abſtinere.2.Ver.23.Hæc opinor ſunt in libris, quos tu laudando, animos mihi addidiſti.7. Att.10. Quæ ciuitas in Aſia, quæ non modo unius imperatoris aut legati, ſed unius tribuni militum animos ac ſpem capere poſſit? pro L.Man.46.Remittant ſpiritus, comprimant animos, ſedent arrogantiam. pro Flac.157. Aduerſantur enim primum, quod parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt.4. Acad.85.Victi debilitantur, animoſque demittunt. de Fin.125. Efferre animos inſolentia dominatus. pro Dom.109. Animos ad audiendum erecturus. Acad.ed.1.l.2.11. Quæ cura exſuſcitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Off.3. Animos, ſiue diſſipentur procul a terris, ſiue permaneant & conſeruent habitum ſuum, neceſſe eſt ad cælum ferri. Tuſc.1.35. Animos, ſiue animales ſint, id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei, in ſublime ferri perſpicuum eſt. Tuſc.1.33. Ab altero non nimis alienos animos habemus. Læl.28.Ex uniuerſa mente diuina delibatos animos habemus. de Sen.93.Daſne aut manere animos poſt mortem, aut morte ipſa interire? Tuſ.1.22. Noſſe alicuius animos ac ſpiritus. pro Clu.87.Animos omnium occuparat deſperatio rerum ciui.11. Att.11. Animus permanere arbitramur conſenſu omnium nationum. Tuſ.1.29. Animos optimorum hominum irritabiles & eoſdem placabiles.1.Att.49.Poſſe animos, cum e corporibus exceſſerint, in cælum quaſi in domicilium ſuum peruenire. Tuſc.1.21. Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. de Somn.128. Alij dicunt animos hominum ſenſuſque morte reſtingui, alij antẽ eos tum maxime, cum e corpore exceſſerint, ſentire ac uigere. pro Sext.13. Alicuius animos atque impetus retardare.1.Ver.19. Animos deos eſſe dicit Plato in Timæo & in Legibus.de Nat.1.23.Animos, omnium hominum immortales eſſe, ſed fortium, bonorumque diuinos.2.de Leg.28. Animos eſſe mortales quibus rationibus probet Panætius. Tuſ.1.63. Animis cadere.6.ſam.3. Ab animis conſuetudine imbutis. de Nat.1.58. Ex animis conatur euellere cognitionem deorum.de Nat.1.24.Idque in maximis ingenijs, altiſſimiſque animis & exſiſtit maxime, & apparet facillime.1. Tuſc.52.In animis doctiſſimi illi ueteres ineſſe quiddam cæleſte & diuinum putauerunt. de Fin.2.93.In animis hominum, deorum notionem impreſſit ipſa natura.de Nat.1.32.In animis imprimentur. Acad.ed.2.li.1.30. Nihil eſt in animis mixtum aut concretum. Tuſc. 1.53. In ſolis animis motum, qui ſua ſponte fit, ponit Plato.de Nat.2.23. Eſt in animis omnium fere natura molle quiddam, demiſſum, humile, eneruatum, quodam modo & languidum. Tuſc.2.42.In maximis animis ſplendidiſſimiſque ingenijs plerumque exſiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates. Off.1 39. Sed eſt naturale in animis

teneꝛum quiddam atque molle, quod ęgritudine, quaſi tempeſtate, quatiatur. Tuſc. 3. 10. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſ. 1. 58. Animis & etiam infeſtus & inimicus. 10. Phil. 284. Animis, tamquam oculis, totam licet luſtrare terram. 2. de Nat. 121. Nos ineti pſi, qui animis mouemur & ſenſibus, de N. D. 1. 42. Videte, iudices, & proſpicite animis quid futurum ſit. in Ver. 197. Animus ſtare. 5. 34.

Animo.

Quidquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget. de Diu. 107. Atomi formare, figurare, colorare, animare poſſunt. de Nat. 23. Animare non poſſent indiuidua. de Nat. 1. 76. Ita pueros oriuntes animari atque formari. Diu. 2. 71.

Animans.

Atiſtn dubitat, omnino deus animans necne ſit. de Nat. 9. Animans eſt igitur mundus, compoſque rationis. de Nat. 2. 16. Qua autem animans natura, nihil curans. de Nat. 1. 86. Animantem legem efficit Zeno. de Nat. 1. 26. Nihil quod (uiuum) generare ex ſe poteſt animantem, compotemque rationis. de Nat. 2. 16. Qui mundum ipſum animantem ſapientemque eſſe dixerunt. de Nat. 1. 18. A quo cum animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. de Vni. 22. Animantes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur. de Vni. 13. Animantes multæ infectantes odoris intollerabili fœditate depellunt. 2. de Nat. 96. Animantes oriantur quos & uiuos alant, & conſumptos iam recipiant. de Vni. 13. Animantes adſpiratione aeris ſuſtinentur. 2. de Nat. 60. Nam cum ceteras animantes abiecisſet ad paſtum, ſolum hominum erexit. 1. de Leg. 39. Deinde ut requirant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas ſe applicent. Læl. 68. Animantia diuina ſunt infixa cælo ſidera, ob eamque cauſſam ſuis ſedibus inhærent, & perpetuo manent. de Vni. 47. Animantia omnia ſunt in quædam genera partita aut inchoata. de Vni. 13. Animantium genera quattuor, quorum unum diuinum atque cæleſte, alterum pennigerum & aereum, aquatile tertium, terreſtre quartum. de Vni. 201. Commune animantium omnium eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſint. Off. 1. 29. Animantium generi omni a natura tributum eſt, ut ſe, uitam, corpuſque tueatur declinetque ea quæ nocitura uideantur, omniaque, quæ ſint ad uiuendum neceſſaria, anquirat & paret. Off. 1. 17. Animantium hoc natura commune eſt, ut habeant libidinem procreandi. Off. 1. 79. Animantium uarius ortus. de Nat. 2. 30. Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ uillis ueſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. 2. de Nat. 90. Animantibus quantam cuſtodiam conſeruandi ſui ingenuit natura 2. de Nat. 93.

Animatus.

Bene animatus. Tuſc. 1. 17. Animatus melius, quam paratus. 8. fam. 23. Sic in amicum ſit animatus. Læl. 51. Animatus aliter eſſem. 11. fam. 49. id eſt, non eo eſſem animo. Ita paratus atque animatus eſſe debes, non ut nihil facias niſi iuſſus, &c. D. Bruto, lib. 11. 7. 6. Videbatur erga noſtros ἀγαθοῖς ita fore, ut nos uellemus, animatus. Att. lib. 15. 24. Animatum, Græci uocant ἔμψυχον Tuſ. 1. 43. Animatum quod eſt, id motu cietur interiore & ſuo. Tuſc. 1. 43. Ciuitatem, ut abs te affecta ſit, ita in te animatam eſſe uidemus. in Ver. 235. Ita animati homines ſunt, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere poſſemus. de Or. 127. Ut quemadmodum ſint in ſeipſos animati, eodem modo ſint erga amicos. 2. de Fin. 132. Ver. 6. 132. Qui quamquam afflictus luctu non adeſt, tamen ſic animati eſſe debetis, ut ſi ille adeſſet. in Ant. 223. Quæ globoſæ & rotundæ, diuinis animatæ mentibus, &c. Som. Scip. 18. His rebus allatis, etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe, &c. fam. 15. 1. 7.

Animatio.

Animationis diuinæ maxime ſpeciem faciebat quartum genus animantium ex igne. de Vni. 41. Erant autem animantium quattuor genera; quorum diuinum unum atque cæleſte, alterum pennigerum & aereum, tertium terreſtre, quartum diuinæ animationis. de Vni. 44.

Animabilis.

Terra circumfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer. 2. de Nat. 67.

Animoſus.

Vir fortis & animoſus. Tuſ. 1. 17. Fortes & animoſi. pro Mil. 71. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos. 1. Tuſ. 31. Ex quo fit, ut animoſior etiam ſenectus ſit, quam adoleſcentia, & fortior. de Sen. 65.

Animoſe.

Grauiter, magnifice animoſeque uiuere. 1. Off. 131. Nec ſolum animoſe & fortiter, ſed conſiderate etiam, ſapienterque feceriſtis. 4. Phil. 155. Præſertim cum ab his non ſane animoſe defendatur ſententia, &c. Tuſc. 3. 44.

Annales, Annalis. uide Annus.

Annecto.

Paullo ſupra quam ad linguam ſtomachus annectitur. 2. de Nat. 135. Annexam ſcapham puppi lonteulus trahebat. 2. de Inu. 236. Separatum eſt, quod non ex ipſa cauſſa ductum eſt, nec ſicut aliquod membrum annexum orationi. de Inu. 48.

Annellus.

Epicuri imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in annellis habent. 5. de Fin. 5.

Anniuerſarius, vide Annus.

Annominatio.

Annominatio quid, & quibus rationibus conficiatur. 4. ad Her. 177.

Annona, vide Annus.

Annulus.

Anulus aureus ſcribæ tuæ me deterret. in Ver. 108. Anulus tuus ſit teſtis uoluntatis tuæ. 2. Q. fr. 9. Cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur. Off. 9. Oribus apertis hominis mortui uidit corpus, anulumque aureum in digito, quem ut detraxit, ipſe induit. Off. Anulo aureo donati. 10. fam. 70. Si in huiuſmodi cera centum ſigilla hoc anulo impreſſero. Acad. 21. Sæpe enim noſtri Imperatores, ſuperatis hoſtibus, optime republ. geſta, ſcribas ſuos anulis aureis in concione donarunt. 5. Ver. 160.

Annularius.

An tibi erit quærendus anularius aliquis quoniam gallinarium inueniſti Deliacum illum qui oua cognoſceret. 4. Acad. 131.

Annumero.

Cum tibi ſenatus ex ærario pecuniam prompſiſſet, & ſingulos tibi denarios annumeraſſet. 5. Ver. 109. Mulieri omnem pecuniam annumerare & reddere. Ver. 21. Ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. 1. de Nat. 4. Annumerata uerba lectori. de Op. 14. His duobus annumerabatur nemo tertius. de Clar. 183. Una cum illis annumeratus eſſe. ad Salluſt. 4. Verum ego fortitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. pro Roſc. Am. 54. Atque his libris annumerandi ſunt de Rep. 2. Diuin. 4.

Annumeratus.

Si infirmum aliquod annumeratum dicemus. de Inu. 58.

Annuntio.

Eique interea (ut ſcribis) ſalutem annuntiabis. Att. lib. 12. 232. 2.

Annuo.

Tum oſtendi tabellas Lentulo, & quæſiui cognoſceretne ſignum, annuit. in Catil. 113. Erepta eſt facultas eorum, quos iſte annuerat. 3. Ver. 119. Si annuerit, ne ego iſtam ſapientiam non audeam. in Ant. 247. Simul atque hic ſibi annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. pro Quint. 3. Annuere toto capite aliquid. 2. de Or. 157. Annuere te uideo. de Nat. 13. Hoc enim mihi ſignificaſſe & annuiſſe uiſus eſt. 5. Ver. 183.

Annus.

Magnus annus qui tum efficitur, cum ſolis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatiis, eſt facta conuerſio. de Nat. 3. 6. Annus perfectus & abſolutus perfecto numero temporis tum completur: denique cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt, cumque eos permenſus eſt idem & ſemper ſui ſimilis orbis. de Vniu. 41. Annus iudicialis. Bru. 131. Annus uertens, uere appellari poteſt tum, cum ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierunt, eandemque totius cæli deſcriptionem, longis interuallis retulerint. Somn. Scip. 25. Apparuiſſe numen deorum intra finem anni uertentis. 13. Phil. 360. Anni primus menſis apud Ægyptios. 3. de Nat. 40. Anni tempus, pro tempeſtate. 16. fam. 2. Anni tempore duro. 10. Att. 39. cui opponit æſtatem. Anni tempora quomodo ex ſolis inflexione fiant. de Nat. 2. 36. Addere annum labori. Q. fr. lib. 1. 4. 6. Quartum annum ago & octuageſimum. de Sen. 83. Annum homines populariter tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditu metiuntur. Som. Scip. 25. Annum petitionis ſuæ non obierunt. 10. fam. 55. Quincto autem anno exeunte ad Syracuſas occidit. Diu. 95. Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno. ep. 72. Anno uertente ſine controuerſia uerbum nullum facis. pro Quinct. 7. In hoc anno non ſolet addi in hoc interdicto. 13. fam. 44. Ni anni decem interfuerint, ne quis eundem magiſtratum caperet. 3. de Leg. 8. Nondum centum & decem anni ſunt, cum, &c. Off. 2. 211. Annis multo ſunt, cum, &c. 15. fam. 57. Babylonij eos XX. milia annorum, ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa tenent. Diu. 88. Agere annos. de Sen. 28. Annos multos nihil aliud commentaris. 7. fam. 5. Annos habere. 4. 26. Iam annos uiginti habere. pro Cæc. 42. Annos decem

pediturum

peditum & equitum polliceri.7.Att.54.Annis legitimis eum curu les magiſtratus perfacile cepiſſe.13.Att.43.

Annales.

Annales maximi.2.de Or.29.Annales pontificum maximorũ, quibus nihil poteſt eſſe iucundius.1.de Leg.4.Annales popu. Romani & monumenta uetuſtatis. pro Dom.67. Erat enim hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio,cuius rei memoriæque publicæ retinendæ cauſſa res omnes ſingulorum annorum mandabat litteris.de Or.123.Quendam ex annalium memoria in prouinciã delapſum.1.Q.fr.6.Iſtæ omnes & ſuppliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria ueſtra, & patrum ueſtrorum, ſed ex annalium monumentis,atque ex regum commentarijs conquiſiuit.pro Rab.93. Vt enim nos ex annalium monimentis teſtes excitamus eos,quorum omnis uita conſumpta eſt in laboribus glorioſis.2.de Fin.107.Annalium ordo,quaſi enumeratio factorum.5.fam.31.Ex annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ.pro Mu.24.Negemus omnia,comburamus annales.Diu.1.32.

Annalis.

Vtolim Ruſca cum legem ferret annalem, &c.2.de Or. 145.& 5.Phi.198.Ciuitatem annali lege ſeruanto.3.de Leg.11.In tuo annali ſcriptum eſt.12.Att.30.Ennius in nono annali. de Clar.169. Maiores noſtri leges annales non habebant.in Ant.23.Leg.annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem uerebantur.in Ant.203.

Anniuerſarius.

Anniuerſaria ſacra iuuentutis non committerentur. 1.Att.57. Qui ſacrificia gentilia anniuerſaria factitarunt.in Ver.230. Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt.in Ver.225. Anniuerſarias uiciſſitudines conſtantiſſime cõficit cælum.2.de Nat.72.& 6.Ver. 76.Mercurius ſacris anniuerſarijs apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur.6.Ver.76.& de haruſp.reſp. 29.

Annona.

Fundo Arpinati bene poteris uti cũ familia urbana, ſi annona carior fuerit.ep 237.Commutata annona pro Dom.12. Facta durior annona.pro Dom.12.Cum ingraueſceret annona, ut iã plane inopia ac fames,non caritas timeretur.pro Dom.215.Non habet pretium annona.5.Ver.195.In caritate annonæ, aſſe modium dedit. 2.Off.84 Annonæ curatores,ædiles.3.de Leg.6. Difficultas annonæ,ſummaque inopia rei frumentariæ.pro Dom.10. Annonæ ſtuidia.5.fam.48.Annonæ perfugium. 8.Phil.250. Ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ cõſecuta eſt annonæ uilitas. pro L. Man.35.Putarem annonam in macello cariorem fore. Diu.2.45. Vilitas nec opinata conſecuta eſt annonam cariſſimam.pro Dom. 82.Leuare annonam.pro Mil.115.

Annuus.

Annuus ſumptus.Att.15.328.8.Annuã ſolis conuerſio. de Nat. 2.36. Vt hoc deſiderium noſtrum,ne plus ſit annuum.Att.68.Magnopere a te peto, ut, &c.neue quid temporis ad meum annuum munus accedat.ad Paul.l.15.12.4.Annuum ſpatium.de Inu.31.Sic enim annuum tempus conficitur. Att.245. Nos annuum tempus prope iam emeritum habebamus.At.94.Annui muneris paucos reliquos dies habebam.6.Atti.37. Annui temporis criminatio. pro Flac.165.Annuam diem poſtulare.7.fam.40 Att.lib.12.233.2.Ad hanc prouinciam, quam &. ſenatus & populus annuam eſſe noluit.fam.15 Annua ex prouincia, prope iam undecim menſium prouinciam factam eſſe.3.fam.13.Et annuæ commutationes quadam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiunt.de Inu.54.Idque ne committi poſſit.ad eam rationem curſus annuos ſacerdotes finiunto.de Leg.173.Annuis curſibus conficiuntur ſæcula.de Nat.2.16.

Anquiro.

Vt non anquirat aliquem,apud quem euomat uirus acerbitatis ſuæ.Læl.75. Anquirere & parare omnia quæ ſunt ad uiuendũ neceſſaria.Off.1.17.In qua quid ualeat id,quod fieri poſſit,anquiritur.Fat.13.Semper aliqui anquirendi ſunt,quos diligamus. Læl. 84.

Anſa.

Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam, neſcio cur ſeueriorem Nicæam putes,quam Rhodum.pro Plan.68. Anſas ſermonis dare.pro Sext.17.Quo plures det ſibi tamquam anſas ad reprehendendum.de Am.33.

Anſanctus, uide Ampſanctus.

Anſer.

Anſeres de Falerno depellantur.in Ant.248.Id eſt, Anſer poeta cui Antonius Falernum donauerat. Anſeribus cibaria publice locantur Romæ, & canes alebantur in Capitolio, ut ſignificarent ſi fures uenirent.pro S Roſ.33.

Ante, præpoſitio.

A. hoſce deos erãt tabulæ.6,Ver.4 Statim dedi litteras, ut ex Cypro equites a.certam diem decederent.Att.6.113.15. Nec uarij nauerant ex a.diem Nonas Iunias uſque ad prid.Kalend. Septemb. 3 Att.28.Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in a.diem xv. Kalend.Nouembr.diſtulit.Att.2.55.5.Cauſſam interea a.eum diceret.2.Ver.6.Omnes a. eum philoſophi. Acad.ed.2.lib.1.15. Græca loquendi forma, πάντες οἱ πρὸ αὐτοῦ φιλόσοφοι. Clodius a.ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. pro Mil.106. Res a. Idus acta ſic eſt.fam.lib.1.At in ſenatum,aut a.imperatorem, & in conſiliũ talis cauſſa poteſt uenire.ad Her.5.A.lucem proficiſci.fam.libe.16. 5.1.Multo a.lucem ſurrexit.2.de Inu.131.C. Marius tertius a. me conſularis ſubijt,&c.Tuſc.196.Quem a.me diligo.3.Att.58. Omnia cum ſunt poſita a.oculos.1. de Or.97. Nã mihi a. oculos dies noctesque uerſaris.fam.lib.14.28.Quam libenter eum palam a.oculos omnium eſſe patiatur.7.Ver.52. Sed loquimur de iis amicis qui a.oculos ſunt,quos uidemus,aut de quibus memoriam accepimus.Læl.36. Cum Sylla in agro Nolano immolaret a prætorium tum ante opidum Nolam, Samnitum caſtra cepit. Diu.95. Minutius mortuus eſt a. iſtum prætorem.in Ver.99. Ante & pone quos labuntur de Vniu. 47. Hi ne in freto a.ſua tecta & domus nauigarent, pretio abs te ius fœderis emerunt.in Ver.246.Illud autem mihi a.hoc tempus numquam in mentem uenit a te requirere.Acad. ed.2.lib.1.2. Vt non modo clam,uerum etiam hic in foro a.tribunal tuum M.Fanni,a.pedes ueſtros,iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſunt.pro Roſc.Am.8.

Ante, aduerb.

Ante & Poſt.4.Acad. 225.contraria.Ante & Retro.5.de Fin.62. contraria.Ante biduo ex hac die.in Piſ.40.Et paucis a.diebus,cum facile poſſet educi e cuſtodia, noluit.1. Tuſc.112.Mandauique utrique eorum,ut a.ad me excurrerent.ep.33.Vt qui a.ſoti eſſe uelint, philoſophi a.fiant.de Fin.71.A. iudicaſti Epicurum te eſſe oportere,quam iſta cognouiſti.de Nat.1.46.pro,cognoſceres. Sed tu cauſſam ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua:quę cauſſa a.mortua eſt, quam tu natus eſſes.pro Rab.Fructus autem ſenectutis eſt,(ut ſæpe dixi a.partorum bonorum memoria & copia.de Sen.64. Non minus perturbato animo atque uultu, quam ſi annis a. paucis in creditorem conuentum incidiſſet.pro Sext.21, Idipſum quod me mones, quatriduo ante ad eum ſcripſeram.Att.14.317.1. Nam ceteri primum ante tenentur aſtricti,quam quid eſſet optimum, iudicare potuerunt.4. Ac.16. Longe ante uidere mala uenientia.3. Tuſcul.50.

Antea.

Nactuſque hoc tempus magis idoneum,quam umquam antea, ita ſum cum illo locutus,&c.ep.3.Appius in ſermonibus a.dictitabat: poſtea dixit etiam in ſenatu palam. fam. 2.9.104. Si integer a. fuiſſe demonſtrabitur.de Inu. 66. Poſthac neque hercule a. negligentes fuimus.Att.102.A.quam ad me ſcripſiſſeris, &c.Att.3.66.1. A.cum per litteras Attici noſtri, &c.Att.l.13.328.1. Quod ad te a. atque adeo prius ſcripſi,feciſti me alacriorem.Att.l.13.327.2. Iam a.in ſella ſedens prætor cum prouinciam Siciliam obtineret, &c.5. Vert.111.

Anteactus.

Nihil putas ualere in iudiciis coniecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactæ uitæ exiſtimationem.3.Ver.323. Ille quidem fructum omnis anteactæ uitæ hodierno die maximũ cepit. pro Marc. 1.Ex anteacta uita facere iudicium.2.de Inu.146.

Antecapio.

Anteceptam animo rei quandam informationem πρόληψιν appellat Epicurus.de Nat.1.32.

Antecedo.

Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit.in Top.47. Quidquid enim antecedit quamque rem,id cohæret cum re neceſſario. in Top.26.Vt quiſque honore & ætate antecedit: ita primus ſolet ſua ſponte dicere. 6. Verr.124 Quantum natura hominis pecudibus reliquiſque beſtiis antecedit.1. Off.Tum antecedunt,tum ſubſequuntur ſtellæ.de N.d.2.38.Et id ſtudium, totaque ea res longe ceteris & ſtudiis & artibus antecedebat. 1 Ac.6.Biduo me anteceſſit,in uera multo maiora fugiens, quam ego ſequens. Brutus Cic. l.11.13.4. Si id quod ſequitur,non uidetur neceſſario cum eo quod anteceſſit, cohærere.de Inu.38.Pompeius expeditus anteceſſerat legiones x 1. Luceria. ad Att.8.153.7. Non ſic cauſſa intelligi debet ut quod cuique antecedat,id & cauſſa ſit,ſed quod cuique efficienter antecedit.de Fa.147. Septima pars quæ ſeptem & uiginti partibus antecederet primæ.de Vniu.27.In omnibus quæcumque fiũt uerisimile eſt cauſſam antecedere.de Fat.149.Antecedere alteri,uel alterum ætate. de Cl. Or.30.56. Antecedere aliquem ætate & uſu rerum.

rerum.6.Verr.121.Antecedere honore.Cat.59. Antecedere honoribus, de haruſp.reſp.11.

Antecedens.

Penous Paullum Gracchum ætate antecedens. de Cla.174. Sed inter hos paullulum ætate his antecedens Galba, eloquentia præſtitit de Clar.171. Et quæ non inſequens hora antecedens calamitas, pop.Rom. iturit Octauio,5.Cauſæ naturales & antecedentes. de Inu.82. Antecedentium locus dialecticorum proprius. Top.26. Antecedentium, conſequentium, & repugnantium locus in argumentis inueniendis ſimplex eſt, in tractandis triplex. Top.26.1. Ceſeruantia, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes ueneremur.2.de Inu.241. Ab antecedentibus argumentum. Top.9. Ex his autem rebus, quæ quodammodo affectæ ſunt ad id, de quo quæritur, &c. alia ex antecedentibus, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus appellantur. Part.4. Omnia quæ fiunt, fieri cauſſis antecedentibus, de Fat.145. Neque enim ſolum honore antecedentibus, ſed iit, &c. de Sen.59.

Anteceſſio.

Cum tripertito igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, repugnantiam. &c. in Top.26. Anteceſſiones & contrarſiones quæ in otibus deorum eueniunt. de Vniu.45. Anteceſſiones & progreſſus cauſſarum.1. Off.1.19. Conſequentia cernit, cauſſas rerum uidet, earumque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat.1.Off.19.

Antecello.

Qui eloquentia ceteros antecellit. pro Corn. Quod ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. de Sen.59. Hæc cauſſa magnitudine iniuſtæ criminibus ceteris antecellit, in Verr. 150. Senſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum. de Nat.55. Omnes participes ſumus rationis, præſtantiæ que eius qua antecellimus beſtiis.1. Off. 150. In eiſ dem ædes ſacræ complures, ſed duæ quæ longe ceteris antecellunt.6. Verr.155. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellunt.d.O.99. Summa dignitate eſt in iis, qui militari laude antecellunt.pro Mur.119. Inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt.ad Her.15. Non ſolum illa gloria militaris ueſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, uerum etiam dicendi conſuetudo longe & multum iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellet.pro Mur.21. Præclarum mihi quiddam uidetur adeptus is, qui qua re homines beſtiis præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellat.de Inu.43. Ex multitudine eorum reſum, quæ exponantur, facile omnibus tertia antecellat. pro L.Manil.9. Antecellere omnibus ingenii gloria.pro Arch.186.

Antecellens.

Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem. pro Mur.35.

Antedico.

Hæc quæ antedicuntur, quam rationem ſequantur, uides.2.de Diu. 86. Atque ego hoc dico de futuris: quod eſt augurum, antedicere ea quæ uitari poſſunt.2.Phil.19.

Anteeo.

Conſules qui omnes intelligentia anteibant.de Clar.185. Lictores prætoribus anteibant cum faſcibus duobus, contra Rull.91. Fortunam ipſam anteibo fortunis meis. Tuſc.124. Sed cum Seru. Sulpitius ætate illū anteiret.4.Phi.527. Anteire aliquem ætate.Aca. ad.2.L.1.25.& Tuſc.l.1.4.Lael 61. Animi præſtantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus.5.de Fin.160. Anteire ceteris uirtute. Off.2.51. Barbarum diſtricto gladio iubebat anteire.2. Off.34. Nec ſe æquales tui propter illam cauſſam abs te anteiri putat.pro Syl.87.

Antefacio.

Antefacta & dicta noſtri amici.9.Att.19.

Antefero.

Bibuli fortunam, quā iſte afflictam putas, omnium triumphis ni dominiſque antefero. ep.81. Tenuem uictum antefert copioſo.5. Tuſc.8.& 4.de Fin.99. Vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrem ep.63. Deinde iſta tua ſtudia uel maximis meis occupationibus anteferrē libenter. Part.229. Vt nemo ſe ei honore anteferret.pro Syl.234. Vos qui me anteculeritis nobilitati. contra Rull.69. Comitia iudiciis anteferre.Q.fr.306. Sed ego idem, qui, &c. recordor longe omnibus anteferre unum Demoſthenem. Or. 358. Certe noui, quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus.ep.72. Quis dubitaret de toto iure pacis & belli, omnibus iuriſperitiſſimis imperatores noſtros anteferre? pro Corn.64. Anteferre omnium priuatorum negotiis publicis. Tuſc.3.48. Anteferre ſe alienis.de Clar.180. Qui ſolet ſe anteferre puero, ſorori tuæ filio.6. Att 4. Tamen ita exiſtimes uelim, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me uenilles, uoluntatem tuam commodo meo. ep.74. Quum ipſe ceteris omnibus eſſet omni honore antelatus.de Pro.Conſ.21.

Antegredior.

Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur ſolem quum ſubſequitur autem, Heſperos.2.de Nat.77. Quidquid enim eſt quod deceſſit, id tum apparet, quum antegreſſa eſt honeſtas.1. Off.152. Sed intereſt inter cauſſas fortuito antegreſſas. de Fat.30. Omnia quæ fiunt, cauſſis fiunt antegreſſis: id ſi ita eſt, fato omnia fiunt.de Fat.32. Iiſdem ſignis antegreſſis de Diu.85.

Antehac.

Simul quod uideo, non ut antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ.ep.197. Atque a.quidem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam illud ereptum eſt.fa.12.23.7.

Antelucanus.

Cui non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ? qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana uictus eſſet induſtria.4. Tuſc. 67. Ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimam.1 ſ.fa. 17. Quorum omnis induſtria uitæ & uigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.3.in Catil.42. Antelucanas cenas inuidioſe dixit, pro cenis quas a principio noctis, ad ultum fere ſolis produce bat Catilina cum ſociis.

Antemeridianus.

Antemeridiano ſermo.3.de Or.13. Antemeridianis tuis litteris heri ſtatim reſcripſi. Att.13.13. hoc eſt, quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant.

Antenna.

Quid iam in nauigio neceſſarium, quam prora? quam puppis? quam antennæ? quam mali? &c.3.de Or.99.

Anteoccupo.

Vt anteoccupem, quod putas opponi.in Or.76.

Anteoccupatio.

Erroris inductio, &c. in hilaritate impulſio, anteoccupatio. 3. de Or.215.

Antepono.

Cuius iudicium longe antepono tuo. Tuſc.203. Hanc tamen gloriam teſtimoniumque Cæſaris, tuæ quidem ſupplicationi non ſolum, ſed triumphis multorum antepono.de Clar 188. Vera quidem laude probitatis, neque me tibi, neque quemquam antepono. Att.14. Et longe Academiæ illi & Lyceo, tuum hoc ſuburbanum antepono. de Or.93. Si te illi anteponis, ualde magnum facis.Q. fr.300. Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi? 4. Aca. 130. Sed quod ea te ſapientia eſſe iudicem, ut meam conſilium nō anteponam tuo.l.4.7.1.& 5.Tuſ.18. Anteponam ubi neminē, compacem paucos.12.ſam.42. Nemo ſe anteponet quo minus teſt ſiat.in Vat. Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. in Læl. Cum animum quadam infinita laude anteponeret corpori.de Fin.l.4.14. Græca anteponere Latinis.1.de Fin.5 Anteponere honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis. de Fin. 2. 47. Anteponere exſilij libertatem domeſticæ ſeruituti. Tuſc. 5. 78. Anteponere communem utilitatem ſuæ.de Fin.3.51.

Antepoſitus.

Vt omnia cauſſis fiant antepoſitis. Fat 31.

Antequam.

Antequam loco aliquo conſedero, literas a me non habebis. Att.75.A. de repub.r.e. dicam.1.Phi.1.A. pro Murena dicere inſtituo.pro Mur.A.diſcedimus 10.Att.49. Præſertim illo magiſtro qui cogeretur docere, a. ipſe didiciſſet.pro Dom.241. Numquam in Sicilia frumentum publice emptum, a. iſte præclarum hoc conſilii dedit.in Verr. 240. Sin noſtri obliti es, dabo operā ut iſtuc ueniā, a. plane ex animo tuo effluo.ep.102. Cui ſui ſemper amicus, a. ille reip. eſt factus inimicus.in Aut.244. Equidem a.tuas legi literas, in hominem ire cupiebam Att.26. Neque defatigabor, a. perceptero.de Or.156. Numquam erit diues, a. ubi ex tuis poſſeſſionibus tā tum reficiatur, ut, &c.in Parad.57. Ne quid de bonis, quæ L. Octauij fuiſſent, diminueretur, a. Co. Fundanio pecuniam ſoluiſſent. Q. fr.301. Vtinam, dij immortales, ut P. Clodius uiueret, a. hoc ſpectaculum uiderem.pro Mil.121.

Anteſignanus.

Fueras in acie Pharſalica anteſignanus.7.Phil.79.

Anteſto.

Crotoniatæ multum omnibus corporum uiribus, dignitatibus anteſteterunt.2.de Inu.123.

Anteuerto.

Atque idipſum, quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. in Læl. 5. Vidit neceſſe eſſe Milonis proficiſci Lanuuium illo ipſo, quo profectus eſt, die: itaque anteuertit.pro Mil.34.

Anteuertens.

Neque a ſole longius umquam unius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens. 2. de Nat. 77.

Anticipo.

Anticipes eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis. 8. At. 52.

Anticipatus.

Primum quod ita ſit informatum, anticipatum mentibus noſtris, ut &c. 1. de Nat. 52.

Anticipatio.

Nulla gens, quæ anticipationem quandam deorum ſine doctrina non habeat. de Nat. 1. 32. paullo poſt uocat præuotionem.

Antiquus.

Antiquum genus loquendi. 9. fam. 59. Antiqui generis ex clariſſimo municipio profecta. pro Font. 25. Antiquæ feſtiuitatis imaginem agnoſcere. 9. fam. 32. Antiqui officii homo. pro Quinct. 48. & pro R. Am. 16. In qua muliere ueſtigia antiqui officij remanent. pro S. R. 23. Antiquo opere ac ſumma arte perfecto. 6. Verr. 41. & 93. Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent, crediderunt. pro S. R. 15 pro, natu grandiores. Antiqui rationem ſententiæ ſuæ non fere reddebant, niſi quid numeris aut deſcriptionibus erat explicandum. Tuſ. 2. 32. Vereor ne hæc forte cuiquam nimis antiqua & iam abſoluta uideantur. 3. Ver. 37. Plus apud me antiquorum auctoritas ualet. in Lel. Antiquorum auctoritas tum res probabiliores, tum ſtudia hominum ad imitandum reddit alacriora. 4. ad Her. 538. Antiquorum languor atque inſcitia. 1. de Leg. 5. Vide quam ſim antiquorum hominum. 9. Attic. 62. id eſt, antiquis hominibus ſimilis, quorum ſimplicitas faciebat ut e ſua natura ceteros fingerent. Quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea uiſum iri ficta eſſe. 3. Q. fr. 27. Antiquum eſt id, pro, in more poſitum apud antiquos. ad Brut. 40. Studioſe antiqua perſequeris. 1. de Fin. 28. Animus & ortu & uirtute eſt antiquior corpore. de Vniu. 198. Antiquior & pulchrior, & magis a natura profecta cauſſa amicitiæ. de Am. 101. Antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta litteris, quam in illius. 3. Q. fr. 6. Sed multo tamen antiquior & horridior ille, quam Scipio. de Cla. 172. Antiquior locus ſententiæ dicendæ. 7. in Ver. 30. Qui pauperes ſunt, iis antiquior officio pecunia eſt. de Inu. 57. At ſalus antiquior eſt militum, quam impedimentorum. ad Her. 32. Cauſſam ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua. pro Rab. 95. Antiquiorem enim ſibi fuiſſe poſſeſſionibus ſuis gloriam. Diu. 1. 27. Antiquiorem enim ſibi fuiſſe laudem & gloriam, quam regnum & poſſeſſiones ſuas. Diu. 2. 62. Sed antiquiores litteræ, quam ruere cœpit. 7. Att. 62. Vt omnes intelligerent, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Att. 2. 37. 3. Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere conuenit? 1. de Inu. 83. Quod temporum ordine antiquius eſt. de Fin. 4. 14. Qua nihil homini eſſe debet antiquius. Off. 1. 217. Antiquius nihil iudicarim cõmuni ſalute ac libertate. 10. fam. 78. Nihil antiquius uita ducere. 13. Phil. 346. Nec quidquam habui antiquius, quam ut Pauſam conuenirem. ep. 170. Sanctius & antiquius eſt hoc mihi. Att. li. 12. 141. 18. Id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi, ut nihil ſim habiturus antiquius. Att. l. 15. 322. 1. Si in aduentu tuo bellum confici poteſt, nihil ſit antiquius. ep. 178. Ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit antiquius. Att. 105. Itaque qui numquam id egit, ut Hiſpaniæ per ſe tenerentur, naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. Att. l. 10. 197. 6. id eſt, potiſſima, & cordi in primis fuit. Officium ſit nobis antiquiſſimum. At. id eſt, potiſſimum, *ſingulare, præcipuum.* De Tullia mea ubi antiquiſſimum eſſe uideo: idque ita ut ſit, te uehementer rogo. Att. l. 12. 8. id eſt, antiquiſſimam curam. Antiquiſſimum & deo proximum id habendum; quod ſit optimum. 2. de Leg. 39. Antiquiſſimæ cuique epiſtolæ primum reſpondebo. 9. Attic. 29. Iſque iudiciorum cauſſam ſuſcepit, antiquiſſimamque ſe habiturum dixit. Q. fr. 2. 5. 5. Affabre atque antiquiſſimo artificio factus deus. 2. Verr. 9.

Antiquitas.

Aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani. 2. de Diu. 105. Aqua concluſa facile corrumpitur. de N. d. 2. 15. Aqua frigoribus conglaciat, niue, pruinaque concreſcit. de N. d. 2. 19. Aqua & terra in medium locum mundi grauitate ferūtur & pondere. Tuſ. l. 1. 33. Aqua ex terra oritur, & contra. 2. de Nat. d. 60. Dicit ille quidem multa multis locis: ſed aqua hæret, ut aiunt. 3. Off. 161. Vide Chil. Eraſmi. In hac cauſſa mihi aqua hæret ad Q. fr. li. 2. 9. 2. Aqua iugis. Diu. l. 2. 24. Aquam quam ii ducebant non longe a uilla. 3. ad Q. fr. 1. Aqua nigra Anaxagoræ. Ac. ed. 1. l. 2. 92. Aqua turbida, & cadaueribus inquinata. Tuſ. l. 5. 70. Vos quoque ſigna uidetis aquai dulcis alumnæ. 1. de Diu. 25. Aquæ admixtum eſſe calorem, primū ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. de N. d. 2. 19. Colligere uberiorem aquam. 3. Q. fr. 1. Aquam dixit eſſe initium rerum Thales Mileſius. de Nat. 1. 29. Ducere aquā p fundū alterius. p Quinct. 318. Aquam calidam ex puteis iugibus trahi, & id maxime fieri hibernis temporibus. de Nat. 2. 29. Ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur. pro Quinct. 47. Aquam belle fluentem uidi. 3. Q. fr. 1. De aqua per fundum eius ducenda rogabo. 3. Q. fr. 4. Aqua & igni nobis interdicatur. 11. fam. 1. Aqua madidus. 2. Q. fr. 27. Aqua denique prohiberentur milites noſtri. 12. fam. 13. Non aqua, non igni (ut aiunt) pluribus locis utimur, quam amicitia. Lӕl. 21. Aquæ Arpinates, aquæ marinæ, aquæ calidæ. 2. Attic. 42. Ille tenet & ſcit ut hoſtium copiæ, ut aquæ pluuiæ arceantur. pro Mur. 19. Top. 20. Aquæ Puteolanæ. in Ant. 216. Ex aquarū reſpiratione & uapore, fit aer. de Nat. 2. 20. motu eius caloris qui aquis continetur. Ad aquas uenire. pro Plan. 53. Aquis alia dulcibus, alia marinis. 3. de Nat. 25. Quo utamur quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis. Lӕl. 56.

Aqvula.

Platanus mihi uidetur, non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creuiſſe. 1. de Or. 15.

Aquæductus.

Aquæductus, hauſtus, iter, actus. pro Cæc. 54. De aquæductu probe feciſti. Att. 205. Ductus uero aquarum, quos iſti tubos & euripos uocant, quis non iriſerit? de Leg. 169.

Aqua intercus.

Aqua intercus, quæ alias hydrops uel hydropiſis. Off. 3. 124.

Aquarius.

In eo magiſtratu, cum tibi magno clamore aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. in Vat. 8. id eſt, aquarum & aquæductuum cura.

Aquarius.

Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, ueternus ciuitatem occupaſſet. fam. l. 8. 6. 10.

Aquatilis.

Aquatiles beſtiæ quæ gignuntur in terra. 2. de N. d. 95.

Aquatio.

Hic aquatio: hac uilla iſti carere non poſſunt. 3. Off. 77.

Aquila.

Aquila inſectans alias aues, & agitans, ſemper ipſa poſtrema eſt. Diu. l. 2. 111. Deiotarus ex itinere iam conſtituto reuertit, aquilæ admonitus uolatu. de Diu. 85. Atque hic idem latro Italiæ cum aquilæ primipili aureos nummos daret, de meis bonis ſe dare dixit. in Ant. 243. Cum aquilam illam argenteam (cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat) ſcitem eſſe præmiſſam. in Catil. 2. 34. Cum Hircius ipſe aquilam quartæ legionis inferret, &c. in Ant. 263. Non dubito quin ab aquila, Tarquinio apicem impoſitum putent. 1. de Leg. 3. Aquila nulla auis uolat uehementius. Diu. 2. 111. Aquilæ duæ, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonii. 10. fam. 65.

Ara.

Ex eo Aio loquenti ara in noua uia conſecrata eſt. de Diu. 123. Ara legum. 4. in Verr. 5. Ara uetus ſtat in palatio Febris, & altera Exquiliis malæ Fortunæ, deteſtatæque, quæ omnia eiuſmodi repudianda ſunt. 2. de Leg. 19. Eaque extructio, quæ ſit ad memoriam æternitatis ara uirtutis. in Ant. 246. Sicut in aram, confugit in huius domum. 3. de Nat. 33. pro Roſc. Com. 18. Tuſc. 1. 69. Tamquā in aram confugitis ad deum. 3. de Nat. 17. Qui niſi in aram tribunatus confugiſſet, uim prætoris effugere non potuiſſet. Poſtq. 206. Licinia uirgo Veſtalis aram & ædiculam ſub ſaxo ſacro dedicauit. pro Dom. 104. Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo. pro Flac. 263. De ara reponenda. 11. fam. 4. Aræ fumantes. Diu. 2. 49. Vſque ad aras eſſe amicum. pro Flac. 70. Apud aras Alexandri, in radicibus Amani. 15. fam. 18. Aras delubraque Hecates in Græcia uidimus. de Nat. 68. Totum illum locum fanumque uendideris: ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſque detraxeris. de haruſp. reſp. 25. In aris & focis eſt reſpub. non in parietibus. 7. Attic. 38. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamen. 3. de Nat. 71.

Arancola.

Data eſt quibuſdam beſtiis etiam machinatio quædam atque ſolertia, ut in arancolis, aliæ quaſi retexunt, aliæ ex inopinato obſeruant, &c. de Nat. 50.

Aratio, Arator, Aratrum, uide Aro.

Arbiter.

Quis in hanc rem fuit arbiter? pro Roſc. Com. 6. Arbiter honorarius. Tuſc. 5. 85. & Fat. 29. Quinct. Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri a ſenatu datus. Off. 7. Arbitrum illum adegit, &c. Off. 3. 86. id eſt, uocauit eum ad arbitrum. Arbitrū me datum uellem inter antiquam Academiam & Zenonem. 1. de Leg. 40. Per arbitrum damnatus. pro Roſc. Am. 67. Poſtulare arbitrum. pro Cæc. 13. Hirtius arbitrum me ſtatuebat non modo huius rei, ſed totius conſulatus ſui. Att. 15. 321. 3. Eundemne in arbitrum & iudicem ſumebas? pro Roſc. Co. Aqua iubetur ab arbitro arceri. Top. 224. De arbitro & arbitrio, & compromiſſo, multa præclara dicuntur. pro Quinct. R. 46. Arbitro te, & diſceptatore uterētur. 13. fam. 45. Vti aliquo arbitro. fam. lib. 14. 27. 5. Arbitri & teſtes legum & iudiciorū, Caſtor & Pollux. 7. Ver. 147. Arbitri tres fines regemus. 1. de Leg. 43. Hec loca uenuſta ſunt, abdita certe: &, ſi quid ſcribere uelis, ab arbitris libera. Att. 15. 3 f. id eſt, interpellatoribus crebris carentia. Amœno ſane, & ab arbitris remoto loco. 7. Ver. 64. Spes celandi quæritur ex cōſciis, arbitris, auditoribus, &c. ad Her. 7. Pomponius ſurrexit e lectulo, remotiſque arbitris ad ſe illum iuſſit uenire. Off. 3. 153. Decemuiri ueſtra uectigalia nō modo ne uobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem teſte uendēt. cont. Rul. 77.

Arbitratus.

Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. de Inu. 50. Tribunitii candidati compromiſerunt H-S. CD. in ſingulos apud M. Catonem depoſitis petere eius arbitratu, ut qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur. Q. fr. 316. Ego litteras ipſius arbitratu dabo, hæ te ne moueant. ad Ant. 251. Vt eum arbitratu meo diligam. 3. de Leg. 1. Quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Lӕl. 3. Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem. de Fin. 64. Meo arbitratu loquar de hoc. 1. de Or. 51. Reſponde arbitratu meo. de Fin. l. 4. a. Arbitratu meo ſcribendi. 12. fam. 62. Quæro cauſſas omnes aliquando uiuendi arbitratu meo. ep. 95. Meone arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? Hec duo opponuntur. 9. Att. 67. Non te pudet, Verres, eius mulieris arbitratu geſſiſſe præturam? 3. Ver. 98. & 4. de Fin. 4. Arbitratu noſtro componeretur. 10. fam. 46. Arbitratu Pompeii ſeſe Luceio ſatis facturos. 13. fam. 66. Cum ſummam tātæ pecuniæ nullo teſte, ſibi ipſe ſuo arbitratu & ſua uoluntate feciſſet.

ciſſat.cont. Rul.79. Arbitratu ſuo reprehendere aliquid Acad.ed 1. li. 2.93. Cum uenditori, ſuo arbitratu, uendere non liceret. 6. Ver. 9. Tuo uero id quidem arbitratu. de Fin. 1.22.

Arbitrium.

Aliud arbitrium, aliud eſt iudicium: Iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Quinct.4. Arbitrium, pro uoluntate ſeu libidine. de haruſp. reſp. 30. Arbitrium pro ſocio condemnati ſolerent pro Quinct.7. Arbitrium pro ſocio adigere aliquē. pro Ro.c. Com. 14. Arbitrium tuum eius cuſtodiendæ, & proferendæ. 2. ſ. Attic. 25. id eſt, pro tuo arbitrio. Arbitrij & iudicij differentia qu 4. lam. pro Roſc. Com. 5. Ad arbitrium alterius perorare. in Vat. 20. Ad alicuius arbitrium & nutum, totum ſe fingere & accommodare. Or. 139. Ad aliorum arbitrium uiuere, nō ad ſuum. pro Mur. 128. Vt te ad meum arbitrium adducerem. 5. fam. 55. Quod ſenatus nondum cenſuit, id arroganter non præiudico, nec ad arbitriū meum reuoco. Att. 275. Se ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris ſpoliatum iri. 5. Ver. 65. Ad noſtrum arbitriū libidinemque eludere iudicit ex ſpectationem. 2. Ver. 19. Et in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari ad Her. 22. Ad arbitrium ſuum moue re mentes auditorum. 2. de Or. 38. Hic Heracleo ad arbitrium ſuū pauigauit. Att. 255. Ad arbitrium ſuum ſcribere. de Fin. 9. Delectationes quas tibi ipſi ad arbitrium tuum comparas. ep. 94. Ad arbitrium ueſtrum eſſent omnia collata. 11. fam. 32. 2. omnia ex arbitratu ueſtro adminiſtrata. Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. At. 6. Secundum arbitriū tuum teſtes dabo. 7. Ver. 139. In arbitrio rei uxoriæ, melius æquius: in fiducia, ut inter bonos bene agier. 3. Off. 60. Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. in Ver. 242. Nutu & arbitrio dea omnia reguntur. pro Roſc. Am. 77. Mulierum nobilium & formoſarum arbitrio præturā per triennium geſſiſſe. 6. Ver. 120. Et multitudinis arbitrio res maximas geri. Læl. 39. Si ſeruitus ſit (ſicut eſt) obedientia fracti animi & abiecti, & arbitrio carentis ſuo, quis neget omnes leues eſſe ſeruos? Parad. 44. Arbitrio ſuo potius, quam alterius dolere. 11. fam. 48. Antonius in ſua poteſtate numquam fuit, nihil umquam arbitrio ſuo fecit, ſemper eo tractus, quo rapuit libido. in Ant 206. Arbitrio ſuo timere. pro Dom. 6. Arbitria funeris auferre. in Piſ. 16. Arbitria funeris petere. pro Dom. 75. Arbitria funeris ſoluere. poſt red. in Sen. 15. Arbitria honoraria. pro Roſc. Com. 8. Q. quidem Scæuola pontif. max. ſummam uim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, Ex fide bona. 3. Off. 92.

Arbitror.

Arbitror, quo, &c. ea toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit. pro Font. 16. arbitror, uerbum quo utebantur Romani in teſtimonio dicendo. Tamen (ut arbitror) auctoritate & ni ror meurotū adducti, in ueritate manſerunt. pro Clu. 140. Hæc (ut ego arbitror) ueteres, rerum magis euentis moniti, quam ratione docti, probauere. 1. Diu 8. Non ſoleo mi Brute (quod tibi notum eſſe arbitror) temere affirmare de altero. Att. 273. Ego quod ad me attinet, idemque arbitror ceteros, iccirco taceo quod, &c. Q. fr. 306. Quinque cohortibus quid ſe nam facturum arbitratur? Att. a 3. Si hoc quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: &c. 6. Ver. 73. Quod illi quæ neſciant, ſcire ſe putent, ipſe ſe nihil ſcire, id unum ſciat, ob eamque rem ſe arbitrari ab Apolline omnium ſapientiſſimum eſſe dictum, &c. 1. Acad 23.

Arbor.

Vigere & ſeneſcere dicitur arbor. 5. de Fin. 69. Viuere arbor & mori dicitur. 5. de Fin. 69. Arbor exciſa eſt, non euulſa. 15. Attic. 9. Arbor nouella. de Fin. 5. 36. Arbor uetula. de Fin. 5. 36. Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. pro Rab. 12. Homini enim Phrygi, qui arborem fici numquam uidiſſet, fiſcinam ficorum obiecisti. pro L. Flac. 32 Da mihi ex iſta arbore, quos, feram ſurculos. pro Rab. 52. Florere dicuntur arbores. 1. Diu. 27. Arbores, nites, & id genus alia, uiuere dicuntur æque ac homo. Tuſc. 1. 46. ſed anima uegetatiua tantum. Arbores hiemali tempore, cum luna ſimul ſeneſcentes, quia tum exiccatæ ſint, tempeſtiue cædi putantur. Diu. 2. 25. Arborum confectio. 2. de Nat. 114. Multæ iſtarum arborū mea manu ſatæ ſunt. de Sen. 89. Truncus, rami, folia arborum. 3. de Or 98. Proceritas arborum. de ſen. 55. In arborum radicibus ineſſe principatus putatur. de Nat. 2, 21. Serere arbores quæ alteri ſæculo proſint. de ſen 81.

Arbuſtum.

Arbuſta ornata tegmine foliorum. in Arat. Tum uiſam belluā, quacumque incideret, omnia arbuſta, uirgulta, tecta peruertere. Diu. 90. Segetibus, pratis, uineis, arbuſtis, res ruſticæ lætæ ſunt. de Sen. 88

Arca.

Animus hominis diues, non arca appellari ſolet. pro Dom. 225. Parad 124. Arcæ noſtræ confidito. 1. Attic. 16. Reſcripſi, nihil eſſe, quod arcæ noſtræ fiducia conturbaret. 2. Q. fr. 28. Eorum iuſſu ex illa olea, arcam eſſe factam Diu. 126. Cato petebat ab eo qui arcam ferebat. de Or. 174 Argentum in arca poſitum. Top. 226. Arbitro arrepſi in quæſtionem, tamen ſeparantur a ceteris, & in arcas coniiciuntur. pro Mil. 44.

Arcula.

Omnes arculas diſcipulorum Iſocratis meus liber conſumpſit. 3. Att. 1. Perſcrutari arculas muliebres. 2. Off. 24.

Arcanus.

Quicum ioca, ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia. 2. de Fin. 135.

Arceo.

Eſt autem multiplex & tortuoſa aluus, arcetque & continet, ſiue illud eſt aridum, &c. 2. de Nat. 203. Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus. de Nat. 52. Brutus Antonium in Galliam inuadentem, a progreſſu arcuit, a reditu refrænauit, &c. 11. Phil. 241. D. Brutus, non ut conſulem recepit, ſed ut hoſtem arcuit. 5. Phil. 191. A tectis ac mœnibus urbis arcebis Catilinam. 1. in Cat. 33. Nos enim te dominum modo illis ſedibus, ſed diuturnis amicis uicinus, hoſpes, procurator arcebit. Phil. 102. Quæ magis arceat homines ab improbitate animi Para. 28. Cur eam ſumptu ad ſacra adhibito, deorum aditu arceamus? 2. de Leg. 45. Ergo hos quidem ut famulos uinclis prope ac cuſtodia arcemus 2. Tuſc. 84. Arcere aliquē reditu. Tuſc. 1. 73. Natura, non pœna, debet arcere homines ab iniuria. de Leg. 164. Arcere aquam pluuiam. Top. 19. Oeil finibus arcere ſcelus ali quod. de haruſp. reſp. 3. adoleſcentia a libidinibus arcenda eſt. Off. 1. 25.

Arcens.

Summus ipſe Deus arcens & continens ceteros. in Som. Scip. 14. Arcens cum reditu tyrannum, quem ipſe expulerat. 1. Tuſcul. 148.

Arceſſo.

Si erit pugnandum, arceſſam ad ſocietatem laboris. 2. Att. 50. De Buthrotiis curabis ut cetera: & Pelopem ad te arceſſe. Att. lib. 14. 10. Deinde quot ex iis qui uiuunt, eodem crimine in ſummum capitis periculum arceſſas? pro Rab 19. Ipſe alterum iterum ambitus crimine arceſſeret. pro Cæl. Vt hūc hoc iudicio arceſſeret. pro Flac. 1. 9. Sed, quod quæris, quid arceſſerim Chryſippum. 14. Att. 10. Nō ficto crimine inſectari, non capere nitam, non capitis arceſſere. pro Deiot. 21. Non erit neceſſe id uſque a capite arceſſere. Top. 30. Et tardi ingenii eſt, riuulos conſectari, fontes rerum non uidere, & ætatis eſt, uſuſque noſtri a capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manant uidere. 2. de Or. 64. Arceſſere aliquem in iudicium capitis. Off. 43. pro Fl. 11. In patriam. poſt red. in Sen. 24. In ſena. tum. pro Dom. 9. Arceſſere innocentem iudicio capitis, ſine ſcelere fieri nullo modo poteſt. Off. 2. 72. Arceſſere iudicem. pro Quinct. 48. Cum ab aratro arceſſebantur, qui conſules fierent. pro Roſc. Com. 15. Interea narrat eadem, Brutum arceſſi. Att. 224.

Arceſſitus.

Cauendum eſt, ne arceſſitum dictum putetur. 2. de Or. 142.

Arctatus.

Quibus (chartis &c.) cum multæ naues refertæ fuiſſent, una non patuit parua arctata pro Rab. 24.

Arctus.

Nec tamen ita ſunt arta & aſtricta, ut ea cum uelimus, laxare nequeamus. in Or. 128.

Arctus.

Vt cubitum diſceſſimus, me & feſſum de uia, & qui ad multam noctem uigilaſſem, artior quam ſolebat, ſomnus complexus eſt. in Som. Scip. 4. Mihi credite, arctioribus apud pop. Rom. laqueis te nebitur. 3. Ver. 8. Continet artius per hiemem calorem inſitum. de Nat. 2. 19. Cuius ſocietatis artiſſimum uinculum eſt, magis arbitrati eſſe cōtra naturam, &c. Off. 3. 35. Vincla amoris artiſſima. Att. 6. 113. 2.

Arcte.

A. complecti aliquem. Diu. 101. A. uehementerque comprimere. Acad. ed. 1. l. 2. 134. A. & grauiter dormitare. Diu. 1. 54. Illud a. tenent, accurateque defendunt, uoluptatem eſſe ſummum bonū. Parad. 15.

Arctius.

Hæc a. aſtringi ratio non poteſt. de Fat. 146. L. Paullus a. puellā complexus, Accipio omnem, inquit, mea filia. 1. Diu. 167. A. dormire. de Inu. 63.

Archetypus.

Idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum & refectum. Att. 16. 333. 2. Archetypa inceſſionum. 12. Att. 8.

Archipirata.

Archipirata.

Ille qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur a ſocijs, aut relinquitur. 2. Off. 56. Cum a latrone archipirata productus eſſet. Poſtq. 206. Omnes ſic habēt perſuaſum, iſtum clam a piratis, ob hunc archipiratam, pecuniam accepiſſe. in Ver. 248. Archipiratam ipſum uidet nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit. 7. Ver. 32.

Architectus.

Cyrus architectus. ep. 102. Torumhus bellus dicitur eſſe architectus. Att. 223. Architectus tanti operis 2. de Nat. 66. Architectus ſceleris. pro Clu 47. Architecti uoluntati parere. de Nat 1. 15. Philonem illum architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſerte populo rationem operis ſui reddidiſſe. 1. de Or. 32. Att. 14. 301. 1. Ex ijs quæ nunc maxime fiunt, non ne quis poteſt intelligere, omnium architectum & machinatorem unum eſſe Chryſogonum? pro Roſc. Com. 78. Mali ædificij dominus, glorians ſe architectum non habuiſſe. de Nat. 1 c. Quæ ab illo inuentore ueritatis, & quaſi architecto beatæ uitæ dicta eſt. lib. 1. de Fin. 25. Nunc quinam abſtruſus uſquam nummus uidetur, quem nō architecti huius legis olfecerint? de L. Agr. Vt omnes fere Stoici prudentiſſimi in diſſerendo ſunt, & id arte faciunt, ſuntque architecti pæne uerborum: &c. de cl. Or. 61. Non modo ut architectos, uerumetiam ut fabros ad ædificandam rempub. 9. fam. 5. Qui eſt architectus & decempedis uillas multorum hortoſque peragrauit. pro Mil. 115.

Architector.

Cogitatio enim quamuis regionem poteſt amplecti, & in ea ſitū loci cuinſdam ad ſuum commodum, & arbitrium fabricare & architectari. ad Her. 3. 127. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an, quod ita callida eſt, ut optime poſſit architectari uoluptates? 2. de Fin. 85. id eſt, formam & rationem fruendarum uoluptatum comminiſci & præſcribere quemadmodum architecti opera maioris ſumptus, & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent.

Architectura.

Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honeſtarum, eæ ſunt ijs, quorum ordini conueniunt, honeſtæ. 1. Off. 150.

Arcus.

Arcus auratus. Acad. ed. 1. l. 2. 82. Βιὸς τὸν eſt arcus, quem Apollo geſtare fingitur, unde & ab Homero, ἀργυρότοξος appellatur. Fuerat ille annus tamquam in reſpub. magno metu & multorum timore arcus intentus in me unum. pro Sext. 11. Arcus (qui eſt in cælo) ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. 3. de Nat. 36. Cur autem arcus ſpecies non deorū numero reponatur? 3. de Nat. 69. Arcum intendere. Acad. ed. 1. l. 2. 82. Appius animum intentum tamquam arcum habebat. de Sen. 84.

Ardeo.

Non angor, ſed ardeo dolore. Att. 9. 173. 10. Nunc enim demū mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira. 2. de Fin. 22. pro Cœl. 29. Ardet dolore & ira noſter Pompeius. Att. 2. 34. 9. Omnibus terris, una Gallia cōi non ardet incendio. in Or. 18. Res ardet inuidia. Q. fr. 2. 16. 30. Ardebat amore illius hoſpitæ. 4. Ver. 80. Ardebat autem cupiditate ſic, ut in nullo umquam flagrantius ſtudium uiderim. de Cl. Or. 167. hoc eſt, uehementer cupiebat. Domus ardebat in palatio, non fortuito, ſed oblato incēdio. pro Dom. 225. Omnia in illum odia ciuium ardebant deſiderio mei. pro Mil. 30. Cum arderet Syria bello. Att. 6. 111. 4. Nam cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi. 6. Ver. 130. Nec ſcienter quid appetens, ardeat deſiderio. Tuſ. 4. 29. Ardere auaritia. 3. de Fin. 57. Orbem terrarum imperijs diſtributis ardere bello. fam. l. 4. 1. 7. & 6. Attic. 40. Ardere cupiditate alicuius rei; ut pugnandi. in Piſ. 44. Podagræ doloribus. 5. de Fin. 162. furore & ſcelere. 10. Att. 7. Studio & amore alicuius ad Q. fr. l. 1. 2. 26. ſtudio belli. pro Deiot. 20. ſtudio hiſtoriæ. Att. l. 1. 337. 4. ſtudio ueri reperiendi. Ac. ed. 1. l. 2. 60. Tanta uis animi, &c. ut mihi non ſolum tu incendere iudices, ſed ipſe ardere uidearis. 2. de Or. 108. Cum omnes artus ardere uiderentur. de Fin. 2. 77. Caput arſiſſe Seruio Tullio dormienti, quæ hiſtoria non prodidit? de Diu. 105.

Ardens.

Ardens & erectus ad libertatem recuperandā. in Ant. 193. Amore ardens, confirmabat, quod deſiderium tui diſſidij ferre non poſſet. 2. Phil. 62. Qui ardens auaritia fertur, &c. pro S. R. 33. Ardens ſtudia ſenatus. 1. de Or. 5. Ardens, odio ueſtro, cruentus ſanguine ciuium Romanorum. 4. Phil. 154. Nec umquam is qui audiret, incenderetur, niſi ardens ad eum perueniret oratio. in Or. 72. Ardens tribunatus. pro Sext. 102. Cur, cum fana circumimus, in agro ardenti, rem diuinam facere ſolemus? 3. de Nat. 13. Ardenti quidē ſtudio hoc fortaſſe efficiam ad Q. fr. l. 2. 16. 3. Ardentes dolore. 11. Att. 20. Ardentes ſtudijs Græcis. 3. de Or. 72. Ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conſcientia. 2. de Leg. 42. Ardentes in eum literas ad me miſi. Att. 4. 306. 4. Partim refrigerata, partim ardentia dicenda ſunt dei membra, ſi mundus eſt deus. de Nat. 1. 89. Ardentiore ſtudio petere. 2. de Fin. 94.

Ardenter.

Ardenter cupere aliquid. Tuſcul. 4. 30. Ardentius appetere. 4. de Fin. 6.

Ardor.

Ardor animi non ſemper adeſt &c. in Or. 47. Ardor animi inita ratione excitatus. Tuſc. 4. 65. Ardor atque impetus animi. de Fin. 2. 52. Ardor animi conſedit. de Clar. 173. Summus ardor cupiditatis. Tuſc. 4. 34. & de Fin. 1. 35. Ardor extinctus. 6 fam. 41. Ardor iratum. Diu 1. 57. Animi impetus, cupiditas uincendi, ardor mentis ad gloriam. pro Cœl. 43. Ardor mundi, per ſe ipſe, ac ſua ſponte, mouetur. de N. d. 2. 15. prius feruorem uincauit. de Nat. 2. 23. Oculorum ardor. pro C. Balb. 39. Ardor ſtudij. de Fin. 5. 47. Ardor tantus animos hominum occupauit. 11. fam. 14. Nec uero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Or. 206. Ardor uultuum atque motuum. Diu 1. 72. Ignis eſt cauſſa ardoris. de fat. 147. Craſſus arridens, Quid cenſes, inquit Cotta, niſi ſtudium & ardorem quendam amoris? de Or. 66. & 1. Offic. 71. Ardorem cæli deum dici eſſe Ariſtoteles. de Nat. 1. 25. Nam ut illa omittā, uiſas nocturnu ipſe ab occidēte faces, ardoréq. cæli, ut fulminū iactus, ut terræmotus, &c. 3. in Catil. 63. Repreſſi impetū, ardoréque reſtinxi. Brut. 91. Ardorem ultimum & altiſſimū, atque undique circumfuſum, & extremum, omnia cingentem atque complexum, qui æther nominetur, certiſſimum deum iudicat Cleāthes. de Nat. 1. 28. Reſtincto ardore cupiditatum omnium. 1. de Fin. 68. Nubiū conflictu ardor expreſſis, De diuinat. 117. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. 4. Aca. 214. Continentem ardore lucis orbem. de Nat. 1. 21. Ex mundi ardore motus omnis oritur. de Nat. 2. 23. In ardore cæleſti, qui æther uel cælum nominatur. de Nat. 2. 29. Ardore integro, puro, libero, eodemque acerrimo & mobiliſſimo mundus tenetur. de Nat. 2. 23. Solis ardore torreri. in Som. Scip. 22. Ardore ſtellarū micare. 1. de Diu. 32. Ardores animorum. Tuſc. 4. 37. Vua ueſtita pampinis nimios ſolis defendit ardores. de Sen. 88.

Arduus.

Eſt enim arduum. Tuſ. 2. 22. hoc eſt, difficile & laborioſum. Hoc longi temporis, & magnæ arduæque cogitationis indiget. de Inu. 58. Magnum opus omnino & arduum, Brute, conamur. &c. in Or. 18. Difficili adſcenſu & arduo erat opidum. 6. Ver. 45. & 1. de Or. 144. Res arduæ & difficiles. de Inu. 82. & de Leg. 163. Patientia eſt honeſtatis, & utilitatis cauſſa, rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio 2. de Inu. 142.

Area.

Quod de domo ſcribis, hoc eſt de area 14. fam. 5. & 2. ad Q. fr. 14. Reliqua, o dij, qui comitatus. quæ (ut tu ſoles dicere) νεκυία, in qua erat area ſcelerum, Att. l. 9. 190. 5. Quædam exemplaria legūt, Eros Celeri. A puero ut diſceſſi, in aream tuam ueni, res agebatur multis ſtructoribus. Q. fr. l. 2 8. 4. De ædificatione domus. Pontifices ſi ſubſtulerint religionem, aream pulchram habebimus. Attic. 54. De area noſtra expulſi ſunt fabri. 4. Att. 12. Ne quis frumentum de area tolleret. 5. Ver. 28. Prata & areas quaſdam magno æſtimabant in Parad. 65. Ex areis tantum habemus. 9. fam. 47. Vt neque in ſegetibus, neque in areis, neque in horreis arator poſſet fraudare decumanum. in Verr. 151.

Arena.

Vt uero cum omnes urbes, agros, uectigalia, regna uendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat, id uos poteſtis, quæſo, concedere? pro Leg. Agr. 72.

Arenariæ.

In arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam perductus occiditur. pro Clu. 28.

Areſco.

Cito areſcit lachryma, præſertim in alienis malis. in Part. Lachryma nil citius areſcit. 1. de Inu. 118.

Aridus.

Exſiccatus atque aridus. de Fat. 141. Aridus uictus. pro R. Am. 45. Arida uita. pro Quinct. 63. Aridum orationis genus. 4 ad Her. 1. 58. Pulegium aridū floreſcere dicitur ipſo brumali die. de Diu. 113. Vitam omnino ſemper horridam atque aridam cordi fuiſſe. pro Quin. 63. Nos Stoicus ille nihil adiuuat: & genus ſermonis affert, non liquidum, non fuſum ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum ac minutum. 2. de Or. 87. Folia arida. in Piſ. 120.

Argentum.

Argentum.

Argentum. ἄργυρος. in Piſ.49. Argentū cælatum. Part.14. Cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in ædibus.6. Verr. 29. Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ei pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Top.222. Argentum plenum artis. Tuſ.5.45 Argentum ſignaretur.13.fam. 53. Argenti ſcrupulum ullum eſſe in illa inſula.4. Att.50. Erat ea nauis plena iuuentutis formoſiſſimæ, plena argēti facti atque ſignati, multa cum ſtragula ueſte.7.Verr.21.

Argentarius.

Argentarius apud omnes ordines gratioſus Off.3.76. Cuius rei putas rationem iſte reddi non poſſe, quod ipſe tabulas auerterat: ſe autem habere argentarii tabulas,&c.pro Cæc.288. Quod argentario obtuleris expenſum, a ſocio eius recte repetere poſſis. ad Her. 9. Pecuniam argentario promittit Ebutius. pro Cæc.11.

Argentaria.

Argentariam diſſoluere. pro Cæc.8. Et Romæ argentariam non ignobilem fecit pro Cæc.8.& 7.Verr.29. Argentariam facere. Off. 3.75. Græci id ἀργυροπρατικὴν ἐργάζεσθαι dicunt. Herennius, quē ille argentariam Lepti feciſſe dicit.in V.269.

Argenteus.

Aquila argentea. in Catil.102. Ita gentes hæ, ut pace uterentur, bini argenteam dederunt præclaro imperatori noſtro.de Prou.69. Argenteæ menſæ in delubris.3. de Nat.62. Argenteum flumen. fam.10.ep.34.

Argilla.

Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus? in Piſ.46.

Argumentum, Argumentor, uide Arguo.

Arguo.

Seruos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. pro S.R.71. Ego te dico tantum gaudere: feciſſe, non arguo.2.Phil.55. Nunc non modo te hoc crimine arguo, ſed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo.7. Ver.37. De quo etiam ſi quid dubitaſſet antea, non id quod eū arguis, cogitaſſet interfecto patre tuo. pro Sylla. Non modo Ebutium, ſed etiam ſeipſum arguit pro Cæc.18. De quibus (cauſſis) quoniam uerbo arguit, uerbo ſatis eſt negare. pro R. Am.50 Quos niſi arguimus, uera laus deferenda eſt. de Fin.73. An nos intelligis, primum quos homines & quales uiros mortuos ſummi ſceleris arguas? pro Rab.55. Vt ſi quis quem arguat hominem occidiſſe, &c. ad Her.15. Sin autem ſic ageris, ut arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis ante, quare, aut quomodo, &c. pro R.Am.34. Vt ſi accuſator dixerit ab reo hominē ueneno necatū, & hereditatis cauſſa factum arguerit. ad Her.22. Pecunias prætorē in prouincia cepiſſe arguere.1. de Fin. 48. Ne arguere eū rei capitalis uideret. pro Cæc.18 Omnibus in rebus, iudices, quid quiſque uoluerit, cogitauerit, admiſerit; non ex crimine, ſed ex moribus eius qui arguitur, eſt ponderandum. pro Syll.51. Non dubitauit id ipſum, quod arguitur, confiteri. pro Cæc. 235. Quod non licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur nō licere. Part. 119 Arguitur patrē occidiſſe Sext. Roſcius. pro Sex. Roſc.21. Pericles auctor iniuriæ illius fuiſſe arguebatur. in Ver.63. Negare oportere de uita eius & moribus quæri, ſed de eo crime quo de arguatur. 2. de Inu.147. Si quis, iudices, forte nunc adſit ignarus legum, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas ſtare non poſſit. pro Cœl.1. Quod auctor iniuriæ illius fuiſſe argueretur.3.Ver.60. Multa ſunt falſa, iudices, tamen argui ſuſpicioſe poſſunt. pro S.R.51. Arguenda teſtium cupiditas 2.Her.41.

Argutus.

Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens, uerba non exprimens.3. de Or. 122. Arguta nimium ſedulitas.8.fam.1. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur.1. de Leg.39. Sententiæ delectandi quaſi argutæ. de Opt.243. Quis Catone grauior in laudando, acerbior in uituperando, in ſententiis argutior, in docendo ediſſerendoque ſubtilior? de Cl. Or.32. Poema facit ita feſtiuum, concinnum, elegans, ut nihil fieri poſſit argutius. in Piſ.94. Ex ambiguo dicta uel arguti ſſima putantur.2. de Or.138. Sunt enim qui uel argutiſſima hæc exſta eſſe dicant: &c.2. Diu.42. Velim obtuas mihi litteras quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas. Att.l.6.116.1.

Argutulus.

Ego interea admonitu tuo perfeci ſane argutulos libros ad Varronem. Att.13.275.1.

Argute.

Quis putet celeritatem ingenii L. Bruto defuiſſe, qui de matre ſuauiando ex oraculo Apollinis tam acute arguteque coniecerit? de Cl. Or.26. Qui in illo ſubtili & acuto elaborauit, ut callide arguteque diceret, &c. in Or.52. Argute diſſerere. Acad edit.2.li.1 5. Breuiter arguteque incluſo aduerſario laxare iudicum animos. de Clar.195. Si mihi acute arguteque reſponderit, iun. quærā deniqne ea quo iſte fonte ſenator emanet. pro Cœl.14 De rebus difficillimis argutiſſime diſputare. Acad.40.

Argutia.

Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens. in Or.33. Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum.1.de Leg.5. Tum orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut pæne Attico ſtylu ſcriptæ eſſe uideantur de Cl. Or.86. Nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutiis. de Am.42. Demoſthenes nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æſchini & ſplendore uerborum. in Or.59.

Argumentum.

Argumentum quid.1 ad Her.13.Part.3 Argumentum, coniecturæ ſpecies, quid.2 ad Her.38. Argumentum, eſt ficta res, quæ tamē fieri potuit.1.de Inu.40. Argumentum, eſt probabile inuentum ad faciendum fidem. Part.230 Argumentum, eſt ratio, quæ rei dubiæ facit fidem in Top.5. Argumentum componendum eſt, & ſcribendi expectandum tempus maturius.15.Att.10. Argumentū concludi non poteſt, niſi iis, quæ ad concludendum ſumpta erunt, ita probatis, ut falſa eiuſdem modi nulla poſſint eſſe. Acad. ed.1.l. 2.42. Argumentum pro argumentatione. Argumentum concluſum. Ac. ed.1.l.2.27. Argumentum ratione concluſum. de Fin.4.7. Argumentum & ſententia alicuius cōcionis. de haruſp. reſp.6. Maximum uero argumentum eſt. Tuſ.1.26. Hoc premendum etiam atque etiam eſt argumentum. Tuſc.1.72. Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat. ad Brut. Argumentum ſimulatque poſitum eſt, arripitur.2. de Or.118. Argumentum ad ſcribendum deſit 5. Att.21. Argumentū epiſtolæ mihi naſcatur.16.fam 32. Quod aliud Argumentum epiſtolæ noſtræ, niſi colluſio fuit? Att.13.283.2 Grauiſſimum & firmiſſimum argumentum. pro Q Roſc.21. Argumenti concluſio, ἀπόδειξις Græce, ratio eſt, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. Aca. ed.1.l.2. 27. Vnius argumenti concluſione, tota ab his cauſſa comprehenditur. Aca ed.1.l. 2.39. Argumenti concluſiones.2. ad Her.85. Argumenti exitum cum explicare non poſſint poetæ tragici, confugiunt ad deum. de Nat.1.38 Nihil argumenti ad ſcribendum dare Q fr.h 2.13.1. Tabulæ uero nouæ, quid habent argumenti, niſi ut emas tibi mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? 2. Off.123. Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum præmium poneretur? 4. Verr. 79. Scire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſſio. pro Cœl. 55. Satis eſt argumenti, nihil eſſe debitum Næuio, quod tamdiu nihil petiuit. pro Quinct.23. Argumenti ſententiam concluſiſti. de Nat.1.62. Argumento quomodo reſiſtendum.2 de Or.115. Certiſſimum accipite argumentum, quo facilius de ſingulari eius impudentia exiſtimare poſſitis.4.Ver.12. Argumentum ratio ipſa confirmat.2.de Or.118. Cato perfectus Stoicus, &c. in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumētum, ſed, &c. Parad 3. Seruius nos mature uidebit, mihique dabit argumentum ad te epiſtolæ. Att.10 205 3. Gaudeo tibi iucundas eſſe meas litteras: nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidem ullum argumentum, niſi tuas accepiſſem. Q.fr.2.14.1. Intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis, & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem; altera occulta quædam & quaſi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta iudicari.1. de Fin. 24. Nihil ſe teſtibus, nihil grauius aliquo argumento comperiſſe. nihil denique cauſſa cognita ſtatuiſſe dicent. pro Clu. Id hoc argumēto cōfirmari poteſt.1.Off.213. Ipſe egeo argumento epiſtolarum, & tibi idem accidere certe ſcio Att.9.172 3. Sed ſi argumento eſt, Mamertinos pecunias tibi non dediſſe, quia ſcriptum non habent; ſit argumento, tibi gratis conſtare nauem, quia quid emeris, aut quid locaueris, ſcriptum proferre non potes. 7.Ver.79. Maximo eſt argumento, quod paullo ante interitum Cæſaris contigit.1. Diu. 194. Quod idem mæſtitiam meam reprehendit, idem iocum: magno argumento ſit me in utroque moderatum.2.Phil.58. Quamquam ſatis magno argumento eſſe debet, quod ex tam multis iudicibus, abſoluto Falcula, nemo reus factus eſt. pro Clu.91. Quæ res primo, iudices, pertenui nobis argumento indicioque patefacta eſt, &c.2. Verr.11. Præterea illud quod mihi maximo argumēto ad huius innocentiam poterat eſſe, &c. pro S.R.45. Si uno in argumento, unaque in perſona mens tua tota uerſabitur, &c. fam.li. 5.12. 8. Nullo argumento propoſito, hoc, neſcio quid, ſcribere inſtitui.9.Att.35. Sine argumento maledicere. pro Cœlio.5. Nullam a me epiſtolam ad te ſino abſque argumento ac ſententia uenire. Att. Ex coniunctis ſic argumenta dicuntur, Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, &c.2.de Or.90. Alexandriam nunc cognoſcimus illinc

Hinc omnes præſtigiæ, illinc inquam omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta mea ſunt. pro Rab. Poſt. 22. Argumenta rerum propria ſunt. Part. 27. Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in ualuis 6. Verr. 110. Argumentorum puncta occulenda. 2. de Or. 95. Affers omnia argumenta cur dij ſint: &c. 3. de N. d. 13. Primo, ſi places, Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere ſolent argumenta. 3. Tuſc. 23. Contra argumenta & ſigna loci communes. 2. ad Her. 41. Excogitare argumenta firma ad probandum. de Cl. Or. 148. Ab argumentis loci communes. 2. ad Her. 42. In argumētis eligendis iudicium adhibendum. Part. 5. Argumentis agemus, ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus. pro Cœlio, 16. Argumentis docere aliquid. de Leg. 171. Docere multis argumentis Deū unum eſſe. 3. de N. d. 12. Argumentis & rationibus oportet quare quicq. ita ſit, docere, non euentis. 2. de Diu. 41. Quamplurimis poſſes argumentis onerare iudicem. 3. de Nat. 5. Iudicaram antea iam iſtud plurimis argumentis. f. l. 3. 4. 3. Ea Menedemus exemplis magis, quàm argumentis conabatur refellere. de Or. 92. Propſitis enim & ſuis argumentis & admonitionibus tractanda quæq. res eſt. Tuſc. 5. 15. Uti argumentis ad probandum id quod explanari uolumus. 1. Ac. 46.

Argumentor.

Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? pro Mil. 33. & 23. Attic. 39. Argumentaris ſedulo quid ſit ſperandum. 3. Att. 16 Nonne argumentamur quo iſta pecunia peruenerit? 3. Verr. 119 Cum etiam es argumentatus amoris hoc eſſe ſignum, cum nominibus tantum uteretur, neque aſcriberet Proconſul trib. pleb. pro Dom. 217. Cum eſſem argumentatus quantum res ferebat, hoc etiam poſui pro argumento, &c. de Clar. 190. Atq. ego illa non argumentabor, quæ ſunt grauia uehementer: &c. pro Clu. 50. Præterea ſi cæteri falſi ſoleant eſſe, argumentabimur hunc eſſe uerum. ad Her. 8. De quo crimine quid ego diſputē, & quid porro argumenter, qua de re nemo dubitare poſſit? 4. Verr. 82. Argumentari de aliqua re. de Fin. 90. Argumentari de uoluntate alicuius. 1. de Inu. 217. Quare ſi teſtem, præterquam quid ſciat, aut audierit, argumentari & coniectura proſequi patieris, ius accuſatoris cum iuris teſtimonio cōmiſcebis. ad Her. 35. Ego neque in cauſis, ſi quid eſt euidens, de quo inter omnes conueniat, argumentari ſoleo. 3. de Nat. 6. argumentari, pro, argumentis confirmare. Argumentandum, & accurate diſſerendum, & rationibus conquiſitis de uoluptate & dolore diſputandum. 1. de Fin. 25. Rē minimè dubiam, argumētando dubiam fatis. 3. de Nat. 7.

Argumentatio.

Argumentatio, eſt inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſarie demonſtrans. de Inu. 51. Argumentatio omnis, aut probabilis, aut neceſſaria eſſe debet 1. de Inu. 60. Argumentatio quot partibus conſtare debeat. 2. ad Her. 64. Si extremum concedetur, concludenda eſt argumentatio. de Inu. 53. Loci ex quibus omnis argumentatio ad omnē diſputationem inuenitur. de Or. 122. Argumentatio perfectiſſima in quinque partes diſtributa. 2. ad Her. 61. Etiamne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capiēda? pro S. R. 32. Argumentationis nomen ambiguum. 1. de Inu. 88 Argumentationem quærere uideris, quæ eſt argumenti explicatio. Part. 233. In argumentatione complexio quid. 2. ad Her. 61. In argumentatione complexionis uitia. 2. ad Her. 84. In argumentatione confirmatio rationis quid. 2. ad Her. 61. In argumentatione confirmationis uitia. 2. ad Her. 73. In argumentatione quid exornatio, propoſitio, ratio. 2. ad Her. 61. Altera eſt quæ tota in diſputatione & argumentatione oratoris collocata eſt. 2. de Or. 63. In argumentatione rationis vitia. 2. ad Her. 71. Argumentatione eleuatur perſpicuitas. 3. de Nat. 6. Peripatetici multa non modo probabili argumentatione, ſed etiā neceſſaria Mathematicorum ratione concluſerunt. de Fin. 5. 8. Argumentatio nes artis expertes. Top. 11. Part. 26. Argumentationes quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. ad Her. 6. Argumentationum otioſarum genera duo. 2. ad Her. 64. Argumētationū ſpēs. 1. de Inu. 66.

Argus.

Mercurius argentū inueniſſe, & Argū dr interemiſſe. 3. de Nat. 77

Argute, Argutia, Argutus, Argutulus, *Vide* Arguo.

Aries.

Auratus aries Colchorum. Or. 211. Exin contortis aries cum cornibus hæret. de Nat. 48. Pellis inaurata arietis. ad Her. 12.

Arietinus.

Teſticuli arietini. ad Her. 22.

Arieto.

Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere, Duos conſanguineos arietes inde eligi, Pecus lanigerū eximia pulchritudine, Præclarioremque alterum immolare me, Deinde eius germanum cornibus conniti, In me arietare, eoq. ictu me ad caſum dari. 1. de Diu. 80.

Aries, *bellica machina*.

Qui armis poſitis ad Imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. 1. Off. 54

Ariolor.

Nec eos, qui quæſtus cauſa ariolantur, agnoſco. Diu. 108.

Ariolans.

Non ariolans, ſed coniectura proſpiciens. 8. Att. 27.

Ariolus.

Iſte qui diuitias ſuas iactat, ſicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quiſpiam, &c. ad Her. 39. Aruſpices, augures, arioli, vates, coniectores, &c. de Nat. 12. Arioli, contemptiſſimum genus hominū. 4. ad Her. 229. Ariolorū & uatū furibundę prædictiones. Diu. 80

Ariolatio.

Superſtitioſæ ariolationes Accij. Diu. 94.

Ariſta.

E quibus quum emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſus munitur uallo ariſtarum. de Sen. 47.

Ariſtocratia.

Totum hunc locum, quem in ariſtocratia ego uarie meis orationibus ſoleo pingere, de flamma, de ferro, &c. ualde grauiter pertexuit. Att. 9.

Ariſhmetica.

In arithmeticis ſatis exercitatum, a dialecticis remotum. 14. Att. 18. hominem pecuniæ deditum notat.

Arma.

Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. pro Cæc. 45. Arma, membra militis. Tuſc. 2. 37. Arma iudiciorum & legum. de Aruſp. reſp. 6. Parua ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. off. 1. 107. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. off. 1. 109. Arma ſenectutis, artes, exercitationeſq. uirtutum. de Sen. 8. Arma ac tela pro bello. 3. de or. 92. Armium, pro, armorum. or. 87. Armorum exitus ſemper incerti: nunc uero in alteram partem magis timendi. 7. Att. 17. Armorum officina. in Piſ. 69. vbi arma fiunt. Armorum iſta & uictoriæ ſunt facta, non Cæſaris. 6. fam. 23. Armis faciendis præeſſe. in Piſ. 69. Arma abiicere. 10. Att. 12. Ad arma alicuius ſe conferre. 2. Phil. 60. Ad arma iit ciuitas. 8. fam. 44 & 3. Ver. 79. Ad arma rē ſpectare. 14. f. 14. i. bellū impendere. n fides? quæ poteſt eſſe maior fides, quam fraudare creditores? domu profugere? propter æs alienum uenire ad arma? 6. Phil. 211. Cum ex Senatuſconſulto Conſules ad arma uocauiſſent. pro Rab. 94. Capere arma pro ſalute communi. pro C. Rab. 15. Contra arma uerbis bellum gerere. 12. fam. 47. Tum contra te dedit arma hic ordo conſulibus. in Ant. 170. Dare arma alicui, ut cum bene armato pugnet. Att. 7. 126. 2. Inſpicere arma militis, ut probemus armatum. pro Cæc. 45. Silent leges inter arma. pro Mil. 7 Ille arma miſit, cornua, tubas, falces. pro Syll. 170. Portare arma. pro Seſt. 11. id eſt, eſſe cū telo. Sumere arma ciuilia. 2. Tuſc. 98. Arma ſumere imparatum. Tuſc. 1. 70. Quid tam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis, uel prouocare improbos, uel te ulciſci laceſſitus? 1. de or. 17. Armis cum hoſte certare, non uenenis. off. 3. 116. Decertare armis. Att. 7. 116. 2. Statim omnia facienda, ne armis decernatur. Att. 105. Diſcedere ab armis. 8. Phil. 255. Armis diſceptari. 8. Att. 39. Armis omnium fœlicior toga tua. 12. fam. 71. In armis eſſe. pro Ligar. 6. Armis infeſtus & inimicus. 10. Phil. 284. Armis conditionis poſitis, aut defatigatione abiectis, aut uictoria detractis. 6. fam. 7. Armis ſuis me texit. 3. fam. 43. Armis & caſtris tentata res eſt. off. 2. 124. Armis prudentiæ cauſas tueri atque defendere. 1. de or. 84. Si nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte. 2. Tuſc. 58.

Armatura.

Noſtræ ſunt legiones, noſtra leuis armatura, noſtri equitatus, maximeq. nr eſt Brutus. 10. Phil. 278. Nec tā facile ex Italia armatura tranſalpina depulſa eſt. ad Her. 34. Habet autem cohortes quadragenarias, noſtra armatura 222. eq. Att. 6. 111. 24. Armatura uaria peditatus & equitatus in aliqua pugna. fam. 7. 1. 8 Equites, pedites, leuis armatura. de Clar. 177. Sed hoc fuerit nobis tanquā leuis armaturæ prima orationis excurſio. 2. Dio. 38. Tantum equitatum & leuem armaturam Antonius oſtendebat. fam. 10. 30. 4. Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inueniri. 9. fam. 58. 59

Armiger.

Quid eſt Sergius? armiger Catilinę, ſtipator tui corporis, ſignifer ſeditionis. pro Dom. 11. In armigero corpore tela exercere. 7. ſam. 57.

Armo.

Legiones armo, paro. 11. ſam. 33. Armat ſe eloquentia. 1. de Inu. 2. Quæ (philoſophia) me non modo a ſolicitudine abducit, ſed armat contra omnes fortunæ impetus. 18. ſam. 50. Omitto illa vetera, quod iſtũ in Remp. ille aluit, auxit, armauit. Att. 8. 149. 4. hoc eſt, honoribus & potentia ſic erexit, vt ſit auſus bellum contra Rempub. ſuſcipere. Ad omnia te ſummum atq. excellens tuum armauit ingenium. ſam. lib. 6. 7. 12. Arma, quæ ad me miſſuri eratis, iis cenſeo armetis milites, quos vobiſcum habetis. Att. 12. Qui quidem, cum in fraudem ſe deductum uideret, manus, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. ſam. lib. 10. 23. 9. Cum diceret, in ſumma ſe perfidiæ & ſceleris infamia fore, ſi mihi periculum crearetur ab eo, quem ipſe armaſſet. Att. 2. 37. 2. i. potentia & auctoritate prouexiſſet. Armare accuſationem. pro Mur. 44. Armare accuſatorem re aliqua. pro Clu. 151. Cõuocare & armare homines. pro Cæc. 285. Perditos magiſtratus ſceleratorum ciuium preſidio nudare, vel eoſdem deorum immortaliũ religione armare. pro Clu. 58. Multitudinem hominum cogere, armare, &c. pro Cæc. 291. Temeritatem concitatę multitudinis auctoritate publica armare. pro Mil. 1. Egentes in locupletes armabantur. pro Plan. 77. Armabantur ſerui in dominos. pro Plan. 70. Armari contra Rẽpub. pro Mil. 50.

Armatus.

Quanquam & inſolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. pro Dom. 109. id eſt, munitus & inſtructus. Armatus optimè cõtra fortunam. 5. ſam. 36. Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portibus, armata muris, &c. contra Rul. 85. Armatum animum retinere. pro Marc. 18. Quid legati egerint, nondum ſcimus: at vero erecti, citati, parati, armati animis iam eſſe debemus. 7. Phil. 233. Homines qui armati in Tuſculanum mitterentur. 15. Att. 17. Togati potius, quam armati. 6. ſam. 5. Capitolinæ cohortes cõtra Milonis impetum armatę ſunt. pro Mil. 114. Omnis armatorum copia. Att. l. 13. 808. 5. Et eſſe armatos, ut occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captioneſq. diſcutere. Ac. ed. 1. L. 8. 44. tranſlatio a rebus bellicis ad certamen diſputationum. Armatos eos uere poſſumus appellare, qui ſcutis teliſq. parati ornatiq. ſunt. pro Cæc. 44. Vi hominibus armatis. 15. ſam. 44. Armatis hominibus expulſi ſunt fabri de area noſtra. 4. Att. 13.

Armamenta.

Omnia caute armamẽta locãs, tuto labere per vndas. In Arat.

Armamentarium.

Philo architectus Athenienſibus armamentarium fecit. 1. de Or. 32. Armentarium Telluris. de haruſp. reſp. 28. Ex ædificiis, armamentariiſq. publicis, arma pop. Romano, C. Rabirio conſule diſtribuente, dantur. pro Rabirio. 13.

Armarium.

Cum eſſet in ædibus armarium, in quo ſciret eſſe nummorum aliquantum. pro Clu. 142. & 6. Verr. 23. Armarij fundum exacerbit, &c. pro Clu. 55. Minus clarum putauit fore quod de armario, quam quod de ſacrario eſſet ablatum. in Ant. 205. Tune autem ex armario tuo promere auſa es? pro Cœl. 40

Armentum.

Quid ergo, inquis, acturus es? Idẽ quod pecudes, quę diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges: Vt bos armenta. Sic ego bonos viros. Att. 7. 29. Antonius cædit greges armentorum, &c. 3. Phil. 146. Rationis, contentioniſq. (ἁρμονία Græce) compos & particeps animus. de Vn. 33.

Aro.

Quid, qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. 5. Verr. 21. Quod ſi fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex iugere ararent. 5. Verr. 93. Terram arare, & ſulcum altius imprimere. 1. de Diu. 74. Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus & grandiores poſſit edere. de Or. 130. Ager, qui arari aut coli poſſit, non qui aratus aut cultus ſit. contra Rull. 79. Lentiſcus, ter fruges fundens, tria tẽpora monſtrat arandi. de Diu. 89.

Aratio.

Aratio fructuoſa. Tuſc. 5. 63. Arationes deſertæ ac relictæ a dominis. 5. Verr. 196. Hę quondam arationes Campani & Leontini agri in pop. Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. 2. Phil. 101. i. agri ad arandũ idonei. Cũ dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes? 5. Verr. 21. In eorũ arationes Apronius uenit. 5. in Verr. 46. i. agros ſiue uillas.

Arator.

Ex aratore orator factus. 3. Phil. 139. Siculoſne milites, aratorumne liberos? 7. Verr. 78.

Aratrum.

Vt uexillum uideres, & aratrum circunduceres: cuius quidem uomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti, ut florentis coloniæ territorium minueretur. 2. Phil. 101. Aratrũ extrahere. 1. de Nat. 120. Quibus aratrum ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit. 5. Verr. 109. Ab aratro Romæ olim arceſſebantur qui Conſules fierent. pro R. Am. 29. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit. contra Rull. 79

Arrepo, *Vide Adrepo.*

Arrideo.

Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Att. l. 13. 278. 1. Cum arriſiſſet adoleſcens, utrumq. iuſſit interfici. Tuſc. 240. Video quid arriſeris, ſed tamen ita res ſe habet. de Nat. 1. 55. Arridere & deridere. de Opt. 146. contraria.

Arridens.

Inquit arridens, ut caueres. Ac. ed. 1. l. 2. 58. Tum ille arridẽs, inquit, &c. de Nat. 5. de Or. 96. Leniter arridens Scipio, Quæſo, inquit, ne me e ſomno excitetis, & pax ſit rebus. de Somn. Scip. 8. & 1. de Fin. 20. Arriſio. ad Her. 2.

Arripio.

Literas Grçcas ſenex didici, quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. de Sen. 81. Quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, diſcruciatur. pro R. Com. 18. Qui (dolor) ſimulatq. arripuit, interficit. de Fin. 2. 77. Hæc homo ingenioſiſſimus M. Cato auctoribus eruditiſſimis inductus arripuit, neq. diſputandi cauſa, ut magna pars, ſed ita uiuendi. pro Mur. 139. Vnde enim hanc mentem homo arripuit? de N. d. 2. 14. Eſt hęc non ſcripta, ſed nata lex: quam nõ didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. in Or. 94. pro Mil. 7. Familias arripuerunt, pecua abegerunt. in Piſ. 67. Illud uero, quod uterque ueſtrum fortaſſe arripiet ad reprehendendum, &c. 1. de Nat. 181. Ita celeriter res innumerabiles arripiant. Cat. 72. Naturale (genus) quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex diuinitate. 2. de Diu. 39. Si quemcunq. patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo, eadem uobis percontantibus reſpondiſſet. 1. de Or. 77. Querit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, ſi nulla erat in mundo. de Nat. 65. Aliquid arripere ex reſpõſione alicuius. 3. de Fin. 21. Arripere cauſam & tempus. 5. ſam. 29. Arripere ſibi cognomen ex aliorum imaginibus. pro Sext. 9. Celeriter arripere quod doceatur. pro Q. Roſc. 50. Arripere quod dictum eſt. 16. Att. 14. Mirandum uero eſt homines eos libenter arripere facultatem lædendi, quæcunq. detur. pro Flac. 14. Arripere imperium. pro Ligar. 2. Arripere ſermonem. Att. l. 7. 132. 7. Quare cum iſta ſis auctoritate, non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, &c. pro Mur. 11. id eſt, uti verbis maledicis quæ uulgo in triuiis dicuntur. Arripere tabulam de naufragio. Off. 3. 120. Ars enim eſt philoſophia uitæ: de qua diſſerens, arripere verba de foro non poteſt. 3. de Fin. 3. id eſt, uti verbis, quibus in foro cõtenditur. Arripere mihi uidemini quaſi ueſtro iure. 1. de Nat. 92. Arripere uiſa, dicitur mens. Ac. ed. 1. L. 2. 30. Argumentum ſimul atq. poſitum eſt arripitur. de Cr. 128. Vox & geſtus ſubito ſumi, & aliunde arripi non poteſt. de Or. 107. Hunc iſtum, otii & pacis hoſtem, cauſam arrepturum fuiſſe ad incendia, cædes, rapinas, nolo (Pontifices) ſuſpicemini, niſi videritis. pro Dom. 10. Eo tempore ipſe ad quęſtionem arreptus eſt. pro Clu. 78. Arreptus eſt unus ex patriciis, cui, &c. de Ar. 2. Niſi forte hic ſermone aliquo arrepto, pro mandatis abuſus eſt. Att. 111. Subito arrepti in quæſtionem, tñ ſeparant. pro Mil. 44.

Arrodo.

Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. pro Sext. 61.

Arrogo.

lachrymans in carcere mater noctes, dieſq. aſſideret.7.Verr.88
Si ſcieris imprudentem ſuper aſpidem aſſidere velle, improbe
feceris,niſi monueris.2.de Fin.96.

Aſsidens.

Itaque intelligens dicendi exiſtimator,non aſſidens,& atten
te audiens,ſed uno aſpectu & præteriens, de oratore ſępe iudi
cat.de Cl.182.

Aſseſsio.

Quæ tua fuerit aſseſſio,oratio, confirmatio animi mei, &c.
fam.l.11.27.9.

Aſseſsor.

Lacedæmonii regibus ſuis augurem aſseſsorem dederunt.1.
de Diu. 156. pro Clu.84.

Aſsido.

Aſſidunt:ſubducunt ad numum.conuenit. 5. Att.53.Tum in
bibliotheca, quę in Lycio eſt,aſsedimus.2.de Diu.11.In Tabur
ti forte aſsedimus ego & Marcus filius. 2.de Or. 123. Et ſimul
aſſidamus,inquam, ſi uidetur. 1.Ac.20.

Aſsiduus.

Hic filius aſſiduus in præliis fuit.pro S.R.21.Flagitator non
moleſtus,ſed aſſiduus tamen & acer.de Cla. 166.Aſſiduus me-
cum fuit.pro Cœl.7. Labor aſſiduus & quotidianus. 3.de Or.
33.Aſſiduus,locuples,ab ęre dando.Top.6.Hic ruri ſempre aſſi
duus vixit.pro S.R.26. Aſſidua febricula. 10. fam.44. Aſſidua
ac diligens ſcriptura.1.de Or.73.Aſſidua uita.in Piſ. 50. Sem-
per boni,aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia,& pe
naria eſt,villaque tota locuples eſt. de Sen. 52. Impiis ſunt hæ
aſſiduæ furię.pro S.R.29. Cum lex aſſiduo aſſiduum vindicem

eſſe

eſse iubeat, locupletem iubet. in Top. 7. Non enim tribum Tarētinam, ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Planc. 263. Fletu alicuius aſſiduo augetur alterius moleſtia. pro Clu. 11. Aſſidua recordatione lætetur. 1. de Fin. 63. Magiſtri aſſidui vno opere eandem incudem diem noctemque tundentes. de Or. 153. Qui filios aſſiduos agricolas eſſe cupiunt. pro S.R. 25.

Aſsiduitas.

Aſſiduitas dicendi artem multum iuuat. 1. ad Her. 2. Audaciam alit. 1. de Inu. 6. Medici aſſiduitas & tota domus omni genere diligens. Att. 97. Terentiæ pergrata eſt aſſiduitas ſua & diligentia in controuerſia Muluiana. Att. l. 2. 30. 4. Aſſiduitas & frequentia quotidiana amicorum. de Petit. Conſ. 2. Aſſiduitas & operum harum quotidianarum putat eſſe Conſulatū. pro Mur. 18. Conferre tributum bellorum propter tenuitatem ærarij, aſſiduitatemq. Off. 2. 109. Eandemq. aſſiduitatem tibi præbuiſſe poſtridie. pro Deiot. 30. Vitare eiuſdem libri nimiam aſſiduitatem. ad Her. 27. Quintus commutatus eſt totus, & ſcriptis meis quibuſdam, & aſſiduitate orationis & præceptis, &c. Att. l. 16. 333. 13. Quo cōſilio profectus es, id aſſiduitate & virtute conſequere. ep. 99. Quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione firmabant. 1. Ac. 30. Noli committere vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quam aſſiduitate literarum. ep. 168. & 99. Amittere omnem ſenſum malorum aſſiduitate. pro S.R. 44. Ex malo præſens obſeruantia, indulgentia, aſſiduitate memorem me tibi probare. 10. fam. 51. Vt vos faciliime poteſtis ex hac aſſiduitate eius uel ſolicitudine & moleſtia iudicare. pro S.R. Ipſe aſſiduitate, conſilio, auctoritate, diligentia perfecit. pro S.R. 43. Aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi, &c. 2. de N. d. 14. de Petit. Conſ. 3. Quantum Hortenſio credendum ſit, neſcio: me ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime inſidioſiſſimeq. tractauit. ad Q. fr. l. 1. 3. 12. Aſſiduitates & vigiliæ. 1. de Fin. 74.

Aſsidue.

Voces audire aſſidue & adeſſe quotidie. pro Mil. 119. Gallos gallinaceos ſic a. cantare cœpiſſe, ut nihil intermitterent. de Diu. 96. Neque enim illa maior admunitio, quam quibus a. conficior & dies & noctes. Att. l. 12. 258. 2. Frequenter & a. conſequi artis rationem. ad Her 41. Sic omnia deſiderata magis, quam a. percepta delectant. Poſt. 198. Literæ credo, quibus a. vtor. ep. 71.

Aſsiduiſsime.

Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dionyſius. de Cl. Or. 175.

Aſsigno.

Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori aſſignaſti, & quidem immunia. 2. Phil. 60. Quis aſſignauit? quis dedit? quis conceſſit præter Syllam? contra Rul. 88. Inferiorem ædium partem aſſignauit ſuæ gēti Clodiæ. pro Dom. 236. Nihil aſſignabis nec patruo, nec patri. 10. ad Att. 81. id eſt, in eos culpam non transferes. Hæc ſi minus apta uidentur huic ſermoni, Brute, Attico aſſigna. in Brut. 37. *οἰκονομία* ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato. Att. 89. Hiſque militibus agros ita darent, aſſignarent, ut quibus militibus ampliſſime dati aſſignati eſſent. in A. 205. Improbitati & ſceleri meo potius, quam imprudētiæ, immiſericordiæque aſſignes. ad Q. fr. l. 1. 4. 1. Mihi ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt. Att. l. 3. 60. 4. Scriptum eſt enim, quæ in municipia, quaſque in colonias *Decemuiri* velint, deducant colonos quos uelint, & iis agros aſſignent *quibus* in locis velint. contra Rul. 10. Aſſignare culpam fortunæ. 7. Verr. 105. Hoc noſtris occupationibus aſſignare debebis. ad Her. 9. Aſſignetur infirmitati aut inuidiæ. 6. fam. 27 in ep. Cæc. Aequaliter aut ſorte, agros legionibus aſſignari puto oportere. Brut. Cic. l. 11. 20. 9. Nec uerò id humini tum quiſquam, ſed tempori aſſignandum putaui. pro R.P. 126. Aſſignatum iri hoc omne pertinaciæ meæ. 10. fam. 37.

Aſsignatus.

Aſſignatum a Deo munus humanū defugere. in Somn. Scip. 22. Agri aſſignati per ſeruulum. in Piſ. 69. Aſſignati a Prætore apparitores. 5. Verr. 50.

Aſsignatio.

Aſſignatio agrorum. 4. Phil 158. pro Leg. Agr. 83. Cum Cæſar Syllanas venditiones & aſſignationes ratas eſſe uelit, quo firmiores exiſtimentur ſuæ. fam. 13. 17.

Aſsilio.

Nam neque aſſiliendum ſtatim uſt ad illud genus orationis. abeſt enim a tota cauſa. 2. de Or. 118.

Aſsimilis.

In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo ad hauriendum ſpiritū aptiſſima. 2. de N.d. 205

Aſsimilo.

Simile autem ex ſpecie comparabili aut ex conferenda, aut aſſimilanda natura iudicatur. 1. de Inuent. 58. *Literæ* lituræq. omnes aſſimilatæ, expreſſæ de tabulis in *libros* transferuntur. in Verr. 1 7.

Aſsimulo.

Vlyſſes furere aſſimulauit, ne quo iret. 3. Off. 132.

Aſsimulatus.

Familiaritas aſſimulata. pro Clu. 27. Aſſimulata uirtus. pro Cœl. 9. Aſſimulatio. ad Her. 36.

Aſsiſto.

Accede nate, aſſiſte, aſpice, &c. Tuſc. 169. Ita iacere talum ut rectus aſſiſtat. 3. de Fin. 83. Alexander cum in Sygæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, o fortunate, inquit, adoleſcens, &c. pro Arch. 190. Vt aſſiſteret unus Cocles in ponte contra omnes hoſtium copias. 2. de Leg. 8. Aſſiſtere ad fores. 3. Ver. 46.

Aſsoleo.

Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa (vt aſſolet) ueniſſemus. de Am. 96. Neue quem initianto, niſi, ut aſſolet, Cereri, Græco ſacro. 2. de Legib. 36. Prima claſſis uocatur, renuntiatur: deinde, ut aſſolet, ſuffragia. 2. Phil. 88. Deinde quæ aſſolēt. 2. de Inu. 213. Senatus ad quos aſſoleret, referendum cenſuit. 2. de Nat. 15.

Aſsueſco.

Aſſueſcunt animi aſſiduitate quotidiana & cōſuetudine oculorum. 2. de N.d. 71. Ego ſeruo & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis uerecundiam. ep. 141. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere. 5. de Fin. 8. Vt mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum: ſic internoſces, ſi aſſueueris. 4. Ac. 105.

Aſsuetus.

Aſſuetus mendaciis. pro Planc. 17. Homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti. 3. de Or. 33.

Aſsuefacio.

Imperiu populi Romani parere aſſuefecit. de Prou. Conſ. 26 Arma, quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefecerā. de Cla. 175. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me, & uoluntas & conſuetudo aſſuefecerat: cum cæteris, ut quidem uideor, tum ipſi mihi diſpliceo. fam. 4. 13. 8.

Aſsuefio.

Idem ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore & fame & ſiti ac uigiliis perferendis, fortis ab iis iſtis ſociis prædicabatur. 2. in Catil. 31. Curionis patrio inſtituto puro ſermone aſſuefacta domus. de Cla. 184. Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem potuerunt non Latine loqui. de Or. 146.

Aſsum.

Certe aut apud te & eos qui aſſunt: aut ex eo loco, &c. pro Quinct. 3.

Vide Adſum.

Aſsumo.

Atque equidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo. fam. l. 7. 26. 4. Dico illud quod in his cauſis coniurationis non auctoritati aſſumo, ſed pudori meo. pro Syl. 64. Si id mihi aſſumo. Off. 1. 3. id eſt, arrogo ſeu uendico, quod Græci *προσποιεῖν* dicunt. Aſſumit autem Chryſippus hoc modo, Sūt autem dij, &c. de Diu. 131. Deinde aſſumūt, Sunt autem dij, &c. 2. de Diu. 158. & 4. de Fin. 84. Neque uero ego mihi poſtea quicquam aſſumpſi, neque hodie aſſumo, quod quemquam maleuolētiſſimum iure poſſit offendere. ep. 14. Quam laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo præ ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. pro Mur. 29. Aſſumpſit ſibi quidquid in cernendi ſenſum caderet. de Vn. 11. Illinc aſſumes, quæ ad hunc locum pertinebunt. Off. 30. Orator tractationem orationis ſibi aſſumet. de Or. 89. Et id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Off. 3. 29. Neque illum in iure ciuili ſatis illi arti facere poſſe, niſi dicendi copiam aſſumpſiſſet. 1. de Or. 83. Ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam aſſumpſiſſem. Att. 2. 48. Aliam quoque artem ſibi aſſumpſerit. 1. de Or. 109. Aſſumere ſuæ prudentiæ aliquid. pro Planc. 46. Aſſumere hoc libertatis. 12. fam. 40. moleſtiam. pro Planc. 2. Ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alij in eo ipſo, de quo agitur, hærent, alij aſſumū-

tur extrinſecus. in Top. 5. Quid enim eſt in quo hæreat, qui viderit omne quod ſumatur in oratione, &c. aut ex ſua ſumi vi atque natura, aut aſſumi foris? 2. de Or. 89. Genus autem hoc orationis, neque totum aſſumendum eſt ad cauſſas forenſes, neque omnino repudiandum. in Or. 221. Omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. 1. de Fin. 36. Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus, tum quia ſit in his aliquid dignum aſſumptione, tum, &c. 3. de Fin. 28.

Aſſumptus.

Tum diis gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur. 3. de N. d. 126. Aſſumpta argumenta etiam artis indigent. Part. 27. Aſſumpta vel remota argumenta quæ ſint Partit. 3. Sacra Cereris cum eſſent de Græcia aſſumpta, &c. pro C. Balb. 44. Aſſumpta verba. Partit. 232.

Aſſumptio.

Aſſumptio, particula orationis, per quam id quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. 1. de Inu. 81. Aſſumptio, quam Græci πρόσληψιν vocant, non dabitur. de Diu. 131. Aſſumptione non conceſſa, nulla concluſio eſt. Diu. 2. 84.

Aſſumptiuus.

Aſſumptiua eſt, quæ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad recuſationem, foris autem aliquid defenſionis aſſumit. 1. de Inu. Aſſumptiua conſtitutio, & eius partes, quid dicatur. 1. ad Her. 25. Ac iuridicialis quidem ipſa in duas diſtribuitur partes, abſolutam & aſſumptiuam. 1. de Inu. 21. Aſſumptiua iuridiciali ex comparatione, quomodo agendum. 2. ad Her. 54.

Aſſurgo.

An vero, &c. quiſquam tibi in curiam venienti aſſurrexit? in Piſ. 20. Quæ dum laudatio recitatur, vos quæſo qui eam detuliſtis, aſſurgite. pro Clu. 155. Vt maioribus natu aſſurgatur, ut ſupplicum miſereatur, de Inu. 52. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. de Sen. 58.

Aſſus.

Itaque uſque ad aſſum vitulinum opera perducitur. 9. fa. 46. Et pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo, a te nitidum ſolem, unctumque repetimus. Att. l. 12. 9. In balnearijs aſſa in alterũ apodyterij angulum promoui: propterea quod, &c. Q. fr. l. 3. 2.

Aſt.

Aſt condoleo non mea potius aſſiduitate, diligentia, gratia perfici. 15. Att. 9. Aſt rure ſcripſiſti. 3. Att. 25. Aſt quid turbaſſitur in agendo. 3. de Leg. 11.

Aſtipulator.

Falſum eſſe & Stoici dicũt, & eorum aſtipulator Antiochus. 4. Acad. 122. in Piſ. 33. & 3. Q. fr. l. 25. 14.

Aſto.

Exſpectans huius exitum diei aſtat in conſpectu meo gener. 4. in Catil. 75. Cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet: pro Arch. 18.

Aſtans.

Maxima frequentia ciuium aſtante. de Aruſp. 264. Aſtante atque audiente Italia tota. poſt Redit. 23. Non eſt aſtantibus omnibus neceſſe dicere. pro Mur. 136.

Aſtringo.

Aſtringit duo, tertium, ut vinculum. de Vni. 17. Quicquid ego aſtrinxi, ille relaxat. Att. 159. Et huius tanti officij ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno. pro Planc. 61. Quem ſi Conſulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno ſcelere ſe aſtringeret. 4. Phil. 158. pro Seſt. 9. in Piſ. 74. Aſtringere ſuis conditionibus. pro Quin. 10. Breuiter aſtringere argumenta, Stoicorum more. Tuſ. 3. 22. Vinculis ſempiternis totam Galliam aſtringere. de pro Conſ. 28. & 4. Acad. 112. Aſtringere homines beneficiis. Off. 47. orationem numeris. de Or. 195. Eaque tum aſtringitur, tum relaxatur. 2. de Nat. 204. de aluo loquitur. Qui aſtringatur ſacris mortui patrisfamilias. 2. de Leg. 46. Quod per ſe negligeret eas leges, quibus eſt aſtrictus. ad Att. 192. Quis eſt hic, qui ad ſtatuam aſtrictus eſt? 6. Ver. 82. Neque eas, quibus maxime aſtricti ſunt, voluptates in bonis rebus aut expetendis eſſe numerandas duxi. in Para. 7. Aſtricti ſumus ita vinculis, ut nos commouere nequeamus. Aca. ed. 1. l. 2. 57. Hæc arctius aſtringi ratio non poteſt. Fat. 24. Aſtringi lege vel quæſtione. pro Clu. 125. Tribus modis aſtringi ſacris hæreditatem. de Leg. 180.

Aſtringens.

Aſtringẽtibus ſe vel relaxãtibus inteſtinis. 2. de Nat. deor. 104.

Aſtrictus.

Aſtricta certa quadam numerorum moderatione & pedum. 1. de Or. 132. Verborum aſtricta comprehenſio. de Cla. 196. A quo eſt diſciplina Lacedæmoniorum aſtricta legibus. de Cla. 168. Tum ſtudioſiſſime in dialectica exercebar: quæ quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt. de Cl. Or. 171. Lingua aſtricta mercede. in Piſ. 23. Nulla eiuſmodi aſtrictum neceſſitate, ut mihi, velim nolim, ſit certa quædam tuenda ſententia. 1. de Nat. 17. Aſtricti amore vel coniunctione. 6. Att. 21. Nulliſque vnius diſciplinæ legibus aſtricti, quibus in philoſophia neceſſario pareamus, &c. Tuſc. 4. 6. Nam cæteri tenentur ante aſtricti, quam quid eſſet optimum, iudicare potuerunt. Aca. 3. Nec tamen hæc ita ſunt arcta & aſtricta, ut ea cum velimus, laxare nequeamus. in Or. 128. Quis non eos pari ſcelere aſtrictos arbitretur? in Piſ. 100. Tanto ſcelere aſtrictis hominibus, ſtatuerunt nihil a ſe adiumenti, nihil opis, nihil auxilij fieri oportere. pro Syl. 61. Eſt finitimus oratori poeta, numeris aſtrictior paulo, verborum autem licentia liberior. 1. de Or. 63.

Aſtricte.

Qui putat orationem, quæ quidem ſit polita, atque facta quodammodo, non a. ſed remiſſius, numeroſam eſſe oportere. 3. de Or. 102.

Aſtrologia.

Etenim ſi conſtat inter doctos, hominem ignarum aſtrologiæ, ornatiſſimis atque optimis verſibus Aratum de cælo ſtelliſque dixiſſe. 1. de Or. 34. In aſtrologia C. Sulpitium audiuimus. de Sen. 87. Eudoxus in aſtrologia facile princeps ſcribit, Chaldæis in prædictione & notatione cuiuſque vitæ ex natali die minime eſſe credendum. Diu. 126. In aſtrologia quę ſpectentur. 1. de Or. 92. Pro aſtrologia diuinante. Off. 4.

Aſtrologus.

Quid aſtrologus? cur ſtella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit? Saturni Martiſue contraria? Diu. 98. Nouus aſtrologus qui non tam cæli rationem, quam cælati argenti duceret. 4. Ver. 90. Vt augures & aſtrologi ſolent. 6. fam. 21. Aſtrologorum prædictiones. de Diu. 82.

Aſtrum.

Homines tantummodo annum ſolis, id eſt unius aſtri reditũ metiuntur. de Som. 130. Ad aſtrum illud, quo cum aptus fuerit, homo reuertetur, qui recte atque honeſte curriculum viuendi a natura datum confecerit. de Vni. 57. Cum autem Ver eſſe cœperat, cuius initium iſte non a Fauonio, neque ab aliquo aſtro notabat, &c. 7. Ver. 22. Aſtra alia quis, alia dulcibus, alia marinis. 3. de Nat. 25. Aſtra & terram deos eſſe dicit Plato in Timęo & in Legibus. de Nat. 1. 23. Aſtra non re, ſed vocabulo errantia. Tuſc. 1. 50. Aſtra in deorum numero, quod in ea ſenſus inſit & intelligatur. de Nat. 2. 30. Aſtra infixa certis locis. Tuſc. lib. 1. 50. id eſt, in firmamento octauoque globo, cuiuſmodi ſunt duodecim ſigna Zodiaci, & extra eum alia. Aſtra ob has cauſas nata, quæ per cælum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuerterent. de Vn. 43. Aſtra oriuntur in ardore cæleſti, qui æther vel cælum nominatur. de Nat. 2. 29. Aſtra rotunda ſunt. 2. de Nat. 88. Aſtra voluuntur in ſphære. 2. de Nat. 88. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellunt. de Diu. 99. Curſus aſtrorum diſpares conſeruantur, una totius cæli conuerſione. de Nat. 2. 15. Aſtrorum motus voluntarius. de Nat. 2. 31. in orbem circumfertur. Aſtrorum ordo cælique conſtantia. 3. de Nat. 21. Aſtrorum cæli ordines. 2. de Nat. 74. Aſtris omnem diuinitatem tribuit Cleanthes. de N. d. 1. 28. Suſpicere aſtra. 1. Tuſc. 97. Ea aſtra deſiderat. 2. Att. 53.

Aſturco.

Aut aſturconi ante oſtium locus detur. ad Her. 59.

Aſtus.

Quorſum hęc? ut intelligas, non placuiſſe maioribus noſtris aſtus. Off. 65. (alias aſtutos)

Aſtutus.

Aſtutus, pro fallace vel improbo. pro Mur. 7. Ita fiet ut tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta, meum hoc conſilium neceſſarium. 2. Ver. 21. Nihil atrox, nihil miſerabile, nihil aſtutum. Or. 202. Certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri boni: ſed verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. 3. Off. 74. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe incallidius, quam, &c. ep. 38.

Aſtutia

Aſtutia.

Aſtutia raro confidens. pro Clu. 145. Quibus abeſt ad præcauendum, intelligendi aſtutia. 5. de Fin. 55. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. 3. Off. 89.

Aſtute.

Aſtute non agam. 11. fam. 47. Neque quicquam a. cogito. ad Cœlium. l. 2. 15. 17. Nihil tamen nec temere dicere, nec a. reticere debeo. Q. fr. l. 1. 2. 4.

Aſylum.

In aſylum confugere. 3. Verr. 59.

At.

Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet. pro Flac. Si nõ bonam, at aliquam rationem afferre. in Verr. 192. Animum tuum & ſi non ſapientiſſimi, at amiciſſimi hominis auctoritate confirmandum puto. ep. 83. Si mihi Repub. bona frui non licuerit, at carebo mala. pro Mil. de Or. 237. At Carthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerunt. 1. Off. 51. Si minus vt ſeparatim de his rebus reſpõdear, at certe ut in cauſa prudenter poſſit intexere. de Or. 114. Si minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. in Ver. 249. Non cognoſcebantur foris, at domi: nõ ab alienis, at à ſuis. 4. Ac. 103 At enim iſtum ſoli Siculi perſequũtur, ciues Romani, &c. defendunt, diligunt. in Verr. 11 1. At .n. minora dii negligunt. de Nat. 77. At .n. nã dicitis virtutem non poſſe cõſtitui, ſi ea q̃ extra uirtutẽ ſint, ad beate uiuendum pertineant. 4. de Fin. 65. At enim quærit apud Xenophontem Socrates, unde, &c. de Nat. 65. At enim qui patria poteſtate tribunitiam poteſtatem infirmat. de Inu. 68. At enim ſequor vtilitatem: manebit ergo amicitia tandiu, &c. de Fin. 81. At enim ſolum id eſt, ut me Siculi maxime Velint, &c. in Verr. 58. At enim uir clariſſimus Reipub. & ueſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus, &c. pro Manilia. 35. & 2. de Fin. 125. At etiam de ſanctitate, de pietate aduerſus deos *libros* ſcripſit Epicurus. in Præt. Vrbana. At etiam de te cõcionatur. ad Cornificium. At etiam in ſcribi iuſſit. 10 Faſtis. At etiam miſericordiã captabas. in Phil. At hodie penis in obſcœnis eſt. ep. 140. Nõ eſt in parietibus Reſp. at in aris & focis. Att. 108. Cæſar nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat, at in eius perſona multa fecit aſperius. ep. 84. At memoria minuitur, credo, niſi exerceas eam. de Sen. At mores commodi, quis contumacior? &c. 4. Verr. 149. At moroſitas tamen, & ea quæ dixi vitia, habent aliquid excuſationis. de Seneƈt. 60. 3. de Or. 9. At nos quemadmodum eſt complexus iſſam. 6 6. 23. At per deos immortales quid eſt quod de huc dici poſſit? in Verr. Noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen & iuſtam. 10 fam. Vna mater oppugnat. at quæ mater? pro Clu. 157. Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. at quem virum? fam. 9. 20. 2. At quemadmodum ſe induit priore actione. 7. Verr. 59. Itaque antenertit: at quo dicí? pro Mil. 34. Satis, ſi ita uis, naturæ fortaſſe: addo etiã, ſi placet, gloriæ, at quod maximum eſt, patriæ certe parum. pro Marc. 14. Nemo, quod uir bonus eſſet, egit gratias vnquam: at quod diues, quod honoratus. de Nat. 77. At ſunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiam auari. de Sen. 60. Nõ expectare donec, &c. at ſtatim cauſam illam totam arripere. ep. 68. At tamen vt poſſit ſe dicere emiſſe, &c. 6. Verr. 47. Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia creſcere, at tamen utrunque eorum fundi quodammodo & quaſi dilatari putant. 3. de Fin. 75. Eſſes omnia ſi minus re, at verbis conſecutus. pro Dom. 239. At utro aut honoribus aucti, aut re familiari, &c. de Nat. 77. At uero filii eius diſerti. 1. de Or. 20. At uerò hæc tua iuſtitia, &c. pro Marc. 4. At uero Piſo ille frugi in Annalibus ſuis quæritur, &c. fam. l. 9. 22. 6. & Att. l. 5. 98. 1. At uero poſthac ſcultra potius dabo. Att. 73. At videte hominis impudentiam atque arrogantiam, Iudices. in Verr. At videte hominis intolerabilem audaciam. pro Do. 88. At, in parentheſi Philotimi (at cuius hominis, quam inſulſi, & quam ſæpe pro Pompeio mentientis) 10. Att. 29.

Atauus.

Non patrem tuum uideras, non patruũ, non auum, pro auũ, atauum audieras conſules fuiſſe? pro Cęlio. 25.

Ater.

Qui albus ater ue fueris ignorans fratris filium præteriit. in Ant. 168. Riſi atram niuem. ad Q. fr. 31. Euiſceratus latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, Sanie & ſanguine atro. 1. Tuſc. 172. Quaſi uero atra bili ſolum mens, ac nõ ſæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. 3. Tuſc. 18. Alba & atra diſcernere nõ poterat Democritus, luminibus amiſſis. 5. Tuſc. 139. Nubes atræ. in Arat.

Atratus.

Cedo quis unquã cœnauit atratus? &c. *in Vat.* 13. *Quid*, quod fluuius atratus ſanguine fluxit? Diu. 1. *83*

Atramentum.

Atramenti effuſione ſe tutantur ſepiæ. 2. de Nat. 96. Iam pater eius accuſatus a M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. 9. fam. 50. id eſt, iudicum corruptela, non citra infamiã. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Q. fr. 2. 35

Atheos.

Athei dicti Diagoras & Theodorus philoſophi. de Nat. 1. 44. quod aperte deorum naturam ſuſtulerint.

Athleta.

Subduc cibum unum diem athletæ, &c. 2. Tuſc. 69. & 1. Tuſc. 95. Faciunt idem cum exercentur athletę. 2. Tuſ. 95. de Sen. 24. Vt enim athletas nec multo ſecus gladiatores uidemus nihil nec vitando facere caute, &c. in Or. 133.

Atomus.

Nunquam forent atomus altera alterã poſſit attingere. 1. de Fin. 28. Ἄτομοι id eſt, corpora indiuidua propter ſoliditatem. de Fin. 13. Atomi, Latine corpuſcula, Ac. ed. 2. l. 1. 4. Atomi interiecto inani, cohæreſcũt inter ſe. de N. d. 1. 39. Innumerabiles atomi volitant. 1. de Nat. 75. Atomorum auctor Democritus. de Fat. 35. Atomorum concurſus an mundum poſſit efficere. 2. de Nat. 69. Atomorum concurſus fortuitus. de Nat. 1. 46. Turbulenta atomorum concurſio. 1. de Fin. 15. Atomorum innumerabilitas efficit, ut continenter ſerantur imagines. de Nat. 1. 77. Abuteris ad omnia atomorum regno & licẽtia. de Nat. 14. Atomorum infinita uis uolitat in hac immenſitate, &c. de Nat. 1. 38. Quid eſt enim magnum, &c. (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? 1. Ac. 9. Ille atomos quas appellat, id eſt corpora indiuidua propter ſoliditatẽ, cenſet in infinito inani, in quo, &c. 1. de Fin. 25. & 1. de Nat. 75. Ἄτομοι cenſet Epicurus in infinito inani ita ferri, vt concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quo Efficiantur ea quæ ſint, quæque cernantur omnia 1. de Fin. 13. Summum dico, etiam ſi decem atomis eſt maior alius. Tuſc. 2. 40.

Atque.

Ia a conſtãtia a. mẽte, a. a ſe ipſe diſceſſit. de Diu. 121. Sed paulo ſecus a me a. ab illo partita atque diſtributa. 3. de Or. 65. Ex huiuſmodi principio, a. ex liberalitate, a. accommodatione magiſtratuum, cõſuetudo æſtimationis introducta eſt. 5. Ver. 164 Hoc ad officium meum æque a. ad ullam aliam rẽ pertinet. Att. 277. A. adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe de prouincię dignitate, vetuſtate, vtilitate dicẽda. 4. Verr. 2. Itaque iſte uehementer Sthenio inſenſus, hoſpiciũ ei renuntiat, domo eius emigrat, a. adeo exit. 4. Verr. 62. Inſector, poſco, a. adeo flagito. pro Planc. 38. Hoc conſilio: a. adeo hac amentia impulſi. pro R. Am. 17. Quid porro nummorum acceſſiones uolunt? quo id iure, a. adeo quo id potius ore feciſti? 5. Verr. 97. Quæ ſi prodierit, a. adeo cũ prodierit, (ſcio enim proditurum eſſe) audiet. pro S. R. 61. Ego princeps in adiutoribus, atque adeo ſecũdus. Att. l. 1. 12. 13. Cum Philotimo loquere a. adeo Terentiam habebis Idib. Att. l. 7. 140. 2. Simulacrum Iouis contra a. ante fuerat, ad orientem cõuerſum. in Cat. 215. Vim uerbi in aliud, a. cæteri accipiant, poſſe ducere. de Or. 132. A. cæteri Imperatores qui de illo triumpharunt. Septem planetæ uerſantur retro contrario motu a. cęlum. in Somn. Scip. 14. A. ego qui te confirmo, ipſe me non poſſum. f. l. 14. 4. A. etiam ſi a primis, inchoatiſque naturis ad ultimas perfectaſque uolumus procedere. 2. de N. 47. A. hæc quidem, atq. eiuſmodi ex uetere, Græciæ fama collecta ſunt. 3. de N. 81. A. hæc quidem uirtutum; vitiorum autem ſunt genera contraria. in Part. 43. Negotium magnum eſt nauigare, a. id menſe Quintili. Att. 5. 99. 1. Vnum & idem uidetur eſſe, a. id quod de me ipſo nominatim tuliſti. pro Dom. 41. A. ii ſunt quidem fere quaſi quidam habitus animi ſic affecti & cõſtituti, ut, &c. in Par. 42. Quod in aliis rebus, aliiſq. ſententiis uerſaria, a. ille. 2. de Leg. 28. & 2. de Or. 141. At hi, qui dem coluntur æq. a. illi. 3. de Nat. 60. A. illud, quod faciendum primum fuit, factum atque tranſactum eſt. in Cat. 114. In maximis periculis huius urbis a. imperii grauiſſimo, atque acerbiſſimo Reip. caſu ſocio atque adiutore conſiliorum, periculorũq; meorum, &c. pro Flac. &. 146. Argumentationes ex iiſdem locis ſumendæ ſunt, a. in cauſam negotialem, de qua ante dictum eſt. 2. de Inn. 174. Quoniam cœpi ſecus agere, a. initio dixeram. de Or. Atque, inquit Sulpitius, hoc primum ex te quærimus. de

Or.93 Qui ab illis in ſpeculis,a.inſidiis relicti,in capite atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt.pro Mur.143 A.interea tamen dum hæc quæ diſperſa ſint,coguntur: &c. 1. de Or. 94. Neque enim illum ſimiliter a.ipſe eram,commotum uidi.in Phil. Aut quieſcendum:quod eſt non diſſimile,a.ire in Solonium aut Antiū.at.l.2.18.3.In aliis rebus uerſor,a tu.de Leg.171. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum æque vllam aliam rē pertinere arbitror.ad Brut.ep 6.3.&.1.de Or.94.& 3. de Nat. 60. Qui ſuos caſus aliter ſerunt, a. ut aliis auctores ipſi fuerunt. Tuſc.206. Atque ut C.Flaminium,a.ea quæ priſca ſunt, relinquam,quid.&c.de Leg.188.Quod iſte aliter,a.ut edixerat, decreuiſſet.3.Ver.84.& .Tuſc.115.A ut omittam Græciam, quæ eloquentiæ princeps eſſe uoluit,&c.de Or.

Atqui.

Atqui certe ille agere debuit. Att. 105. A. certe nihil omniū rerum melius eſt mundo.2 .de Nat.28. A.de hoc homine a bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe eius in uictu temperantiam.5.Tuſ.80.A.cum eum uides, quo me tandem animo in te eſſe putas:pro Plan.276. A.excelſo loco ſe ſuperiorem fore putabat.pro Mil.112.Quid uero,modum habeſi nullū placet,a.habeatur neceſſe eſt.in Verr.137.A. hoc acerbius natura exigit quod declarat.in Tuſ.A.hoc Zenoni placuit.epiſ.140.Vereor ne ſubarroganter facias,ſi dixeris tuam. A.ita dicas neceſſe eſt.4.Ac.204.A.uides,inquit,Antoni.de Or. 145. A. vtebar familiariſſime Cęſare,Pompeium faciebam plurimi.ep.83.

Atrium.

In quibus eſt atrium maius.ad Q.fr.318.Quæſtiones urgent Milonē,quę ſunt habitæ in atrio Libertatis.pro Mil.Vt in atriis auctionariis potius,quam in triuiis,aut in compītis auctionentur.contra Rull.62.Næuius ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat.pro Quinct.4.

Atrioſum.

Quo loco in porticu te ſcribere aiunt, ut atriolum fiat: &c. Q.fr l.3.1.atriolum fere non ſolet niſi in iis ædificiis fieri, in quibus eſt atrium maius.3. Q.fr.1.In atrioli tectorio.1.Att.18.

Atrienſis.

Serui ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes:Idem coquus,idem atrienſis.10 Pil.53.An atrienſem diligentem putaret. Parad.48.

Atrox.

Niſi atrox & ſæuum cogitat.8.fam.45 Vehemens & a.genus orationis.2 .de Or.110 cui Lene & manſuetum opponitur.Res ſceleſta,a.neſaria.pro S.R.38.A.ſuſpicio.pro Marc.134.A.& difficile tempus Reip.6.Verr.97.Conſules de re atroci magnaque quærere.de Clar.172. Nunc uenio ad grauiſſimam querelam & atrociſſimam ſuſpicionem tuam.pro Marcel.12.Atrociſſimis literis perculſus.9 fam. 59.

Atrocitas.

Locus communis,per quem ipſius facti atrocitas,aut indignitas,&c.augeatur.de Inu.68.Rei atrocitas neceſſitudine nomine leuatur.pro Quinct.9.Atrocitas iſta quo modo in Academiam irruperit,neſcio.Ac.34.Augere atrocitatem peccati.Her.7.Hę literæ abs te per iocum miſſæ ad C. Fabium (ſi modo ſunt tuæ) cum leguntur,inuidioſam atrocitatem uerborum habent. Q.fr.1.40.Ego,quod in hac cauſa uehementior ſum, non atrocitate animi moueor, ſed ſingulari quadam humanitate & miſericordia.4.in Catil.83. Vniuerſa multitudo atrocitate rei, miſericordiaque commota.6.Verr.78.

Atrociter.

Contenta uoce atrociter dicere.Or.202.A. ferre de aliquo. pro Mil.105.Nam cum omnibus horis aliquid a. fieri uidemus aut audimus,&c.pro R.A.92.A.minitari.7. Verr.125. atrocius paulo.4.Verr.42.

Attæ.

Nihil ſane attæ iuuabant.pro Sextio, 95.

Attaceo.

Liceat hæc nobis,ſi obliuiſci non poſſumus, attacere:&c. pro Flac. 48.

Attamen.

Attamen iſtæc ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mihi erunt,ſed etiam grata. ep. 105. A. ne mirere unde huc acciderit,lex ſumptuaria,&c ep. 107. Quem ſi imitari atque exprimere non poſſumus, a. qualis eſſe debeat, poterimus fortaſſe dicere.Or.198.atque ei ſi nequaquam parem illius ingenio, at pro noſtro a. ſtudio meritam gratiam referre.de Or.144.

Attendo.

Cum attendo qua prudentia ſit Hortenſius,non arbitror,&c. pro Quinct.11.Ego quia id curo, attendoque id, tibi aſſiſimo, tc,&c.ep.Immo id mo Hercule,inquit,ipſum attēdo.de Or.98. Quare attendo te ſtudioſe:&c.3.de Fin.62. Quis non magnopere attendit unquam in hoc quidem genere cauſarum, ubi, &c. 3.Verr.18.Hermagoras quid dicat,non attendit. de Inuent.43. Illud attendimus in hoc omni genere quam inconſtanter loquamur.4.Ac.98. Quę pertinent ad dicendum,ea nos melius, quam ceteri,attendimus.de Inu.57. Nō attēdimus neque ea audimus noſmetipſos.in Or.109 Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis.pro Arch.13.&.2.Phil. 50.Non æquè quid dicant,niſi admodum attendi, intelligo.de Or.147.Attendi ita,nec ſatis intellexi.3.de Leg. 30. Quid in dicendo poſſis,nunquam ſatis attendi in Ver.62. Bene attendiſti,nimis calide agebatur.Att.l.15.319.14.Attendes igitur,ut ſoles.de Fin.91.Si attendes,quod facis,intelliges.epiſt.50.Attende queſo Brute,ſatiſne,&c.de Fin.126. Attende quo ſerpat genus hoc argumenti. de Nat.1.69.Audi atq. attende Laterenſis,ut ſcias,&c.pro Plan 80.Sed attendite animos ad ea quæ conſequuntur pro Leg.Agr.47. Sed ſtuporem hominis attendite. in Ant.166.Erigite mentes,aureſque ueſtras:& me de inuidioſis rebus,ut ille putat,dicētem attendite.pro Syl.24. Attendite exitum:&c.pro Clu 5 .Attendite hæc nos qui deorum ſatu orti eſtis.de Vn.49 Rē geſtam vobis dum breuiter expono,quæſo diligēter attendite.pro Mil. 106.Quod abs te quæſo, vt diligenter attendas.pro. Quinct.14.Excitare animos vt attendāt. Part.240.Quo tēpore igitur aures Iudex erigeret,animumque attenderet? 3. Verr.19.& 3.Off 44.Vt cùm lex aliqua recitaretur,primum verſum attenderet, ſi,&c.pro R.P.115.Si paulo diligentius,Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis.fam.l.3.7.15.Sed ſi cum animum attēderis, turpitudinem uideas ei rei adiunctam, &c.3.Off 44. Sed cum attenderint ueniam neceſſitati dari,non mirabuntur.Off. 45. Admodum attendere.3.de Or.28.Attendere aliquid de officijs legationis.12.Phil.337.Diligenter attendere.3.de Fin.10. Hoc autem in horum locorum expoſitione oportebit attendere, non omnes,&c.de Inu.64.Attendere quæ in manibus ſunt.11. fam. 21.in epiſt. D.Bruti. Mihi quidem Antiochum ſatis belle uideris attendere. de Fin.l.5.5. Attendere ſatis iſtud non uideris. 3. de Leg.25.Attendere & occupari verba oportebit:in quo vt ea quo ſint frigidiora vitemus.2.de Or.142.Sed ſcriptum extat in eiſdē literis, quod iſte homo Barbarus ac diſſolutus neque attendere unquam,neque intelligere potuit. 7. Verr.116.Non attendere ſuperius illud ea re a ſe eſſe cōceſſum,quod, &c.Ac.ed. 1.l.2.101 ideſt,non animaduertere. Nam uerſus æquè prima,& media,& extrema pars attenditur. de Or. 160. Humile genus cauſæ,quod negligitur ab auditore,& non magnopere attendēdum videtur.de Inu.46.Poſtremo attendendum eſt, num, &c. de Inu.84

Attendens.

Hæc lætitia quam turpis ſit,ſatis eſt diligenter attendentem penitus videre.Tuſc.224.

Attentus.

Attentus auditor quomodo efficiēdus.1.ad Her.6.1.de Inu. 33.de Or.45.Cæterarum rerū paterfamilias & prudens,& attētus.pro Quinct.6. Tamenne hęc attenta uita,& ruſticana,relegatio atque amandatio appellabitur? pro R.A.25.Prebebo igitur me tibi uiciſſim attentum contra Stoicos auditorem . 3. de Nat.2.Attentū & docilem efficere iudicem nō principii magis propria,quam reliquę orationis.2.de Or. 176. Tenere auditorem attentum.1. Off. 183. Et ſi me attentiſſimis animis ſumma cum benignitate auditis, tamen,&c.pro Sext.9

Attentio.

Reliqua ſunt in cura,attentione animi,cogitatione, vigilantia,&c.2.de Or.82.

Attente.

Attente audire.pro Dom.62.Scis enim quam a.te audire ſoleam.fam l.15.4 43.A.legere. fam.l.7. 20.4. A.a rebus ordiri. Part.232.Attentius agere.Att.16.340. 1. Attentius cogitare. 5.de Fin.7.Attentiſſime audire. 1.de Or.142.

Attento.

Compoſitæ orationis inſidiis fidem auditoris attentare.Or. 217.Omnis inimicos diligenter cognoſcere, colloqui,attentare.4.Ver.93.Cum ea attententur eius lingua, cuius antea manu euerſa uos mihi & liberis meis manibus veſtris reddidiſtis. de haruſp.reſp.14. Capuam propter plurimas belli oportunitates,

tates, ab illa impia & ſcelerata manu attentari ſuſpicabatur. pro Sc. 6. Melius fuerat præterire, quam attẽtatum deſerere. de Or. 153. Qui quia ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo pene ſenſit, &c. poſt red. 14.

Attenuo.

Vt hæc attenuentur, quæ ſupra demonſtraui. ad Her. 17.

Attenuatus.

Attenuata eſt, quæ dimiſſa vſque ad viſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem. 4. ad. Her. 150. Attenuatum bellum atque imminutum. pro L. Man. 31. Attenuatum orationis genus quale. 4. ad Her. 155. Attenuatum dicendi genus. 3. de Or. 120.

Attenuate.

Oratorum bonorum duo ſunt genera: vnum a. preſſeque; alterum ſublate, ampleque dicentium. de Cl. Or. 105.

Attero.

Mentum paulo attritius. 6. Ver. 84.

Atteſtor.

Is qui ita natus eſt, & ita conſueuit, te Magne tamen atteſtaretur. pro Mil. 51.

Atteſtans.

Atteſtante memoria. pro Syl. 62.

Attexo.

Attexitote partem mortalem ad id quod erit immortale. de Vni. 53.

Atticus, a, um.

Attica eloquentia. in Or. 16. de Cl. Or. 53. Ea ſubtilitas quã Atticam appellant. de Clar. 170. Scito quidem illo ſermone & Attico. de Nat. 1. 65. Attici ſales, & ueteres Romani. 9. fam. 31. Demoſthenes, quo ne Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas. Or. 198.

Attice.

Attice dicere, bene dicere eſt. Or. 147. Nam ſiquis eos qui nec *ineptè* dicunt, nec odioſe, nec putide, Attice putat dicere, is recte niſi Atticum probat neminem. de Cl. Or. 15. Brut. 156.

Atticiſmus.

Et ille Latinus atticiſmus ex interuallo reguſtandus. Att. 4. 49

Attineo.

Græci ſcriptores ne parum multa ſciſſe uiderentur, ea conquiſiuerant, quæ nihil attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur ad Her. 1. Quamquam attinendi magni dominatus ſient. Orat. a 11.

Attinet.

Tamen uobis alio loco, ut ſe tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur. 4. Verr. 10. Att. l. 5. 105. 3. fam. l. 1. 2. 11. Hominem, quod ad me a. non ingratum. 16. ad Att. 36. Seruos ipſos, quod ad me attinet, neq. arguo, neque purgo. pro R. A. 71. Hoc ad me nihil a. &c. pro S. R. 92. A. ad uitam colendam. 4. de Fin. 63. Quid ergo a. dicere, &c. de Fin. 2. 10. & Lxl. 37. Quid me a. dicere? 7. Verr. 27. Vrbem reliquimus, quam ſapientes, nihil a. diſputari. ep. 261. Quid igitur a. inculcare fatũ? de Fat. 141. Nihil a. de aſſenſione omnino loqui pro, nihil neceſſe eſt. Ac. ed. 1. l. 2. 37. Neque enim naturæ a. repugnare, nec quidquam ſequi, quod aſſequi nequeas. Off. 1. 22. Neque quemquam attinebat id recuſare. pro Quinct. 11. Iudicium de ea re *fieri* nihil attinuit. de Inu. 73. Ea re non uenit, quia nihil attinuit. Att. 191. Quid enim attinuit, cum Mamertini, &c. te iubere in ea *parte* figere, quæ ad fretum ſpectaret? 7. Ver. 133.

Attingo.

Perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit. Att. 5. 108. 3. Labor non attingit deum, nec erat ullus, cum omnes naturæ, &c. de Nat. 1. 17. Ex quatuor locis, in quos honeſti naturam uimque diuiſimus, primus ille qui in ueri cognitione conſiſtit, maxime naturam attingit humanam. 1. Off. 18. Quamquam hæc res non ſolum ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicam. Off. 16. Non attingit te ea cauſa. 2. de Leg. 2. Siqua de Pompeio noſtro tuendo, & tibi ac Reipub. reconciliando cura te attingit. Att. 9. 183. 2. ideſt, ſiqua eſt tibi cura etiam minima. Rempublicam nulla ex parte attingimus: in cauſis atque in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria verſamur. Att. 2. 37. 4. Quæ non magis nomen legis attingunt, quã ſi, &c. 2. de Leg. 21. Vbi Segeſtena, ubi Centuripina ciuitas, quæ officiis, fide, vetuſtate, tum etiam cognatione pop. Rom. attingunt. 7. *Ver.* 67. Quo quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. 4. Ver. 17. Q. fr. l. 1. 4. fam. 13. ep. 8. 8. Quem (Chryſogonum) ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit, mirari viſus eſt. pro Roſc. A. [illegible] 36. *Nulli hoc frigidius* flumen attigi, cum ad multa acceſſeri [illegible] de *Leg.* 107. *Heſterno* die cum mihi ſtanti iacens minaretur, [illegible] attigi legum initium & iudicij. cõſedit ille. de haru[illegible] reſp. 6. Vt de lege Appuleia dicerem, ut quid eſſe minuere maieſtatem explicarem, breuiter perſtrinxi atque attigi. 2. de Or. 110. Nec ſumptis armis, belli vllam partem attigi. Att. 147. Et hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa. ep. 19. Alterum enim non attigiſti, alteram auxiſti. ep. 41. Nã quas res hic geſſimus, attigit hic verſibus, & inchoauit. pro Arch. 191. De præda mea, præter Quæſtores vrb. &c. nec attigit teruncium, nec tacturus eſt quiſquam. 2. fam. 35. Nihil eſſe poteſt, niſi quod attigimus aut uidimus (Epicureorũ ſententia.) de Nat. 1. 61. Iſocrates reliquis præſtet omnibus, qui unquam orationes attigerunt. in Or. 24. Priorem autem (rationem) illi egregiè tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. 4. de Fin. 56. ideſt, nullam prorſus mẽtionem de ea fecerunt. Deinde quos in Senatu ne tenuiſſima quidem ſuſpicione attigerat, eos nominauit. Att. 2. 39. 6. Non attingam eam partem: tibi totam relinquam. 4. fam. 41. id eſt, nihil dicam de ea. Et quæcunque res eum ſic attinget. Aca. ed. 1. l. 2. 92. Quo ſtudio prouidit, nequa me illius temporis inuidia attingeret. fam. lib. 3. 10. 35. Namque egomet, qui ſero ac leuiter Græcas literas attigiſſem. 1. de Or. 39. id eſt, parũ ſtuduiſſem Græcis literis. Quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quocunque uenerat, &c. pro Sext. 57. Et audiui non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam uoluptatibus dediſſent. pro Cæl. 20. Procura, quantulacumque eſt, Precianam hæreditatem, prorſus illam ne attingas. Att. 6. 18 u. 3 Ex quo nec timor eum, nec angor attingat. Tuſc. l. 5. 14. De his rebus nequid attingat. Q. fr. l. 1. t. 26. pro Dom. 83. Ab eo quod rem attingat, plures ſunt argumẽtorum ſedes. de Or. 123. Cum animal proceſſit paulum, & quatenus quicquid ſe attingat, ad ſeque pertineat, perſpicere cœpit, tum ſenſim incipit progredi, ſeq. agnoſcere & intelligere. 5. de Fin. 12. Sed ne verbis ſolum attingamus ea, quæ uolumus oſtẽdere. Tuſc. 5. 50. De me ſic exiſtimes, &c. ſed ut primum forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quam maxime eſſe coniunctus. fam. l. 5. 8. 7. Id ita eſſe ſic probant, quod antequam uoluptas aut dolor attigerit, ſalutaria appetant parui, &c. 3. de Fin. 25. Quicquid horum attigerit, vlcus eſt. de Nat. 1. 74 Nemo fuit qui rem ullam de meis bonis áttigerit. pro D. 235. Noſtri autem principes digito ſe cęlum putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manum accedant. Att. lib. 2. 16. 14. Attingere ſtrictim librum aliquẽ. 2. Att. 1. id eſt, curſim legere. Quod ſi ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis uideremus. pro Arch. Attingere negotium. 13 fam. 53. a. rem aliquã ſuſpicione. 3. de Nat. 88. Sigillatim unamquamque rem 2. de Inu. 60. Neceſſe eſt inquam ſi ad uerbum rem uolumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi, manu demotus & actus preceps intelligatur. pro Cæc. 36. Attingere uerum. Aca. ed. 1. l. 2. 36. Opinio fuit, L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinę, quam quantam prima illa puerili inſtitutione potuiſſet. 2. de Or. 1. Macedoniã præſertim, quæ tantis Barbarorum gentibus attingitur, vt, &c. in Piſ. 29. Attingantur ea potius quę ſunt ante oculos. 1. de Leg. 40. Ne in eo quod attingendum fuit, quam in eo, cuius cauſa id attigimus, lõgior ponatur oratio. de Vni. 37. Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ rei publicę fuiſſe. ep. 14.

Attingens.

Mento ſummam aquam attingens. 1. Tuſc. 16. Stomachus vtraque ex parte tonſillas attingens. 2. de Nat. 202.

Attondeo.

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum. 5. Tuſc. 70.

Attraho.

Ea me ad hoc negotium prouincia attraxit. 4. Ver. 1. Nihil duobus nobis eſt ſtultius: me, qui te Romam non attraham: te, qui non huc aduoles. fam. lib. 7. 10. 9. Cum id malum, quod uitare potueris, ultro acceſſas, atque attrahat. ad Att. 288. Quod ſi etiam illud addimus, quod recte addi poteſt, nihil eſſe quod ad ſe rem ullam tam illiciat, tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo. cõcedatur, &c. de Am. 46. Adducitur a Venereis, atque adeo attrahitur Lollius cõmode. 5. Ver. 50. Attractum me iri, ſi de pace agatur. 10. Att. 2.

Attractus.

Salluſtius bis ad iudicia ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit. in Salluſt. 174.

Attrecto.

Libri, quos tu contaminatis manibus attrectas. de Ar. 250. Aſpicitur, non attrectatur, procul apparet, non excutitur.&c. pro Plan.265.

Attrectatus.

Eſt enim dictum ab illis, fore qui dicerent, vxores ſuas a cęna redeuntes attrectatas eſſe a Cęlio. pro Cęl.14.

Attrectatus.

Nã attrectatu & quaſſu ſæuũ amplificatis dolorẽ. 2.Tuſc.87

Attribuo.

Nam ad Senatum Bibulus quas literas miſit, quod in iis mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit. 2. fam.38. Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit. pro S. Roſc.6. Nonnumquam bonos exitus habent boni: eos quidem aſcribimus, attribuimúſque ſine ulla ratione diis immortalibus. 3. de Nat. 128. Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues. de Or. 110. Attribuito literis. de Sen.3. Quæ tã antiquis hominibus attribuerem. Q.fr.l.3.21.2.& 3. de Nat. 128. Quo Sicyonii te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Seruilio. Att.l.2.16.17. Et uelim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulũ puerum viſas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Att.l.12.246.5. Attribuere cauſã calamitatis alicui. 7. Ver. 83. Vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hęc in collum, hæc in crines. 5. Ver. 64. Tum vero perſonam aut rem aliquam inducere, & enumerationem ei totam attribuere. 1. de Inu.111. Nunc illud ſatis eſt, non attribuere ad amiſſionem amicorum miſeriam noſtram, ne illos plus, quam ipſi velint, ſi ſentiant, plus certe quam nosmetipſos diligamus. Tuſc.3.62. Attribuere orationem alicui rei: hoc eſt, inducere aliquam rem loquentem. de Inu. 60. Eas ſicut aliquas prauas res oratori attribuere, magna amentia uidetur. de Iou. 43. Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur. Att. 204. Res autem inducetur, ſi alicui rei huiuſmodi, legi, loco, vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem. 1. de Inu. Aut ſi uni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe. Quanti locarint, tantam pecuniam redemptori ſoluendam attribuendamque curent. in Ant. 224. Video cui Apulia ſit attributa. 2. in Catil. 29. Ne cupido teſti attributa auctoritas uideatur. pro Font.278. Quæ autẽ mihi attributa eſt pecunia, a Quęſtore numeratur. fam.lib.2.16.8. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. 3. Ver.23. Nonne ſeſtertium centies & octogies, quod, &c. ex ærario tibi attributũ Romæ in quæſtu reliquiſti? in Piſ.68. Ex inſulis quæ erant ab Sylla Rhodiis attributæ. Q.fr.l.1.1. 50. Cuius negotii publici cogitari, optari, fingique procuratio potuit, quæ non eſſet attributa atq; deſcripta? pro Sext.55. Attributos quod appellas, ualde probo. 13. Att.23. id eſt, ad pecuniam numerãdam appellas eos qui tibi aſſignati ſunt a me.

Attributio.

Attributio eſt mihi nominum ignota. 16.Att.9. Ait enim attributionem in Idus. 16. Att.2. id eſt, ſolutionem pecuniæ. De attributione cõficies, de repręſentatione videbis. Att.lib.16.24.3. Tamen ad me ex Phormiano ſcripſit: quas literas, cũ e balneo exiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe. Att. 15.27. Ex his etiam attributionibus, ſacer an prophanus, &c. 1. de Inu. 53.

Auarus.

Vt exiſtimabatur auarus & furax, ſed, &c. 2. de Or.149. Seculi ſunt auariores magiſtratus, &c. 5. Ver.165.

Auare.

Quam intemperans non in auare cęptis, &c. Poſtq.12. Nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. 3.Off.48.

Auaritia.

Auaritia, eſt opinatio vehemens de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. Tuſc.4. Auaritia, eſt iniurioſa appetitio alienorũ. 4. ad Her.185. Auaritia, omne officium quamlibet ſanctum ac ſolenne comminuit. pro Quint.13. Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quæ ſanaret eam cupiditatẽ, permanat in venas, & inhæret in viſceribus illud malum, exiſtitque morbus & ægrotatio, quę auelli inueterata non poſſunt, eique morbo nomen eſt auaritia. Tuſc.4.19. Nullum vitium tetrius eſt, quam auaritia, pręſertim in principibus, & Rempub. gubernantibus. Off.2.114. In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erũpat audacia, inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. pro S.Roſc.45. Auaritia multa ſanciatur. vt par ſit noxiæ pœna. 3. de Leg. 40. Auaritia ſenilis. Cat.60. Quid auaritię, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? in Piſ. 98. Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius eſt tollenda luxuries. 2. de Or.92. Auaritia nihil fędius. 1. de Leg.38. Auaritia, alterius bona deuorare. p Dom. 48. Quod alieni appetẽs de auaritia. de Or. 111. Auaritia feruere, ferrique. pro Quint.21. Quis eſt enim, aut quis unquã fuit, aut auaritia tam ardẽti, aut tã effrænatis cupiditatibus, vt, &c. 3. de Fin.30. Nam ipſum Verrem, tantum ſemper auaritia hiante, atque imminenti fuiſſe, ingenio & cogitatione nulla. 4. Ver. 93. Auaritiæ Prætorũ, acerbiſſima miniſtra, calumnia. 1.19. Nec enim omnes auaritias, ſi ęque auaritias eſſe dixerimus, ſequitur etiam vt ęquas eſſe dicamus. de Fin. 125.

Auceps.

Niſi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. 1. de Or. 121.

Auctio, Auctionari; Auctus, *Vide Augeo.*

Aucupium.

Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifeſto deprehenſum appareat. in Or.114. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium atque venatio. de Sen.89. Qui cum cruciaretur nõ ferẽdis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum. 5. de Fin. 29. Nemo noſtrum iſtius generis aſotos iucunde putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione. 2. de Fin. 40. Tum aucupia uerborum & literarum tendiculas in inuidiã vocant. pro Cæ.48.

Aucupor.

Cur epiſtolis & ſororis & matris imbecillitatem aucupatur? pro Flac.72. Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpe errores aucupatur. 2. de Or.18. Sermo Hercule & familiaris & quotidianus non cohęrebit, ſi verba inter nos aucupabimur. pro Cæ.38. Non ſum tam ignarus, Iudices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper. pro Sc.103. Pręcipitiſque vt errãtem aliorum opinionem aucupemur. de Fin. 114. Cum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempuſque aucupentur. pro Roſc. Am.13. Delectationem aliquam dicendo aucupari. in Or.34. Non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. fam.lib.5. 12. 28. Colligere & aucupari omnia. 2. Ver.6. Leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. in Piſ.9. Aucupari rumuſculos imperitorum hominum. pro Clu.84.& 3. de Leg. 51. Similitudinem quandam aucupari. ad Her. Attendere & aucupari verba oportebit. 2. de Or. 142. Vim verborum neceſſario ſimilitudine rerum aucupari. pro Cæc.64. Nos Rhodiorum aphractis, cęteriſque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Att.6.47.

Aucupans.

Aucupans omnes rumuſculos populari ratione. 3. de Leg.32. Non ego vtilitatem aliquam ad dicendum aucupãs, horum libros lego. de Or.114.

Aucupatio.

Aucupatio verborum vitioſa. pro Cæc.38.

Aucupium, Aucupor, *Vide poſt Auceps.*

Audacia, Audacter, Audax, *Vide Audeo.*

Audeo.

Imperatorem a nobis certum depoſcere neque audẽt, neque ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur. pro Pomp.6 Auſus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? Att.6. 113. 13. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam eſt auſus optare. pro Pom.8. Vide quæſo Tubero, vt qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. pro Lig. 5. Non ego tibi repromittere iſtuc quidẽ auſus ſim. de Cl 166. Aude negare. ad Brut.43.

Audacia.

Auriga,ſub læua geminorũ obductus parte feretur.de N.74.

Auriger, *Vide Aurum.*

Auris.

Abhorret a nobis auris deorum atque animus.ad Oct. 4. Admonere aliquẽ ad aurem.de Fin. 79. Sed quoniam tu ſuſcipis, in alteram aurem. At.lib.13.31 Sub.dormio. Aures quoque a commemoratione abhorreant. 16.ſam.27.Aures calent illius (Salluſtii) criminibus.in Salluſt. Cuius autem aures clauſæ veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, &c.de Am.76 Noſtrorum hominum ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas fuiſſe? Tuſc. 4. a. Aures cur in altis corporum partibus ſint collocatæ. 2. de Nat.106. Vt quampluriniorum aures optimo ſermone compleantur.de Pet. Conſ 32.Complent ſunt aurium, aureſque omnium. cont.Rul. 87. Aures meæ quibus hominibus ſint deditæ.2.Att.34.Aures elegantes.9. ſam.45.Aures,duros & corneolos habẽt introitus,multiſq. cũ flexibus,quod,&c. 2. de Nat. 109. Aures, vocum & numerorum indices. Or. 92. Aures in quas ficte quæſtus cauſa inſuſurretur.1.Q.fr.9. Aures quid plenum, quid inane ſit, iudicant. Brut. 17. Aures patent ad diſputationem.ſ.3.36.11.Aures peregrinãtur. pro Mil.24. cum non verſantur in peruagato ciuitatis ſermone: cum ſoli ignoramus quæ omnes norunt in vrbe fieri. Aures duobus permulcentur,ſono & numero.Or.93.Aures populi oratori tã quam tibiæ. Brut. 100. Tritæ noſtrorũ hominũ aures. de Clar. 175.& 5.fam.36.Aurium iudicium ſubtiliſſimum. Or.84. Aurium iudicium vnum & ſimplex.pro Font.11. aurium ſenſu faſtidioſiſſimus. ad Her.31.In ſordibus auriũ tanquam in viſco inhæreſceret. 2. de Nat. 109. aurium voluptati morigerari debet

bet oratio. Or.90. Ad aures aditum habere pro .Dom.2. Ad aures vix peruenit iſtius ſuſpicionis fama. pro Syl.9. Proinde ita fac venias ad ſitientes aures. Att.2.33. Ad Atticorum aures teretes & religioſas, qui ſe accommodant, ij ſunt exiſtimandi Attice dicere. in Or.147. Teretes aures habere. de Opt.g.Or.146. Aures ſuas alicui dare. 1.Att. 11. Aures ſuas poetis dedere. pro Arch.19. Aures erigere.3.Ver.19. Feriunt enim aures hominũ cum illa quæ iucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia ſunt, in virtute laudari.2.de Or. 188. Nam poſteaquam ſenſi populum Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, deſtiti quid de me audituri eſſent homines, cogitare. pro Plan. 54. Aures nactus tuas, vnius ambulationis ſermone ea exhaurire poſſe. 1. Att.56. Quanuis enim ſuaues graueſque ſententiæ; tamen ſi inconditis verbis afferuntur, offendent aures, quarum eſt iudicium ſuperbiſſimum. in Ora.84. Regum aures patere debent querelis omniũ. 1. Q.fr. 19. Memoria tenet, &c. meam domum, meaſque aures dies & noctes omnium præceptis monitiſque patuiſſe. 14. Philip. 398. Ita fit, vt is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maxime, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maxime delectet. de Amic. 80. & .1. Offic. 129. Aures uocibus perſonare.6.fam.50. Auribus accipere mãdata. 8.Phil.252. Auribus tuis hoc dare.12.fam.39. id eſt, in hoc tibi aſſentari Boni oratoris (eſt) multa auribus accepiſſe, multa uidiſſe, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurriſſe.1.de Or.110. Quid dignum auribus aut probabile poteſt afferre? 6.fa.27. Profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conuentu & ſilentio, dignum ueſtris ſtudiis atque auribus eſſe uideatur. pro Clu.52. Dignum hominum auribus efficere atque edere.1.de Or.59. In auribus alicuius ſermonũ domicilium collocare. in Piſ. 60. Loci ſane inanes ueruntamẽ nõdum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles de Cl.Or.64. Auribus aliquem tenere.3. Phil. 136. Auribus meis utuntur æquiſſimis.7.fam.58.

Auricula.

Tu, quemadmodum me cenſes oportere eſſe & in Repub. & in noſtris inimicitiis, ita & eſſe & fore auricula infima ſcito molliorem. Q.fr.lib.2.35. Auriculam mordicus abſtuliſſet.3.Q.fr. 4. Cui etiam nunc pędagogi lites ad auriculas uerſarentur. ad Her.27.

Aurora.

Humida non ſeſe ueſtris Aurora querelis Ocyus oſtendet clari prænuntia Solis. in Arat. 7. Cum primum gelidos rores Aurora remittit.1.Diu.14.

Aurum.

Aurum & argentum in urbibus & priuatim, & in fanis, inuidioſa res eſt.2.de Leg.43. Aurum celatũ. Tuſc.lib.5.45. Parad. 14. χρυσὸν ἠγασμένον. Græci uocãt. Mitto aurum coronarium, quod te diutiſſime torſit cũ modo uelles, modo noles, in Piſ. 71. Quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.9.fam.35. Pergami non multum auri ratio conſtat, aurum in ærario eſt. pro Flac. 54. Cognoſce alius quæſtiones, auri Toloſani, coniurationis Iugurtinæ.3.de Nat. 106. Auri argenti ue recondite uenæ.2. de Nat.72. Non enim aurum habere præclarum ſibi uideri dixit, ſed eis, qui haberẽt aurum, imperare. de Senec.51. Malem auro, argento, ęre eſſent.7.fam. 26. Lacuna in auro.12. Att.8. Caſtella in quę auro onuſtus aſellus poſſet aſcendere 1. Att. 44. Ex auro coronario, quod neque conſumptum in monimento, neque in ærarium relatum ſit, id ad *Decemuiros* referri iubet.1.de L.Agr.7.

Auratus.

Auratus arcus. Acad.1.lib.2.82. Auratus aries Colchorum. in Or.93. P. Lentuli beneficio excellenti atque diuino, non ſolum reducti ſumus in patriam, ſicut nonnulli clariſſimi uiri, ſed equis inſignibus & curru aurato reportati. poſt red. in ſenat.25. Aurata tecta in uillis. Parad.125.

Aureus.

Aureus numus.12. Phil.332. Aureus partus. ad Oct.45. Sedebat in roſtris Collega tuus, amictus toga purpurea in ſella aurea, coronatus.2 Phil.89. Venio nunc ad nomen aureum Chryſogoni. pro S.R.39. Illo aureo genere, vt poetæ loquũtur.2. de Nat.120.

Aureolus.

Aureolus libellus. Ac.ed.1.l.2.126. Aureola oratiuncula. 3. de N.d.29.

Aurifer.

Aurifer arbor.2. Tuſc.39.

Aurifex.

Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.2.de Orat.87. Cum vellet ſibi annulũ facere, aurificem iuſſit uocari in foro, ad ſellam Cordubæ, ei palam appendit aurum.6.Ver. 49.

Auriger.

Aurigeris diuum placantes numina tauris. de Diu. 121.

Auſculto.

Mihi auſculta, vide, &c. pro S. R. 35. Nam iſtis qui linguam auium intelligunt, Pluſque ex alieno iecore ſapiunt, quam ex ſuo, Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo. Pacuuius apud Ciceronem.1.de Diu.2 13.

Auſcultans.

Bonis viris auſcultantibus. Top.227.

Auſcultator.

Nam aut auſcultator eſt qui audit, aut diſceptator. in Part.7. id eſt, rei ſententiæq. moderator.

Auſpex.

Auſpex legis. Att.l.2.21. Auſpices nuptiarum. pro Clu. 10. Diu.lib.1.28.

Auſpicium.

Auſpicium coactum & expreſſum. Diu.2. 57. Huic ſimile eſt quod nos augures præcipimus, ne iuge auſpicium obueniat, vt iumenta iubeant diſiungere.2.Diu.117. Auſpicium militare.2. de Diu. 11. Auſpicium optimum.2. de Diu. 63. Iubet auſpicij coloniarum deducẽdarum cauſa Decemuiros habere pullarios. contra Rul.72. Agere auſpicium publicum. de Leg.173. Qui auſpicium populare agant, augures præmonento. 2. de Legib. 18. Omnes cum te viderint, tamquam auſpicium malum deteſtantur. in Vat.36. Cur autem aliis a dextra, aliis leua datum eſt auibus, vt ratum auſpicium facere poſſint? 2. de Diu. 121. Quid eſt aliud nolle moneri a Ioue, niſi efficere vt aut ne fieri poſſit auſpicium, aut ſi fiat, videri? 2. de Diu.117. Fulmen ſiniſtrum, auſpicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia.2. de Diu. 112. Auſpicium iudiciumque omnes magiſtratus habento.3.de Leg.9. Bono auſpicio facere aliquid. Att. 13. Bono auſpicio claudus homo promulgauit legem. Att. l.1.11.21. Quos in auſpicio ſuo eſſe Iuppiter iuſſerit, meminiſſe bonus augur debet.3.de Leg.38. Auſpicia, vt omina, vt ſigna, non cauſas afferunt cur quid eueniat, ſed enuntiant euentura, niſi prouideris. Diu.1.30. Auſpicia aruſpicum. Ac.ed.1.l.2.98. Auſpicia coacta. Diu.1.27. Auſpicia magiſtratibus data, vt multos comitiatus probabiles impedirent moræ.3.de Leg.26. Auſpicia ſecunda. Diu.1.27. Auſpicia ſiniſtra Romanis, Graiis & Barbaris dextra meliora uidebantur. Diu.2.65.& 1.28. Auſpicia patrũ ſunto, olliq; ex ſe produnto qui comitiis creare conſules rite poſſint.3.de Leg.8. Hæc auſpicia, quibus vtimur, ſiue tripudio, ſiue de cælo, ſimulachra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo. de Diu.123. Veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta. de Nat.2.7. Auſpiciis operam dare.10.fam.26. Tribunus plebis legem tulit ne auſpiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis liceret. Poſtq.206. Cur auſpiciis augures præſunt. de N.d.1.86. Credo id quidem: ſed hoc nihil ad auſpicia.2. Diu.118. Auſpicia ſeruanto qui agent.3.de Leg.11. Leges Iulię contra auſpicia latæ. de Ar.25. Ille legibus C.Metelli contra auſpicia ferendis auctor, Att.120. Auſpicia ad vtilitatẽ eſſe Reip. compoſita alteri placet.2.de Leg.32. Ementiri auſpicia.1. Diu. 55. In ſacra & in auſpicia diuiſa omnis religio Pop. Rom.3.de Nat.3. Auſpiciis hæc vrbs condita eſt, quibus omnis Reſp. atq; imperium tenetur. in Vat.10. Conſularibus auſpiciis conſecrata. pro Mur.1. Augurque cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reip. ſalute gererentur, &c. de Senec.11. Nubit genero ſocrus nullis auſpiciis, nullis auctoribus. pro Cl. 20. Quod etiam nunc nuptiarum auſpiciis declarant.1. de Diu. 54. Auſpiciis, dij immortales, ſæpe populi iniuſtum impetum repreſſerunt.3.de Leg.26. Nequid agi cum populo, aut ſaluis auſpiciis, aut ſaluis legibus, aut denique ſine vi poſſit. ad Lent.l.1. 2. 11. Iidem illam proſcriptionem capitis mei contra ſalutem Reip. ſed ſaluis auſpiciis rogatam eſſe dicebant. de Prou. Conſ. 37.38. Sine auſpiciis, regibus exactis, nihil publice, nec domi, nec militiæ Romæ gerebatur. Diu.1.3.

Auſpicor.

Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, cum ita imperauit is, qui auſpicatur, dicito, &c.2.de Diu.109. Prætores & Proconſules auſpicia non habent, itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur. Diu.124. Flaminius cum tripudio au-

ſpicaretur,

ſpicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat. 1. Diuin. 60. Gracchus cum pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. de Nat. 28.

Auſpicatus.

Auſpicatus locus pro C. Rab. 7.

Auſpicato.

Quo (die) auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam Conſulem renuntiaui. pro Mur. 1. Auſpicato vrbem condidit Romulus. 2. de Legib. 34. Non ſolum auſpicato vrbem condidiſſe, &c. Diu. 1. 3. Itane vero ego iuſſus, qui & Conſul rogans, & augur, & auſpicato ſis. 2. de N. d. 8. Nam vt Prætor factus eſt, qui auſpicato in Chelidone ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt vrbanæ prouinciæ. 3. Verr. 73. Deiotarus nihil vnquam niſi auſpicato gerit. de Diu. 85. Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri, niſi auſpicato, noluerunt. 2. de Diu. 136.

Auſter.

Auſter leniſſimus, mitis, ita belle nobis flauit ab Epiro. 7. Att. 9. In Aquilonis Auſtriue partibus. de Sum. 129. Auſtro leniſſimo, cælo ſereno. 16. fam. 10. Reiectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetrā. Att. 255. Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectoriis videmus Auſtro, pōt ſudorē imitari. de Diu. 130.

Auſtralis.

Auſtralis ora. 1. Tuſc. 107. A. regio. 2. de Nat. d. 73. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtūt, aduerſa vobis vrgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus. in Som. Scip. 22.

Auſterus.

Auſterus homo. de Or. 152. id eſt, nimium ſeuerus & acerbus. Quibus (voculis) tamen non modo auſteri, ſed, ſi ſæpius fiunt, multitudo ipſa reclamat. 3. de Or. 55. Suauitatem habere auſteram & ſolidam, non dulcem atque decoctam. 3. de Or. 57. Auſtero more ac modo cum aliquo agere. pro Cœl. 14. Fortaſſe auſterior & grauior eſſe potuiſſet. in Piſ. 95.

Auſtere.

Agit mecum auſtere & Stoice Cato. pro Mur. 67.

Aut.

Aut bibat, aut abeat: ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι: lex in Græcorum conuiuiis. Tuſc. 5. 84. Quid de pratorū viriditate, a. arborum ordinibus, a. vinearum oliuetorumue ſpecie dicam? de Sen. 89. Cætera, inquit, aſſentior Craſſo, ne a. de C. Lælij ſoceri mei, a. de huius generi a. arte, a. gloria detrahā. 1. de Orat. 18. Aut enim huic ætati hoc maxime aptum eſt, a. his rebus, &c. 1. Ac. 17. Quo enim vno vincebamur a victa Græcia, id a. ereptum illis eſt, a. certe nobis cum illis communicatum. in Bru. 137. Quem tibi a. hominem inuitis diis immortalibus, aut vero deum tantis eorum religionibus violatis auxilio futurum putas? 6. Verr. 69. Res ipſa & Reip. tempus, a. meipſum, quod olim, a. alium quempiā, a. inuitabit, a. dehortabitur. in Piſ. 75. Aut libere inter malos, a. vel periculoſe cum bonis. 10. Att. 4. id eſt, aut etiam periculoſe. Sed ſiquis eſſet, a. ſi etiam vnquam fuiſſet, a. vero ſi eſſe poſſet, tu eſſes vnus profecto. 1. de Or. 38.

Autem.

Vt ea reſtitui nullo modo poſſit, vix a. aliquantum recreari poſſe videatur. in Verr. 68. Pridie a. apud me Craſſipes fuerat, &c. Att. l. 9. 182. 1. Quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro a. datum? pro Clu. 53. Sed elatus ſtudio, vereor ne longior fuerim: erat a. difficile rem inchoatam tantam relinquere. de Nat. 13. Neque a. ego ſum ita demens, &c. fam. l. 5. 12. 21. Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo, lego a. libentiſſime. epiſt. 265. Eſt enim finitimus oratori poeta, numeris aſtrictior paulo, verborum a. licentia liberior, &c. 1. de Or. 36. Tum illud eſſe- cit, quod quibuſdam incredibile videatur, ſit a. neceſſarium, vt nihil ſeſe pluſquam alterum diligat. de Leg. 162. Quod fecit ille diligenter: mihi a. nihil amabilius officio tuo & diligentia. ad Brut. l. 11. 15. 2. Quibus a. opibus præditam, ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatem? 5. Tuſc. 79. Vt ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit, vix a. per multos annos, &c. 2. Verr. 8. Cum pecunia Cæſenniæ ex illa hæreditate deberetur, &c. eſſent a. prædia, quæ mulieri maxime conuenirent, ea venirēt, &c. pro Cæc. 288. Inter quos a. ratio, inter eoſdem etiam recta ratio communis eſt. 1. de Leg. 33. Cum a. rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum a. ſubſequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius. 2. de N. d. 73. Crœſus hoſtium vim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit a. ſuam. de Diu. 132. Quod a. tempus veneni dandi illo die, &c. pro Clu. Numquis teſtis Poſthumum appellauit? teſtis autem? pro Rab. 7. Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? feciſſent autem? &c. Att.

Authepſa.

Domus referta vaſis Corinthiis & Deliacis, in quibus eſt authepſa illa, &c. pro R. Am. 79.

Autumnus.

Vt hyems, ver, æſtas, autumnus. Part. 233.

Autumnalis.

Autumnale lumen. in Arat. 33.

Autumo.

Bene quam meritā eſſe autumas, dicis male mereri. in Top. 28. in Or. 94.

Auus.

Proauus L. Murenæ, & auus Prætores fuerunt. pro Mur. 15. Qui cum auo tuo, Luculle, cos. fuit. 4. Aca. 248.

Auunculus.

Quid, &c. ſi nihil valuerit apud te, reliquumq. Senatum contra partem Lepidum Brutus auūculus? ad Brut. 29. Druſus tuus magnus auunculus. de Clar. 194 Tubero Africanum auunculum laudauit. de Or. 140. Auūculum Platonem ſubſequens Speuſippus. de Nat. 1. 24. Attendes igitur, vt ſoles, diligenter, eamque controuerſiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac ſingulari viro. 3. de Fin. 10. & 2. de Or. 186.

Auia.

Tete Cn. Lentule, cuius ab auia manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe voluit. de Aruſp. reſp. 19.

Auitus.

Nulla res cuiuſquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio iſtius abiudicaretur. 2. Ver. 8. Auitum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Lilybitano, valdeque ab eo obſeruor. fam. lib. 13. 35. 1. Auitum regnum. pro L. Man. 14. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam, & auitam (vt ait Theophraſtus) philoſophiam cognitionis cupiditate incenſam excitauit. 1. Tuſc. 71. Auita bona. pro Cæl. 26.

Auxilium.

In quo debeat eſſe aut promiſſio auxilii alicuius, aut conſolatio doloris ſui. ep. 56. Eſſe auxilio alicui. ad Her. 2. Dixiſti ... non auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. pro Plan. 69. Auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. pro S. R. Opem atque auxilium ferre. 4. Ver. 6. Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, quam ſi is, qui alieniſſimis a me ſalutiferi exiſtimaretur fuiſſe, ſodali meo auxilium ferre non poſſim. de Or. 127. Deos immortales nobis contra tantam vim auxilio eſſe laturos. in Cat. 168. Decernerem plane ſicut multa, Conſules alterum, ambóue, &c. non vt ex ea acie auxilium haberemus, ſed vt ipſa acies ſubſidiū haberet ét tranſmarinū. 11. Phil. 309. Auxiliū de reliquo tēpe petit. 5. f. 10. Auxiliū petere capiti & fortunis ſuis. pro Cl. 53. Auxiliū petere ab aliquo. in Or. 79. Auxiliū retardare ab aliquo. in Piſ. 60. Sed hic præſentes ſuo numine atq. auxilio, ſua templa atque vrbis tecta defendunt. 2. in Cat. 47. Ab Ioue Optimo Maximo, cæteriſque diis, deabuſque immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis hæc Reſpub. quam ratione hominum & cōſilio gubernatur, pacem, ac veniā peto. pro Rab. 3. Qui noſtros duces, auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerit. pro Cor. 95. Orbari auxilio. pro Mur. 75. Auxilio ſuo tectam. 15. Att. 29. Auxilia equitum ac peditū Parad. 57. Auxilia voluntaria ſociorum regum comparauiſſem. 15. fa. 13. Auxilia totidem ſunt contra comparanda. Acad. ed. 1. lib. 2. 44. Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. pro Deiot. 15. Ad auxilia nouiſſima deſcendemus. 11. fam. 2.

Auxilior.

Auxiliari cuipiam. ep. 62. nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ ſunt. ad Her. 32.

Auxiliarius.

Militem non modo legionarium ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquā miſi. fam. l. 10. 32. 14. Res in Sardinia a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. de Prou. 71.

Axioma.

Ἀξίωμα Græce, Latine pronuntiatū. Tuſcul. quæſt. lib. 1. 14. Ἀξίωμα, Latine effatum, quidquid enuntiatur. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 86. Explicandaque vis eſt, ratioque enuntiationū, quæ Græci ἀξιώματα vocant, quæ de re futura cum aliquid dicunt, deque eo quod poſſit fieri, aut non poſſit, &c. 1. Tuſc. 23. de Fato. 1.

Axis.

Axis, pro polo ſiue vertice Septentrionali. Tuſc. 1. 56. Hoſce æquo ſpatio deuinctos ſuſtinet axis. in Arat. Verſatur mundus

circum

circum axem cæli, admirabili celeritate. de Nat. 2.37. Quæ cũ circum axem ſe ſumma celeritate conuertat & torqueat, &c. Acad. ed. 1. lib. 2. 114. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde, &c. 1. Tuſc. 107. Iam vero terram altricem noſtram, quæ traiecto axi ſuſtinetur, diei noctiſque effectricem. de Vniu. 45.

B

Bacca.

ERgo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nũquam. 1. Tuſ. 26. Vt agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat. 1. Diu. 24. 189. de Sen. 5. Baccæ arborum. Diu. 1. 98. Baccæ quæ ex quaque ſtirpe funduntur. 2. de Nat. 96. Baccas certas ſacerdotes publice libanto. 2. de Leg. 17. Nec fruges terræ baccaſue arborum dediſſet, niſi, &c. Diu. 104. Et tamquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempeſtiua quaſi victum & caducum. Cato. 5.

Bacchæ.

Bacchas iſtas cum Muſis Metelli comparas. 7. fam. ep. 23. Bacchis vero vbi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt: noui optime, & ſæpe vidi. fam. 7. 23 6.

Bacchor.

Quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? in Catil. 18. Nec erat vlla vis atque contentio, ſiue conſilio, ꝗ eos, quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitraretur: ſiue pro, &c. de Cl. Or. 151.

Bacchans.

Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in veſtra cæde bacchantis. 4. in Catil. 83.

Bacchatio.

Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis. 3. Ver. 22

Bacillus, & Bacillum.

Lituus, id eſt incuruum, & leuiter a ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit. 1. Diu. 30. Vt bacillum aliud eſt inflexum & incuruatum de induſtria. de Fin. 2. 29. Proximus lictor Sextius, conuerſo bacillo, oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. 7. Ver. 111. Lictores cum bacillis in turbam conieci, ne quis impetus militum fieret. 11. Att. 10. Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, ſed vt hic Prætoribus anteeunt cum faſcibus duobus. de L. Agr. 91. *Bacilli*, inſigne duum virorum coloniæ deducendæ.

Baiulus.

Baiulus quidam orator ab Antonio deſcriptus. 2. de Or. 23. Nec quidquam inter Alcibiadem ſummo loco natum, & quemuis baiulum intereſſe. 3. Tuſc. 112. Operarij autem, aut baiuli deeſſe non poſſunt. de Cl. Or. 139. Vtrum potius de bonis eſt quærendum, quid baiuli atque operarij, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? in Parad. 27.

Balbus.

Balbus ſum, quod non putaram. Cæl. 2. 18. Cumque ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. 1. de Or. 136. Balbi nõ ſumus, ad rem redeamus. Cæl. 2. 18. *Balbos pluris eſſe putes quam diſertos.* 9. fam. 45.

Balbutio.

Me quidem auctore etiam Peripatetici vetereſque Academici balbutire deſinant aliquando, &c. Tuſc. 5. 56.

Balbutiens.

Sed ille noſter eſt plane, vt ſupra dixi, Stoicus, perpauca balbutiens. Acad. ed. 1. lib. 2. 128. Reliqui vero omnes, præter Epicurum balbutientem de natura deorum, diuinationem probauerunt. 1. Diu. 5.

Balineum.

Balineum califieri iubebo. Att. lib. 2. 18. 5. Cum e balineo exiiſſem. 15. Att. 27.

Baliſta.

Vt baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius: ſic vox, ſic curſus, ſic plaga hoc grauior, quo eſt miſſa contentius. Tuſc. 2. 49.

Balneæ.

Occiditur ad balneas Palatinas rediens a cena Roſcius. pro S. Roſc. 21. Balneæ, erant bina coniuncta ædificia, alterum vbi viri, alterum vbi mulieres publice lauabantur. Cum enim potiſſimum balneas publicas conſtituerat, in quibus, &c. pro Cœl. & 2. de Orat. 223. Nam vt forte hic in balneas venit, cœpit, poſtquã perfuſus eſt, defricari. ad Her. 27. Mulier ingenioſa conſtituit locum iuſſit balneas Xenias, vt eo mitteret amicos, qui deliteſcerent. pro Cœl. 49. Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, &c. dixit. 2. de Ora. 222. Exire de balneis. 2. de Or. 223.

Balnearia

Video nihil, aut pauca mutata, balnearia tamen laudat, &c. Att. lib. 13. 284. 2. Sed tamen nihil ei reſtabat, præter balnearia & ambulationem & auiarium. Q. fr. 3. In balneariis aſſa in alterum apodyterij angulum promoui. Q. fr. 318.

Balneum.

Balneum calfacias oportebit. 9. ſam. 40. In balneum poſt horam octauam. 13. Att. 66. Ducere aliquẽ ex balneo. pro Deiot. 21. Labrum ſi in balneo non eſt, vt ſit. ſam. l. 14. 20. 2.

Balneator.

Mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. pro Cœl. 49. Alter eſt deſignatus Viſeius neſcio quis, fortis, vt aiunt, latro, quem tamen temperantem fuiſſe ferunt Iſauri balneatorem. 13. Phil. 365.

Balo.

Rex ipſe Priamo ſomnio mentis metu Perculſus, curis ſomptis ſuſpirantibus Ex ſacrificabat hoſtiis balantibus. 1. Diu. 76.

Barba.

Viris mammæ atque barba. 3. de Fin. 29. Dionyſius Aeſculapij barbam auream demi iuſſit. 3. de Nat. 110. Ita ſordido, ancillarique artificio regiæ virgines, vt tonſtriculæ tondebant barbã & capillum patris. 5. Tuſc. 81. Aliquis capillatior, quam ante, barbaque maiore. cont. Rul. 68.

Barbula.

Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur: ſed, &c. pro Cœl. 24.

Barbatus.

Barbatus Epicurus. in Piſ. 25. Barbatus ſemper Iuppiter, Apollo ſemper imberbis. de Nat. 1. 58. Barbatus Iuppiter, galeata Minerua. de Nat. 1. 71. Quod antiqui illi quaſi barbati, vt nos de noſtris ſolemus dicere, crediderint. de Fin. 4. 52. Barbati mulli in piſcinis ſunt. Attic. 2. 16. 4. Barbati illi veteres. pro Sext. 6. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. 2. in Catil. 42. Apud barbatos ridicula videbantur. pro Mur. 23. Aliquis ex barbatis illis barba illa horrida, quam in ſtatuis antiquis videmus. pro Cœl. 24.

Barbatulus.

Concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ. Att. 1. 9. 6. Barbatulos mullos exceptantem de piſcina & pertractantem. Parad. 48.

Barbarus.

Natura & moribus barbarus. 6. Ver. 100. Qui aliis inhumanus ac barbarus, iſti vni commodus ac diſertus videretur. 5. Ver. 8. Immanis ac barbara conſuetudo hominum immolandorum. pro Font. 280. Immanis ac barbara gens. 2. Diu. 3. cui opp. Humana atque docta. Neq. tam barbari lingua & natione illi, quã tu natura & moribus. in Ver. 226. Allobroges barbari. in Cat. 116. Agreſtes ac barbari ſerui. pro Mil. 29. Vos Toſci ac barbari. de Nat. 28. Barbari vani atque fallaces. Diu. lib. 1. 35. Immanitate barbaræ gentes. pro Marc. 4. Barbarorum aduentus ad vrbem mihi proponitur. 7. Att. 44. Barbarorum dij. 3. de Nat. 33. Barbarorum inſcitia. 9. ſam. 6. Contra barbaros philoſophos. Tuſc. 176. Barbara & obſoleta quædam diſperſiſſe. 2. Att. 66. Iudicio hoc ſum vſus, non eſſe barbaris auxiliis fallaciſſimæ gentis Rempub. defendendam. Att. 12. 24. Tanta cum barbaris gentibus coniunctio. 12. Att. 10. Amafanio & Rabirio indoctis & barbaris ſcriptoribus. Ac. 39.

Barbare.

Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiã barbare loquatur: ſic, &c. 2. Tuſc. 12.

Barbaria, Barbaries.

Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Græcia & Italia, ſed etiam omnis barbaria commota eſt. 2. de Fin. 7. & 5. 18. Neque enim ſi multitudo litium, ſi varietas cauſarum, ſi hæc turba & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis oratoribus, &c. 2. de Or. 50. Quale bellum nullum vnquam barbaria cum ſua gẽte geſſit 3 in Catil. 69. Att. 7. 230. 4. & 1. de Nat. 110. Barbariæ totius fluctum ferre vrbs vna non poterat. 7. Att. 38. Id eſt, vniuerſi

uerſi barbarorum exercitus impetum. Reſiſtere immani atque intolerandæ barbariæ alicuius pro Font.50. Inueteratam quondam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinaq. delere. pro Corn. 34. O noſter miſericors, quid facis? quod nulla in barbaria quiſquam tyrannus. in Piſ.12 Nec Aegyptij, nec Syri, nec fere cuncta barbaries. de Nat. 1.57. Sed omnes tum fere, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, recte loquebantur. de Cl. Or.139. Quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphæra ſit perfecta ratione? 2. de Nat.

Barbariſmus.

Barbariſmus eſt, cum uerbum aliquod uitioſe effertur. 4. ad Her. 160.

Bardus.

Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes obthuratas eſſe dicebat. de Fat. 16.

Baro.

Ille Baro te putabat quæſiturum. 9. fam. 62. Huic equidem Antipho, Baro, inquit, uictum te eſſe non uides. Diu. 138. Hæc cũ loqueris, nos Barones ſtupemus. de Fin. l.2.63. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia poſui. 5. Att. 20

Baſilica.

Si uno baſilicæ ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari uidemur & coli. pro Mur. 64. Baſilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. at quam partem baſilicæ? tr bum Aemiliam. Att. lib. 2.29.2. Paulus in medio foro baſilicam iam pæne texerit iiſdem antiquis columnis. Att. 4.50. Qui forum ac baſilicas, non ſpoliis prouinciarum, ſed ornamentis amicorum, commodis hoſpitum, non furtis nocentium, ornarent. 6. Ver. 5.

Baſis.

Baſis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tãquam a puppi ventis adiuuatur. 2. de Nat. 1.87. Quo cum patefactus eſſet aditus, ad aduerſam baſin acceſſimus, &c. 5 Tuſc 93. Vtque C. Panſa, A. Hirtius coſs. alter ambóue, ſi eis videbitur, Quæſtoribus vrbis imperent, ut eam baſin, ſtatuamque faciendam, & in Roſtris ſtatuendam locent. 9. Phil. 2.9 Hi tamen illius euerſæ ſtatuam non diutius quam ablata, baſin tamen in foro manere voluerunt. 4. Ver. 115. Edera conueſtiuit baſin uillæ. 3. Q. fr. 5. Hæc ſtatua erat poſita Segeſtæ ſine excelſa in baſi. in Ver. 217. Huic etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum a communi Sicilia datas 4. Ver. 110. Idemque ut eſſet quod in baſi trophæorum incidi, inſcribique poſſet, &c. in Piſ. 73.

Batuo.

Batuit, inquit, impudenter, depſit multo impudentius. 9. fam. 54.

Beatus.

Beatus, iuxta Metrodorum, eſt, cum corpus bene conſtitutum ſit, & ſit exploratum ita futurum. de Fin. 2. 76. Beatus eſt nemo qui ea lege viuit, vt non modo impune, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. 1. Phil. 1.26. & 1. de Fin. 93. & 6. Ver. 112. pro Cœl. 53. Nam qui beatus eſt, non intelligo, quid requirat, vt ſit beatior: ſi eſt enim quod deſit, ne beatus quidem eſt. Tuſc. 5.18. Opto vt beatus ſis. 10. Att. 50. id eſt, omnia tibi proſpere eueniant. Volumus enim eum qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum atque munitum, non vt paruo metu præditus ſit, ſed vt nullo. Tuſc 5.30. Beatus eſſe in maximarum rerum timore nemo poteſt. de Fin. 2 71. Mihi enim non videbatur quiſquam eſſe beatus poſſe, cum in malis eſſet. Tuſc. 5.17. Beatus eſſe ſine virtute nemo poteſt. de Nat. 1.35. Vnde tu, qui modo, ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, &c. parauerſis? in Sall. 12. Moderatori ciuitatis beata ciuium uita propoſita eſt. Att. 124. Ex quo illorum beata mors uidetur, & horum vita laudabilis. de Amic 22. Beatum, ſi modo ſit aliquid eſſe beatum, id totum poſitum eſt in poteſtate ſapientis. de Fin. 2.71. Si omne beatum eſt, cui nihil deeſt, & quod in ſuo genere expletũ atque cumulatum eſt, idque virtutis eſt proprium, certe omnes virtutis compotes beati ſunt. Tuſc. 5. 29. Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. de N. 1.60. Quo (honeſto) detracto, quid poterit beatum intelligi? Tuſ. 5. Nomen beati longe & late patet. Tuſ. 5.63. Nec ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, ſubiecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Tuſc. 5.22. His tu tam grauibus concitationibus, tamque ipſis inter ſe diſſentientibus atque diſtractis (ægritudine videlicet, metu, lætitia geſtiente & libidine) quem vacuum, ſolutum, liberum uideris, hunc dubitabis beatum dicere? Tuſc. 5.32. & 33. Beatum ex bonis, quæ ſola honeſta ſunt, efficiendum. Tuſc. 5.34. Beatam vitã in animi ſecuritate, & in omnium vacatione munerũ ponimus. de Nat. 1.38. Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. 2. de Fin. 98. Zeno in vna virtute poſitam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam inquit beatam, ſed non beatiſſimam. Acad. ed. 2. l. 1. 17. Ex beato miſer miſerabile eſt. Part. 31. In libera & in beata ciuitate viximus. Meſſinio, lib 5.21.11. Beati dicuntur, qui ſunt in bonis, nullo adiuncto malo. Tuſc. 5.22. Crotoniatæ quondam cum florerent omnibus copiis, & in Italia cum in primis beati numerarentur. 2. de Inu. 121. Sint florentes, ſint beati. de Som. 127. Sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciunt uoluptatibus. Tuſc. 5.13. Beati qui honorati ſunt, uidentur propter honeſtatis & gloriæ ſimilitudinem miſeri, qui ingloriј. 1. de Leg. 23. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia. Parad. 19. Duodequadraginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulentiſſimæ & beatiſſimæ ciuitatis. 3. de Nat. 117. Beatiſſimum aliquem uelle. 1. Q. fr. 21. hoc eſt, nihil ex eius commodis detrahere. Beatiſſimi, & minus miſeri. 5. fam. 44.

Beate.

Profecto nihil eſt aliud bene beateque uiuere, niſi honeſte & recte uiuere. Parad. 17. Acad. ed. 2. lib. 1.24. Beate uiuere, idem quod apud Græcos εὖ καὶ καλῶς ζῆν. Beate uiuere in una uirtute poſitum eſt, iuxta Stoicos. Tuſc. 2. 26. Quid poteſt ad beate uiuendum deeſſe ei, quem fortitudo ab ægritudine & a metu ſeruet, temperantia tum a libidine auocet, tum inſolenti alacritate geſtire non ſinat? Tuſc. 5.32. Quoniam igitur omnis ſumma philoſophiæ ad beate uiuendum refertur, &c. 2. de Fin. 137.

Beatitas.

Iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda eſt, utrunq. ſatis durum, ſed uſu molliendа nobis uerba ſunt. de N. d. 1. 67.

Bellator, Bellatrix, Bellicoſus, Bellicum, Bellicus, Belligero, Bellipotens, Bellio, *Vide Bellum.*

Bellua.

Bellua fera & immanis. Acad. ed. 1. l. 2. 99. Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo. 4 Tuſc. 68. Bellua uaſta & immanis. Diu. lib. 1.46. bellua uaſtifica. Tuſc. 2.19. belluæ impuræ furor multis inflammatus furoribus. 3. de Leg. 21. Sic iſta in figura hominis feritas & immanitas belluæ a communi tamen humanitate corporis ſegreganda eſt. 3. Off 40. Eſt quædam illi belluæ cum humano genere ſocietas, id eſt elephanto. ep. 95. Sed quid ego hoſpitij iura in hac tam immani bellua commemoro? 7. Ver. 85. Cum homine enim crudeli nobis res eſt, an cum fera atque immani bellua? 7. Ver. 86. Quin etiam de illo homine queri ſolebas, Quid te facturum de bellua putas? 8. Phil. 142. belluæ ad ſaxa natiuis teſtibus adhærentes. 2. de Nat. 73. belluarum diſparia genera (in mari) partim ſubmerſarum, partim fluitantium & innatantium. 2. de Nat. 73. Ea genera belluarum quæ in rubro mari Indiaue gignantur. de Nat. 1. 68. belluarum nomine appellare ſingulas ſtellas, ut capram, ut lupam, ut taurum, ut leonem. 3. de Nat. 53. Elephanto, belluarum nulla prudentior. de belluis loquor. de Nat. 1.69. belluas multas in numero deorum reponebant barbari. 3. de Nat. 33. belluis ſenſum & appetitum natura cur dederit. 2. de Nat. 90.

Bellum.

Nam ut duellum bellum, & duis bis, ſic Duellium eum, qui Pœnos claſſe deuicit, bellum nominauerunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duellij. Or. 85. bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quæſita uideatur. Off. 1.113. ſic Plato de Leg. 1. οὔτ᾽ ἂν νομοθέτης ἀκριβὴς εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης. bellum aliquando ſine tumultu, at ſine bello tumultum nunquam. 8 Phil. 236. Nam cum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, ſic mihi affecta uiſa eſt, ut hæ terræ ſolent, in quibus bellum acerbum, diuturnumque uerſatum eſt. 5. Ver. 37. Cum omnibus improbis æternum bellum eſſe ſuſceptum. pro Syl. 21. bellum affectum, &, vt vera dicam, pæne confectum uidemus. de Prou. 73. bellum ἄσπονδον. 9. Att. 40. Quod bellum commotum a Scapula, ita poſtea confirmatum eſt a Pompeio, ut nulla ratione ab illa miſeria ſe eripere poſſet. fam. l. 9. 13. 3. Deinde bellum crudele & exitioſum ſuſcipi a Põpeio intelligebã. Att. 9. 173-14

bellum deriuatum in Hiſpaniam.10.fam.53 Bellum domeſticũ, triſte, ac turbulentum. Diuin.lib.1.88. Duriſſimum bellum. pro Balb.3. Video enim quantum id bellum, & quam peſtiferum futurum ſit. Att.lib.8.4. Bellum inteſtinum. 2.in Catil.46. pro domeſtico. bellum iuſtum cum hoſte in Catil.25. Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit & indictum. Off.1, 53. bellum merum loqui.9. Att.57. Bellum mortiferum. Tuſc. lib.3.25. Quaſi naturale bellum eſt miluo cũ coruo.3. de Nat. 285. bellum nefarium. Diu.lib.1.72. bellum occultum nihil iudicit.2.fam.36. bellum Octauianũ. de nat.2.11. bellum oppreſſum.10.fam.53. bellum quod ab opinione pleriſque & fama gubernatur.1.Phil.182. bellum renatum.11.fam.25. bellum non reſtinctum, ſed etiam inflammatum.11.fam.20. Sertorianũ bellum a Senatu priuato datum eſt.11.Phil.302. Teterrimum & periculoſiſſimum bellum.fam.l.10.19.5. belli apparatus. acad. ed.1.l.2.3 παρασκευὴν τοῦ πολέμου. Græci vocant. Communẽ artem bellique caſum metuens. pro Sext.5. Belli celeritatem morabitur.5.Phil.182. belli certamen.10.fam.37. Antiochum, illum magnum, maiores noſtri magna belli contentione terra marique ſuperatum intra montem Taurum regnare iuſſerunt. pro Sext.49. Incertos exitus eſſe belli, martemque communem. in Ant.228. belli me expertem fuiſſe.8.Att.22. Tum uero eſt ſatis ſe poſſe, quoniam togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdaſſet, illum etiam, illum externorum bellorum, hoſtiumque uictorem affligere. de Aruſp.reſp.45. belli ciuilis hiſtoria a L. Lucceio ſcripta.5.f.28. belli ciuilis initia inuitum ſuſcipere, extrema non libenter perſequi. 4.ſa.25. belli inſtrumenta. acad.ed.1.l.2.3. belli ius, in quo & ſuſcipiẽdo, & gerendo, & deponendo ius ut plurimum ualet, & fides.2. de Leg.35. pro Balb.37. belli reliquiæ extinguẽdæ.10.fam.55. Qui reliquias huius belli oppreſſerit, eũ totius belli confectorem fore fam.10.20.6. De reliquis rebus, quæ eſſent propriæ belli adminiſtrandi, &c.2.de Diuin.116.1.de Or.209. belli ciuilis tubam appellabant Atium Balbum.6.fam.40. bello Ligustico Q.Maximus dedicauit templum Honoris & Virtutis. de Nat.2.44. Quod numquam bello ciuili interfuiſſet, gloriari ſolitus Q.Hortenſius.2.fam.31. Ad bellum denuntiandum legatos miſcaat Senatus.12.fam.52. Vbi ad bellum & caſtra uentũ ſit.8.fa.41. Idem cum Theutonis bellum adminiſtraret, &c. pro Leg.Man.42. Verebar ne cui obtrectatorum uiderer & nimium pertinaciter lepido offenſus, & mea patientia etiam alere bellum.f.l.10.47. Ferro bellum terra & mari cõparat.10.att.8. Bellũ conficere. in Piſ.45. Deinde cũ ab ea ſententia Põpeius ualde abhorreret, ſuadere inſtitui ut bellũ duceret. f.lib.7.3.7. Tũ ad te ſcribam plura, ſi erit bellum. Att.113. B.extinguere.10.f. 49. Si fugitiui bellum in Sicilia facerent. in Ver.239. bellum facere alicui. in Catil.66. pro Mil.113. bellum gerimus, ſed non pari conditione, contra arma uerbis.12.fam.47. Nihil turpius, quam cum eo bellum gerere, qui cum familiariter uixeris. Lel. 66. Populus Romanus Craſſo conſuli bellum gerẽdum dedit. 21.Phil. bellum habet neſcio quod ſuſceptum Conſulatus cum Tribunatu. pro L.Agr.19. In bellum cõfugere.4.Att.22. Quos cum haberes auctores Antoni, miror cur philoſophiæ, ſicut Zetus ille Pacuuianus, prope bellum indixeris.2.de Or.85. Indicere bellum nefarium. pro Deiot.21. Niſi publice ſatisfactum ſit, ei ciuitati bellum indici atque inferri ſolere.3.Ver.55. Sed quid ego ueſtram crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac poſtibus meis horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum odio bellum intuliſtis? pro Dom.47. Inferre bellum contra patriam in Ant.170. bellum in prouinciam inferre.15. fa. 5. Vrbs quæ facere atque inſtruere bellum poſſit. pro L. Agr. 77. Inter bellum & pacem medium nihil.8. Phil.236. Mouere bellum. Att.152. bellum, diſcordiam, cupiditatem, ceteraque generis eiuſdem, ad Deum reuocat Parmenides. de Nat.1.22. Bellum ſuſtinere.16.fam.ep.11. Bello arderet Syria.6.Att.40. 4 fam.2. bello Latinorum, &c. cum Octauio, Mamilio, Tuſculano pr... dimicaret, &c de Nat.2.4. Bello flagraturam totam Italiam.7.Att.54. In bello mouendo ſumma fuit apud priſcos Romanos obſeruatio. Off.1.55. In bello pudor eſt maxime periculoſus.1 ... fam.47. In bello titubari ſolet.12.fam.16. Perſequi aliquẽ bello, ad Brut.9. Bello profligato ac pene ſublato, renouatum bellum gerere conamur.12. fam.63. bello Punico ſecundo exercitus Pop. rom. ad lacum Traſimenum interiit. Diu.2.25. Bello gloriam quærere. Off.1.57. Bello uti.7. Att.55. Bella, quibus Reip. ſalus continetur. de Nat. 2.7. Bella ciuilia numquam deerunt, clementes eſſe uoluerimus ad Brut.4. Itaque eorum conſilio ſæpe aut non ſuſcepta, aut confecta bella ſunt, nonnũquam etiam illata. Off.1.111. bella domeſtica & externa. de Sen.11. bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt. Off.1.57. bella hoſtilia & externa. 5. fam.29. Bella ſuſcipienda ſunt ob eam cauſam, ut ſine iniuria in pace uiuatur. Off.1.51. bellorum ciuiliũ exitus quales.12. fam.44. bellorum omnium exitus incerti.6.fam.2. & 24. bellorum uictus. de Aruſp.reſp.45. Tum enim noſtri duces bella gerere incipiunt, &c. de Nat.2.7. Si tanta bella legiſſet quanta geſſit & confecit, & omnia iure belli perdiſcere ac noſſe potuiſſet. pro Bal.37. Thucydides res geſtas & bella narrat & prælia. Or.199. Bellis præliiſque dii non caruerunt.2. de Nat.52. In bellis ciuilibus nihil miſerius uictoria.4.fam.31.

Bellicum.

Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodã modo bellicum. in Or.22. Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur ſimul atque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. pro Mur. 27. Itaque iidem quaſi prouidi ciues & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. 7. Philipp.219.

Bellicus.

Bellica mors.2. de Leg.56 bellica uirtus.1.Tuſ.177. Ius bellicum hoſti ſeruandum. Off.73. Ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ, exerceamur in uenando.2.de Nat.121. Acad.ed.2.lib.1. 7. bellicam rem adminiſtrari priſci Romani niſi auſpicato noluerunt. Diu.1.60. Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. in Brut. 42. Bellica inſignia tincta.2.de Leg.44.

Bellicoſus.

Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi. ep.67 Gentes bellicoſæ. de Prou.71 bellicoſiſſima natio. pro L.Man.19. Cum omnibus bellicoſiſſimis bellum geſſi. fam.lib.11.4.2.

Belligero.

belligerare cũ hoſtibus. ad Her.1.27. Quoniam nobis quaſi aliqua neceſſitate, nõ ſolum cũ his, qui hæc delere voluiſſent, ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit. poſt red.ad Quir. 16. Excitandus erit nobis ab inferis C.Marius, qui Inductiomaro illi minaci atque arroganti par in belligerando eſſe poſſit. pro Font. 21. Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes. 1. Off. 59.

Bellipotens.

Aeacidæ belliputentes ſunt magis, quam ſapientipotentes. 2.Diu.90.

Bello.

Iam uero ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fulnius. pro Arch.26. Cum illa ciuitas cum Pœnis ſuo nomine ac ſua ſponte bellaret.6.Ver. 64. & 11. Phil. 291. Fuit proprium Pop.Rom. longe a domo bellare pro. L.Man. 22. Quid enim aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturæ repugnare? de Sen.6. Bellare ſuo nomine.6.Ver.64. Cum huſce huc bellãdum eſt. in Ant.231.

Bellator.

bellator & pacifica perſona, opponnũtur.8. Att.41. Is minus uehemens orator, quam bellator fuit. de Cl.Or.189. An accuſaturi maiores noſtri maiora premia, quam bellatori eſſe uoluerunt? pro Balb.43. de Cl.Or.146. Nec uero de bellatoribus ſolum diſputant, &c.4. Tuſ.33.

Bellatrix.

Quid iſta bellatrix iracũdia? cum domum redit, qualis eſt cum uxore, cum liberis, cum familia? 4. Tuſc.84.

Bellus. *Vide Bonus.*

Bene, benedico, benefacio, benefactum, beneficentia, beneficium, beneficus, beneuole, beneuolentia, beneuolus, benigne, benignitas, benignus, *Vide poſt Bonus.*

Bes *ſiue* Beſſis.

Fenus ex triente Id. Quintil. factum erat beſſibus. Att. lib.4.37.

Beſtia.

Beſtia monſtruoſiſſima. Diu.2.54. Sed quæ poteſt homini eſſe polito delectatio, cum aut homo imbecillus a ualentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? 7.fam.3. Pro beſtia de ambitu dixi. 2.Qu.fam. 11. Canes tametſi beſtiæ ſunt, tamen, &c. pro S.Roſc. 27. beſtiæ aquatiles, ut crocodili, fluuiatileſque teſtudines. de Nat.50.

Beſtiæ in perturbationes non incidunt. Tuſc.4.25. Mutæ beſtiæ pæne loquuntur magiſtra ac duce natura. 1.de Fin.108. Aliæ beſtiæ ſunt nantes, aliæ volucres, ſerpentes quædam, quædam gradientes. Tuſcul.335. Quid beſtiæ? non pro ſuo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Tuſc.5.58. beſtiæ quæ alius generis beſtiis veſcuntur. 2. de Nat.92. beſtiæ, ut quidquid obiectum eſt, quod modo a natura non ſit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius. Tuſc.5.71. Ad beſtiarum auxilium confugere. 9.fam.10. beſtiarum quæque ſuum tenens munus, cum in diſparis animantis vitam tranſire non poſſit, manet in lege naturæ. Tuſ.5.39. beſtiarum varia genera uel cicurum vel ferarum. 2.de Nat.73. beſtiis ſenſum & motum dedit natura, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, & a peſtiferis receſſum. 2.de Nat.2.34. beſtiis obiicere, 10.fam.71. Quid quod populari illi ſacerdoti ſeacco los ad beſtias amicos ſociosque miſiſti? in Piſ.70. Namque alias beſtias nantes, aquarum incolas eſſe voluit (natura,) alias volucres cælo frui libero, ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes: earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas: immanes alias, quaſdam autem cicures: nonnullas abditas, terraq. tectas. Tuſc.5.38. beſtias quaſdam eſſe, in quibus inſit aliquid ſimile virtutis. de Fin.5.35. De beſtiis quibuſdam firmiores videas eſſe apud Aegyptios ac Syros opiniones. de Nat.1.57. Hoc apparet in beſtiis, volucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris. de Amic.111. In beſtiis quanta ratio appareat ad perpetuam conſeruationem earum generis. 2.de Nat.96.

Beſtiola.

Beſtiola minima. 2.de Nat.108. Diſſimillimæ beſtiolæ communiter cibum quærunt: id eſt, pinna & ſquilla. de Nat.50.

Beſtiarius.

Beſtiarij, pro iis, qui cum beſtiis pugnabant. pro Sext.118. beſtiarios emerat, nec ſine his armatis vnquam in publico fuerat. 2. Q.fr.19. Milonem dicas gladiatoribus & beſtiariis obſediſſe Remp. in Vat.31.

Beta.

A beta etiam & malua deceptus ſum. 7.fam.47.

Bibliotheca.

Abdo me in bibliothecam. fam. lib.7.19.4. Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros ſurripuiſſet, &c. fam.lib.13.101. Offendes deſignationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorum. 4. Att.18. bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. Att. bibliotheca alienos paſci. 4. Att.29. De bibliotheca tua ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim iſta confici. Q. fr. 3.25. Si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. epiſt.128. Cum, &c. ſatiſque ambulatum videretur, tum in bibliotheca quæ in Lycio eſt, aſſidemus. 2.Diu.6. bibliothecas omnes duodecim tabulæ ſuperant. 1.de Orat.96. Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus. Tuſc.2.5.

Bibo.

Bibit plurimum. 16.Att.29. Sitiens bibit. 5. Tuſc.137. Mihi quidem in vita, ſeruanda videtur illa lex, quæ in Græcorũ conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. 5. Tuſc.166. Darius cũ aquam bibiſſet turbidam, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius. Tuſc.247. Conuiuium in quo nemo poteſt dicere, vtrũ iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit. in Piſ.17. Quid cum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? 11. Phil.296. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. 2.Phil.101. Fit ſermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberetur. 3. Verr.45. Nam iſte totam Aſiam magnitudine poculorum bibendoque ſuperauit. pro Flac.163.

Biceps.

Si puella nata biceps eſſet. Diu.125.

Bicorpor.

Hæc bicorporem afflant manum. Tuſc.179.

Biduum.

Romæ nihil auditur noui, nec in his locis, quæ a Brunduſio abſunt propius, quam tu biduum, aut triduum. Att.131. Nos in caſtra properabamus, quæ aberant bidui. Att.76. Ab caſtris aberam bidui. Attic.67. biduo ſciemus. 9. Attic.59. id eſt, intra biduum.

Biennium.

Tribuni pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Cæſaris, ille bienni, ille ſexennij. in Ant.295. Lex vſum & auctoritatem fundi iubet eſſe biennium. pro Cæc.195.

Bifariam.

Bifariam contrarie ſimul procedentia. de Vni.39. Cumque is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor perturbationes diſtributæ ſunt. Tuſc.195.

Biformatus.

Hos nos biformato impetu centaurus ictus corpori inflixit meo. Tuſc.179.

Bilis.

Sanguis, bilis, pituita, oſſa, nerui, &c. Tuſc.160. Quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes naſcuntur: ſic prauarum opinionum conturbatio, &c. 4. Tuſc.34. bilis ſecreta a cibo. 2. de Nat.104. Etſi, vt ſcribis, bilem id commouet, & latoribus & auſpicibus legis Curiatæ ſpectaculum egregium. Att.2.22.3. Quaſi vero atra bili ſolum mens, ac non ſæpe iracundia grauiore, vel dolore, vel timore moueatur. Tuſc.193.

Bis.

Bis, quaſi duis. Or.85. Bis ad eundem. 10.fam.40. Quæ, ſi bis bina quot eſſent, didiciſſet Epicurus, certe non diceret. de N.2.35. bis una Conſules. Læl.37. In quo bis falleris: primum quod tuas rationes communibus anteponis. deinde, &c. 8. Phil.141. Ita in una ciuitate bis improbus fuiſti, cum & remiſiſti quod non oportebat, & accepiſti quod non licebat. 7. Ver.47. De quo & tu mihi antea ſcripſeras, bis quidem eodem exemplo, facile ut, &c. Pæto, lib.9.16.1. Stulte bis terque non poſtulatus, &c. Q. fr.l.3.24.7.

Bimus.

In caſtris Bruti vna veterana legio: altera bima: octo, tironum. fa.l.10.24.8. De hac quoque ſententia bima decedat. fam. lib.3.8.34. id eſt, qua cenſuit, ut per duos annos remaneret in prouincia.

Bimeſtris.

Conſulatus bimeſtris. ep.159.

Binus.

Bina ſententia. 3.fam.30. bini, vox, Latine honeſta, Græce obſcena. 9.fam.53. bini Cenſores tuto. de Leg.185. Et unicuique noſtrum, ubi conſiſtat, bini pedes aſſignentur. cont. Rull.83. Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cum bini, obſcenum eſt: &c. in Ver.146. binæ legationes. 12. fam.34. binæ ... nes per dies quinquos magnificæ. ep.95. Terna, bina, ſingula verba. 3.de Or.180. Cenſores binos in ſingulas ciuitates deſcribebat. 4. Ver.92. binos gladiatores ſingulis patribus familiarum diſtribuit. Att.lib.7.133.2. Hoc ſi Romæ fieri poſſet, certe aliqua ratione expugnaſſet iſte, vt dies XLV. inter binos ludos tollerentur, per quos ſolos iudicium fieri poſſet. 4. Ver.91. Nonne cernimus uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe? de Cl.196. binos tabellarios in duas naues impoſui. 10. fam.75 Per binos tabellarios miſi Romam literas. Attic.lib.6. 111.19. Demoſthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis & remiſſiones continebat. de Orat.108. binas a te accepi literas. Att.lib.6.181.28. Inter bina caſtra cum Vettio collocutus eſt. 12.Phil.338. Centeſimis binis fenerari. 5. Verr.141. O M. Deuſe, patrem appello, hæc quidem duo binis pedibus inciſim. Or.218. binis tabellariis, & tibi, & Octauiano ſcripſi. fam.lib.10.33.7.

Bipartior.

Atque ibi omnes proximis uillis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons intereſſet. In Cat.51.

Bipartito.

Num igitur negari poteſt, cuius rei cuncta teſtis eſt Aſia, bipartito claſſem diſtributam fuiſſe, ut una pars ſupra Epheſum, altera infra Epheſum nauigaret? pro Flac.14. Equitatus, qui in Græciam ducebatur bipartito, alter, &c. in Ant.117. Id fit bipartito: nam tum cauſa, tum res ipſa remouetur. 2.de Inu.186.

Bipes.

Quid obſtat, quo minus ſit beatus, ſi non ſit bipes? de N.20. Hoc miniſtro omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo. pro Dom.38.

Bipedalis.

Bipedalem ſolem Epicurus cenſet eſſe, uel paulo maiorem aut minorem. 1.de Fin.16.

Biremis.

Ne hæc biremis aſcriberetur. 7. Ver. 41.

Blandior.

De Commageno, quod rem totam diſcuſſeram, mirifice mihi & per ſe & per Pomponium blanditur Appius. Q. fr. 2. 14. t. Cur matri blanditur? cur epiſtolis & ſororis & matris imbecillitatem aucupatur? pro Flac. 163. Qui etiam aduerſando ſæpe aſſentetur, & litigare ſe ſimulans blandiatur. de Am. 82. Suauiter blandiri ſenſibus noſtris dicitur voluptas. Acad. ed. t. lib. 2. 129. Quod ita nati eſſemus, vt & blandiri ſuppliciter iis, a quibus eſſet petẽdũ, & aduerſarios minaciter terrere poſſemus, &c. 2. de Or. 45.

Blandus.

Rabir.21.1.Verũtamen quamquam abeſt a culpa, ſuſpicione tamen non caret.pro Roſc.Am.33.Id eſt,non purus eſt. Ego meo Ciceroni,quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi.Att.9.69.i.Roma abſumus.Ergo hæc duo tempora carent crimine.pro Lig.137.Quamquam forenſi luce caruit, in traque parietes aluit eam gloriam.de Cl.Or.16.id eſt, cauſas nõ egit.Diodorus interea Prætore iſto prope triẽnium prouincia, domoque caruit.6.Verr.37.Quibus temporibus florere in foro maxime potuit,caruit omnino rebus urbanis.4.Ac.1. An amandarat hunc ſic,vt eſſet in agro,ac tantummodo aleretur ad uillam?ut commodis omnibus careret?pro Roſ.Am.25.Tum quod uoluptatibus carerent,ſine quibus uitam nulla putarent.de Sen.7.Valetudo expetitur ut dolore careas.de Amic.21. Cum id nõ habeas,quod tibi nec uſu,nec natura aptum ſit,non careas,etiã ſi ſentias te non habere.Tuſc.1.72.Miſerum Cn.Pompeium,qui tanta gloria,dignitate tanta ſit orbatus? omnes deniq. miſeros qui hac luce careant.1.Tuſc.10.Hoc eſt, his honoribus priucetur.Cupidis enim talium rerum,odioſum fortaſſe,& moleſtum carere.Satiatis uero & expletis iucundius eſt carere,quam frui,quamquam non caret is qui non deſiderat. Ergo non deſiderare dico eſſe iucũdius,quam frui.de Sen.44. Dicitur enim alio modo etiam carere,cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias, etiam ſi id facile patiare.1.Tuſc.37.Carere ſignificat egere eo, quod habere uelis.Tuſ.1.72.Dicitur illud bono carere,quod eſt malum: ſed ne uiuus quidem bono caret,ſi eo nõ indiget.1.Tuſc.73. Carere uitæ commodis.Tuſc.1. 71. Carere conſuetudine amicorũ, ſocietate uictus.Tuſc.5.46.Carere culpa.6.fam. 3. omni culpa. Tuſc.5.3.omni cultu & uictu humano.Tuſ.5. 47. & 1.38. Mihi nunciauit te plane febri carere,& belle habere.ad Tironem,lib.16.13.1.Carere foro,Senatu,publico.pro Mil.14 fraude pecula tus.12.Phil.327.honore ſepulturæ.Cat.68. Carere in mortuo ne intelligi quidem poteſt:ſentiẽtis enim eſt,nec ſenſus in mortuo eſt.Tuſc.1.73.Carere omni malo.Tuſc.1.12.malo, id nõ dicitur.Tuſc.1.73.nomine hoſtis.pro Ligar.10.& 14.Phil.389. Appetitus omni perturbatione animi carere debent.1.Off.141. Carere quartana.10.Att.51.aliqua re æquiſſimo animo.7.fa.2.rebus urbanis.Acad q.edit.lib.2.1.iuſta reprehẽſione.Off.1.101. Nõ dico carere ſenſu,ſed carendum eſſe.Tuſc.1. 22. Ne idipſum carere omni ſenſu doloris,ſit miſerius, quã dolere.ad Brutum. Carere ſenſibus oculorum,aurium,&c.Tuſc.5.79. Carere uita, carere patria 3.Att.45.vitio,6.fam.46. Annum tibi illum unũ domo carendum eſſe meretricis?7.Verr.31. Triſte enim eſt nomen ipſum carendi,quia ſubiicitur hæc uis, Habuit,non habet, deſiderat,requirit,indiget.1.Tuſ.71.In carẽdo ineſt uelle. Tuſ.1.71.Amicitiæ,conſuetudines,uicinitates,clientelæ,ludi deniquc,& dies feſti quid haberent uoluptatis, carendo magis intellexi,quam fruendo.poſt red. in Sen.1.in Or.88.

Carens.

Meliora ſunt,quam ea quæ ſunt his carentia.de nat. de.2.16.

Carica.

Cum M.Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens,Cauneas clamitabat.2. de Diu.2.126.

Carina.

Quid tam in nauigio neceſſarium,quam latera, quam carinæ prima,quam puppis, quãm antennæ, quam uela, quam mali, quam reliqua?3.de Or.49.

Caritas. *Vide Carus.*

Carmen.

Simul inflauit tibicen,a perito carmen agnoſcitur. Acad.21. Id eſt,Antiopa Comœdia uel Tragędia. abſurdum carmen. pro Mur.23. Aptum carmen artificioſa uerborum concluſione.2. de Or.19.Sunt enim prima elementa naturæ,quibus auctis, uarietis quaſi carmen efficitur.5.de Fin.40 Carmen grande. Tuſc.1.u9.Carmen & rebus,& verbis,& modis lugubre.Tuſc.3.40.Atque hoc carmen iſte non nobis,ſed ſibi intus cauit.cont.Rul.80. Componere carmen alicui.pro Mur. 23. Condi iam rum ſolitũ eſſe carmen:quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, leges ſanxerunt.4.Tuſc. 3. Ac longius quidem mihi cõiecere hoc carmẽ liceret.pro Cęl.13. Vt carmen neceſſarium pueri duodecim tabulas diſcebamus 2.de Lig 54. Non autem eſſe carmen illud furentis,ipſum poema declarat.2.de Diu.66. Carmen Orphicum Pythagorici ferunt cuiuſdam fuiſſe Cercopis.de Nat.de. 1. 76. Facere cramẽ.4.Tuſ 7.Vt ego aut poetam graue plenumq. carmen ſine cęleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere.1.Tuſc.51.Carmen Latinis petere.pro Plan.18.Scribere carmen in aliquem.2.de Or.191.Vt totum illud vti lingua nuncupararat, non in xii. tabulis,ſed in magiſtri carmine ſcriptum uideretur. de Or.106.I lictor,colliga manus,&c.Tarquinii ſuperbiſſimi atq. crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina.pro Rabir.8.Cãtitare carmina.de Cl.Orat.37. Scripſi etiam carmina quædam. ep. 16. Quorum illa ſumma uix carminibus eſt aptior & cantibus. 3.de Or. 109. Celebrare carminibus laudes alicuius. pro Rab.Poſt.26.Quod ex eis carminibus intelligi poteſt,quę apud illum(Homerum),& in Phæacum, & in procorum epulis canuntur.de Cla. Or. 35.& 2. de Or. 191. D. quidem Brutus, ſummus uir & Imperator, Attij amiciſſimi ſui carminibus,templorum ac monumentorum aditus exornauit ſuorum. pro Arch. 20.Empedoclem quidem carminibus Græcis uaticinatum ferunt,quæ,&c.de Amic.23.

Carnifex, Carnificina. *Vide, poſt Caro.*

Caro.

Ego iſtius pecudis ac putidæ carnis conſilio ſcilicet aut præſidio uti volebam?in Piſ.14.Quibus e municipiis vix iam,qui carnem Latinæ petant,inueniuntur.pro Plan.263.Extructa mẽſa non conchiliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. in Piſ.54.

Carnifex.

Hæc ſunt o carnifex in gremio ſepulta conſulatus tui.in Piſ. 81.Aderat ianitor carceris,carnifex Prætoris, mors, terrorque ſociorum,&c.& ciuiũ lictor.7.Verr.12.& 92.in Piſ.7. de haruſ. reſp.52.Sextus carnifex Verris.in Verr. 159. Carnificis nomen quam inuiſum fuerit Romanis.pro C.Rab.9 Porcia lex libertatẽ ciuium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit.pro Rabir.7.Non ſicarium,ſed crudeliſſimum carnificem ciuium.3. in Verr. 5. Ponite ante oculos carnificem tortoremque Samarium.in Ant.232. Sed bonorum emptores, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas.pro Quint. 29.Quales ipſum carnifices habere putamus,qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem vtatur?haruſp.151.

Carnificina.

Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo.3.Tuſ.47.quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia,lacerat animum,excarnificatumque conficit.Non eſt ea medicina,cum ſanę parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ:carnificina eſt iſta & crudelitas.pro Sext.119.Aegyptiorũ imbutę mẽtes prauitatis erroribus,quamuis carnificinam prius ſubierint,quam ibim aut aſpidem,aut felem,aut canem, aut crocodilum uiolent.5.Tuſc.113.

Caruncula.

An tu,inquit,carunculæ uitulinæ mauis, quam Imperatori ueteri credere,&c.2.de Diu.78.

Carpo.

Qui more hominum inuident, in cõuiciis rodunt, in circulis vellicant,non illo inimico,ſed hoc maledico dẽte carpunt. pro C.Bal.67.Tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper,& omnes vndique floſculos carpam ac delibem. pro Sext.103.Sed carpes ut uelis.pro Clu.101.Carpere aliquem. ep.180.id eſt,obtrectare. orationem membris minutioribus.3. de Or.105.Aut in Pompeio defendendo: nam is carpebatur a Bibulo,Curione,&c.Q fr.l.2.7.5.Cum corpus Reguli carperetur,carpi ipſe certe non potuit,Parad.18.Ex quo carpescuntur noſtri animi.de Nat.1.Certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem nõ oportet pro Clu. 120. fam.l.12.28.18.

Carpens.

Vel paſſim licet carpentem & colligentem undique repleri iſta iuris ciuilis ſcientia.de Or.100.

Carus.

Aut ſi Epicuri de uoluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore.de Diu. 120.Subito illo ipſo die cariſſimam annonam,nec opinata uilitas cõſecuta eſt. pro Dom.12.

Care.

Valde care æſtimas tot annos,quot iſta ętas recipit.Brut.47. Emit domum pęne dimidio carius,quam æſtimabat. pro Dom. ſua,186.

Caritas.

Caritas,difficultas annonæ ſumma inopia rei frumentariæ. pro Do.215.Caritas annonę,ſterilitas agrorum, inopia frugũ de har.reſp.151.Diuturna caritas.pro Do.ſua.10 Præſens caritas erat, & futura fames.pro Do. ſua.9. nunc omnia iſta iacere puto propter nummorum caritatẽm.ad Att.l.9.34.In Rhodiorum

na inopia & fame, ſummaque annonæ caritate, magnum frumenti numerum aduexit vir bonus ab Alexandria Rhodum. 3. Off. 66. In caritate, aſſe modium populo dedit M. Seios. 2. Off. 85. Biennio prouinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in ſumma caritate fuerit. 6. Verr. 186. Vberiora cibaria ſa-cta ſunt caritate. 5. Verr. 186. Repente vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ eſt conſecuta. pro L. Man. 31.

Caſa.

Helico nequiſſimus H S. C C. dabat nullo aprico horto, nullo emiſſorio, nulla maceria, nulla caſa. ad Tir. lib. 16. 18. 4. Nec eſuriens Ptolemæus ederet: cui cum peragranti Aegyptum comitibus nō conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil uiſum eſt illo pane iucundius. 5. Tuſc. 138.

Caſeus.

Villa locuples eſt, abundat porco, hædo, agno, gallina, caſeo, melle. de Sen. 52.

Caſſus.

Caſſus luminis. in Arato. Omne quod honeſtum nos & laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, & inani uocis ſono decoratum eſſe dicant. 5. Tuſc. 85. Terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam. de Diu. lib. 2. 105.

Caſte. *Vide Caſtus*.

Caſtellanus, caſtellum. *Vide Caſtrum*.

Caſtigo.

Sed in hoc me ipſe caſtigo, quod ex aliorum, & ex noſtra fortaſſe mollitia, non ex ipſa uirtute, de uirtutis robore exiſtimo. 5. Tuſc. 5. Et quoniam de impudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum, atque inertiam. 1. de Or. 91. Punire, aut uerbis caſtigare aliquē. 1. Off. 125. Caſtigare improbos. 2. de Leg. 93. Pueros uero matres & magiſtri caſtigare etiam ſolent, nec uerbis ſolum, ſed etiam uerberibus. 3. Tuſc. 108. Ad hoc genus caſtigandi raro, inuitique ueniemus. 1. Off. 190. Qui non uerbis ſunt & diſputatione Philoſophiorum, ſed uinculis & carcere caſtigandi. Off. 66.

Caſtigatus.

Videſne ut obmutuerit non ſedatus corporis, ſed caſtigatus animi dolori 2. Tuſc. 87. Id eſt, lenitus factus.

Caſtigatio.

Omnis & animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet. Off. 18. Caſtigatione aut obiurgatione dignum me putares. 3. Att. 14. Vt omnes caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis affici ſe in delicto doleant. 4. Tuſc. 68.

Caſtimonia, caſtitas. *Vide Caſtus*.

Caſtro.

Nolo morte dici Africani caſtratam eſſe Rempublicam. 3. de Or. 89.

Caſtrum.

Te propterea moratum eſſe, quod audieris Cæſarem Firmō progreſſum in caſtrum Truentinum ueniſſe. Cn. Magnus ad Domitium, 8. ep. ad Att. 162. 2.

Caſtra.

Caſtra florentiſſima. de Diu. lib. 1. 65. Accedit Saxa neſcio qui, quem nobis Cæſar ex ultima Celtiberia Tribunum pleb. dedit, caſtrorum antea metatos, nunc, ut ſperat, urbis. 11. Phil. 297. Res ad caſtra ſpectat. 14. Att. 48. Caſtra enim in Theſſalia caſtris collata audiebamus de Diu. 132. Iſte nouo quodā ex genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. 7. Verr. Caſtra feci apud illud opidum. 15. fam. 14. Caſtra in Lycaonia facere ad M. Cat. lib. 15. 1. Nam neque caſtra propter anni tempus & militum animos facere poſſum. Cn. Magn. ad Domit. 8. ep. ad At. 163. 4. Pompeius ſe opidū tenet, nos ad portas caſtra habemus ad Att. 9. 187. 2. Hoſtes prope muros caſtra habent. de Inu. 78. His rebus ita geſtis caſtra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum. ad Cat. 15. 18. Quo mihi cum Cæſar ad opidum caſtra haberet, tutum iter eſſe non arbitrabar. ad Cn. Magnum, lib. 8. Att. 159. 4. Caſtra habere, id eſt locum caſtris occupare. 5. Att. 39. Caſtra in templis deorum, ſenatū in caſtris habiturus eſſet. ad Oct. 45. In Epicuri nos aduerſarii noſtri caſtra coniecimus. Pæt. 9. 46. In caſtra educere. 1. de Or. 76. Cn. Pōpeius, Sexti filius, &c. cum P. Vettio Scatone duce Marſorum inter bina caſtra collocutus eſt. 13. Phil. 338. Caſtraque ad Cybiſtra, quod oppidum eſt ad montem Taurum, locaui. e. 241. Cum Arretium verſus caſtra mouiſſet. de Diu. 96. Brundiſium veni, ad murum caſtra poſui. Balbus Ciceroni ad Att. 186. 1. Pacorus Euphratem tranſiit, & caſtra poſuit Tybæ. ep. 240. Literæ mihi a te redditæ ſunt ad XIII. Cal. Mart. in quibus ſcribis Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe. Cn. Magnus ad Domit. lib. 8. Att. 164. 1. Itaque continuis itineribus ad forum Vocontium veni, & vltra caſtra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. ep. 166. Caſtris etiā amiſſis, ſolos fugit. 7. fam. 9. Si caſtris res gereretur. 7. Att. 3.

Caſtellum.

Coi templum illud fuit, te Conſule, arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, caſtellum forenſis latrocinij. in Piſ. 7. Nam caſtellum munitum habitanti mihi prodeſſet, tranſeunti non eſt neceſſarium. Att. 3. 47. 2. Ecce ipſe Aebutius in caſtellum venit. pro Cæc. 15. Cum, inquit, in caſtellum Lucelum veniſſes. pro Deiot. 10. Att. 3. 47. 1. Caſtella munita, improuiſo aduentu capta & incēſa. Cœl. 2. 9. 7. Caſtella multa vaſtaui. 11. fam. 8. in epiſt. D. Bruti. Vrbem philoſophiæ, mihi crede, proditis, cum caſtella defenditis. 2. de Diu. 55. Qui Ligorum caſtella expugnauerunt. de Cl. Or. 138. Caſtellis duobus ad capita poſitis. 10. fam. 38 in ep. Planci. Vallo & foſſa circumdedi: ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. ad Cat. l. 15. 18. Att. lib. 8. 162. 2. Aditus hoſtium caſtellis & aggeribus prohibetur. 17. Phil.

Caſtellanus.

Malim mihi L. Craſſi vnam pro Man. Curio dictionē, quam caſtellanos triomphos duos. de Cl. Or. 138.

Caſtrenſis.

Caſtrenſis ratio & militaris. pro Cœl. 7. Caſtrenſe latrocinium. 3. in Cat. 61.

Caſtus.

Caſtus a cruore ciuili. 13. Phil. 348. Adoleſcens caſtus. 3. Phil. 133. Caſtus animus puruſque vigilantis, & ad aſtrorum, & ad auium, reliquorumque ſignorum, & ad extorum veritatem eſt paratior. 1. de Diu. 198. Cōſidera, Piſo, quis, quem fraudaſſe dicatur. Roſcius Fannium? quid eſt hoc? Probus improbum, pudens impudentem, periurum caſtus, callidum imperitus, liberalis auidum? pro Roſc. Com. 12. Mens caſta, & integra. pro Font. 180. Cuius animos mulieris eſſet corruptus, eius corpus caſtum eſſe non putarint. ad Her. 4. 168. Tum ebur ex inanimo corpore extractum haud ſatis donum caſtum deo. 2. de Leg. 43. Non poſſum eius cauſam non dolere: hominem enim integrum & caſtum & grauem cognoui. Att. 11. 12. Qui caſtam concionē, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum, integrum ius libertatis defendo ſeruari oportere? pro C. Rabir. 7. Hoc veſtræ mentes tam caſtæ, tam integræ ſibi ſuſcipient? pro Font. 18. Qui autem ſe integros caſtoſque ſeruauiſſent, &c. 1. Tuſ. 114. Præmia virtutis & officii ſancta & caſta eſſe oportere. 2. de Inu. 207. Caſtius nihil illo adoleſcente, nihil diligentius. 6. ad Att. 46. Integer & caſtiſſimus vir. de Inu. 66. Nunc omnibus inimicis neceſſe eſt caſtiſſimus & conſtantiſſimus eſſe videatur, qui id, quod ſcit, familiaribus ſuis dicit. pro Roſc. Com. 18. M. Craſſi caſtiſſima domus. pro Cœl. 39. Femina autem, quæ matronarū caſtiſſima putabatur. de har. reſp. 24. Caſtiſſimum quoque hominem ad peccandum potuiſſe impellere. 2. de Inu. 146. Referens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit & extinguitur? pro Roſc. Com. 9. Qui caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres. de Ar. 250.

Caſte.

Caſte iubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia, nec tollit caſtimoniam corporis: ſed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori præſtet, obſeruaturque, vt caſto corpore adeatur, multo eſſe in animis id ſeruandum magis. Nā illud vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur, animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus vllis elui pōt. 2. de Leg. 26. Certe nihil rite, nihil caſte, nihil more inſtitutoq. perfecit. pro Do. ſua. 103. Adultam virginem caſte, & ab armatorum impetu, quantū poſſumus, prohibeamus. de Cl. Or. 185. Caſte ſatisfacere deo. 14. fam. 16. Hæc enim omnia pure atque caſte tribuenda deorum numini ita ſunt. 1. de Nat. d. 5. Caſte integreq. verſatus eſt labor meus in priuatorum periculis. pro Leg. Man. 1. Nihilo miſeriores eſſe, quam eos, qui, cum caſte & integre uiuerent, nondum perfectam illam ſapientiam eſſent conſecuti. 4. de Fin. 104. Caſtiſſime colere deos. 14. fam. 10. Quod cum Deiotarus religione ſua caſtiſſime tueretur, &c. de Ar. reſp. 25.

Caſtitas.

Et colendæ virgines præſunt, vt aduigiletur facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres in natura feminarum omnem caſtitatem pati. 2. de Leg. 49.

d·197. Veſtra in me attente audiendo benignitas prouexit ora tionem meam.pro Do.ſua.benignitatis conſuetudo . in Pıſ.35. Verumtamen nos veſtræ benignitati parceremus. pro Cæc.186 Virtuti coniuncta eſt beneficentia, quam eandem vel benignita tem,vel liberalitatem appellare licet.1.Off.38. Qui benignita te adducti per beneficium conceſſerunt, vt nummos pro frumen to darent. in Ver.191. Et ſi me attentiſſimis animis ſumma eũ benignitate auditis, Iudices, &c.pro Seſt. 84. Nūc deum immor talium benignitate, omnis fortunæ ſunt certę. pro Roſc.Com. 20. Primum quod Syllani temporis acerbitatem deorum im mortalium benignitate ſubterfugerunt.ad Q. Vale. 13.fam.6. Ita benignitate benignitas tollitur , qua quo in plures vſus ſis, eo minus in multos vti poſſis.Off.2.75.

Bos.

Bos opimus. Din.l.1.to1.aos ſanctus, aegyptiorum apit. de Nat.de.1. 57.aos iumenta ſequitur.7.Att.89. Boui clitellas im ponere.5.Att. 28. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo di citur , cum humeris ſuſtineret bouem viuum.de Sen.29.boues mollipedes Diu.lib.1.14.boues & equi,ibes,accipitres,aliæque beluæ a Barbaris in numero deorum reponebantur. 3. de Nat. de.33.boum ceruices natæ ad iugum, & vires humerorum & la titudines ad aratra extrahenda. 2. de Nat.de. 180. boum terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata.2.de Nat.de. 519.boum viſceribus veſci ſcelus habebatur , tempore aurei ſę culi. 2.de Nat.de.120.Bobus ab illo aureo genere vis numquam vlla afferebatur.2.de Nat.de.120. Quid de bubus loquar? 2. de Nat.de.137.

Bucula.

Itaque ex en auro quod exterebratum eſſet , buculam curaſſe faciēdam,& eam in ſumma columna collocauiſſe. 1. de Diu.46. Ante ex ære Myronis buculam.6. Verr.119.Βουλῶση aduentabat, cenantibus nobis.15.Att.47. Id cum conſtantes prudenterque fit(nempe impelli ab ipſa natura ad adipiſcendum bonum) einſ modi appetitionem Stoici Βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem.Tuſc.4 10.

Brachatus.

O familiæ non dicam Calpurniæ , ſed, &c neque paterni ge neris,ſed bracbatæ cognationis dedecus, quemadmodum veni ſtiſſin Piſ. 42. brachatæ & Tranſalpinæ nationes. 9. fam. 31. Sic exiſtimatis eos hic ſagatos,brachatoſque verſari animo demiſ ſo atque humili, vt ſolent ii, qui affecti iniuriis,ad opem iudicū inferiores confugiunt?pro Font.19.

Brachium.

Brachium proiectum in agendo,quaſi quoddam telum oratio nis eſt. 3. de Or. 182. In contentione per extentiorem celeri proiectione brachii vti oportet.ad Her.2.1.Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus , & vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vteremur.pro Cęl. 7.brachium concalefacere.2.de Or.173. Exculauit Veſpa Terē tius,quod eum brachium fregiſſe diceret. 2.de Or.140.Per ſuas ſtatuas vero cum dixit, & extento brachio paululum etiam de geſtu addidit, vehementius riſimus.2.de Or.134.Coniulci qui aliud leui brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerunt. Att.4. 43. Quod me quodam modo molli brachio de Pompeii fami liaritate obiurgas,ooltm ita exiſtimes.Att.2.6.

Braſsica.

Iam vero vites ſic claniculis adminicula tamquam manibus apprehendunt, atque ita ſe erigunt,vt animantes : quin etiam a caulibus braſſicis ſi prope ſati ſunt , vt a peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. 2. de Nat. de.90.

Breuis.

Et ambitur ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis.de Cl.Or.84.breuis epiſto la & plenior,opponuntur.11.fam.19. 20.breuis in ſcribendo.5. Att.11.breuis narratio quomodo fiat.1.ad Her.14.1.de Inu.31. breuis oratio.Part. 19. Syllaba ſiue litera breuis. 3. de Or.:01. Lōgum eſt dicere,ſed bot breue dicam. pro Seſt.5.breue factā. pro,Non te diutius tenebo.11.Att.16.Iam dabo operam quam maxime potuero , vt breue id faciam.in Sall. 2. Quid eſt quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam breui,tantis nos labo ribus exerceamus?pro Arch.11.Inclytus dicimus breui prima li tera,Inſanus producta.in Or. 90. atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum: vt iam(quod natura fert in omnibus fere rebus) ſeneſcat: breuique tempore ad nihilum ventura videatur.2. Tuſc. 7. Etiam illud verendum eſt,ne breui tempore fames in vrbe ſit.Terentiæ,lib.14.14.4.Sed quantar bre ui tempore equitum & peditum copias contraxerunt ſit. Att. 8. 163.2. Per vos breui tempore ius ſuum recuperabit. ad Caſſiū, lib.12.2.11.Quæ b reui tempore poſt patris mortem nupſit pro Clu.8.Breui tempore te ſum viſurus.9 ſam.20.O miſeram,& in breui tam celerem commutationem.ad Oct.45.Breues & acuta læ concluſiones.3.de Nat.de.12.Breuia, fugacia , caduca exiſti ma. 10.fam.27.Venio ad illa tua breuia, quæ conſectatoria eſſe dicebas.& primum illud,quo nihil poteſt eſſe breuius.4.de Fin. 79.Multa pauca,magna parua,lōga breuia, lata anguſta.4.Acad. 164.Nam de actione & de memoria quædā. breuia , ſed magna cum exercitatione præcēpta guſtaram.1.de Or.70. Omnia bre uia tolerabilia eſſe debent, etiamſi magna.de Amic. 115. Quis enim poteſt iſtis breuibus & acutis auditis de ſententia decede re?de Fin.lib.4.43.Breuiſ nis aliquid dicere.Breuior fuē, & lõgior eſſe debeo.6.1.8.Breuiorem me duæ res faciunt.10.fa. 14. in ep.Planci.

Breui.

Nunc complectar quod propoſui breui.1.de Or.93. Sed bre ui res poteſt tota confici.Acad q.cd.1.lib.2.99.Illud breui tota ſicie ndum eſt Par.138.Sed genus vniuerſum(ut tollatur error) breui circumſcribi & definiri poteſt.pro Sext.84.Tantum dicam breui,non nihil exercitium,ſed duces deſuiſſe.Lent.l.1.9.43.bre ui capediam.de Sen.89.Quid in vtramque partem mihi in mē tem ueniat,explicabo breui de Or.119.breui tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum,inum reditum incidere,ut,&c.ad Ca rionem.2.f.4.Cum ille maiores breui habiturus ſit.Att. 8. 163. 2. Tameſi extra cauſam eſt, percurram tamen breui pro Cæc. 68.breui præcidam.Cato.53.Ad ea,quæ requiris,breui reſpon debo.de Or. 225. Faciendum mihi putaui, ut tuis literis breui reſponderem.3.fam.22.

Breuiloquens.

Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.Att.7.59.

Breuiloquentia.

Breuiloqnentiam in dicendo colat.de Rep.

Breuitas.

Breuitas in partitione quid.1.de Inu.46.Breuitas aut,lans eſt in aliqua parte dicendi,in vniuerſa eloquentia laudem non habet. in Bruto. 84. Narrare uero rem quidem breuiter iubent (ſi breuitas appellanda eſt, cum uerbum nullum redundat) bre uis eſt L.Craſſi oratio,ſi tum eſt breuitas,cum tantum uerborū eſt,quantum neceſſe eſt.2.de Or.177.breuitas, non modo Sena toris,ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia.3.de Leg. 35.Breuitas ambitus.in Or.119. Breuitas , Citeronis amiciſsi ma,pro Quin.18.Et diſtincte concita breuitas,&c.3.de Or.122. Breuitas quibus rebus conficitur. Part. 1t. Ita dies breuitas con uiuiis,noctis longitudo ſtupris flagitiis conterebatur. 7. Verr. 21.Breuitas narrationem efficit dilucidam. 1.ad Her. 15. Quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.in Or.122. Bre uitas tuarum literarum me quoque breuiorem in ſcribendo fa cit.12.ſam.14.in ep.ac C.Caſſ.Breuitas pedum.in Or.123.Bre uitas pura & illuſtris,in Hiſtoria laudatur.Brut.148. Breuitas vi tæ.Tuſc.1. 75. Breuitatis causa, ſamilia contenti erimus vna.2. Off. 61. Ac nullos imitatio decipit breuitatis , ut,cum ſe bre ues putent eſſe, longiſſimi ſint.1.de Inu. 41. Breuitatis magiſtro vti cogitat Cicero Bruto. 11.fam. 26. Multa autem propter ra tionem breuitatis ac temporis prætermittenda exiſtimem. 3. Verr. 72. Breuitati literarum tuarum ſubiraſcebar antea ; nunc mihi loquax eſſe videor.11.ſam.18. Iudicium longitudinum & breuitatum in ſonis,ſicut acutarum,grauiumque vocum.in Or. 100 Breuitatem vocat Laconiſmum Cicero. 11. ſam. 40. Eum morem igitur cum breuitate(ſi potuero) conſequar.1. de Leg. 30.Nam et horum conciſis ſententiis interdum etiam non ſatis apertis cum breuitate, tum nimio acumine, officit Theopom pus elatione,&c.in Bruto.33.Breuitate & celeritate ſyllabarum verba procliuius l. buntur.in or.111. Breuitate temporis ab ali quid faciendo excludi.Academic.quæſt. edit.1.lib.2.50.Breui tate temporis tam pauca cogeret ſcribere.ad Att.lib.2. 6. 3 .4. Acad.97.

Breuiter.

B.& abſolute complecti aliquid,ad Her.62.B.ſummatimque deſcribere aliquid.in or.28.Dicit vnus & alter B.4. Verr. 53.B. ſententias dicere.1.fam.14 Itaque multa ab eo prudenter diſpu tata,multa etiam b.& commode dicta memoriæ mandabam, ſic rique ſtudebam eius prudentia doctior.de Am.1. Eapoſuero nu bis b.quid hominibus ſit.4.Verr.92. Si ſummam cauſæ b. expone mus.ad Her.s.Neque grauabor b. meo more quid quaque de re ſentiam, dicere.1.de or.53.Tranſitio vocatur, quæ cum oſtēdit

b. quod

b.quod dictũ ſit, proponit item breui quod cõſequatur.ad Her. 32. Quæ breuius anguſtiuſque concluduntur, vt Zeno ſolebat, apertiora ſunt ad reprehendendum.de Nat.de.2.15. Breuius diſſero, quam cauſa deſiderat.de Nat.de.1.36. Aliquid contractione breuius fieri, aut productione longius.3.de Or.108. Quodq. ego pluribus verbis, illi breuius, &c.4.de Fin.43. Quod ego ad te breuius ſcribo.ep.36. Agam quam breuiſſime potero. de nat. deo.16. Tantum breuiſſime dico, Iudices.7.Verr.109. Expoſui quam breuiſſime potui oracula.de Diu.95.

Bruma.

Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleiam aridum floreſcere brumali ipſo die.2. de Diu. 49. Brumæ & ſolſtitij ſimilitudo quædam eſt in lunæ curſu.de Nat.de.2.37 Solſtitiis brumiſque cognoſcitur ſolis acceſſus diſceſſuſque. de Nat. deo.2. 15.

Brumalis.

Brumalis dies.de Fato,8.Brumalis orbis. 3. de Nat. deo.48. Sol vt circumferatur, vt accedat ad brumale ſignum, &c. de Or. 98. Brumale tempus.1.de Nat.de.166. Quem cum perpetuo veſtiuit lumine Titan, Brumali flectens contorquet tempore curſum.in Arato, 7. Brumali & ſolſtitiali reuocatione ſe conuertunt aſtra.de Vniu. 43.

Brutus,a,um.

Fortuna bruta.ad Her. 13.

Bubulcus.

Hoc ſomnio commotus mane bubulco præſto ad portã fuit. de Diu.91.

Bucca.

Garrimus quidquid in buccam.12.Att.2. Quod in buccam venerit, ſcribes.1.Att.13.& 7.37. & 9. 24. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes ceruſſataque buccæ, digna Capua, ſed illa vetere.in Piſ.19. Demonſtraui digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nouis diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus.2.de Or.148. Primum proceſſit, qua auctoritate vir? vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, preſſa voce & temulenta.poſt red.in Sen.11.

Buccina.

Illi noctu facta manu, armatique veniunt, fores ædis effringunt: æditui, cuſtodeſque mature ſentiunt: ſignum, quod erat notum vicinitati, buccina datur: homines ex agris concurrunt. 6. Verr.86. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat: tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. pro Mur. 19.

Buccinator.

Quare quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id conſtantiq. animo facias licet. 16.fam.27.

Bulla.

Neque te tam commouebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod ſine bulla venerat.3.Verr.108. Ingenuorum puerorum inſigne. Verres bullas omnes aureas ex valuis non dubitauit auferre.in Verr. 229.

Buſtum.

Buſtum vel rogum nouum propius ſexaginta pedes ædes alienas adijci inuito domino lex vetat, quod incendium acerbũ vereatur.2.de Leg.57. Cum templum illud fuit te Conſule buſtum legum omnium.in Piſ.81. Cũ tu interim buſtum Reip.&c. in Piſ.81. Vnas uideo mihi a te non eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus cum ferret, ad buſtum Baſilij vulneratus & deſpoliatus eſt. Att.7.18. in Piſ. 6. Nam cum ſerperet in vrbe infinitum malum, idq. manaret in dies latius, iidemq. buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant, & quotidie, &c.1.Phil.3. Vt in viri etiam ſpirantis caput buſtum ſuis manibus imponeret.pro Dom.24. Buſtum aut tymbon violare.2.de Leg.101. Signum de buſto meretricis ablatum iſti dedit.pro Dom.ſua,135. Mactatus eſſem in Catilinæ buſto, vobis ducibus.in Piſ.11. Incidere in buſto.5.Tuſ. 143.

Buſtuarius.

Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.in Piſ. 14.

C

CACHINNVS) addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. de Fato,16. Reliqua duo ſunt, agere & memiſſe: in vtroq. cachinnos irridentium commouebat. de Cl.Orat.114.

Cachinnor.

Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius. 5.Verr.51.

Cachinnatio.

Vt ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio. Tuſc.4.55. Quam Græci κακίαν appellant, melius eſt vocare vitioſitatem, quam malitiam: nam malitia certi cuiuſdam uitij nomen eſt: vitioſitas omnium. Tuſc.4.27. Quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo, quam malitias nominare.de Fin.3.31. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio: ſed plane curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes.16.fam.6.

Cadauer.

Nec deſpero tamen, &c. futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Conſularibus ſpolijs nudare non uolint.in Piſ.65. Tu P.Clodij cruentum cadauer eiecisti domo.pro Mil. 25. Eiectũ cadauer.in Piſ. 4. Cadauer P. Clodij ſeminſtulatum. pro Mil. 106. Cadauera oppidorum proiecta iaceant.4.fa.17. in ep.Ser. Sulpic. Aqua turbida & cadaueribus inquinata.Tuſc.247.

Cado.

Cadit cauſa is, qui non, vt oportet, egerit. 1.ad Her.23. Quod ne in cogitationem quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus eſſet.1.de Nat. d. 32. Non cadit in conſuetudinem noſtram.3. Tuſc.12. id eſt, non congruit conſuetudini noſtræ. Nam honeſtumne factũ ſit, an turpe, dubitant: id quod in deliberationem cadit, &c. 1. Off.15. In eum cadit hoc verbum maxime, qui, &c.de har.reip.52. Cadit in illud hic verſus. 3. ad Q.fr.32. Tam id honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit, conſentaneum eſt nobis, quam id quod, &c.Off.55. Non cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, nõ in hunc hominem iſta ſuſpicio.pro Syl.56. Si cadit in ſapiẽtem animi dolor qui profecto cadit.de Amic.44. In ſpondeos cadit. de Or.219. Non cadit in virum bonum mentiri.3.Off.107 108 Verum hoc adhuc percõmode cadit.2. Verr.3. Quidquid eſt.n. quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, et ſi abeſt a verſu, (nam id quidem orationis eſt vitium) numerus vocatur. in Or. 36. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit.de Inu.52. Neque in vnam formam cadunt omnia.in Orat.10. In idem genus orationis verborum cadunt lumina omnia.de Or.205. Pedes, qui maxime cadunt in orationem.Or.105. Aliæ ſunt geminæ, quibus bi tres heroi pedes in principia continuandorum verborũ ſatis decore cadunt.3.de Or.100.i.conueniunt. Quod verba melius in ſyllabas longiores cadunt in Or.113.i. finiuntur. Iãbus.n. & dactylus in verſum cadunt maxime. in Or.112. Et omnia quæ ſub aſpectum cadunt, comprehenduntur.de Vni.19. Prima aũt illa naturæ ſiue ſecunda, ſiue contraria, ſub iudicium ſapientis & delectum cadunt.3. de Fin. 93. Vt igitur in formis & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quæ ſub oculos ipſa cadũt, &c. in Or.5. Similitudo aũt, &c.in his rebus quæ ſub eandem cadũt rationem, maxime ſpectatur. 1.de Inu.62. Iiſdem ſenſibus reliqua quę ſub ſenſum cadunt, ſentiet. Ac.q.ed.2.l.1.12. Cui cadũt oia teterrime.10.Att.40. Sed ita cadebat ut alter, &c.de Cl.177 .i.eueniebat. Non cadebant in perſonas.13.Att.20. Cadebãt ita ut uellẽ.3.At.6. Auctoritas principũ cecidit.de har. reſp.56. Cecidit belle.13.Att.46. Cecidit optimatũ grauitas, nata tribunorum poteſtate.3.de Leg.17. Atq. ea quidem tua laus pariter cũ Rep.recidit.Off.1.65. Peropportune mihi cecidit hoc.2. de Or. 9. Quoquo modo ea res huic quidem cecidit, &c. Att.8.147.10. Cecidit ut uolumus.1.f.pro.euenit. Hoc loco Sulpitius, Inſperanti mihi, inquit, & Cottæ, ſed ualde optanti vtriq. noſtrũ cecidit, ut in iſtum ſermonem Craſſe delaberemini.1.de Or.48 Ita conſiliis, diligentiaq. noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ceciderunt.1. Off.110. Ceciderũt arma Tribunitia ptãte plebi a Patribus conceſſa. 3. de Leg.23. Sed certe a te mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderũt, ad Q.fr.l.1. 48. Ceciderunt multa incredibiliter vera prædictis augurum.2.de Leg.33. Multoq. eius ſudore ac labore ſub Pop. Rom.imperium ditionemq. ceciderunt. pro Font. 2. Hoc uno perfecto magnus orator eſt, ſi non maximus: minimeq. in lubrico uerſabitur, & ſi ſemel conſtiterit, numquam cadet. in Or.52.

Vt tanta ciuitas ſi cadet (quod dij omen obruant) a uiro tamen confecta videatur? de har.reſp.38. Id ex prædiis, vt cadet, ita ſoluetus. 15. Att. 9. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. ad Trebat. 7. 14. 2. Quamquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe deos, re ſuſtuliſſe. 1. de N.d. 59. In quē ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio. Att. 13. 268. 3. Caderet præclare in Remp. 16. Att. 36. id eſt, conueniret. Quidquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumpſit. de Vni. 11. Verebar ne id ita caderet, &c. ad Cœl. l. 2. 18. 3. Quod melius caderet, nihil uidi. Cœl. ad Cic. l. 8. 12. 7 Multi etiam hæc timentes, in ſuſpicionem caderent. pro Milone. 38. 11. Phil. 307. Cum cecidiſſet ſeueritas in ciuitatibus ob alia uitia. 2. de Leg. 38. Sed tamē ſi minus fortiſſimi viri virtus ciuibus grata cecidiſſet, magno animo conſtantiq. cederet ex ingrata ciuitate. pro Mil. 62. Sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidiſſent. pro Do. ſua, 102. Omnibus iſtis latronibus auctoritate ipſa Senatus iāpridem de manibus arma cecidiſſent. 14. Phil. 398. Siquis aliquid ex ſua re, atq. ea ſuo ſermone dixerit, & eius verbum aliquod apte ceciderit ad id quod ager, aut cogitabis, ea res tibi aut timorem afferet, aut alacritatē. 2. de Diu. 66. Hęc res quemadmodum ceciderit. Att. 4. 66. 5. Quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum. 1. Tuſ. 124. Conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat aduentus tuus. ad Caſſium, l. 15. 14. 9 id eſt, ne aduenias, cum minime erit opus. Vt cum euenerit, ita cadat, vt prædictum ſit. Diu. l. 1. 105. Qui ita talus erit iactus, vt cadat rectus. de Fin. l. 3. 43. Multi ſunt, in quos huius maleficij ſuſpicio cadat. de har. reſp. 252. Quæ tamen ducta, vt in rē apte cadant, fieri credo poſſe diuinitus. 1. de Diu. 64. Etiam ſiquando minus ſuccedet, vt ſæpe fit, magnum tamen periculum non adibit: alte enim cadere non poteſt. in Or. 53. Non debemus ita cadere animis, quaſi aliquid euenerit quod fieri poſſe numquam putarimus. ad Torquat. lib. 6. 3. id eſt, animum abiicere. Nec debilitari animos, aut cadere patitur. de Am. 22. Quibus verbis inſcitia ducum oratorum reprehenditur, qui iuris ciuilis ignorantia non intelligebant, quid eſſet cauſa cadere. 1. de Ora. 81. 1. de Fin. 43. Et ſi turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum, quem contra veneris, cauſa cadere, &c. pro Mur. 8. Ex equo cadere, atque ita perire. de Fato, 42. Cadere ex bona fortuna. Part. 51. Et, ſi quid aduerſi eis acciderit, iam grauiter cadere non poſſunt. Off. 1. 103. Cadere in aliquem. 5. Phil. 168. Verſuram ſcribis eſſe faciēdam menſium quinque, id eſt ad Cal. Nouemb. H S. C C. in eam diem cadere nummos, qui Quinto debentur. Att. lib. 15. 329. 14 id eſt, eo die nobis nummos debitos ſolutum iri, e quibus verſura ſoluetur. Quęcumque in diſceptationem cadere poſſunt. 2. de Or. 4. Non quod omnia, quæ eſſent, in re comprehenderet, ſed quia nihil, quod cadere in eam poſſet, relinqueret, &c. 2. Ac. 6n. Intelligentes in quam figuram cadere poſſit mundus. de Nat. d. 1. 18. Habent Etruſci certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere poſſit. de Ar. 256. Cadere in intelligētiam. Off. 3. 21. Noluerūt ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quēquam cadere in iudicio, ut nimiis aduerſarij viribus abiectus videretur. pro Mur. 54. Nihil eſt quod in eiuſmodi mulierem cadere non videatur. pro Cœl. 55. Cadere in terram dicuntur corpora. Tuſ. 1. 29. Vt cum ipſi nihil niſi alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incommodi cadere poſſit. pro Quint. 29 Nihil mihi optatius cadere potuit. At. 3. 41. 1. Cadere priuatim aut publice. 16. Att. 42. Cadere pro patria. Tuſc. 1. 74. Et huc ad vrbem profectus eſſet, &c. cecidiſſe ex equo dicitur, &c. pro Clu. 139. Satis eſt ad confirmandam diuinationem, ſemel aliquid ita eſſe diuinatum, nihil ut fortuito cecidiſſe uideatur. 2. de Diu. 160. Caſusu ſne in conſpectum videatur animus, an tāta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem. 1. Tuſc. 89. Sed caſurus in aliquam vituperationem, quod Reip. defuerim tam graui tempore. Att. 14 20. Quid caſurum ſit, incertum eſt. 15. ſa. 4. Caſurum, pro, euenturum. Quorſum caſurum id eſſet. 3. Att. 41. Accedit illud, ſi meo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum ciuium deſero: cadendum eſt in vnius poteſtatem. Att. 14. 2.

Cadens,

Non ad numerum articulus cadens. in Or. 33. Cadens ſimiliter exornatio. 4 ad Her. 176. Cadens oratio. Or. 226. Cadentes res ſub intelligentiam. de Vnin. 35.

Caſus.

Caſus dicitur, cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, ut uel non cadere atque euenire, uel aliter cadere atque euenire potuerit. Diu. 2. 11. Caſus eſt enim in capiendo locus, euentus, occaſio. pro Flac. 152. Præſertim cum id tibi caſus afferat, vti tecum petant, &c. de Pet. Conſ. 28. Caſus hoc mihi dedit. 1. ad Q. fr. 32. Fuit aliquis fatalis caſus, vt ita dicam, quem tulimus, & nunc, ſi quis erit, erit voluntarius. in Ant. 209. Grauis & miſerabilis caſus. 2. de Ora. 107. Sulpic. 4. 6. 1. Si is caſus fuiſſet rerum, quas pro ſalute Reip. geſſimus, vt nō omnibus gratus eſſet. 3. de Leg. 24 Caſus hæc gubernabit. 15. Att. 17. Caſus numquam perfecte veritatem imitatur. Diu. 25. Poteſt igitur, quomodo negabas, ueritatem caſus imitari. 2. de Diu. 72. In hac diſputatione de Fato caſus quidam ne facerem impediuit. de Fato, 140. Nam hæc caſus importat qui in ſapientem poteſt incurrere. Tuſ. 5. 23. Caſus in armis commorandi. 2. fa. 34. Caſus in bonis dominatur. 4. fam. 35. Communis Mars bellique caſus eſt incertus. pro Sex. 5. nec mori, ſi caſus inciderit pro vobis, paratior fuit quiſquam. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 13. Si quis eiuſmodi forte caſus inciderit. de Fin. lib. 3. 54. Caſus incommodorum tuorum. 5. fam. 46. Sed, quoniam ita tulit caſus infeſtus, vt ampliſſimo in honore, cum communi ambitionis inuidia, tam ſingulari Autronij odio euerteretur. pro Sylla, 1. Caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. Att. 248. Caſus mediocris, caſus peſſimus. 11. fam. 2. in epiſt. D. Bruti. Si caſus melior fuerit. 11. fam. 2. in ep. D. Bruti. Caſus vero mirificus quidam interuenit, quaſi vel teſtis opinionis meæ, vel ſponſor humanitatis tuæ. ep. 98. Cui ille nec opinatus caſus euenerit. Tuſc. 3. 49. Caſus periculorum. 6. fam. 13. Caſus quomodo tractandus. Part. 22. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis tantus caſus. de Nat. de. 19. Caſus temporum. 2. de Or. 2. 3. Phil. 143. Ille miſer ignarus caſus ſui. pro S. Roſc. 35 Cum in maximis periculis huius urbis atque imperij, grauiſſimo atque acerbiſſimo Reip. caſu, &c. pro Flac. 1. Caſus, pro periculo. Accipere grauiter caſum aliquem. 2. de Or. 117. Dari ad caſum. 1. de Diu. 80. Sed, cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet. ep. 148. Vt quemcumque caſum fortuna inuexerit, hūc apte & quiete ferat. Tuſc. 4. 30. & 3. 23. Ea (res) nunc magnam affert ſollicitudinem, magnumque habet caſum. Plancus Cic. lib. 10. 18 7. Meum illum caſum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non ſolum homines, ſed tecta vrbis ac templa lugerent. pro Sext. 44. At vide, quid interſit inter illum iniquiſſimū patris tui caſum, & hanc fortunam, condicionemque noſtram. pro Do. ſua, 65. Caſum communem releuare. 1. ad Q. fr. 58. Prę lij caſum timere. 2. de Diu. 170. Caſum neque vitare quiſquam, neque præſtare ullo pacto poteſt. 5. fa. 48. Ego vero, Serui, uellem, ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Sulpic. lib. 4. 6. 1 In hoc tamen caſu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conſeruareque cupiunt. pro Sylla, 46. Quomodo ergo id, quod temere fit, cæco caſu & volubilitate fortunæ, præſentiri & prædici poteſt? 2. de Diu. 23. Eo die caſu apud Pompeium cenaui. Lent. l. 1. 2. 7. Iudicio enim tuo, non caſu, in ipſum diſcrimen rerum cō tuliſti Tribunatum tuum. ad Curionem, li. 2. 6. 3. Caſu nihil eſt contractum: nam id eſſet ferendum. 11. ad Att. 51. Qui dies caſu idem natalis erat Brundiſinæ coloniæ. 4. ad Att. 2. In caſu ē eſſe. 6. fam. 37. Meliore in caſu eſſe. Att. 179. Caſu ſicut obuiam alteri. 2. Verr. 12. Quid eſt tandem quod caſu fieri, aut forte fortuna putemus? 2. de Diu. 26. Caſu, nō diuinatione mea factum eſt. 6. fam. 13. Atque etiam tum caſu, quod illud ſæpe non erat factū, Stalenus non aderat, &c. pro Clu. 58. Nihil tale dicitis, ſed caſu eſſe factum, ut eſſemus ſimiles deorum. 1. de Nat. d. 125. Ne in deum quidem cadere videtur, vt ſciat quid caſu, & fortuito futurum ſit. de Diu. 212. Idq. euenit non temere, nec caſu, ſed quod & præſentiam ſæpe diui ſuam declarant, &c. 2. de Nat. d. 8. Idem Carneadem fingere dicis de capite Peniſci: quaſi non potuerit id euenire caſu, &c. 2. de Diu. 71. Quis eſſet, qui me in Conſulatu, non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe? ad Metel. lib. 5. 2. 23. Ego committam, ut ea, quę pro ſalute omniū geſſi, caſu magis & fœlicitate a me, quam uirtute & conſilio geſta eſſe uideantur? pro Syl. 63. 3. in Catil. 72. Habere aliquid aliquo caſu atque fortuna. Off. 43. In grauiſſimo ſuo caſu dū Alexandri ſimilis eſſe uoluit, &c. inuentus eſt diſſimillimus. de Cla. 191. Vt ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint. de Amic. 39. In caſu nullum crimen eſt. pro Planc. 29. Et quod externum, id in caſu eſt: ita ſit beatæ uitæ domina fortuna. 2. de Fin. 143. Caſu incredibili ac pæne diuino. 15. fam. 16. Interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione uix poſſet. pro Cœl. 32. Caſu & conſilio, contraria. 7. fam. 50. Caſus aduerſi. Tuſcul. quęſt. lib. 3. 31. Caſus ancipites qui exitu notabili concluduntur. 5. fam. 32. Caſus incerti. Tuſc. quæſt. lib. 1. 75. Quam ſpem cogitationum & conſiliorum meorum, cum graues communium temporum, tū uarij noſtri caſus fefellerunt. 2. de Or. 2.

Caſus

Caſus humanarum miſeriarum varij ſunt. de Orat. 128. Caſus varij incertique. Tuſc. 5. 2. Abſurdum erat, aut tantum barbaris caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolum Græce loqui. Or. 212. Maiores noſtri ſemper ad nouos caſus temporũ, nouorum conſiliorum rationes accommodabant. pro Pomp. 15 Ferre ſapienter caſus aduerſos. 2. de Or. 189. Qui ſuos caſos aliter ferunt, atque vt aliis auctores ipſi fuerunt, non ſunt vitioſiores, quam fere pleriquе, qui auari auaros gloriæ, cupidos glorioſi reprehendunt. Tuſc. 3. 62. Hæc igitur ipſa fortuna ceteros caſus rariores habet. 2. Off. 26. Quoniam ætas illa multo plures, quam noſtra, mortis caſus habet de Sen. 61. In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus. Anteq. 194. Aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam. ep. 56. Iuppiter, quaſi iuuans pater, quem conuerſis caſibus appellamus a iuuando Iouem. de Nat. 38. Verba, quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. ad Her. 30. Verba immutata caſibus. de Or. 141.

Caducus.

Caduca poſſeſſio. 3. de Or. 67. Vitis, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur. de Seneſt. 48. Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum, quod fragile caducum ſit? 2. de Fin. 138. Caducum & infirmum corpus. 1. de Nat. deo. 136. Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum. de Som. 128. Quid caducum & mortale, quid diuinum & ęternum. 2. de Leg. 46. Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum, & tanquam in arborum baccis, terręque frugibus, maturitate tempeſtiua, quaſi vietum & caducum: quod ferendum eſt molliter ſapienti. de Sen. 6. Quem niſi in via caducæ hereditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. 10. Philip. 276. Res humanæ, caducæ & fragiles. de Am. 84. Fragilia & caduca. 1. de Leg. 35. Quamquam omnia alia falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia: virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quæ, &c. 4. Phil. 61. Caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi. pro Do. 143. Breuia, fugacia & caduca. ad Planc. lib. 10. 11. 13. Caduca & incerta ſunt, diuitiæ, bona valetudo, honores. de Amic. 19.

Caduceum.

Deinde qui non poſſit tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis, vel inter hoſtium tela verſari. de Or. 100.

Cæcus.

Cæcus amentia. de Ar. 255. animo. de Fin. lib. 4. 54. cupiditate & auaritia. pro Quint. 56. Cæcus atque amens furore. pro Sext. 13. Quem vnquam audiſti tuorum, cum ſacrificium Bonæ deæ fieret, interfuiſſe neminem, ne illum quidem, qui cęcus factus eſt. pro Do. 234 Timor cæcus. pro Ligar. 2. At quam cæca auaritia eſt? 2. Phil. 97. Cæca & temeraria cupiditas. 1. de Inu. 3. Non enim ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt. de Amic. 49. Quis hoc nõ videt, quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit? in Ant. 248. Neque cæca nox oſtendiſſet Milonem. pro Mil. 38. Obſcurum & cęcum. pro Leg. Agr. 46. Fuit enim illud quoddam cæcum tempus ſeruitutis. ad Cornif. lib. 12. 25. 7. In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormento, &c. Cæc. ad Cic. lib. 6. 7. 12. Cæcũ me & præcipitem ferri confiteor in cauſa, ſi, &c. pro Planc. 4. Cęcum me, qui hæc ante non viderim. 10. Att. 34. initio epiſt. At quę mater? Quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis. pro Clu. 157. Quomodo ergo id, quod temere fit cæco caſu, & volubilitate fortunæ, præſentiri & prædici poteſt? 2. de Diu. 23. Cæco impetu animi in alios incurrere. 1. de Fin. 69. Cæca cupiditate rapi. in Piſ. 45. Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Romanam obſcura ſpe, & cęca expectatione pendere. pro Leg. Agr. 68 Catuli qui iam deſpecturi ſunt, cæci æque vt hi, qui modo nati. de Fin. 2. 1. Cæci fuimus in ea re. 11. ad Att. 51. id eſt, imprudenter hoc egimus. Vt res cęcas, & ab aſpectus iudicio remotas, cõformatio quædã & imago & figura ita notaret, vt ea, &c. 2. de Or. 194.

Cæcitas.

Aſclepiadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, vt puero vno eſſet comitatior. Tuſc. 256. Primum horribilis iſta cæcitas, quibus tandem caret voluptatibus. 5. Tuſc 155. An tibi luminis obeſſet cæcitas, plus quam libidinis? de Ar. reſp. 34. Bonum incolumis acies, miſera cæcitas. 5. de Fin. 145. Pœna omnis oculorum, ad cæcitatem mentis eſt conuerſa pro Do. ſua, 82. Tuſ. 3. 10. contrarium eius eſt, Lumen mentis. In furore animi & cæcitate. pro Do. 239. id eſt, furore & amentia.

Cæco.

Sed ſpes rapiendi cæcat animos eorum. in Ant. 193. Cæcare mentes largitione. pro Sext. 122. Animi acies cæcatur erroribus. Tuſc. 5. 29. Cæcari libidinibus, Tuſc. 1. 59.

Cæcatus.

Aliquis cæcatus vitiis. Tuſ. 163. Quia peracuta, tum rapida, & celeritate cæcata oratio. Brut. 143. Argenti & ſupellectilis meæ cupiditate cæcatum. pro Do. ſua, 48.

Cædo.

Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quod nactus eſt. 3. Philip. 146. Qui robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit. de Diu. 126. Hic ad III. Id. Octob. magnum hoſtium numerum cecidimus. Att. 97. Cum eum ſerui publici loris ceciderunt. 8. in Ant. 150. Roſcius in ſenectute numeros in cantu ceciderat. de Leg. 158. Cæde, concide verba Timarchidis ad Apronium. 5. in Verr. 131. Cædere aliquem virgis ad necem. 5. Verr 57. Cędere arbores. 2 de Diu. 50. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere cœperunt. 3. Verr. 4. Cædere pignora. 3. de Or. 3. Cędere ſilicem. Diu. 1. 67. Quo quidem in iudicio, odio premitur omnium generum, maxime teſtibus cæditur, accuſatoribus frigidiſſimis vtitur. ad Q. fr. 3. 19. 4. Hoc eſt, teſtium multitudine conuincitur. Ille dies, in quo T. Gracchus eſt cæſus. pro Mil. 104. Quos Antonius in conuiuio loris cædi iubebat. in Ant. 252. Cædi virgis. Diu. l. 1. 51. Cędendus lapis aliquis, & aſportandus. 3. Verr. 104.

Cæſus.

Cæſus fugatuſque. ad Brut. 16. in ep. Bruti. Sceleratorum hoſtium exercitum cæſum fuſumque cognoui. 14. Phil. 1. Serui ad ſupplicium cæſi verberibus trahuntur. Anteq. 195. Hoſtię cæſę. pro Clu. 58. In ipſo articulo diſceſſus mei ſumpta eſt ſimilitudo a ſacrificiis, cum inter cęſa exta, &c. de Prou. 1. Et multa, immo omnia, quorum κεφάλαιον, nequid inter cæſa & porrecta, vt aiſti, oneris mihi addatur, aut temporis. Att. 5. 34. Cæſis copiis. ad Brut. lib. 10. 2. Cęſis victimis. Att. 1. 8. 2.

Cæſim.

Membratim adhuc, deinde cæſim diximus. in Or. 131.

Cædes.

Neque patiar vt cędes ciuium inter ſe fiat. Anteq. 195. Cum in ſilua ſua facta cædes eſſet. de Clar. 172. Tu vim negabis eſſe factam, ſi cædes & occiſio facta non erit? pro Cæc. 31. Magiſtratuum, priuatorumque cædes effecerat. pro Mil. 67. Ad cædis cauſam elicere. 12. fam. 55. Cum hic inſidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, cum uxore veheretur. pro Mil. 20. Conducere aliquem ad cædem faciendam. de Prou. Conſ. 7. Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam ſpectare videtur. 14. Att. 19. Cædem diſcutere. 2. Att. 64. Facere cædem vicinorũ. pro Syl. 180. Cędem facturus ſit. 10. Att. 36. A ſeruis cędem fieri Senatus. 278. Cędem, qua P. Clodius occiſus eſt, Senatum iudicaſſe contra Remp. eſſe factam, pro Mil. 8. Cędem enim gladiator quęrit. ad Caſſium, lib. 12. 2. 4. Quod eſt difficile in eiuſmodi bello, cuius exitus ex altera parte cędem oſtentat, ex altera ſeruitutem. ad Planc. lib. 4. 14. 4. In cæde, atque ex cęde viuere. pro Sext. Roſc. 47. Cum interea cędes indigniſſimę maximęque factæ ſint. pro Roſc. Am. 7.

Cælebs.

Cęlibes eſſe cenſores prohibento. 3. de Leg. 7.

Cæleſtis. *Vide Cælum.*

Cælo.

Hanc ſpeciem Praxiteles cęlauit argento, & noſter expreſſit Archias verſibus. 1. de Diu. 70.

Cælatus.

Abacoſque complures ornauit argento, auroque cęlato. 5. Tuſc. 86. in Or. 137. 4. Verr. 90. Galeę ęneę cęlatę opere Corinthio. 6. Verr. 87. Pretio cęlata vaſa. 2. de N. d. 209.

Cælator.

Cęlatores ac vaſcularios conuocari iubet, & ipſe ſuos complures habebat. 6. Verr. 48. & 55.

Cælum.

Cęlum. Ac. q. ed. 2. l. 1. 77 inſtrumentum ſculptorum. Cęlum unum eſſet, an innumerabilia. 9. ſ. 62. Cęlum in quo nubes, imbres, ventiq. coguntur, humidum eſt & caliginoſum propter exhalationes terrę. Tuſc. 1. 36. Cęlum a quatuor elementis diuerſum, ſecundum Ariſtotelem. Ac. q. ed. 2. l. 1. 20. Cęlum ignis Zenoni. Ac. q. ed. 2. l. 1. 28. Cęlum, ignes, terrę, maria, (naturę omnes) parent diuino numini. de N. d. 1. 17. Cęlum ex ea coniunctione ita aptum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat. de Vniu 9 Totum cęlum nonne humano genere completum eſt? Tuſ. 1. 24. Cęlum craſſum ac concretum, cui opponitur, purum ac tenue. de N. 2. 30. Cęlũ, domus animi. Tuſ. 1. 42. Cęlũ ipſum, quod extremum atq. vltimum mundi eſt. Diu. l. 2. 72. 137. Cęlum nebulo-

ſum & caliginoſũ.Tuſ.1.49.is eſt aer ſpiſſus terrę proximus.Nã ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extiterit pingue & cócretũ eſſe cęlũ,vt eius aſpiratio grauis & peſtilẽs futura ſit.1.de Diu.109 Hic ſtatus eſt huius totius mundi,atque naturæ,cælum vt rotũdum,terraque media ſit.de Or.159. Salubre cælum.1. de Diu. 111.Sin illuſtris & perlucida ſtella apparuerit,ſignificari cęlum eſſe tenue,purumque,& propterea ſalubre.1.de Diu.110.Stellæ errantes, quę verſantur retro contrario motu atque cælum, de Som.128.Cæli ardorem deum dicit eſſe Ariſtoteles, de N.d.1. 25.Cæli complexum omnia cingens, qui idem æther vocatur. 2.de N.d.74.Cæli conſtantia.3.de Nat.d.11. Vna totius cæli cóuerſione,curſus aſtrorum diſpares conſeruãtur.de Nat.d.2.15. Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono. de Som. Scip.17. Cæli ratis regionibus fulgura augures temperanto. 2. de Leg.18.Huius cæli grauitatem corpore vix ſuſtineo, qui mihi laborem affert in dolore.11.ad Att. 45. Cęli impetum ad mirabili cum celeritate moueri vertique videmus.2.de Nat.de.71. Cęli motum ab omni erratione liberauit. de Vniu. 25.Natura loci ac cæli Syracuſarum.in Verr. 240. Cæli plenior natura. de Nat.d. 2. 13. Cæli partes definitas, ſibi eſſe traditas meminiſſe augur debet.3.de Leg.38.Egit ſtatim cum ſucceſſio, quod cuicumq. particulæ cæli officeretur.1. de Or.87. Cæli diuinus ille ſenſus in celeritate tánta conſeruari quomodo poteſt? de Nat. d.1.25.Poteſtne tibi huius vitæ hæc lux,Catilina,aut huius ſpiritus cæli eſſe iucũdus?1.in Catil. 10. Cæli temperatio de Nat. d.28.Cęli cærula templa.1.de Diuin. 75.At vero hoc agri Campani vectigal,&c.nec cælo ac loco calamitoſum eſſe ſolet. 2.de Leg.Agr.80.Ad cælum,aditum dederunt illis. 14. Att. 27.Ad cælum laudibus extuliſti.12.fam. 36.Ad cælum villam extruere.pro Do.ſua.95.Ad cęlum ferri.Tuſc.1.35. Noſtri autẽ principes digito ſe cælum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſunt,qui ad manum accedant. Att. l.2.16.14. cælum deum eſſe dicit Plato in Timæo & in Legibus.de Nat.1.23. Et deorũ ſimulacra ſudauiſſe,& ſanguinem fluxiſſe, & diſceſſiſſe cælum.1. de Diu.161.Hoc eſt, ſciſſum fuiſſe & apertum, & velut hiatum feciſſe.In cęlum ferre.4. Att.40.& 16. 22. In cælum ferri profectionem meam.16.Att.16.In cęlum migrare.Tuſc. 1.66.In cælum quaſi in domicilium ſuum peruenire dicuntur animi poſt mortem.Tuſc. 21.Quos in cælum receptos putant quaſi nouos & aſcriptitios ciues.3.de Nat.d.27. Salaminii nos in cęlum decretis ſuis ſuſtulerunt. ad Att. 91. cælum ex omni parte patens atque apertum intueri.1.de Diu. 3. Cælum & terram refert in deos Heraclides Ponticus.de Nat.de. 1.26. cælum cóplexu ſuo omnia animalia teneat oportet.de Vniu.51. Collegam de cælo detraxiſti.in Ant.180.Ita viuunt dum poſſunt,vt ducere animã de cælo nequeant.pro Roſc.Amer.43.in Or.57. Quodque propter aeris craſſitudinem de cælo apud eos multa ſiebant. 1. de Diu.153.Seruare de cælo.pro Do.221. Vt quendam e cęlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum.1.ad Q.fr. 6.E cęlo,quod quintam naturam ſtatuebant,ſuperiores ſenſus & mentem effici rebantur antiqui philoſophi. Acad.quæſt.edit.2.lib. 1.28.Quem non modo foro, ſed etiam cælo hoc ac ſpiritu Cenſoriæ leges,atque vrbis domicillio carere voluerunt.pro C.Rabirio.10.Si uero quę de me pacta ſunt,ea non ſeruantur, in cælo ſum.Att.lib.2.25. Bibulus in cælo eſt, nec quare ſcio:ſed ita laudatur quaſi vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. ad Att.l.2.34.3. In cælo eſt hominum admiratione & beneuolentia.2.ad Att.46.& 51.& 14.7.In cælo eſt:pro, vehementer laudatur, ſiue laudibus in cęlum effertur.

Cæleſtis.

Orbis cæleſtis extimus.de Som.128. Res a te geſta eſt memorabilis & pęne cæleſtis.ad Bru.91.Vt ſi iã comedamus aliquid, vim cæleſtem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere,confitendum ſit illis,&c.2.de Diu.139.Cæleſte Epicuri volumen de regula & iudicio.de N.d.1.31. per ironiam. Oriuntur in ardore cæleſti,qui æther uel cælum nominatur.2.de Nat.d.30.Cæleſti ſpiritu augentur homines.de har.reſp.53.Diuos,& eos qui cæleſtes ſemper habiti,colunto. 2. de L.31. Tum illæ cæleſtes diuinæque legiones.in Ant.200,Hercules, quem hominum fama,beneficiorum memor, in cócilio cæleſtium collocauit.Off. 56.Si enim tantus conſenſus omnium ſine impulſu deorum eſſe non potuit,quid eſt quod de voluntate cæleſtium dubitare poſſumus?4.Phil. 159. Cogitantes ſupera atque cæleſtia hæc noſtra,vt exigua & minima contemnimus. Acad.31.Cum ſe a cæleſtibus rebus refert ad humanas.Or.207.Agnationem nobis eſſe cum cæleſtibus.de Leg.160.

Cælites.

Et grates,inquit,tibi ago ſumme Sol, vobiſque reliqui cælites.in Somn.Scip.2. Neque ira cælitum inuectum malum.Tuſ. 223.Ego deũ genus ſẽper eſſe dixi,& dicã cælitũ.2.de Diu.165.

Cæmentum.

Quid ſi cæmentum bonum non haberem,deturbem ædificiũ? ad Q.fr.lib.3.24.13.2.de Diu.148.pro Mil.55. Num hæc in latere aut in cæmẽto,ex quibus affecta eſt, valere potuit.de Diu. 129.Repente lintribus in eam inſulam,materiam,calcem & cæmenta conuexit.pro Mil.115. Cęmẽtis ac tignis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturas putauerunt. pro Dom. ſua 48.

Cærimonia.

Cærimonia,vnitatis numero.de har.reſp.19. Religio eſt,quę dei curam cæremoniamque affert.de In. 82. Totaque huius iuris compoſitio pontificalis,magnam religionem, cæremoniãq. declarat.1.de Leg.64.& 2. 86. Qui non negligentia priuatum aliquod commodum læſerit, ſed perfidia legationis ipſius,cæremoniamque polluerit, maculaque affecerit. pro Roſc. Am.67. quaſi ſanctitatem & religionem metaphorice dixit. Religionẽ eam,quę in metu & cæremonia deorum ſit, appellant. de Inu. 70.Cereris ſumma maiores noſtri religione confici cæremonias que voluerunt.pro Cor. 66. Facere ludos maxima cum cęremonia.7.in Ver.19.Omnia ſollemnia ludorum omnibus rebus ſũma cum cæremonia ſunt ſeruata.pro S.R.37. Sacrificium,quod fit incredibili cæremonia.de Ar. 252. Sacræ religionis cæremoniæ.pro Dom.253.Cæremoniæ religioneſque in deos.de Leg. 164.At etiam alio modo ſit conſtituturus de religione Pontificum,quam cæremoniarum ius coegerit.pro Dom. 219.Domitius quod per cæremonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt,de Leg.Agr.32.Status ſolemneſq. cęremonias Pontificatu contineri.de Ar. 247. Quorum ſacra maximis & occultiſſimis cæremoniis continentur.in Verr.274. L.Flaccus homo in ſacerdotio,cæremoniiſque,quibus præerat,diligentiſſimus. pro Rab.96. Tum e pontificio iure, & cæremoniis ſepulcrorum intelligi licet.1.Tuſc.43.

Cæruleus.

Cæruleaque feram caudam piſtricis. in Arato.32.Ipſeq. cærulea contectus nube feretur.in Arato.24. Cærulei & cæſii oculi Neptuni ac Mineruæ.de Nat. d.1.58.

Cærulus.

Cærula veſtigat finita in partibus aſtra. in Arat. 17. Ad cæli cærula templa.1.de Diu. 75. Cærula,ideſt,maria.de Fin.136.

Cæſpes.

Non eſſe arma cæſpites,neque glebas: nó fuiſſe armatos eos qui prętereuntes ramum defringerent arboris, &c.pro Cęc.45.

Cæſtus.

Inde pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. 2. Tuſc.70.

Calamiſtrum.

Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamiſtri notata veſtigiis, in eam cognitionem adducebat?poſt reditum in Sen.14. Remouebitur(inquit) omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum:nec calamiſtri quidem adhibebuntur.in Or.43.Calamiſtris ſcripta inurere. Brut.142.

Calamiſtratus.

Alter vnguentis affluens,calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum,ac veteres vexatores ætatulæ ſuę,&c.pro Sext. 13. Cur in heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſauit? poſt red. in Sen.11.

Calamitas,Calamitoſus.*Vide Calamus.*

Calamus.

Quicunque calamus in manus meas venerit,eo ſic vtar tamquam bono.2.ad Q.fr. 35. Cum inſtituiſſem ad te ſcribere,calamumque ſumpſiſſem,&c. Att.l. 6.46. Calamo & atramento tẽperato,charta etiam demata res agetur. 2. ad Q.fr.35.

Calamitas.

Ipſa calamitas communis eſt vtriuſque noſtrum, Terentiæ, lib.14.3.2.ad Munatium, lib. 13.61.1. Nam ceteris in rebus, cum venit calamitas,tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non ſolum aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem.pro Leg.Man.9.Calamitas inueterata: cui opponitur Præſens.Tuſ.3.46.Calamitas iudicii.pro Planc.9.Quacumque iter fecit,eiuſmodi fuit, non vt legatus Pop. Romani, ſed vt quędam calamitas peruadere videretur.3. Verr.30.Præparauit ne quid abſens acciperet calamitatis. At. 42.A metu calamitatis defendere aliquem.pro Pomp. 6. Nemo maiorem calamitatem

nitum morte Panſæ accepit.3. ad Att.11. Reſp. nullam cala mitatem accipere poteſt ſine culpa Senatus. in Ant.212. In calamitatem venire. pro Roſc. Am.39. Calamitatem vocant cete ri, ego ne incommodum quidem. 14. Att. 11. Accepta in Ponto calamitate ex eo prelio, hoſtium opes animique creuerunt, pro Pomp.12. In hac calamitate nobis tabeſcendum eſſe. 3. Att.44. Calamitate noſtra nondum eſſet crudelitas inimicorum ſatiata. 1. ad Q. fr.52. calamitates accipere. 4. ad Her. 206. Quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates? Tuſc. 71. Calamitates machinari. 4. ad Her. 152.

Calamitoſus.

Aliquis magis fortuna, quam culpa calamitoſus. epiſt. 123. Calamitoſus ager cælo ac loco. 2. pro Leg. Agr. 80. Calamitoſus homo. de Or. 130. Calamitoſa fama. pro Clue. 2. Calamitoſa patriæ fuga, nobis glorioſa. 1. de Diu. 104. Flagitioſa & calamitoſa fuga. Att. 218. Calamitoſa pretura Verris. 6. Ver. 186. Tēpeſtas calamitoſa. 3. Ver. 68. Calamitoſum otium. 5. de Fin. 97. At eos (dicere ſolemus) qui ſe ægritudini dediderunt, miſeros, afflictos, ærumnoſos, calamitoſos. 4. Tuſ. 134. Honoris ampliſſimi puto eſſe, accuſare improbos: & miſeros, calamitoſorq. defendere. 1. Ver. 381. ad Seruilium, li. 13. 67. 1. de Amic. 43. 2. de Or. 132. Hora calamitoſior. ad Octauianum. 5. Calamitoſiſſimū bellum. in Ver. 96.

Calamitoſe.

Nam quod aiunt, minima de malis, id eſt, ut turpiter potius, quam calamitoſe: an eſt ullum maius malum turpitudine? 3. Offic. 143.

Calantica.

Tunc, cum uincirentur pedes faſciis, cum calanticam capiti accommodares tu in Clodium.

Calculus.

Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcrupis olim, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pænitcat. in Hortenſio. Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, vt non ſolum glorioſis conſiliis vtamur, ſed etiam paulo ſalubribus. Att. lib. 8. 41. Id eſt, etiam nunc rationem habeamus earum rerum, quarum habendam tum non duximus. Hoc quidē eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum. de Am. 52. Demoſthenes coniectis in os calculis ſumma voce, verſus multos vno ſpiritu pronunciabat. de Or. 180. Quid fortes viri voluptatumne calculis ſubductis prælium ineunt, &c. 2. de Fin. 50.

Calefacio, Calefio. *Vide Calor.*

Calendę.

Calendæ intercalares. pro Quint. 53. 6. fam. 46. Hęc ſcripſi ad octauum Calend. Nouemb. Q. frat. 325.

Calidus. *Vide poſt Calor.*

Caligæ.

Caligæ tibi vt faſciæ cretatæ, mihi non placebant. 2. At. 11. *Cum* caligis & lacerna cucurriſti. 2. Phil. 84.

Caligo.

Diſcuſſa eſt illa caligo, quam, &c. 12. Phil. 381. Et hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt. Tuſc. 5. 4. Caligo rigida, craſſa. Tuſc. 2. 30. Infirma ætate, imbecillaque mente vis naturæ quaſi per caliginem cernitur. 5. de Fin. 40. Hoc eſt, quaſi per nebulam & obſcuram quandā rem. Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginē perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. 12. Phil. 320. Caliginem temporum illorum vide. pro Planc. 77. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris. 5. Verr. 152. Aliquid obſcura caligine tectum. in Arat. Ex ſuperiori anni caligine & tenebris, lucem in Repub. reſpicere cœpiſtis. Poſtq. 205. Nunc terris tenebris & caligine ſe Alexandriam peruenturos arbitrati ſunt? 2. de Leg. Agr. 5.

Caliginoſus.

Nam ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue & concretum eſſe cælum. 1. de Diu. 211. Vt penetret & diuidat omne cęlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ. 1. Tuſ. 69. Nebuloſum & caliginoſum cælum. 1. Tuſc. 94.

Caligo.

Atque aram tenui caligans veſtiet vmbra. In Arat.

Calix.

Huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat. Tuſ. Toruma nullum, maximi calices. in Piſ. 53.

Calleo. *Vide Callum.*

Callide, calliditas, callidus, *Vide Callum.*

Callis.

Italiæ callis, & paſtorum ſtabula prędari cœpiſſe, &c. pro Sext. 9.

Callum.

Quorum animis diuturna cogitatio callum quoddam obducit dolori. 2. Tuſc. 62. Hæc ego ſuſpicans, adhuc Romæ maneo: & tamen λυληθώτας conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. 9. f. 4. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, &c. 5. Tuſc. 66.

Calleo.

Ignoſco tibi, ſi neque Pœnorum iura calles. pro Corn. Balb. 25. Callere animus debet. 4. f. 15. in ep. Ser. Sulpicii. id eſt, iā callum contraxiſſe & obduruiſſe. Quanto autem magis illa callere uidetur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quam Cicero, qui alieno tribuat? ad Bru. 17. 8.

Callidus.

Ego enim, ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. 4. Acad. 166. Homo ſine dubio verſutus & callidus. Verſutos eos appello, quorū celeriter mens verſatur: Callidos autem, quorum tāquam manus opere, ſic animus vſu concalluit. 3. de Nat. d. 17. & 7. Att. 10. Deinde in hoc homo luteus etiam callidus & veterator eſſe vult. in Verr. 155. Nimis callida & malitioſa iuris interpretatio. Offic. 7. An quod illa callida eſt, vt optime poſſit architectari voluptates? de Fin. lib. 2. 44. Callidum & verſutum factum Solonis. Offic. 22. Quod aut hi qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quātum excogitant. pro Clu. 145. Ita per te exoretur, ne quod callidius ineat conſilium. Att. l. 15. 385. 2. Quamquam foramina illa quæ patent ad animum a corpore callidiſſimo artificio natura fabricata eſt. 1. Tuſc. 39.

Callide.

Nihil horum, niſi callide (Epicurus dixit.) de Nat. d. 1. 49. Bene teſtem interrogauit, callide acceſſit, reprehendit. pro Flacco, 27. Qui in illo ſubtili & acuto elaborauit, ut callide argute que diceret, nec quidquam altius cogitaret. in Or. 58. Sed omnia callide referētem ad utilitatem. 2. de Fin. 86. In his ipſis rebus ſatis callide uerſari & perite poteſt. 1. de Or. 25. Itaque cum callidiſſime ſe dicere putaret, & cum illa uerba grauiſſima ex intimo artificio deprompſiſſet. pro Clu. 45.

Calliditas.

Quæ eſt igitur iſta calliditas, res uetuſtate robuſtas, calumniando uelle peruertere? 1. de Diu. 65. Scientia quę eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius, quam ſapientia, eſt appellanda. 1. Off. 92. Stulta calliditas. 3. Of. 156. Genus eiuſmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. Partit. 248. Quā uolumus licet, P. C. ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pęnos, nec artibus Gręcos, &c. ſuperauimus. de har. reſp. 17.

Calones.

Eōs tu caoteriis albis, nullis calonibus obuiam Vatieno ueniſſe exiſtimas, &c. 3. de Nat. d. 15. ὅτ μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλὸν. Parad. 6. τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν εἶναι, difficile eſt hominibus perſuadere. 15. f. 46. & 48. in ep. ſt. Caſſij.

Calor.

Iam gallinę, auesque reliquiæ, &c. Etſi eſt calor a ſole, ſe opponunt. 2. de Nat. d. 195. Nunc & Scęuola quoniam in Tuſculanum ire conſtituit, paulū requieſcit, dum ſe calor frangat, &c. 1. de Or. 138. Calor ineſt in iis ciborum reliquiis, quas natura reſpuerit. de Na. 2. 18. Quamdiu calor (qui motus cauſa eſt) remanet in nobis, tamdiu ſenſus & uita remanet. de Nat. d. 2. 17. Solis calor. de Sen. 49. Vitandi enim caloris cauſa Lauinii trēs horas acquieueram. Att. 13. 388. 5. Caloris minime eſt expers aer, qui natura maxime eſt frigidus. de Nat. d. 2. 20. Caloris & frigoris modum temperant ſolis acceſſus ac receſſus modici. de nat. d. 2. 36. Caloris natura (quæ in animantibus eſt) vim in ſe habet uitalem per omnem mundum pertinentem. de nat. d. 2. 18. Caloris temperatione oriuntur & augeſcūt. de Nat. 2. 19. (Ignei caloris uis in animantibus animaduerſa eſt) cum cor animantis alicuius euolſum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. de nat. d. 2. 18. Magna vis caloris cō tinetur cauernis terræ. 2. de Nat. de. 19. Omnia quæ aluntur & creſcunt, continēt in ſe uim caloris, ſine qua neque ali poſſent neque creſcere. de Nat. de. 2. 17 (paulo poſt) Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi & extinguimur. Cauſæ quæ

vim

uim habeant caloris & frigoris.de Vniu. 203. Calorem admix tum eſſe aquæ,primum ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. de Nat.d.2.19. Calorem ſalutarem & uitalē omnibus impertit quarta pars mundi tota feruida.de Nat. d.2. 20. Calorem,qui eſt fuſus in corpore, ab igne ſumpſimus de Nat.2.14. Omne qui uiuit,ſiue animal,ſiue e terra editum, id uiuit propter incluſum in eo calorem.de Nat.d.2.18. Vua & ſucco terræ & calore ſolis augeſcit de Sen.88. Calore ſuſtinentur omnes mundi partes. de natu. deo.2.26. Quorum flatu nimii temperantur calores.2.de Nat.deo.197. Tecta uero quibus & frigorum uis pelleretur,& calorum moleſtiæ ſedarentur, &c.2. Off.17. Ea magnis caloribus me reſeci.3. ad Q. fr.1. Maximis caloribus,& anni tempore grauiſſimo.ad Q.fr.lib.2.16.11.

Calidus.

Calidum illud atque igneum in omni fuſum eſt natura. de Nat.de.2.2.1. Sic reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia, & quietis & cogitatis ſplendidiora & maiora uideantur.1.Off.115. Calidior eſt enim,uel potius ardentior animus, quam eſt hic aer.1.Tuſc.167.

Caleo.

In re frigidiſſima cales,in feruentiſſima friges. ad Her. 28. Calet tam Curio.nam ferueutiſſimis concerpitur.8. fam.16.in epiſt.Cœlii.Calet res.3.in Ver.45. Vua veſtita pampinis, nec modico tépore calet,& nimios ſolis defendit ardores. de Sen. 88. Hui utilis & meæ & veſtræ ſalutis aures caleor. in Sal.272. Hoc tamen agitur ſeuerius. Itaque iudicia talent. Att.4.43 Cn. Lentulus calebat in agendo.de Clar.186. Illud uero crimen de nummis,quos in circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti, caluit re recentiſsime in cauſa refrixit. pro Planc. 45. Nam illi rumores de comitiis Tranſpadanorum, Cumarum tenus caluerunt.Cœl.Cic.lib.8.1.8 In omni natura rerum quod caleat,id mouere,id urgere,3.de Nat.de 24.Cum omnes calcant, ignaui ter aliquid facient.15. Att.4.74.In epiſt. Hirtij. Id eſt,in agendis rebus acriter uerſentur. Sentio,hoc putat ut calere ignem,niuem eſſe albā. de Fin. 55. Poſtea quā ſatis calere res Rubrio ui ſa eſt, quæſo inquit, Philodame,cur ad nos filiam tuam non intro uocari iubes? Vert.45 Hoc eſt,ubi uidit eos inflammatos & accenſos multa compotatione. Calere te ipſum puto.7. Att. 59.id eſt, diuerſis cogitationibus perturbatum quaſi æſtuare.

Calens

Calentem terram uidemus fumare ex recenti foſſione. de Nat.deo.2.19.

Calefacio.

Eodem die Gabinium ad populum luculēte calefecerat Memmius.ad Q.frat.lib.3.17.id eſt,uexarat,exagitarat.

Calfacio.

Si nihil faciunt nos Parthi.8.fam.16 in epiſt. Cœlii. Iſte noſtrā ea impenſa derideat,ſi calface hominem, ut ego Muthonem. ad Tir.lib.16.24. Calfacias balneum oportebit.9. fam. 40. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.2.de N.d.227.

Caleſio.

Fauces caleſiunt,& arteriæ complentur. Att.14. Balneum calefieri iubebo.Att.lib.2.18.6.

Caleſco.

Anima,quæ ſpiritu in pulmones ducitur, caleſcit ab ipſo ſpiritu.de Nat.54. Vbi enim poteſt illa ætas æque caleſcere uel apricatione uel igni?de Sen.89.

Caluitium.

Proinde ſtultiſſimū regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. 3.Tuſc. 105.

Calumnia.

Calumnia minimis in rebus coercetur. Aca. q. ed.1.l.2.60. Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætexta calumniæ cœperat a in Catil.27. Quæ maior calumnia, quam oenire mi herbem adoleſcentulum?pro Dom.2.20. Illud an primis,neque calumnia,neque fraus, neque dolus adhibeatur. pro Dem. ſua.29. Sed eſt quædam calumnia,quam unuſquiſque noſtrum teſtante animo ſuo fert de eo,qui falſum crimen bonis obiectat in Saluſt. 5. Calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormentum.6.fam.28.in epiſt. A. Cæcinæ. Genus cuiuſmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. Partit. 242. Qui uero nil poterat, is erat calumniæ proximus. Saluſt. in Cic.2. Nec elabi alio accuſatore poterat Albius,nec ſine ignominia calumniæ relinquere accuſationem Cluentius? pro Clu. 69. Non eſt autor accuſare propter metum calumniæ. pro Domo ſua.223. Itaque premebat alio modo,nec ullam adhibebat calumniam. de Fato. 47. Atque hæc cum uberius diſputantur, & fuſius,ut mihi eſt in animo facere,facilius effugiūt Academicorū calumniam.2. de Nat.d.20. Hic nobis patronis calumniā fortaſſe non effugiet.pro Clu.52. Remotam a fama,& a iocunis,& ab otio locupletum illam accerbiſſimam miniſtram Prætorum auaritiæ calumniam. 2. ad Q. fr. 19. Senatus religionis calumniam,non religione,ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat.Lent.1.1. ideſt,malitioſa tauctatione, ſiue allegatione. Scito C. Semproniū Rufum mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe Cœl.Cic.lib.8. 18 in Sal. Cum calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt. 8.fam.10.in ep.Cœlii. Per calumniā,malitiamque aliquid petere.in Verr.lib.4.46. Mi ullibet calumnia, dicendi tempus eximit,adiuuante Oppio,&c.Att.4.-2.6. Vt Carneadi reſpōdeatis,qui ſæpe optimas cauſas ingenii calumnia ludificari ſolet. de Rep.lib.2.1.45. Caue ne in ſta tam frigida, tamque nimia calumnia delitcias pro Cæc.296. Qui non calumnia litium, nō animi iudicium,ac lactantius alienos fundos,ſed caſtris, exercitu,ſignis inferendis petebat pro Mil. 55. Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadam,& nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Off.49. Rex ab aduerſariis noſtris extracta eſt uariis calumniis.ad Lent.1.4.1.

Calumnior.

Nam quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam.ad Vari.o.7.1. Me quæſieriam,ſi diutius calumniaretur, redire iuſſiſti. Poſtq. 210. Defenſoris propria totus eſt, ſi miſericordiam captat,& cum accuſatorem calumniari contendatur.ad Her.40.pro Quin.45. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari ac calumniari ſciens non uideatur.pro Sext.Roſ.33.

Calumnians.

Tacet res in controuerſiis iſto calumniante biennium. pro Quint.12.

Calumniator.

Eſt hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici &c.pro Clu.131. Calumniatoris officium eſſe, verba & literas ſequi.2.ad He.46.Scriptum ſequi, calumniatoris eſſe,boni que iudicis voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere.p.p. Cæc.49. Erat enim cauſa huiuſmodi, vt ipſe Prætor cum quæreret calumniatorem, paulo tamen conſideratiorem reperire non poſſet.4. in Ver.14. Neque ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore atq. improbo, ſed ab equite Romano,&c. pro Quint. 59. Calumniatores de ſinu ſuo appoſuit,qui ille m hereditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. 3. in Verr.18.

Calx.

Vt cum æqualibus poſſis viuere, quibuſcum tamquam e carceribus emiſſus,cum iiſdem ad calcem (vt dicitur) peruenire poſſis.de Amic.84. Video calcem,ad quam cum ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum.1. Tuſc.24. Nec vero illum quaſi decurſo ſpatio a calce ad carceres reuocari. de Sen.96. Quoniā ſumus ab ipſo calce eius interpellatione reuocati, Huc ſubſellium quoddam calce premens dextra pedem defringit. ad Her. 41. Certare pugnis & calcibus. Tuſc.243. Ibi cum pugnis & calcibus concitus eſſet,qui D C C medimnis decidere noluiſſet, mille promiſit. 5. in Verr. 46. Quem in ſtuprorum defenſionibus non ſolum verbis vti improbiſſimis ſolitum eſſe ſcimus, verum etiam pugnis & calcibus.pro Syl.53.

Calcar.

Calcar admouere.6.Att. 5. Cicerones pueri amant inter ſe, dicunt,exercentur:ſed alter, ut dixit Iſocrates in Ephoro, & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. At. 6. 171. 11. Quod dicebat Iſocrates doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro egere,contra autem in Theopompo frenis uti ſolere. 3. de Or. 21. Alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos. de Cl.183.

Calceus.

Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes,non uterer, quoſuis eſſent habiles & apti ad pedem,quia non eſſent uiriles.1. de Or. 118. Eſt etiam Aſinius quidam Senator uoluntarius, lectus ipſe a ſe apertam curiam uidit poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos &c.13 Phil. 366. Rediit cum calceis & toga,nullis nec caligis,nec lacerna. 2. in Ant. 83. Si nullus erat io calceis pullus,ex itinere enim uenire oportebat.1.de Inu.63.

Calceolus.

Cum pelle caprina,cum haſta,cum ſcutulo,cum calceolis repandis.1.de Nat.de.112.

Calcea-

Calceamentum.

Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſoloſ callum, cubile terra, &c. 5. Tuſc. 130.

Calceatus.

Neſcis commode calceati & ueſtiti id facere potuiſſent. pro Cœl. 49.

Calcitro.

Illum filiumfamilias patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti. pro Cœl. 28.

Camelus.

Cameli adiuuantur proceritate collorum. 2. de Nat. d. 182.

Camera.

Cameras quaſdam non probaui, mutarique iuſſi. ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 3.

Caminus.

Camino luculento vtendum cenſeo. 7. fam. 20.

Campeſter. *Vide, Campus.*

Campus.

Cum ſit enim campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam tantas anguſtias & in Stoicorum dumeta compellimus? 4. Acad. 199. Magnus eſt in Repub. campus, vt ſapienter dicere ſolebat Craſſus, multis apertus curſus ad laudē. 14. Phil. 196. Hinc rhetorum campus de Marathone, &c. Off. 1. 89. Hunc diem igitur campi ſperatum atque exoptatum ſibi proponens Milo, &c. pro Mil. 32. Campus, pro comitiis. Cum in villa quadam campi Atinatis manceres. de Diu. 92. Is campi Leontini duo millia iugerum immania poſſidet. in Ant. 187. nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſcique poſſit. pro Mur. 16. Vtrum in fenicularium, an in campum Martium cogitet. 12. Att. 11. Ludit Cicero in campi appellatione. Non habeas ſatis magnum campum ille tibi non ignotus curſus animi & induſtriæ meæ. Att. 5. 103. 1. Grauis eſt modus in ornatu orationis, &c. Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello. 3. de Or. 92. Iſtum locum fugis & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicam, cāpo æquitatis ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes literarū angulos reuocas. pro Cæl. 61. Ex ingenti quodam oratorē, immenſoque campo in exiguum ſane gyrū compellitis. 3. de Or. 41. In hoc igitur tanto, tamque immenſo campo cum liceat oratori vagari libere, atque vbicūque conſtiterit, conſiſtere in ſuo, &c. 3. de Or. 68. In campo Martio comitia conſules habebant. ad Q. fr. 307. Qui in campo Martio comitiis centuriatis auſpicato in loco crucem defigi iubes. pro Rab. 92. Campi pacis. 4. ad Her. 157. Vt enim Aegyptii & Babylonii, in camporū patentium æquoribus habitantes, cum, &c. 1. de Diu. 152. Adde huc fontium gelidas perennitates, immenſitateſque camporū. 2. de Nat. de. 143. Totam licet animis tamquam oculis luſtrare terram, mariaque omnia: cernes iam ſpatia frugifera atque immenſa camporum, &c. 2. de Nat. 239. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quod paſtu pecudum maxime vtuntur, campos & mōtes hieme & æſtate peragrantes, &c. 1. de Diu. 154. Agros vero Vaticanum & Popiniam, cum ſuis optimis atque vberibus campis conferendos ſcilicet non putabunt. 2. pro Lege Agr. 94.

Campeſter.

Campeſtrem quæſtum ad ſe redegit. de Aruſp. reſpon. 39. Vt exercitatione, ludoque cāpeſtri tunicati vteremur. pro Cœl. 7.

Cancelli

Satiſne vobis Prætori improbo circumdati cancelli videtur in ſua prouincia, immo vero in ſella ac tribunali: &c. 5. Ver. 155. Cancellos ſibi circumdare. pro Quintio. 19. & 5. in Verr. 115. Et me facile veſtra exiſtimatione reuocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. pro Quint. 19. Id eſt, extra id digrediar quod dicturum me propoſui. Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis vſque a Capitolio, tantus ex fori cācellis pla[illegible] excitatus, &c. pro Sext. 108. Certarum rerum forēſibus cancellis circumſcripta ſcientia. 1. de Or. 28.

Cancer.

. & claro c[illegible] lluces lumine cancer, In quo conſiſtens conuertit curriculum [illegible]ol. in Arat.

Candelabrum.

Candelabrum e gemmis clariſſimis, opera mirabili perfectum. 4. Verr. 55. Vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra? 4. Verr. 1[illegible]2. Iam vero lectos æratos & candelabra ænea, num cui præter iſtum Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? 6. Verr. 52.

Candens.

Candens circus: id eſt, Orbis lacteus. in Arat. Exoritur candēs illuſtria lumina Virgo. in Arato. 41. de ſidere. Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum. 2. Off. 34. De Dionyſio tyranno. Quid cum ignes candenteſq. laminæ, ceterique cruciatus admouebantur? 7. Verr. 127.

Candidatorius, Candidatus, Candide, Candidulus.

Candidus. *Vide, Candor.*

Candor.

Candor cæli. Tuſc. 1. 55. Candor huius te perpulit. pro Cœl. 28. Nam ſolis candor illuſtrior eſt, quam vllius ignis, quippe qui immenſo mūdo tam longe lateque colluceat. 2. de Nat. de. 29. Splendidiſſimus candor. de Somn. Scip. 12. Fucati medicamēta candoris & ruboris. in Or. 43. Lacteus hic nimio fulgens cādore notatur. in Arato. 19. Nec ille fuſus & candore mixtus rubor, ſāguis eſt, ſed quædā ſāguinis ſimilitudo. 1. de Na. de. 101.

Candidus.

Elaborant alii lenitate & æquabilitate, & puro quaſi quodā & candido genere dicendi. in Or. 30.

Candide.

Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candide poſuiſſe inimicitias videaris. Cœl. ad Cic. l. 8. 6. 3.

Candidulus.

Canduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis. Tuſc. 66.

Candidatus.

Nemo eſt enim ex iis, qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annum reciderit, firmior cādidatus fore videatur. Att. 1. 1. 5. Qui neſcio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in Conſularem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. pro Mur. 51. non placet mihi inquiſitio candidati prænuncia repulſæ. pro Mur. 134. Præſertim quæ a candidato petant. de Pet. Conſ. 29. Candidati conſulares. 3. ad Q. fr. 21. Candidati omnibus iniquitatibus. Att. 1. 7. 3. Tribunicii candidati. ad Q. fr. l. 2. 6. 4. Candidatorum cōſularium coitio. 3. ad Q. fr. 11. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercifas, pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimiſſiones libertorum, &c. in Parad. 58. Candidatorum licentia hic quoque vſus, hoc ſubito cognomen arripuit. 15. fam. 50. Candidatorum natio officioſiſſima. in Piſ. 42. Nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quam largitionem. pro Mur. 71. Scito nihil tam exercitum eſſe nunc Romæ, quam candidatos. Att. 6.

Candidatorius.

Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam. Att. 1. 3.

Caneſco, cani, canities. *Vide, Canus.*

Canicula. *Vide, Canis.*

Canis.

Canis alicuius dicitur qui eſt aſſecla. 6. Att. 34. Acer canis. pro Roſc. Am. 34. Canis venandi & cuſtodiendi cauſa factus. de Nat. d. 2. 27. Latrat canis. pro Roſc. Am. 33. Canis venaticus in Verr. 106. Aegyptii canem & felem vt deos colunt. de Legib. 162. Canes publice aluntur in Capitolio, vt ſignificent ſi fures venerint. pro S. R. 33. Alii canes & latrare & mordere poſſunt. pro S. R. 27. Canes ſagaces. Diu. lib. 1. 59. Canum amans dominorum adulatio, & odium in externos. 2. de Nat. de. 119. Canū fida cuſtodia. 2. de Nat. deor. 119. pro R. Am. 54. Canum Hircanorum nobile genus. Tuſc. 1. 97. Canum ſagacitate ad vtilitatē noſtram abutimur. 2. de Nat. de. 114. Nihil mali eſt, canes ibi quamplurimos eſſe, vt permulti obſeruandi, multaque ſeruanda ſunt. pro S. Roſc. 33. Canes multos Verres circa ſe habebat 3. in Verr. 90.

Canicula.

Canicula exoritur Romæ aliquot diebus poſt ſolſtitiū, apud Troglodytas ante ſolſtitium. Diu. lib. 2. 73. Rationem & orationem Canicula non habet. 3. de N. d. 35. Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quot annis ſolere ſeruare, &c. 1. de Diu. 210. Si quis oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur. de Fato 9.

Caniſtrum.

Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere. 6. Att. 12.

Cano.

Altes incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. in Or. 22. pro Mur. 27. & 7. Phil. 219. Atque

hoc

hoc carmen hic Tribunus plebis,non vobis , ſed ſibi, intus canit.de L.Agr.70.A quibus(miſeriis)cũ cecinit receptui, impellit ruſum & incitat ad conſpiciendas (miſerias.)3. Tuſ.3.Quẽadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cãtu ceciderat.1. de Leg.16.Mihi cane & Muſis. de Clar. Or. 97. Cum in eis conuiuiis ſymphonia caneret , maximiſque poculis miniſtraretur.&c.5.Verr.86.Cũ cornix cecinerit. 4. Acad.231. Canere abſurde.Tuſc. 2.9. Ad harmoniam canere mundum Pythagoras exiſtimat de Nat. de.62. Canere ad tibiam virorum clarorum laudes atque virtutes: qui mos fuit priſcorum Romanorum.Tuſc.4.3.Canere ad tibicinem.Tuſc.1.3. Canere diſcebant in Græcia omnes.Tuſc.1.4. Atque etiã illũ citharistã, &c. quem omnia intus canere dicebant,ſtultuli, &c.3.Verr.36. Inclinata,vlulantique voce more Aſiatico canere.in Or.15.Canere qui neſciebat in Græcia, non ſatis excultus doctrina putabatur.Tuſc.1.4.Habet enim multitudo vim quandam talem,vt quemadmodum tibicen ſine tibiis canere,ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poſſit.2.de Or.184.Galli victi ſilere ſolent,victores canere.2.de Diu.83..Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. 3. in Cat. 65. Quæro etiam ſi velim ſcribere quid , aut legere, aut canere vel voce, vel fidibus,&c.ſomniumne expectandum ſit, an ars adhibenda. 2.de Diu.95.Igitur & Epaminondas, princeps me iudicio Græciæ,fidibus præclare cecinisse dicitur.1.Tuſc.7.2.de Diu.95.Cecinisſeque id carmen quod in eũ ſcripſerat.2.de Or.191. Quod ab eius litui,quo canitur,ſimilitudine nomẽ inuenit. 1.de Diu. 58.Canuntur hæc apud Homerum.2.de Or.191.Canendi ſonis variis nihil tam facile in animus teneros ac molles influit, quorum dici vix poteſt quanta ſit vis in vtramque partem : nam & incitat languentes,& langueſacit excitatos,& tum remittit animos,tum contrahit:ciuitatumque hoc in Græcia interfuit, vocum ſeruare modum:quarum mores lapſi ad mollitiem,pariter ſunt immutati cum cantibus , aut hac dulcedine corruptelaque deprauati.aut, cum ſeueritas eorum ob alia vitia cecidiſſet, tũ fuit in auribus,animiſque mutatis etiam huic mutationi locus 2.de Leg.37.& 38.

Canens.

Quis enim reuocante & receptui canente Senatu , properet dimicare?ita.Phil.324.Si ex oliua modulante canentes tibiæ naſcerentur , num dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quædã ſcientia?2.de Nat.de.32.

Cantio.

Subito totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat.de Clar.Or.114.

Cantiuncula.

Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tãtus vir irretitus teneretur.5.de Fin.91.

Canorus

Canorus orator & volubilis.de Clar. Or.54.Sine contentione vox,nec lãguens,nec canora.1. 186. Cum igitur hoc animal tam ſit canorum ſua ſponte , quid in mentem venit Calliſtheni dicere deos gallis ſignum dediſſe cantandi,&c.2.de Diu.85.Canorum & fuſcum vocis genus.2.de Nat.de. 110 Hoc dulce,canorũ illud,hoc bene olens. Academic.quæſt.edit. 1.l.3.22.Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit , etiam neſcio quo pacto in ſenectute.de Sen. 25. Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum.3.de Or.17.Sic interuallis,exclamationibus, voce ſuaui & canora,admirando irridebat.in Bruto.226.

Canticum.

Forte noſti canticum. Pæto,l 9.22.3.in Or.32.

Cantilena.

Vt crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cãtilenam illam ſuam,νῆφε,&c.1. Att.14. 11. Id eſt , eſto ſobrius. Cantilenam totam iſta ea hoc pendere , vt quamplurimum lucrifaciant.11.famil.31.ep.D.Bruti. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem ſine vſu,neque ex ſcholis cantilenã requirũt.1.de Or.51

Cantor.

Cantor formularum , auceps ſyllabarum.1.de Or.181

Cantus.

Cantus buccinæ.pro Mur. 18 Cantus nullus dulcior moderatæ orationis pronuntiatione.1.de Or. 19. Eſt autem in dicendo etiam quidam cantus obſcurior,&c.in Or.32. Vocum quotidianus cantus.pro Roſc.79.Cãtus ſiniſter oſcinis. 6. fam.21.Tibiæ cantus.pro Sex Roſc.79. Flectuntur cantu atque conſiſtunt ſæpe immanes beſtiæ. pro Arch. 41. Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ , quam certæ & ſeueræ?3.de Orat.55.Percrepat lucus canto ſymphoniæ. 7.Ver. 26. Perſonabat vicinitas cantu vocum.pro Sex.Roſc.79.Neruiatque cantus.de Somn.Scip. 18. Cantus neruorum vocumque. Tuſc.1.3.& 4.Cantus lugubres a Græcis næniæ vocabulo nominantur.2.de Leg.57.Cãtus & numeri.5.Tuſc.147.Cantus Phrygii.Dio.lib.1.96.Ad cantus , ad tibicinem honoratorum virorũ laudes proſequantur.2.de Leg.57.Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.1.de Diu.23.Solet Roſcius dicere,ſe quo plus ſibi ætatis accederet , eo tardiores tibicinis modos & cãtus remiſſiores eſſe facturum de Or.107.Cantus, & modorum mutationem grauiter olim vindicabat vetus Græcia, longe præuidens , quam ſenſim perniciẽs illapſa ciuium animos malis ſtudiis,maliſque doctrinis repente totas ciuitates euerteret.ſiquidem illa ſeuera Lacedæmon,neruos iuſſit,quod plures quam ſeptem haberet,in Timothei fidibus inde demi.2. de Leg.39.Imitari aliquid neruis atque cantibus.de Somn.Scip.18.Ilq. haud paulo eſt verius,quam quod Platoni noſtro placet , qui muſicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatũ ſtatus. 3. de Leg.46. Pelluntur animi vocum grauitate & cantibus. 1. de Diu. 136. Oculi pictura tenentur,aures cantibus.Acad.6.

Canto.

Nam,vt ſcis, iampridem iſtum canto Cæſarem. ad Q.fr.lib. 2.15.t.Id eſt,ſummis laudibus celebro.Cur ante lucem galli cãtant.de Diu.120.Quid pluras pater?mirum ni cantem,condemnatus ſum.de Or.134 Pueri lepidi & delicati, qui cãtare & pſallere didicerunt.in Cat.100.Cantandi in conuiuiis mos Romæ. Brut.37.Quid in mentem venit Calliſtheni dicere, deos gallis ſignum dediſſe cantandi , cum id vel natura , vel caſus efficere potuiſſet?2.de Diu.85.

Cantito.

Vtinam extarent illa carmina, quæ multis ſeclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuiis de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato. de Clar.Orat.37.

Canon.

Κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles.16.fam.22.

Canorus, *Vide Cano.*

Canterius.

Potes mulo iſto,quem tibi reliquum dicis eſſe,quando canterium comediſti,Romam peruehi.ep. 138. Eos tu canteriis albis obuiam Vatinio veniſſe exiſtimas . de Nat.de.62.

Cantharis.

Theodorus Lyſimacho mortẽ minitanti:magnũ vero,inquit, effeciſti,ſi cantharidis vim conſecutus es. Tuſc. 252.Cãtharidas ſumpſiſſe dicitur,accuſante L.Craſſo. 9.ſam.50.

Canticum,cantilena, cantio,cantiuncula, cantito, canto,cantor,cantus,*Vide poſt Cano.*

Canus.

Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore. de Diu. 82. Ne metuant canos minitante murmure fluctus . in Arat.

Cani.

Non cani , non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos.Cat.58.

Caneſco.

Quercus huic loco.non deerit , quæ Mariana dicatur : eaque (vt ait Scæuola) de fratris mei Mario caneſcet ſeclis innumerabilibus.1.de Leg.2.Cũ oratio iã noſtra caneſceret,haberetq.ſuã quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.de Clar.165.

Canities.

O turpem exacta dementique ætate canitiem.ad Octa.44.

Capitas.capax,*Vide Capio.*

Capedo.

Minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnas fuiſſe,&c.Parad.12.

Capenduncula.

Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum capedunculis his quas Numa nobis reliquit.3.de Nat.de.29.Capella capra.in Verrem.126.

Capillus.

Horridos capillos. pro Sext.14. Qui cultros metuens tonſorios ,candente carbone ſibi adurebat capillum. 2.Off.34.Cõpoſito ac delibuto capillo paſſim per forũ volitet . pro Sex. Roſc. 79. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ,&c.in Piſ.19.

Capillus.

Ad[illegible] non [illegible] bene [illegible]atus, quam bene capilla[illegible] L. Agr. 62. Corpore inculto & horrido, capillatior, quam ante, [illegible]que maiore. de L. Agr. 27.

Capio.

C[illegible] in tuis rebus. 1. fa. 14. pro, ex [illegible] rebus. Opi[illegible] maiorem animo [illegible] dolorem. de Cl. Or. 15. Equ[illegible] ex his etiam fructum [illegible] laboris mei, qui iam pro[illegible], [illegible] libris acquiescunt. 2. de Diu. 7. Brut. 7. Ex tuis li[illegible] duplicem ep. 145. Cui cum æqui iudicemus, ta[illegible] maiorem fructum ex populi existimatione illo dam[illegible] natocepi[illegible], &c. Att. 1. 2. 2. Honesta acta superior ætas fructus capit a[illegible] de Sen. 58. Ad summam lætitiam mea[illegible] capio, magnus illius aduentu cumu[illegible] Att. 14. Compensabatur, inquit, tamé cum his om[illegible] memoria rationum, inuen[illegible] 2. de Fin. 14. Præter lætitiam quam ocu[illegible] tyranni. Att. l. 14. 311. 5. Et tamen omnis spes[illegible] & [illegible] animo, nec partem vllam capi[illegible]. Tamets mihi iucundissimus est ho[illegible] tantum capio voluptatis, quan[illegible] & [illegible] Verr. 30. Capiebam animo nó me[illegible] pro Planc. 1. Capit ille ex suis prædiis [illegible].62. Arma capiunt, [illegible] in fo[illegible] magna pars, complent. 7. Verr. 75. [illegible] quod capiebat ex filio. de Sen. 88. At[illegible] ex similitudine capiebat in[illegible] Am. 33. Inuitus cepi Capuam, non quo munus illud [illegible], &c. Att. lib. 8. 147. 6. Simul vero [illegible] me arma tulit, & cum bello cepi Vatin. ad Cic. l. 5. 10. 4. [illegible] oppida vi oppugnando cepi. Vat. ad Cic. l. 5. 10. 9. Q[illegible] Præ[illegible] quæ[illegible] nem inter sicarios exercuisset, ita aperte cep[illegible] ob rem iudicandam, vt, &c. 2. de Fin. 45. Nec qui[illegible] spolia [illegible] ædibus. 2. Tusc. [illegible] non modo incommodi nihil [illegible], sed etiam, &c. 5 Verr. 90. in Part. 141. [illegible] parere [illegible] a condita vrbe didicerant, [illegible] ceperat. 3. Phil. p. 129. pro Mil. 76. [illegible] capiet & [illegible] & non [illegible] 91. Tot domus locupletissimas, do[illegible] Verr. 7. [illegible] capere [illegible]. Or. 26. Eum ma[illegible] decem anni, nequis capito. 3. de Leg. [illegible] & 5. Phil. 201. & pro [illegible]. 95. Nó fuit causa cur [illegible] caperes, & ad me venires. pro Rosc. Com. 29. [illegible] Rei[illegible] menti ceperet. 1. in Cat. 2. pro Mil. 52. Vt a[illegible] misericordiam caperet aliquam [illegible] si non pro[illegible], at ætatis suæ. pro Quint. 65. Qui nationes deuictas bell[illegible] Ob eá, credo, causam, quod insit in his aliquid [illegible] ignaros. 3. Off. 19. id est, dele[illegible] tantos aceruos pecuniæ ca[illegible] L. Agr. 62. Ergo [illegible] veterum, quo etiam Stoici [illegible] capiam [illegible]. Aliquando per deos immor[illegible] virtutemque capiamus. 3. Phil. 144. Q[illegible] & acrimoniam ceperis ad re[illegible], &c. 2. in Verr. 31. Atque hu[illegible] de tuo [illegible] studio Seruus facillime cepe[illegible] de Diu. 211. Qui autem poteris, nisi te amor ip[illegible] Fin. 125. N[illegible] fuit tam pubes, quin arma cepe[illegible]. 97. Nonne [illegible] ei erit, qui ob eam summa fide, [illegible] iustitiaque [illegible] maximam gloriam ceperit? de A[illegible] tius est dicere, quemadmodum [illegible] C[illegible], quam quemadmodum ceperimus. in Pisonem, 2[illegible] Cape[illegible] de [illegible]bus. pro Do. sua. 98. Amentiam eius cape[illegible] ciuitas, Italia, prouincia & regna. pro Mil. 67. C[illegible] patriam. ad Brutum, ep. 3. 4. Capere boni[illegible] delectatione. [illegible] de Fin. Capere castra ho[illegible] 65. Capere consilium. 3. in Verr. 99. Capere [illegible] re. Off. 2. 47. C[illegible] consilium de tua sen[illegible] Att. 4. 4[illegible] no nimirum documen[illegible] fortuna [illegible] extimescendum. 7[illegible] dolore [illegible] capere animo pos[illegible] istius [illegible] ad [illegible] de nobis, af[illegible] multa, vt eos capere carcer non p[illegible] Capere fructum ex libertate alicuius. ep. 15. C[illegible], nullam esse gratiam tantam, quam [illegible] capi[illegible] endo, vel in remuneran[illegible] lib. 2. 9. & 3. Phil. [illegible] Capere [illegible] Tusc. 33. 5. Phil. 198. Capere indicia. p[illegible] Partit. 41. Vrbs ei parum magna viſa, quæ etiam ipſum capere potuerit. Att. 216. Noſtri autem magiſtratus, imperatoreſque ex hac vna re maximam laudem capere ſtudebant. 2. Off. 37. Quid tam ſingulare, quam vt ex Senatuſconſulto legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam vllum alium magiſtratum per leges capere liceuiſſet? pro L. Man. 44. Capere moleſtiam. Lal. 76. Capere moleſtiam animo. pro Syl. 1. Plus capere ſine religione liceat, alicui legatum. 2. de Leg. 48. Capere portum. pro Sext. 86. Capere prædam. pro Do. ſua. 113. Capere ſacerdotẽ. 4. in Verr. 87. Capere ſenſum gloriæ. 5. Phil. 199. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima conuerſione ſonitus, vt eum aures hominum capere non poſſint. de Som. Scip. 19. Capere ſpecimen. Tuſc. 1. 26. Capere ſpem. pro Pomp. 16. Scite & commode capere tempus adeundi ad aliquem. ad Brutum, lib. 11. 16. 3. Capere voluptatem malis alienis. 4. Tuſc. 55. ad Dolab. 9. 14. 1. 3. l. 37. Capere vtilitates ex amicitia. de Amic. 31. Quæ tam magna ſunt, vt ea vix cuiuſquam mens aut cogitatio capere poſſit. pro Marc. 131. Ob eam cauſam Ro. Pop. calamitatem maximam cepiſſe. 1. de Diu. 29. Video enim Curules magiſtratus eum legitimis annis perfacile cepiſſe. Attic. 13. 287. 3. Tantum ſe cepiſſe odium regni videbatur. 2. Phil. 94. His ego iudiciis non probabo C. Verrem contra leges pecunias cepiſſe. 3. Verr. 62. Neque enim mors miſeranda eſt, quæ ob Rempub. capitur. Anteq. iret in exilium. 14. captus ſum miſericordia. de Or. 129. Cum eos iterum in Africa ex inſidiis captus eſſet. in Off. A quibus temporibus ſcribẽdi capiatur exordium. 1. de Leg. 12. 5. Phil. 289. cum obſignes tabellas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo ille capiatur, ego tibi vllam cauſam maiorem committendam putem? de Or. 99. Sapientis autem hanc cenſet Arceſilas uim eſſe maximam, Zenoni aſſentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur uidere. 4. Aca. 120. Vt animaduertant ne callida aſſentatione capiantur. de Amic. 81. pro Clu. 9. Decipi, falli, capi, idem. Acad. 17. Ea animum adoleſcentis pellexit, his omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri poteſt. pro Clu. 20. [illegible] gloriam conſecuti ſunt, quæ uix cælo capi poſſe uideatur. [illegible] 120. id eſt, contineri. Sequuntur fratrum coniunctiones, poſt conſobrinorum ſobrinorumque, qui cum una in domo iam capi non poſſint, in alias domos tamquam in colonias exeunt. Off. 1. Neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere. pro Cæcina. 60. 6. fam. 29. in ep. Cæc. Angor iſte qui pro amico ſæpe capiendus eſt. de Am. 45. conſuetudo exercitatioq; capienda, vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus. 1. Off. 86. Sæpe capienda mẽbris minutioribus oratio eſt. de Or. 106. Exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa. 1. de Diu. 167. Non fugiendi hoſtis, ſed capiendi loci cauſa ceſſiſſe videatur. 2. de Or. 163. Nimis ille quidem lentus in dicendo, & pene frigidus, ſed & callidus, & in capiendo aduerſario verſutus. de Cl. Or. 93. Philoſophi docendi cauſa, non capiendi loquuntur. Or. 202. Quia nunc itidem ab eodem, & a ceteris diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. 3. de Leg. 6. Nimis enim inſidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. in Or. 97. Eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. de Am. 67.

Captus.

Captus, & fraudatus. 3. Off. 91. Interclusus & captus. Att. 10. 173. 8. captus dulcedine pecuniæ. Mat. ad Cic. l. 11. 28. 1. Quod ſubito ſuſcepit eodem captus errore quo nos. 12. Phil. 322. captus eſſe mihi uiſus ſum. 8. fa. 4. in ep. Cœl. confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis. pro Rab. 15. Hic quis poteſt eſſe Quirites, tam auerſus a uero, tam preceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ uidemus, &c. 3. in Cat. 65. Ac. l. 2. 50. Falli, errare, labi, decipi tã dedecet, quam delirare & mente captum eſſe. 1. Off. 133. Tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſceleratam ac tã nefariam decidiſti, &c. 6. Verr. 90. De eo qui viſam rem cõcupiſcit. Si oculis captus ſis, vt fuit Tyreſias. pro Dom. 110. congerantur in unum omnia, ut idem oculis & auribus captus ſit. 5. Tuſc. 84. 1. viſu & auditu priuatus. captus pecunia. 1. Phil. 24. captus ſplendore nominis. de Fin. 66. Socrus generi, contra quam fas erat, amore capta. pro Clu. 10. captum ſibi tabernaculum fuiſſe in hoſtes Scipionis. de Nat. deo. 2. 8. Oppreſſa captaque Repub. pro Dom. 2. [illegible] Aut ſpe largitionis promiſſioniſq. capti. Off. 2. 30. Belli duces captos iam & prehenſos tenetis. in Cat. 114.

Captus.

Græci aſit homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt. 2. Tuſc. 110.

Captio.

Quanta eſſet in uerbis captio, cum in ceteris rebus, tum in teſtamentis, ſi negligerentur uoluntates? de Cl. Orat. 202. Eam-

quæ ſententiam, quam ſignificari poſſe diceret, nihil habere [illegible] ca ptionis, aut vitij. in Part. 73. Omnes captiones in omni [illegible] ſententia occurrunt. 10. Att. 48 Omnes igitur iſtos [illegible] eorum captiones eodem modo refelluntur. Fat. [illegible] Captiones d[illegible]cutere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 44. Cur igitur vos induciſtis in eas captiones, quas numquam explicetis? 2. de Diu. 50. Quod quidem [illegible] a principio ita me malle dixeram, hoc ipſum prouidens dialectica captiones. de Fin. lib. 2. 14. Maiore quadam opus eſt vel arte, vel diligentia, ne ab iis, quæ clare [illegible] ne ipſa per ſe, quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus de[illegible] clamur. 4. Aca. 84.

Captiuncula.

Clarus homo.Acad.q.edit.1.lib.2.68.Marius, nobilis Sylla. de Ar.reſp.50.vir Acad q.ed.1.lib.2.6.Ex doctrina clarus & nobilis vir.pro Rab.Poſt.14.Vir gloria clarus, & auctoritate grauis.de Or.122.Pietas io hoc clara, & omnibus grata. pro Sext. 4.Clara res,pro,omnibus nota.6. Verr. 36. Clara res eſt,quam dicturus ſum.5.Ver.49.Res erat clara, neque ſolū argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur.7. Ver.79.Virtus clara & inſignis.de Sen.85. At magnum nomē ſigni,clarumque vocatur.in Ar.4. Virtutē alicuius poſteris fore clarā & inſignē.de Am.115.Oſtēdebat autē Carthaginē de excelſo, & pleno ſtellarū,illuſtri & claro quodā loco.in Som.Scip.5.Ego,quę clara ſunt conſuetudine, diutius dicere non audeo.pro Roſc. Com.4.Vt in re tam clara,tam teſtata.4.Ver.72.Seruumq.ſuum nomine Antiochum ad ſe vocauit, & clara voce imperauit, vt eū, &c.pro Cæc.16. Et prope conſpicies paruū ſub pectore claro Andromedæ ſignū.in Arat.t. Clari & fortes viri cōmemorandi. L.1.de Fin.28.Clari viri fuerūt.2.de L.53. Viri clari & honorati.de Sen.20.Clari & præpotētes viri.pro Rab. Poſt.27.Claræ mortes pro patria oppetitæ.1.Tuſc.189.Stellæ lumine claræ.in Arat.21.Clara & certa iudicia. Acad.q.ed.1.L.2.20.Clarorum virorū non decet tacitos eſſe congreſſus,aut ludricos ſermones, aut rerū colloquia,leuiorum.Acad.q.ed.1.l.2.Claris & fortibus viris cōmemorandis 1.de Fin. 56. Plurimis noſtris exēplis uſus es,& iis quidē claris & illuſtribus.2.de Diu.12. Certe non tulit vllos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores,aut humanitate politiores P.Africano, C.Lælio, L.Furio.2.de Or.84. Si ea quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt.de Fin.107.Clariora luce cōſilia.in Catil. 40. Adoleſcens clariſſimus.4.Ver.71 clariſſimus vir. Acad. q.ed. 1.lib.2.4.pro Man.35.id eſt,Cæſar.Att.263. Ampliſſimus & clariſſimus uir. 1.de Or.98. Vos deniq. in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumē prætuliſtis mēti meæ. pro Syl.30.clariſſimo patre natus,auis,maioribus.1 Cat.2. Voce clariſſima dicere.pro Syl.25.profiteri.5.Tuſc.45.Tres nobiliſſimi & clariſſimi philoſophi.de Or.122.& 123.compoſitiſſimæ, & clariſſimæ literulæ. Att.7.20.1.clariſſima beneficia. poſt redit.ad Quir. 2.clariſſimorum & fortiſſimorū virorū auctoritates. pro L.Man. 35. Sed me repente Iudices, de fortiſſimorum & clariſſimorum ciuium dignitate,&c.repreſſit. pro Sext. 126.clariſſimis rebus tenebras obducere.Acad.q.ed.1. lib.2.17.

Clare.

Varietas in re nulla ſit; aperteque loquantur, & iam c. gemant,&c.Att.lib. 2.35.3.

Clarius.

C.dic,oro te:vix enim mihi exaudiſſe videor.4. At. 26.Quod eſt luce c.1.Tuſ.143.Et quo propius ea cōiētio,quā fieri neceſſe eſt,accedit,eo c.id periculum apparet.Cælius Cic.l.8. 14.4.Nihil c.nihil nobilius illo.2.de Diuin. 101.

Clariſonus.

Hunc a clariſonis auris aquilonis ad auſtrum.in arat.

Claritas.

Claritas vocis.Acad.q.ed.2.l.1.14.claritatis pœnitere.1.Phil. 24.Fructuoſior autem(uita)hominū generi,& ad claritatem amplitudinemq. aptior eorum qui ſe ad Remp. & ad res magnas gerendas accōmodauerunt.1. Off. 101. Miror deos immortales hiſtrioni futuro claritatē oſtendiſſe, nullā oſtēdiſſe Africano.2. de Diu. 101. Quæ quamquā ex multis pro tua claritate audiā, tamen libentiſſime ex tuis literis cognoſcam.f. lib.13.91.

Claro.

Iuppiter ex excelſa clarabat ſcepta columna. 1. de Diu. 42. Hoc eſt, clara & conſpicua faciebat.

Clareo.

Ergo poſtq. magiſque uiri nunc gloria claret.1.Off.120.Turpilius Pędio,cuius aduentu inſula hodie claret Cypros.de Sen. 10.Propterea quod ad æſtatis primordia clarent: in Arat.4.id eſt,initio ætatis apparent. Non potuit nobis nota clarere figura.in Arat.19.Forma ſimili clarere.in Arat.1.

Claſſis.

Poſteaquam paulum prouecta claſſis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt,&c.Ver.69.capta & incenſa claſſis.7 Ver. 107. Tu a ciuitatibus pecunias claſſis nomine coegiſti. 7. Verr.106.

Verr.106. Naues, quibus præfuerat, Cleomeni tradidit, claſſi po- puliſ Rom. Cleomenem præeſſe iubet. in Verr. 262. Et mille nu- mero nauium claſſem ad Delum appuliſſent. 3. Verr. 33. Compa- rare claſſem pro Flac. 25. Distribuere. pro Flac. 24. Claſſem pul- cherrimam Pop. Romani in litus expulſam & eiectam, cum pri- mum ille pera ſecree, inflammari incendique iuſſit. 7. Verr. 72. Quid etiam præſidii cauſa claſſem habuit? pro Flac. 21. Eo ip- ſo tempore, quo tu ipſe negas claſſem habendam fuiſſe, complu- res a prædonibus eſſe captos. pro Flac. 13 Quapropter ſi mihi re- ſpondere voles, hęc dicito, claſſem inſtructam atq. ornatam fuiſ- ſe. 7. Verr 105. Prodere claſſem prædonibus. 7. Verr. 83. Duelliũ eum, qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerit. in Or. 85. Hæc vna nauis ex claſſe noſtra non capta eſt. 7. Verr. 51. Hac claſ- ſe M. Craſſus vir ampliſſimus ab Hemo in Aſiã, his in nauibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam nauigauit. pro Flac. 24. Claſſe valebant Aeginetæ. Off 3. 90. Glorioſiſſimæ Carthaginenſium claſſes. 7. Verr. 76. Claſſes Pop. Rom. bello Punico primo altera naufragio, altera a Pœnis depreſſa interierunt. Diu. l. 2. 15. claſ- ſium nauigatio. 2. de N. d. 61. Vt cum claſſes habere prohiberet. in Ant. 221. Qui poſteaquam maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. pro L. Man 5. Cum tantis claſſibus, tantiſq. equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, ma- ria ambulauiſſet. 2. de Fin. 177.

Claſſis.

Prima claſſis vocatur, renũciatur, deinde, vt aſſolet, ſuffragia. 2. Phil. 87. Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquiſq. inferioris ætatis? qui mihi cum illo colla- ti, quintæ claſſis videtur. 4. Ac. 130. De Democrito. Tributim & cẽcuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, &c. pl̃a. 12

Claſſicula

Caſſius cum claſſicula ſua venerat. Att. 16. 5.

Claua.

Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi cla- uam, ſibi pilam, &c. de Sen. 53. Qui primo cum obſiſtere ac de- fendere conarentur, male mulcati clauis ac fuſtibus repelluntur. 6. Verr. 84.

Claudicatio, claudico, *Vide Claudus.*

Claudo.

Cum L. Flacco portas tota Aſia claudebat. pro Flac. 159. Et in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, in- ſinuabo. ad Figulum, l. 4. 42. i. qua conſuetudine non ſum auſus vti haſtenus præ pudore Claudere mihi videtur maritimos exi- tus. ad Att. l. 9. 183. 1. Fores cubiculi claudere. 5. Tuſ. 63. Nume- ris ſententias claudere. in Or. 1 4. Non enim portu illud oppi- dum clauditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur & concluditur. 7. Verr. 76. Vrbem pulcherrimam Syracoſas, quæ cum manu muni- tiſſima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. 4. Verr. 3. Forum ſepietur. omnes clauderentur aditus. 1. Philip. 19. Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. pro Do. 214. Nec ita clau- denda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſerenda, ut pateat omnibus. 1. Off 75. Aptiſſime factæ (palpebræ) & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas. 2. de Nat. d. 214.

Clauſus.

Patefactumq. noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante popu- lo Romano ex omni aditu clauſus eſſet. pro L. Man. 14. Tanquã enim clauſula ſit Aſia, ſic nihil perfertur de oppreſſo Dolobella. Caſſio, l. 12. 9. 1. Domus clauſa contra cupiditatem & audaciam alic ius. 7. Ver. 32. clauſa domus pudori & ſanctimoniæ. pro Q. 63. S res orationis clauſa & terminata. in Or. 115. Tuas miri- teras expecto, atq. adhuc clauſum mare fuiſſe ſcio, &c. ad Q. 21. Nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum vn- di tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari põt, &c. 7. V Statuerunt ſe nihil iã clauſum, neq. tã recunditũ poſſe ha nuo illius cupiditati apertiſſimũ, promptiſſimũq. eſſet. 7. 37. Quis eſt. o. qui putet, &c. noſtrorum hominũ ad eorum nas uoces, aures clauſas fuiſſe? 4. Tuſ. 4. Requidẽ uera illa dubitat, quin eo ſit occiſus, quo habere clau ſa non ua conſilia de Verre. 5. Verr. 52.

Clauſtrum.

Qui noſtros exercitus ſæpe excluſerant, iis clauſtra loci com- mittenda non mauit. 7. Verr. 68. Corinthi veſtigium uix re- l. ctum eſt. erat enim poſita in anguſtiis atq. in faucibus Grę- cię, ſic ut terra clauſtra locorum teneret, &c. de L. agr. 86. Cum uero eg tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, vt, &c. Mur. 15. Clauſtra vrbis hoſtibus non committenda ſunt. in Verr. 113. Effringi multorum fores, reuelli clauſtra. 6. Verr. 46.

Omnes ſinus, promõtoria, littora, inſulas, urbes maritimas clau- ſtris imperii noſtri contineri. pro Flac. Horreum belli ſub ſigno & clauſtris poſitum. contra Rull. 64.

Clauſula.

Clauſula eſt difficilis in tradenda prouincia: ſed hæc deus ali- quis gubernabit Att. 6. 31. pro, exitus. Illa uero pręclara eſt clau- ſula edicti, 9, &c. 5. Verr. 57. Mimi ergo eſt iam exitus non fabu- lę: in quo cũ clauſula nõ inuenitur, fugit aliquis e manibus: dein de ſcabella concrepant, aulæum tollitur pro Cœl. 52. clauſula legis. Poſt red. in Sen. 6. Veniamus aliquando ad clauſulam. 13. Phil. 382. Addere clauſulã 1. de Or. 133. Pedem in clauſula nõ ſolum extremum pedem, ſed etiam proximum ſuperiorem, ſępe & tertium intelligere debemus. de Or. 218 Quũ mihi nullũ ſcri- bendi argumentum relictum eſt, vtar ea clauſula, qua ſoleo. ad Curionem, l. 2. 6. Clauſulæ interpũctæ in orationibus. 3. de Or. 95. Sed ſunt clauſulæ plures, quæ numeroſe & iucunde cadant. in Or. 124. clauſulæ orationis diligenter ſeruandæ. 3. de Orat. 106 clauſulas atque interpuncta uerborum, animæ interclusio atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. 3. de Or. 100.

Claudus.

Iſte claudus (quomodo aiunt) pilam retinere. in Piſ. 55. Clau- dum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. 1. de Nat. deo. 113.

Claudico.

Verſũ ut in uerſu uulgus, ſi eſt peccatũ, videt: ſic, ſiquid in no- ſtra oratione quod claudicat, ſentit. 3. de Or. 109. Sed & ille re- prehenſus a multis eſt, nec vox exitũ reperitis: totaq. res vacillat & claudicat. 1. de N. d. 148. Actio paulum conuitio uocis, tum et ineptiis claudicabat. de Cl. Or. 120. Item beatã uitã, etiamſi ex aliqua parte claudicaret, tamẽ ex multo maiore parte obtinere nomen ſuum. 5. Tuſ 34 In quacumq. .n. una (part) plane clau- dicaret, orator eſſe nõ poſſet. de Cl. Or. 113. Sim probæ res, lecta uerba, quid eſt cur claudicare, aut inſiſtere orationem malit, q̃ eũ ipſa pariter excurrere? in Or. 97. Tũ in tota vita conſtituenda multo eſt maior rei cura adhibẽda, vt conſtare in uitæ perpetui- tate poſſimus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare. 1. off. 167. Qui uerentur, ne, ſi amicitiam pp noſtram uoluptatẽ expe- tẽdã putemus, tota amicitia quaſi claudicare videat. 1. de Fin. 54

Claudicans.

Oratio claudicans. in Or. 115. Præclarũ & graue eſt, quod Cal- uino Glaucia claudicanti, Vbi eſt uetus illud? num claudicat? at hic clodicat, hoc ridiculũ eſt. 2. de Or. 138. Nã quod Sp. Caruilio grauiter claudicãti ex uulnere ob Rẽp. accepto, &c. 2. de Or. 138

Claudicatio.

Claudicatio non deformis inſtante Vulcano. de Nat. d. 1. 58.

Clauiculus. *Vide, Clauus.*

Clauis.

Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, &c. Sex. Clodio, &c. omne fru- mentũ priuatũ & publicũ, oẽs prouincias frumentarias, oẽs mã- cipes, oẽs horreorum claues lege tua tradidiſti. pro Do. ſua. 21.

Clauſtrum, clauſula. *Vide, Claudo.*

Clauus.

Vt hoc beneficiũ, quẽadmodũ dr̃, trabali clauo figeret. 7. Ver. 43. i. vt perpetua & indelebilis beneficii memoria eſſet. Sedeba- mus in puppi, clauumq. tenebamus: nunc aũt vix eſt in ſentina locus. ad Papyrium Pætum, l. 9. 15. 9. Quia n. clauũ tãti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare, &c. pro Sex. 15. & 9. ſ. 33. Il- le aũt clauũ tenẽs. quietus ſedeat in puppi. de Sen. 16. Etiã nouo quodã amore veterẽ amorẽ tãquã clauũ clauo eiiciendũ putant. Tuſc. 4 62.

Clauiculus.

Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendũt. 2. de Nat. deo. 90. Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi ful- ta ſit, ad terram fertur, eadem ut ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus quidquid eſt nacta, complectitur. de Sen. 48.

Clemens.

Clemens caſtigatio. off. 87. Etſi ſatis clemens ſum in diſputã- do, tñ interdũ ſoleo ſubiraſci. 2. de Fin. 9. clemens & miſericors iudex. pro Plãc. 265. Si clementes eſſe uoluerimus, nũquã de- erunt bella ciuilia. ad Brut. 4. Nec in cæde principũ clementiorẽ hunc fore, quam Cinna fuerit. Att. 7. 117. 9. Ego, quãquam prę- eſt huic quæſtioni uir, & contra audaciam fortiſſimus, & ab in- nocentia clementiſſimus: tamen, &c. pro Roſc. Am. 52.

Clementia.

Clementia, per quã animi temere in odium alicuius inuectio- nis concitati comitate retinẽtur. 2. de Inu. 243. clementia, leni- tas, moderatio, &c. Parad. 126. clementia hæc omnis ad un

īllam crudelitatem colligatur.8. Att.24. clementia inſidioſa.8. Att.60.clementia maiorum noſtrorum.5.f. 1.in ep. Q.Met.Cæſar aduerſarios clemētiæ ſpecie deuinxerat. Ant.182.Plena omnia clementiæ,manſuetudinis,humanitatis.ad Q.fr.1.1.38.clementiæ ſpeciem inanē vincit ſalutaris ſeueritas. Brut 4.M.Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit,meā lenitatem & clementiam & ſibi eſſe gratam,& mihi uoluptati magnæ fore.Att.14.317.3.Illam clementiam, manſuetudinemq. noſtri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe conuerſam? 7. Verr.9.clementiam illi malo fuiſſe:qua ſi uſus non eſſet,nihil ei tale accidiſſe potuiſſe.Att.14.320.2. Ipſum aūt non voluntate, aut natura non eſſe crudelem,ſed ꝙ putaret popularem eſſe clementiam:ꝙ ſi populi ſtudium amiſiſſet,crudelem fore.At.10.12.

Clementer.

Leuiter hominem,clementerq. accepit. 6.Verr.78. Siquid factum clementer,vt diſſolute factum criminer.7. Verr.151

Clepo.

Sacrum ſacroue commendatum qui clepſerit rapſeritque,parricida eſto.de Leg.274. Quemdam Thyeſtem clepere auſum eſſe e regia.3.de N.de.95.Spartæ rapere pueri & clepere diſcunt. de Rep.4.Eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo,pœnaſq. Ioui fato expendiſſe ſupremo.2.Tuſc.40.

Clepſydra.

Cras ergo ad clepſydram.Tuſc 2.57.ἀλεγεπῖλαῦ, intelligendum,reuertamur aut perſequamur reliqua.·Ad hunc non declamator aliquis ad clepſydrā latrare docuerat:ſed,&c.3.de Or.76

Cliens.

Manlius Glaucia quidam,homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris iſtius T.Roſcij.pro Sext.Roſc.11. commemorant uero ipſius ciues noſtri clientes,Locri.2.de Leg.13.Quos clientes nemo habere uelit,non modo eſſe illorū cliens.10 Ant.180. Poſtea tuus ille Pœnulus. ſcis enim citius clientes tuos a poetica profectos.4.de Fin.90.Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq. ducebant, ab hoſpitibus clientibuſq. ſuis,&c.de Diu.

Clientela.

Se in Chryſogoni fidem ac clientelam contulerunt.pro Roſc. Am.63.Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelā honeſtam iudicē.Att.14.308.1.conabaris clientelam tam illuſtrē, tam ſplendidæ prouinciæ ad te traducere Verr. 221. Ianus Medius in L.Antonij clientela ſit.in Ant.20.Eſſe in fide & clientela alicuius.pro Sex.Roſc.clientelæ regum aut nationum.9.f.16. in ep.Dol.Tū duę maximæ clientelæ tuæ, Cyprus inſula & Cappadociæ regnum,tecum de me loquentur.Cas.15.13. clientelas acceptas a maioribus confirmare. 13.1.86. Quæ ſuos a me propter vrbis,veſtræq. ſalutis cuſtodiam repudiata: pro clientelis, hoſpitiiſq. prouincialibus, &c.comparo.4.in Cat.94.

Clitellæ.

Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Att.5.28. id eſt, prouincia hæc mihi non conuenit non magis,quam boui clitellæ.

Clitellarius.

Mulus clitellarius.in Top. 18.

Cliuus.

Quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero ac principe collocaram.Att.2.t0.13.

Cloaca.

Me arcem facere ex cloaca, lapidemque e ſepulchro uenerari pro deo.pro Plan.77.Qui de foſſis,de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controuerſiis interdicit, is repente obmuteſcet? pro Cæc. 26.

Cludo.

Mare terram litoribus cludit.de Nat.d.46.

Clueo.

Tum duo Cæpiones multum cluentes conſilio & lingua,plus auctoritate tamen & gratia ſubleuabant.de Cla.Or.49.

Clypeus.

Simul atq. ipſe graui vulnere exanimari videret ſe, ut primū diſpexit,quæſiuit ſaluuſne eſſet clypeus,&c.2.de Fin.155.Vt clypei cauſa inuolucrum,vaginā autem gladij,ſic,&c.de N.d.2.27

Coaceruo.

Conſtruere & coaceruare omnibus modis pecuniam. pro L. Agr.8.Et ne forte hominem exiſtimetis hanc tātam omnem emblematū hinc cauſa coaceruare uoluiſſe,videte, &c. in Ver.12. Ante pecuniæ coguntur & coaceruantur, quam gleba una ematur.2 pro Leg.Agr.72.Tantum quantum coaceruari una in domo potuit.pro Sext.Roſc.40,

Coaceruatus.

Multitudo ciuium indigniſſimo loco coaceruata.7. Ver.116. Videtis conſtitutam & coaceruatam pecuniam.contra Rull.63. Veriſimilia autem partim ſingula mouent ſuo pondere, partim etiam ſi uidentur eſſe exigua per ſe multum. tamē cum ſint coaceruata,proficiunt.in Part. 23.

Coaceſco.

Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas uetuſtate coaceſcit.de Sen. 60.

Coactio,coactor,coactus. *Vide Cogo.*

Coædifico.

Campum Martium coædificari,&c.13. Att.46. Loci coædificati.Part.233.

Coæquo.

Coæquare omnia ad ſuas iniurias & libidines.5.Verr. 79.

Coæuus.

Hunc tu morem ignorabas?numquam epulum videras? numquam puer aut adoleſcens inter coæuos fueras? in Vat.24.

Coagitatio.

Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primū ab ipſo ſpiritu,deinde coagitatione pulmonū. 2. de N.105.

Coagmento.

Sed uiuendi eſt finis optimus,cum integra mente, ceteriſque ſenſibus,opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit natura,diſſoluit.de Sen.66. Ipſa verba compone & coagmenta.Brut.34. Verba uerbis quaſi coagmentare.in Or.42. Docebo ne coagmentari quidem poſſe pacem.7.Phil.230.

Coagmentatus.

Collocationis eſt cōponere & ſtruere uerba ſic, ut neue aſper eorum concurſus,neue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & leuis.3.de Or.94.Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius,nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum,tamque compactum & coagmentatum inueniri poteſt? 3.de Fin.112.Qm̄ nihil ſit animis admixtum,nihil concretum, nihil copulatum,nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſc.163.

Coagmentatio.

Omnis coagmentatio corporis uel calore,uel frigore, uel aliqua impulſione uehementi labefactatur & frangitur,& ad morbos ſenectutemq. compellitur.de Vniu. 21. Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? 1. de N. d.16. Quæ copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ,&c.2.de Nat. deo. 178.

Coamicus.

Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenex uerſaris, atque luſeris lautiſſime.de Am. 114.

Coanguſto.

Coanguſtari poteſt hæc lex dilatata in ordinem cunctum.3. de Leg 30.

Coarcto.

Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice,vt Craſſus hæc, q̃ coarctauit,& peranguſte referſit in oratione ſua,dilatet nobis atque explicet.2.de Or.79.id eſt,quod paucis verbis perſtrinxit.

Coarctatus.

Cn noſter quid conſilij ceperit,capiatue,neſcio:adhuc *in oppidis* coarctatus. Att.7.37.

Coarguo.

Meū crimen auaritiæ nimię te coarguit.7.Verr.119 Errorem eorum qui ita putarunt,coarguit.1.Ac.20.Fuga laboris, deſidiā: repudiatio ſupplicū,ſuperbiā:amicorum neglectio improbitatē coarguit.pro Mur.8.pro Flac.15. Non it noſtram coarguit perfidiā,ſed indicat ſuā.ep. 38. Illum multorū literæ & nuncij coarguerunt.pro Syl.170.Quieſcamus,ne noſtram culpam coarguamus.Att.9.173.8.Reliquum eſt,ut iam illum natura ipſius, conſuetudoq. defendat,hunc autem hęc eadem coarguant.pro Mil, 27.pro Syl.12.2.Phil.49.Tu cū tua vox nūquam ſit audita, &c, & in eū locum te deducas,ut antequā me cōmutatis iudicij coargueris,te ſummę negligēſię tuo iudicio conuictū eſſe fateare. ꝓ Syl.33.coarguere diſſolutā alicuius cōſuetudinē.pro Fl 150.Hominis nō eſſet,in tanto diſcrimine & periculo ciuis, refellere & coarguere noſtrum mendacium,&c.pro Lig. 9. coarguerere aliquam certioribus argumentis.ad Her.7. in Ant. 163. Omnibus in rebus coarguitur a me,cōuincitur a teſtibus,&c.6.Ver.94. Atq. hæc a me ſuſpicionibus & coniectura coarguuntur.de L.Agr.10. Aut aliis quoque conſtitutionibus factum coarguetur. 2. de Inu. 224. Reus cum tot teſtibus coarguare, potes de damnatio

ne

ne habitare? 7. Verr. 60. Iam intelliges certum crimē quam mul tis ſuſpicionibus coarguatur. pro Sex. Roſc. 31. Coargui crimini bus. 6. Verr. 93. Digito legata deleuit: & cum id multis locis fe ciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, &c. pro Cluē. 30. Nunc refelli, coargui putant eſſe turpiſſimum. pro Fla. 8.

Coauctio.

Coauctio annonæ atque æſtimationis. 5. Ver. 164.

Cochlea.

Vt ſi quis medicus ægroto imperet ut ſumat. Terrigenā, herbigradam, domiporcam, ſanguine caſſam, potius quam hominū more cochleam dicere, &c. 2. de Di. 197. Iſte tamquam cochlea abſcondens & retentans ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur cū domo ſua, & auferetur. ad Her. 39.

Cocus.

Cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. 9. fa. 47. Cocum ad te miſi, quo uterere. 16. fam. 20. Mitto cocos, piſtores, lecticarios, &c. pro S. R. 41.

Codex.

Falſus codex. 3. Verr. 112. Integerrimus codex. pro Clu. 73. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit. 3. Verr. 65. Codicis tui literas contēplare. in Vat. 19. Litura codicis. 5. Ver. 33. Referre falſum in codicē. pro com. 1. Referre in codicē nōia. pro Syl. 33. pro com. 2. Inſtituere codicē. pro Cō. . Legere codicem. in Vat. 3. Cauſam in me cōferebat, quod tuū codicē obſignaſſem. in Ver. 155. & 106. Proferre codicē. pro Cō. 4. Recitare codicē. in Vat. 3. Recitare ſuum codicem teſtis loco, arrogantiæ eſt. pro Com. 3. Recognoſcere codicem. in Vatin. 3. Quomodo H S. CCCIↃↃↃ. in codice accepti, & expenſi non ſunt? pro Q. Roſc. Com. 2. Habere ſubſortitionem in codice. pro Clu. 73. Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercesſit, quod iſte aliter, atque ut edixerat, decreuiſſet. 3. Verr. 84.

Codicilli.

Codicilli tui conuitio efflagitarunt hāc epiſtolā. 2. ad Q. 25. *Vt* non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Cōſulum pagimulas habeat, quam factorum. Att. 4. 16. Simul ut accepi a Seleuco tuo literas, ſtatim quæſiui e Balbo per codicillos quid eſſet in lege. Lepte. 6. 18. 1. Cum codicillis obuiam uenire alicui. Ser. Cicer. 4. 12. 6. In codicillis ad te harum exemplum exaraui. 9. fam. 60. Hic heſterno die ſententiolas noſtras in codicillis & omnia uerba referebat. in Att. 2. 19. Omnia in codicillis ſcripſi quæ deſiderās. 12. Att. 10.

Cœlum, *Vide Cælum.*

Cœmentum, *Vide Cæmentum.*

Coemo.

Sylla omnia bona coemit. Caſ. Cicer. 15. 19. 6. Non modo nō uenibant, ſed et coemebant. Ver. 131. Deinde ipſos ſibi frumentum coemiſſe, nihil hæc ad te pertinere. 5. Ver. 151. Gal. 7. 24. 4.

Coemptio.

Nam neq. illud eſt mirandum, qui quibus uerbis coemptio fiat, neſciat. 1. de Or. 122. Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari. pro Mur. 24. Mulieris, quæ coēptionem feceriт, cauſam defendere. de Or. 1. 122. Coemptione in unum conuenire. pro Fla. 65. Horum ingenio ſenes ad coēptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt, &c. pro Mur. 14.

Coemptionalis.

Coemptionales ſenes. 7. fam. 51.

Cęna.

Vbi cum tyrannus cęnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. 5. Tuſc. 137. Venit ad me Cicero tuus ad cœnam, cum Pomponia foris cęnaret. 3. ad Q. Vocare aliquem ad cœnam. Att. 6. 114. 13. Sed uide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi ſine pauone. Pæto. 9. 47. Is cœnam dedit apud uillam in Tindaritano. 6. Ver. 43. Puerū uocat, credo cui cœnam imperaret. pro S. R. 28. Iter cœnam hæc d. 3. ad Q. fr. 13. Poſt cęnam uomere. pro Deiot. 13. Non redeuntem a cęna uidetis? pro S. R. 35. Eſt enim dictum ab ore qui dicerent, uxores ſuas redeuntes a cœna, attrectatas e a Cælio. pro Cæl. 41. In eas cum incidiſſem in cęna augurali apud Lent. 7. fam. 47. Tamen in ea cęna cocus meus præter ius feruēs nihil potuit imitari. Pæto. 9. 20. 7. Quæ cœnæ, quæ deliciæ? 12. Att. 2. ſe ad cęnas ita re deſiſſe, moleſte fero. Pæto. 10. 14. 6. Vides, ut te philoſophando reuocare coner ad cęnas? Pæto. 10. 24. 10. Quid ego illius prandia & cœnas commemorem? 2. Verr. 86. Cœnas facere & obire. 9. Att. 55.

Nec tamē eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiāt: quod erit, magnificum ſit & lautum. Pæto. 9. 39. T. Pinnarius amabiles ad me de te literas mittit, ſe maxime literis, ſermonibus, cœnis denique tuis delectari. 3. ad Q. fr. 14.

Cęnula.

Quid? uos heſterna, inquit, cęnula, non intellexiſtis me pecunia non egere? 5. Tuſc. 135. Deinde etiam uereor (licet enim uerum) dicere ne, neſcio quid illud quod ſolebas, dediſcas, & obliuiſcare cœnulas facere. Pæto. 9. 56.

Cœno.

Ego eo die caſu apud Pompeium cœnabam. epiſt. 3. & Attic. 250. Eo die cęnaui apud Craſſipedem ad Quint. fratr. 2. 8. 5. Cedo, quis umquam cœnauit atratus? in Vatin. 23. Quis unquā cœnauit in funere familiari cum toga pulla? in Vatin. 35. Cœnabit cum uxoris. ad Qu. fr. lib. 2. 9. 2. Manus laua, inquit, & cęna. de Or. 131. Socratem ferunt, &c. quo melius cœnaret, opſonare ambulando famem. 5. Tuſc. 137. At eodem te, cum cœnauiſſet, rediturum dixeras pro Deiot. 47. Cœnare foris. 3. ad Q. fr. 13. Qui cum in quandam cauponam diuertiſſent, ſimul cœnare, & in eodem loco ſomnum capere uoluerunt. de In. 63. Apud Pompeium in eius nuptiis eram cœnaturus. ad Qu. fr. 309. Cum Cæſar ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi ueniſſet, uilla ita completa militibus eſt, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, uacaret. 13. Att. 66. Hirtium ego & Dolabellam dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros. 9. fam. 39.

Cęnans.

Aduentabat autē βουλύσει cœnantibus nobis. Att. 15. 330. 3. Hac introducta cōſuetudine ſæpe inſcientibus nobis & cęnantibus oprebit. Tit. 16. ep. 21.

Cęnito.

Ego ſi ſocis cęnitatem Cn. Octauio familiari tuo non defuiſſem ep. 102. Itaque non deſino apud iſtos, qui nūc dominantur, cęnitare. Var. 9. 7. 3. Puto enim te audiſſe, &c. cęnitare me apud eos, illos apud me declamitare. 9. fa. 39. Cœnitare foris, itare ad cęnas. pro eodem. 9. fa. 56. 58. & 7. 30.

Cœnatus.

Cum illa munera inſpexiſſes cęnatus. pro Deiot. 30. Cęnato mihi, & iā dormitāti prid. Cal. Maias epiſt. eſt illa reddita. Att. 2. 31. 1. Quid igitur cauſę excogitari poteſt, cur te lautū noluerit, cenatū nolueris occidere? pro Deiot. 23. Qui ut cœnati quieſcerent, uiſum eſſe ei, qui, &c. de Diu 92.

Cœnaculum.

Romam in montibus poſitam, & cenaculis ſublatam atque ſuſpenſam, &c. de L. Agr. 93.

Cęnum.

Qua tum ſuperbia cęnum illud ac labes ampliſſimi ordinis preces, &c. pro Sext. 20. & pro Do. ſua. 38. Cœnum, pro homine inquinatiſſimo. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Sext. 7. Nunc autem ita differunt, ſic ſe dicere, omnes ſtultos inſanire, ut male olere omne cœnum. 4. Tuſc. 84. O cęnum, o portentum, o ſcelus. pro Do. ſua. 38. Si Protogenes Ialyſum illum ſuum cœno oblitum uideret, magno credo acciperet dolorē: &c. Att. 2. 36. 4.

Coeo.

Cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. 2. de Nat. d. 183. De ea concha loquitur, quam pinnam uocant. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum. Att. 103. Nullamq. ſocietatem neque ſceleris, neque prœmii cum homine ullo coieras. pro Sex. Roſc. 58. Vtinam Cn. Pompeii cū C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nūquam diremiſſes. 2. Phil. 46. Dixit Habito ſtatim de eo qui coiſſet, quo quis condemnaretur, illum eſſe liberum. pro Clu. 135. Collegia medius fidius Tribunis plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis, præda præſertim populari & ſpe largitionis oblata. pro Do. ſua. 37. id eſt, qui in abdito conſilia agitēt de euertendis locupletū fortunis. Auaritiam præfers. qui ſocietatem coieris de municipiis cognatique fortunis cū alieniſſimo. pro Roſc. Am. 52. Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c. pro Clu. 49. Cum hoc coire auſus es? poſt reditum in Senatu, 14. & pro D. ſua. 37. Coire, pro paciſci uel conſentire Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat. 2. Att. 54. id eſt, ſocietatē inire. In aliquem locū coire. Att. 7. 113. 14. Coire ſocietatem cum aliquo. 2. Phil. 46. & pro Quint. 51. Societas coitur. pro Sex. Roſc. 12. Quia communicatio cōſilii tali tempore, quaſi quædam admonitio uidetur eſſe officii, uel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem uel periculi, uel laboris Ruſo, 5. 19. 6.

Coitio.

Dubitatis quin coitio facta ſit. pro Planc. 43. Meſſala languet: non quo aut animus deſit, aut amici, ſed coitio c o s s. & Pompeius obſunt. Att. 4. 84. 7. Quod ſcribis te audiſſe in candidatorum Conſularium coitione me interfuiſſe, id falſum eſt. ad Q. ſ. l. 3. 1 1. Parad. 58. Si item de coitione voluiſſet, adiunxiſſet. pro Clu. 49. coitione dirempta. 4. Att. 53. Verumtamen nocturnis vigiliis & coitione hominum, iuſtitium illud concoeptum ac meditatum eſt. de har. reſp. 52. coitionibus excludi. 3. ad Q. ſ. 11.

Cœpi.

Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. 2. in Cat. 32. Recipere ſe cœpit in aliquem locum. Planc. Cic. 10. 15. 9. Reſpõdere impudentes cœpit. 3. in Cat. 57. Caietam, ſiquando abundare cœpero, ornabo. Att. 1. 2. 3. Neue inde nauis inchoandum exordium cœpiſſet. de Fat. 52. Si latro rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. ep. 153. Nihil autem erat illo blandius, nihil boe benignius: vt magis pœniteret cœpiſſe, quam licere deſiſtere. pro C. Rab. Poſt. 3. Neq. ſe ante cauſas amicorum tractare cœpiſſe, quam ius ciuile didiciſſet. de Or. 99. Cœpto. in Arat.

Cœptus.

Hortenſius igitur cum admodum adoleſcens orſus eſſet in foro dicere, celeriter ad maiores cauſas adhiberi cœptus eſt. de Cl. Or. 166. Is cum ſatis floruiſſet adoleſcens, minor haberi cœptus eſt poſtea. de Cla. Or. 127. Vt ille inficiator probaſſet iudici ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet cœpta deberi. 1. de Or. 82. Qua in urbe primum ſe orator extulit, primumque etiam monimentis & literis oratio eſt cœpta mandari. de Clar. Or. 23. Nũc de Rep. Conſuli cœpti ſumus. in Cat. 109.

Cœptus.

Atque ipſa inſtitutio hominis ſi loqueretur, hæc diceret, primos ſuos quaſi cœptus appetendi fuiſſe, ut ſe conſeruaret in ea natura, in qua ortus eſſet. de Fin. 115.

Coerceo.

Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputãs coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmẽtis. de Sen. 48. Ipſius uero mundi, qui omnia complexu ſuo coercet & continet, natura non artificioſa ſolum, &c. 2. de Nat. d. 85. Eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. off. 3. 29. Iis qui vi oppreſſos coercẽt, ſit ſane adhibẽda ſæuitia. 2. Off. 31. Alteri ſe Brutus obiecit, impetumq. furentis, atque omnia diuexare & diripere copientis vitæ ſuæ periculo colligauit, a progreſſu coercuit, a reditu refrænauit. 11. Phil. 291. Coercento ciuem noxium & nec obedientem magiſtratus mulia, vinculis, verberibus. 3. de Leg. 4. Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret. Att. 5. 110. 11. Vt uiri fortes acrioribus ſupplicijs ciuem pernicioſum, quam acerbiſſimum hoſtem coercerent. 1. in Cat. 2. Ego vero (ut iſtuc reuertar) is ſum qui nõ modo non ſupplicem, ſed etiam coerceam poſtulantes, vt ſibi ſupplicetur. Brut. Cic 16. 15. Cum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas. 2. de Fin. 3 Coercere aquam Top. 224. coercere auaritiam. Parad. 41. cupiditates coercere. 1. de Orat. 96. Improbitatem coercere. 5. Verr. 179. Hic cum homini & vehementi & diſerto, & in primis forti ad reſiſtendum Philippo quaſi quaſdam verborum faces admouiſſet, non tulit, & grauiter exarſit, pignoribuſque ablatis Craſſum inſtituit coercere. 3. de Or. 3. ideſt, hominem reprimere uel corrigere captis eius bonis. Interpellatorem coercere. in Or. 77. Nimis redundantes nos, & ſuperfluentes, & quaſi extra ripas diffluentes coerceret. de Cl. Or. 175. Temeritatem coercere. 2. Tuſ. 83. Nam ſi in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. 4. Aca. 117. Cum alterum ſequi, alterum uitare coercemur. ad Her. Iam ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno uerbo temperantia pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur. 2. de Fin. 61. Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel iam miſſum, coerceri reprimique non põteſt. 1. de Fin. 2. Genus eſt, aqua pluuia nocẽs: eius generis formæ, loci uitio & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur. Top. 20. In qua ego nactus (vt mihi uidebar) locum reſecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis. Att. 1. 13. 5.

Coercens.

Reſtat vltimus, & a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem Aether vocatur, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Nat. d. 146.

Cœtus.

Cœtus ciuitatis. de Fin. 2. 90. popularis. Ac. q. ed. 1. lib. 2. 6. Solennis cœtus. 7. Verr. 146. O præclarum diem, cum ad illud diuinum animorum concilium cœtumque proficiſcar, cumq. ex hac turba & colluuie diſcedam. de Sen. 76. Committere cœtum alicui. 3. de Or. 38. Hæc ego omnia, uix dum etiam cœtu ueſtro dimiſſo, comperi, domum meam maioribus præſidiis muniui atq. firmaui. 1. in Cat. 7. In cœtu concilioque proferre aliquid. 2. de Fin. 214. Neque ſorte dicendi pars, quoniam ita uoluiſtis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato ſermone prætermiſſa eſſe uideatur. 2. de Or. 128. cœtus matronarum. de Fin. 2. 9. cœtus nefarij. in Cat. 98. Concilia, cœtuſque hominum iure ſociati. de Somn. Scip. 8. Eius enim partis erat exemplar Salluſtius: quo ſiquam in unam uoraginem, cœtus omnium uitiorum exceſſerat. in Sal. 11. cœtus & ſermones habere. Aca. q. ed. 2. Dicendo tenere hominum cœtus. 1. de Or. 16.

Cogitate, cogitato, cogitatio, cogitatum, cogitatus, *Vide Cogito*.

Cogito.

Hæc ego repeto, & dies & noctes cogito. pro Deiot. 27. Tuſc. 5. 52. cogito hinc. 16. f. 23. ſub. proficiſci. cogito in Pompeianum ſtatim. 7. fam. 12. ſubaudito infinitiuo. Ludi Antij futuri ſunt pridie Non. eos Tulla ſpectare vult, inde cogito in Tuſc. Att. 27. cogito proficiſci. 13. fam. 79. id eſt, conſtitui & deliberaui. Nam illo loco libentiſſime ſoleo uti, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aut ſcribo, aut lego. 2. de Leg. 1. Nihil cogitat niſi atrox & ſæuũ. 8. fam. 45. in ep. Cæl. Qui alteri nocere cogitat, timet ne, niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. 1. Off. 36. Hoc eſt, dat operam ut alteri noceat. Incurſionem idolorum non ſolum uidemus, ſed etiam cogitamus. lib. 1. de Fin. 16. Cernunt, cogitant, ſentiunt omnia certiora animi. 2. de Diu. 206. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Fin. l. 5. 53. Cogitabam in Laterio. 2. ad Q. fr. 15. ſubaudito uerbo. Inde cogitabam Aſturæ. 14. Att. 3. Nihil enim his in locis niſi ſaxa & montes cogitabã. 2. de Leg. 3 Cras cogitabat. 9. ad Att. 2. ſcilicet proficiſci. Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. pro Mil. 152. Maximæq. reliquiæ rerum earum mouentur in animis & agitantur, de quibus uigilantes aut cogitauimus aut egimus. 2. de Diu. 206. cogita ad hæc, uel potius excogita. 9. Att. 16. Tu ipſe cum Sexto ſcire uelim quid cogites de exeundo, de totaq. re quid exiſtimes. Att. 7. 133. 4. Quid cogites in hoc faciendo, non intelligo. 3. ad Q. fr. 7. De hortis toto pectore cogitemus. Att. 207. Vt acrius aliquanto & attentius de claris uiris locorum admoniti cogitemus. de Fin. l. 5. 3. Sagaciter perueſtigare quod ſui ciues, iique, qui audiunt, cogitent, ſentiant, opinentur, expectent. 1. de Orat. 113. Nihil ut de utilitatibus, nihil ut de commodis ſuis cogitarent. lib. 1. de Fin. 27. Quidquid de ſua re cogitarit, in medium proferat. de Or. 2. 57. Docto & erudito homini uiuere eſt cogitare. Tuſc. 349. cogitare accuſationem. pro Mur. 42. Acutiſſime cogitare. 1. Off. 219. cogitare aliquid libidinoſe. off. 1. 23. cœpi egomet mecum ſic cogitare, Hem, nos homunculi indignamur ſiquis noſtrum interiit, &c. 4. fa. 17. Sed ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἰδώλων mihi aduolabit ad pectus. Caſſ. 15 16. 5. Sed quod ego nondum ſtatuo mihi eſſe dicendum, uos tamen id poteſtis cum animis ueſtris cogitare. 2. de L. Agr. 66. cogitare de aliquo cum ſolicitudine. Diu. l. 2. 107. Toto animo cogitare de aliquo. Lent. 1. 7. 11. De aliquo & ornamentis eius & commodis cogitare. Lent. 1. 7. 11. Quæ declarat illum in otio de negotiis cogitare. off. 3. 1. De pernicie alicuius cogitare. pro Flac. 1. Cogitare toto pectore de re aliqua. 13. Att. 14. Spe, atq. animo de ſe & gloria ſua cogitare. pro Rab. perduel. reo. 21. Vos ſæpius eandem rem animis agitare, & diutius uno de teſte cogitare poteſtis. pro Font. 278. cogitare difficillima, optare optima, ferre quæcumque erunt. 9. fa. 43. cogitare diu multumque. Diu. l. 2. 1. futura. Tuſc. q. l. 1. 26. grauiter. 1. f. 28. Sed mehercule ſi humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis, &c. Att. 14. 21. Facile animaduerterẽ eum cogitare male de me. 8. f. 36. in ep. Cæl. de Sen. 17. Ad ferendum dolorem placide & ſedate, plurimum proficit, toto pectore (ut dicitur) cogitare, quam id honeſtum ſit. Tuſc. q. 187. Proſcriptiones & dictaturas cogitare. 2. in Cat. 40. cogitare ſuper atque cæleſtia. Ac. q. ed. 1. l. 2. 118. Numquid uidetur tibi de uoluptatibus ſuis cogitaſſe. l. 1. de Fin. 19. Quando. n. me iſta curaſſe aut cogitaſſe arbitramini, nõ ſemper irriſiſſe potius, &c. 3. de Or. 50. Nihil. n. agens ne cogitari quidem põt quale ſit. Ac. q. ed. 2. l. 2. 37. Nulla ſpecies cogitari põt, niſi pulſu imaginũ. de Diu. 136.

Labor cogitandi.de Cl.Or.146.Nullum tempus agendi & cogitandi ſere aliqua præter mittitur.Lent.1.5.9.Nã multo veſtræ maiores,grauioreſque partes ſunt ad cogitandum, quam ad dicendum nez.pro Font.10. Sumere ſpatium vel tempus ad cogitandum.1.de Or.72.2.de Or. 58. Acer & acutus homo in cogitando.2.de Or.71.Alicuius vultum, obtutumque oculorum in cogitando noſſe. 3.de Or. 10.Cogitatum eſt crudeliſſime de te.11.Att.10. Ea quæ cogitata ſunt diligentiſſime, cadunt temere.10 ad Att. 40.

Cogitans.

Nihil vidi tam neſcio quid cogitans.10.Att.36. Sæpiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti,&c.de Am.25. Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum viſus emerſus e flumine. 2.de Diu.207.Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exẽplo aut præſidio ſit.ad Brut.10.

Cogitatus.

Cogitata ratio.de Ar.reſp.2.Meditatum & cogitatum ſcelus.2.Phil.89.Cogitatam libidinem in ſacrificiũ intulit Claudius.2.de Leg.36. Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum & diu cogitatas,eaſque tueor animi non corporis viribus.de Sen. 5. Quo cogitata ſunt omnia diligentius,eo facta ſunt imprudentius.10.Att.41.

Cogitatum.

Illius non modo acta,verumetiam cogitata.14.Att.34.Omnia cogitata eius.14.Att.12.1. omnes cogitationes. Cogitata optimæ mentis euuolare.10.fa.14. in ep.Planci.Perficere cogitata.pro Deiot.13.Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur.1.de L.Agr.1.Ex cæteris dictis, factis, cogitatiſque Sex.Næuii quiuis poteſt intelligere.pro Quint.61.

Cogitatio.

Cogitatio,prudentia, mens,conſilium (pro ratione) de Nat. de.2.14. Cogitatio (nihil eſſe quod accidere non poſſit) vna maxime moleſtias omnes extenuat & diluit.Tuſc.3.31. Cogitatio quamuis poteſt regionem amplecti,& in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari,&c.ad Her.22.Acerrima atque attentiſſima cogitatio.3.de Or. 10. Cogitatio diuturna nihil eſſe in re mali,dolori medetur, nõ ipſa diuturnitas. Tuſc.q.3.63. Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet,quam tu quoque approbas, &c. Att.7.14. Ipſa enim cogitatio de vi & natura deorum ſtudium incendit illius æternitatis imitandæ:neque ſe in breuitate vitæ collocatam putat, cum rerum cauſas alias ex aliis aptas & neceſſitate nexas videt. Tuſc.5.52.Cogitatio informata.1.Att.3. Hæc me ſpecies cogitatioque perturbat.Att.14.320.3. Sapientis enim cogitatio nõ ferme ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos.5.Tuſc.156 Tacita cogitatio.3.Off.6. Vt aſpectus, ita cogitatio minus valet,&c.ad Her. 3.126. Cogitatio in vero exquirendo maxime verſatur. Off.1.183. Omnis autem cogitatio motuſque animi aut in conſiliis capiendi de rebus honeſtis, & pertinentibus ad bene beateque viuendum, aut in ſtudiis ſcientiæ cognitioniſq. verſabitur.Off.1.31.Cogitatio in ſeipſa vertitur.1.Off.219.Subitam orationem cõmentatio & cogitatio facile vincit.de Or. 97.Aliquid cogitationis multæ atque otij.2.Att.34.Motũ iſtũ celerem,cogitationis acumen,ſolertiam, quam rationem vocamus.3.de N.d.50.Cogitationis tacito dũtaxat conuitio te verberaui.16.fam.35.excep. Q.Cicer.Motus cogitationis celeriter agitatus,per ſeipſe delectat.in Or.74. Agitatio mentis,quæ nũquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis etiam ſine opera noſtra continere.1.Off.31. Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi.Att.9.183.4. Cogitationem a conſuetudine abducere.Tuſc.1.31.Ad aliquam cogitationem ſpe deduci. Att.9.18 [illegible] 1.Ad ſenſum cogitationemque res acerba. 3.Verr. 39. Ad co[illegible]tionem conſulatus bimeſtris eum tranſtuleçint. 10.fam. 5 [illegible] .Plan.Excitate memoriam ad timoris præteriti cogitati[illegible] Sext.8.Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitati[illegible]tiam auoca. Sec.Cic.4.5.15.Nam ſi tantummodo ad cogitat[illegible] valent,&c.1.de N.d.145.Cogitationem hanc toto pectore [illegible]lectare.12.Att.45. Cogitationem a miſeriis auertere.6.fa[illegible] Cicero tuus nunquam videtur dimittere cogitationem,cu[illegible] 101.Brut.90.Quæro enim a vobis,num vllam cogitacionem [illegible] ſe videantur hi, qui hanc Remp.tam præclare fundatam [illegible] reliquerunt,aut auri, aut argenti ad auaritiam:&c.in Para[illegible] 10.Quod ne in cogitationem quidem cadit. 2.de Nat.d.16.Inducere animum in ſpem, cogitationemque meliorem.de Amic. 52. Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt vt tu veneris, & nos ſæpe incidimus.4.fam.16.cogitationem ponere in re aliqua facienda.1.ad Q.fr.31.Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, vt,&c.

nal.Cic.in ep.ad Att.8.168.1.Attende enim pauliſper,& cogitationem ſobrij ad punctum temporis ſuſcipe.in Ant.166.Quæris vt ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putem. Att.14.318.6.Ibidẽ.9.24.cogitatione aliquid aſſequi. 11.Att. 47.Omne illud tempus meridianum Craſſus in acerrima & atteutiſſima cogitatione poſuit.de Or.144. Complecti cogitatione abſentem.3.fam.48.Tuſc.q.1.42. Nequeunt, qualis animus ſit vacans corpore, intelligere,& cogitatione comprehendere. 1.Tuſc.41.Comprehendere aliquid animis,& cogitatione. pro Flac.52. Comprehendere rationem ſenſu aut cogitatione.3.de Or.12.Conquirere aliquid cogitatione.2.de Or. 71. Nihil conſequi cogitatione.2.de Sen. 37. Connectere ſe animo & cogitatione aliquo.1.de Or.4. Deinde cum mens moueatur ipſa per ſeſe,ut & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c. Acad.q.ed.1.l.2.45. Cogitatione quiduis poſſe depingere mẽs noſtra uidetur.de Nat.d.1.39.Ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate ſapientis. Acad.quæſt.ed.1.l.2.61.cogitatione ſibi aliquid fingere.3 de Nat.d.33.pro Mil. 59. Aliquem defixum eſſe in cogitatione.3.de Or.10.Ponere tempus in cogitatione.3.de Or.10.In aliqua cogitatione ac cura verſari.2.de Or. 100.Verſari in auditione & cogitatione.2.de Or. 71. cogitatione omni curaque in Remp.incumbere.10.fam.2. Percutere aliquem inani cogitatione.pro Mil.60.Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio & cogitatione nulla,&c.4.Ver.93.cogitatione futura percipere. Off.1.113.Sic enim dicebas percipi ſpeciem dei cogitatione,non ſenſu, nec eſſe in ea ullam ſoliditatem,nec,&c.de Nat.d.1.74. paulo poſt, Tantummodo ualet ad cogitationem. Percurrere multa animo & cogitatione.1.de Or.110. Quapropter a natura mihi uidetur potius, quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi,cum quodam ſenſu amandi, quam cogitatione,quantum illa res vtilitatis eſſet habitura.de Amic.161. Sed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſeiũgere.4.Tuſc. 44. Quod cogitatione magis a uirtute poteſt,quã re ſeparari.1.Off.135.cogitatione tota uidere te cupio 16.fam. 9.cogitatione uel impetu quodam animi uti.11. Att.7.Vti cogitatione ad res quam optimas.1. Off. 184.cogitationes acerbæ.Tuſcul.3.30.Liberæ cogitationes.pro Milo.59.cogitationes molliſſimæ.Tuſc. 1.79. Verſantur in animo meo multæ & graues cogitationes.2.de L.Agr.21 Fere ſit, ut cogitationes ſermoneſque noſtri pariãt aliquid in ſomno tale, quale eſt id de quo ſæpiſſime uigilantes ſolemus cogitare & loqui. Somn. Scip.4. Cogitationes poſteriores,ſapientiores.12. Phil. 321. Vigilantes cogitationes inſunt in animis.1.de Diu.207. In cogitationum ſuarum conſilium adhibere deſperationem.6.fa. 2. Fallere ſpem cogitationum & conſiliorum.1.de Or. 2. cogitationũ omnium ſummam facere.1.fam.36.Nihil enim altum,nihil magnificum,ac diuinum ſuſpicere poſſunt,qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. de Amic. 31. Omnes curas cogitationeſq. in rem aliquam conferre.2.Off.3.Et meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruulam cynoſuram,ſed ad Elicẽ & clariſſimos Septentriones, ideſt, rationes has,latiore ſpecie,non ad tenue limatas. Acad.quæſt. edit.1.lib.2.60.allegoria eſt, & metaphora a nauigantibus ſumpta.Explicare cogitationes.Att.10.196.2. Cogitationes ſuas mãdare literis.Tuſ.1.5.Mentes cogitationeſque inſtẽtare.pro Flac. 2.Tacitas cogitationes extimeſcit.pro Ligar. 4. Petere ueniam errato ex itineris cogitationibus alicuius.pro Syl.48.Proponere ſibi exercitationem in quotidianis cogitationibus.1.de Or.74

Cogitate.

Quæ uero accurate,cogitateq. ſcripſiſſet, ea ſic uidi probari, ut ad ueterum laudem peruenirent.pro Ar.13

Cogitato.

Sed in omni iuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi,quæ plerumque breuis eſt, & ad tempus,an cõſulto & cogitato fiat iniuria.1.Off.40.

Cognatus.

Fecit amicus recens & cognatus uoluntarius. 4. Verr.98.Incidiſſemus etiam in illos,in eos,in cognatum tuum. Att. 213. Cognatam ſibi formam Deus mundo dedit. de Vniu. 21. Mentibus noſtris aliquid eſſe cognatum.3. de Or. 109. Affines atque cognati alicuius.poſt red.4.Amici & cognati alicuius.pro Cec. 11.Propinqui,cognatique optime conuenientes.pro S.R.59.

Cognatio.

Multis officij aliquorum uſurpata & comprobata cognatio. 7.Verr.97.Cognatio conſentiens,conſpirans, continuata.de N. d.2.14.Materna cognatio Tranſalpini generis. poſt red.in Sen. Cognatio naturæ, & quaſi concentus atque conſenſus, a Græ

cis

equidē aut ille ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior,&c.1.de Fin.39. Dereliquia nihil melius ipſo eſt. ceteri & cetera eiuſmodi:vt ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis,quam videre. Sulpic.l.4.4.18.ceteri philoſophi motum inanem vocant.de N.d.1.75. In partitione quaſi mēbra ſunt, vt corporis,caput, humeri, manus, latera,crura,pedes,&c.in Top.15.Vt dignitas,indignitas,humanitas,inhumanitas,&c. generis eiuſdem.in Top.24. Sane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus.pro Q.6.ceterarum rerum.pro,in ceteris rebus.Si mihi filius gignitur, iſq. prius moritur,&c.tum vt mihi ille ſit hæres.2.de Ora.77. Hunc quaſi gradum quemdam atq. aditum ad cetera iactum intelligetis.2.de L.Agr.47.Agas aſellum,&c.2.de Or.143.Eandem uirtutem iſtam veniet tempus eum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit,itemq. &c. Att.l.2.34.4.Apud ceteros autem philoſophos qui quæſiuit aliquid,tacet.de Fin.64. Tu Rulle, miſſos.n. facio ceteros.cont.Rul.63. Is & ceteras tabulas complures pinxit,& Helenæ ſe pingere ſimulachrum velle dixit.de Inu.62. Q. Calidius cum ceteris Siculis eques Rom.in Verr. 209.

Ceteroqui, ſiue Ceteroquin.

Ego ceteroqui animo æquo fero.9.f.20.& 5.ad Att.48.& 12.3.Nō enim poeta ſuauis,verū etiam ceteroqui doctus, ſapienſq. traditur.de N.d.1.42.ceteroqui ſatis grauiter.16.Att.10. O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pęne fugienda?14.Att.30.Eius Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio,ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum: ceteroquin mihi locus non diſplicet. ad Leptam,l.6.19.1. Adhibet quidem hic ſubtilis,quem,niſi q ſolum,ceteroquin recte quidam vocant Atticum.in Or.46.

Ceterum.

Ceterum ne quidquam periit ille,&c.Att.285.Ceterum quis nō imperabit?Att.230.Ego me in Cumano & Pōpeiano, pręter quā q ſine te,ceterū ſatis cōmode oblectabar. ad Q.f.l.2.15.50.

Character.

Sed iam ipſa forma reſtat,& character ille qui dicitur,qui,&c. in Or.73.Sed in omni re difficillimum eſt formam (quod χαρακτὴρ Græce dicitur) exponere optimi: quod aliud aliis uidetur optimum.in Or.19.Dic mihi verum,num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat.ad Q. fr l.2. 16.15.

Charta.

Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur.ad Q.fr.l.2.35.Charta ipſa ne nos prodat,pertimeſco.2. Att.50.Inopia chartæ minus ſcribitur. Att.5.91.5. Chartam tibi deeſſe mea cauſa eſt. 5. Att.9. An hoc ſignificas, nihil fieri? frigere te?ne chartam quidē ſuppeditari? ep.104. Chartæ quoq. quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerūt.pro Cœl.31.Auditæ, viſæq. merces fallaces quidem & fucoſæ, chartis & linteis & vitro delatæ.pro C. Rab. Poſt.24. Voces triſtificas chartis promebat Tuſcis.1 de Diu.39.

Chartula.

Miror quid in illa chartula fuerit,quod delere malueris, quā hæc ſcribere.ad Trebat. l.7.18.5.

Carus.

Carus apud aliquem.3.f.35.Carus beneficiis.7.f.50. carus omnes atq. iucundus.4.in Cat.83. Ennius carus fuit Africano.pro Arch.190.carus atq. iucundiſſimus vir.pro Cluētio.16u.de Cl. Or.50.Hortemurq. potius liberos noſtros, ceteroſq. quorū gloria nobis & dignitas cara eſt,&c.1.de Or.11.carum,ipſum uerbū eſt amoris,ex quo amicitiæ nomen eſt ductum.de N.d.1. 84 carum me habes.ad Brut.43.in ep.Bruti. Quem nos, &c.in primis amamus,carumq. habemus.ad Lent.l.1.7.37.Quem tibi carum eſſe gaudeo.Cœl.l.2.15.14.Diligi,& carum eſſe iucundum eſt. de Fin.60.His carum & iucundum eſſe maxime prodeſt. de Pet. Conſ.12.Sibi quemq. carum eſſe.de Fin.131.Qui ſibi cari ſunt, ſeſeq. diligunt.de Fin.l.5. 26. Poſtulare a diis immortalibus vt cari ſimus,& ab illis diligamur.3.de Fin.102.2.Off.41. Atq. in has clades incidimus, dum metui, quam cari eſſe & diligi voluimus.Off.38 Omnes ſuos etiam,quibus iraſcitur crebrius, tamē caros habet,me quidem ſeipſo cariorem.Att.10.203.2. Speroq. Iudices, vt eos, qui principes fuerunt cōſeruandæ ſalutis aut dignitatis meæ,diligitis & caros habetis: ſic,&c. pro Corn.Balb. 48.Te tanti facio,ut paucos æque ac te caros habeā.Att.9.178.4.Si in homines caros,iudicibuſque iucundos,inuehare.de Or. 237.Omnium ſocietatum nulla eſt carior,quam ea,quæ cū Rep. eſt.Off.12.cariorem te habeo in dies.10.f.50.in ep.Planci. Mihi uero & propter indulgentiam meam,& propter excellens eorum ingenium, vita ſunt mea cariores.ad Q.poſt red.1. Nec tamen ego ſum ille ferreus,qui fratris cariſſimi, atq. amantiſſimi præſentis mœrore non mouear.4.in Cat.75. Cum apud me viderem homines mihi cariſſimos & amiciſſimos, &c.2. de Or.9. Parentes cariſſimos habere. poſt reditum in Sen.1.

Caritas.

Caritas,deorum,patrię,aut parentum eſt. Part.30.caritas alicuius,id eſt in aliquem.pro Rab. Poſt. 10. de Prou. Conſul.24. caritas & laus,ſunt vitæ ſine metu degendæ pręſidia firmiſſima. de Fin.l.1.28.Hominum caritas & amicitia gratuita eſt. de N. d.1.86.Sed hoc pręclare legibus comparatum eſt,ut caritas liberorum amiciores parentes Reip.redderet.Brut.12.3. Nulla eſt caritas naturalis inter bonos.de N.d.1. 85. caritas patriæ tanta eſt,ut eam non ſenſu noſtro,ſed ſalute ipſius metiamur. Tuſc.1. 75.caritas ſequitur uirtutem.Læl.55.caritas tui.10. f.11.& 46. Societatem caritatis cum ſuis coierit.1.de Leg.46. Ipſe enim ſe quiſq. diligit, non vt aliquam a ſeipſo mercedem exigat caritatis ſuæ,ſed quod per ſe ſibi quiſq. carus eſt.de Ami.68.Parcendum eſt autem maxime caritati hominum, ne temere in eos dicas qui diliguntur.2.de Or.132. Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ, ſed caritatem illius neceſſitudinis & beneuolētiam non ademit.pro Sext.4.caritatem conciliat virtutis defenſio.2. de Or.114.Liberalitas,qua qui vtuntur,beneuolentiam ſibi cōciliant,& (quod aptiſſimum eſt ad quiete viuendum) caritatem. 1.de Fin.81.caritatem ciuium,& gloriam concupere.1. Phil.21. Quid ex eo conſecutus eſt?laudem,& caritatem.de Fin.59. Ipſi autem intelligamus a natura gigni ſenſum diligendi,& beneuolentiæ caritatem,facta ſignificatione probitatis.de Am.31. Patriamq. quæ mihi erat cariſſima,propter ipſius patriæ caritatē, reliquiſſem,&c.pro Sext.44.Cum cogniti ſunt,& regum filij inuenti,retinēt tamen caritatem in paſtores, quos patres ſuos diu eſſe crediderunt.de Am.109.Cui nos & caritate & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare.12.f.39.in ep. C.Trebonij Primum ex ea caritate,quæ eſt inter natos & parētes:quæ dirimi,niſi deteſtabili ſcelere nō poteſt.de Am.27.4.Aca.q.253 Nam aut caritate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, ut parentum:aut amore,ut fratrum, ut coniugum,ut liberorum,ut familiarium. in Part. 30. caritate patria ea præſtare debet, qua Reip.nomen uniuerſę ciuitatis eſt.2.de Leg.4.Non poſſum animo æquo videre tot,tam importunos,tam ſceleratos hoſtes:nec id fit faſtidio meo,ſed caritate Reip.12.Phil.333.caritate beneuolentiaq. ſublata,omnis eſt e uita ſublata iucunditas. Læl.84. Omnes omnium caritates patria complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere,ſi ei ſit profuturus? 1.Off.83.

Charybdis

Quæ Charybdis tam vorax?Charybdim dico?quæ ſi fuit, fuit animal unum.2.Phil.76.Deinde uidendum eſt, ne longe ſimile ſit ductum.Syrtim patrimonij,ſcopulū libentius dixerim: Charybdim bonorum,voraginem potius:&c.3.de Or.89.Quem denique tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerūt,quæ tantos exhaurire gurgites poſſet,&c. de har.reſp.55. Non enim Charybdim tam infeſtam,neque Scyllā nautis,quam illum in eodem freto fuiſſe arbitror.7. Verr.114.

Chirographus, & Chirographum.

Itaq. cum veſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei.Trebat.l.7.34.Exemplar chirographi.Plancus Cic.l.10.21.7.Id quoq. L.Labienus fecit, cum chirographum ſex primorum imitatus eſt.3.de N.d.54. Quo me teſte conuinces?an chirographo? in quo habes ſcientiam quæſtuoſam.qui poſſis?ſunt enim librarij manu.2. Phil.35. At Lateranenſis,vir ſanctiſſimus,ſuo chirographo mittit mihi literas, &c. Plancus Cic.l.10.21.6. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.Cęl.l.2.12.8.Neq. chirographo meo utar, neq. ſigno,ſi erunt literæ,quas in alienum incidere nollem.2. Att. 51. Ipſa chirographa omnia,&c.10.f.43.in ep. Planci.chirographa,teſtificationes, iudicia, quæſtiones, manifeſtam rem deferre.de Cl. 190.chirographis eius credidi.10.f.41.in ep. Plāci.chirographa alicuius defendere.12.f.2.chirographa deferre. de Cl.Or.151. An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæſaris firma erunt?in Ant.156.

Chirurgia.

Chirurgia uel diæta curari.4.Att.14.

Clamys.

Citharędus palla inaurata indutus,cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta.4. ad Her.226. L. vero Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit, Antiochumque deuicit, non ſolum cum

chlamyde, ſed etiam cũ crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. pro C.Rab.Poſt.16.

Chlamydatus.

Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella ſæpe vidimus chlamydatum L.Sillam Imperatorem.pro Rab.Poſt.16.

Choragium.

Aut quod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur. ad Her.39.

Chorda.

Nam voces vt chordæ ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. 3. de Or. 219. Itaque plectri ſimilem linguam noſtri dixere, chordarum dentes. de Nat.de.56.

Choreus.

Dichoreus eſt, cum duo extremi chorei ſunt, id eſt, e ſingulis longis & breuibus. in Or.211.

Chorus.

Velut iſte chorus uirtutum in equuleum impoſitus. Tuſc.5. 25. Poteſt igitur quidquam eſſe utile, quod ſit huic talium uirtutum choro contrarium? 3.Off.58. Ego, ut poſtulas, Baiana negotia, chorumq. illum, de quo ſcire uis, cum perſpexero, tum ſcribam, nequid ignores. Att.14.305.2. Saltatores, citharistas, totũ denique comeſſationis Antonianę chorum. in Ant.197. Tu quidem Epicurũ pęne e philoſophorum choro ſuſtuliſti. de Fin.lib. 2.20. catilinam interea alacrem atque lætum, ſtipatum choro iuuentutis, &c. pro Mur. 46. Χρεῶν ἀποκοπὰς ... ſexcenta alia ſcelera moliri. 7. Att. 37. Χρυσοῦ μὲν ... Attici noſtri. 7. fam. 51. in ep. Man. Curij.

Chronos.

Χρόνος, id eſt temporis ſpatium. 2. de Nat de.47. Χρύσεα χαλκείων. 6. ad Att. 18.

Cibus.

Grauis cibus. 2. de Nat. de. 35. Sed animi cultus ille erat ei, quaſi quidam humanitatis cibus. de Fin.lib.5.50. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti uera contrariam. 1. de Diu.111. Cibus ſuauiſſimus, & idẽ facillimus ad concoquendum. de Fin.lib.2.54. Tantum cibi & potionis adhibendum ut reficiantur uires, non opprimantur. de ſen.32. Cibi reliquiæ quomodo depellantur. 2. de Na.de.104. Iam uero operibus hominũ, id eſt manibus, cibi etiam & uarietas inuenitur & copia. 2. de Nat.de.225. Sin poſtea, quam cibũ cepiſti, uideris tibi me poſſe conſequi, tuum conſilium eſt. Tironi, 16. famil.3. Animalia cibum partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum, &c. de Nat.de.50. Ferre cibum liberis ſuis parentes prohibentur. 7. Verr. 91. Nullum cibum tam grauem eſſe putat Cleanthes, quin is nocte & die concoquatur. de Nat. de.2.18. Introferre cibum alicui. 7. Ver.98. Cibo, potione, ſpiritu tenetur animantium uita. 2. de Nat.de.101. Cato negat uerũ eſſe, allici beneuolentiam cibo. pro Mur.141. Quid quod ne mẽte quidem recte uti poſſumus, multo cibo & potione completi? Tuſc.5.72. Vt enim cum cibo potioneque fames ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert uoluptatis: ſic in omni re, doloris amotio ſucceſſionem efficit uoluptatis. 1. de Fin.56. Democritus quidem optimis uerbis cauſam explicat, cur ante lucem galli canant: depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo & mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. 2. de Diu.84. Nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus. 1. de Diu.107. Eo cibo (utebatur) qui & ſuauiſſimus eſſet, & idem facillimus ad concoquendũ. 2. de Fin.103. Cibo quo utare, intereſſe aliquid ad mentis intelligentiam putat. de Nat. de.2 30. In iis ciborũ reliquiis ineſt calor, quas natura reſpuerit. de nat.de.2.18. Terra cibos fert, & ut mater ſuppeditat. de Leg.183.

Cibaria.

Facta ſunt uberiora cibaria caritate. 5. Ver.185. Cibaria metiri. 5. Ver.60. Dare cibaria alicui. Att.6.114.11. Ferre plus dimidiati mẽſis cibaria, q mos erat Romanorũ militũ. Tuſ.2. 32. Anſeribus acria ibi publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut ſignificent ſi fures uenerint. pro R.Am.33. Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? Att.6.114.10. Cibaria uobis præberi uidemus. pro Sext.Roſc.27. Et exiſtimare debes eo minus ad te, uel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate perueniſſe. ep. 76. Reportare ex cibariis per magnam pecuniam. 5. Verr.187. Quę ſtores liberaliter ex iſtius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerũt. 4. Verr. 8.

Cibarius.

Ptolemæo peragranti Aegyptum, comitibus non cõſecutis, cibarius panis in caſa datus eſt. Tu ſc.5 47.

Cicatrix.

Lucolentam ipſe plagam accepit, ut docet cicatrix. 7. Phil. 228. 7. Verr. 3. Quoniam cicatrix eſt, fuit vulnus. de Inu. 52. Nu refricare obductam in Reip. cicatricem uiderer. 3. de L. Agr. 3. Nec ſi aliquot annis poſt, idem ille liber captiuus miſſus eſſet, vulneribus mederetur, ſed cicatricibus. 3. Tuſc.92. Ipſe arripuit M. Aquilium, &c. ve cicatrices populus Romanus iudiceſque aſpicerent aduerſo corpore exceptas. 7. Verr. 3. Et iudicibus cicatrices aduerſas ſenis Imperatoris oſtendere. de Or.119.

Ciconia.

Ciconia. de Fin.103. auis nota.

Cicur.

Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. 5. Tuſc. 54. Quæ vero & quam varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum? 2. de Nat. d.73. Quod ſi hæc apparent in beſtijs, volucribus, agreſtibus, nantibus, ſuibus, cicuribus, feris, primum vt ſe diligant, &c. de Amic.68.

Cieo.

Abſurdo que ſono fontes & ſtagna cietis. 1. de Diu.25. Ciere tetros cruciatus. Tuſc. 2.15. Nã omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. 2. de Nat de.:4. Eoque motu, cuius orbis ſemper in eodem erat, eodemque modo ciebatur, vndique eſt eos complexus. de Vniu.71. Cieri motu interiori & ſuo: vt ἔμψυχα, id eſt, animata. Tuſc.1.45. Somn.Scip.32. Sic ex corporis totius natura & figura varios motus cieri tanquam in cantu ſonos. 1. Tuſc.32. 2. de Nat.de.115. Partem attingit, qua cieri ſenſus poteſt. de Vniu.35.

Ciens.

Naturæ iſta ſunt omnia cientis, & agitantis motibus & mutationibus ſuis. 3. de Nat.de. 37. Naturam eſſe vim ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios. de nat.d.42.

Citus.

Iam mari magno claſſis cita texitur. 1. de. Diu. 118. Vox cita, tarda, acuta, grauis. de Or.163.

Cito.

Quẽ tu non tam c. Rhetorem dixiſſes, (etſi nõ deerat oratio) quam, vt Græci dicunt, πολιτικόν. de Cl.Or.144. Sed neque verbis aptiorem c. alium dixerim, neque ſententiis crebriorem. de Cl.Or.143. Qui non c. quid diſcit, nunquam omnium poſſe perdiſcere. de Or.156. Si diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, c. firmus eris. ep.264. Orationem tibi etiam ſi non deſideras, mittam c. Att.54. Quid ergo potiſſimum ſcribam? quod velle te puto, c. me ad te eſſe venturum. Varroni, lib.9.3.1. Ego te, vt ſcribis, c. videbo Att.51.

Citius.

Vt vicinum c. adiuueris, quam fratrem. Off. 12. Orbis hic in Republ. eſt conuerſus c. omnino quam potuit, id culpa Catonis. Att.28. Vox me c. defecerit, quam nomina. Verr.5 13. Etiam c. veteratoriam, quam oratoriam diceres. de Cl. Or.186. C. diserim iactaſſe ſe aliquos, &c. 2. Phil. 47: Ego autem c. cũ eo veterem coniunctionem diremiſſem, quam nouam conciliaſſem. ep. 41. C. hercule is, qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernarit. 1. de Or. 85. Citiuſque repentinus oculorum tumor ſanatur, quã diuturna lippitudo depellitur. Tuſc.227. Citiuſque amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, quam illius odio quidquã de noſtra beneuolentia detrahatur. 5. fam. 6. Citius, pro potius.

Cito.

Citat præco maxima voce legatos Aemonenſes. pro Fl. 153. Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, &c. 4. Verr. 68. Quorum ſtudium legendi, non ſcribendi ſtudium vehementius in dies citant. de Diu. Primum igitur in hanc rem, teſtem totam Siciliam citabo. Verr.138. In hac re te, te inquam, teſtem Neui citabo. pro Quint. 20. Tu ipſe paulo ante, cum tanquam Senatum philoſophorũ citares, ſummos viros deſipere dicebas. de nat.50. Citatũ reus, agitur cauſa. pro Clu.44. Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquiq. Græci, qui hoc anapæſto citãtur, hoc nõ dolere ſolũ voluptatis nomine appellaret, &c. de Fin.3 1. Oẽſq. hi abs te capitis c. Rab. nõe citãtur pro Rab.97. Nominatimq. alij citabantur, alij relegabantur. Poſt.221. Ego, qui nũquã a Trib.pl. ſum citatus. pro Do.230. Nõ citatus affui. pro Dom. 226. Qui neque adeſſe ſit iuſſus, neque citatus. pro

Do.

Do.11. Citeturq. Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. 1. Off 106. Tota deniq. rea citaretur Hetruria. p Mil. 1ts. Cũ equeſter ordo reus a Conſulibus citaretur. pro Sext. 30. Cum datis teſtibus, alij tamen citarentur. de Fin. 77. Quem is, vti Panormum venit, ad ſe vocari, & de tribunali citari iuſſit, concurſu magno, frequentiaque conuentus. 7. Verr. 13. Cognoſcite nunc ita reum citatũ eſſe illum, vt re ſemel atque iterum præiudicata cõdemnatus in iudicium venerit. de Cl. 27. Teſtiũ tanto numero citato. 3. Ver. 33. Vt iam illius temporis venit mihi in mentem, quo die citato reo mihi dicendum ſit, non ſolum commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. 1. Verr. 22. Quo quidem die primum Iudices, citatũ in hunc reum conſediſtis. 3. Verr. 12.

Cilicium.

Cum iſte ciuitatibus frumentum, corda, cilicia, ſaccos imperaret. 3. Verr. 67.

Cincinnus.

Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. in Piſ. 84. Atque eo citius in oratoris, aut in poetæ cincinnis a fuco offenditur. 3. de Or. 56.

Cincinnatus.

Quo vultu cincinnatus ganeo, non ſolum ciuium lachrymas, uerum etiam patriæ preces repudiauit. Poſt red. in Sen. 10.

Cingo.

Diligentiuſque urbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis. 3. de Nat. d. 137. In campo Marcio ſepta marmorea ſumus & tecta factori, eaque cingemus excelſa porticu. Att. 66. Aſia nunc nouis Trib prouinciis cingitur. de Prou. 76. Quid autem interius mente? cingatur igitur corpore externo. 1. de Nat. d. 20.

Cinctus.

Non enim corona conſeſſus ueſter cinctus eſt, ut ſolebat. pro Mil. 1. Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atq. prouincia, quę mari cincta, portibus diſtincta, inſulis circumdata eſſet. pro Flac. 21. Sicilia multis vndique cincta periculis. pro Pomp. 9. Gorgonis os cinctum anguibus. 10 Verr. 229. Teſtis eſt Sicilia, quam multis cinctam periculis, non terrore belli, ſed celeritate conſilij explicauit. pro L. Mau. 20.

Cingulus, & cingulum.

Cernis terram quaſi quibuſdam redimitã cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diuerſos vides, &c. de Som. Scip. 126.

Cinis.

Homo importuniſſime, &c. cur hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſſiſti, ut liberi eius bona patria, uoluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi eſſet commodum condonares? 3. Verr. 79. Videte quid Antonius ſe gauiſum dicat: de diſſe pœna ſceleratum Trebonium cineri atque oſſibus clariſſimi viri. 13. Phil. 360. Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam, domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult reportare. 7. Verr. 100. Obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c. pro Quint. 65. Niſi miſerandum patriæ viderint cinerem. ad Her. 26.

Circa.

Cum Rullos Capuam & vrbes circa Capuam occuparit. c. R ull. 64. Ex literis tuis intellexi perſpectum tibi eſſe animum meum circa curam valetudinis tuæ. ep. 134. Noſtram ambulationem, & quæ circa ſunt, velim, cum poteris, inuiſas. Att. 60. Aiebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet. Verr. 102.

Circiter.

Scire enim iam puto, ubi Panſam expectat, ſi, vt conſuetudo eſt, in prima prouincia c. Cal. affuturus videtur. Att. 12. 245. 2. Nos c. Cal. in Formiano erimus. Att. 25. Verum hæc in Arpinati ad feſtum c. Idus Maias non defleamus. Att. 2. 32. 2. Deinde iter faciam ad exercitum, vt c. Id. Sext. putem me ad Iconium fore. App. Pulchro, lib. 3. ep. 5. 11.

Circuitio, circuitus. *Vide, Circumeo.*

Circulator, circulo, circulus. *Vide poſt Circus.*

Circum.

Tum Neuius ipſe pueros c. amicos dimittit. pro Q. 13. Verſatur mundus c. axem cæli, admirabili celeritate. de N. d. 2. 37. c. æqualiter cælum mundo diſtribuit deus. de Vniu. 45. Ea copia quam c. Capuam comparaſtis. Att. 129. Vrbes, quæ c. Capuam ſunt. cont. Rul. 64. c. ciuitates. 5. Verr. 53. Ij qui c. eum ſunt omnia poſtulantes. Att. 144. Tẽpla quæ c. forum ſunt. de Opt. 243. c. fora aliquem rapere. 6. Verr. 67. c. fora omnia ſectari. 4. Verr. 122. c. hæc loca commorabor. 3. Att. 29. c. ſe torquetur & vertitur cælum. de Vniu. 25. Curſare iſte homo potens cum filio blando & gratioſo c. tribus. 2. Verr. 16. Volo c. villulas noſtras errare. Att. 123.

Circumcirca.

Circumcirca proſpicere regiones. 4. f. 17. in ep. Ser. Sulp.

Circumcido.

Teſtatur ſæpe Chryſippus, tres ſolas eſſe ſententias, quæ defendi poſſint de finibus bonorum, circumcidit & amputat multitudinem. Acad. 35. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, &c. 5. de Fin. 70. Sin cuipiam nimis infinitum uidetur, quod ita propoſui quacumque de re, licet hinc quantum cuique uidebitur, circumcidat atq. amputet: tamen illud tenebo, &c. 1. de Or. 34. Circumciſa atque dirempta aditu planities. 6. Verr. 95. Vt ſapiens ſolũ amputata, circumciſaque inanitate & errore, naturæ finibus contentus. 1. de Fin. 70.

Circumcludo.

Nunc ſi L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circũcluſus ac debilitatus, ſubito pertimuerit, ſententiam mutauerit, &c. 2. in Cat. 35. Num infitiari potes, te illo ipſo die meis præſidiis, mea diligentia circumcluſum, commouere te contra Remp. non potuiſſe? in Cat. 5.

Circumdo.

Adiungit grauem pœnam, ſiquis eorum uincula reperit: horribiles cuſtodias circumdat. 4. in Cat. 80. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. pro Quint. 19. Vallo & foſſa circumdedi oppidum. ad Cat. lib. 15. 4. 28. Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circumdediſti. 1. de Or. 138. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit: deinde cum circumdedit corpore, & ueſtiuit extrinſecus, &c. de Vni. 25. Omni autem totam figuram mundi leuitate circumdedit. de Vniu. Milites, cum latere hominem putarent, ignes circumdederunt. in Piſ. 73. Cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet. 5. Tuſc. 83. Ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere. 3. Verr. 48. Sub. domui.

Circumdatus.

Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atque prouincia, quę mari cincta, portubus diſtincta, inſulis circumdata eſſet, &c. pro L. Flac. 21. Fodit: inuenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. 2. de Diu. 199. Ignes circumdati. 3. in Cat. 49. Obſeſſum te dicis, ignem allatum, ſarmenta circumdata. in Piſ. 92.

Circumduco.

Caſilinum Coloniã deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, ut uexillum uideres, & aratrum circũduceres. 2. Phil. 101.

Circumeo.

Nã Furnius & Lentulus, ut debuerunt, quaſi res eorum eſſet, una nobiſcum circumierunt. Cœlius Cic. l. 8. ep. 11. 4. Itaq. cum equites noſtrum cornu circuire uellent, recipere me cœpi, &c. Galba Cic. l. 10. ep. 30. 7. Prædia circuire. pro Cæc. 68. Antonij conſilia narrabat, illum circuire ueteranos. 14. At. 47. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, ubi Marciæ legionis duæ cohortes erant, & cohors Prætoria, pedem referre cœperunt, quod ab equitatu circuibantur. Galba Cic. l. 10. 64. Qui ſe totius belli fluctibus circumiri, quam illum progredi maluit. in Ant. 250.

Circuitus.

Circuitus, conglutinatioq. uerborum. in Orat. 42. Orationis circuitus. in Or. 118. Circuitus ſolis & lunæ, reliquorumq. ſiderum. 2. de Nat. de. 117. Circuitum & quaſi orbem uerborum conficere. 3. de Or. 109. Nox igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata cauſas, unum circuitum orbis efficit ſapientiſſimum atq. optimum. de Vniu. 41. Cum hi duo numeri circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. in Somn. Scip. 7. Imagines, earumque circuitus in deorum numero refert Democritus. de Nat. d. 1. 22. In circuitus uerba dirigere. Part. 14.

Circuitio.

Circuitio, eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione. ad Her. 4. 198. Iam uero quid opus eſt circuitione & anfractu? Diu. l. 2. 98. Ergo hic circuitione quadã deos tollens, certe non dubitat diuinationem tollere. 2. de Diu. 59.

Circumfero.

Quæſo codicem circumfer, oſtende. 4. Verr. 72. Inſpiciendi cauſa circumferre aliquid. pro Corn. Balb. 8. Sol circumfertur, ut accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſum aſcendat in diuerſam partem, &c. 3. de Or. 98.

Circumflo.

Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus atque editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidiæ circumflari poſſe uideatur. 5. Verr. 81.

Circumfluo.

Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium abundantia viuere. de Amic. 48. Iſtum rebus omnibus vndiq. ereptis impune eludentem circumfluere atq. abundare? 5. Verr. 8.

Circumfluens.

Circumfluẽs gloria, deformatos corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit. Att. 2. 36. 3. Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio de Cl. Or. 106. Circũfluente colonorum Arretinorum & Feſulanorum exercitu. pro Mur. 46. de Catilina. Quippe cum viderem homines his rebus circumfluentibus, ea tamen deſiderare maxime quibus abundarent. in Parad. 7.

Circumforaneus.

Tum repente Anconitanum quemdam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Latium veniſſet, aggreditur. pro Clu. 30. Circumforaneo ære aliquem obruere. Att. 9.

Circumfundo.

Terram autem eſſe infimam, quam craſſiſſimus circumfundat aer. 2. de Nat. d. 13. id eſt, ambit & circumdat.

Circumfuſus.

Quod uero in illo loco, atque in illis publicorum præſidiorum copiis circumfuſus ſedet. pro Mil. 53. Circumfuſus gelidis fluminibus. Tuſc. 5. 55. Neque erant animæ circumfuſa extrema mundi, vt reſpirationem requireret. de Vniu. 23. Terra circumfuſa mari Atlantico. in Somn. Scip. 22. Hoc eſt, quam circumfluit mare. Principio autem terra ſita in media parte mundi, circumfuſa vndique eſt hac animabili, ſpiritalique natura, cui nomen eſt aer. 2. de Nat. d. 132. Vide in bibliotheca ſedentem multis circũfuſum Stoicorum libris. 3. de Fin. 5. pro Mil. 53. Aduerſantur enim primum, quod parum defigunt animos, & intendũt in ea quæ perſpicua ſunt, vt quanta luce ea circumfuſa ſint, poſſint agnoſcere. 2. Acad. 44. Præcipue uero fruentur ea, qui tum etiam, cum has terras incolentes circumfuſi erant caligine, tamẽ acie mentis diſpicere cupiebant. 1. Tuſc. 38. Circumfuſæ vndiq. moleſtiæ. 5. Tuſc. 170. Omnia circumfuſa tenebris. Ac. q. ed. 1. l. 1. 38. Craſſis occultata & circumfuſa tenebris. 4. Ac. 217. Quod ſe claſſe hoſtium circumfuſos viderent. 3. Tuſc. 56.

Circumgeſto.

Nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtabat. ad Q. fr. lib. 1. a. 10.

Circumiicio.

Sic animus a medio profectus, extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit, &c. de Vniu. 33.

Circumiectus.

Qui terram tenero circumiectu amplectitur. 2. de N. d. 34.

Circumligo.

De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, vt circumligatus fuerit angui. 2. de Diu. 52.

Circumlinio.

Perſę etiam cera circumlinitos cõdiunt, vt quammaxime permaneant diuturna corpora. 1. Tuſc. 174.

Circumluuio.

De circumluuionibus centumuiri iudicabant. 1. de Or. 84.

Circumplector.

An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco, Pompeij ſeruus, libertus Cæſaris, agri Lucani poſſeſſiones occupauit? 3. Phil. 351. Vndiq. eſt eos circumplexus. de Vniu. 32.

Circumplico.

Tum eſſet, inquit, oſtentum, ſi anguem vectis circumplicauiſſet. 2. de Diu. 91. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. 1. de Diuin. 134. Tum viſam belluam vaſtam & immanem, circumplicatam ſerpentibus. 1. de Diu. 89.

Circumpotatio.

Circumpotatio omnis ex ſucceribus tollitur lege x i i. tabul. 2. de Leg. 56.

Circumretio.

Circumretitus frequentia populi Romani. 7. Verr. 117.

Circumrodo.

Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod deuorandum eſt) ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία. At. 4. 19.

Circumſcribo.

Cur anni ingratus crudeliter, aut immemor beneficij ſui ſceleratæ circumſcribis Senatum? ad Oct. 8. id eſt, aufers ei auctoritatem ſtatuendi de ſumma Reip. & quaſi Senatum e medio Reip. tollis. Aut eiiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt. 14. Phil. 389. Curriculum vitæ circumſcripſit nobis natura. pro Rab. Perd. Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitq. vt reſponderet, &c. in Ant. 18. In hunc orbem, quem circumſcripſimus, incidere non poſſunt. 5. de Fin. 30. Senatus, credo, Prætorem eum circumſcripſiſſet. pro Mil. 68. In hoc quidem certe prope idem, nullis vt terminis circumſcribat aut definiat ius ſuum. 1. de Or. 35. Itaque vno genere opinor circumſcribere habetis in animo genus hoc aratorum, quod, &c. 4. Verr. 106. id eſt, tollere & reiicere eos teſtes vt vobis iniquos. Circumſcribere tempus aliquod. 3. Verr. 30. Pro, temporis alicuius acta prætermittere. Circumſcribitur mente ſententia in Or. 116. Exilium autem illis, quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus: non iis, qui omnẽ orbem terrarum, vnam vrbem eſſe ducunt. in Parad. 21. Ille ſe flumio Rubicone c c. mil. circumſcriptum eſſe patiatur. 6. Phil. 206. Circumſcribi Senatuſconſulto. 7. Att. 34. Ab aliquo circumſcribi. pro Roſc. Comœdo. 14. Circumſcribi atque decipi fallacibus & captioſis interrogationibus. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 44. Definiri & circumſcribi genus poteſt. pro Sext. 84. Senatus in Capitolium parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia Conſularis. 13. Phil. 157. Hoc eſt, de eiiciendo magiſtratu Octauio, & imperio ei abrogando.

Circumſcribens.

Circuitio, eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam, circumſcribens elocutione. 4. ad Her. 198.

Circumſcriptus.

Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut Senatuſconſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus ſit, &c. Att. 7. 128. 9. Aſſumamus quoq. eam partem, ſed ita vt ſit circumſcripta modicis regionibus. 1. de Or. 37. Quaſi certarum rerum forenſibus cancellis circumſcripta ſcientia. 1. de Orat. 28. Spatium vitæ circumſcriptum. pro Arch. 21. Quamobrem omni tempore Syllano ex accuſatione circumſcripto, legationem eius præclaram cognoſcite. 3. Verr. 29. Fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, &c. 4. Acad. 86. Demus operam Quirites, ne omnino P. C. circumſcripti putentur. ad Her. l. 4. 178. Circumſcriptis igitur his ſentẽtiis, quas poſui, & his, quæ ſimiles earum ſunt. 3. de Fin. 49. id eſt, ſublatis, inductis, obliteratis.

Circumſcripte.

C. complectimur. 2. de Nat. d. 1 21. numeroſeq. dicere. in Or. 218. diſſerere. Or. 128.

Circumſcriptor.

Quis teſtamentorum ſubiector, quis circumſcriptor, quis ganeo? in Cat. 30.

Circumſcriptio.

Circumſcriptio, exornationis ſpecies. 3. de Orat. 115. adoleſcentium lege latoria erat vindicata. Off. 3. 79. Aperta. pro Flac. 161. mundi. Tuſc. 1. 38. orationis. in Or. 218. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur. 1. de Nat. d. 18. Circumſcriptio terræ. 1. Tuſc. 73. Circumſcriptio etiam periodum ſignificat. Or. 1 12. Verborum circumſcriptione quadam comprehendere concludereq. ſententiam. de Cl. Or. 16. Ex circumſcriptione excedere. 8. Phil. 149. Circumſcriptio, pro, loco circumſcripto. Cũ omnia ab his fraus, omnes inſidiæ, circumſcriptioneſque adoleſcentium naſcerentur. pro Clu. 35.

Circumſeco.

Serrula qua illud potuit circumſecari. pro Clu. 143.

Circumſedeo, & Circumſideo.

Equidem cupio hęc quamprimum Antonium audire, vt intelligat non D. Brutum, quem vallo circumſedet, ſed ſeipſum obſideri. 10. Phil. 275. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circumſedet, foſſa & vallo ſeptum tenet, fuga prohibet. Att. 9 51. Quid ii qui Mutinam circumſedent, &c. 7. Phil. 230. Ne Coloniam circumſedeat. in Ant. 199. Brutum oppugnet, Mutinam circumſedeat. 6. Phil. 206. Niſi maluit Pompeium Brundiſij circumſidere. Cœlius ad Cic. lib. 8. 44. Circumſidere oppidum. 5. Phil. 181. Ita circumſedemur copiis omnibus. Att. 15. 325. 8. Legatus cum eſſes circumſeſſus, &c. non es perſecutus? 3. Verr. 59. Quid Sexti F. quot in his caſtris fuerunt, quibus Pompeius circumſedetur? Att. 9. 190. 5. Propter ſcelus atque flagitium circumſederi ab aliquo. 3. Verr. 57. In caſtello circumſederi. pro Deiot. 17. Ipſum apud Bellouacos circumſederi interclusum ab reliquo exercitu. ep. 118. Qui filios miſerunt ad Cn. Pompeium circumſedendum. Att. 156.

Circumſeſſus.

Iniuria circumſeſſus. 3. Ver. 58. Viribus hominum circumſeſſus. 13. Phil. 336. Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris chariſſimi atque amantiſſimi præſentis mœrore non mouear, horũ que omnium lachrymis, a quibus me circumſeſſum videtis. 4. in Cat. 75. In qua ciuitate non modo legatus Pop. Rom. circumſeſſus, &c. ſed aliqua ex parte violatus ſit. 3. Verr. 55.

Circumſeſſio.

Tebaius circumſeſſionis cauſam & culpam in alios tranſtuliſſe? 3. Verr. 58.

Circumſepio.

Sed quoniam cohortibus armatis circũſeptus Senatus. ad Auguſtum. 1. Vos iiſdem ignibus circumſepti. de Ar. 254.

Circumſiſto.

Hæc cum maxime loqueretur, ſex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. 7. Verr. 112.

Circumſono.

Tamen conducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq. circumſonare, &c. 3. Off. 7. Id eſt, frequentiſſime tibi hæc inculcare, & te hęc a præceptoribus altis audire.

Circumſpicio.

Vſque eone te diligis, & magnifice circumſpicis, &c. Circumſpicit, æſtuat. pro Roſc. Com. 25. Nec ſuſpicit, nec circumſpicit. 2. de Diuin. 109. Oculi altiſſimum locum obtinentes, plurima circumſpiciunt. de Nat. deo. 54. Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. pro Quint. 64. Hoc eſt, in omnes partes ſe verſauit, & omnem (quod aiunt) lapidem mouit. Numquamne homo amentiſſime te circumſpicies? numquamne, quid facias conſiderabis, nec quid loquare? in Parad. 37. Conuerte animum, & ea ipſa artium genera circumſpice. de Or. Circumſpice omnia membra Reipub. quę notiſſima ſunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatumue ſit. Luceio, lib. 5. 13. 7. Circũſpicite celeriter animo qui ſint exitus conſecuti. 2. de Leg. 41. Circumſpicite omnia diligentiſſime. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 35. Circumſpicite paulisper mentibus veſtris, vt alia omittamus. pro Syl. 51. Atque illud circumſpicite veſtris mentibus. 2. de L. Agr. 52. id eſt, diligenter, accurateque conſiderate & attendite. Circumſpicite omnes Reip. partes pro Clu. 117. Quare P. C. incumbite ad ſalutem Reip. circumſpicite omnes procellas quæ impendent. 4. in Cat. 76. Etenim vt circũſpiciamus omnia, quæ populo grata atq. iucunda ſunt, &c. 1. de L. Agr. 14. Deinde cum dicant poſſe accidere ſapienti, vt cũ omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit, exiſtat aliquid *quod & veriſimile videatur*. 4. Acad. 69. Sermo purus erit & Latinus, dilucide planeq. dicetur, quid deceat circũſpicietur. in Or. 43. Sed eſſe diligẽter circũſpiciẽdũ, vt, &c. ad Q. fr. l. 1. 1. 14. Hęc igitur & talia circũſpicienda ſunt in omni officio, &c. 1. Off. 85. Permulta ſunt in cauſis in omni parte orationis circũſpicienda, nequid offendas, ne quo irruas. 2. de Or. 166.

Circumſpecto.

Iam vero illa etiam notiora, quanto ſe opere cuſtodiant beſtię, vt in paſtu circumſpectent, vt in cubilibus deliteſcant. 2. de Nat. d. 188.

Circumſpectans.

Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. 1. Tuſc. 116. Iſte aſpectu rabido circumſpectans huc & illuc. ad Her. 39. Circumſpectantem omnia, quidquid increpuiſſet, pertimeſcentem. in Piſ. 99.

Circumſpectus.

Circumſpectis rebus meis omnibus. ad Lent. lib. 1. 9. 31.

Circumſpectus.

Hæc ego in vrbe præuideo: facilis eſt circumſpectus, vnde ex eam, quo progrediar, quid ad dextram, quid ad ſiniſtram ſit. 12. Phil. 337.

Circumſpectio.

Sin ex circumſpectione aliqua & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi, tamen exitum non habebunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 35.

Circumſto.

Circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant. 2. Ver. 3. Cerulex incinctæ igni incendunt, *circumſtant* cum ardentibus tędis. Acad. 22. Fortiſſimi ciues *qui circumſtant* Senatum. in Cat. 16. Cum vero dies & noctes omnia nos circumſtent, non eſt noſtrum, nominiſque Romani dubitare, eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. 10. Phil. 284. Credo te exclamatione Clodii aduocatorum audiſſe quæ conſurrectio iudicium facta ſit, vt me circumſteterint, vt aperte iugula pro meo capite P. Clodio oſtẽtarint. Att. 1. 11. 7. Deſinaui inſidiari domi ſuæ Conſuli: circũſtare tribunal Prætoris vrbani: obſidere eum gladiis curam. 1. in Cat. 23.

Circumſtans.

A rebus conſequentibus aut circumſtantibus non recedemus ad Her. lib. 4. 140.

Circumuallo.

Capio exercitu veterano, circumuallato nunc denique. 9. famil. 17. in ep. Dolabellæ. Legebam tuas literas XIII. Cal. cum mihi epiſtola affertur a Lepta, circumuallatum eſſe Pompeium. Att. 9. 50.

Circumueho.

Si anguis domi vectem circumuectus fuiſſet. de Diu. 121.

Circumuectus.

Aeſter qui tenero terrã circũuectu amplectitur. de Nat. de. 39.

Circumuectio.

Vt terram Lunæ curſus proxime ambiret, eique ſupra terram proxima ſolis circumuectio eſſet. de Vniu. 37. Illud tamẽ quod ſcribit, animaduertas velim, de portorio circũuectionis. Att. 2. 40.

Circumuenio.

Tua te altera patria, quemadmodum dicere ſolebas, Meſſana circumuenit. 6. Verr. 14. Iam te non Siculi, non oratores (vt dictitas) circumueniunt: non hi qui decretis edictiſque tuis in te concitati, infeſtique ſunt. 3. Verr. 66. Si Senator iudicio quemquam circumuenerit, legibus eum teneri. pro Clu. 116. Mulierẽ quamdam Larino Romam proficiſci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis atque opprimere filium poſſet. Itane vero, quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re proprium non erat iudicium, hunc per iudicem condemnabis? pro Roſc. Com. 15. Tum C. Ruſcius, Circumuenior, inquit, iudices, niſi ſubuenitis. de Cl. Or. 145. Neq. tenuiores propter humilitatem circumueniantur, neque locupletibus ad ſua vel tenenda, vel recuperãda abſit inuidia. 2. Off. 125. Quia quaſi committeret cõtra legem, quo quis iudicio circumueniretur. de Cl. Or. 168. Video a te non conueniri, ſed circumueniri. 2. de Or. 138. Acerbum eſt ab aliquo circumueniri: acerbius a propinquo. pro Quint. 64. Quid te a Centuripina ciuitate, &c. cæteriſque Italiæ ciuitatibus circumueniri atq. opprimi dicis? 6. Verr. 14. Eoque maior ſi quando accidit, vt ei ſubueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgerique videtur. 2. Off. 73.

Circumuentus.

Circumuẽtus morbo, exilio, atque inopia. 4. de Fin. 103. Circumuentus pecunia innocens. pro Clu 5. Aliquem iudicio oppreſſum & circumuentum eſſe innocentem. pro Clu. 23. nunc uideo illum circumuentum, me deſertum, a quibus minime conueniebat. Metellus Celer Cic. l. 5. t. 2. Quanta delectatione autem afficerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquorum circumuentos conuenirem? 1. Tuſc. 81. de Cl. 14. Hoc eſt inuidia conflata & factione oppreſſos.

Circumueſtio.

Quandoquidẽ iſte circũueſtiui dictis, ſępit ſedulo. 3. de Or. 87

Circus.

Ille autem claro quartus cum lumine circus Partibus extremos continet orbes. in Arato. 34. Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt a Graiis accepiſtis) orbem Lacteum nuncupatis. de Somn. Scip. 11. Seruus per circum, cum virgis cæderetur, furcam ferens, ductus eſt. de Dio. 92. Vidiſti magnum cadentem ſerpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. in Arat. 28. Circo eaneaque diuiſi ludi publici, ſic vt in circo ſint corporum certationes, curſu, & pugillatione, luctatione, curriculiſque equorum in eo vſque ad certam victoriam conſtitutis. 2. de Leg. 37. Res agebatur in circo Flaminio: & erat in eo ipſo loco, &c. Att. 1. 9. 2. Quid ſtatuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium cauſa compararunt? pro Mur. 66. Vt locus & in circo & in foro daretur amicis & tribulibus? pro Mur. 66. Neſcis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuiſſe? 3. Phil. 107. Tu es auſus in Circo Flaminio productus cum tuo illo paridicere, tę ſemper miſericordem fuiſſe Poſt red. in Sen. 15.

Circulus.

Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis,

orbis, qui κύκλοι Græce dicitur. 2. de Nat. d. 34. Cato is direptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. ad Q. fr. lib. 3. 23. Effudi vobis omnia quæ ſentiebam: quæ fortaſſe, ſi quemcūque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus reſpondiſſet. 1. de Or. 77. Tu mihi cum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiuncula, &c. 1. de Or. 85. Quin etiam inertiſſimos homines videmus, cum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari. 5. de Fin. 100 Circulos appellat cœtus hominum in orbem collectorum, & inter ſe fabulantium. Semicirculos, ſeſſiones colloquentium, capitaque conferentium Stellæ circulos ſuos orbeſque conficiunt celeritate mirabili. de Som. Scip. 128. Attamē in oppreſſione, ſermo in circulis dumtaxat, & in conuiuiis eſt liberior, quam fuit. Att. 43.

Circulo.

Videt oſcitātem iudicem, colloquentem cum altero, nonnūquam etiam circulantem, &c. de Cl. Or. 104. Pro, in circulo caput conferentem, quod iudicium eſt auditoris oratori non auſcultantis, nec animum orationi aduertentis.

Circulator.

Beſtiis vero ciues Romanos, in his circulatorem quemdam auctionum, notiſſimum hominem Hiſpali, quia deformis erat, obiecit. Pollio Cic. lib. 10. 71.

Cis.

Quoad hoſtis cis Euphratē fuit. Att. 7. 122. 7. Cum ego Laodicea vſque ad Iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarū diœceſium quæ cis Taurum ſunt, &c. Appio. l. 3. 8. 16.

Ciſalpinus.

Ciſalpina Gallia. pro Pomp. 10.

Ciſium.

Inde ciſio celeriter ad vrbem vectus, domum venit capite inuoluto. 2. Phil. 84. Vehiculi genus velociſſimum. Decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis peruolauit. pro Sex. Roſc. 11.

Ciſta.

Quaternos HS, quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit; ego habebo, & in ciſtam transferam ex fiſco. 5. Ver. 170. Pontes diſturbat, ciſtas deiicit. 4. ad Her. 4.

Ciſtella.

Ciſtellam deferre. 1. ad Her. 21.

Ciſtophorus.

Ciſtophorum flagitare pro Do. ſua. 42. Scripſi ad Quæſtores vrbanos de Q. fratris negotio. vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarii, an ciſtophoro Pompeiano iaceamus. Att. 2. 20. De ciſtophoro dubitant. 2. Att. 40. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad HS. bis & vicies. Att. lib. 11. 1.

Cithara.

Citharam tenens exornatiſſimam, auro & ebore diſtinctam. ad Her. 39.

Citharœdus.

Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, vt non tamquam citharœdi prooemium affictum aliquod, ſed cohærens cum omni corpore membrum eſſe videatur. 2. de Or. 177. At vocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerræ, tum cum acuitur. Tuſc. 2. 50. Vt aiūt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri nō potuerūt. pro Mur. 130.

Citharista.

At etiam illum aſpendium citharistam, &c. ſuſtulit. 3. Verr. 36. 2. de Diu. 198. Saltatores, citharistas, totum denique comeſſationis Antonianæ chorum, in tertiam decuriam iudicum ſcitote eſſe collectam. 5. Phil. 174.

Citerior, citimus, *Vide Citra.*

Cito, *verbum*, *Cito, aduerbium*, *Vide poſt Cieo.*

Citra.

Vt exercitum citra flumen Rubiconem duceret. in Ant. 206. Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. ep. 257. Ipſa enim natura, quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec vna plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam &c. in Or. 32. Erat tum Brutus cum ſuis nauibus apud Heletem fretum citra Veliam. Att. 55. Sæpe etiam citra (arceſſere) licet, dummodo ſupra ſit quod ſumitur, &c. Top. 20.

Citerior.

Hirtius ad me ſcripſit Sextum Pompeium Corduba exiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem. Att. 12. 252. 6. Sum in capeſſatione omnium rerū, quid in Gallia citeriore, &c. Att. 10. 4. 8. Vt ad citeriora & notiora nobis ueniam. 3. de Leg. 2. Citeriora nondum audiebamus. ad Cœl. l. 2. 1. 1. Quanta rurſus animi tranquillitate humana, & citeriora conſiderat. 5. 101.

Citimus.

Hanc autem (partem) citimam a mediana linea dexteram, ſed principatum dedit ſuperiori. de Vniu. 33. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. in Som. Scip. 13.

Citus, *Vide Cieo.*

Ciuicus, ciuilis, ciuiliter, *Vide poſt Ciuitas.*

Ciuis.

Ciui amantiſſimus Reip. pro Flac. 147. Vir quietus & ciuis bonus. 10. Att. 29. in epiſt. Cæſaris. Grauis & fortis ciuis, & in Repub. principatu dignus, bella ciuilia fugiet atque oderit, tradetque ſe totum Reip. neque opes aut potentiam conſectabitur totamque eam ſic tuebitur, vt omnibus conſulat. Off. 1. 111. Ciuis improbus. Tuſc. 4. 33. Perditus ciuis. 2. in Catil. 34. An. l. 7. 132 2. Eques Rom. ex hac vrbe, ciuis huius Reip. pro R. P. 119. Ciuis Romanus ſum. 10. fam. 71. In ep. Pollionis. Ciuis ſeditioſus & inutilis. Off. 2. 70. Romana ciuis. pro Corn. Balbo. 45. Ciuis boni ſumma ratio & æquitas eſt, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. Off. 2. 122. De ciuis capite, niſi per maximum comitiatum, olloſque quos cēſores in populi partibus locaſſint, ne ferunto. 3. de Leg. 11. Quid ciui bono magis conuenit, quam abeſſe a ciuilibus controuerſiis. 10. Att. 29. in ep. Cæſaris. Nihil ciui aut ſero, aut citius a patria tributum poteſt videri. 10. fam. 29. in ep. Planci. Cū ſe non popularem alicuius loci ciuem, ſed totius mundi agnouerit. 1. de Leg. 47. Aſciſcere ciuem. pro Corn. Balbo. 23. Apud Segeſtanos repertum eſſe iudices ſcitote neminem, neque liberū, neque ſeruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud ſignū auderet attingere. 6. Verr. 68. Poſtremo ſolum ciuem, ſolum liberum inſipientes omnes peregrinos, exules, ſeruos, furioſos &c. 4. Acad. 247. Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectum eſt non licere. 3. Off. 61. Ciues boni, amantes patriæ. 9. Att. 71. Summi viri & clariſſimi ciues. 1. in Cat. 21. Debeo profecto, quantumcumque poſſum, in eo quoque elaborare, vt ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores ciues mei. 1. de Fin. 17. Dabunt igitur mihi veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt, quod, &c. 2. de Diu. 9. Valeant, inquit Milo, valeant ciues mei, ſint incolumes, ſint florentes. pro Mil. 119. Noſtri ciues. 2. de Diu. 10. Serui me hercle mei ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui: domum meamque relinquendam putarem. 2. in Cat. 12. Ciues Romani inuiti ciuitatem aut libertatem non amittebant. pro Dom. ſua. 60. & 61. Ciues ſeditioſi. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2. 13. Seruorum & egentium ciuium, & facinoroſorum armis meos ciues meis conſiliis, periculiſque ſeruatos, pro me obiici nolui. pro Mil. 28. Tum tu Iupiter, &c. hunc & huius ſocios a tuis aris, cæteriſque templis, a tectis vrbis ac moenibus, a vita, fortuniſque ciuium omnium arcebis. 1. in Cat. 24. Certe uerendum mihi non erat, nequid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi poſteritatem redundaret. 1. in Cat. 21. Tenere iura ciuium. 1. in Cat. 20. Neque ego, cui omnis ciuium libertas chariſſima fuiſſet, meam protexiſſem. pro Rab. Poſt. 30. Ceruices in carcere frangebantur indigniſſime ciuium Romanorum, ut etiam illa uox & illa imploratio, ciuis Romanus ſum, &c. 7. Verr. 115. Salutem ciuium negligere. in Cat. 20. Ciuium beata uita moderatori Reip. propoſita eſt. 8. Att. 26. Inferre famem ciuibus Att. 9. 181. 5. Ciuibus uictis ut parceretur. 1. fam. 48. in ep. Matii. Ciuibus multa inter ſe ſunt communia, forum, fana, porticus, uiæ, leges, iura, iudicia, ſuffragia, conſuetudines. præterea & familiaritates, multæq. cum multis res rationeſque contractæ. Off. 1. 77. Tradere uias optimarum artium ciuibus. 2. de Diu. 1. Ciues in Rep. tales eſſe ſolere, quales ſint principes. 1. fam. 38. Quod meos ciues, & a me conſeruatos, &c. ſeruis armatis obiici noluerim. ad Lent. lib. 1. 9. 45. Incolumes ciues relinquere. 2. in Cat. 26. Quos quaſi nouos & aſcriptitios ciues in cælum receptos putāt. 3. de Nat. d. 27. Colebatur a ciuibus, ab omnibus aduenis uiſebatur. 6. Ver. 66.

Ciuitas.

Ciuitas. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 16. pro mundo, ſecundum Stoicos. qui mundum communem deorum & hominum ciuitatem uocabāt. Ego tibi Carneade Prętor eſſe non uideor, quia ſapiens non ſum: nec hæc urbs, nec in ea ciuitas. 4. Acad. 248. Heracleæ quę eſſet ciuitas. 4. Arch. 186. Quanti uero illa ciuitas æſtimanda eſt, ex qua boni ſapienteſque pelluntur? Tuſc. 5. 68. Ciuitas ſine ſeueritate adminiſtrari nō pōt. Off. 1. 125. Tum amittitur hæc

ciuitas

tium denique, cum is profugit, receptus eſt in exilii, hoc eſt, in aliam ciuitatē. pro. Cęc. 73. Neque enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata. 1. de Fin. 89. Commendatior ciuitas ſtudio, cura & diligentia alicuius. pro Corn. Balb. 34. Ciuitas communis deorum atque hominum exiſtimari debet mundus uniuerſus. 1. de Le. 18. Data eſt ciuitas Syllani lege & Carboni, ſiquis fœderatis ciuitatibus aſcripti fuiſſet, &c. pro Arch. 186. Hoc Neținorū fœderata ciuitas publice dicit. 7. Ver. 104. Et eam (urbem Romam) ciuitas incoleret. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128. Ciuitas moritur uno quodam morbo. 2. Att. 50. Munita iure ciuitas, & libertas. pro Do. ſua. 63. Ciuitas tā orba tales tutores complecti debeat. 3. fam. 46. Num honeſtior eſt ciuitas Pergamena, quam Symirnæ? pro Flac. 58. Ciuitas ſeneſcens. 1. ad Q. fr. 35. Suſpenſa ac ſolicita. pro Do. ſua. 73. Ciuitas noſtra ſine ſūma placatione deorum immortalium nunquam tanta eſſe potuiſſet. 3. de Nat. d. 4. Ciuitas tota cum coniugibus & liberis. ad Brut. 5. In te unum atque in tuum nomē ſe tota conuerteret ciuitas. in Somn. Scip. 7. pro, homines ciuitatis. Ciuitas tota ut principum cupiditatibus & uitiis infici ſolet, ſic emendari & corrigi continentia. 3. de Leg. 28. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis. 2. de Leg. 8. Id agit ut eſſet faciendum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti & aquæ, & ignis interdictione faciebant. pro Do. ſua. 61. Et ſi curſū ingenii tui Brute premit hęc importuna clades ciuitatis. de Cl. Or. 186. Commemoratione ciuitatis oia uerbera depulſurum, cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. 7. Ver. 126. Nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis. pro Corn. Balbo. 24. Non decretis Italiæ, non deſyderio ciuitatis, inimicorum iniuria probro non fuit. pro Dom. ſua. 68. Eiuſdem ciuitatis eſſe. Off. 1. 77. At tu etiam ereptor ciuitatis, legem de iniuriis publicis tuliſti. pro Do. ſua. 63. Ciuitatis regale genus probatum quondam Romanis. 3. de Leg. 17. Huic homini Iudices, honeſtæ ciuitatis honeſtiſſimo, nō modo frumenti ſcitote, ſed, &c. 5. Verr. 46. Neque enim eſt meum, contra ius optime meritæ ciuitatis, contra opinionem vetuſtatis, contra auctoritatem Senatus dicere. pro Corn. Balbo. 26. Ius ciuitatis honore digniſſimum. pro Corn. Balbo. 33. Ciuitatis Romanæ ius nulla lege adimi poterat. pro Cęc. 69. & 70. Mores ciuitatis corrumpere vel corrigere. 3. de Leg. 30. Nomen ciuitatis implorare & vſurpare. 7. Verr. 127. Nobile & illuſtre apud omnes nomen tuæ ciuitatis. 7. Ver. 130. Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem ualuiſſe, ut dilationem aliquam crucis, &c. 7. Verr. 130. In ea poſſim intueri domum meam euerſam nō ab inimico meo, ſed ab hoſte communi, & ab eodem extructam, & poſitam in oculis ciuitatis. pro Do. ſua. 77. Ciuitatis periculo *de ſua potentia dimicant homines*. 7. Att. 15. Ciuitatis principes. *Acad.* q. ed. 1. lib. 2. 5. Ciuitatis atque vrbis proprium eſt, ut ſit libera & non ſolicita ſuæ rei cuiuſque cuſtodia. Off. 2. 15. Salus ciuitatis nititur in aliquo. de Somn. Scip. 7. Suffragium ferre non de ciuis, ſed ciuitatis ſalute. pro Do. ſua. 70. Ciuitatis ſuccū & ſanguinem amiſimus. 3. Att. 45. Apud te Prętorem ſi non eſſugium, ne moram quidem mortis, mentione atque uſurpatione ciuitatis aſſequi potuit? 7. Verr. 13. Ciuitatē adimere alicui. pro Do. ſua. 62. Adipiſci & perdere ciuitatem. pro Corn. Balbo. 23. Nemo ciuis Rom. aut ciuitatem, aut libertatem poteſt amittere, niſi ipſe auctor ſit factus. pro Do. 128. Ciuitatem Romanā neque amittere quiſquam inuitus potuit, neque retinere. pro Corn. Balbo. 20. Ante ciuitatem Velienſibus datam, de Senatus ſententia, &c. pro Corn. Balbo. 45. Romulus fędere Sabino docuit etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere. pro Corn. Balbo. 24. Conſequi ciuitatem beneficio aliquorū. pro Corn. Balbo, 29. Et ei quaſi ciuitatem dare. de Fin. lib. 3. 32. L. S[illegible] uictor, Rep. recuperata, comitiis centuriatis ciuitatem eripere non potuit. pro. Do. ſua. 62. Vniuerſam ſe funditus illā euerſurum eſſe ciuitatem minabatur. 6. Verr. 67. Is furatus eſſe ciuitatem, genus ſuum ementitus, irrepſiſſe in cenſum dicitur. pro Corn. [illegible]. Ciuitatem talem fuiſſe, qualeſcumque ſummi ciuitatis uiri fuerint. 3. de Leg. 29. Ita cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitatem Romani habuit. 2. de Leg. 8. de Catone. Impertiri ciuitatem gratuito alicui. pro Ar. 7. In ciuitatem ſtudia & beneficia conferre. pro Corn. Bal. 34. rem pernicioſiſſimā inducere. 1. Off. 121. recipere. pro Arch. 17. pro Corn. Balb. 22. ſuſcipere. 2. de L. 8. *Perſtat uero noſtri* moris ac iuris nemo unquam qui hanc ciuitatem *retinere* uellet, in aliam ſe ciuitatem dicauit. pro Corn. *Balbo*. 23. Ciuitate ingrata carere maluerunt clariſſimi uiri, Athenis pulſi, quam manere in probo. 3. de Leg. 25. Quid eſt, quod de eius ciuitate dubitetis, præſertim cum aliis quoque ciuitatibus fuerit aſcriptus? pro Arch. 7. Tum igitur maiores noſtri, populares non fuerunt, qui de ciuitate & libertate ea iura ſenxerunt. pro Dom. ſua. 63. Ex qua nobis interdictum ſit, ut neque aſciſcere ciuem, aut ciuitate donare poſſimus. pro Corn. Bal. 23. de Cl. 171. Ciuitate donatorum nomina in tabula inciſa. 13. fa. 61. Ex ciuitate aliqua ampliſſimus aliquis. pro Corn. Balb. 39. In largiēda ciuitate parcus. pro Cor. Balb. 40. Qui ſi in ciuitate legis uim ſubire uellent, non prius ciuitatem, quam uitam amitterent. pro. Cæc. 72. 1. de Or. 90. In ciuitate quæ res plurimum poſſint. pro Quin. 1. Et enim in qua ciuitate res tantas geſſerim, memini: & in qua urbe intelligo. pro Syl. 20. Ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne ue in ciuitate maneat inuitus. pro Corn. Balb. 23. Recipere ciuitate. pro Cor. Balb. 25. Ciuitate teſte. 15. fam. 51. Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam conſilia, cœtuſque hominum iure ſociati quæ ciuitates appellantur. de Som. Scip. 8. Graues ciuitates. 7. Verr. 105. Tum conuenticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominatæ ſunt. pro Sext. 79. Denique ſcripta Lycurgi, Solonis, XII. tabulas noſtras non eſſe leges, ne urbes denique aut ciuitates, niſi quæ eſſent ſapientium. 4. Acad. 147. Ciuitates quæ potitæ ſunt rerum. 5. fam. 49. Ciuitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. 5. Att. 49. Cęteraque, ſine quibus ciuitates aut eſſe, aut bene moratæ eſſe non poſſent, uſquam in eorum libris inueniri. 1. de Or. 42. Ciuitates reciperent in ſuas ciuitates. pro Corn. Balb. 22. Ciuitates uectigales. Off. 3. 117. ciuitates unde primum coaluerint. pro Sext 79. Ciuitatum omniū eſt hoc. ad Brut. 40. ideſt, in more poſitū apud omnes ciuitates. Ciuitatū afflictarum & pereuntium ſigna. in Rull. 25. Ciuitatum duarum ciuis eſſe iure Romanorum nemo potuit. pro Corn. Balb. 20. & pro Cæc. 73. Diſſimilitudo enim ciuitatum uarietatem iuris habeat neceſſe. pro Corn. Balb. 23. Ciuitatum perditarum exitus. 7. Ver. 10. Itaque in Græcis ciuitatibus uidemus, Athenis Rhodios, Lacædemonios, cæteros undique aſcribi, multarumque eſſe eoſdem homines ciuitatum. pro Corn. Balb. 22. Ciuitates conſtituere ac temperare. Acad. quęſt. ed. 1. lib. 2. 3. Inſtituere. 1. de Or. 43. Ciuitates aut nationes bello deuictas in fidē recipere. Off. 1. 53. Id qui apud Romanos fecissent earū patroni erāt, ut eſt apud Alex. ab Alex. Genial. dierum. 5. cap. 24. Hunc Heracleenſem multis ciuitatibus expetitū, in hac autem legibus conſtitutum, de noſtra ciuitate eiiciemus? pro Arch. 17. In ciuitatibus liberis ius non dicebāt Romani. de Prou. Conſ. 5. Grauiter homines honeſti, atque in ſuis ciuitatibus & municipiis gratioſi tulerunt. pro Mur. 45.

Ciuilis.

Ciuilis actio & priuatū ius. Verr. 57. Lex ciuilis ac publica: pro Cæc. 54. Mos conſuetudoque ciuilis. 1. Off. 205. Itaque ego ille qui ſemper auctor pacis fui, cuique pax, præſertim ciuilis, quamquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis ſepe quid. 211. Ciuilis ratio multis & magnis ex rebus conſtat. 1. de Inuen. 9. uictoria pro Deiot. 24. Bellum quod ita ciuile eſt, ut non ex ciuium diſſenſione, ſed ex unius perditi ciuis audacia natum ſit. 7. Att. 43. 1. Tuſc. 144. Ius ciuile. de Or. 101. ciuile odium. pro Mil. 27. præſidium ſalutis. pro Planc. 73. Ciuilis belli ſub Pompeio calamitas. 4. fam. 2. inter Cæſarem & Pōpeium initia. 8. fam. 41. uictoria, extremum malorum. 9. fam. 10. Ciuilis ſanguinis odio. 15. fam. 40. Aliquid contra morem conſuetudinemque ciuilem facere. de Off. 30. Eum locum, quem ciuilem recte appellaturi uidemur, Græce πολιτικόν. de Fin. 4. 4. Vt habeat quiddam innatum quaſi ciuile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant. de Fin. 5. 61. Nam ciuibus cum ereptæ pecuniæ, ciuili fere actione & priuato iure repetuntur. 1. Verr. 10. Ciuili neſario bello. 9. Att. 69. Ciuili bello ſupplicatio nulla ſolita decerni. 14. Phil. 399. Quaſi ciuili conciliatione & ſocietate inter ſe coniunctos. 2. de Nat. deo. 56. Pro ciuili parte debeo Rempub. velle ſaluam. 11. fam. 49. in ep. Matij. Studia ciuilia. pro Fonteio. 14. Ciuilium bellorum quinam exitus eſſe ſoliti. 12. fam. 44. A ciuilibus caſtris abhorrere. 14. Att. 41. In ciuilibus bellis nihil miſerius ipſa uictoria. 4. fam. 31. Ciuilibus bellis uictoria ſemper inſolens. 4. fa. 31.

Ciuiliter.

Vt enim cum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitur, &c. 1. Off. 58.

Ciuicus.

Mihi hic uir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi a Rep. dixit. in Piſ. 4. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur. pro Plan. 60.

Clades.

Curſum ingenii tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

tatis.de Cl. Or.186.Ignorare mihi uideris, hæc quanta ſit clades.Att.128.Aſſerre magnam cladem populo.a.de Na.d.11.Cladem exequi.2.Phil.68.

Clam.*Præpoſitio.*

Quinetiam paulo clam iis eam uidi. Att. 15.321.7. Timens ne facinora eius clam uos eſſent.in Sall.

Clam, *Aduerbium.*

Nec vi,nec c.nec precario poſſidere.pro Cæc. 302. Multa palam domum ſuam auferebat: plura c.de medio remouebat. pro Sex. Roſc. 14. Qui propter auaritiam c. depoſitam non reddit, quod iniuſtitię.Tuſc.194 Vt in rebus ab intimis Pōpeij c.eaul ceratis, deinde palam a Conſularibus exagitatis,ita verſamur. ep.2.Per iſtos quæ volebat, in nauem c.imponenda,occulte exportanda curabat.6.Ver.19.

Clandeſtinus.

Clandeſtinus interitus.2. Off. 118.Clandeſtinum ſcelus.pro Syll.24.Hinc cum hoſtibus clādeſtina colloquia naſci. Cat.36. Cur clandeſtinis conſiliis nos oppugnant? 10 Or.130.

Clamator,clamito,clamo,*Vide Clamor.*

Clamor.

Clamor,lapides,fuſtes,gladij.4.Att.14. Acutiſſimus clamor 3.de Or.126. Clamor continuus non iſſendus. 4.ad Her.113.& 114.Clamor in cauſæ exordio inſuauis.3.ad Her.114.Clamor a vigilibus,fanique cuſtodibus tollitur. 6. Verr.84.Cedere clamorem maiorem cum admiratione.2.de Diu.75. Clamorem efficiam,ſi eum mecum habuero otioſum. ad Q.fr. lib.3. 17. 10. Profundere clamorem multitudinis concitatæ.pro Flac.11.Clamore conſenſuque populi.12.fam.12.id eſt,acclamatione.Cum Prætor quæreretur,& conſtaret ei neminem nunciaſſe,ſit ad domum eius cum clamore concurſus atque impetus. 7.Verr.74. Exceptus ab omnibus eiuſmodi clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos. 7. Verr.74.Interea ex clamore fama tota vrbe percrebruit, expugnari deos patrios.6. Verr.85. Hæc ſunt quę clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt,&c.1 de Or.73.3.ad Q.fr.5. Clamores facere. Brut 182.Clamoribus maximis iudices corripuerunt. 8. fam.4. in ep.Cęlij.Clamoribus,& conuitiis & ſibilis conſectari.2. Att.43.

Clamo.

Clamo,poſtulo,obſecro.de Nat.d.1.11. Ego quod facio Iudices,cum amicitiæ, &c.vitæ denique omnium veſtrum cauſa facere clamo atque obteſtor.pro Mur. 71. Clamat epicurus,is quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucunde viui,niſi ſapienter,honeſte, iuſteque viuatur:nec ſapienter,honeſte,iuſte,niſi iucunde 1.de Fin. 89. Senſus enim cuiuſque, & natura rerum, atque ipſa veritas clamat quodammodo, &c.de Fin.4.45.Clamat virtus beatiorem fuiſſe,quam potentiorem in roſa Thorium. 2.de Fin. 105. Clamabat porro ipſe Quintius,ſeſe idcirco nolle ſatiſdare, ne videretur iudicaſſe bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſe.pro Q.16.Clamaui tamen, admiratuſque ſum, quod,&c. Att.97.Poſtea fratrem aggreſſus eſt, qui ſero iam exhauſto illo poculo mortis,cū & de ſuo, & de uxoris interitu clamaret,&c.pro Clu.23.Cum maxime,vt dico, de pecunia clamaret,in vincula coniectus eſt.7.Ver.14. Cū is qui ſe ciuem Romanum eſſe clamaret,in crucem ageretur.7.Ver.110.Cum tutores HS.LXXX millibus id opus,ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe effecturos eſſe clamarēt.3. Ver.103.Rex,deos,hominesque conteſtans,cępit, clamare.in Ver. 515. Refero ad Scaptiū hominem clamare.Att.5.110.15. Clamare omnes qui aderāt,nihil impudentius Scaptio,qui,&c.Att.5.10.16.

Clamito,

Quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens,Cauneas clamitabat.2.de Diu.126.Nam cum ex renibus laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat falſa eſſe quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe.2.Tuſc.101.7.Verr.129.pro Syl.36.Nonne ipſum caput,& ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam & clamitare calliditatem uidentur?pro R.Com.11.

Clamator.

Ego tamē ita de vnoquoq. dicā, vt intelligi poſſit quē exiſtimē clamatorem,quē oratorem fuiſſe.de Cl.Or. 94.Quare cur eū iſtū veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido,qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. 3.de Or.46.

Clamatorius.

Clamatorium genus.ad Q fr.l.3.19.5.

Clandeſtinus,*Vide Clam.*

Clangor.

Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero: Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim,Clangorem fundit vaſtum,&c.Tuſc.41. Nonne ſuper tremulo genitrix clangore uocabat. 2. de Diu.50.

Clare,clarius,clareo,clariſonus,

Claritas,claro,*Vide Clarus.*

Clarus.

Clarus homo.Acad.q.edit.1.lib.2.68.Marius, nobilis Syllæ.de Ar.reſp.50.vir Acad q.ed.1.lib.2.6.Ea doctrina clarus & nobilis vir.pro Rab.Poſt.14.Vir gloria clarus, & auctoritate grauis.de Or.122.Pietas in hoc clara, & omnibus grata. pro Sext. 4.Clara res,pro,omnibus nota.6. Verr.36. Clara res eſt,quam dicturus ſum.5.Ver.49.Res erat clara, neque ſolū argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur.7. Ver.79.Virtus clara & inſignis.de Sen.85. At magnum nomē ſigni,clarumque vocatur.in Ar.4. Virtutē alicuius poſteris fore clarā & inſignē.de Am.115.Oſtēdebat autē Carthaginē de excelſo,& pleno ſtellarū,illuſtri & claro quodā loco.in Som.Scip.5.Ego,quę clara ſunt conſuetudine, diutius dicere non audeo. pro Roſc. Com.4.Vt in re tam clara,tam teſtata.4.Ver.72. Seruum ſuum nomine Antiochum ad ſe vocauit, & clara voce imperauit,vt eū, &c.pro Cæc.16. Et prope conſpicies paruū ſub pectore claro Andromedæ ſignū.in Arat.1. Clari & fortes viri cōmemorandi. L.1.de Fin.28.Clari viri fuerūt.2.de L.53. Viri clari & honorati.de Sen.20.Clari & præpotētes viri.pro Rab. Poſt.27.Claræ mortes pro patria oppetitæ.1.Tuſc.189. Stellæ lumine claræ.in Arat.21.Clara & certa iudicia. Acad.q.ed.1.l.2.20.Clarorum virorū non decet tacitos eſſe congreſſus,aut ludicros ſermones, aut rerū colloquia,leuiorum.Acad.q.ed.1.l.2.6.Claris & fortibus viris cōmemorandis 1.de Fin. 56. Plurimis noſtris exēplis uſus es,& iis quidē claris & illuſtribus.2.de Diu.12. Certe non tulit vllos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores,aut humanitate politiores P.Africano, C.Lælio, L.Furio.2.de Or.84. Si ea quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt.de Fin.1.17.Clariora luce cōſilia.in Catil. 40. Adoleſcens clariſſimus.4.Ver.71 clariſſimus vir. Acad. q.ed. 1.lib.2.4.pro Man.35.id eſt,Cæſar.Att.263. Ampliſſimus & clariſſimus uir. 1.de Or.98. Vos deniq. in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumē prætuliſtis mēti meæ. pro Syl. 30. clariſſimo patre natus,auis,maioribus.1 Cat.2. Voce clariſſima dicere.pro Syl.25.pro Sext.5.Tuſc.45.Tres nobiliſſimi & clariſſimi philoſophi.de Or.112.&123.compoſitiſſimæ, & clariſſimæ literulæ. Att.7.20.1.clariſſima beneficia. poſt redit.ad Quir. 2.clariſſimorum & fortiſſimorū virorū auctoritates. pro L.Man. 35.Sed me repente Iudices, de fortiſſimorum & clariſſimorum ciuium dignitate,&c.repreſſit. pro Sext. 126.clariſſimis rebus tenebras obducere.Acad.q.ed.1. lib.2.17.

Clare.

Varietas in re nulla ſit; aperteque loquantur, & tamen c. gemant,&c.Att.lib. 2.35.3.

Clarius.

C.dic,nro tertia enim mihi ea audiſſe videor.4. At. 26.Quod eſt luce c.1.Tuſ.143.Et quo propius ea cōiectio,quā fieri neceſſe eſt,accedit,eo c.id periculum apparet.Cælius Cic.l.8. 14.4.Nihil c.nihil nobilius illo.2.de Diuin.101.

Clariſonus.

Hunc a clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum.in Arat.

Claritas.

Claritas vocis.Acad.q.ed.2.l.1.14.claritatis pœnitere.1.Phil. 24.Fructuoſius autem(uita)hominū generi,& ad claritatem amplitudinemq. aptior eorum qui ſe ad Remp. & ad res magnas gerendas accōmodauerunt.1. Off. 101. Miros deos immortales biſſioni futuro claritatē oſtendiſſe, nullā oſtēdiſſe Africano.2. de Diu.101. Quæ quamquā ea multis pro tua claritate audiā, tamen libentiſſime ex tuis literis cognoſcam.f. lib.13.91.

Claro.

Iuppiter ex excelſa clarabat ſcepta columna. 1. de Diu.41. Hoc eſt, clara & conſpicua faciebat.

Clareo.

Ergo poſtq. magiſque uiri nunc gloria claret.1.Off.120.Tu pilius Pędio,cuius aduentu inſula hodie claret Cypros.de Sen. 10.Propterea quod ad æſtatis primordia clarent: in Arat.4.id eſt,initio ætatis apparent. Non potuit nobis nota clarere figura.in Arat.19.Forma ſimili clarere.in Arat.1.

Claſſis.

Poſteaquam paulum pronecta claſſis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt,&c.Ver.69.capta & incenſa claſſis.7 Ver.107. Tu a ciuitatibus pecunias claſſis nomine coegiſti. 7. Verr.106.

Verr. 106. Naues, quibus præfuerat, Cleomeni tradidit, claſſi populi Rom. Cleomenem præeſſe iubet. 10 Verr. 262. Et mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent. 3. Verr. 33. Comparare claſſem. pro Flac. 25. Diſtribuere. pro Flac. 24. Claſſem pulcherrimam Pop. Romani in litus expulſam & eiectam, cum primum aduesperaſceret, inflammari incendique iuſſit. 7. Verr. 71. Quid etiam præſidii cauſa claſſem habuit? pro Flac. 21. Eo ipſo tempore, quo tu ipſe negas claſſem habendam fuiſſe, complures a prædonibus eſſe captos. pro Flac. 13 Quapropter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito, claſſem inſtructam atq. ornatam fuiſſe. 7. Verr. 105. Prodere claſſem prædonibus. 7. Verr. 83. Duelliū eum, qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerūt. in Or. 85. Hæc vna nauis ex claſſe noſtra non capta eſt. 7. Verr. 91. Hac claſſe M. Craſſus vir ampliſſimus ab Hemo in Aſiā, his in nauibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam nauigauit. pro Flac. 14. Claſſe valebant Aeginetæ. Off. 3. 90. Glorioſiſſimæ Carthaginenſium claſſes. 7. Verr. 76. Claſſes Pop. Rom. bello Punico primo altera naufragio, altera a Pœnis depreſſa interierunt. Diu. l. 2. 15. claſſium nauigatio. 2. de N. d. 61. Vt eum claſſes habere prohiberet. in Ant. 221. Qui poſteaquam maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. pro L. Man 5. Cum tantis claſſibus, tantiſq. equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, maria ambulauiſſet. 2. de Fin. 177.

Claſſis.

Prima claſſis vocatur, renūciatur: deinde, vt aſſolet, ſuffragia. 2. Phil. 87. Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquiſq. inferioris ætatis? qui mihi cum illo collati, quintæ claſſis videntur. 4. Ac. 130. De Democrito. Tributim & cēturiatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, &c. p. Fla. 15

Claſſicula

Caſſius cum claſſicula ſua venerat. Att. 16 5.

Claua.

Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, &c. de Sen. 53. Qui primo cum obſiſtere ac defendere conarentur, male multati clauis ac fuſtibus repelluntur. 6. Verr. 84.

Claudicatio, claudico, *Vide Claudus.*

Claudo.

Cum L. Flacco portas tota Aſia claudebat. pro Flac. 159. Et in ipſius conſ[illegible] ſinum, quem adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo. ad Figulum, l. 4. 4. [illegible] qua conſuetudine non ſum auſus vti hactenus præ pudore. Claudere mihi videtur maturioris exitus. ad Att. l. 9. 88. 1. Fores cubiculi claudere. 5. Tuſ. 83. Numeris ſententias claudere. in Or. 1[illegible]4. Non enim portu illud oppidum clauditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur & concluditur. 7. Verr. 76. Vrbem pulcherrimam Syracuſas, quæ cum manu munitiſſima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. 4. Verr. 3. Forum ſepietur: omnes claudentur aditus. 1. Philip. 19. Cum edixit tuus tabernas claudi iubebat. pro Do. 214. Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. 2. Off 78. Aptiſſime factæ (*palpebræ*) & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas. 2. de Nat. d. 214.

Clauſus.

Patefactumq. noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet. pro L. Man. 14. Tanquā enim clauſula ſit Aſia, ſic nihil perfertur de oppreſſo Dolabella. Caſſio, l. 12. 9. 1. Domus clauſa contra cupiditatem & audaciam alicuius 7. Ver. 32. clauſa domus pudori & ſanctimoniæ. pro Q. 6[illegible] [illegible]cies orationis clauſa & terminata. in Or. 115. Tuas miri[illegible] [illegible]teras expecto, atq. adhuc clauſum mare fuiſſe ſcio, &c. ad Q[illegible] 2 51. Nihil tam clauſum ad cautus, nihil tam ſeptum vi[illegible] di[illegible] tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari pōt, &c. 7. V[illegible] St[illegible] iuerunt ſe nihil tā clauſum, neq. tā reconditū poſſe ha[illegible]d non illius cupiditati aperiiſſimū, promptiſſimūq. eſſ[illegible] 37. Quis eſt. n. qui putet, &c. noſtrorum hominū ad eorum [illegible] nas uoces, aures clauſas fuiſſe? 4. Tuſ. 4. Re quidē uera [illegible] ilia dubitat, quin eo ſit occiſus, q habere clauſa non [illegible] ua conſilia de Verre. 5. Verr. 52.

Clauſtrum.

Qui noſtros exercitus ſæpe excluſerant, iis clauſtra loci committenda non exiſtimauit. 7. Verr. 68. Corinthi veſtigium vix relictum eſt. erat enim poſita in anguſtiis atq. in faucibus Græciæ, ſic ut terra clauſtra locorum teneret, &c. de L. Agr. 86. Cum uero eg[illegible] tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, vt, &c. p[illegible] Mur. 15. Clauſtra vrbis hoſtibus non committenda ſunt. in Verr. 123. Effringi multorum fores, reuelli clauſtra. 6. Verr. 46.

Omnes ſinus, promōtoria, litora, inſulas, urbes maritimas clauſtris imperii noſtri contineri. pro Flac. Horreum belli ſub ſigno & clauſtris poſitum. contra Rull. 64.

Clauſula.

Clauſula eſt difficilis in tradenda prouincia: ſed hæc deus aliquis gubernabit Att. 6. 31. pro, exitus. Illa uero præclara eſt clauſula edicti, 9, &c. 5. Verr. 27. Mimi ergo eſt iam exitus non fabulæ: in quo cū clauſula nō inuenitur, fugit aliquis e manibus: dein de ſcabella concrepant, aulæum tollitur. pro Cœl. 52. clauſula legis. Poſt red. in Sen. 6. Veniamus aliquando ad clauſulam. 13. Phil. 382. Addere clauſulā 2. de Or. 133. Pedem in clauſula nō ſolum extremum pedem, ſed etiam proximum ſuperiorem, ſæpe & tertium intelligere debemus. de Or. 218 Quā mihi nullū ſcribendi argumentum relictum eſt, vtar ea clauſula, qua ſoleo. ad Curionem, l. 2. 6. Clauſulæ interpūctæ in orationibus. 3. de Or. 95. Sed ſunt clauſulæ plures, quæ numeroſe & iucunde cadant, in Or. 124. clauſulæ orationis diligenter ſeruandæ. 3. de Orat. 106 clauſulas atque interpuncta uerborum, animæ interclusio atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. 3. de Or. 100.

Claudus.

Iſte claudus (quomodo aiunt) pilam retinere. in Piſ. 55. Claudum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. 1. de Nat. deo. 113.

Claudico.

Verſū ut in uerſu uulgus, ſi eſt peccatū, videt: ſic, ſi quid in noſtra oratione quod claudicat, ſentit. 3. de Or. 109. Sed & ille reprehenſus a multis eſt, nec vox eaitū reperitis: totaq. res vacillat & claudicat. 1. de N. d. 148. Actio paulum conuitio uocis, tum et ineptiis claudicabat. de Cl. Or. 120. Item beatā uitā, etiamſi ex aliqua parte claudicaret, tamē ex multo maiore parte obtinere nomen ſuum. 5. Tuſ 34 In quacumq. .n. una (pars) plane claudicaret, orator eſſe nō poſſit. de Cl. Or. 113. Sint probæ res, lecta uerba, quid eſt cur claudicare, aut inſiſtere orationem malint, q̄ cū mēte pariter excurrere? in Or. 97. Tū in tota vita conſtituenda multo eſt maior rei cura adhibēda, vt conſtare in uitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare. 1. off. 167. Qui uerentur, ne, ſi amicitiam pp noſtram uoluptatē expetēdā putemus, tota amicitia quaſi claudicare videat. 1. de Fin. 54

Claudicans.

Oratio claudicans. in Or. 115. Præclarū & graue eſt, quod Calnino Glaucia claudicanti, Vbi eſt uetus illud? num claudicat? at hic clodicat, hoc ridiculū eſt. 2. de Or. 138 Nā quod Sp. Caruilio grauiter claudicāti ex uulnere ob Rēp. accepto, &c. 2. de Or. 138

Claudicatio.

Claudicatio non deformis inſtante Vulcano. de Nat. d. 1. 58.

Clauiculus. *Vide, Clauus.*

Clauis.

Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, &c. Sex. Clodio, &c. omne frumentū priuatū & publicū, oēs prouincias frumentarias, oēs mācipes, oēs horreorum claues lege tua tradidiſti. pro Do. ſua. 2 t.

Clauſtrum, clauſula. *Vide, Claudo.*

Clauus.

Vt hoc beneficiū, quēadmodū dr, trabali clauo figeret. 7. Ver. 43. i. vt perpetua & indelebilis beneficii memoria eſſet. Sedebamus in puppi, clauumq. tenebamus: nunc aūt vix eſt in ſentina locus. ad Papyrium Pætum, l. 9. 15. 9. Quis n. clauū tāti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare, &c. pro Sex. 15. & 9 f. 33. Ille autē clauū tenēs, quietus ſedeat in puppi. de Sen. 16. Etiā nouo quodā amore veterē amorē tāquā clauū clauo eiiciendū putant. Tuſc. 4 61.

Clauiculus.

Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendūt. 2. de Nat. deo. 90. Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur, eadem ut ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus quidquid eſt nacta, complectitur. de Sen. 48.

Clemens.

Clemens caſtigatio. off. 1 7. Etſi ſatis clemens ſum in diſputādo, tā interdū ſoleo ſubiraſci. 2. de Fin. 9. clemens & miſericors iudex. pro Planc. 265. Si clementes eſſe uoluerimus, nūquā deerunt bella ciuilia. ad Brut. 4. Nec in cæde principū clementiorē huoc fore, quam Cinna fuerit. Att. 7. 187. 9. Ego, quāquam præeſt huic quæſtioni uir, & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus: tamen, &c. pro Roſc. Am. 52.

Clementia.

Clementia, per quā animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinētur. 2. de Inu. 243. clementia, lenitas, moderatio, &c. Parad. 126. clementia hæc omnia ad un[illegible]

ĩ illam crudelitatem colligatur.8. Att.24. clementia inſidioſa.8. Att.60.clementia maiorum noſtrorum.5.f.1.in ep. Q.Met.Cæſar aduerſarios clemẽtiæ ſpecie deuioacrat. Ant.182.Plena omnia clementiæ,manſuetudinis,humanitatis.ad Q.fr.1.1.38.clementiæ ſpeciem inanẽ vincit ſalutaris ſeueritas. Brut 4.M.Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit,meã lenitatem & clementiam & ſibi eſſe gratam,& mihi uoluptati magnæ fore.Att.14.317.3.Illam clementiam, manſuetudinemq. noſtri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe conuerſam? 7. Verr.9.clementiam illi malo fuiſſe:qua ſi uſus non eſſet,nihil ei tale accidiſſe potuiſſe.Att.14.320.2. Ipſum aũt non voluntate, aut natura non eſſe crudelem,ſed ꝙ putaret popularem eſſe clementiam:ꝙ ſi populi ſtudium amiſiſſet,crudelem fore.At.10.12.

Clementer.

Leuiter hominem,clementerq. accepit. 6.Verr.78. Siquid factum clementer,vt diſſolute factum criminer.7. Verr.151

Clepo,

Sacrum ſacroue commendatum qui clepſerit rapſeritque,parricida eſto.de Leg.274. Quemdam Thyeſtem clepere auſum eſſe e regia.3.de N.de.95.Spartæ rapere pueri & clepere diſcunt. de Rep.4.Eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo,pœnaſq. Ioui fato expendiſſe ſupremo.2.Tuſc.40.

Clepſydra.

Cras ergo ad clepſydram.Tuſc 2.57. ἀλεγεπλεμῶν, intelligendum,reuertamur aut perſequamur reliqua. Ad hunc non declamator aliquis ad clepſydrã latrare docuerat:ſed,&c.3. de Or.76

Cliens.

Manlius Glaucia quidam,homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris iſtius T.Roſcij.pro Sext.Roſc.11.commemorant uero ipſius ciues noſtri clientes, Locri.2.de Leg.13.Quos clientes nemo habere uelit,non modo eſſe illorũ clientes.in Ant.180. Poſtea tuus ille Pœnulus. ſcis enim citius clientes tuos a poetica profectos.4.de Fin.90.Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq. ducebant, ab hoſpitibus clientibuſq. ſuis,&c.de Diu.

Clientela,

Se in Chryſogoni fidem ac clientelam contulerunt.pro Roſc. Am 63.Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelã honeſtam iudicẽ.Att.14.308.1.conabaris clientelam tam illuſtrẽ, tam ſplendidæ prouinciæ ad te traducere Verr. 221. Ianus Medius in L.Antonij clientela ſit.in Ant.80.Eſſe in fide & clientela alicuius.pro Sex.Roſc.clientelæ regum aut nationum.9.f.16. in ep.Dol.Tũ duę maximæ clientelæ tuæ, Cyprus inſula & Cappadociæ regnum,tecum de me loquentur.Cat.15.13.clientelas acceptas a maioribus confirmare. 13.1.86. Quæ ſunt a me propter vrbis,veſtræq. ſalutis cuſtodiam repudiata: pro clientelis hoſpitiiſq. prouincialibus,&c.comparo.4.in Cat.94.

Clitellæ.

Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Att.5.28. id eſt, prouincia hæc mihi non conuenit non magis,quam boui clitellæ.

Clitellarius.

Mulus clitellarius.in Top. 18.

Cliuus.

Quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero ac principe collocaram.Att.2.16.13.

Cloaca.

Me arcem facere ex cloaca, lapidemque e ſepulchro uenerari pro deo.pro Plan.77.Qui de foſſis,de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controuerſiis interdicit, is repente obmuteſcet? pro Cæc. 26.

Cludo.

Mare terram litoribus cludit.de Nat.d.46.

Clueo.

Tum duo Cæpiones multum cluentes conſilio & lingua,plus auctoritate tamen & gratia ſublenabant.de Cla.Or.49.

Clypeus.

Simul atq. ipſe graui vulnere exanimari videret ſe, ut primũ diſpexit,quæſiuit ſaluuſne eſſet clypeus,&c.2.de Fin.155.Vt clypei cauſa inuolucrum,vaginã autem gladij,ſic,&c.de N.d.a.27

Coaceruo.

Conſtruere & coaceruare omnibus modis pecuniam. pro L. Agr.8.Et ne forte hominem exiſtimetis hanc tãtam oim emblematũ ſine cauſa coaceruare uoluiſſe,videte, &c. in Ver.12. Ante pecuniæ coguntur & coaceruantur, quam gleba una ematur.a pro Leg.Agr.72.Tantum quantum coaceruari una in domo potuit.pro Sext.Roſc.40,

Coaceruatus.

Multitudo ciuium indigniſſimo loco coaceruata.7.Ver.116. Videtis conſtitutam & coaceruatam pecuniam.contra Rull.63. Veriſimilia autem partim ſingula mouent ſuo pondere, partim etiam ſi uidentur eſſe exigua per ſe multum. tamẽ cum ſint coaceruata,proficiunt.in Part. 23.

Coaceſco.

Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas uetuſtate coaceſcit.de Sen. 60.

Coactio,coactor,coactus. *Vide Cogo.*

Coædifico.

Campum Marcium coædificari,&c.13. Att.46. Loci coædificati.Part.233.

Coæquo.

Coæquare omnia ad ſuas iniurias & libidines.5.Ver. 79.

Coæuus.

Hunc tu morem ignorabas?numquam epulum videras? numquam puer aut adoleſcens inter coæuos fueras? in Vat.24.

Coagitatio.

Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primũ ab ipſo ſpiritu,deinde coagitatione pulmonũ. 2. de N.105.

Coagmento.

Sed viuendi eſt finis optimus,cum integra mente, ceteriſque ſenſibus,opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit natura,diſſoluit.de Sen.66. Ipſa verba compone & coagmenta. Brut.34. Verba uerbis quaſi coagmentare. in Or.48. Docebo ne coagmentari quidem poſſe pacem.7.Phil.130.

Coagmentatus.

Collocationis eſt cõponere & ſtruere uerba ſic, ut neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & leuis.3.de Or.94.Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius,nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum,tamque compactum & coagmentatum inueniri poteſt? 3.de Fin.112.Qm nihil ſit animis admixtum,nihil concretum, nihil copulatum,nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſc.163.

Coagmentatio.

Omnis coagmentatio corporis uel calore,uel frigore, uel aliqua impulſione uehementi labefactatur & frangitur,& ad morbos ſenectutemq. compellitur.de Vniu. 21. Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? 1. de N. d.16. Quæ copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolomitatem coagmentatio naturæ,&c.2.de Nat. deo. 178.

Coamicus.

Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes uerſaris, atque luſeris lautiſſime.de Am. 114.

Coanguſto.

Coanguſtari poteſt hæc lex dilatata in ordinem cunctum.3. de Leg. 30.

Coarcto.

Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice,vt Craſſus hæc, q coarctauit,& peranguſte referſit in oratione ſua,dilatet nobis atque explicet.1.de Or.79.id eſt,quod paucis verbis perſtrinxit.

Coarctatus.

Cn noſter quid conſilij ceperit,capiatue, neſcio:adhuc in oppidis coarctatus. Att.7.37.

Coarguo.

Meũ crimen auaritiæ nimię te coarguit.7.Verr.119 Errorem eorum qui ita putarunt,coarguit.1.Ac.20.Fuga laboris, deſidia: repudiatio ſupplicũ,ſuperbiã:amicorum neglectio improbitatẽ coarguit.pro Mur.8.pro Flac.15. Non is noſtram coarguit perfidiã,ſed indicat ſuã.ep. 38. Illum multorũ literæ & nuncij coarguerunt.pro Syl.170.Quieſcamus,ne noſtram culpam coarguamus.Att.9.173.8.Reliquum eſt,ut iam illum natura ipſius, conſuetudoq. defendat,hunc autem hęc eadem coarguant.pro Mil, 87.pro Syl.18.8.Phil.49.Tu cũ tua vox nũquam ſit audita, &c. & in cũ locum te deducas,ut antęquã me cõmutaſi iudicij coargueris,te ſummę neglegẽtię tuo iudicio conuictũ eſſe fateare.pro Syl.33.coarguere diſſolutã alicuius cõſuetudinẽ.pro Fl 150.Hominis nõ eſſet,in tanto diſcrimine & periculo ciuis, refellere & coarguere noſtrum mendacium,&c.pro Lig. 9.coarguere rẽ aliquam certioribus argumentis.ad Her.7. in Ant. 163. Omnibus In rebus coarguitur a me,cõuincil a teſtibus,&c.6.Ver.94.Atq. hæc a me ſuſpicionibus & coniectura coarguuntur.de L.Agr.10. Aut aliis quoque conſtitutionibus factum coarguetur. 1. de Inu. 224. Reus cum tot teſtibus coarguare, potes de damnatio

ne dubitaret? 7. Verr. 60. Iam intelliges certum crimē quam multis ſuſpicionibus coarguatur. pro Sex. Roſc. 31. Coargui criminibus. 6. Verr. 93. Digito legata deleuit: & cum id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, &c. pro Cluē. 30. Vinci, refelli, coargui putant eſſe turpiſſimum. pro Fla. 8.

Coauctio.

Coauctio annonæ atque æſtimationis. 5. Ver. 164.

Cochlea.

Vt ſi quis medicus ægroto imperet ut ſumat. Terrigenā, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam, potius quam hominū more cochleam dicere, &c. 2. de Di. 197. Iſte tamquam cochlea abſcondens & retentans ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur cū domo ſua, & aufertur. ad Her. 39.

Cocus.

Cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. 9. fa. 47. Cocum ad te miſi, quo uterere. 16. fam. 20. Mitto cocos, piſtores, lecticarios, &c. pro S. R. 41.

Codex.

Falſus codex. 3. Verr. 112. Interlitus codex. pro Clu. 73. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit. 3. Verr. 65. Codicis tui literas contēplare. in Vat. 29. Litura codicis. 5. Ver. 33. Referre falſum in codicē. pro com. 1. Referre in codicē noīa. pro Syl. 33. pro com. 2. Inſtituere codicē. pro Cō. Legere codicem. in Vat. 3. Cautam in me cōferebat, quod tū codicē obſignaſſem. in Ver. 155. & 206. Proferre codicē. pro Cō. 4. Recitare codicē. in Vat. 3. Recitare ſuum codicem teſtis loco, arrogantiæ eſt. pro Com. 3. Recognoſcere codicem. in Vatin. 3. Quomodo HS. CCCIↃↃↃ. in codice accepti, & expenſi non ſuo? pro Q. Roſc. Com. 2. Habetis ſubſortitionem in codice. pro Clu. 73. Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercesſit, quod iſte aliter, atque ut edixerat, decreuiſſet. 3. Verr. 84.

Codicilli.

Codicilli tui conuitio efflagitarunt hāc epiſtolā. 2. ad Q. 25. Ut non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Cōſulum paginulas habeat, quam factorum. Att. 4. 26. Simul ut accepi a Seleuco tuo literas, ſtatim quæſiui e Balbo per codicillos quid eſſet in lege. Lepta. 6. 18. 1. Cum codicillis obuiam uenire alicui. Ser. Cicer. 4. 12. 6. In codicillis ad te harum exemplum exaraui. 9. fam. 60. Hic heſterno die ſententiolas noſtras in codicillis & omnia uerba referebat. in Ant. 2. 19. Omnia in codicillis ſcripſi quæ deſideras. 15. Att. 10.

Cœlum, *Vide Cælum.*

Cœmentum, *Vide Cæmentum.*

Coemo.

Sylla omnia bona coemit. Caſ. Cicer. 15. 19. 6. Non modo nō uenīebant, ſed & coemebant. Ver. 23 1. Deinde ipſos ſibi frumentum coemiſſe, nihil hæc ad te pertinere. 5. Ver. 151. Gal. 7. 24. 4.

Coemptio.

Nam neq. illud eſt mirandum, qui quibus uerbis coemptio fiat, neſciat. 1. de Or. 182. Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari. pro Mur. 24. Mulieris, quæ coēptionem fecerit, cauſam defendere. de Or. 1. 122. Coemptione in unum conuenire. pro Fla. 65. Horum ingenio ſenes ad coēptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt, &c. pro Mur. 14.

Coemptionalis.

Coemptionales ſenes. 7. fam. 51.

Cęna.

Vbi cum tyrannus cęnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. 5. Tuſc. 137. Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cum Pomponia foris cęnaret. 3. ad Q. Vocare aliquem ad cœnam. Att. 6. 114. 13. Sed vide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi ſine pauone. Pæto. 9. 47. Is cœnam dedit apud villam in Tindaritano. 6. Ver. 43. Puerū uocari, credo cui cœnam imperaret. pro S. R. 28. Iter cœnam hæc dictaui. 3. ad Q. fr. 13. Poſt cęnam vomere. pro Deiot. 13. Non illum redeuntem a cęna videtis? pro S. R. 35. Eſt enim dictum ab illo, fore qui dicerent, uxores ſuas redeuntes a cœna, attrectatas eſſe a Cælio. pro Cæl. 41. In eas cum incidiſſem in cęna augurali apud Lent. 7. fam. 47. Tamen in ea cęna cocus meus præter ius feruēs nihil potuit imitari. Pæto. 9. 20. 7. Quæ cœne, quæ deliciæ? 12. Att. 2. Te ad cęnas ita te deſiſſe, moleſte fero. Pæto. 10. 24. 6. Vides, ut te philoſophando reuocare coner ad cęnas? Pæto, 10. 24. 10. Quid ego illius prandia & cœnas commemorem? Verr. 86. Cœnas facere & obire. 9. Att. 55.

Nec tamē eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiāt: quod erit, magnificum ſit & lautum. Pæto. 9. 39. T. Pinnarius amabiles ad me de te literas mittit, ſe maxime literis, ſermonibus, cœnis denique tuis delectari. 3. ad Q. fr. 14.

Cęnula.

Quid? uos heſterna, inquit, cęnula, non intellexiſtis me pecunia non egere? 5. Tuſc. 132. Deinde etiam uereor (licet enim uerum) dicere te, neſcio quid illud quod ſolebas, dedidicas, & obliuiſcare cœnulas facere. Pæto. 9. 56.

Cœno.

Ego eo die caſu apud Pompeium cœnabam. epiſt. 3. & Attic. 250. Eo die cęnaui apud Craſſipedem ad Quint. fratr. 2. 8. 5. Cedo, quis umquam cœnauit atratus? in Vatin. 23. Quis umquā cœnauit in funere familiari cum toga pulla? in Vatin. 35. Cœnabis cum doctis. ad Qu. fr. lib. 2. 9. 2. Manus lana, inquit, & cęna. de Or. 131. Socratem ferunt, &c. quo melius cœnaret, opſonare ambulando famem. 5. Tuſc. 137. At eodem te, cum cœnauiſſes, rediturum dixeras pro Deiot. 47. Cœnare foris. 3. ad Q. fr. 13. Qui cum in quandam cauponam diuertiſſent, ſimul cœnare, & in eodem loco ſomnum capere uoluerunt. de In. 63. Apud Pompeium in eius nuptiis eram cœnaturus. ad Qu. fr. 309. Cum Cæſar ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi ueniſſet, villa ita completa militibus eſt, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, uacaret. 13. Att. 66. Hircium ego & Dolabellam dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros. 9. fam. 39.

Cęnans.

Aduentabat autē βουλύσει cœnantibus nobis. Att. 15. 330. 31. Hac introducta cōſuetudine ſæpe inſcientibus nobis & cęnantibus oprebit. Tir. 16. ep. 21.

Cęnito.

Ego ſi foris cęnitarem Cn. Octauio familiari tuo non defuiſſem ep. 105. Itaque non deſino apud iſtos, qui nūc dominantur, cęnitare. Var. 9. 7. 3. Poto enim te audiſſe, &c. cęnitare me apud eos, illos apud me declamitare. 9. fa. 39. Cœnitare foris, itare ad cęnas. pro eodem. 9. fa. 56. 58. & 7. 30.

Cœnatus.

Cum illa munera inſpexiſſes cęnatus. pro Deiot. 30. Cęnato mihi, & iā dormitāti prid. Cal. Maias epiſt. eſt illa reddita. Att. 2. 31. 1. Quid igitur cauſę excogitari poteſt, cur te lautū noluerit, cenatū uoluerit occidere? pro Deiot. 23. Qui ut cœnati quieſcerente, uiſum eſſe ei, qui, &c. de Diu. 92.

Cœnaculum.

Romam in montibus poſitam, & cenaculis ſublatam atque ſuſpenſam, &c. de L. Agr. 93.

Cęnum.

Qua tum ſuperbia cęnum illud ac labes ampliſſimi ordinis preces, &c. pro Sext. 20. & pro Do. ſua. 38. Cœnum, pro homine inquinatiſſimo. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Sex. 2. 7. Nunc autem ita diſſerunt, ſic ſe dicere, omnes ſtultos inſanire, ut male olere omne cœnum. 4. Tuſc. 84. O cęnum, o portentum, o ſcelus. pro Do. ſua. 38. Si Protogenes Hialyſum illum ſuum cœno oblitum uideret, magno credo acciperet dolorē: &c. Att. 2. 36. 4.

Coeo.

Cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. 2. de Nat. d. 183. De ea concha loquitur, quam pinnam uocant. Heri aliquos adoleſcentuli coimus in Piræum. Att. 103. Nullamq. ſocietatem neque ſceleris, neque prœmii cum homine ullo coieras. pro Sex. Roſc. 58. Vtinam Cn. Pompeius cū C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſet, aut nūquam diremiſſes. 2. Phil. 46. Dixi Habito ſtatim de eo qui coiſſet, quo quis condemnaretur, illum eſſe liberum. pro Clu. 155. Collegia medius fidius Tribunus plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis, præda preſertim populari & ſpe largitionis oblata. pro Do. ſua. 37. id eſt, qui in abdito conſilia agitēt de euertendis locupletū fortunis. Auaritiam præfers. qui ſocietatem coieris de municipiis cognatique fortunis cū alieniſſimo. pro Roſc. Am. 52. Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c. pro Clu. 49. Cum hoc coire auſus es? poſt reditum in Senatu, 14. & pro D. ſua. 37. Coire, pro paciſci uel conſentire Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat. 1. Att. 54. id eſt, ſocietatē inire. In aliquem locū coire. Att. 7. 123. 14. Coire ſocietatem cum aliquo. 2. Phil. 46. & pro Quint. 51. Societas coitur. pro Sex. Roſc. 12. Quia communicatio cōſilii tali tempore, quaſi quædam admonitio uidetur eſſe officii, uel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem uel periculi, vel laboris Ruſo, 5. 19. 6.

libertogitandi.de Cl.Or.146.Nullum tempus agendi & cogitandi ſe re aliqua prætermittitur. Lent.1.5.9.Næ multo veſtrę nium,grauioreſque partes ſunt ad cogitandum, quam ad dicendum meæ.pro Font.10. Sumere ſpatium vel tempus ad cogitandum.1.de Or.72.2.de Or. 58. Acer & acutus homo in cogitando.2.de Or.71. Alicuius vultum, obtutumque oculorum in cogitando noſſe. 3.de Or. 10. Cogitatum eſt crudeliſſime de te.11.Att. 10. Ea quæ cogitata ſunt diligentiſſime, cadunt temere.10.ad Att. 40.

Cogitans.

Nihil vidi tam neſcio quid cogitans. 10. Att. 36. Sæpiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti,&c.de Am.25. Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum viſus emerſus e flumine. 2. de Diu. 207. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exẽplo aut præſidio ſit.ad Brut.10.

Cogitatus.

Cogitata ratio.de Ar.reſp. 2.Meditatum & cogitatum ſcelus.2.Phil. 89. Cogitatam libidinem in ſacrificiũ intulit Claudius.2.de Leg.36. Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum & diu cogitatas,eaſque tueor animi non corporis viribus.de Sen. 5. Quo cogitata ſunt omnia diligentius,eo facta ſunt imprudentius.10.Att.41.

Cogitatum.

Illius non modo acta,verumetiam cogitata. 14.Att.34.Omnia cogitata eius.14.Att. 12.1. omnes cogitationes. Cogitata optimæ mentis enuntiare.10.fa.14. in ep.Planci.Perficere cogitata.pro Deiot.13.Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur.1.de L.Ag.1.Ex ceteris dictis, factis, cogitatiſque Sex.Næuii quiuis poteſt intelligere.pro Quint.61.

Cogitatio.

Cogitatio,prudentia, mens,conſilium (pro ratione) de Nat. de.2.14. Cogitatio (nihil eſſe quod accidere non poſſit)vna maxime moleſtias omnes extenuat & diluit.Tuſc.3.31. Cogitatio quamuis poteſt regionem amplecti,& in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari,&c.ad Her.22.Acerrima atque attentiſſima cogitatio.3.de Or. 10. Cogitatio diuturna nihil eſſe in re mali,dolori medetur, nõ ipſa diuturnitas. Tuſc.q.3.63. Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet,quam tu quoque approbas, &c. Att.7.14. Ipſa enim cogitatio de vi & natura deorum ſtudium incendit illius æternitatis imitandæ.neque ſe in breuitate vitæ collocatam putat, cum rerum cauſas alias ex aliis aptas & neceſſitate nexas videt. Tuſc.5.51.Cogitatio informata.1.Att. 3. Hæc me ſpecies cogitatioque perturbat.Att.14.320.3. Sapientis enim cogitatio nõ ferme ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos.5.Tuſc.156 Tacita cogitatio.3.Off.6. Vt aſpectus, ita cogitatio minus valet,&c.ad Her. 3. 126. Cogitatio in vero exquirendo maxime verſatur. Off.1.183. Omnis autem cogitatio motuſque animi aut in conſiliis capiendi de rebus honeſtis, & pertinentibus ad bene beateque viuendum, aut in ſtudiis ſcientiæ cognitioniſq. verſabitur.Off.1.31.Cogitatio in ſeipſa vertitur.1. Off 219.Subitam orationem cõmentatio & cogitatio facile vincit.de Or. 97.Aliquid cogitationis multæ atque otij. 2. Att.34.Motũ illũ celerem,cogitationis acumen,ſolertiam, quam rationem uocamus.3.de N.d.50.Cogitationis tacito dũtaxat conuitio te uerberaui.16.fam.35.ex ep. Q.Cicer.Motus cogitationis celeriter agitatus,per ſeipſe delectat.in Or.74. Agitatio mentis,quæ nũquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis etiam ſine opera noſtra continere.1.Off.31. Imperiri aliquid temporis alicui cogitationi.Att.9.183. 4. Cogitationem a conſuetudine abducere. Tuſc.1.31.Ad aliquam cogitationem ſpe deduci. Att.9. 28. Ad ſenſum cogitationemque res acerba. 3. Verr. 39. Ad cogitationem conſulatus bimeſtris eum transtulerint. 10. fam. 54 [illegible] lan. Excitate memoriam ad timoris præteriti cogitati[illegible] Sext.8.Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitati[illegible]am auoca. Ser.Cic.4.5.15.Nam ſi tantummodo ad cogitat[illegible] valent,&c.1.de N.d.145. Cogitationem hanc toto pect[illegible]ectare.12.Att.45. Cogitationem a miſeriis auertere.6.[illegible] Cicero tuus nomquam uidetur dimittere cogitationem,cu[illegible]ius.Brut.90. Quæro enim a vobis,num vllam cogitatio[illegible]iſſe videantur hi, qui hanc Remp.tam præclare fundatam [illegible]his reliquerunt,aut auri, aut argenti ad auaritiam:&c.in Para[illegible].10. Quod ne in cogitationem quidem cadit. 1.de Nat.d.16.Inducere animum in ſpem, cogitationemque meliorem.de Amic. 52. Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt vt tu veneris, & nos ſæpe incidimus. 4. fam. 16. cogitationem ponere in re aliqua facienda.1.ad Q.fr. 31. Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, vt,&c. ad.Cic.in ep.ad Att.8.168.1.Attende enim pauliſper,& cogitationem ſobrij ad punctum temporis ſuſcipe.in Ant.166.Quæris vt ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putem. Att.14.318.6.Ibidẽ.9. 24.cogitatione aliquid aſſequi. 11. Att. 47. Omne illud tempus meridianum Craſſus in acerrima & attentiſſima cogitatione poſuit.de Or.144. Complecti cogitatione abſentem. 3.fam.48.Tuſc.q.1.42. Nequeunt, qualis animus ſit uacans corpore, intelligere & cogitatione comprehendere. 1.Tuſc.41.Comprehendere aliquid animis & cogitatione. pro Flac.52. Comprehendere rationem ſenſu aut cogitatione. 3.de Or.12.Conquirere aliquid cogitatione.2.de Or. 71. Nihil conſequi cogitatione.2.de Sen. 37. Conuertere ſe animo & cogitatione aliquo. 1.de Or. 4. Deinde cum uiem moueatur ipſa per ſeſe,ut & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c. Acad. q.ed.1.l.2.45. Cogitatione quiduis poſſe depingere mẽs noſtra uidetur.de Nat.d.1.29. Ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate ſapientis.Acad.quæſt.ed.1.l.2.61. cogitatione ſibi aliquid fingere.3.de Nat.d.33.pro Mil. 59. Aliquem deſiamm eſſe in cogitatione.3.de Or.10.Ponere tempus in cogitatione.3.de Or.10.In aliqua cogitatione ac cura neſſari.2.de Or. 100.Verſari in auditione & cogitatione.2.de Or. 71. cogitatione omni curaque in Remp.incumbere. 10.fam. 2. Percutere aliquem inani cogitatione.pro Mil.60.Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio & cogitatione nulla,&c.4.Ver.93.cogitatione futura percipere. Off.1.113.Sic enim dicebas percipi ſpeciem dei cogitatione,non ſenſu, nec eſſe in ea ullam ſoliditatem,nec,&c.de Nat. d. 1.74. paulo poſt, Tantummodo ualet ad cogitationem. Percurrere multa animo & cogitatione.1.de Or.110. Quapropter a natura mihi uidetur potius, quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi,cum quodam ſenſu amandi,quam cogitatione,quantum illa res vtilitatis eſſet habitura.de Amic.161. Sed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſeiungere.4.Tuſc. 44. Quod cogitatione magis a uirtute poteſt,quã re ſeparari. 1.Off.135.cogitatione tota uidere te cupio 16.fam. 9.cogitatione uel impetu quodam animi uti.11. Att.7.Vti cogitatione ad res quam optimas.1. Off. 184. cogitationes acerbæ.Tuſcul.3.30.Liberę cogitationes.pro Milo.59.cogitationes molliſſimæ.Tuſc. 1.79. Verſantur in animo meo multæ & graues cogitationes.2.de L.Ag.21 Fere fit, ut cogitationes ſermoneſque noſtri pariãt aliquid in ſomno tale, quale eſt id de quo ſæpiſſime uigilantes ſolemus cogitare & loqui. Somn. Scip.4. Cogitationes poſteriores,ſapientiores.12. Phil. 321. Vigilantes cogitationes inſunt in animis.2.de Diu.207. In cogitationum ſuarum conſilium adhibere deſperationem. 6.fa. 2. Fallere ſpem cogitationum & conſiliorum.1.de Or. 2. cogitationũ omnium ſummam facere.1.fam.36.Nihil enim altum,nihil magnificum,ac diuinum ſuſpicere poſſunt,qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. de Amic. 31. Omnes curas cogitationeſq. in rem aliquam conferre.2.Off.3.Et meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruulam cynoſuram,ſed ad Elicẽ & clariſſimos Septentriones, ideſt, rationes has,latiore ſpecie,non ad tenue elimatas. Acad.quæſt. edit.1.lib.2.60.allegoria eſt, & metaphora a nauigantibus ſumpta.Explicare cogitationes.Att.10.196.1. Cogitationes ſuas mãdare literis.Tuſ.1.5.Mentes cogitationeſque ſuſtẽtare.pro Flac. 2.Tacitas cogitationes extimeſcit.pro Ligar. 4. Petere veniam errato ex intimis cogitationibus alicuius.pro Syl.48.Proponere ſibi exercitationem in quotidianis cogitationibus.1.de Or.74

Cogitate.

Quæ uero accurate,cogitateq. ſcripſiſſet, ea ſic uidi probari, ut ad ueterum laudem peruenirent.pro Ar.13

Cogitato.

Sed in omni iuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi,quæ plerumque breuis eſt, & ad tempus,an cõſulto & cogitato fiat iniuria.1.Off.40.

Cognatus.

Fecit amicus recens & cognatus uoluntarius. 4. Verr.98.Incidiſſemus etiam in illos,in eos,in cognatum tuum. Att. 213. Cognatam ſibi formam Deus mundo dedit. de Vniu. 21. Mentibus noſtris aliquid eſſe cognatum. 3. de Or. 109. Affines atque cognati alicuius.poſt red.4.Amici & cognati alicuius.pro Cæc. 12.Propinqui,cognatique optime conuenientes.pro S.R.59.

Cognatio.

Multis officij aliquorum uſurpata & comprobata cognatio. 7.Verr.97.Cognatio conſentiens,conſpirans, continuata.de N. d.2.14.Materna cognatio Tranſalpini generis.poſt red.in Sen. Cognatio naturæ,& quaſi concentus atque conſenſus, a Græ

cia

ξις συμπάθεια dicitur. Diu. lib. 2. 26. Naturalis cognatio rerum diſtantium. 2. de Diu. 50. Nulla tibi Quinte cum iſto cognatio eſt. 7. Verr. 138. Cognatio nulla propior, quam patriæ. 5. Philip. 167. Cognatio propinqua. pro Ligar. 5. Quid vero illa Segeſtanorum cognatio, &c. 7. Verr. 97. Quæ cognatio ſtudiorum & artium non minus coniuncta, quam illa naturæ. Verr. 219. Dedecus familiæ, cognationis, nominis pro Cl. 11. Deorum cognationem agnoſcere. 1. de Nat. 124. Gratiam, amicitiam, cognationemque commemorare. 4. Ver. 45. Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum oratoribus cognationem eſſe, qui claros viros à ſe inſtructos dicant Remp. ſæpe rexiſſe? Acad. q. ed. 2. lib. 2. 105. Cum prædiis cognationem eſſe alicui. pro Syll. 44. Cum rerum autem natura quam cognationem habent. 2. Diuin. 24. Habere aliquam neceſſitudinem aut cognationem cum aliquo. in Or. 108. Eum multis verbis agere mecum per cognationem, quæ mihi ſecum eſſet, &c. preſcripſit. Att. 12. 159. Cognatione, quibus maioribus, quibus cõſanguineis. de Inu. 50. Quo quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabitur. 4. Ver. 17. 2. de Or. 56. Ampliſſima cognatione & plurimis amicitiis vir. 4. V. 73. Coniunctum eſſe cognatione cum aliquo. 6. Verr. 65. Segeſtani cognatione ſe cum populo Romano coniunctos eſſe arbitrantur. in Verr. 216. Cognatione contineri. pro Arch. 1. Continuata cognatione oratio. 3. de Nat. d. 37. Deorum cognatione tenetur animus. 1. de Diu. 113. Iungi cognatione naturali cum re aliqua. 2. de Diu. 211. Patruelis cognatione, amore germanus. 5. de Fin. 1. Cognationes, affinitates, decreta, &c. de Or. 2. 56. Tota domus coniugio & ſtirpe coniungitur: ſerpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, &c. 5. de Fin. 116. A

Cognomen.

Cognomen, quod pro certo nomine collocamus. ad Her. 34. Alteri Capitoni cognomen eſt. pro Sex. Roſc. 10. Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomen eſt, præteriri poteſt? 7. Verr. 13. Cognomen hæreditarium. de Somn. Scip. 6. Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. 2. de Inu. 140. Cognomen hoc ſubito arripuit. candidatorum licentia hic quoque viſus. 15. fam. 50. Bombalio, &c. propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. 3. Phil. 13. Deligere cognomen ex imaginibus. pro Clu. 57. Cato, quia multarum rerũ vſum habebat, &c. propterea quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. de Amic. 6. Inuenit cognomen torque detracta Manlius. 3. Off. 154. Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit. 1. de Fin. 18. Sumere cognomen ex aliqua re. 6. Phil. 211. P. Craſſus cum cognomine diues, tum copiis. Off. 45. Cum ſeneſcit cum huius cognomine cognomen Craſſi. Att. 2. 28. 1. Quam laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo præ ſe ferebat, eadem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. pro Mur. 131. Cognomine tuo lapſus. 15. Att. 4. Vti cognomine generis. pro Clo. 57. Cognomina Iouis Statoris & inuicti. 2. de Leg. 29

Cognomentum.

Si aut de induſtria faciat, vt Heraclitus cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, &c. 2. de Fin. 14. C. Caſſius cognomento Scola. pro Mil. 110.

Cognominatus.

Verba ponenda ſunt, quæ vim habeant illuſtrandi, &c. facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata, in primiſque tranſlata. in Part. 29.

Cognoſco.

Id adeo nõ tam ex reis quam ex illius decretis cognoſco. in V. a 37. Cauſã Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. in Verr. 113. Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas, &c. ad Teren. 14. 5. 4. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui ſua amiſerant. 2. Off. 151. De Marcelli collegæ tui ſalute paulo ante, quam tu, cognouimus. Sulp. lib. 4. 4. 7. Etſiam illa cognoram & acceperam, eſſe conciliatorem. de Or. 96. Domi ius ciuile (P. Craſſus) cognouerat. de Cl. Or. 50. id eſt, didicerat. Hominem prudentem & officioſum cognoſces, & dignum qui a te diligatur. ad Seru. 13. 21. 2. Habet conſilia noſtra, nũc cognoſce de Bruto. Att. 81. Idque, quoniam Philotimum habes, perſpice, & cognoſce rationem. Att. 5. 91. 5. Legem & Senatuſconſulto permiſſum erat, ut de actis Cæſaris cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. Att. 16. 342. 1. Quem tum cum Ephebum Teni cognoſces, quoniam te nudos delectarat, ſemper nudum eſſe noluiſti. pro Fl. 157. Prohiberique omnes Italia, niſi quorum ipſe cauſam cognouiſſet. Att. 11. 215. 2. ad Bru. co. 13. 5. Quæque iurati iudices cognouiſſent. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 135. Hoc primum præcipiemus, quaſcunque cauſas erit acturus, ut eas diligenter penitusque cognoſcat. de Or. 117. Adſint, animaduertant, cognoſcant. de Nat. d. 4. Vt Conſules cognoſcant, qui ager cuiuſque ſit, qui contra, &c. in Ant. 204. Vt & ceteri iniucotibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant. Lucceio, lib. 5. 12. 34. Ea enim certiſſima putabo, quæ ex te cognoro. cæl. 2. 10. 6. 1. de Leg. 84. 1. Aca. 87. Scire, cognoſcere, & percipere aliquid. 1. de Or. 113. Res humanas contemnentem, & optime contra fortunam paratum armatumque cognoſcere aliquem. Luc. 5. 13. 2. Virum optimum gratiſſimumque cognoſcere aliquem. 13. fam. 37. Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretiſque cognoſcere. 7. Verr. 7. Cognoſcere recte bonitatem atque prudentiam alicuius pro Quint. 31. Optime cognoſcere ex aliquo aliquid. Lentu. lib. 1. 8. 1. De toto ſtatu rerum communium ex aliquo cognoſcere. 1. 8. 2. Cauſas diligenter, penituſque. 2. de Or. 56. de Cl. Or. 133. Conditionem ſocietatis diligenter cognoſcere. pro R. Co. 18. Se de hereditate velle cognoſcere, quæ eius filio a propinquo homine Apollodoro Laphirone venisset. 4. Verr. 13. Experiendo magis, quam diſcẽdo cognoſcere. Lent. 1. 7. 35. Humanitatem alicuius, quod gratulatur ſit, cognoſcere. Lent. 1. 7. 36. De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam credo te cognoſcere ex literis tuorum. ep. 161 De me Imperatore ſcribis, te ex Philotimi literis tuorum. ep. 161. De me Imperatore ſcribis, te ex Philotimi literis cognouiſſe. Att. 86. Perſpicere & cognoſcere rerũ naturam. 1. Off. 214. Hic quæ agantur, quæque acta ſint, ea te & literis multorum, & nuntiis cognoſcere arbitror. ad Lent. 1. 5. 10. Cognoſcere ratione. Tuſc. 1. 29. Vnde autem facilius, quam ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur? in Hort. Faciliime autem, & optimam partẽ cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros bene cõſulentes Reip. contulerunt. 2. Off. 66. Bene enim tibi cognitus ſum. ad Att. 152. Quæ cognoſci, comprehendi, percipi poſſit. Aca. q. ed. 1. l. 2. 57. Nihil certum ſciri, nihil plane cognoſci ac percipi poſſe. de Or. 104. Cognoſcendi conſuetudo, non modo ignoſcendi ratio de Rep. Syllanis temporibus ſublata. pro Roſc. Am. 2. Studium cognoſcendæ, percipiendæque virtutis. 1. de Or. 105. Perdiſcendum ius ciuile, cognoſcendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c. 1. de Or. 76.

Cognoſcens.

Qui priuatus intolerabili fuerit ſuperbiam cum cõmodum & ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet? ad Her. 49.

Cognitus.

Homo in utraque fortuna cognitus multis ſignis & virtutis & humanitatis. pro Cæc. 305. Qui ſummos honores homo per ſe cognitus, ſine ulla commendatione maiorum eſt adeptus. de Cl. Or 49. In multis iudiciis cauſiſque cognitus. de Cl. Or. 54. Perſpecta & cognita res. Lẽt. 1. 7. 4. C. Clodii animum perſpectũ habeo, cognitum, iudicatum. Brut 98. An vero quiſquam poteſt probare quod perceptum, quod comprehenſum, quod cognitum non habet? de Fin. 142. Cognitum aliquem habere. 13. fam. 33. Satis mihi videbar cognitum habere Scæuolam ex iis rebus, quas, &c. de Clar. 177. Cognitum quid vel quidpiam habere. 15. fa. 50. & 15. Att. 38. Ex me illud eſt, quod te velim habere cognitum. Brut. Veriti ſunt, ne dierum ratione peruulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi. pro Mur. 126. Homo virtute cognita & ſpectata, fide ampliſſimus. pro Cæc 301. Penitus perſpectæ planeque cognitæ res. 1. de Or 54. Vt aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatiſque, & de iudiciis datis dicere deſiſtamus. in Verr. 132. Ne incognita pro cognitis habeamus, vitandum. 1. Off. 29. Artem cognitis penituſque perſpectis rebus contineri. de Or. 92.

Cognitio.

Cognitio atque interpretatio iuris ciuilis. Off. 2. 96. Nullius mihi artis facilior videtur cognitio. de Or 100. Cognitio & iudicium Conſulum. 16. Att. 49. fortunarum. 7. Verr. 109. naturæ. Tuſc. 1. 40. de Fin. 4. 7. ἡ φυσική. Cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo atque inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. Of. 1. 215. Nulla eſt cognitio, nulla perceptio. de Nat. de. 1. 55. Omnis cognitio multis difficultatibus eſt obſtructa. Acad. queſt. ed. 1. lib. 2. 7. Cognitio rerum cæleſtium. Tuſc. 1. 37. multarum rerũ. Tuſ. 1. 48. Neceſſaria cognitio rerum occultarum, aut admirabilium ad beate viuendum. 1. Off. 21. Cognitio ſoliuaga & ieiuna. Off. 1. 219. veri & falſi. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2. 54. virtutum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24. idem quod Philoſophia moralis. Sed hoc compenſabo breuitate eius orationis, quæ pertinet ad ipſam cognitionem veſtram. pro Do. ſua. 26. cognitio, pro, iudicium, vel ius cognoſcendi. Omnes trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrũ

putamus;

Putamus:labi autem, errare, neſcire, decipi, & malum & turpe ducimus.1.off.27.ſic Ariſt. πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Dies cognitionis.de Cl. Or.44. Cognitionis modi tres.2. de Or.63.& 3.62. Cognitionis nota. Ac.quæſt.ed. 1.lib. 2.100. Cognitionis quæſtio quæ ſit. Top.43. Cognitionis quæſtiones tripartitæ. Top. 43. Studium cognitionis vincit cooſociatio hominũ atq. ſocietas.1.Off.220. Vis mirabilis rationis, & cognitionis, & ſciẽ,virtutũq. omniũ eſt in méte.5.de Fin.60. Quę cõtuens animus, accipit ab his cognitionem deorum. de Nat.57. Aditum ad cognitionem tuam pateſacio.13.famil.102. Attingere cognitionem rerum.1.off.220. Quę primum eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem cælũ intuentes capere poſſent.2.de Nat.d.209. Cognitionem conſequi alicuius rei.3.fam.33. Cognitionem veri conturbare. Acad. q.ed.1.l.2.43. Quæ lex earum rerũ, quas Cęſar egiſſet, magnã conſulibus cognitionem dedit. Att.16.343.3. de Aruſp.12. Orbis terrarum cognitionem alicui ſine conſilio dari, & pœnam ſine prouocatione. cont. Rul. 72. Habere cognitionem faciliorẽ. 5.de Fin. 60. cognitionem iuris magnam ac difficilem eſſe. de Or.200. Cognitionem prudentiamq. ſequitur cõſiderata actio. 1.Off.223. Verum hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? pro Flac.151. Cæleſtia autem, vel procul eſſe a naturæ cognitione cenſeret, &c.1.Acad.22. Ipſæ leges te a cognitione ſua iudicio publico repulerunt. pro Cor.Bal.61. Cognitione & ſcientia continetur officium aliquod.1.Of.221. Dignum cognitione. 1.off.213.214.& 2.6. pro Arch. 3. Ex cognitione ducuntur officia naturæ.1.off.213. In rerum cognitione verſari. 1. off.217. In cognitione rerum vigere. Tuſc. 1. 47. Cognitiones deorum viſitatæ & perceptæ. de Nat.d. 1. 27. Præſertim cum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæſaris in dubium ventura videantur. Att.16.343.5. Cognitiones, Græci vocant καταλήψεις. de Fin. 3.14. Cognitiones optimarum rerum nobis oculi attulerunt. de Vniuerſ. 65.

Cognitio.

Nemo alteri petit, niſi cui cognitor eſt factus. pro Q.R.51. Tu Q. Roſcium pro opere & labore, quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet, rogaſti vt, &c. pro Q.R.51. Cedo cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor umquam factus ſit. 4.Verr.73. Cum præterea tota Sicilia multũ auctoritate & gratia poſſet, inuenire neminem Siculum potuit qui pro ſe cognitor fieret? 4. Verr.73. Cognitor uiduarum Sex. Ebutius. pro Cæc. 10. Aſcribere cognitorem alicui.4.Verr.73. Quid intereſt inter eũ qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? pro Roſc. Comœdo. 31. Qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat, diuerſa. In hãc rem (inquis) me cognitorem dediſti? pro R.Com.19. Quod ſi ad Roſciũ nihil perueniret, quod tu a Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuã litem dediſſet cognitorem: &c. pro Roſc. Comœ.33.2.ad Her. 53.3.in Verr.8. At, credo, Sthenius hoc ſibi amplum eſſe putauit, eligere e ciuium Rom. numero, quem cognitorem daret. in Ver.130. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe uoluerunt.1. Ver. 7. Cum in me cognitorem harum rerum illa flamma coniiciebatur. pro Q.R. 54. id eſt, qui cognoſcebam. Cum cognitore ſponſionem fieri.5. Ver.117. Ciuem Romanum qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucẽ. in Ver.78. Homines tenues ademit ad ea loca, quæ numquam antea viderunt, ubi neque noti eſſe iis, quo uenerunt, neq. ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. in Verr. 107.

Cogo.

Improbi ſunt qui pecunias contra leges cogunt. 5.Verr.188. Cohortes Luceriam coegi. Att.8.163.5. In ſemihoræ circulum coegiſti, parebitur. pro Rabir.3. Nũ te emere coegit, qui ne hortatus quidem eſt? 3. off 71. Vis ventorum in portum nauim coegit.2.de Inu.194. Quorum vtrum minus uelim, non facile poſſum exiſtimare: ſed ſi res coget, eſt quiddam tertium. ep.5. Marcellus me rogauit, ut cogerem medicos; coegi, & e ueſtigio eo ſum profectus.4.ſam.36.10 ep.Ser. Cũ appius Senatũ infrequentẽ coegiſſet. Q.fr.l.2.14.1. Nec duces ſimus, nec agmen cogamus Att.15.327.1. Vim hoc quidẽ eſt afferre. quid enim refert qua me ratione cogatis? cogitis certe. de Amic.101. Recordare cętera quam cito Senatũ coegerim. ep.60. Neminẽ coegeris, ipſi conuenerint ſua ſponte. pro Cæc. 296. Ratione aliquem cogere. de Amic.25. In vnum locũ cogere exercitum, Cat.15.4.6. Hoc cogere uolebat, falſas eſſe literas. Brut. 91. cogere homines armatos. pro Cæc.190 copias parare, multitudinem hominũ cogere, armare, inſtruere. pro Cęc.23. cogere pecuniam a ciuitatibus ſtatuarum nomine.4.Verr.98. Cogere ſtipem.2.de Leg. 36. Frumẽtum imperare, ſtipendium cogere.3.in Verr.48. Plato hoc quoque legis putauit eſſe perſuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.2.de Leg.24. Ait enim, dum Gabinio pecuniã Poſthumus cogeret ex decumis imperatorum, pecuniam ſibi coegiſſe. pro Rabir. Poſt. 19. Fieri particeps alieni ſceleris inuitus cogor. pro Do.240. Ex quibus id, quod uolumus, efficitur & cogitur. de Leg.176. In nubes cogitur aer cõcretus. 2.de Nat.d.145. Interea dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur, licet, &c. de Or. 100. Aliud, quam cogebatur, illatum eſt.1.de Inu. 100. Quid tãdem erat cauſæ, cur in Senatum heſterno die tam acerbe ſolus cogerer? Phil.8. Dum Senatus cogeretur, nihil operę Reip. detraherem.3.de Fin.6. Vt reliquiæ copiæ omnes Brundiſium cogerentur. Att.129. Acerbe cogi.1.Phil.8. Conuitio aliquorum cogi. ad Q.fr.lib.2.14 1. Fame cogi.7. Verr. 69. Cogi neceſſitate. Acad.q.ed.1.lib. 2. 8. Innumerabilia ſunt ex quibus effici cogique poſſit, nihil eſſe quod ſenſum habeat, quin id intereat.3.de Nat.d.44.2.de Leg.53. Craſſus pollicitus eſt ſe ius ciuile quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in genera coacturum, & ad artem facile redacturum.2.de Or.78.

Cogens.

Cogens & uetans deus.2.de Leg.14.

Coactus.

Quis vnquam audiuit, cum ego de me niſi coactus, ac neceſſario, dicerem? pro Do.72. Coacta pecunia ad agros emendos. pro L.Agr.9. Ergo hoc auſpicium diuini quidquam habere poteſt, quod tam ſit coactum & expreſſum? 2. de Diu. 111. Coacti & armati homines. pro Cæc. 23. Iam iſtuc coacti a te paulo ante cõceſſimus. Tuſc.1.22. Certe cogitis, qui congregat homines & conuocat. Coacti ſunt ij qui ab aliquo ſunt vnum in locum congregati. pro Cęc.43. Coacti iudicio veritatis. Acad. q. ed. 1.l.2. 34. In vnum locum coactæ copiæ. Att.8.162.13. Fabris publice coactis, operiſque imperatis ex ædificare aliquid. 7. Verr. 138. Operis publice coactus ędificare nauem.4. Verr.8.

Coactus.

Coactu atque efflagitatu meo.7.Verr. 60. Coactu tuo ſcribã quæ ſentio. ad Brut.17.1. Eum quoq. oſtendam, ſi quando ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit, iudicaſſe.4.Verr.

Coactio.

Veruntamen nocturnis vigiliis & coactione hominum inſtitium illud conceptum ad meditatum eſt. de Ar. 257.

Coactor.

Nõ intelligo hoc quale ſit: vtrum acceſſionem decumæ, vt noſtri facere coactores ſolent, centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro Rab.Poſt. 19. Ne multa. perquiritur a coactoribus: &c. pro Clu.143. id eſt, qui auctioni præſunt.

Cohæreo.

Hæc ratio pecuniarum, &c. implicita eſt cum illis Aſiaticis, & cohæret. pro Pomp.7. Ita apte cohæret mũdus, vt diſſolui nullo modo queat, niſi ab eodem a quo eſt colligatus. de Vniu.20. Quidquid antecedit quamque rem, id cohæret cum re neceſſario. Top.225. Aptiſſime cohærent in ſe. inter Or.83. Cõgruũt & cohęrent cum cauſa.1.de Inu.28. Namque alia, quibus cohærent homines, e mortali genere ſumpſerunt. 1. de Leg. 35. Sed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. pro Cœl.31. Sermo hercle & familiaris & quotidianus nõ cohærebit, ſi uerba inter nos aucupabimur. pro Cæc. 38. Hæc uix innixa in omnium ueſtrum humeris cohærebunt. de Ar. reſp. 258. Vt inter ſe quam aptiſſime cohæreant extrema cum primis. de Or.210. Qui roſi, nec cohærere poſſunt propter magnitudinem ęgritudinis. Tuſc. 3.51. Quidquid repugnat, id eiuſmodi eſt, ut cohærere numquam poſſit. Top.225. Neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla ui contineretur: &c.1.Acad.36. Cum eo, quod ante ceſſit, cohærere.1.de In.95. ad Her.3. Non quæro iam, verumne ſit illud dico, ea, quæ dicat, præclare inter ſe cohęrere.5.de Fin.71. Deus terram primum ignemque iungebat. Omnia autem duo ad cohęrendum tertium aliquid anquirunt. de Vniu.17.

Cohærens.

Membrum cohærens cum omni corpore. de Or.138. Implicita cum illis ratio, & cohærens. pro L.M.20.12. E quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus ſuis partibus effectum eſſe mundum.1. Acad. 42. Apta inter ſe & cohęrentia dicere.3.de Nat.d.2. Qui primum hæc natura cohærentia opinione diſtraxiſſent. Off 3.14.

Cohærentia.

Quamquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent. 2. de Nat.deo.117.

Cohæreſco.

Ea inter ſe non cohæreſcunt. de Vniu. 61. Atomi interiecto inani cohæreſcūt inter ſe. de Nat.d. 1.39. Atomos ita ferri, vt cōcurſionibus inter ſe cohæreſcant. 1 de Fin. 13.

Cohæres.

Lucius eſt cohæres meus. epiſt. 22 t. Id eſt, mecum hæres. Dolabellam video Liuiæ teſtamento cum cohæredibus eſſe in triente. Att. 106.

Cohærarius.

At ſiquid erit quod extra magiſtratus, cohęrarin vſus, ſit, qui cohæret, populus creato, eique ius cohærendi dato. 3. de Leg. 14 Quidam codices habent, cœratore, cęret, cęrandi.

Cohibeo.

Primum id occatum (ſemen) cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata eſt. de Sen. 47. Cohibent pugnare leges. pro Roſc. Am. 54. i. prohibent. Cohibuerunt aſſenſionem a rebus incertis. de Nat.d. 1. 1. Niſi vnus adoleſcens illius furentes impetus, crudeliſſimoſque conatus cohibuiſſet. 3. Phil. 126. Cohibere aſſenſum a certis & illuſtrioribus. 2. Acad. q. 85. Cohibere omnes aſſenſus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 63. Vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere poſſemus. in Ant. 201. Verum animum vincere, iracundiā cohibere, victoriā temperare, &c. pro Marc. 4. Libidines effrænatas a coniugibus cohibere. pro Mil. 57. Qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere poſſit. pro Pomp. 16. Cohibere motus animi turbatos. Off. 2. 24. cohibere ſe. 4. famil. 17. in epiſt. Seru. Sulp. pro, dolorem reprimere, & quaſi ſe colligere. cohibere, & ab omni lapſu continere temeritatem. 1. Acad. 32.

Cohibens.

Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem. de Fato. 30.

Cohibitio.

Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. 5. Verr. 29.

Cohoneſto.

Cohoneſtare aliquem. 13. fam. 24 An quorum auctoritate ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es, eorum ego dignitate accuſationem meam comprobare non potero 4. Ver. 122. Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas. pro Q. 9.

Cohorreo.

Quem vt agnoui, equidem cohorrui. Somn. Scip. 5. Cohorrui primo; tenim erat interitus ciuitatis. Att. 5. 52. Ex quo ſudore cum cohorruiſſet, cum febri domum rediit. de Or. 143. Sin iam illas accepiſti, ſcis cohorruiſſe me, quod tuæ literę de legionibus Cæſaris afferrent. Att. 7. 1.

Cohors.

Nihil ſibi ex iſta laude Cēturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. pro Mar. 4. Impura cohors in Or. 95. Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. in V. r. cohors Prætoris. ad Q. fr. 1 t. 15. Prætoria cohors ſcoit totum. 2. in Cat. 43. cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrūperet. &c. 5. Ver. 135. Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum. in Verr. Si capite līnæ cohortes contra Milonis imperſi armatæ ſunt. pro Mil. 114 Cohortes quinque ſine legato, ſine tribuno mil. denique etiam ſine centurione vllo. 15. famil. 13. Quas quidem cohortes ſpero iam tuas eſſe, &c. ad Brutum. 2. 3. 5. Verr. 45.

Cohorticula.

Cohorticularum neſcio quid amiſit. 8. fa. 16. in ep. Cęl.

Cohortor.

Cohortari ad pacem. Att. 15. 3. 1. 4. Ad ſtudium ſummæ laudis aliquem cohortari. Cur. 2. 3. 5. Cohortari aliquem ad virtutis ſtudium. Aca. q. ed. 2. lib. 1. 12. Cohortari ad virtutem ardentius. 2. de Or. 20. Illud vero ſum noſtri nolle, quod mehercule vereor, ne maiorem vim ad deterrēdum habuerit, quam ad cohortandum. 1. de Or. 135. Non ſi cohortādū Sulpitium & Cottam, ſe magis vtrumque collaudandum videri. 1. de Or. 16.

Cohortatio.

Cohortatio eſt, quæ aliquo peccatum amplificans, auditorē ad iracundiam adducit. 3. ad Her. Inanis, & ſine cauſa, ſuſcepta cohortatio. Lent. 1. 7. 31. Iudicium cohortatio ad honeſte iudicandum. pro Clu. 109. Incredibiliter me commouet tua cohortatio. At. 16. 3. 17. 5. Neq. ille ſummus poeta noſter Annibalis illam magis cohortationem, quam communem imperatorem voluit eſſe, hoſtem qui feriet, &c. pro Corn. 65. Concitatum eſſe cohortatione alicuius ad ſtudium cognoſcendæ percipiendæq. virtutis. 1. de Or. tua. cohortatione indigere 11. fam. 18. in ep. C. Caſſ. In qua (ſtudia) cohortatione tua incitatur. 12. fam. 39. Erectior Senatus erat, non ſententiis ſolum noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatur. ad Brut. 10. 2.

Coinquino.

Summum eſſe arbitror periculum matres coinquinari, regiā contaminari ſtirpem. de Nat.d. 73 κακὰ quę vocent Gręci. Brut. 84. κακὰ quid Latine dicantur. Or. 152. & 130 κακαχίας iſtæ nō longe abſunt a ſcelere. 13. Att. 40.

Colei

Colei Lanuuini honeſti, Cliternini non item. 9. fam. 54.

Collachrymo.

Ad quidem vt veni, complexus me ſenex, collachrymauit. in Somn. Scip. 1. Et quoniam huc me prouexit oratio, hiſtrio caſum meum toties collachrymauit. pro Sext. 106.

Collachrymatio.

Signa doloris tui, verbis, ſententiis, voce, vultu, collachrymatione denique oſtendens. 2. de Or. 102.

Collatus

Quod ſi & anguſta quædam atque conciſa, & alia eſt collata & diffuſa oratio, neceſſe eſt, &c. in Or. 108.

Collatio, collatus, *Vide Confero.*

Collaudo.

Clementiam Cæſaris per literas collaudaui. Att. 152. Agit hominibus gratias, & eorum erga ſe beneuolentiam, diligentiā que collaudauit. in Verr. Orationem meam collaudauit ſatis multis verbis. Quint. fr. 2. 5. 5. Factum alicuius collaudare. 5. Phil. 185. Ab omnibus collaudari. Lent. 1. 7. 18. Non cohortandus, ſed magis collaudandus aliquis. 1 de Or. 16. Defenſa & collaudata philoſophia) ac. uſata & vituperata. L. 1. de Fin. 2.

Collaudatio.

Primum ſcriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos qui iudicent, niſi id quod ſcriptum ſit, ſpectare oportere. 2. de Inu. 215.

Collecta, collectio, collectitius, collectus, *Vide Colligo.*

Collega.

Regni collega 2. Phil. 89. id eſt Clodius, qui in Sicilia ſequeſter illius, interpres, confector negotiorū, prope collega Timarchidi numerabatur. 4. Verr. 75. collega ſapientię Epicuri Metrodorus. de Nat.d. 1. 79. Poteſtatem collegę abrogare. 3. de Leg. 35. Libidinem ſceleratamque collegæ vultu frangere. pro Sext. 15. Planco collegę mandaſti, vt te mihi per literas excuſaret. ad Brut. 11. 15. 1. Habere collegam in quodam munere. 1. Off. 199. Qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam & ſociū eſſe dicebat. 4. Ver. 75. In cenſura Conſules & collegę. de Amic. 37. Inter collegas diſcrepare iudicia. pro Clu. 96.

Collegium.

Nulla ſocietas vectigalium, nullum collegium, nullum concilium, nullum commune conſilium. pro Sext. 9. Collegium nullū eſt deſperatum, in quo nemo e decem ſana mente ſit. 3. de Leg. 23. Nullum eſt in hac urbe collegium, quod, &c. pro Dom. 228. Collegium Prætorum. pro Arch. 6. 3. Off. 105. Sacerdotum collegium. de Cl. Or. 65. Collegium ampliſſimi ſacerdotii. 3. fam. 41. Tribunorum plebis collegium. pro D. ſua. 37. 4. Ver. 69. collegii augurum decreto. 2. de Leg. 32. Collegam meum præterea, & in ipſa collegii laude, & ſcientia ſtudioſum mei. ad Cæl. Aedil. 2. 12. 5. Collegii ſui lege non tenebantur 3. Att. 39. Literas ex prouincia ad collegium miſit (augurum, ſcilicet) de Nat. 2. 8. Deferre ad collegium. 2. Phil. 88. Cooptare aliquem in collegium recordabar. de Cl. 165. Pontificum decretum docere. pro Do. ſua. 26. A collegio Pontificum decretum. 2. de Leg. 54. Tum ex ampliſſimo collegio Decemuirali, &c. 6. Verr. 97. Collegia mei fratris. pro Planc. 77. Collegia Romæ, lege P. Clodii ſublata. pro Sex. 46.

Collibet.

Nihil flagitioſū corpori putaſti, quod alteri collibuiſſet. Sal. in Cic. 270. Salluſtius in eo honore nihil non æquum & verum duxit, quod ipſe facere collibuiſſet. in Sal. 274. Quid, quod, ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt, imago? 1. de N.d. 76. Vt ſimul, ac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat. ad Caſſ. 15. 16. 4.

Collido.

Humor ita mollis eſt, vt facile premi collidique poſſit. 3. de Nat.d. 14. Eiuſdem quædam argentea vaſa colliſa. 2. Phil. 81.

Colligo.

Vnum interioſtom mecium,& ſeipſum,& ea quibus eſt interpoſitum, colligat.de vniuer.17. Alteram Brutus omnia diripere cupientem vitæ ſuæ periculo colligauit, a progreſſo arcuit. in Ant.231 Annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligauit.in Or.65.id eſt, comprehendit. Quid faciat tamen non habet, ita ſe cum multis colligauit.ad Pætum,lib.9.fam.41.id eſt, impediuit & irretiuit. I lictor, colliga manus.pro Rab.perd. reo. 3.I. Græciam colligare aliquem.11.Phil.309. Colligare impetum, ... 390. Sententias verbis colligare.in Or.96.

Colligatus.

Colligatus a deo mundus, ab eo tantum diſſolui poteſt. de Vniu.19. Colligatum omne ſolui poteſt.de Vniu. 49. Vinculis colligati ſumus, cum gignimur.de vniu.51. Eſt enim admirabilis quædam continuatio, ſerieſque rerum, vt alia ex alia annexa,& omnes inter ſe aptæ colligatæq. videantur.1.de Nat.d.15. Colligata & implicata inter ſe.1.Off.25.

Colligatio.

Arctior uero colligatio eſt ſocietatis propinquorum. 1.Off. 79. Qui colligationē cauſarum omnium perſpiciat animo de Di. 1.2.107. Omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiūt. de Fato.14. Seſquialteris atque internallis,& ſeſquitertiis,& ſeſquioctauis ſūptis, ex his colligationibus imprimis internallis ſeſquioctauo; internallo ... tertio omnia explebat.de vni.31.

Colligo.

Cum & noſtræ Reip.detrimenta conſidero,& maximarum ciuitatum ueteres animo colligo calamitates.1.de Inu.1. Putarē te(inquit)ambitioſum eſſe (ut dixiſti) iſ, quos tandem colligis, uincerent.de Cl.Or.146. Vos de Pelaſgis omnibus colligitis bonos illos quidem uiros, ſed certe non ſempee eruditos.2. de Fi. 19. Me collegi, uerens ne quid mihi ille iratus, tibi noceret. Att. 15.329.16.& 15.40. Tamen ut me collegi, cætera faciliſſima uidebantur.e. 40. Collegi ipſe me,& cum ipſa quaſi Rep. collocatus ſum.e. 11. Ab his uitiis, quæ paulo ante collegi, abeſt plurimum.2.de Fin.94.id eſt, receuſui & enumeraui. Torquatos noſtros, quos tu paulo ante tum memoriter, tum erga nos amice & beneuole collegiſti.1.de Fi.27. Ea Poſſidonius collegit permuſta.Off.31. Ita cogitatione & ratione collegit, ut ſtatueret in eo collocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum & expetēdum bonum.3.de Fin.33. Cum animum ſe collegit atque recreauit.1.Tuſc.48. Vbi ſe collegit, uocat ad ſe Syracuſanos.4. Verr. 34. Ipſi ſe collegerant admiratione iræ integritatis meæ. Att. 7.223.11 Manus eorum qui ſe ex Mithridatis regno collegerūt. pro Pomp.8. Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum authoritas tua a nimio mærore deterruit.ad Bru.9.1. Nullam memoriā antiquitatis collegerat.de Cl. Or.212. Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. 2.in Cat. 30. Si qui iudicatum ſeuere eſt, ut ex eo crudelitatis inuidiam colligam.7.Verr.75. Ex hoc labore magnam gratiam dignitatēq. colliges.2.ad Q.fr.38. Tu te collige, aliquid loci rationi & conſilio da.pro Q.9. Colligas te, utrumque præbeas.5.fam.50. Hoſpes Cleomenes noc dicas, ſeſe in terram eſſe prouectum, vti Pachyno, e terreſtri præſidio milites colligeret.7.Ver.104. Is metuens ne uitioſum colligeret, etiam, uerum ſanguinem deprauabat.de Cl.Or.255. Is primo perterritus ſomnio ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet,&c. recubuit.de Diu.92. Cum multa in conuētu uitia collegiſſet in eum Zopyrus,&c. deriſus eſt a cæteris. 4. Tuſc.131. Sed quid eos colligo? Aca.quæſt.ed.1.li.1.68. Hoc eſt, quid ſingulos commemorem ... eſt quod multorum naufragia fortunæ colligas.7.Ver.101. Colligant humores aut minus acres, aut concreror.de Nat.deo.1.43.pro, accumulent. Vt colligant rumorem bonum innocentes ſuor.1.de Leg. 38. Quæ cum omnia collegeris.5.f.4.pro, in memoriam reuocaueris. Si collegeris peccata conſulum, uituperabilis erit conſulatus.3.de Leg. 22. Sin aliquid armorum forte collegerit, ſentiat,&c.ad Brut.l.11. 38.5. Argumenta cauſarum colligere .2. de Or.170. Colligere multa argumenta contra aliquem.de Fin.56. Colligere beneuolentiam aliquorum.9.fa.35.1.ad Q.fr.41. Ab auditorum perſona beneuolentiam colligere.ad Her.l.1. 8. Nec mediocre teliſ ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuium, quā blanditiis & aſſentationibus colligere turpe eſt.de Amic.55. colligere breuiter quæ acta ſunt. Att. 1.13.4. Aliquorum facete dicta colligere.1.Off.146. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear.ad Att.2.6.1. Exercitum colligere ex ſenibus deſperatis.2.in Cat.28. Colligere exiſtimationem & famam uigiliis & ſudoribus.7.verr.39,& 40. gratiam ex priuatorum negotiis.Or.155. inimicos.Att.10.197,4. In urias alicuius. 6. Verr. 33. Clauſdem omnium undique ad Q. ... 98. C. multa in unum

locum.de Pet.57. Naufragium Reip. colligere, ac ſalutem communem reficere.pro Sext.11. Colligere ſe, pro reſipiſcere.pro D. ſua.68.pro Quint.31.& 4.in Verr.20.& 10.Phil.272.& 9. Att. 19. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes in ſuum locum cogere? Tuſc.4.65. Colligere teſtes.2.de Or. 48. Mouere caſtra ex aliquo loco,& vaſa colligere.in Ver. 209. Qui omnes rumores & concionum ventos colligere conſtituiſſet.pro Clu. 33. Veſtigia Pythagoreorum colligere.4. Tuſc.5. Carpere & colligere vndique.1.de Or.94. Vocem ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipere,& quaſi quodammodo colligere.1.de Or. 131. Quæ ſua ſponte homines eloquentes facerent, ea quoſdam obſeruaſſe atque collegiſſe. de Or.97. Vnde colligitur, hæc pueris & mulieculis eſſe grata. Of.45. Modice beneuolentia indicium colligetur. in Part. 67. Quare hoc in genere, vt commodius quid euenturum ſit, ante animo colligi poſſit, quid quaque ex re ſoleat euenire, conſiderandum eſt, hoc modo,&c.1. de Inu. 59. Ad ſe colligendum ſpatium habeant.10.fa.48. in ep. Planci. Ad iſtorum beneuolentiam conciliandam & colligendam.ep.135.ad Q.fr. 301. Colligendi ſui cauſa ſe in locum aliquem conferre.1.de Or.13. Beneuolentiæ colligendæ artificio vincere.ad Q.fr.1.2.12.

Colligens.

Aer humorem colligens, terram auget imbribus.2. de Nat.d. 145. Vel paſſim licet carpentem & colligentem repleri iuris ciuilis ſcientia.de Or.100.

Collectus.

Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus.2.in Cat.28. Exiſtimatio multo labore collecta.in Verr.66. Conſeruare famam ante collectam. in Verr.66. Collectam gratiam effundere.2. fam. 29. Collectæ, arceſſitæ, & comportatæ res.3.de Or.53. Multa multorum facete dicta, vt ea quæ a ſene Catone ſunt collecta, quæ vocantur ἀποφθέγματα. Off.21. Ab vtriuſque mancipiis ex omni genere collectis. Att. 8.255.5. Collectis omnibus bellis ciuilibus.4.fam.7. Id eſt, ſimul commemoratis,& in memoriam reuocatis.

Collectio.

Diſperſa collectio.pro L. Man. 15. Partitiones, quibus de rebus dicturus ſit:& collectiones,&c.de Cl.Or.167.

Collecta

Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conuiua Craſſe exigis, non committam, vt, ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi.2.de Or.229.

Collectitius.

Signa tirone & collectitio exercitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit.Mar.7.9.

Collimo.

Quis eſt enim qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Diu.lib.2.94.de Leg.

Collineo.

Collineare haſtam aliquo aut ſagittam.de Fin.3.28.

Colliqueſio.

Venenum colliquefactum in potione.pro Clu. 54.

Collis.

Quos ego campos antea, colleſque nitidiſſimos, viridiſſimoſque vidimus.3.Verr.37. Cum quædam in collibus ... controuerſia paſtorum eſſet orta.pro Clu.130.

Colloco.

Si vos me in meis ædibus collocaſtis.pro Do. 223. Non enim patrimonium ſuum effudit, ſed in ſalutem pop.rom.collocauit. 3.Phil.125. Acutarum grauiumque vocum iudicium, ipſa natura in auribus noſtris collocauit. in Or. 100. Collocauit in campo Martio tabernaculum.in Piſ. 48. Herculem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cæleſtium collocauit.3.off.31. Neque quicquam aliud videndum eſt nobis, quos pop. Ro. hoc in gradu collocauit, niſi,&c.4.Acad.12. Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in ſede ac domo atque in Repub. collocauit.in Parad. 30. Fortuna te collocauit in ampliſſimo ſtatu.ad Her.4.469. P. Scipio Corneliam filiam T.Graccho collocauit.de Inuent.59.1.Off.104. In eo loco eſſe, in quo honores populi collocauerunt.pro D.ſua. 64. Vbi iſte per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ collocarat.7. Verr.75. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat.ad. Q.fr. 312. P.Clodius ſeruum in templo Caſtoris ad Pompeium interficiendum collocarat. pro Mil. 105. Cuius Caii filiā ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxerat.de Cl. Or. 50.3. de Or.73.

Iam vero ea quæ inueneris, qua diligētia collocabitr in Or. 28. Roma ſubito ipſe profectos pridie eſt, ut ante ſuum fundū (quod ſe intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret. pro Mil. 20. Neglectis omnibus omiſſis totum ſe in cognitione & ſcientia collocaret. 1. Off. 1. 21. Vt in omnibus rebus poſthabitis totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocarent. Tuſc. 5. 2. Mihi erat in animo, cum prima æſtiua attigiſſem, militaremque rem collocaſſem, decedere ex Senatuſconſulto. Cælio, l. 2. 12. 10. Non illo loco uerbū iſtud collocaſſet: ſtatua ad Opis per te poſita in excelſo eſt. de Inu. 77. Aut qui regerēt, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. ad Q. fr. 1. 1. 43. Q. Catulum in præſidiis Reip. collocemus. de Clar. 128. Collocare aliquem in culcitra plumea. Tuſ. 3. 40. In regno maiorum ſuorum aliquem 3. de Or. 69. In ſuis agris & ſedibus aliquid. 5. Ver. 109. Idoneis in locis, & contra ſuſpicionem periculi, aliquos. 2. de L. Agr. 74. Collocare beneficium. Off. 1. 73. & 2. 100. Bene collocare beneficium. Sen. 13. 7. Collocare domicilium ſermonum in auribus alicuius. in Piſ. 60. Dotem in aliquo fundo collocare. pro Cæc. 8. Collocare familiam ſuam in poſſeſſione prædiorum alicuius. pro Flac. 56. Cum uellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare. 1. de Diu. 87. Collocare in aliquo gradu. Ac. q. ed. r. l. 2. 6. Collocare in cubili. Tuſ. l. 2. 34. collocare in ſolitudine. de Am. 73. In tuto collocare. de har. reſp. 49. Legiones in populi ceruicibus collocare. Cornif. 12. 23. 5. Conſtitui præſidium in Alpibus collocare. Brut. ad Cic. ii 9. 6. Suum præſidium in capite atque ceruicibus populi collocare. de L. Agr. 74. Bene apud aliquem multa pretia ac munera collocare. 7. Verr. 45. Suo quidque loco collocare. de Or. 98. collocare ſacra. de har. reſp. 24. collocare ſe palam in meretricia uita. pro Cæl. 38. Sedes ac domicilium collocare. in Cat. 110. Simulachrum aliquod ita collocare, vt ſolis ortum conſpiciat. in Cat. 115. Spem alicuius rei præſentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. pro Q. 50. In alicuius eloquentia aut gratia ſpem aliquam collocare. 1. Verr. 6. Dignitatis ſuæ ſpem in aliquibus collocare. 1. de Or. 14. collocare ſtatuam in foro. pro Sext. 21. Tabulas bene pictas in bono lumine. de Cla. 141. Lecticæ collocabantur. in Ant. 197. Qui eſſet eo, quo ego ſum gradu, Senatus populique iudicio collocatus. ad Brut. 90. Maximo clamore atque plauſu in Roſtris collocatus ſum. ad Brut. 33. In hac cuſtodia tamquam in ſpecula collocati ſumus. 7. Philip. 219. Omnia enim bene facta in luce ſe collocari volunt. 2. Tuſcul. 55. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto. 2. off. 104. In animis aliquid condi & collocari. 4. in Cat. 70. In ampliſſimo conſilio, & in altiſſimo gradu dignitatis collocari. poſt red. 3. Præſertim cum pecuniæ ex partitione deberetur, nuſquam eā poſſe melius collocari. pro Cæc. 13. 2. off. 60. & 115. Manibus alicuius in naui tuta collocatum eſſe. pro Planc. 79. Deprehenſus denique cum ferro ad Senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuiſſe conſtabat. in Piſ. 22. Gloria & quærenda & collocanda ratione eſt. 2. off. 60. Reliquorum ſiderum quæ cauſa collocandi fuerit, quæque ſit eorum collocatio. de Vniu. 37. Collocandi ordo quis. Part. 6. 7. & 8. Itaque beneficij collocandi ſpem perdidiſſis. pro Mur. 30. Tua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatum. Att. 284 ad Brut. 40. Collocandorum uerborum modi varij. Orat. 74. 81. Sed & res & verba inuenienda ſunt & collocanda. Part. 130. Itaque uulgo loquuntur, ſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi. 2. off. 100. pro Mur. 15.

Collocatus.

Aedilitas recte collocata, & iudicio populi digno in loco poſita. 7. Verr. 30. Omnia enim ſunt poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in congreſſione hominum atque in foro. 1. de Or. 95. In quibus uirtutes conſecraras, & in deorum numero collocatas vides. ad Q. fr. lib. 1. 1. 46. id eſt, pro deo habitas. Neque propoſito argento, neque tabulis & ſignis propalam collocatis, ſed his omnibus multis, magnificiſque rebus conſtructis ac reconditis. 1. de Or. 78.

Collocatio.

Collocatio filiæ. pro Clu. 190. 2. off. 8. collo[illegible] rerum ac locorum in oratione duplex 2. de Or. 169. Ipſa [illegible] collocatio conformatioque uerborum perficitur in ſcribendo. de Or. 97. De ordine uerborum & collocatione aliquid dicere. de Or. [illegible]4. Collocationis eſt componere & ſtruere uerba ſic, vt, &c. 3. de orat. 94. Collocationis ratio quæ ſit. or. 28. Itaque uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. off. 18. collocationis uſus 3. de or. 94. compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſolueret permutatione uerborum. in or. 136. Aut in filiarum collocatione adiuuant. off. 2. 80.

Collocupleto.

Exornatio eſt, qua vtimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa, confirmata argumentatione. ad Her. 2. 61.

Colloquor.

Hoc uno præſtamus uel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. 1. de or. 17. Dij cum dormientibus colloquuntur. 1. de Diu. 129. Eadem omnia, quaſi collocuti eſſemus, uidimus. Att. 97. Per literas tecum quam ſæpiſſime colloquar. Lent. lib. 1. 7. 2. Quibus cum tu de hoc ipſo colloquare uelim, & ad me, quid tibi reſponderint, ſcribas. Att. 279. Quam ſæpiſſime mecum per literas colloquare. Att. 6. 112. 3. Antonius a me poſtulat, ut etiam colloquatur mecum. Att. 2[illegible]7. colloqui & obloqui. 2. ad Q. fr. 23. Vt uero colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero liceat, quanti tandem æſtimatis? 1. Tuſc. 157. Cum ipſa Repub. colloqui. Lent. l. 1. 9. 27. Vtinam ſeruit ſalutis rebus colloqui potuiſſemus inter nos. epiſt. 45. Colloqui inter ſe leniter & quiete. Tuſc. 4. 38. Inter ſe multum colloqui de Rep. 1. de or. 14. congregamus in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. 1. de Diu. 149.

Colloquens.

In eo libro ubi ſecum Curione colloquentem fecit. de Cl. Orat. 184.

Collocutio.

Quæ habet collocutio ipſa ſuauitatem. Att. 186. Nec uero id collocutio hominum aut conſenſus efficit. 1. Tuſ. 25. Venire cū aliquo in collocutionem. ad Her. l. 2. 27. Hæc me mente fuiſſe & Senatus ex me te conſule audiuit, & tu in noſtris ſermonibus, collocutionibuſque ipſe audiſti. Lent. l. 1. 9. 13.

Colloquium.

Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum. Att. 14. 304. 2. In Antoni congreſſum colloquiumque ueniendum eſt. in Ant. 221. In ſolitudine carere omnium colloquio. Att. 12. 241. 5. Vt neque ceſſaret, umquā, & interdum colloquio alterius non egeret. off. 52. Facere colloquium. Plan. Cic. 10. 23. 40. Amicorum abſentium colloquia, epiſtolæ. 2. Phil. 34. colloquia clandeſtina cum hoſtibus. Caro. 36. colloquia perſonarum. in Parc. 19. rerum ſeuerorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 6. colloquia facta improbabam. 10. fam. 49. in ep. Plan. Memini colloquia & cum acerrimis hoſtibus, & cū grauiſſime diſſentientibus ciuib.⁹. 12. Phil. 338

Colluceo.

Collucet atq. illuſtratur candelabri fulgore Iouis templū. 6. Verr. 62. Mare nunc, quia a ſole collucet, albeſcit, & uibrat, diſſimileq. eſt proximo & continenti. Ac. q. ed. 1. l. 2. 96. collucent agri, inſulæ, hominum operibus. 2. de Nat. 73. Nam ſolis calor & candor illuſtrior eſt, quam ullius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longe, lateque colluceat 2. de Nat. d. 19. Vt quammaxime cælum omnibus colluceret. de Vniu. 40. Vide collucere omnia furtis tuis, præda prouinciarum, ſpoliis ſociorum atque amicorum. 3. Verr. 59.

Colludo.

Niſi tecum colluſiſſet, & tuæ potius exiſtimationi ſeruiſſet, quam ſuæ. 4. Verr. 41.

Colluſio.

Colluſio hominum nequiſſimorum. 5. Verr. 26.

Colluſor.

Licinium Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuū reſtituit. 2. Phil. 69. Homo præterea feſtiuus, vt ei cum M. Curio conſeſſore eodem & colluſore facillime poſſit conuenire. 5. Phil. 193. Hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas. 2. Phil. 100.

Collum.

Obtortum collum. pro Clu. 45. Collum tenue & procerum Ciceroni fuit. Brut. 173. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. 5. Verr. 64. Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubuenire. in Verr. 208. In collum inuaſit. in Ant. 175. Qui uiuo ſtanti collum gladio ſecuerit. de Petit. 102. Neque uero hoc loco exſpectandum eſt, cum de remo inflexo aut de collo columbæ reſpondeam. Ac. 6. Ipſe autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo. in Ver. 241. Auaritiæ pœnam collo & ceruicibus ſuſtinere. 7. Verr. 25. collorum & bonorum ſectores, iidem. pro Roſc. Am. 40. collorum proceritate adiuuantur ad capeſſendum cibum quædam animalia. 2. de Nat. deo. 92.

Colluſtro.

Principio æthereo flammatus Iuppiter igni Vertitur, & totū colluſtrat lumine mundum. 1. de Diu. 30. Ego autem cum omnia

colluſtrarem

colluſtrarem oculis. Tuſ.5.48. Luna ſolis lumine colluſtrari pu tatur. 2. de Diu. 137.

Colluſtrans.

Ex æthere igitur innumerabiles flammæ ſiderum exiſtunt, quorum eſt princeps ſol, omnia clariſſima luce colluſtrans. 2. de Nat. deo. 133.

Colluſtratus.

In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: cōtra alios uiridia, læta, colluſtrata delectat. in Or. 20.

Colluuies.

Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quæ perſpicitur, futura colluuie regnare. Att. 9. 41.

Colluuio.

Ferocitas, audacia, colluuio alicuius. in Vat. 17. Niſi forte exiſtimatis hanc tantam colluuionem illi, tantamq. euerſionem ciuitatis in mentem ſubito in Roſtris nec cogitanti uenire potuiſſe. de har. reſp. 51 Ex hac turba & colluuione diſcedere. de Se 76 Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluuione natus. pro Sex. 12

Collybus.

Nam collybus eſſe qui poteſt, cum utantur vno genere nummorum? in Ver. 89. Ex unius pecunia, &c. Primum pro ſpectatione & collybo. 5. Verr. 155. De Cælio vide quæſo ne qua lacuna ſit in auro. ego iſta non noui. ſed certe in collybo eſt detrimenti ſatis, huc aurum ſi accedit. Att. 12. 236. 1.

Colo.

Quę quidem non minore labore mene, quam comparo. in Cat. 123. Reliquas partes diei tu conſumebas in delectationibus, quas tibi ipſi ad arbitrium tuum comparas. ep. 94. Dum ſe uaor, vt fit, comparat, pauliſper commoratus eſt. pro Mil. 28. Magnifice & ornate (vt erat in primis inter ſuos copioſus) cõparat conuiuium. 3. Verr. 45. Cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos. in Or. 130. Qui ludos H S. c c c. comparat. ad Q. fr. 3. 24. 10. Primum temporibus hybernis ad magnitudinẽ frigorum, præclarum ſibi hoc remedium comparat. in Verr. 240. Comparat ſe, homines ex agris acceſſit. 2. ad Q. fr. 10. Equi fortis ſenectuti comparat ſuam. de Sen. 80. Homo per rationem conſequentia cernit, ſimilitudines comparat. 1. Off. 19. in Orat. 76. Virtutem induſtria comparat alicui. ad Her. 4. 175. Crimẽ incredibile confinguntur teſtes in hunc & accuſatores huiuſce pecunia comparant. pro Roſc. Am. 28. Ego me ita comparaui. de Nat. d. Comparauit deus inter ſe animam, & aquam cum igne & terra, & ea proportione coniunxit. de V. 19. Omnium rerum, quas ad beate viuendum ſapientia comparauit, nihil eſt maius amicitia. 1. de Fin. 100. Tumultus C. Gracchi in tumultus domeſticos comparauit. ad Her. 4. 190. Huic induſtria uirtutem comparauit. ad Her. 30. Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ & circũ Capuam comparaſtis, &c. Att. 8. 161. 3. Maiores noſtri hoc comparauerunt, vt, &c. ad Her l. 4. 162. pro Mur. 71. Itaque maiores noſtri raro id accidere voluerunt, Prætores, vt confiteretur fieret, comparauerunt. pro Quint. 9. id eſt, cauerunt uel ſtatuerunt. Maiora & minora & paria comparabimus ſic, &c. de Orat. 124. Quæſo pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tẽpore, & rem cum re comparate. pro Do 239. Se illud te moneo, vt te ante compares, & quotidie meditere, &c. ad Q. fr. 297. Neque ſolum diligens fuit, vt accuſatorem filio ſuo compararet, ſed etiam, &c. pro Clu. 51. Nunquam huc ueniſſent, niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent. Att. 2. 32. 2. Cum interea, &c. & populorum liberorum, regumque & ſociorum auxilia voluntaria comparauiſſem. ad Cat l. 15. 4. 7. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 1. 44 Sed eas rationes ita refellis, ut cum me interrogaturus eſſe videare, ne ego me ad reſpondendum comparatem, repẽte auertas orationem, nec des reſpondendi locum. de N. d. 63. Alterum alteri comparare. de Amic. 8. Cõparare amicitias. de Fin. 1. 52. & Læl. 54. Comparare argumenta cum argumentis. Diu. lib. 1. 7. Optimas artes cõparare. 2. de Fin. 177. Cõferre pugnãtia, cõparare contraria. in Or. 21. In ipſo numero ſi diligenter, & ex noſtrorũ & Græcorũ copia cõparare voles, multo pauciores oratores, quã poetæ boni, reperientur de Or. 85. Factum unius cum alterius facto comparare. Pulchro. 3. 6. 1. Comparare diligentiã ſubſidio. pro Quint. 2. Diripiũ cõparare in Piſ. 56. Exercitum comparare. 3. Phil. 13. Cõparare gloriam ex rebus bellicis. Off. 42. impetus pro Do. ſua 11. Itaque iam ſic ſtatuit, per C. Fabricium inſidias. Habito comparare. pro Clu. 35. Aliqua inter ſe comparare 1. Off. 213. Laudationes per uim & metum ab aliquibus alicui comparare. 6. Ver. 130. Laudes artibus comparare. in Top. 35. Comparare periculum. pro Flac. 74. magnum præſidium ad aliquid. Tuſc. 2. 4. Optimam uiuendi rationem comparare 5. Tuſ. 52. Cõparare remedia ad tolerãdũ dolorẽ. Tuſ. 5. 51. ſe geſta cũ aliquo. pro Q. 62. Solitudine cum ſolitudine comparare. 3. Off. 3. Comparare & conſtituere ſpatium defenſionis. pro Rab. perd. reo, Species cõparare. in Top. 36. Subſidium aliquod in adoleſcentia ſibi comparare. 3. de Or. 58. Studioſe comparare ſupellectilem in Ver. 145. Comparare teſtes cũ aliquo. pro Quin. 40. Aequalitate comparantur multa. in Top. 37. Amicitia comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. pro Roſc. Am. 66. Sed hi nec comparantur Catoni. de Amic. 97. Fecit ſocietatem earum rerum, quę in Gallia comparabantur pro Quint. 2. Longior oratio cum magnitudine utilitatis comparetur. 2. de Off. 28 Cum bellum nefarium contra aras & focos, contra uitam fortunaſque noſtras ab homine profligato ac perdito non comparari, ſed geri iam uideretur. 4. Phil 123. 10. Att. 8. Nemo Gallus cum cive Romano comparandus eſt. pro. Font. 280. Nullo modo cum ceteris comparandus uir. 2. Phil. 221. Dicendi ratio cum imperatoris laude, aut cum boni ſenatoris prudentia comparanda. 1. de Or. 5. Quare primum ſylua rerum ac ſententiarum comparãda eſt. de Or. 152. Ad conatum exercitus comparandi princeps. 10. Phil. 86. Sapientia nunc expetitur, quod tanquam artifex conquirendæ & comparandę voluptatis. 1. de Fin. 67. Grauiſſimus author ad inſtituendam, diligentiſſimus factor ad comparandã, fortiſſimus adiutor ad rem perficiendam fuit. pro D. ſua. 25. Quę ſunt igitur uoluptates corporis cum auctoritatis præmiis comparandæ. de Sẽ. 59. 1. de Fin. 94. Quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis. de Fin. 86.

Comparatus.

Comparatus cum illo uidetur. 1. ad Q. fr. 12. O mira, præclara, atque diuinitus iã a principio Rom. nominis à maioribus noſtris ratio comparata, ne quis, &c pro Clu 61. Ita ratio comparata eſt uitę naturæque noſtrę, ut alia ætas oriatur ex alia. de Am. 115. Idcirco illa fortitudo comparata eſt, ne, &c de Cl. 44. Ac delectationem ſine delectationis cauſa, comparatũ aliquid. in Or. 21. & 120. Iniquiſſime comparatum eſt, quod, &c. pro Clu. 44. Ius a maioribus noſtris ita comparatum eſt, ut, &c. pro Do. ſua. 218. Sed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes Reip. redderet. ad Brut. 12. 3. Itaque more maiorum comparatum eſt, ut, in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. pro Roſc. Am. 62. Si ita natura comparatum eſſet, ut ea dormientes agerent, quæ ſomniarent, &c de Diu. 133. Maleficium de quo iudicium comparatum ſit. de Inu. 69. id eſt, inſtitutum. Qui me ex comparato & conſtituto ſpatio in ſemioræ curriculum coegiſti. pro Rab. 91.

Comparatio.

Comparatio, eſt, cum aliud aliquod factum rectum, aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur eſſe cõmiſſum. 1. de Inu. 23. Comparatio uel proportio dici poteſt Latine, quæ Grece dicitur ἀναλογία de Vniu. 17. Poteſt accidere ſępe contentio & comparatio de duobus honeſtis, utrum honeſtius. 1. Off 83. Compar. tio noui belli pro Leg. Man. 5. Criminis comparatio inuecta & adornata ab aliquo. pro Clu. 152. 1. ad Her. 26. Cum ſcriptis alienis comparatio orationis aliruius. 1. de Or. 135. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſub

miſſionem

miſſionem: eſt enim æqualis iu Top.37. Non placet mihi inquiſitio candidati præuuntia repulſæ: non teſtium potius, quam ſuffragatorum comparatio. pro Mur. 42. Cóparatio uoluptatis. 2. de Fin.146. Comparatio utilitatum, Off.52. Etſi præſtantia debent ea dici quæ habent aliquam comparationem, animus antẽ humanus cum alio nullo, niſi cum ipſo deo comparari poteſt, Tuſc.235. Cum ſolis & lunæ, & quinque errantium ad eandem interſe comparationem eſt facta conuerſio. de Nat.d.36. Comparationem proportionemque eandem habebat. de Vniu. 31. Itaque & ob eam cauſam, & ab iis rebus numero quatuor, mũdi eſt corpus effectũ, ea conſtrictu a comparatione qua dixi. &c. de Vniuerſ.20. Ideſt, coniunctione uel proportione. De comparatione aliquarum rerum diſſerere. 1. Off.18. Comparatione diſciplina que dicendi in patronorum numerum peruenire. de Clu. Or. 243. Pompeius omnia pollicetur, & Cæſ. quibus ita credo, ut nihil mea comparatione diminuam. ad Q.fr.1.48. Ex comparatione argumentum. Top. 10. Ex comparatione in iuridiciali aſſumptiua quomodo agendum. 2. ad Her. 54. Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihiq. in comparatione difficilem ad iudicãdum, amoremne erga me tuum an animum in Rep. pluris æſtimandum putarẽ. ep.146. In comparatione quæ ſpectanda. Top. 35. Quæ qui ſine comparatione alicuius ſpectaret, ſatis magna diceret, de Cl. Or. 129. Cum autem ipſum audires ſine comparatione, non modo contentus eſſes, ſed melius non quæreres. de Cl.176. Comparationum duo genera. Top.45.

Comparate.

Cum autem quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate *ſimpliciter*, Expetendane ſit gloria. c. Proponendane ſit diuitiis in *gloria* 20 Top.45.

Comparabilis.

Species comparabilis. 1. de Inu 58. Comparabile autem, eſt quod in rebus *diuerſis* ſimilem aliquam rationem continet. 1. de Inuent.65.

Comparatiuus.

Deinde oportebit ipſam illam comparatiuam indicationem exponere tanquam cauſam deliberatiuam. de Inu.71.

Compaſco.

Si compaſcuus ager eſt, ius, eſt compaſcere. in Top.7

Compedes.

Cõpedes has, faces inquã hos laureatos efferre, &c. 8. Att.12. Alibi moleſtiſſimos lictores uocat. Ex compedibus atque ergaſtulo. pro Rabir. 14. Nam qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam cum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur. 1. Tuſ.61.

Compello.

Cum hoc compello, prætereo illius ex grege latrocinii neminem. in Ant.248. Idem etiam Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto, nec ſentit amens commendationem eſſe compellationem ſuam. 3. Phil. 136. Neque ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. poſt reditum in Senat.10. Mimus quidam actium poetam compellauit in ſcena. ad Her. 5. Compellarat hoſpitem præſens, computarat, &c. in Ant. 178. Quare da te in ſermonem, & perſeca, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo Sçæuola loqui putes. Att.13.30. Nec enim me ſperaſti, mutuam tibi gratiam relaturum, vt viciſſim tuos compellarem. in Sal.273. Ex in compellare me pater uoce uidetur, *his uerbis*. de Diuin.89. Nominatim alii compellabantur, *alii* citabantur, alii relegabantur. pro D. ſua. 29. Cum uero *in hunc ſenſum allíciar beneficiis* hominum, & compellar iniuriis, *facile patior, &c. Lẽt*.1.9.8. Quibus cum parum procederet, ut ulla lege mihi poneret accuſatorem: compellari ea lege me noluerunt, qua dicere non poterant. 8. fam. 37. Nigidium minari in concione ſe iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Att.2.17.2.

Compellatio.

Exclamatio eſt, quę conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem. hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cuius, &c. ad Her. 28. Idem Q. Ciceronem compellat edicto, nec ſentit amens commẽdationem eſſe compellationem ſuã. in Ant. 186. Itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſeque in urbem recepit inuitus. ad Corn. lib. 12.54. Id eſt, obiurgationes & conuitia.

Compello.

Qui pluribus ædibus in foro factis, ſingulari virtute & gloria ciuem domum vi & armis compulit. pro Mil.54. Cæſar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit. de Prouinc. Conſul. 78. Me domo mea expuliſtis, Cn. Pompeium domum ſuam cõpuliſtis. in Piſ. 11. Compellere & congregare in vnum locum. 1. de Inu.4. Compellere orationem in anguſtias, & in Stoicorum dumeta. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 102. Hoc eſt, ad ſubtile & anguſtum argumentandi genus, quale placebat Stoicis, reſtringere. Compellitur ad morbos & ſenectutem corporis coagmentatio, calore vel frigore. de Vniu. 21. Cum vero in hunc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis, facile patior, &c. ep. 16. Compulſus eo quo minime uolebam. 10. fa.67. in ep. Pollionis. Omni totius prouinciæ pecore compulſo pellium nomine. in Piſ.69. Omnes enim qui ad illa arma fato ſumus neſcio quo Reip. miſero funeſtoque compulſi. pro Marcel.8.

Compendium.

Etenim omnino tamen ſe negat facturum compendii ſui cauſa, quod non liceat. 3. Off. 83. Si quando me vis peierare, ut paululum tu compendii facias, paratum fore ſcito. pro Roſc. Com.29. Multi ſeue compendium fraude maxima commutauerunt. ad Her.11. Is eſt reus auaritiæ, qui in uberrima re turpe cõpendium effugit. pro Flac. 5. Quos illa (prouincia) partim mercibus ſuppeditandis cum quæſtu, compendioque dimittit. 4. Verr. 4. ideſt, lucro. In compendio uerſari. 5. Ver. 90.

Compendiarius.

Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam eſſe dicebat, ſi quis id ageret, vt quales haberi vellet, talis eſſet. Off.41.

Compenſo.

Paucitatem pedum grauitatis ſuæ tarditate cõpenſat. in Or. 125. Ii tamen hoc uitium compenſant uel facultate uel copia. in or. 136. Veſtra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meã, ſed hoc compenſabo breuitate eius orationis, quæ, &c pro Do.219. Sed ſit offenſus primo: nonne cõpenſabit cum vno uerſiculo tot mea uolumina laudum ſuarum? in Piſ. 58. Maſſilienſes Gallicorum bellorum pericula pop. Ro. copiis armiſque compenſarunt. pro Font.3. Rationes tuas te uideo cõpenſare cum iſtis doloribus, non memoriam corpore perceptarum uoluptatum. 2. de Fin. 158. Et cum maximis curis & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant, uoluptatem. de Fin.5.45. Atq. hæc omnia honoris commodis cõpenſantur. in Ver.242. Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia. 2. de Fin.156. Catonis edictum, Pedibus compenſari pecuniã. pro Fl.56. Neque ulla re alia, quæ a nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. pro Mur. 65. O perditum latronẽ, uix ullo otio compenſandam hanc Reſpub. turpitudinẽ. Att.7. 136.3. Certiſque operis & officiis erit, quod uiolatum eſt, compenſandum. Off. 47. Vitia ſenectutis diligentia compenſanda ſunt. de Sen. 32. Labores compenſati gloria. 3. de Or.8. Multa eius in ſtipendiis damna proferentur, quæ ab ipſo ætatis fructu diſſoluta & compenſata ſunt. 7. Ver.27.

Compenſatio.

Compenſatione commodorum, in commoda quæ ſunt in uita, leniant ſapientes. de nat.d.1.17. Fortitudo, eſt contemplatio laboris & periculi cum ratione utilitatis & compenſatione cõmodorum. ad Her.32. Itaque hac uſurum compenſatione ſapiẽtem, vt uoluptatem fugiat 5. Tuſc.135.

Comperendino.

Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. 2. Verr. 21. Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. 3. Verr.13. & 17.

Comperendinatus.

Poſteaquam eſt comperendinatus, &c. 6. Ver.29. Vnum, quaſi comperendinatus, mediũ diẽ fuiſſe, quem, &c. Brut.44. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex moleſtiſſimum, bis ut cauſa dicatur. 3. Verr.17.

Comperio.

Quod ego ex multis audiui & comperi. pro Clu.58. Hæc ego uix dum iam cœtu ueſtro dimiſſo comperi. in Cat.*99* Nihil de hoc comperi. pro Syl.65. Vbi comperi remotas eſſe literas ſocietatis, habui rationem annorum. in Verr. 145. C. Fimbria diem Sçæuolæ dixit, poſteaquam eum comperit poſſe uiuere. pro Sex. Roſc.24. Comperire teſtibus. pro Clu.99. Nam ut illud afferã, nihil eſt quod de his duobus habuerint compertum, de cęteris comperiſſe. pro Clu. 100. Ex multis audiui: nam me comperiſſe non audeo dicere. ep.62. Cum indicia mortis ſuæ ſe comperiſſe manifeſto, & manu tenere diceret. de Cl. Or.190. Et in cõcione quæreret, qui tibi conſtares, cum idem negares quicquam certi poſſe reperiri, idem te comperiſſe dixiſſes. Acad. quæſt. edit. 1. l. 2.58.

2.58.Scripſit ſe id certis auctoribus comperiſſe.Att.225.

Compertus.

Facinus manifeſto compertum atq. deprehenſum pro Cl.26. Denique de eo tibi compertum erat.Sal.in Cic. 219. Aut illud afferant, aliquid eſſe quod de iis duobus habuerit compertum. pro Clu.44.Cum ea dicimus iurati,quæ cõperta habemus,quæ ipſi vidimus.pro Font.16.

Compertum.

Nihil ipſos habuiſſe cogniti,nihil comperti.pro Clu.103.

Compeſco.

Nec tamen in petendo Reſp.compeſcenda eſt.de Pet.213.

Competenter.

Huic Epicurus competenter.de Fin.84.alias, comparet ſe.

Competitor.

Vt enim cum ciuiliter contendimus,aliter ſi eſt inimicus,aliter ſi competitor:&c.1. Off.58. Non cõpetitor a quo es uictus, ſed populus a quo es præteritus, pro Plan.260. Competitores qui certi eſſe uidebantur,Galba & Antonius,& Quint. Cornificius. Att. 1.1.

Competitrix.

Nam nos quoq. habuimus ſcenã competitricẽ. pro Mur.38.

Compilo.

Tot millia latrocinantur morte propoſita: alii omnia quæ poſſunt,fana compilant.1.de Nat.d.60.Vno imperio hoſtia tim totum oppidum compilauit.in Ver.212. Qui ab ipſis cautis Iuriſconſultis eorum ſcientiam compilarit. pro Mur. 22. Ac non apertiſſime Conſulem,exercitum, prouinciamque compilarit. 3.Verr.24.2.de Or.149.Aerarium exhaurire, Remp.compilare.in Vat.3. Caupones omnes hic compilare per turpiſſimã legationem maluit. de Pet. Conſ. 5. Nihil eſt quo mihi gratias agas,inquit,ſi malui compilari,quam uænire.2.de Or.149.

Compilatio

Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorum compoſitiones, ut uadimonia dilata & Chreſti compilationem mitteres?Cœl.2.7.1.

Compingo.

Picenum amiſerat culpa: in Apuliam ſe compegerat: ibat in Græciam.8.Att. 20. Oratorem tamquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi uidebam. 1.de Or.25.

Compactus.

Quid enim aut in natura,qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius,aut in operibus manufactis tam compoſitum, tamque cõpactum & coagmentatũ inueniri poteſt? 3. de Fin.112.Alteraq. natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta,ſe ipſe conuerſans, cum materiam mutabilem, arripuiſſet,&c.de Vniu.35.

Compacto.

Compacto prohibiti uideamur. 10. Att. 40. Compacto alii pro Conſulto & dedita opera accipiunt,aduerbialiter.Alii nomen eſſe putant,pro pacto & conuentione.

Compactio.

Videmus ea,quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualida ſeruari: quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione, & quadam compactione membrorum.de Fin. 5. 30.

Compita.

In compitis auctionari.1. de Leg. 4.

Compitalia.

Tu pridie compitalia memento.Att.2. 18.5.

Compitalitius.

Ego quoniam IIII.Non.Ianuar. compitalitius dies eſt,nolo eo die in Albanum uenire moleſtus familiæ. Attic.7.26.cuius fuit initium ludi compitalitii,&c.in Piſ.5. Tu,cum in Calẽdas Ianuarias cõpitalitiorum dies incidiſſent, &c.in Piſ.5.Sed hoc ambulationibus compitalitiis reſeruemus.Att.2.13.

Complano.

Melii regnum appetentis domus eſt complanata.pro Do.78.

Complaudo.

Stantes complaudebant in re ficta.de Amic.24.Hoc eſt,fauebant,ut ſpectatores in theatro ſolebant.

Complector.

Etenim cum cõplector animo, quatuor cauſas reperio,&c.de Sen.14. Complecteris ampliſſimos uiros ad tuum ſcelus.in Piſ. 59.ideſt,adiungis.Circulus extimus, qui reliquos omnes complectitur.de Somn.Scip. 128. Si concordi quadã amicitia & caritate complectitur mundus.de Vni. 20.Stellas vi ſua complectitur natura ætheris.2.de Nat.d.79.Complectitur verbis quod vult.1.de Fin.12.ideſt,facundus eſt,quod vult,enuntiat.Cõplectitur vitis ſuis clauiculis quidquid eſt nacta.de Sen.48.Quod cogitatione tantum & mente complectimur. Or. 197. Nec enim minus noſtra ſunt quæ animo complectimur, quam quæ oculis intuemur.ep.73. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentẽ. ad App.Pul.l.3. 11. 4. Veterem ex tuis literis libenter complexus ſum.Att.280.Alius alios homines & ordines: ego uos ſemper complexus ſum.pro Rab.Poſth.10. Liber, quo iſte omnem rerum memoriam breuiter complexus eſt.de Cl.166.Hic me cõplexus eſt,conſperſitque lachrymis. pro Pl. 280. Multos eſt *hic* ordo complexus hominibus & beneficiis ſuis. de Prouinc.77.*Pa*ter complexus eſſet filium, flenſque eum centum uiris commendaſſet.de Or.106. At contra, oratorem celeriter complexi ſumus:&c.1.Tuſc.8. Nemo erat qui philoſophiam complexus eſſet.de Cl.195.Frater eius mecum eſt multum:quare,*vt inſtitui*ſti, complectere adoleſcentem. ad Q. fr. 321. Rogo te vt *hunc* adoleſcentem humanitate tua complectaris. ep. 210. Te rogo, vt quæ ſucceſſori amiciſſimo potes cõmodare is qui prouinciã tradit,ea pro noſtra conſtantiſſima voluntate erga te,cura ac diligentia complectare.ep.31. Quibus autem rationibus facultatem aſſequi poſſimus,vt hominum ſtudia complectamur,eaque teneamus,dicemus.Off.36. Da te homini, complectetur, crede mihi.Cœl.2.7.6.Nam ita complectemur, ut in vnum conducamus propoſitionem & aſſumptionem.de Inuent.56. i.concludemus.Cum Oppius me hortaretur,ut adoleſcentem, totamque cauſam manumque veteranorum complecterer, dixi me id nullo modo facere poſſe.Att 262. Complecti & oſculari aliquem. Att.16.333.14.in Somn.Scip.10. Complecti & augere bonitatem inuſitatã.pro Rab.Poſt.27.Beneficio complecti aliquẽ.pro Plan.66.cõplecti aliquem beneuolẽtia.ad Lig.6.14.2.pro Mar. 6.Comitate cõplecti aliquem. Cæſ. l.7.5.7. cõplecti honoribus & beneficiis aliquẽ.de Prou. 31. Cõplecti aliquem *ſuis officiis*. 13.f.43.Ex literis alicuius complecti aliquem.Brut. 12.5.Cum ſua ſalute complecti aliquem.pro Plan.82. Omnibus ſtudiis,laboribus,uitæ periculis complecti aliquem. in Piſ.62.Complecti aliquid animo & cogitatione. Off.1. 163. Tuſc.1.42.Mente complecti aliquid.2.de Fin.177.Tuſc. 1. 30. Certe & deum ipſum,& diuinum animum corpore liberatum cogitatione complecti non poſſumus.1. Tuſc. 81. Complecti cauſam aliquam. 16. Att.39.5.Phil.196.Complecti cura ac diligentia.3. f.5. Fidem complecti.pro Corn.Balb 51.pro, amore proſequi. Complecti hominem.Curioni,lib.2.5.13.Complecti liberaliter.13.fa.25. Animo rei magnitudinem complecti. 1. de Or.11. *Oratione* cõplecti non poſſum magnitudinem animi tui. poſt.red.4.Omnẽ rerum memoriam breuiter & perdiligenter complecti. de Clu. Or.7.Quomodo igitur hæc infinita & ſemper noua, aut memoria complecti,aut obſeruando notare poſſumus?2.de Diui.216: Vt iam liceat vna comprehenſione omnia complecti & dicere, omnem naturam eſſe conſeruatricem ſui. in Ant. 186. Vno crimine omnia complecti.4. Verr. 87. Vno uerbo omnia complecti.5.de Fin.104.Complecti otium. 2. Att.18.Arctius puellam complecti.1.de Diu.167.Complecti præſentia. Tuſc. 1.53.Sententiam numero quodam complecti.3. de Or. 96. Cõplecti omnem vitę conſequentis ſtatum.de Fin.2.39.Siquis vniuerſam ac propriam oratoris uim definire complectique vult. de Or. 90. Vitam beatam complecti. 3. de Fin.65.

Complectens.

Perficies,ut ego iſta innumerabilia complectens,nuſquam labar,nihil opiner?4.Acad. 204.

Complexus.

Soror fratrem complexa tenet. pro Font. 283. Naturamque eam,quæ res omnes complexa teneat. de N.d. 2.22.Seleſtũ dii immortales ac nefarium facinus:atque eiuſmodi,quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe uideantur. pro Roſc.Am.21. Vidi in quiete,te repente lætum extitiſſe, noſque inter nos eſſe complexos. de Diu. 92.

Complexus.

Complexus & oſculatio.pro Cœl.38. Complexus cœli.Tuſc. 1.32.ambitus orbis,quę eſt Gręcis περιφέρεια. Complexus corporum.Tuſc.3.41.Ad complexum meę Tulliæ,ad oſculum Atticę poſſim currere.12.Att. 1.In ſinum & complexum alicuius venire.2.Phil.72. 14. f.2. A complexu ſuorum diſtrahere aliquem. pro Do.ſua. 75. Coercet & continet omnia complexu ſuo mundus.2.de N.d.82. Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit.de Sen.47.Poſtremum genus eſt de Catilinæ delectu:imo uero de complexu eius ac ſinu.in Catil.42.Num etiam

de

de matris hunc complexu lectiſſimæ miſerrimæque fœminæ uobis inſpectantibus auellet atque abſtrahet?pro Font.30. E complexu ſuo dimittere aliquem.1.ad Q.fr.51.Deinde totius complexu gentis humanæ.de Fin.5.60.In complexu eſſe.14.fam.11. In complexu liberorum & coniugum trucidare aliquos.pro Fla.73.Complexu rationis & intelligentiæ.de Vniu.13. Sinu complexuque recipere aliquem.13.Phil.349. Vi & complexu retinere aliquem.pro Plan.81. Complexu ſuo omnia animalium genera cælum non tenebit.de Vniu.51. Quidam cum in ſomnis complexu uenereo iungeretur,calculos eiecit.de Diu.137. Collocutiones familiariſſimæ, complexuſq. ſummæ beneuolentiæ. 12.Phil.191.Complexus,oſculatuſq. dimiſerit.16.Att.14.

Complexe.

Complexe aliquem tenere.3.Phil.136.

Complexio.

Complexio eſt,in qua utrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum:Si improbus eſt,cur uteris?ſin probus,cur accuſas? 1.de Inu.Hic cum conceſſeris propoſitionem & aſſumptionem, complexio eſt infirmanda.1.de Inu.100.Complexio, exornatio eſt,quæ utrunque complectitur,exornationem & conuerſionem ſcilicet,& repetitionem.4.ad Her.163.Complexio,per quam Id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur.1.de Inu.82.complexio eſt quæ concludit,breuiter partes argumentationis colligens.2.ad Her.61. Breuis complexio totius negotij.1.de Inu.54.conficitur complexio ex propoſitione & aſſumptione.1.de Inu.99. Longiſſima eſt igitur complexio uerborũ, quæ uolui uno ſpiritu poteſt.3.de Or.100.At quibus uerbis,modo æquum ſibi uideri,modo non iniquum:mira uerborum complexio.id eſt, implicatio & confuſio. in Verr.178. Complexionis in argumentatione uitia.2.ad Her.84. Ne id, quod perſpicuum eſt,in complexionem inferamus.1.de Inu.87.complexione aliquando non utendum.2.ad Her.64.Nec aceruatim multa frequentans,una complexione deuinciet.in Or.47. Superſederi complexione poſſe nonnumquam. 1. de Inu. 86. complexiones & copulationes & adhæſiones atomorum inter ſe.1.de Fin.15. complexionum genera.1.de Inu. 87.

Compleo.

Quæ quidem in Sabinis perſequi ſoleo, conuiuiumq. uicinorum quotidie compleo.de Sen. 43. Quis hic, inquam, quis eſt qui complet aures meas tantus & tã dulcis ſonus?in Som. Scip. 16.Luſtrat & complet ſua luce cuncta Sol.de Som.Scip.15.complet luna ſolis illuſtrationem menſtruo ſpatio.de Nat. de.1.61. complent ea quidem beatiſſimam uitam. de Inu.141. Gorgias Leontinus centum & ſeptem compleuit annos.de Sen.13. Gradus theatri accuſator hominibus ſeditioſis compleuerat. pro Clu. 37.Vt hac ipſa ratione ſumma mei promiſſi compleatur. 5. Verr. 96.Tu locum compleas numero,confirmes præſidia. cont.Rull. 80.Cum ſol compleuerit terras larga luce.de Nat.d.2.36.Cum ſanguis os oculoſque compleſſet.in Ver.264.complere & ad exitum perducere aliquid.2.de Inu.147.complere aliquem coronis & floribus.6. Verr. 69. Plangore & lamentatione complere forum.in Or.72.complere municipium colonis. cont. Rull. 83. complere omnia corporis odore,uini atque unguenti.5. Verr. 25.Etenim hæc decantata erat fabula,ſed complere paginam uolui.Att.13.288.6.complere ſe conchis.de Nat.d.51. Humaniſſima completur animus uoluptate. Ac.q.ed.1.l.2.118. Fauces caleſiunt,arteriæ complentur .ad Her. 20. Renouatione ſtirpium complentur terræ.2.de Nat.deo.191.cum uentum erat ad ædem Concordiæ,gradus complebantur.in Ant.197. Vt de nocte domus compleatur .de Petit.212. Occupetur locus in ſubſelliis, compleatur tribunal.de Cl.Or.192. Quonam gaudio complerentur?de Fin.5.64.compleri inſatiabili gaudio.Tuſc.5.52.compleri,ad exitumque perduci.de Inu.83.Illi enim compleri uitã corporis commodis beatam putant.3.de Fin.67.Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximarum rerum ſuauitate,copia,uarietate.de Or.154.

Completus.

Perfectus,completuſque uerborum ambitus.in Or.96.completus multo cibo & potione.Tuſc.5.72.Multitudine conſentientium completus mundus.2.de Diuin.178.completa domus,pro plena.1.At.55.Neque eſt adhuc tamen ea ſumma completa.pro Flac.45.Ita completa militibus uilla,ut uix triclinium uacaret. 13.Att.66.Totum cælum humano genere completum eſt.1.Tuſcul.46.Completi ſunt animi aureſque ueſtræ. contra Rull. 87. Cum ita completa & conferta ſint omnia. Academ. quæſt. edit. 1.lib.2.115.

Complementum.

Inculcata reperias inania quædam uerba,quaſi complementa numerorum.in Or.135.

Complexus. *Vide, Complector.*

Complico.

Cum complicarem hanc epiſtolam,noctuabũdus ad me uenit cum epiſtola tua tabellarius.Att.12.232.2. Cum hanc iam epiſtolam complicarem,tabellarij a uobis uenerunt. ad Q.fr.321. At uero ſi quis uoluerit animi ſui complicatam notionem euoluere,iam ſe ipſe doceat,eum uirum,&c.3.Off.100.

Comploro.

Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentis funeris.pro D.ſua.75.

Complures.

Complures conſules dicti,quorum nemo, &c. ep.146. complures dies. Acad.q.ed.1.l.2.13.Dies complures cum aliquo uerſari. Cur.2.6.5. complures Græcis inſtitutionibus eruditi.1.de Nat.d.13.Vulcani complures.3.de Nat.d.75.Ambiguorum autem complura ſunt.de Or. 118. confirmandi genera complura. in Prot.Dicebant ſcyphorum paria complura,hydrias argẽteas. 4. Verr. 33. Sed tamen ego quidem me ſuſtinui, multa minui, multa ſuſtuli,complura ne poſui quidem.Cæc.Cic.6.7.8.

Compono.

Componunt igitur primum artem quandam de iis quæ uiſa dicimus,eorumq. & genera & uim definiunt. Ac.q.ed.1.l.2.38. Rem uidebat acute,componebat diligenter.de Cl.185. compoſui formulas iudiciorum,conſeci libellos de ſtillicidiorum iure. 1.de Leg.21.Teſtimonium compoſui,quod, cum uoles, obſignabis.Dolab.15.328.4.C.Flauius ſcriba faſtos protulit, actioneſq. compoſuit.Att.6.111.18.callide enim qui illa compoſuit, perfecit,ut quodcumq. accidiſſet,prædictum uideretur. de Diu.166 Atque is quidem,qui cuncta compoſuit,conſtanter in ſuo manebat ſtatu:qui autem, &c.de Vniu. 59. Brutus tres libros de iure ciuili compoſuit.de Orat.129.Ego itinera ſic compoſueram,ut Non. Quintil.Puteolis eſſem.Att.15.329.24.Poema ad Cæſarem,quod compoſueram, incidi. ad Q. fr. 3.17.16.cõpone hoc de argento:de reliquo uidero.6.Verr.31.id eſt,dic quomodo cõueniat illud quod dico de argento. Ipſa uerba compone & quaſi coagmenta.de Cl.Or.34. cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quam animos noſtros ratio componat.1. Off.Diligenter componere aliquid.de Cla. Or.125.Artes componere.de Cl.Or.24.componere bellum.Poll. ad Cic. in.33.9. Commentarium componere. Att.2.14.13.componere ea quæ dicenda ſunt,probandi & perſuadendi cauſa.de Or.137. componere certam quandam formulam diſciplinæ.1.Ac.25. Interdictum aliquorum cauſa componere.pro Cæc.componere & deſcribere iura & iuſſa populorum.1.de Leg.25. Libros cõponere. ad Tir. 16.20.1.Verba ad religionem deorum immortalium componere.pro D.ſua.94.Verba componere, & ſyllabas propemodum dinumerare & dimetiri. Ora.210. Ita cauſa componitur,ut Bidenſes hæreditatem peterent.in Verr.119.Aeſchines tamquã Aeſerninus,ut ait Lucullus,cum Pacidiano hic componitur. de Opt. 244.id eſt,comparatur. Nec componẽtur ſolum uerba ratione, ſed etiam finientur.Or.212. Ne S.C. arbitratu noſtro componeretur,quis fuerit impedimento,arbitror te Planci literis cognouiſſe.ep.157.Fieri non poterat ut componeretur.pro S.Roſc.41 Id eſt, ut conueniret. Artificium cuiuſdam de ipſo iure ciuili heſterno die Craſſum componi dicebat poſſe.2.de Or.46. componẽdum argumentum,& ſcribundi tempus expectandum.15.Att.10 Viam componendi facile efficiet exercitatus ſtylus.in Orat.83. In conſideranda componendaque cauſa totum diem ponere. de Cl.Or.44. Tibi etiam gratias agebat, quod ſigna componenda ſuſcepiſſes. Att.4.79.2. Totumque ſe ad res componendas tranſtulit.de Cl.168.In cognoſcẽdis cõponendiſq. cauſis. in Or.79. In inueniẽdis cõponendiſq. rebus mira accuratio.de Cl.Or.128

Compoſitus.

Equus natura bene compoſitus.ad Her. 38. compoſita alit ea concluſio ſic eſt:eorũ quæ uidentur,alia uera ſunt,alia falſa. Ac. 11.Oratio puris & electis uerbis compoſita.ad Her.27.cõpoſita, ornata, & artificio quodam & expoſitione diſtincta oratio. 1.de Or.27.Deinde ne Prætor aliquid ſua ſponte loqueretur,ei quoque carmen compoſitum eſt. pro Mur. 22. Commentarium conſulatus mei Græce compoſitum miſi ad te. Attic.19. Literarum exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror. 2. de Leg. Agrar. 57. Exordium nimis apparatis uerbis compoſitum. ad Her. lib. 1.12. Aut in operibus manu factis tam compoſitum, tamquo compactum & coagmentatum inueniri poteſt? de Finib. 3.58.

Compoſitæ orationis inſidiis, fidem auditoris attentare. de Or. 177. Si ab iſto libro, quem tibi ludimagiſter neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit, uno uerbo diſceſſeris. 1. Ver. 25. Compoſitum ad iudicium venire. 2. in Verr. 20. Compoſito & delibuto capillo paſſim per forum volitare. pro Roſc. Am. 79 Compoſita & conſtituta Rep. quidquam agi per uim minime eſt utile eſt. 3. de Leg. 60. In hoc elaborandum eſt, ut Remp. conſtituas, eaque in primis compoſita, ſumma tranquillitate & otio perfruare. pro Mar. 16. Compoſiti homines ad rem aliquã. Sext. 33. Verba non abiecta, res compoſitæ diligenter. de Cl. 186. Eædem res alia ratione compoſitæ. lib. 1. de Fin. 5. Auſpicia ad utilitatem Reip. cõpoſita. 2. de Leg. 52. Locus erat quidam, in quo erant compoſita, quibus te rex numerare conſtituerat. pro Deiot. 146. Quæq. ita compoſita, ſancitaque eſſent, ea uidelicet leges nominauerunt. de Leg. 177. Verba ad deorum immortalium religionem compoſita. pro D. ſua. 237. Libri Græci leguntur a Græcis iiſdem de rebus alia ratione compoſiti. de Fin. 50. Ad rẽ pertinet, quo modo cælo affecto, compoſitiſq. ſideribus quodque animal oriatur. de Din. 128. Nemo vnquam paratior, vigilantior, compoſitior in iudicium uenit. in Verr. 72. Literulæ cõpoſitiſſimæ & clariſſimæ. Att. 6. 120. 1.

Compoſite.

Compoſite & apte ſine ſententiis dicere, inſania eſt. in Or. 130. Sin oratori nihil vis eſſe niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui, quæro, &c. 1. de Or. 26.

Compoſitor.

Non enim inuentor aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia: ſed & Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquẽs dictus eſt. in Or. 33.

Compoſitio.

Compoſitio in elocutione quid, & quomodo ſeruetur. 4. ad Her. 160. Compoſitio anni 2. de Leg. 30. Diſciplinę compoſitio. 3. de Fin. 111. Totaque huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem, cerimoniamque declarat. 2. de Leg. 51. Apta compoſitio membrorum. Off. 1. 139. Quæ compoſitio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior? 1. de Nat. de. 67. Ordo, compoſitio rerum aptis & accommodatis locis. 1. Off. 18. Compoſitio tota ſeruit grauitati vocum aut ſuauitati. in Or. 106. Varia compoſitio ſonorum harmonias efficit plures. 1. Tuſc. 64. Verborum 2. de Or. 32. Pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſiiti. 2. Phil. 46. Compoſitio, pro, cõcordia. Spes compoſitionis me feſellit. 9. Att. 16. & 26. & 58. in ep. Bal. Compoſitio. pro pacificatione. Compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto. Att. 141. Verbis uti ad aptam compoſitionem & condecentiam. 3. de Or. 111. De compoſitione aliquid me conficere ſpero. Att. 150. Ex compoſitione magiſtratuum quod cuiuſque in Rep. genus ſit, intelligitur. 3. de Leg. 14. Gladiatorum compoſitiones. ad Cęl. 2. 7. 1. Vnguentorum compoſitiones, conditiones ciborum, corporum lenocinia. 2. de Nat. d. 110.

Comporto.

Cum arma in ædem Caſtoris comportabat. pro Do. 114. Cõportare frumentum ex agris in loca tuta. Att. 5. 106. 5. Cum ſeruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce & palam comportarentur. in Piſ. 17. Omnia ad iſtum comportari neceſſum eſt. in Verr. 118.

Comportatus.

Res vndique exquiſitæ, collatæ, acceſitæ, comportatæ. de Orat. 151.

Compos.

Illud quęro, cuius ſit compos, ut ſit eloquens. Or. 206. Nõ ſum inquam (mihi crede) mentis compos. Att. 9. 173. 10. Tu mẽtis es compos? in Ant. 178. Qui ſuæ mentis compos non eſt. in Piſ. 89. Animatus igitur eſt mundus compoſque rationis. 2. de N. d. 16. Compos & particeps animus rerum ſub intelligentiam cadentium. de Vniu. 35. Compos urbis. pro Sext. 129. Si me aliquando noſtri & patriæ compotem fortuna fecerit. 3. Att. 23. Rationis & conſilij compotem naturam. de Nat. d. 2. 26. Scientiam talem eſſe dicebat, cuius compotem, niſi ſapientem eſſe neminem: &c. 4. Ac. 261. Quarum qui eſſent animo & ſententia compotes, eos eſſe imperatores dicerem. 1. de Or. 105. Omnes virtutis compotes beati ſunt. Tuſc. 2. 38. Homines compotes uictu tum. de Fin. 141.

Compotatio.

Conuiuium nominarunt melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant. de Sen. 42.

Compotor.

Tum uero adhibes ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & cõpotorum tuorum rhetorem. 2. Phil. 60. Conuiuium publicum non dignitatis cauſa inibit: niſi forte, ut cum P. Clodio, hoc eſt compotoribus ſuis cœnet. in Piſ. 52.

Compranſor.

Hunc tu agrum compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas. 2. Phil. 100.

Comprehendo.

Is hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit. 1. ad Q. fr. 46. Natura ipſa circumſcriptione quadam uerborum comprehendit concluditq. ſententiam. de Cl. 167. Quæ a ſapientiſſimis viris tradita memoria, & ſcientia comprehendiſti. ep. 94 Si quam opinionem mentibus veſtris comprehendiſtis. pro Cl. 3. Cuius adulteriũ in puluinaribus ſanctiſſimis nobiliſſimæ fœminæ comprehenderunt. pro Mil. 54. i. deprehenderunt. Quia uerbis luculentioribus & pluribus rem eandem cõprehenderat. Att. 12. 241. 2. Ac ne plura, quæ ſunt pœne innumerabilia, conſectER, comprehendam breui: ſic enim ſtatuo. 1. de Or. 18. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos deum. de Nat. d. 23 Vt ſerui proſilirent, hominemq. comprehenderent. pro Cœl. 49 Erant enim illi poſiti, ut comprehenderent Licinium, ut manifeſto Licinius teneretur, aut cum retineret venenum, aut cum tradidiſſet. pro Cęl. 51. Tenemus igitur Brute, quem quærimus, ſed animo: nam manu ſi comprehendiſſem, nec ipſe quidem perſuaſiſſet, ut ſe dimitterem. in Or. 54. Qui omnes animo uirtutes cõprehendiſſet. pro Corn. 55. Quæ uix ſumma animi ratione comprehendas. de Leg. 172. Quod tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, quam emiſerim. 2. in Cat. 16. Sed ut redeã ad id, unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis. ad Cæſ. 13. 29. Sic eam firme grauiterq. comprehenderit. de Fin. 1. 55. Officiis aliquem per ſe & per alios comprehendere. pro Plan. 37. i. deuincire. Comprehendere & tenere aliquid animo. Ac. q. ed. 1. l. 2. 22. 13. Comprehendere aliquid cogitatione. Tuſ. 1. 41. Sed tamen ueſtrum eſt Iudices, omnia quę in hunc dici poſſunt, etiam ſi a me minus dicuntur, ueſtris animis & cogitatione comprehendere. pro Flac. 160. Comprehendere aliquid memoria. Tuſc. 5. 86. pro Clu. 111. Hoc non modo comprehendere animo, ſed ne ſuſpicione quidem poſſum attingere. 3. de Nat. d. 45. Omnia quæ ſunt in rerum natura, celeriter animo comprehendere. de Or. 121. Comprehendere hoſtem. in Catil. 26. Animo comprehendere intelligentiam alicuius rei. 3. de N. d. 87. 1. de Or. 9. Memoriam rei alicuius comprehendere. de Cl. Or. 10. Memoria conſequi, aut oratione comprehendere. 6. Ver. 50. Eo minus, quod tu uis, poſſum mente comprehendere. 3. de N. d. 27 Amicitia multos comprehẽdere, tueri obſequio. pro Cęl. 9 Nos enim defendimus, etiam inſipientem multa comprehendere. 4. Ac 259. Curtius conſenſerat cum Hiſpanis quibuſdam Pompeium comprehendere, ad Cæſaremque deducere. ep. 92. Comprehendere regionem aliquam beneficiis. pro Plan. 37. aliquam rẽ indicio alicuius. pro Clu. 27. res diſſimillimas. Tuſc. 1. 39. Propriis uerbis ſolute & facile comprehendere ſententiam. de Cla. Or. 194. Comprehenditur id intelligentia & ratione. de Vni. 3. Ex pactione uerborum, quibus iuſiurandum comprehenditur. pro Q R. 52. Et tu cum gladio cruento comprehenſus es. de Or. 124. Quid opus eſt manibus, ſi nihil comprehendatur? de Nat. d. 19. Vt facinus ipſum manifeſto comprehenderetur. pro Cornelio Balb. 55. Sed huiuſmodi reticentiæ iure ciuili omnes cõprehendi non poſſunt: quæ autem poſſunt, diligenter tenentur. off. 65. Quod comprehendi poteſt, tale uerum eſt, quale falſum eſſe non poſſit. Ac. q. ed. 1. l. 2. 103. Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis, aut caueri, aut excipi poſſit. pro Cæc. 300. Quod cõprehendi & percipi poſſet. Ac. q. ed. 1. l. 2. 18. Græci uno uocabulo καταληπτὸν uocant. Vt uenenum cum a Licinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſet. pro Cęl. 49. Comprehendi & percipi ſenſibus ſine aſſenſione nihil poſſe. Ac. q. ed. 1. l. 2. 36 & 22. cõprehendi quidquam poſſe qui negant, ipſum animal orbant animo. Ac. q. ed. 1. l. 2. 32. Eſt enim ſcientia comprehendenda rerũ plurimarum. de Or. 86. Eiſq. noſmetipſi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulſi ſumus. de Cl. 166.

Comprehenſus.

Quod autem erat ſenſu comprehenſum, idipſum ſenſum appellabat, &c. 1. Aca. 29. Habere aliquam famam comprehenſam animo. Orat. 198. Poſtea totam Italiam fac ut animo ac memoria tibi diſtributam comprehenſamque habeas. de Petit. 209 Comprehenſam in animo habere ſententiam. 4. Acad. 213. Mihi

videor

uideor habere bene cognitam voluptatem, & ſatis firme conceptam animo atque comprehenſam. de Fin. 65. Non comprehenſum animo haber atque perceptum? Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 91. Habere aliquid cognitum comprehenſumque animo. de Nat. d. 26. In animo & memoria ſibi diſtributum atque comprehenſum aliquid habere. de Petit. Conſul. 20. Res penitus perſpectæ planeque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio ſeiunctæ, ſcientiaque comprehenſæ. 1. de Or. 54. Omnia officia domeſtica concluſa & comprehenſa ſint. pro Q. Roſc. 8. Belli duces iam captos & cõprehenſos tenetis. in Cat. 114. Qui c c c c z x x. millia annorum momentis comprehenſa continent. de Diu. 88. Breuiter comprehenſis grauiſſimis ſententiis quaſi oracula edidiſſe ſapiẽtia dicitur. 2. de Fin. 34.

Comprehenſum.

Cum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti. 4. Acad. 48.

Comprehenſius.

Comprehenſius loqui. 2. de Fin. 29.

Comprehenſibilis.

Comprehenſibile Latine, quod Græce κατάληπτον. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 29.

Comprehenſio.

Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio. de Nat. d. 20. Comprehenſio numeroſe & apte cadens. Or. 210. facta ſenſibus quaſi norma ſcientiæ, principiumque naturæ ab ipſa natura data, unde poſtea notiones rerum in animis imprimuntur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30. facta ſenſibus Zenonis, & uera eſſe & fidelis Zenoni uidebatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30. nihil quod in eam cadere poteſt, relinquit, ideoque vera & fidelis iuxta Zenonem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30. rerum expleta. Acad. q. ed. 1. l. 2. 22. & 24. ſimilis iis rebus quæ manu prenduntur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29. fontium. 2. Phil. 42. Ex uno Epicuri capite, altero ueſtro, comprehenſio & perceptio tollitur. 4. Acad. 181. Verborum cõprehenſio. de Cl. Or. 17. & 84. Comprehenſionem appellare. 1. Acad. 58. Comprehenſionem Zeno inter ſcientiam & inſcientiã collocabat, eamque neque in rectis, neque in prauis numerabat. Acad. q. ed. 2. l. 1. 30. Comprehenſionem non omnia quæ ſunt in re comprehendere. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30. id eſt, uim totam rei. Vt iam liceat una comprehenſione omnia complecti. de Fin. 5. 2. Mens hominis amplectitur maxime cognitionem & κατάληψιν, quam comprehenſionem dicemus. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 18. & 31. & edit. 2. lib. 1. 29. Deniquelre comprehenſione. de Cl. Or. 72. Cogitationes comprehenſioneſque rerum. 3. de Fin. 76.

Comprimo.

Tum admonita a ſquilla, Pina morſu comprimit conchas. 2. de N. d. 184. Audacia timorem comprimit. pro D. ſua. 108. Hac deducimus perterritos a timore, hac geſtientes comprimimus. de Nat. 56. id eſt, eloquentia. Multa eius magna delicta compreſſi. Att. 257. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſeram, ut numquam emanaturam putarẽ. Att. 3. 16. Nam cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Or. 207. Græci & ciues Rom. qui frumentum compreſſerant, magnum numerum pollicentur. 5. Att. 50. Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. in Ver. 29. ad Catonem, lib. 15. 4. 28. in Vat. 1. Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas. in Piſ. 46. Comprimere animum. Tuſc. 2. 47. bellum. pro Sext. 56. conatus furoreſque alicuius. Off. 2. 86. conſcientiam animi nihil eſt negotii. de Fin. 2. 45. Exultantem lætitiam. in Topic. 46. manum. Acad. q. ed. 1: lib. 2. 133. plauſum. pro Deiot. 24. Paulo cupidiorem Publicanum ad Q. f. 291. Humor facile comprimi colligiq. poteſt. de N. 65. Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit. pro Dom. 241.

Compreſſus.

Iam iſta ſerpẽs, quæ tum hic delitefcit, tum ſe emergit, & fertur illuc, compreſſa atque illiſa morietur. de haru. reſp. 51. Compreſſum atque tacitum odium. pro Dom. 50. Clauſum & compreſſum frumentum poſſidere. 5. Verr. 154. Tenere aliquod frumentum compreſſum. pro Dom. ſua, 12. Compreſſum malũ quod manabat. 12. fam. 1. Vitioſum alicuius naturam edomitam & cõpreſſam eſſe doctrina. de Fat. 15. Voluptates incluſæ, compreſſæ & conſtrictæ. pro Cæl. 59. Duabus animi temerarii partibus cõpreſſis, de Diu. 92.

Compreſſus.

Deinde tepefactũ uapore & compreſſo ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem. de Sen. 47.

Compreſſius.

Rhetoricam palmæ, Dialecticã pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici compreſſius. 2. de Fin. 29.

Compreſſio.

Grandes erant uerbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri. de Cl. Or. 14. de Alcibiade & Critia.

Comprobo.

Sententiam tuam laudo, uehementiſſime comprobo. pro Pő. 17. Tum Gaditanus iuſſa noſtra ſententia ſua comprobat. pro Corn. 65. Patris dictum ſapiens filii temeritas comprobauit. Of. 118. Neque uero hoc oratione ſolum, ſed multo magis uita & moribus comprobauit. 1. de Fin. 99. Ita res ſomnium comprobauit. 1. de Diu. 90. Quod matris ſomnium immanis filii crudelitas comprobauit. 1. de Fin. 99. de Phalaridis matre. Comprobabit ea quæ a me dicuntur. de Nat. d. 2. 15. Numen deorum comprobabimus. de Nat. d. 2. 6. Has comproba tabulas. pro Cæc. 198. Non dicam comprobes, ſed ſtudioſe, libenterque comprobes. Att. 16. 345. 2. Si tu honorem meum ſententia tua comprobaris. ep. 545. pro Corn. Bal. 33. Eorum ego dignitate, accuſationem meam comprobare nõ potero. 4. Ver. 122. Comprobare aliquid aſſenſu ſuo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 98. aliquid oratione. de Fin. 1. 51. aliquid uita, & factis & moribus. Ibidem. Auctoritatem decreti alicuius comprobare. 14. Phil. 403. Teſtimonio alicuius rem aliquam comprobare. 4. Verr. 82. Erant qui deos immortales (id quod ego ſentio) numine ſuo reditum meum diceant comprobaſſe. pro Do. ſua. 12. Illic animi uoluntas propenſa comprobatur. pro Corn. Balb. 65. Ita lætor, ut me quaſi patris eius iudicio comprobari putem. Att. 154. Perceleri interitu alicuius comprobatum uenenum. pro Cæl. 46. Iudicatum eſt, res aſſenſione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. de Inuen. 52.

Comprobator.

Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui denique auctoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. 2. de Inuen. 59.

Comprobatio.

Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non moueatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis? 5. de Fin. 110.

Compromitto.

Tribunitii candidati compromiſerunt (H S. quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis) petere eius arbitratu, ut qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur. ad Qu. fr. 2. 16. 10.

Compromiſſum.

Compromiſſum facere de re aliqua. pro Roſc. Com. 6. Sed a magiſtris cum contenderem de proferendo die, probarunt mihi ſeſe, quo minus id facerent, compromiſſo & iureiurando impediri. ad Cornif. 12. 29. 11. Quod iudicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum erat. in Verr. 122. Iſte pœnis compromiſſiſque interpoſitis H S. c c c. extorquenda curauit. 4. Ver. 46.

Comptus.

Compta oratio & mitis. de Sen. 82. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. in Piſ. 84.

Compungo.

Compungere ſe ſuis acuminibus. 2. de Or. 86.

Compunctus.

Barbarum, & eum quidem (vt ſcriptum eſt) compũctum notis Threiciis, diſtricto gladio iubebat anteire. 2. off. 34.

Computo.

Compellarat hoſpitem præſens, computarat, pecuniam imperarat. 2. Phil. 95.

Conatus, *Vide Conor.*

Concaleo.

Concaluit locus ille animi noſtri, ſtomachus ubi habitabat olim. 4. Att. 46.

Concalefacio.

Non Vtoditanis rumoribus concaleſecimus. Panſæ, lib. 3. Et ait idem, cum brachium cõtalefecerit, tum ſe ſolere pugnare. 2. de or. 173. Hoc eſt, cum frequenti circumuolutione uel agitatione calorem brachio excitarit.

Cancaleſio.

Illã uero funditus eiiciamus indiuiduorũ corporũ leuiũ & rotundorũ concurſationẽ fortuitã, quã tamen Democritus concalefactã & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe uoluit. 1. Tuſ. 66.

Concaleſco.

Calidior eſt enim, &c. quod ea eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta ardore animi concaleſcunt. 1. Tuſc. 68.

Concalleo.

Quorum animus vſu concalluit, tamquam manus opere. 3. de Nat. deo. 17.

Concauus.

Concauæ altitudines ſpeluncarum. 2. de Nat. d. 72. Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet. de Fat. 16.

Concedo.

Concedo, forſitan aliquis aliquando eiuſmodi quippiam fecerit. 4. Verr. 55. Nec iis concedo, ut te ſaluum malint, quam ego. 10. fam. 62. Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peſte Reip. moleſtiam traxerit. Sulp. 4. 6. id eſt, maxime omnium moleſtia afficior. Nemini concedo, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe. ep. 114. Nihil tibi cōcedo, quo ſtudioſior eius ſis. 12. fam. 64. Non concedo tibi in deſperatione. Att. 234. Non enim concedo tibi, plus vt illum ames, quam ego ipſum amo. ad Q. fr. 3. 17. 10. Omnes tuas artes (P. Quintius,) quibus tu magnus es, tibi concedit. pro Quint. 62. Nos autem ea dicimus nobis uideri, quæ voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe cōceditis. 4. Acad. 129. Beatos eſſe deos ſumpſiſti, concedimus: beatum autem ſine uirtute neminem eſſe poſſe, id quoque damus, & libenter quidem, &c. de Nat. 19. Leuitas totius Aſiæ, de qua nos & libenter & facile cōcedimus. pro Flac. 29. Hoc eſt, aſſentimur. Conſules neque concedebant, neque ualde repugnabant. ep. 3. Ego dolorem & inimicitias meas Reip. conceſſi. de Pro. 73. Ego multa tacui, multa pertuli, multa conceſſi. in Cat. 74. id eſt, diſſimulaui. Bona quædam proſcriptorum in agro Beneuentano diripienda conceſſit. 3. Verr. 27. Conceſſit totam uillam hoſpitibus. 13. Att. 65. Conceſſit Senatus petitioni tuæ. pro Mur. 44. Is eius ſuum deſeruit, nec quidquam eius audaciæ petulantiæque conceſſit. pro Cæc. 305. Multi ſæpe in iudicando liberum peccata, parentum miſericordię conceſſerunt: vos ne huius uitam matris crudelitati condonetis, rogamus. pro Clu. 58. Ab Athenięſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam conceſſeram. ep. 56. Et ſi de cupiditate nemini concedam, ceteris rebus inferiores ſumus. Attic. 12. 258. 4. Vna quæſo date hoc & concedite pudori meo. 3. Ver. 22. Cum uideres, ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes? 5. Verr. 53. Vt magnitudini medicinæ, doloris magnitudo concederet. Tuſc. 2. 23. Collegi ipſe me, &c. vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo atque perfuncto concederet, ut officium meum, &c. præſtarem. ad Lent. lib. 1. 9. 27. A me ſic diligitur, ut tibi vni concedam, præterea nemini. 4. fam. 9. Hæc magiſtro concedat Ariſtoteli. Tuſc. 1. 34. Si negligent, omnia turpia per ſe ipſa fugienda eſſe concedant. 3. Off. Quibus ego, ut de his rebus omnibus diſſerant, cum conceſſero: illud tamen oratori tribuam & dabo, vt explicet. de Or. 89. Vnde fulmen uenerit, quo conceſſerit. de Diu. 157. id eſt, quo abierit. Sic mecum ſemper egiſti, te mihi remittere atque concedere, vt omne ſtudium meum in C. Plancij honorem conſumerem. pro Planc. 60. Etſi illud erat aptius, æquum cuique concedere. de Fin. 4. 2. Dolorem atque inimicitias ſuas alicui concedere. de Prou. Conſ. 36. Libertatem alicui in aliqua re concedere. pro Planc. 28. Tribuere & concedere alicui multa. 1. de Ora. 75. pro Arch. 2. Concedere alicui primas in dicendo partes. 1. Verr. 27. Concedere aliquo. 2. de Diu. 66. Ab eorum oculis aliquo concedere. in Catil. 12. Qua in re concedere alteri, uel ad conditionem alterius deſcendere oportebit. de Inu. 84. Concedere amicis quidquid petant, & impetrare ab eis quidquid uelimus. de Am. 26. Quid tandem quæſo iudices, num aut ille laniſta omnino iam a gladiatore ceſſiſſe uidetur? aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? pro Roſc. Am. 70. Nunc obtineat locum, ut uix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur. 4. Verr. 76. Concedere de iure ſuo. 2. Off. 91. dignitate. pro Mur. 52. Catulus, cui ſolent Græci ipſi ſuæ linguæ ſubtilitatē elegantiamq. concedere. de Or. 111. Concedere libertatem. 12. Phil. 321. Hoc eſt, abiicere. Nemini in illa cauſa ſtudio & cupiditate concedere. pro Deiot. 20. Concedere poſtulationi. pro Mur. 44. poteſtatem peccandi. 12. Philip. 330. Tempus ad aliquam rem concedere. pro Arch. 9. Quantum ceteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis, & ad ipſam requiem animi. pro Arch. 188. Conceditur enim ſimiles eſſe, quo contentus eſſe potueras. 4. Acad. 100. Conceditur profecto uerum eſſe, ut bonos boni diligant, aſciſcantque ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque natura. de Amic. 46. Conceſſum ſit. 6. fam. 31. id eſt, liceat. Neque (poteſt) temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam. pro Roſc. Amic. Concedi illi putem utilius eſſe quod poſtulat, quam ſigna conferri. 7. Att. 24. Concedi ſi mala rei. 3. de Leg. 37. Concedi ſibi oportere, quod iis, qui ſe nouioris ordinis eſſent, liceret. 3. de Leg. 28. Reditus tamen in patriam uoluntate omnium concedi uideretur. ad Val. 13. 5. 4. Cui non puto conceſſos eſſe ſuos. 11. Attic. 13. Voluptatem quidem Brute, ſi ipſa per ſe loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, conceſſuram arbitror conuictam ſuperiore libro dignitati. 3. de Fin. 1.

Concedens.

Nunc me amantiſſimū tui, nemini concedentem, qui tibi uetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, &c. Plan. 10. 5.

Conceſſus.

Quæ fuit olim Præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando non eſt conceſſa libertas. pro Planc. 266. Videſne ut ad rem dubiam conceſſis rebus peruenerit? hoc uos dialectici non facitis: &c. de Diu. 2. 155.

Conceſſus.

Conceſſu alicuius aliquid agere. 4. fam. 23. Conceſſu deorum atque munere nullum optabilius, nullum præſtantius bonum datum eſt mortalibus bono philoſophiæ. de Vniu. 65. ad Brut. 42. Magnæ eſt tamen deliberationis, quæ ratio ſit ineunda nobis non agendi aliquid, ſed illius conceſſu & beneficio quieſcendi. Sulp. 4. 6. 14. Sed etiam ipſorum inter ipſos conceſſu ita tributum eſt. de Cl. Or. 172. Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati. pro Cœl. 20. Si latores leges aliquas conceſſu ſuo ſanxerunt. de Leg. 171. ep. 136.

Conceſſum.

Quo conceſſo, confitendum eſt eorum conſilio mundum adminiſtrari. 2. de Nat. d. 54. Sed abhorret non modo ab huius ſæculi licentia, uerumetiam a maiorum conſuetudine atque conceſſis. pro Cœl. 37.

Conceſsio.

Conceſſio criminis, & eius partes. 1. ad Her. 25. 1. de Inu. 22. & eius ſpecies. 2. de Inu. 191. Conceſſione noſtra, omnem uim ſui iuris amiſerint. 3. Att. 42. Conceſſiones præmiorum. 10. fam. 16. in ep. Planc.

Conceſſor.

Conceſſore aliquo quidpiam facere. 2. Att. 35.

Concelebro.

Eſt in conuiuiis, quæ facete abs te, & ab amicis tuis concelebrentur & paſſim & tributim. de Petit. Conſ. 29. Quare mihi uidentur poſtea cetera ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata, ab optimis enituiſſe. 1. de Inu. 7.

Concentus. *Vide, Concino.*

Conceptio, conceptus, *Vide, Concipio.*

Concerno.

Quod ſi ſatis grati homines eſſent, hæc tibi omnia parata eſſe debebant, ſicut parata eſſe concerno. de Petit. Conſ. 14.

Concerpo.

Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito ne quando quid emanet: ego item tuas. Attic. 10. 204. 4. Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem ualde frigere, iam calet: nam feruentiſſime concerpitur. Cœl. Cic. 8. 6. 12.

Concerto.

Qui ſæpius cum hoſte conflixit, quam quiſquam cum inimico concertauit. pro Pomp. 9. Sed quia numquam accidit, ut cum eo uerbo uno concertarim. Att. 3. 52. 2. Ea eo igitur & Lityo eſt is Hercules, quem concertaſſe cum Apolline de tripode accepimus. 3. de Nat. d. 55.

Concertatus.

Quæ etiam ſi ante quam res in iudicium uenit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non ſunt. in Part. 53.

Concertatio.

Concertatio animorum. pro Sext. 66. Nulla inter eos concertatio vmquam fuit. Tuſc. 3. 44. Concertatio uerborum. Tuſc. 1. 27 λογομαχία a Græcis dicitur. Ieiuna concertatio uerborum. de Orat. 114. Concertatio, captatioque uerborum. in Part. 43. Namque Carneades concertationis ſtudio, modo ait hoc, modo illud. 1. de Diu. 109. Concertationes in diſputando pertinaces, indignæ philoſophia. de Fin. 1. 21. Diſputationes plenæ concertationum. 1. de Or. 96.

Concertatorius.

Thucydides, &c.hoc forenſe concertatorium iudiciale nõ tractauit genus.de Cl. Or.158.

Concha.

At illa,quæ in concha patula pinna dicitur,iſque qui enat e concha,qui,quod eam cuſtodiat, pinnoteres vocatur, &c.3.de Fin.97.Conchas quomodo comprimat pinna.2.de Na.d.95.Ita ſolet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere conſueſſe.2.de Or. 13. Pinna duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi.2. de N. d. 183. hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere,eaſque, cum ſtomachi calore concoxerit,reuomere.2.de Nat.d.186.

Conchylium.

Nihil niſi conchylio,&c.de Diu.115.Extructa menſa non cõchyliis aut piſcibus,ſed multa carne ſubrancida.in Piſ. 53.Iam neruos in fidibus aliis pulſis reſonare alios, oſteriſque & cõchyliis omnibus contingere,vt cum Luna creſcant pariter, pariterque decreſcant.2. de Diu. 49.

Conchyliatus.

Conchyliata periſtromata.in Ant.173.

Concido,*penultima longa.*

Membra vxoris fuſtibus debilitauit,manus contudit,digitos confregit,neruos concidit.pro Flac.57.Hæc autem vniuerſa cõcidunt etiam minutius.Acad.quæſt.edit.1.l.2. 40. Vatinium arbitratu noſtro cõcidimus. Q.fr.309.Cede,concide.in Ver.182. Cum omnem auctoritatem Senatus in conſpectu populi Rom. conciderex.de Or.143.Metrodori ſodalis ſui fratrem Timocratem,quia neſcio quid in philoſophia diſſentiret, totis voluminibus conciderit.1.de Nat. d. 66. Concidere aliquem decretis. 5.Phil.184.Auctoritatem Senatus concidere.Att.1.ii.13.Concidere *flagitiis*,egeſtate,infamia.2.Phil. 46. Numeros concidere,ſententias delumbare.in Or.136.Obliroſne igitur hos putatis eſſe,quemadmodum ſit iſte ſolitus virgis plebem Romanam concidere?3.Verr.85.Alliſus eſt ille, conciduntur cæteri. 2. ad Q.fr.21.Conciſus,pro,concęſus.Or.90. Itaque tribus hic horis conciſus exercitus,atque ipſe interfectus.1.de Diuin. 69.ep.165.& 166.conciſus iudiciis & ignominiis.12.Phil.326.Diſtincte conciſa breuitas.3.de Or.118. Poſt conciſæ ſunt optimæ cohortes.de Pronunc.71.Sententię conciſæ.de Cl.Or.33. Agripetas Buthroti conciſos audio.Att.850.Sed tamẽ equites noſtros conciſos a Barbaris nuntiabant.Att.72. Auguſtis & conciſis diſputationibus illigari.2.de Or. 33.

Concido,*penultima breui.*

Simul animus cum re concidit.3. Tuſc. 69. Senatus auctoritas concidit.Att. 12. Hoc interim ſpatio cõclaue illud,ubi epulabatur Scopas, concidit, eaque ruina ipſe oppreſſus, cum ſuis interiit.de Or. 141. Falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimã uitam collatum,ſtatim concidit & extinguitur. pro Roſc.Com. 9.Ecquis unquam ex tam amplo ſtatu,tam in bona cauſa,tantis facultatibus ingenii, conſilii,gratiæ, tantis præſidiis bonorum omnium concidit?Att. 3.50. 2. Repente equus concidit. 2. de Diu.121.Rem miſeram:malas cauſas ſemper obtinuit,in optima concidit.Att.7.143.1.Mẽs debilitata metu cõcidit.pro D.ſua. 104. Allato nuntio de legione quarta, mente concidit. 3. Phil. 140. Themiſtocles ueneno epoto mortuus cõcidit.de Cl. 168.Motu *labefactata* concidunt.pro L. Man. 12. Artes forenſes & actiones *publicæ* concidunt.in Or. 81. Exangnis & mortuus cocidiſti.in Piſ.70. Ne Patres conſcripti vna plaga accepta conciderent, ne deficerent.Att. 12. Cũm ego una cum Reip.conſulari ictu concidiſſem.pro Pomp. 7.Neque enim tã facile opes Carthaginis tantę concidiſſent,niſi illud,&c.4.Ver.3. Vel concidat omne cęlum, omniſq. natura cõſiſtat neceſſe eſt, nec uim ullam nanciſcatur, qua primo impulſu moueatur.Tuſ. 1.44.Somn.Scip. 31. Hoc apud Platonẽ in Phædro ſic legitur, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. Vrbs flagrata concidat.ad Her.12. Contrahi animum & quaſi labi atq. concidere,& ipſum eſſe dormire.de Diu.133.Sed quomodo tu, ſi nihil cõprehẽdi poſſet, artificia concidere dicebas: neque, &c.4. Acad.261.Concidere in prælio.Tuſc.173. Per ſe Att.10.197.9 ſubito.Diu.2.59 Quo offenſo, regnum patris & domum ſunditus concidiſſe.Diu. 1. 202. Nam tum cũ in Aſia res magnas permulti amiſerũt, ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe.pro L.Man.12.Iunat me, hæc præclara nomina artificum, Verris æſtimatione ſic concidiſſe.in Ver.202.

Concidens.

Conſtabat,eos.qui concidentem vulneribus Cn.Pompeium uidiſſent,cum,&c.3.Tuſc.56.pro Sext.68.

Concieo.

Concitus ad riaam.pro Cæc.10.

Concito.

Quæ mẽtem Pythiæ diuino afflatu concitabat. Diu.l.1.36. Sic ad nos cõfirmatus reuertere, vt quã expectationẽ tui cõcitaſti,hãc ſuſtinere ac tueri poſſis.ad Cur.l.2.2. Cum totius Italiæ cõcurſus,quẽ mea ſalus cõcitauerat, facti illius gloriã agnouiſſet libẽs.pro Mil.20.Sed cũ tã atroci edicto nos cõcitauiſſet,&c. 3.Phil.137.pro,conuocaſſet.Concitare dictaturã.4. Att.53.Tãta enim res eſt, ut inuidiã iſtã, quã tu in me vis cõcitare,cũ laude nõ cõparẽ.2.Phil.53.Nullã inuidiã in te, nec ex illis quidẽ rebus cõcitabo.7. Ver.16.cõcitare mẽtes mortaliũ falſis & mẽdacibus uiſis.Diuin.l.2.99.Miſericordiã populi.1. de Or. 115.Motũ animis hominũ.1.off.104. Nationes & ſeruitia. Poll. & Cic. 11.33.13. magnum odium in aliquem hominẽ.de Inu. 61. Grauem offenſionem in aliquam rẽ. 1.de Inn. 112. Riſum.2.de or. 130.ſeditionem ac diſcordiam. pro Mur. 139. Cum a corpore abſtractus animus,diuino inſtinctu concitatur. de Diu.94.Animi perturbantur & concitantur re aliqua.in Or. 70. Quo enim ſpectat illud,cum artificia tolli quereris a nobis,niſi ut opifices concitentur?4.Acad. 259. Cum magnum bellum in Cappadocia concitaretur.Cat.15.4.19.Concitari in aliquem. 5.Verr.6. pro, Iraſci. Nouam quædam miſceri & concitari mala. in Cat. 119. Hominem iraſci,dolere, omni animi motu concitari. 2. de Orat. 203.

Concitatus.

Si quis eſſet ſatis concitatus cohortatione ſua ad ſtudium cognoſcendę ueritatis.de Or.102. Admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatur. de Cl. Or. 170. Concitatus terrore & metu.pro L. Man.16. Ac te ipſum & animi quodam impetu concitatum,& ui naturæ atque ingenii elatum,iam uſus flectet, dies leniet,ætas mitigabit.pro Mur. 139. Conuerſio cæli concitatior.de Som.Scip.129.

Concitatio.

Concitatio animi.Tuſ.5.36.id eſt,perturbatio.Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis eſſe diuinam. de Diu. 114.Mentis concitatio.2.de Diu.40. Concitatio multitudinis. pro Clu.107.Concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoq. motu futura præſentire.de Diu.1. 33. Plebis contra patrem concitatione & ſeditione nuntiata.de Cl.Or.27.Vehemẽtiores animi concitationes.ad Q.fr.1. 1.59.

Concitator.

Clodius concitator tabernariorum.pro D.ſua.12.Seditionis ſtimulator & concitator fuiſti.pro D.215.

Conciliatio, conciliatricula, conciliatrix, Conciliatus, concilio, *Vide Concilium.*

Concilium.

Concilium ducum.1.Tuſc.114. Hunc pater ſuus conciliũ plebis habentem de templo deduxit.2.de Inu.157.Concilium paſtorum.Off.59.virtutum.de Fin.2.9. Conuocare concilium in Vat.22.dimittere ſimul atque interceſſum ſit.3.de Leg.37.Cũ ad illud diuinum animorum concilium cœtumque proficiſcar. Cat.76.Quid enim neceſſe eſt tamquam meretricem in matronarum cœtum,ſic voluptatem in uirtutum concilium adducere? 2.de Fin.18.In concilium deorum vocari. 1. de Diu.88.Concilium,qui permouet,cum agi nihil poteſt,uim quærit.3. de Leg. 37. Iis deuium quoddam iter eſt ſecluſum a concilio deorum. Tuſc.1.59.Ea deorũ concilio deſcendiſſet.de Nat. d.1. 14.Quẽ hominum fama,beneficiorum memor, in concilio cæleſtiũ collocauit.Off.3.31. In concilio deorum fuiſſe. Sal.in Cic.290.In cętu concilioque proferre opiniones.2.de Fin. 124.Concilia & conuenticula.pro D.ſua.58.Concilia cœtuſque hominum iure ſociati,ciuitates appellantur.de Somn.Scip.8. Augures poſſunt cõcilia uel inſtituta admittere,uel habita reſcindere. de L.176.

Concilio.

Nanq. hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defenſio charitatem.de Or.187. Virtus,virtus inquam C.Fanni,& tu Q. Muci,& concilias amicitias,& conſeruat.de Amic. 83. Gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitioq. pro Mur.39.Liberalitas,qua qui utuntur, beneuolentiam ſibi conciliat & charitatatem.de Fin.1.14. Conciliant & coniungit inter ſe homines ratio & oratio.1.Off. 76. Pomp.5.7.4. Parentibus & diis immortalibus & patriæ nos primum natura conciliat.de

Aruſ.reſp.53.Eaq. omnia ualde beneuolētiā conciliant. de Or. 325.Ex quo iā audierā fremitū clientum meorum, quos quidē tu mihi conciliaſti.ad Treb. 7. 18.8.Deiotarus cū quo mihi amicitiā Reſ.cōliciauit, hoſpitiū uolūtas utriuſq. cōiūxit pro Deiot. 27.Inuſitata eſt rō quare,uſ.c2x.millia uno genere cōciliauit.in Ver.137.Ergo ille corporis motu tantū amorē ſibi cōciliarat ab omnibus.pro Arc.189.Cum omnibus amicis careo,quorū beneuolentiam nobis conciliarat per me quondam te ſocio defenſa Reſpub.ad Nig.Figul.lib.4. 13.6.1.de Fin 80.Ego autem citius cum eo,qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, ueterem coniunctionē diremiſſem,quam noua conciliaſſem.ad App.3.38. Nulla dignitas maiorum conciliaſſet opem potentium. Octau.15. Eumque cui concilies hunc amorem,ſignifices, nihil ad utilitatem ſuam retuliſſe.de Or.127. Cum etiam feras inter ſeſe partus atque educatio & natura ipſa cōciliet.pro Roſc.Am 38.Amplificatio, eſt grauior quædam affirmatio, quæ motu animorū conciliet in dicēdo fidem.in Part.28.Summum bonū eſſe frui rebus iis,quas primas homini natura conciliauiſſet.4. Acad. 237. Conciliare beneuolentiam multitudinis. Off. 1. 114. Si quis deus ueſtram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliarit.pro Clu.19.Animos hominum conciliare,& ad uſus ſuos adiūgere, proprium uirtutis eſt.2.Off.23.Conciliare eos qui audiunt.de Or.119.Pacē inter ciues.Lep.10.27.1.pecuniam alicui.6.Att.17.4.Ver.98. pecunias.5.Ver.59.ſibi gratiā per rem aliquam.pro L.Man. 49. Antonius profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat.ad Corn.lib.12.23.5.Ita que noſtra neceſſitudo debet te illi conciliare.de Or.177.Conciliantur autem animi dignitate hominis rebus geſtis exiſtimatione uitæ.quæ facilius ornari poſſunt,ſi modo ſūt.quam fingi, ſi nulla ſunt.2.de Or.97.Ordiri orationem, in quo concilietur auditor.de Or.208.Sentimus amorem conciliari, ſi id uelle uideare,quod ſit utile ipſis,apud quos agas,defendere.de Or.127. Multum ualet ad uincendum, animos iudicum conciliari quam maxime ad beneuolentiam erga oratorem.de Or.125.Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto.pro Pomp. 27.Quorum ratio mihi probatur,ſimul atque natum ſit animal, &c.ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſeruandum, & ad ſuum ſtatum,& ad ea,quę conſeruantia ſunt eius ſtatus, diligenda:&c.3.de Fin.13.Illud non dubito, quin ſi te mea erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, Reſpub. nos inter nos cōciliatura coniunctura que.ſit ep.63.Offenſionem & inuidiam pecuniæ conciliandæ cauſa ſuſcipere.in Ver.136.Voluptas eorum, quibus probari uolumus,conciliāda.in Or.92. Mea perſona ad iſtā pacem conciliandam minime fuit deligenda.12.Phil.330. Ad eorum uoluntatem mihi conciliādum, maximo te mihi uſui fore uideo. Att.1.1.12.Etiam illam cognoram,initio conciliandos eſſe eorum animos qui audirent.de Or.96.

Conciliatus.

Genus pecuniæ conciliatæ.4.Ver. Puero quoque hoc a me dabis,ut animum eius cōciliatum reddas.Att.2.19.Verum, cum iudices ſitis de pecunia capta & conciliata, tantam pecuniam captam negligere poteſtis?in Verr. 137.Vtrum tibi pecunię conciliatæ uidentur aduerſum leges, aduerſum Remp.cum maxima ſociorum iniuria?5.Ver.169.

Concilia trix.

Conciliatria amicitiæ, uirtutis opinio.de Amic. 36. Quam blanda conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena natura de Nat.d.1.53. Oratio conciliatrix eſt humanæ maxime ſocietatis. 1. de Leg.

Conciliatricula.

Erat enim hominum opinioni nobilitate ipſa blanda cōciliatricula commendatur.pro Sext.15.

Conciliatio.

Prima eſt enim conciliatio hominis, ad ea quæ ſunt ſecundū naturam.de Fin.3.17.Quæ permotionis cauſa uehementer, uel cōciliationis cauſa leuiter agentur.de Or.128. At enim pecuniā Staleno dedit Oppinacius,non ad corrumpēdum iudicium, ſed ad conciliationem gratię.pro Clu. 67. Cōmunē totius generis hominum conciliationem & conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus.1.Off.107.Honeſtum autem quod ducatur a conciliatione naturæ,Zeno ſtatuit finem eſſe bonorum, qui inuētor & princeps Stoicorum fuit.4.Acad.238.Inter ſeque quaſi ciuili conciliatione & ſocietate coniunctio.2.de Nat.d. 112. Propterea quod non ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio.de Fin.3.18.

Concinnus.

Concinnus deinde & elegans huius Ariſto.5. de Fin. 23. Ad perſuadendum concinnus,perfectus & politus homo.in Piſ.47. Hic autem nec tam concinnus helluo,nec tam muſicus iacebat? in Piſ.16. Aptus & concinnus ad rem reditus.3.de Or.112. Lepida & concinna exornatio.ad Her.31.Cōcinna,diſtincta,ornata, feſtiua oratio.3.de Or.56.Tectorium concinnum. ad Qu. fr. 3. 17.2. Concinnæ acutæque ſententiæ. de claris Or. 148. Sententiæ non tam graues & ſeueræ, quam uenuſtæ & concinnæ.de Cl.181.Sophiſtæ cōcinnas magis ſententias exquirunt,quā probabiles.Or.202.Alii in eadem ieiunitate concinniores, id eſt ſaceti,florentes etiam & leniter ornati.in Or.11.

Concinno.

Vides ut hæc concinnant?5.de Fin.143.Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo Treb.ad Cic.12.14. Hæc cum preſſis & flebilibus modis concinnuntur.Tuſc.1.95.

Concinnitas.

Ornata ſententiarum concinnitas.de Or.83. & 85. Aliquid concinnitatis efficere.in Or 44. Vt memoriā concinnitatis ſuæ relinqueret.de Cl.18.Conſequi concinnitatem.de Cl.Or.158. At quid eſt tam fractum,tam minutum,tam in ipſa,quam tamē conſequitur,concinnitate puerile?de Cl.Or.158.

Concinne.

Concinne dicere uel ſcribere.2.de Or. 100.C. diſtribuere rē aliquam.2.de or.45.Hunc poſtea quam ſaltauit, rogare cœpit, blande & ſcilicet,&c.pro Roſc.Com.28.

Concinnitudo.

Splendoris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimum in ſe continere debet.1.de Inu.37.

Concinno.

Videſne ut hæc concinnant? & hercule mirabilis eſt apud illos contextus rerum,reſpondent extrema primis, media utriſque, omnia omnibus.de Fin.144. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere uidentur, uerbis diſcrepare. 1. de Nat. d. 25.Hęc cum preſſis &,flexibilibus modis, qui totis theatris mœſtitiam inferant,concinuntur,&c.1.Tuſc.190.Hæc tum me tanquā ſata in ipſa re gerenda concinebantur.pro Sext.13.

Concinens.

Omnibus inter ſe cōcinētibus mūdi partibus.de Nat.d.2.15:

Concentus.

Qua ex coniunctione naturæ,& quaſi concentu atque cōſenſu,&c.conuenire poteſt aut fiſſum iecoris cum lucello meo, &c. 2.de Diu.26.Quo melior actionum, quam ſonorum concentus eſt.Off.1.203.Concentus auium.de Leg.360. omnium quaſi doctrinarum concenſus concentuſque.de or. 144. Quarum tantus eſt concentus ex diſſimillimis motibus,ut,&c.2.de Nat.d.1 7. de ſtellis Seruare concētum.4.de Fin.121. Quis acuta cum grauibus temperans,uarios æquabiliter concentus efficit.in Somn. Scip.17.

Concentio.

Caterua tota, clariſſima concentione in ore impuri hominis imminens concionata eſt.pro Sex.102.

Concio.

Concio & conuentus ciuium.6.Verr.99.Concio quę ex imperitiſſimis conſtat,tamen,&c.de Amic.78.Concio horribilis.14. Att.44.Quid aliud fuit in quo concio rediret, niſi illa uultus & uocis imitatio.de or. 131. Argumentum ſententiamque concionis audire.de haruſp. reſponſ.7. Clamor concionis. de Fin. 121.Me abeuntem magiſtratu,concionis habendæ poteſtate priuauit.5.fam.6.Græcorum totæ Reſpub. ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. pro Flac. 149. Nullam maiores noſtri uim concionis eſſe uoluerunt.pro Flac.149.Ex hac ergo lege ſecunda concionis uoluntate omnia illa tollebant,quę,&c.At.18. Conſul aduocat concionem,habet orationem talem, qualem, &c.pro Sex.8.Aduocare concionem donandi cauſa.in Ver.190. Eam primam habent concionem,qua gratiam beneficii ueſtri cū ſuorum laude coniungant.contra Rull 66. Concionem doloris mei habuit.14.Phil.395.P.Lentulus habuit concionem de me, ad quam Pop.Rom.factus eſt concurſus.pro Sext.24.Subito ille in concionem aſcendit Att.54. Quid enim mereri uelis, cum iam magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis, ut dicas, &c.Poſtquam.206.Produci in concionem.Poſt redit. 11. In concionem uocare aliquem. Acad.q.ed.1.lib.2.133. Quem cum in Cōcionem Gracchos uocari iuberet,& uiator quæreret, &c.pro Font.24.Legi concionem tuam:nihil illa ſapientius.Dolab.lib. 9.14.6.Summouere concionem.pro Flac.12.Libri Protagorę in concione combuſti.de Nat.14.Vt primum in concionem prouinciam depoſuerim.5. fam.3. Vt uel in concione dicere auderem.

25. Att. 30. Quod nō uel in concione recte legi poſſet. 7. ſam. 35. In concione honoratorū uirorum laudes memorātur. 2. de L. 57. Si in cōcione quæratur ſintne dii, necne ſint. de Nat. d. 1. 43. In cōcione recitari uelim iſtas literas. 8. Att. 22. Quod eos omnes, qui in cōcione ſtabant, &c. academ. q. ed. 1. lib. 2. 133. Quæ ſciſceret, aut quę populus iuberet, ſemota concione iuberi vetarique uoluerunt. pro Flac. 149. De mea ſalute P. Lētuli, C. Pōpeij cæterorumq. principū celeberrimæ & gratiſſimę conciones fuerūt in Piſ. 27. Conciones a magiſtratibus priuatis dari ſolitæ. 4. At. 8. Conciones turbulentæ, temerariæ, furioſiſſimæ. 4. Att. 15. Meęque ille uehementes conciones, tamquam σκιαμαχίας eſſe uidentur. ep. 174. Concionum perditarum conſuetudo. 14. Att. 15. Conciones poterit eadem manu concitare. 1. ad Q. fr. 57. Iſta labes, ea facit conciones, ea miſcet, ea turbat. Ar. 254.

Conciuncula.

Quæ mihi uidetur una conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura. Att. 2. 31.

Concinor.

At etiam de te concionatur, nec impune. nam ſentiet quos laceſſierit. ad Cor. 12. 47. Cæſar poſtero die in oppidum introiuit, eſt concionatus, inde Romam contendit. Att. 152. Cato cōcionatus eſt, comitia haberi nō ſiturum, ſi ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti. 2. ad Q. fr. 21. Concionari aliquid, ideſt, dicere in concione. De religionibus ſacris & cerimoniis eſt cōcionatus. de har. reſp. 6 Cum Lepidus concionaretur, atque omnibus ſcriberet, ſe conſentire cum Antonio. ep. 163. Idemque cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. 5. Tuſ. 84. Quæ cum ita ſint, magna tamen eloquentia vtendum, atque ita velut ſuperiore e loco concionandum. 1. Tuſc. 105.

Concionans.

Vt igitur T. Gracchum cum uideor concionantem in Capitolio uidere de M. Octauio deſerentē ſitellā, &c. de Nat. d. 1. 75.

Concionator.

Intellectum eſt quid interſit inter leuitatem cōcionatorum & animum uere popularem. 4. in Catil. 81.

Concionalis.

Concionalis hirudo ærarii. 1. Att. 43. Sed eodem die uehementer actum de agro Campano clamore Senatus prope cōcionali. ad Q. fr. 2. 22.

Concionarius.

Vehementer eſſe prouidendum, ne opprimatur concionatio ille populo a ſe prope alienato, &c. ad Q. fr. l. 2. 10.

Concipio.

Ipſa ſenectus concipit dedecus. Off. 1. 173. Principio quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipimus. 1. de Leg. 45. Superſtitioſa concipiunt animi imbecilli. 2. de Diu. 123. Concipiunt ipſi uitia. 3. de Leg. 59. Quodnam concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi iudices? pro C. Rab. 5. in Catil. 30. Quod flagitium non cū Antonio concepiſti? pro Syl. 11. Quod ita iuratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere. Off. 73. Omnia quæ terra concipiat ſemina. de Nat. d. 2. 19. Vtrum igitur cum conceperit mula, an cum peperit, oſtentum eſt? 2. de Diu. 74. Concipere aliquid animo, uel corpore. 11. Phil. 294. Auribus cupiditatem. 6. Verr. 90. Ita neceſſe fuit, aut hæc flagitia animo concipere, aut, &c. 1. de Nat. 90. In Republ. uiolanda fraudes inexplicabiles concipere. 1. Tuſ. 59. Nulla materia, niſi admoto igni, ignem concipere poteſt. 2. de Or. 103. Concipere ſcelus in ſeſe. 3. Ver. 6. & pro Mil. 78. Negat enim in tanta multitudine eorum qui una eſſent, quēquam fuiſſe qui uadimonium concipere poſſet. ad Q. fr. l. 2. 16. 4. ideſt, qui uadimonii formulam dictare poſſet. Concipere & cōprehendere animo uoluptatem. 2. de Fin. 9. Animæ pars redditur reſpirando, pars concipitur parte quadam, quam uentriculum appellant. 2. de Nat. 208. Quod ea animi tui ſententia iuraris, ſicut uerbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt. 3. Off. 145. Nos enim ad ſacra Idæa concipienda optimum uirum deligimus. de Fin. 5. 59.

Concipiens.

In concipientem comprehendentemque naturam ſi inciderit ſemen. 2. de Nat. d. 59.

Conceptus.

Furor ex maleficiis conceptus. 7. Verr. 59. Diſcordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta. 4. Tuſc. 32. Sanguis paternus, ex quo, ſi qua macula cōcepta eſt, laui non poteſt. pro Roſc. Am. 40. Vt una illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur, pro Cl. 23. Veruntamen nocturnis uigiliis iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. de har. 52. Odium in aliquem conceptū iandiu continere. Poſtquā rediret in exil. 198. Is non adeo immiſſum dolorem, ſed conceptum a ſe ipſo continebat. de N. 78. Vos aliquando iā per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere potuiſtis. 2. Ver. 29. Cum iā in præcordiis mortē contineret conceptā. 1. Tuſ. 154. Hoc quod cōceptum Reſpu. periculū parturit, conſilio diſcutiā & cōprimā. pro Mur. 76. Itane cenſes ante coronā exiſtiſſe, quā herbarum cōceptū eſſe ſemen? 2. de Diu. 103. Dixit ſe ſcire illū uerbis cōceptis peierasse. pro Clu. 105. i. inexpiabili periurio ſeſe cōtaminaſſe.

Conceptus.

Quædam etiam ex hominum pecudumue conceptu & ſatu, oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. 1. de Diuin. 80. Conceptu terrę, cæli ſatu generati Saturnus & Salacia. de Vniu. 49. Atque ipſa inſtitutio hominis, ſi loqueretur, hæc diceret, primos ſuos quaſi conceptus appetendi fuiſſe, ut ſe cōſeruaret in ea natura in qua ortus eſſet. 4. de Fin. 67.

Conceptio.

Conceptio (mulæ) contra naturam fortaſſe, ſed partus prope neceſſarius. 2. de Diu. 74. Ibi enim conceptio omnium priuatorum iudiciorum conſtituitur. 2. de Inu. 163.

Conclamo.

Cum uos uniuerſi una mente atque uoce iterum a me cōſeruatam eſſe Remp. conclamaſtis. 6. Phil. 205.

Conclaue.

Hoc interim ſpatio illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. de Or. 141. C. illud, ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. de Diuin. 86. Cum pater cęnatus, cubitum in idē c. cum duobus filiis iſſet pro Sex. Roſc. 29. Inferior porticus, & eius conclauia fiunt recte. ad Q. fr. 3. 39. Singula conclauia, quę iſte & Romæ & in omnibus villis habet, tricenos lectos optime ſtratos cum cæteris ornamentis conuiuii quærerent. in Verr. 213. Tectum quod ſuper conclauia non placuerat, tibi eſſe multorum faſtigiorum. Q. fr. 320. Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedum. pro D. ſua. 236.

Concludo.

Concludis epiſtolam quamdam hoc modo. Att. 9. 181. 10. natura ipſa circumſcriptione quadam comprehendit, concluditq. ſententiam. de Cl. Or. 16. Ne beſtiæ quidem, quas delectationis cauſa concludimus, facile patiuntur ſeſe contineri. de Fin. 5. 52. Deinde concludebas, dolorem eſſe ſummum malum. de Fin. 78. Concluſit deus intelligentiam in animo. de Vniu. 11. Vt ego ante dicendi finem faciam, quam uos me tam attente audiendi, concludam illud de optimatibus, &c. pro Sext. 119. Dolabellæ nomen iam expeditum uidetur, vt etiam repræſentatione concludam. Att. 244. Vt aliquā totam huius generis oratiōnē concludā ac definiam. 6. Verr. 103. Vt argumentum ratione concludat. in Or. 76. Quamobrem ad illam primum redeamus, eamque ipsā concludamus aliquando. de Amic. 82. 4 de Fin. 125. Deinde ut concludamus atque ita peroremus, hoc dicendi genus natura ipſa præſcribit. 2. de Or. 169. Et duo nobis opera pro uno relinquunt, ut alia ſumamus, ālia appetamus potius, quam uno ſine omnia concludāt. 4. de Fin. 32. Hoc ſi uolis inferre, & inferas quod ſequitur, fecit igitur incellum, & concluſeris argumentationem, & perſpicuam fugeris complexionem. de Inu. 36. Concludere aliquem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis. pro Roſc. Com. 7. aliquid argumentatione probabili. de Fin. l. 5. 8. aliquid neceſſaria mathematicorum ratione. Ibidem. Singulas argumentationes ita concludere, ut efficiatur quod ſit cōſequēs iis, quæ ſumentur ad quamque rem cōfirmandam. Or. 208. Poſt omnia perorationem inflammantem reſtinguentemue concludere. Or. 208. Demonſtrare id, quod concludere aduerſarii uelint non effici ex præpoſitis, nec eſſe conſequens. de Or. 128. Chryſippus ex ipſis exemplis ſolet ratione concludere. de Diu. 95. Concludere recte, uitioſe. Acad. q. ed. 1. l. 2. 89. Argumenti ſententiam concludere more dialecticorum. de Nat. d. 1. 62. Explere atque concludere ſententias. in Or. 235. Quod ſi omnia uiſa eiuſmodi eſſent, qualia iſti dicunt, &c. quo modo quęquā aut concluſiſſe aliquid, aut inueniſſe diceremus? aut quę eſſet cōcluſi argumenti fides? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27. In hoc ſingulare iudicium cauſa omnis concluditur. pro Quint. 45. Ea tametſi uerbis interdicti non concluditur: tamen ſententia iuris atque auctoritate retinetur. pro Cæc. 47. Concluditur extremum. Att. 11. 222. 4. Laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum uoluptate concluditur. pro Mur. 39. Orator concluditur in ea quæ ſunt in uſu ciuitatum vulgari ac forēſi. 5. de Or. 136.

Verborum deſcriptur ordo alias alia terminatione cõcluditur. in Or. 116. Cingitur atque concluditur ipſe portus vrbe. 7. Ver. 76. Illa igitur ratio concluditur, ſic, &c. de Diu. 121. Quæ quidem eſſe re vera, hac Stoicorum ratione concluditur, ſi ſint dii, &c. de Diu. 97. Hæc ſic dicuntur a Stoicis, concluduntur que cõtortius. Tuſ. 3. 18. Si vero in exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundiſſima lectionis voluptate. ad Luce. 5. 12. 20. Concluduntur in paruum quendam & anguſtum naturæ locũ. 1. de Leg. 13. Iam enim concludatur oratio. de Fin. 4. 74. Quomodo efficiatur, concludaturque ratio. l. 1. de Fin. 17. Commodius arbitror ex rebus cõceſſis concludi quid velis, & ad exitum peruenire. de Fin. 64. Concludi in exiguum anguſtumque. off. 1. 79. Concluſurum me eſſe crimen decumarum diceram. 5. Ver. 1. 9. O accuſatos homines, qui paucis uerbis negotium confectum putant, &c. ſumunt ad concludendum, quorum his nihil conceditur. de Diu. 129.

Concluſus.

Concluſa autem aqua facile corrumpitur. de Nat. d. 2. 15. Circumſcriptio concluſa. in Part. 31. Concluſa eſt a te tam magna lex ſanequam breuis. 2. de Leg. 25. Concluſa mihi iam hæc ſit omnis oratio. 1. de Leg. 36. Or. 198. Sententia apte uerbis comprehenſa & concluſa. Or. 213. Inuenietis id facinus natum a cupiditate, auctum per ſtuprum, crudelitate perfectum atque concluſum. 4. Ver. 58. 2. de Fin. 136. Concluſæ orationis anguſtia. de Nat. d. 2. 16. Perfecto enim & concluſo, nec virtutibus, nec amicitiis uſquã locum eſſe, ſi ad voluptatem omnia referãtur, nihil præterea magnopere dicendum. de Fin. 82. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt. pro Q. Roſc. 47. Omnia fere, quę ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. 1. de Or. 92.

Concluſe.

Cum, vt fit, fortuitu ſæpe aliquid concluſe apteque dicerent. in Orat. 102.

Concluſio.

Concluſio, eſt exitus & determinatio totius orationis. 1. de Inu. 109. Concluſio, ea oratio eſt, quæ breui argumentatione, ex iis quę ante dicta ſunt aut facta, conficit id quod neceſſarie conſequatur. 1. ad Her. 4. 3. de Or. 112. Concluſio ad numerum. de Cl. 167. argumenti, quæ Græce ἀπόδειξιν. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27. Concluſio in argumentando non ſemper neceſſaria. Part. 26. Nulla concluſio eſt aſſumptione non conceſſa. 2. de Fin. 163. Concluſio rationis, idem quod argumentum. l. 1. de Fin. 24. id eſt, ſyllogiſmus. rationis ea probanda eſt, in qua ea rebus nõ dubiis, id quod dubitabatur, efficitur. Diu. l. 2. 80. Concluſio ſentẽtiarum. Or. 213. verborum a poetica ad eloquentiam traducta. 3. de Or. 96. Tum alii concluſionem orationis, & quaſi perorationem collocant. de Or. 116. Vt tamquam poetæ boni, & actores induſtrii ſolent, ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii diligentiſſimus ſis. ad Q. fr. 1. 34. Concluſiones, quæ & ἐπίλογοι tripartitæ. 2. ad Her. 85 breues & acutulæ. 3. de Nat. d. 12. in demonſtratiuo genere breues. 3. ad Her. 107. duplices quomodo explicandæ. 2. ad Her. 74. Concluſionum modi apud dialecticos. Top. 27.

Concluſiuncula.

Concluſiunculæ contortulæ ac minutæ. Tuſc. 2. 37. fallaces. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68.

Concœnatio.

Melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. Cat. 42.

Concoquo.

Nũc uide utra te κρίσις magis delectet [illegible] ne, an hæc quam noſter Diodotus non concoquebat. Varr. l. 9. 4. 1. De epiſtola Vatinii riſi. ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. ad Q. fr. 3. 24. 12. Ea denique hac auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque, cũ ſtomachi calore concoxerit, euomere. 2. de Nat. d. 186. Cleanthes negat ullum eſſe cibum tam grauem, quin is nocte & die concoquatur. 2. de Nat. d. 35. Mutari & concoqui ut poſſit quod aluus recipit, arcet id & continet. 2. de N. d. 203. Ad concoquendum facillimus cibus. 2. de Fin. 203. Tibi diu concoquendum & deliberandum eſt, verum, &c. pro Q. Roſc. 26.

Concordia.

Cum in hac cella Concordiæ (o dii immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, quibus ad hanc diem uiximus, &c. 2. Phil. 42. Concordiæ curia. pro D. ſua. 100. Concordiæ templum. de Nat. d. 2. 44. Si ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordiæ deuinxiſſet. pro D. ſua. 101.

Concors.

Quod anno ante frater Metellus & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompeio ſententiã dicenti excluſerat. de Arat. 254. Moderatus & concors ciuitatis ſtatus. 3. de Leg. 41. Amicitia & charitate concordi ſe complecti. de Vniu. 20. Aliis cor ipſum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, concordeſque dicuntur. 1. Tuſ. 16. An ille cum P. Actio, quam cum concordiſſimis fratribus eſſe maluiſſet? pro Lig. 3.

Concordia.

Concordia conglutinata. 1. Att. 53. Hæc conſpiratio & cõcordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. 12. fam. 34. Numaſius interpres pacis & concordię. pro Clu. 81. Reconciliatio concordiæ. 3. in Catil. 69. Ad concordiam rem adducere. 7. Att. 13. Confirmare concordiam cum aliquo. 13. Phil. 343. Concordiam conſtituere. 8. Att. 33. diſiungere. 1. Att. 57. Tantamq; habebat morum ſimilitudo coniunctionem atque concordiã, ut, &c. 5. Ver 18. In priſtinam concordiam reducere aliquos perfidia hominum diſtractos, Att. 8. 168. 1. Viditque rerum agendarum ordinem, &, ut ita dicam, concordiam. de Fin. 3. 17. Ita perfectum eſt, ut omnes, concordia conſtituta, ſine querela diſcederent. Off. 2. 121. & 122. Concordia ſingulari coniuncti. 11. fa. 23. in ep. D. Brut. Alicui concordia coniunctiſſimum eſſe. pro Cl. 122. Demetrii liber de concordia. Att. 143.

Concordiſſime.

Et tibi acerbior patrui mors eſt, quem numquam uidiſti, quã illi eius fratris, quicum concordiſſime uixerat? pro R. 9.

Concordo.

Sic animi ſanitas dicitur, cum eius iudicia opinioneſq. concordant. Tuſ. 2. 15. Si cõcordabis cum illa, habebis, &c. Ter. 131.

Concredo.

Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas. pro Q. 11. Cui fortunæ uiui commendatę ſunt atque concreditæ. pro Sex. Roſc. 37.

Concrepo.

Deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. pro Cœl. 52. Qui ſimul ac Decemuiri concrepuerint, armati in ciues, & expẽditi ad cędẽ eſſe poſſint. ad L. Agr. 81. Si uir bonus hanc habeat uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur. off. 3. 99.

Concreſco.

Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet. de Nat. 38. Has ipſas eſſe omnium cauſas, quæ uim habeant refrigerandi, calefaciendi, concreſcendi, liquendi. de Vniu. 63.

Concretus.

Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur: concretus autẽ in nubem cogitur. 2. de Nat. 145. Neceſſe eſt ut animi ferantur ad cælum, ab his perrumpatur & diuidatur craſſus hic & concretus aer, qui eſt terrę proximus. Tuſ. 1. 67. Ex terrena mortalique natura & caduca, concreta ut is uidetur. 1. Tuſ. 96. Animal ex nefariis ſtupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate cõcretum. in Piſ. 84. Craſſum ac concretum cęlum. de Nat. d. 2. 30. Pingue & concretum cælum. 1. de Diu. 211. Concretũ corpus ex elementis. 3. de Nat. d. 41. id eſt, compoſitum. Cum claram ſpeciem concreto lumine luna Abdidit, &c. 1. de Diu. 33. Terrena cõcretaq. corpora. 1. Tuſ. 76. Concreti aut acres humores. de N. d. 2. 43.

Concretum.

Cõcretum & corporeũ omne deus ſubſtrauit animo. de Vniu. 33. Aut ſimplex eſt natura animantis, aut eſt concretum ex pluribus naturis. de Nat. 66. Nihil eſt animis admiſtum, nihil cõcretum, nihil copulatum, nihil coagmẽtatum, nihil duplex. 1. Tuſ. 111. Quæ nil concreti habeat, nil ſolidi, nil expreſſi. 1. de Nat. 100. Orta, generata, concreta ſemina. 5. Tuſ 98.

Concretio.

Cauſæ quæ habent vim caloris & frigoris, concretionis & liquoris. de Vniu. 63. Idem facit in natura deorum, dum individuorum corporum concretionem fugit. 1. de Nat. d. 95. Deum eſſe mentem ſolutam quamdam & liberam ſegregatam ab omni concretione mortali. Tuſ. 2. 54.

Concubo.

Si peperit, cum viro concubuit. 1. de Inu. 57. Quia ita fatum ſit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. de Fa. 23.

Concubitus.

Concubitus deorum cum humano genere. 1. de Nat. 61.

Concubina.

Cum quæreretur,&c.& de eius matre:quæ ſi iudicaretur, cer tis quibuſdam uerbis,non nouis nuptiis fieri cum ſuperiore di uortium,in concubinæ locum duceretur. 1.de Or.90.

Concubius.

Qui ut cœnati quieſcerent contubia nocte uiſum eſſe in ſo- mniis ei qui erat in hoſpitio,&c.1.de Diu.101.

Conculco.

Piſo ad portam Aeſquilinam, Macedonicam lauream concul cauit.in Piſ.92. Proterere & conculcare aliquem. pro Flac. 43. pro Do.ſua.85. Conculcari inquam miſerã Italiam uidebis pro xima æſtate ab vtriuſq.municipijs ex omni genere collectis. At. lib.8.28.& Phil.70.id eſt, vaſtari, deſtrui.

Concupiſco.

Concupiſco autem nihil,contraque ipſe pugno.10.fam.19.in ep.Planc. Quæ autem cupiditates inanes ſunt, his non eſt parẽ dum,nihil enim deſiderabile concupiſcunt .1. de Fin.81. Sicut tu ſemper ſumme concupiſti.pro Quin.46.Cæſar omnia omniũ concupiuit. Att.11. In matrimonium ducere illam concupiuit. pro Clu.18.Cn.noſter ſimilitudinem Syllani regni coocupiuit. Att.140.Res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. in Or. 2. Hæc iſte ad inſaniam concupierat.4. Verr. 60. Cuius mors ita glorioſa fuit,ut eam filius concupiſceret.1.de Diu.92. Quid autem erat, quod concupiſceret deus mundum ſignis or- nare.de Na.6.Quid concupiſcas,tu uideris:quod cõcupiueris. certe habebis,5.Phil. 188. Vt ſiquis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat.4.de Fin.11.1.Acad.54. Concupiſce- re me nihil oportet.10.fam.45.in ep.Plan. Concupiſcere quid- quam pernicioſum.10.fam.15.in ep.Planc. Prædia alterius con cupiſcere.pro Sex.Roſc. 36. Concupiſcere uenereas uoluptates animo inflammato.Tuſ.4.57. nõ pecuniam, nõ opes uiolentas, ſed caritatem ciuium & gloriã concupiſſe.1.Phil.21.Honos non nimis concupiſcendus.Cat.l.15.6.5.

Concupitus.

Nam cum eſt concupita pecunia,nec adhibita cõtinuo ratio . 4.Tuſ.37.Lætitia,ut adepta iam aliquid concupitũ, efferatur & geſtiat 4.Tuſc.20.

Concurro.

Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, & ſine mu ra concurrit.ad App.10.30.4.Concurrit ad me maxima multitu do.in Verr.234. Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda ſint.pro Planc.276.Concurrunt plures uno tempore li- brarii,deſcriptam orationem ad me afferunt.contra Rul.68.Res contrariæ concurrunt. 5.de Fin.48. Et raptim in eam ſententiã pedarii concurrerunt. Att.1.70.Si diem nobis dixerit Clodius, tota Italia concurret.2.ad Q.fr.15.Ne darem perditis hominẽ parum ſanum,quo concurrerent.ad Brut.90.Si quæ ſupra dicta ſunt,ſigna concurrent.ad Heren. 7. & 8. Tantus in curia clamor factus eſt,ut populus concurreret. 4. Verr. 33 . An tu cenſes ul- lam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet, ni- ſi iſta caſu nõnunquam forte temere concurrerẽt?2.de Diu.208. eſt nobis no dicitur,ſed nobiſcum: quia ſi ita diceretur , obſcœ- nius concurrerent literæ.in Orat.86. Non mihi uideor erraſſe , quod ad Balbum ſcripſi apertius,vt ſiquid tale accidiſſet , ut nõ concurrerent nomina , ſubueniret . 16.Att.9.id eſt,non reſpon- derent ad tempus, ut alibi loquitur. Ipſe cunctæ Italiæ cupien- ti ſignum dedit, ut ad me reſtituendum Romam concurrerent. pro Mil. 109. Licet concurrant plebei omnes philoſophi, &c.1. Tuſ.86.Sed omnia licet concurrant, Idus Martiæ conſolantur. Attico.14.5. Quæ ut concurrant omnia,optabile.Off.10.Nulla eſt ſedes,quo concurrant,qui Remp. defenſam volunt.Att.120. Verba extrema cũ conſequẽtibus primis ita iũgere,ut neue aſpe re concurrant, neue vaſtius diducantur. 3. de Or. 95. Vt ſtatim de iure aliquid concurrerit,non toto triduo. DCC. millia paſ- ſuum conficiuntur.pro Quint. 54. Concurrere ad non dubiam mortem.Tuſ.1.73. Vtrum ſi æquius concurrere, an conſenti- re,&c.in An.155. Concurrere domum.3. Verr.55. Concurritur undique ad commune incendium reſtinguendum.10.Phil.184. Concionem aduocari iubet,ſumma cum expectatione concurri tur.contra Rull.68.Si uobis nuntiaretur hanc legem fieri con- currendam ad pecuniam putaretis.pro R.P.125.

Concurſus.

Firmamenti conflictio & quaſi concurſus.in Part.56.Collo- cationis eſt componere & ſtruere ſic uerba, ut neue aſper eorũ concurſus ſit, neue hiculus.3.de Or.94.Quinque artium con- curſus maximarum. de Cl.Or.13. Concurſus quidam atomorũ fortuitus.de Nat.d.1.46.calamitatũ.5.fam.36. Clamor concur ſuſque fit.Att.10.Nam tantæ multitudinis,quantam capit urbs noſtra,concurſus eſt ad me factus.ad Brut.6.Concurſus hominũ in funere luctum habet.2.de Leg.70.aſper literarum.Part. 231. Italiæ magnificentiſſimus ille motus municipiorumque concur ſus pro Dom.ſua.110. Quaſi concurſus maximarum occupatio- num .7.famil.57.Omnis omnium concurſus de te futurus eſt. Att.279.Concurſus omnium philoſophorum.Acad.q.ed.1.l. 2. 64.uocatur ibi illa ὁμοθυμαδόν omnium reliquorum philo ſophorum, qui Academicorum δόγματα impugnabant. Cõcur ſus prædonum.Parad.34.Concurſus prædonum.Parad.:4. Ne extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus aut hiulcas voces efficiat, aut aſperas.in Or.83.Quid dicam effuſio nes hominum ex oppidis , quid concurſum ex agris? in Piſ.90. Cum bubulcus clamorem edidiſſet , eſſe factum concurſum, to- tamque in eum locum Hetruriam conueniſſe.de Diu.119. Ca pto oppido,miram lætitiam commutationemque animorum,cõ curſumque vndique.16.Att.11. Calamitatum concurſu labefa- ctata cogitatio.Luce.li.5.13.3. De concurſu legationum priua- tarum, & de incredibili multitudine,quæ mihi mirabilem in mo dum Epheſi præſtõ fuit,audiſſe te puto . Att. 74. Concurſu ma- gno & odio vniuerſi populi pene afflictus eſt. 3. ad Q.fr. 16.Ex cationis,& ex firmamenti conflictione, & quaſi cõcurſu quæſtio exoritur.Par.239. Quid tãto concurſu honeſtiſſimorum ſtudio rum? de Fin. 2. 91. Diſiuncti & hiantes concurſus verborum. Partit. 12.Ex agris concurſus ſiunt.Att.5.104.3. Clamor, con- curſuſque maxima cum laude alicuius ſiunt. Att.1. 11.1. Ei con curſus vndique fiebant.in Verr. 149. Cum Demoſthenes dictu rus erat, concurſus audiendi cauſa ex tota Græcia fiebant. de Cl. 192. Quos concurſus facere ſolebat , quam ſe iactare? pro Deio.149.

Concurſio.

Concurſio , quæ verborum exornatio eſt.de Or.161.In eadẽ verba impetus,& concurſio,& adiunctio,& progreſſio. 3.de Or. 114. Concurſio fortuita corpuſculorum. Academ. queſt.edit.2. lib.1.4.Fortuitarum rerum concurſio.in Topic.39.In ea eſt cre- bra iſta vocum concurſio , quam magna ex parte vt vitioſam fu- git Demoſthenes. Or. 84. Concurſionem fortuitam atomorum Democritus concaleſactam & ſpirabilem , id eſt animalem eſſe voluit.Tuſc. 1. 35. Concurſiones inter ipſos deos . de Vniu.45. Crebræ vocalium concurſiones.ad Her. 27. Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri , vt concurſionibus inter ſe cohære- ſcant.1.de Fin.26.

Concurſo.

Tum, inquam, concurſant ceteri Prætores.in Verr. 242. Qui armati noctes dieſque concurſabant.pro S.R.31.Concurſabant Barbatuli iuuenes.1.Att.31. Præſertim cum iam hoc nouo amo re omnes fere domos omnium concurſent.pro Mur.42. Concur ſare circum tabernas.in Catil. 89. Deoſne immortales concurſa re omnium mortalium non modo lectos, uerumetiam grabatos? Diu.2.100.Concurſare mecum ſimul lecticula. 7.fam.5. Corpo ra huc & illuc caſu & temere concurſantia.2.de Nat.d.172.Con curſare villas, prouinciam.ad Mari.lib.7.1.19. & 7. Verr.64.

Concurſatio.

Quam acerba, quam formidoloſa, quam quæſtuoſa concur ſatio? pro Leg.Ag.4.Plan.ad Cic.lib.10.17. 3.Illius non obſcura concurſatio & contentio.1.fam.3.Perturbationum concurſatio. 11. Phil. 310. Quid puerorum illa concurſatio nocturna? pro Dom.216. Aut quæ concurſatio ſomniorum? Diuin. lib.2.112. Multa concurſatione, multoque clamore.de Cl.Or.187. & 196. Concurſationibus aſſiduis confectum. 10. famil.34. in ep.Plan.

Concutio.

Is leges Cæſaris,eaſque præclaras, vt Remp.concutere poſſit, euertit.2. Phil.105.Concuſſa hominum licentia, & cupiditati- bus fractis,&c.pro Mil.58.

Condecentia.

Sic verbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiã, ſententiis vero ad grauitatem orationis vtatur. 3.de Or.111.

Condemno.

Sed iam meipſum inertiæ nequitiæque condemno.in Catil. 3. pro Cluent. 94. 1. de Diu. 67. Crudelitatis tu furcifer Sena- tum Conſul in concione condemnas?in Piſ. 82. Et ſceleris con- demnat generum ſuum . Terentiæ, lib.14. 21. Hunc hominem Veneri abſoluit,ſibi condemnat. 4. Verr. 14. Sed de latronum, hoc eſt de comitũ ſuorũ ſententia condemnat omnes.7. Verr.90.

Ego fidem Conſulum non condemnabam, quæ ſuſpecta uehemẽter erat. Brut. 90. Qui Gabinii literas inſigni quadam nota & ignominia noua condemnaſtis.de Prou.Conſ.19. Amicitius ſilentio temeritatem tuam condemnauerunt.in Piſ.88. Quare ſi iniquus es in me iudex,cõdemnabo eodem ego te crimine.Cur. 2.1.3.Cuius reſponſo ſic iudices exarſerunt, ut capitis hominẽ innocentiſſimum condemnarent.in Ant.105. Ego hoc uno crimine illum condemnem eſt neceſſe.in Verr.95.Tamen in hoc te deprecor,ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes. Cœl. ad Cic. 8.1.2. Vt condemnet minus multos tabella,quam ſolebat vox.3.de Leg. 34. Ceteros non dubitabo primũ inertiæ mea ſententia condemnare,poſt etiam impudentiæ.de Or.99. condẽnare aliquem ſtultitiæ,vanitatis,impudentiæ. Diu.1.35. cõdemnare aliquem cauſa incognita.de Nat.40.cauſam.pro Ligar.17 Rem ipſam repudiare,& eos,qui agebant,condemnare. pro Do. ſua.5.id eſt,ſpernere.Condemnaſſe meum aliquod factum.10.ad Att.28.in ep.Cæſ.Arbitrium pro ſocio condemnari.pro Quin. 7.Turpiſſimo iudicio condemnari.pro Sext.Roſc.37.Condemnari lites ſolent.pro Rab.Poſth.22.Condẽnari ſponſionis. pro Cæc.68.

Condemnatus.

Iniuriarum condemnatus.4.Verr.14. Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus. pro Flac 34. Scæuola condemnatus eſt aliis criminibus.pro Clu.41. Antonios Lenticulam de alea condemnatum reſtituit.2. Phil.69. Tuum factum eſt condemnatum iudicio amicorum.in Piſ.88. Cuius etiam familiares de vi condemnati ſunt.2.Philip.32. Rerum capitalium condemnati.pro Sext.22.Ea ciuitas,in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt.6.fam.24.

Condico.

Craſſus pœne a meis laribus in prouinciam profectus eſt:nam mihi cum condixiſſet,cœnauit apud me in mei generi & Craſſipedis hortis.1.fa.49.condicere cauſam.2.ad Her.53.

Condio.

Herbas omnes ita condiunt.ad Gal.l.7.27.5. Condiunt Aegyptii mortuos,& domi ſeruant.1.Tuſc.97. Mortuos cera circũlitos condiunt Perſæ.1.Tuſ.97.Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus,in perpetuum amiſi.Att.12.33 Omnino duo ſunt quæ condiunt orationem,uerborum numerorumque iucunditas. Orat.215.Quique ea uitia,quę a natura habebat,etiam ſtudio atque artificio quodam malitiæ condiuiſſet. pro Clu.57.Aſperitas contentionis,oratoris ipſius humanitate conditur.2.de Or.217.Labor in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. 5. Tuſcul. 139. Quis non uidet,deſideriis illa condiri omnia? Tuſc.247.

Conditus.

Sale conditus & facetiis Cæſar.Off.27. Erat enim in illo uiro comitate grauitas condita. Cat.9. Lepore & feſtiuitate condita oratio.de Cl.Or.57.Nam & agri multa ferunt manu quæſita, quæ uel ſtatim conſumantur uel mandentur condita uetuſtati. 2.de N.d.225. Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certe condita iucundius.pro Mur.140.Nemo vnquam urbanitate,nemo lepore,nemo ſuauitate conditior.de Cl.Or.92. Faciunt conditiora cibaria aucupium & venatio.de Sen.53.

Conditio.

Ciborum conditiones, & compoſitiones unguentorum. 2.de Nat.120.

Conditor.

Hi ſunt conditores inſtructoreſq. conuiuij, iidem expendunt atq. æſtimant uoluptates.poſt red.13.

Condimentum.

Accedat huc ſuauitas oportet ſermonum atque morum,haud quaquam mediocre condimentum amicitiæ. de Am. 59. Socrates dicebat.Cibi condimentum,fames:potionis, ſitis. de Fin.2. 75. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortaſſe nonnihil,utilitatis certe nihil habebit.3.Off.165. Facetiæ omnium ſermonum condimenta.2.de Or.150.Hęc illius ſeueritas acerba uideretur,niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.ad Q.fr.1.116.

Condiſco.

Condiſcas cenſeo mihi paulo diligentius ſupplicare.pro Plancio,12.pro Quint.6.

Condiſcipulus.

Condiſcipulus Ariſtotelis,Xenocrates.de Nat.d.1.25. Et ſe meum condiſcipulum in pueritia, familiarem in adoleſcentia, collegam in quæſtura commemorabat fuiſſe.pro Syl.12. Dicærchum uero cum Ariſtoxeno æquali & condiſcipulo ſuo, doctos ſane homines,omittamus.1.Tuſ.34.Tui condiſcipuli. Att.78.

Conditio, conditor. *Vide, Condo.*

Condo.

Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt.de Nat.57. Metrodorus omne bonum in uiſceribus medulliſque condidit.Tuſc.2.13. Romulus,qui hanc urbem condidit in Cat.111. Qui Reſp.conſtituerunt,qui urbes condiderunt. de Diu.98. Qui illi pecuniæ,quam condiderat,ſpe iam atq. animo incubaret.pro Clu.31.Carmen condere 4.Tuſ.7. Serere,percipere,& condere fructus.de Sen.22.Condere leges. de Leg.171 Luſtrum condere.2.de Or. 149. Vt liceat illis inuidiam deponere,pecuniam condere. cont. Rull. 80. Condere pœnas. Att.13. Rempub.condere meo diſceſſu, quam omnium interire occidere maloi.pro Do.74.Triticum condere.de Sen.21.Tenes *qui illam* urbem condidiſſe dicitur.in Verr.86. & Cepheus conditur ante, lumborum tenus,&c.in Arat.Condi in carcerem.in Ver. 251. In animis neſtris ego omnes triumphos meos condi & collocari uolo.in Cat.116.Scientia condendi ac reponẽdi fructus. de Nat.57.Vt eſſet locus comparandis condendiſque fructibus. cont.Rull.83.

Conditus.

Conditus domi Conſulatus.pro Mur. 47. In eo ſepulchro Regem noſtrum Numam conditum accepimus.2.de Leg.87. Homerus fuit ante Romam conditam. Tuſ.148. Segeſtam ab Aenea cõditam eſſe demonſtrant.in Verr.216.Quamobrem Sybillã quidem ſepoſitam & conditam habeamus.2.de Diu.167.Fructus cõditi.ad Brut.166.Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt. de Leg. 181.Conditæ in ærario ſanctæ literæ. 6. Verr.123. *Sic in cauis* conditæ res ſunt futuræ.de Diu.107. Ex illa olea arcam eſſe factam,eaque conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.2.de Diu.129.Ab hoc qui cœpit conditas, ab illa qui conſtitutas accepit,captas dicetis Syracuſas. Or.215.

Conditor.

Conditor inſtructorq. conuiuii.Poſtq.207. Atque etiam ipſe conditor totius negotii guttã aſpergit huic bulbo.pro Cl.56.

Conditio.

Sed quoniam earum rerum,quas ego geſſi, non eadem eſt fortuna atq. conditio.&c.3.in Cat.70. Valde bona conditio ſi fueris,fortaſſe non omittam.ad Q.fr.lib.2.6.3.Certi ſoci Macedoniæ,certa conditio,certiſſimo modo etiam erat illius exercitus. in Ant.226.Mihi quidem,ſi hæc conditio Conſulatus data eſt, ut,&c.4.in Catil.1.Eaque mihi conditio maneat, qua profectus ſum.epiſt.21.22.Infimi generis hominum conditio atque fortuna.pro Mil.71. Naſcendi incerta conditio. 3. in Catil. 1. Vis & fortunæ conditio infima aliquorum.pro Corn. Balb.18. Infima conditio & fortuna ſeruorum.1.Off.62. Quare iſta conditio iudices reſpuatur,nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. pro Cœl.10.Præſertim cum ab aliis aliquotiens conditio C. Cæſari lata ſit,ut eaſdem leges alio modo ferret,&c.de Prouinc.79.conditio legum,iudiciorum,temporum.5.fam.51. Eſt enim conditio liberorum populorum poſſe ſuffragiis uel dare, *uel detrahere* quod uelint cuique.pro Planc.8.Atq. hoc ipſo melior eſt tua, quam noſtra conditio,quod tu quid doleas,ſcribere audes, nos ne id quidem tuto poſſumus.epiſt. 48. Hoſtis cum quo nulla pacis conditio eſſe poſſit.4. Phil.160.conditio nulla pecuniæ te ab ſumma integritate continenti.que deduxerit.1.ad Q.fr.6.Quę conditio non accipienda potius fuit, quam relinquenda patria? 8.Att.9. Harum rerum non ſolum euentus atque perpeſſio, ſed etiam conditio,expectatio,mentio denique ipſa indigna homine eſt libero.pro Rab.,62. Quid ergo iſta conditio eſt teſtium, ut quibus creditum non ſit negantibus, iiſdem credatur dicentibus.pro R. P.128. Quæ nobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis,æquitatis,legationis eſſe communitas?6.Phil.206.Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, ſi poſſem efficere ut Milonem abſoluatis:ſed ita ſi Clodius reuixerit. p Mil. 60.Nihil eſt enim quod tam obtundat,&c.quam me ditatio conditionis humanæ.3.Tuſcul.66. Et contra perículoſiſſimas hominum potentias,conditioni omnium ciuium prouidere. pro Cœl. 16. Nec Pompeium ad ullam conditionem acceſſurum putabam.8. ad Attic. 56. Qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem poſſit, magis opto quam ſpero. ad Attic. 8. 168.2.

Ad conditionem deſcendere.2.de Inu.251.Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar,ut ant,&c. aus. ep.118. Alicui grauem legem uitæ & conditionem conſtitui.pro Corn.50.Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore conſtituit.pro Mur.135.Omnē conditionem imperii tui, ſtatumque prouinciæ mihi demonſtrauit Tratorius.ep.197.Facere diſparem conditionem.de Prou.Conſ.13. Cæſar fert illam conditionem,ut ambo exercitus tradant.ep.123.pro Roſc.Am.28.& pro Quint.58.Hanc conditionem miſero ferunt, ut optet utrum malit.pro Roſc.Am.18. Cœl. Cic.8. 14 6. Sed ea tamen uiciſti,quę &;naturam & conditionem,vt uinci poſſent,habebāt. pro Marc.4.Galliæ quæ habent interceſſorem,in eandem conditionem,quam ceteræ prouinciæ,uocantur.Cœl.Cic.l.8.9.5. Inſtituere legem iniquam & miſeram conditionem periculis hominum.pro Mur.54.O conditionem miſeram non modo adminiſtrandæ,ſed etiam conſeruandæ Reipub.in Cat.107.Immortalium conditionem poſtulare.3.Off.65. Hāc conditionem ſupplicii maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe uoluerunt.pro Clu.102. Qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis.Parad.123.Conditionem æquiſſimam repudiare.pro Quint.8.Si illam accuſationis conditionē ſequar.pro Planc.260.id eſt,ut neceſſe habeam hunc illi anteponere.Qui ſuo iudicio eſſent illam conditionem uitæ ſecuti. pro R.P.125.3.Off.114. Hanc inigitur patrone fœderum ac fœderatorum conditionem ſtatuis Gaditanis tuis ciuibus , ut quod his,quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus,liceat,&c.pro Corn.Balb.108.Armis conditione poſitis. 6.fam.7. Accuſante Tribunoplebis conditione ęqua diſceptari poſſe non putauerūt. pro Clu.Nec debes dubitare,quin aut aliqua Repub. ſis futurus qui eſſe debes,aut perdita non afflictiore conditione,quam ceteri.ep.79.Qui ſe miſericordia Senatus, non agri conditione defendunt.1.de L.Agr.61.Alia conditione ſum,ac ceteri. 5.fa 25. in ep.Vat.id eſt,Peius agitur mecum,quam cum ceteris. Paucas tribus non certa conditione iuris ſe ſortis beneficio fortuito ad uſurpandam libertatem uocare.cont.Rull.69.Meliore iure,meliore in cauſa,commodiore conditione eſſe.2.de Leg. Agr 6.7. Conditione quam commodiſſima.13.famil.27.Non communi conditione ſeruitutis uti.pro Cœl.41.45. cum ipſius uictoriæ conditione,iure omnes uicti occidiſſemus.pro Marc.7.Niſi forte non de ſeruiture,ſed de conditione ſeruiendi recuſatum eſt a nobis.Brut.16.7.Quintius deteriore tempore abſens auctionatur,Scapulis difficiliore conditione diſſoluit.pro Quint.11.cōditione duriori bellum ſuſtinemus.10.fam.54.in ep.Plan.Quid eſt igitur quod querare,ſi repetit cum uult? ea enim conditione acceperas. Tuſc.1.77.Aut ea conditione daret,ſi reciperes te correcturum.6.fam.29.Ea conditione nati ſumus,ut nihil quod homini accidere poſſit,recuſare debeamus.Att.15.321.2. Homines nos ea lege nati ſumus, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit uita noſtra:neque eſt recuſandum,quominus ea, qua nati ſumus,conditione uiuamus.Titio,lib.5.16.4. Aut reperiam ipſe eadem conditione qui uti uelit,ut,&c. Or. 220. Omnes eodem tempore ortos,eadem conditione naſci.de Diu.127.Ecquid ergo intelligis, quantum mali de humana conditione deieceris? 1. Tuſc.24.Eſt hoc & ex conditione iuris , & ex conſuetudine cautionis firmiſſimum argumentum.pro Quint.R.52.In conditione manere.7.At.50.Hæc etiam ſi in homine ipſo,de quo agitur, ſunt negligenda , tamen in conditione atque in exemplo pertimeſcenda uidentur.pro Flac.151. In ſuperiori conditione cauſaque poſitum eſſe.pro Corn.Bal.29. Tamen illi iudices ſtatuerunt,iniqua conditione reum cauſam dicere , &c. pro Cl.75.Ex his miſeriis atque iniquiſſima conditione uitæ.5.fam.46. Mihi uideris conditione meliore eſſe,quam nos qui uidemus. 4. fam. 8.id eſt,fœlicius tecum agi.Meliore conditione eſt ſenex,quam adoleſcens,cum id,quod ille ſperat,hic conſecutus eſt.de Senec. 61.Ego pro ſalute Reip. uniuerſæ dubitarem hoc meliore conditione eſſe,quam Decii,quod illi,&c.pro D.51. Homines mortali conditione generatos eſſe.de Vniu.58. Ita pro mortali conditione uitæ,eſtis immortalitatem conſecuti.14.Phil.407. Adde huc,quod literæ perferri nulla conditione potuerunt . epiſt.163. pro Corn.Balb.17. id eſt,nullo pacto.Et qua conditione omnes homines,& quibus temporibus nati ſumus cogitet.ep.73. Iuſſit ei pręmium dari ſub ea conditione,ne quid poſtea ſcriberet.pro Arch.190.Seruus eſt nemo , qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis,qui non,&c.4.in Cat.89. Tranſigere cum aliquo qualibet,dum modo tolerabili,conditione.pro Quint.18. Appetit animus aliquid agere ſemper, nec vlla conditione quietem ſempiternam poſſit pati.de Fin. 138. Legionem Marciam & quartā negant,qui illas norunt,vlla conditione ad te poſſe perduci.ep. 174.11.fam.24.Si mihi ueniam,quam peto , dederit, utar illius conditione:ſin minus,impetrabo aliquid a me ipſo. Attic.9.60. Conditiones malæ.8. Att. 10. Multi laquei legum & conditionum propoſiti.pro Cl.121.Aliquem iniquis rationibus ad ſuas conditiones perducere.pro Quint. 4. Accepimus conditiones : ſed ita ut remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit. ad Tir. 16.15.Scilicet ad eos legatum miſimus non ut pareret,ſed ut cōditiones ferret, leges imponeret.in Ant. 209. Feruntur omnino conditiones ab illo,ut Pompeius eat in Hiſpaniam, &c. 16.fam. 15.& 7.Att.50.Conditiones tres habet.12.Att.3. Hinc licet cōditiones quotidie legas.pro Cœl.45. id eſt , tibi ab amatoribus latas.Eaſdem uitæ conditiones non perferre. pro Clu. 121. Nec fruges terrę, baccaſue arborum cum utilitate ulla generi humano dediſſet,niſi earum cultus & conditiones tradidiſſet.1.de Diuin.189.Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit,bellum paratum eſt,eiuſmodi tamen quod ſuſtinere ille non poſſit, præſertim cum a ſuis conditionibus ipſe fugerit. ad Tir. 16. 16. Hunc conditionibus,quoad poteſt,producit.pro Quint.15.Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere. pro Q. 30.Conditionibus uel armis diſceptare.8.Att.39.iis ſtare, quas tuliſſet.7.Att.49.vti.7.Att.58.

Condocefacio.

Nemo eſt enim,qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem,cumque condocefaciat,ut ea quæ bona,malaue uideantur, poſſit contemnere.Tuſc.5.64.

Condocefactus.

Et utamur domitis & condocefactis , ut elephantis , &c.2.de Nat.deo. 121.

Condoleo.

Si pes condoluit,ſi dens,ferre non poſſumus.2. Tuſc. 90. Dicæarchus ne condoluiſſe quidem umquam uidetur,qui animum ſe habere non ſentiat.Tuſc.156. Namq. tum latus ei dicenti condoluiſſe,ſudoremque multum conſequutum eſſe audiebamus.3. de Orat.4.

Condoleſco.

Cumq. perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturamq. & condoleſcere & concupiſcere & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent,&c. 1. Ac.54.

Condono.

Vt eius filios,qui in tua poteſtate ſunt,mihi potiſſimum condones.ad Phil.Proconſ.lib.13 97.Vt literis eius bona eriperes, & , cui tibi commodum eſſet , condonares.in Verr.99.& 97.Remittere alicui & condonare animaduerſionem & ſupplicium , quo uſurus erat in ipſum.Vat.Cic.5.10.4.condonare crimē.pro Mil.4.hęreditatem.3.Verr.73.inimicitias alicui.5.Phil.200.alieni munuſculum.5.Verr.73. Suam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio . pro Q. Roſc. 54. Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur.in Ant.173.condonādi ſuis latronibus facultas.5.Phil.167. Qui pecunias creditas creditoribus condonandas putant.2. Off.115.

Condonatus.

Datus eſt tibi ille,condonatus ille,non facis finem.pro Plan. 62. Qui illud acerbe tulit,non ſibi ac defenſioni ſuæ condonatum eſſe Oppianicum.pro Clu. 40. Id iudicium Attilio condonatum putabatur.Att.2.18.1. condonatum iudicium potentiæ alicuius. 5.fam.52.

Condonatio.

Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionumq. contra omnium inſtituta addictio & condonatio.2.Verr.7.

Conduco.

Nam quid ego de Bruto dicam?& huic ego locum in proximo conduci.ep.264.Cœlius conduxit domum in palatio.pro Cœl. 41.Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit. in Ant.192.Aſiatici de cenſoribus nimium magno conduxerūt. ad Att.1.12.12.Tunc Crotoniatæ,publico de conſilio, uirgines in unum locum conduxerunt:&c.2.de Inu.123.Tuam(domum) in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. Q. fr. 2.7. 11.Et redemptor qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciēdam,nō inertia aut inopia tardior fuit, ſed,&c. 2.de Diu.36.Si Romæ eſſet,domumque conduceret. Att.lib.12. 249.3.Parhedrum excita,ut hortum ipſe conducat:ſic olitorem ipſum commouebis.Tir.l.16.18.3.Nam ita complectemur,ut in unum conducamus propoſitionem & aſſumptionem. de Inu.56. Aliquem ad rædem faciendam conducere. de Prouinc. Conſulatibus,8.Conducere de aliquo.pro Cæc. 68.milites in unum . ad Octauium ,43. Si Rhodiis turpe non eſt portorium locare , nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere . de Inuent. 52.

Atque inuentore Tyſia repetitos unum in locum conduxit Ariſtoteles,&c.2.de Inu.125.Ideſt,collegit.Verum id breui faciendum eſt,& in unum multa ſunt conducenda.de Inu.65.

Conducit, in tertijs perſonis.

Id quod minime conducit ipſi.de haruſ.reſp.43. Conducit, id eſt,utile eſt.Fidei conducit in loco debitũ tribuere.de Prou.192.Conducit hoc tuæ laudi.ad Ruf.13.49.2.Ea maxime conducunt, quæ ſunt rectiſſima.Ruf.l.5.19.8. Neque homini infanti aut impotenti iniuſte facta conducũt.1.de Fin.81. Tum autem conſulant,conducat id, necne, de quo deliberant,ad uitæ cõmoditatem,ad facultates rerum.Off.2.& 3.Faciliimam autem in ea Rep.eſſe poſſe concordiam,in qua idem conducat omnibus. 1. de Repub.Noſtris rationibus maxime conducere uidetur, Thermum fieri cum Cæſ.ad Att.1.1.4.Facile patior ea me de Rep.ſẽtire ac dicere,quæ maxime cum mihi, tum etiam Reipub. rationibus putem conducere.ad Lent.lib.1.9.89. Scripſi ad te,quæ & ſaluti tuæ conducere arbitratus ſum, & non aliena eſſe duxi a dignitate.Marc.4.7.2.Quæ ſiuit,quidnã mihi uideretur, acceſſereműſne te,atque tibi conducere putaremus,an tardare & commorari te melius eſſet.Att.138.

Conductus.

Multitudo conducta.1.Phil.16. Qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum,cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. pro Cæc.68.Itaque Heracleotem Zeuſium magno pretio conductum adhibuerunt.de Inu.62.Aut ſpe largitionis, promiſſioneſque capti,aut poſtremo(ut ſæpe in noſtra Rep. uidemus)mercede cõducti.2.Off.30.Res geritur,conductæ uincæ ſunt,pugnatur acerrime.8.Phil.246. Habere magnas arationes conductas a publicanis.in Verr.158. Cõductis omnibus copiis. 8.Att.49.in epiſt.Cn.Pompeii.Ideſt,coactis,contractis.Erat autem mihi contentio nõ cum uictore exercitu,ſed cum operis cõductis.pro Sext.30.

Conductum.

Solebat.n.extra portã aliquid habere cõducti.pro Clu. 139.

Conductor.

Nicephorum uillicum tum ſane probaui:&c. Tum is mihi reſpondit,ſeipſum eius operis H S. X V I. conductorem fuiſſe: &c. ad Q. fr.3.4.Is dicitur qui pecuniam accipit. Conductores qui ſint,& quanti.12.Att.42.ſub.uelint conducere.

Conductio.

Cum idẽ ea eadẽ conductione fuerit in fundo.pro Cæc. 303. Quare in longis argumentationibus,ex cõductionibus, aut ex contrario cõplecti oportet:&c.1.de Inu.88.

Conducibilis.

Amicũ caſtigare,ob meritã noxã,immane eſt facinus:uerum in ætate,utile,& conducibile.2.ad Her.54.ex Plauto.

Conduplico.

Tenebræ conduplicantur. 1.de Diu.49 3.de Or.86.

Conduplicatio.

Conduplicatio,eſt cum ratione amplificationis aut commiſerationis,eiuſdem unius,aut plurium uerborum iteratio: &c. 4. ad Heren.190.

Confatalis.

Copulata enim res eſt & confatalis.Fat.23.Hæc,ut dixi,confatalia ille appellat..Fat.24.

Confectio, confector, confectus, *Vide Conficio.*

Confertus.

Totuſque liber,qui eſt de ſummo bono, confertus eſt ſententiis & uerbis talibus.Tuſc.199. Otioſa uita plena & conferta uoluptatibus.pro Sext.17.Color egregius,integra ualetudo, ſũma gratia,uita denique conferta uoluptatum omnium uarietate.2. de Fin.104.Vino languidi,conferti cibo,ſertis redimiti, unguẽtis obliti.in Cat 32.Tu ne inane quidquam putas eſſe? cum ita completa & conferta ſint omnia,ut,&c. Aca.q.31.

Confero.

Cum una me hercule ambulatiuncula atque uno ſermone noſtro omnes fructus prouinciæ non confero.ep.24.Nec confero nunc in te unum omnia.de Arat.251.Ita quidquid conficio aut cogito, in ambulationis fere tempus confero. ad Q.fra 3.29.1. Deſerunt enim uitæ ſocietatem,& nihil conferũt in eam ſtudii, nihil operæ,nihil facultatum.1.Off.43.Sua enim uitia inſipientes,& ſuam culpam in ſenectutem conferunt.de Sen. 13.8. Att. 42.Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt.4. Ver.91. Off. 2.109. Omnes meas curas & cogitationes in Remp. conferebã. Off.2.3. Quotidie inter nos ea,quæ audiebamus,cõferebamus. 1.de Fin.15.Omnem meam curam atque operã ad philoſophiã contuli.ep.48.Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuã, cepi magnam uoluptatem,quod,&c.Plan.10.12. 16. Quo mortuo me ad Pontificem Sceuolam contuli.de Am.1. Academiam ex duobus libris contuli in quatuor.At.207.Hanc ego de Repub.quam inſtitui diſputationem,in Aphricani perſonam,& Phili & Pæti Manlii contuli.Att.4.75.3.Illo cum peruenire nõ liceret,ſtatim iter Brunduſium uerſus contuli ante diem rogationis Att.3.44.1.Hac re mihi nuntiata, ſtatim cohortes Polletiam præmiſi,meumque iter eo cõtuli.11.fam.23.in ep.D. Bruti.Ideſt,direxi,deſtinaui. Totum te ad amicitiam meam contuliſti.ad M.App.l.11.52.& 15.21. Magnopere a te quæſo, ut ad eã uoluntatem,ſi quam in illum ante has meas literas,contuliſti,quam maximus commendatione poſtea cumulus accedat.13. fam.51.& 17.32. An ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut ſermones,aut conſilia contulit ſæpius?2.Phil.57. Contulit iter ſuum in poſterum diem.11.fam.22.in ep.D. Brut. *Ideſt,diſtulit.* Poſteaquam neſcio quid impendit,& in communem contulit,mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. pro Quint.7. *Craſſus* initio ætatis ad amicitiam meam ſe contulit.de Cl. 191.Contulit & confundit ſe igne qui eſt ob oculos offuſus . de Vniu. 61 . Excluſus ab Antiochia Dolabella , Laodiceam ſe contulit. ep. 190. 191. Deinde quod mature ſe contulit in ſocietates publicanorum.13.fa.21.Romam ſe contulit . pro Flac. 9. Cum hoc,ut fere fit,in uia ſermonem cõtulit.2.de Inu.131.Cat 1.189. Omne ſtudium atque ingenium cõtulit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrãdam.pro Arch.15. Mithridates autem omne reliquum tempus nõ ad obliuionem ueteris belli,ſed ad comparationem non contulit. pro L. Man. 5. N[illegible] uocem in quæſtum contulit.pro Quin.6.Galli cum M. Font[illegible] ſertum ac manus cõtulerunt. pro Font.2.An hæc inter ſe [illegible] ces omnes cõtulerũt? de Diu.1 14.Quot(res)& quantas dii [illegible] mortales ad Cn.Pompeium contulerunt.pro L.Man.34.Præſtantiſſimis ingeniis homines ſe ad Philoſophiæ ſtudium contulerunt.1.de Fin.85.Tuſc.5.1. De amicitia, omnes ad unum idem ſenſiũt,& hi qui ad Rempub.ſe contulerunt, & hi qui rerum cognitione doctrinaque delectantur.de Am.71.Ideſt,Reip.adminiſtrationem ſuſceperunt.Eodem tempore ſe in fugam contulerunt una amici.pro Cæc.16.Conferam me domitum.9.fam.61. Si meum turbulentiſſimum tempus tuo trãquilliſſimo præſtat, quid conferam reliquum? in Piſ.86.Cõferã tecũ, quam cuique uerbo rem ſubiicias:nulla erit controuerſia. de Fin.113. Quantum ſtudiis,&c.id omne ad arbitrium tuum, qui hæc ſẽper amaſti, libentiſſime conferemus.ad Lent.1.9.100.Cum erimus congreſſi,tum ſi quid res feret,coram inter nos conferemus. Att.1. 15.3.Cõfer omnem tuum amorem & prudentiam ad eam curã. 7.Att.2. Per fortunas confer te ad te ad eam curam, ut de omni ſtatu meo cogites. Att. 7. 1. 21. Conferte hanc pacem cum bello illo.213.Vitam inter ſe utriuſq. conferte.pro Roſc.Com. 11.Ideſt,comparate Agedum,conferte nunc cum illius uita uitã P.Syllæ.pro Syl.53.Equidem magis miror, quod cum in filiũ cauſam conferret,quæ mihi non iniuſta uidetur,&c.Att.12. 248. 2.id eſt,reiiceret.Conferrent uiri bona capita : de conſtellatione loquerentur inter ſe, ac de mulierculis.5.Ver.24. Vt iidem pro patre in commune Siciliæ conferrent.4. Verr.102. Contuliſſẽ me in portum philoſophiæ.7.fa. 53. Cum initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet.de Cl.Or 154. Cum Aeſchines ceſſiſſet Athenis,& ſe Rhodum contuliſſet.de Or.162.Cum is omnia ſua ſtudia & officia in me contuliſſet. Att.1.1.9.7.ſ.18.& 13.39. Omnes tuas conſolationes unã hanc in rem uelim cõferas.Att. 12.256.2.Conferas te ad uos.8. Att 31. in epiſt.Cn. Pompeii. Modo commutatis uerbis ipſas res conferamus.de Fin.4.49.Dubitabitis,Quirites,quin hoc tantum boni,&c. in Remp. conſeruandam atque amplificandam conferatis? pro L.Man.35.Quid opus eſt,inquam,potius,quam rationes conferatis? Att. 5. 110. 5.Quicquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere,ut in me ipſum te putem contuliſſe.Plan.10.1.9. Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris , tanti me fieri a te iudicabo. 16.fam.7.Qui ergo ad naturæ ſuæ non uitioſæ genus, conſilium uiuendi omne contulerit,is conſtantiam teneat.1 Off. 168.Niſi forte eam pecuniam in Reip magnum aliquod tempus contulerit.3.Off.156.id eſt,reſeruarit. Quærimus enim finẽ bonorum,poſſumuſne ſcire hoc quale ſit , niſi contulerimus inter nos?2.de Fin.7.Si ſe in amicitiam contulerint.de Pet.Conſ.27. In alicuius infamiam aliquid conferre.in Piſ.51. Conferre aliquid in libidinem.pro Rab.Poſt.28.aliquid in librum.6. fa. 50. alicuius animum ab una re ad aliam . pro Syl. 30. beneficium & officia in aliquem.in Piſ.10. beneuolentiam erga aliquem. 10. fam.9.bona in communionem temporum alicuius.pro Mil. 76.

caſtra

caſtra caſtris.2.de Diu. 88. Scitum eſt enim cauſam conferre in tempus.de Or.164. Cauſas conferre, & quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere.2.de Diu.223.conditiones legis.12. Phil.339. Omne conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem alicuius conferre. Plan. 10. 1. 7. Conferre coram quæ uolumus.2.Att.66. Crimen in aliquem.2. de Or.98. Solet, cum ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam. Att.9.171.3. Conferre curam & diligentiam in alicuius ſalutem.15.fa.10. Omnia omnium dicta in aliquem conferre. Volumnio, lib.7.33.2. Conferre diſputationem in alicuius perſonam.4.Att.40. honores in aliquem.13. Phil. 349. In pauca.3.Off. ingenium ſuum ad aliquid agendum.16.fam.19. inuidiam mortis alicuius in aliquem.pro Fl.154. iudicium & officium in aliquem.10.fa.3. legationem.12. Phil.339. ludos ad luctum.de haruſ.rep.21. magna paruis.de Cl.Or.184. Maledicta in aliquem conferre. Att.11.216.3. Cum maximis minima conferre.in Cat.109. Cæleſtia autem uel procul eſſe a naturæ cognitione conferet: uel ſi maxime cognita eſſent, nihil tamen ad bene uiuendum conferre.1.Acad. 22. Conferre noſtra cum externis. de Nat.deo.27.& de Cl.or.190. Nouiſſima conferre primis.ad Octau. officia conferre in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus.1.off.73. orationem in aliquē.pro Sext.32. Non poſſum magis pedem conferre (vt aiunt) aut propius accedere. pro Plan. 38. Conferre pecuniam ad beneficentiam liberalitatē que. Of.1. 97. Pecuniam in opus.4. Verr. 102. Permulta in aliquem. quæ ab eo nunquam dicta ſunt, conferre.pro Planc.28. Plurimum operæ, ſtudii, diligentiæ, laboris, ad cōficiendum reditum alicuius, conferre. Att.4. 1. Quid loquar de Democrito? quem conferre cum eo poſſumus non modo ingenii magnitudine, ſed etiam animi?4. Academic.quæſt.130. Conferre rem ad aliquem. 13. Att. 14. ſe totum ad aliquid. Acad.q.ed. 2.lib.1.14. ſe ad auctoritatem aut libertatem alicuius, & ad Rempub.4.Phil. 155. ſe ad vnius auctoritatem. Acad.q.ed.1.lib.2. 9. ſe ad cauſā. pro *Planc*.37. Ad hoſtes ſe de Amic.36. Ad inueſtigationem naturæ ſe.1.Acad.49. Ad virtutum ſtudium ſe pro Arch.12. ſe totum ad ſtudia doctrinæ.de Fin.5.53. ſe ex alto in portum. Off.1. 211. In amicitiam & fidem alicuius ſe. Treb.7.31 In fidem & clientelam alterius ſe.pro Roſc. Am. 63. ſe animo & corpore in ſalutem Reip.12.Phil.323. Habere quibuſcum poſſis familiares conferre ſermones.de Diu.114. Off. 2. 55. Atque vtinam liceat aliquando aliquo Reip.ſtatu nos frui, interque nos conferre ſollicitudines noſtras.ad Toran.6.55. Conferre nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras atque difficiles, eaſdemque non neceſſarias. Off.1.29. Cōferre ſtudia ſua in aliquē. 2.ad Q.fr.33.& 13.fam.72. vim ſuam in aliquem.1.fam. 30. vires in libertatem defendendam.10.Phil.280. Non moleſte fero nos hæc contuliſſe. Acad.q.ed.1.lib.2.136. omnem meam curam atque operam ad philoſophiam contuliſſe. Sulp. 4. 3. 14. Multa in Plancum, quæ nunquam ab eo dicta ſunt, conferuntur.de Inu. 51. Parua cum magnis rectiſſime conferuntur.or. 198. Ita in eū benignitatis plurimum conferetur.1.off.75. Similitudo infirmatur, ſi demonſtres illud quod conferatur, ab eo cui conferatur, diuerſum eſſe genere, natura, &c.de Inu.81. Ais enim, ut ego diſceſſerim, omnia omnium dicta, in his etiam Seſtiana in me conferri.ep.110. Audio præterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri.pro Roſc.Am.60. Nam cōperiſſe me non audeo dicere: ne forte idipſum uerbum ponam, quod ab te aiūt falſo in me ſolere conferri. Ant.5.12. Reliquum eſt iocari, ſi hic ſinat: nam ego is ſum, qui illi concedi putē utilius eſſe quod poſtulat, quam ſigna conferri. Att.7.125.4.pro Mur.17 Id eſt, litigare. Tu dignior Verres, quam Callidius? qui, ut non conferam uitam atque æſtimationem tuam cum illius (neque enim eſt conferenda) hoc ipſum conferam, quo tu te ſuperiorē fingis.6. Ver. 36. omiſſa controuerſia, omnis ratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt.pro Lig. 1. Tamen ne minima quidem ex parte. Lycurgi legibus & diſciplinæ conferendi ſunt.1.off. 108. Illa quæ natura, non literis, aſſecuti ſunt Romani, neque cum Græcia, neque ulla cum gente ſunt conferenda.1.Tuſ.4. Cum veris tandem alſtius factum collaturus es? in Ver.191.

Collatus.

Res ad me ſine controuerſia collata eſt. Att. 207. Quomodo, iſta obſeruatio eſt collata inter ipſos? de Diu.114. Quæ porro tenuiſſima ſuſpicio collata in Scamandrum eſt, aut conferri potuit, &c.pro Clu.42. Sic referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatū ſtatim concidit & extinguitur? pro Q.Roſc.Com. 9. Pecuniam auferre licuit filio ad patris honores collatam.pro Flac.46. Cum Democrito Cleanthes & Chryſippus collati, quintæ claſſis uidentur.4.Acad.131. odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. de Ami. 62. Quæ omnia in Martium meum in ſunt collocata. Att. Collata eſſent omnia ad neſtrum arbitrium. 11.fam.32. in epiſt. D.Bruti.i. omnia ex arbitratu veſtro adminiſtrata. Si quem habetis qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe uideatur. pro L.Man.46. in Piſ.39.

Collatio.

Collatio eſt, cum accuſator id, quod aduerſarium feciſſe criminatur, alii nemini, niſi ei bonum fuiſſe demonſtrat.&c.2. ad Her.36. Collatio, inquit, eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine cōferens.1.de Inu.65. Collatio iſta te nihil iuuat, nec enim, &c. de Fin,123. Collatio rationis.de Fin.327. Quæ eſt in collatione iſta ſimilitudo?3.de Nat.d.51. Quamquam tu quidem nō hoſtiarum caſum confirmas fortium ſimilitudine, ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum.de Diu.116. Philoſophia ex rationum collatione cōſtat. Tuſ.228. De collationibus ſignorū.de or.102.

Confeſſior, *Vide Confiteor.*

Confeſtim.

Sequar eum confeſtim. Brut.ad Cic.11.9.2. App.3.7.10. Hæc ego ad te: ut ſiquid noui (nam quotidie aliquid expecto) ad me. Att. Mulier huc aduolauit.pro Clu.58. Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, &c. gerendam cenſeo.5.Phil.187. Quæ factum aliquod ſimiliter c. aut ex interuallo conſequuntur. 2. de Inu.149. C.inſequi Cæſarem. Att.126. C. ad eum ire perreximus. Acad.q.39.

Conficio.

Nunc quam maxime conficio orationes. Cat. 34. Sol curſus annuos conficit, cuius luſtrationem menſtruo ſpatio luna complet.de N.d. 18. Itaque cum meus me mœror quotidianus laceret, & conficit, tum uero hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. Att.3.48.2. Me conficit ſolicitudo. Att.172. Vetuſtas omnia conficit & conſumit. pro Mac. 7. Exclamatio conficit ſignificationem doloris.ad Her. 28. Dentes aduerſi acuti diuidūt eſcas, intimi autem conficiunt.2.de Nat.d. 102. Conficiunt me, abſolute, pro, cruciant. 14.fam. 23. Conficiunt eadem ſpatia diſparibus temporibus.de Nat. d.1. 61. de ſtellis errantibus loquitur, Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt.1.de Nat.deo.72. Nam ſunt aliæ (cauſæ) quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. Part.50. Nunc iter conficiebam æſtuoſa & puluerulenta via. Att.5.101.1. Tuſ.1.79. De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras, confeci. Att.3. Quod tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam prouinciam redderent, conſectatus eſt, & confecit.2.de Inu. 204. Iſocrates prope centum confecit annos.in Or. 102. Hortenſius tamen hunc curſum confecit.de Cl.Or. 195. Pompeius difficile Reip.tempore exercitū confecit.pro Pomp. 15. 5. Phil. 195. Licinius hoſtes conſecutus eſt & confecit.de Inu.76. Hæc ſica nuper, vt ſcitis, me ad regiam pene confecit.pro Mil.8. Biduo per vnum ſeruum confecit totum negotium. At.11.& 5. 41. Nos amicorum negotiis res ipſa ante confecit, quam poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari. de Or.91. Cōfecit & peragrauit totum ſuum orbē Sol.de Vniu 41. Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit.pro Sex. 95. poſt redi.in Senatu.9. Id eſt, conſumpſit. Pacem maritimam ſumma virtute atque incredibili celeritate confecit.pro Flac.22. Mulier iſti ſtragulam veſtem confecit.6. Ver.52. Hinc Scyrum, deinde Delum, vtroque citius, quam vellemus, curſum confecimus. Att.5.99.1. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes. inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. 5. de Fin. 2. Quoniam iuriſdictionem confeceram, ciuitates locupletaram. Cæl.2.25. Sed tamen ſuauitas vocis, & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat.de Cl. Or. 140. Tu cum Appella Chio confice de columnis. Att.191. De Dionyſio, ſi me amas, cōfice: quamcumque ei fidem dederis, præſtabo.ad Vatin. 5.11.5. Reditum, ſi me tantum amas, quantum certe amas, confice. Dolabellæ, lib.9.26.& 4.Att.1. Qui omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis conficeret. pro Cæl. 45. Conſtituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.5.de Fin.1. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum cohæredibus. Mar.lib.7. 2. 2 ad Q.fr.2.3. Qui cum ſuam rem non minus ſtrenue, quam poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. poſt reditum.9. Nam ſi hoc expectandum eſt, dum totum bellum conficiam, &c. Vatin. ad Cice. 5.10.7. Conficiam cetera ſermone hodierno. 2. de Leg. 62. Valde hoc uelim amanter diligenterque conficias. Att. 24. Itaque hortos mihi conficias, neceſſe eſt. 12. Att.47. pro, compares. Te oro, ut hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, &c. Att. 263 Confi

ciat nobis centurias equitum.11.ſam. 28. de Petit.Conſul.13.
Nihil eſt opere aut manu factum,quod aliquando non conficiat
& conſumat uetuſtas.pro Marcel.131. Quid eſt quod diligenter
conficiamus tabulas.pro R.Com.conficiatis rem cum eo , ut po
ſcit.13.ſam.100.Cum tu hæc leges,ego iam annuum munus cō
fecero.Cæc.2.11.2.Vt cum 1x.annos confecerit , reliquos dor-
miat.1.Tuſ.76.& 146.Qui enim Antonium oppreſſerit, is hoc
teterrimum bellum, periculoſiſſimumque confecerit.ad Planc.
10.19.4.Qui recte curriculum uitę a natura datum confecerit.
de Vniu. 55. Cum extremum uitę diem morte confecerit . de
Fin.lib.3.59.Conficere actum aut fabulam.2.Phil. 54.Confi-
cere aliquem promulſide. 9.ſam.46. Ideſt, ſaturare cum tædio.
Magna cura,multa opera, & labore conficere aliquid.Attic.16.
342.2.Cum in ſpem uenero, de compoſitione aliquid me confi
cere,ſtatim te certiorem faciam. Att.150. Vi manuque confice
re aliquid.1.off.109.Conficere animum.Tuſ.3.24.Cōficere ani
mos curis.de Fin.1.46.Conficere maximum bellum.7. Verr.4.
in Piſ.45.Somn.Scip.6.pro Corn.Balb.37.Et uelim cogites(id
quod mihi pollicitus es) quemadmodum bibliothecam nobis
conficere poſſis.Att.1.4.3.Conficere copias.10.Phil.270.Con
ficere curſum ætatis.6.ſam.14.Curſum vitæ & curriculum uiuē
di conficere.3.Tuſ.q.1.Reges Barbaros incitare, gentes feras ar
matas in Italiam adducere,exercitus conficere maximos. Att.
8.155.3.Conficere famam.Brut. 140. Per quos homines tantū
facinus conficere potuit.pro Sex.Roſc.45.Conficere legationē
& mandata.pro Planc.22.literás.11.Att.8.At ille properans,fe
ſtinanſque,mandata noſtra conficere cupiens , in hac conſtātia
morbo aduerſante perſeuerauit.9. Philip. 261.ad Q.fr.l.2.32.
Conficere matrimonium. pro Flac. 70.motus animorum.de or.
138.munus ſuſceptum.de Or.109. Ex ſententia negotiū Planc.
Cic.10.17.2.nutu quod uelis. Tuſ. 2.45. pactiones.14.ſam.87.
Perpolire atque conficere partem aliquam orationis. 2.de Or.
66.Patrimonium quod conficere potuit,diſſipauit.pro Flac.70
Porticum mille paſſuum conficere.Att. 4. 86.6.rationem pecu-
niæ.5.Phil.175.& 5.Verr.92. Sacra ad Brutum , lib.13.12.2.pro
Corn.Balb.44.Conficere ſe mœrore.Tuſ.3.23.Sed ego eum hor
tatus ſum iſto proficiſci , quod illa ualetudine magis conficere
ſe,quam me tueri poſſit in caſtris.ep.153.Sermonem conficere.
1.de Or.14.Spatia eadem 1.de Nat.d. 119. Tempus annuū Att.
15.328.7.tributum.pro Flac. 15. verſus.Acad.queſt.ed.1.2.24.
Longam uiam de Sen.6.Quæ uetuſtas eſt, quæ uim diuinā con
ficere poſſit?2.de Diu.176.Hoc eſt, omnino perdere,& in nihi-
lum redigere atque conſumere.De Tullia noſtra ſpero nos cum
Craſſipede confeciſſe. ad Quint. fr. 309. Te ſpero cum Publio
confeciſſe.Att.220.Hippias gloriatus eſt,&c.annulum quē ha-
beret, pallium quo amictus , ſoccos quibus indutus eſſet,ſe ſua
manu confeciſſe.Or.154. Audimus aliquem tabulas numquam
confeciſſe,quæ eſt opinio hominū de Antonio falſa .3.Ver.40.
Conficior curis.ep.56. 1.de Fin.89. Deſiderium,quo conficior,
requirens,&c.Or.18. Quare cum dolore cōficior , tum etiam pu
dore.Teren.14.3.3 Maximo dolore conficior.Att.40.Conficior
enim mœrore mea Terentia , nec me meæ miſeriæ magis excru
ciant,quam tuæ ueſtræque.ep.234.Ipſe conficior ueniſſe tēpus,
cum iam nec fortiter, nec prudenter , quidquam facere poſſim.
10.Att.55.pro angor.Conficitur,ſequitur,relinquitur , cōſequi
tur,&c.de Inu.56. Corpus noſtrum ſæpe tenuiſſima de cauſa cō
ficitur.de har.reſp.253. Hoc ſi forte non natura modo,ſed exer-
citatione conficitur,uerumetiam artificio quodam comparatur
1.de Inu.8.Ex quo conficitur , ut ſi leges duæ,aut ſi plures,&c.
2.de In.229.Aut ita,ut id ſolū,quod cōficitur inferat.de In.56.
Conficitur,pro,concluditur.de Inu. 80. Triduo DCC.millia paſ
ſuum conficiuntur.pro Quint.14. Conficiuntur ſęcula curſibus
annuis.de Nat.d.1.16.Vno capite, quo reuocabor, modo res cō
ficiatur,ero contentus.Att.52. Conficeretur inopia potius,quā
ferro.11.ſam.17.in ep. D. Brut. Res cœleſtes ab homine confici
non poſſunt.de N.d.2 . 12. Sententiis decem & ſex abſolutio cō
fici poterat.pro Clu. 33. Confici angore & metu . de Fin.1.47.
Off.2.3.Summis doloribus confici.5.de Fin.238. Confici frigo
re.Off.3.36.Cōfici fame.Off.3.36.luctu.Tuſ.3.64.& 68.Quod
agi tecum per literas,&,ut arbitror, confici poteſt. 13.ſam.1.Ne
gat illa poſſe hominem exorari:per magna cum dicere ex illa re
pecuniam confici poſſe.3.Verr.97.& 4. 133. In quibus te,ab eo
dē me ſuperiore ex loco cōfici, & cōcidi neceſſe eſt.in Ver.266.

Confici,*pro*,*celebrare*.

Dionyſios multos habemus: primum , &c. quartum Ioue &
Luna natum , cui ſacra Orphica putantur confici . de Nat.d.71.
Primum permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecunię
conficiendæ de ueſtris uectigalibus alienādis. cō.Rull.72.Duæ
rationes conficiendæ pecuniæ aut uerſura , aut tributo,&c.pro
Syl. 150. Idem tu plurimum operæ , ſtudii , diligentiæ,laboris
ad conficiendum meum reditum contuliſti. Att. 52.Quod præ
ſtantiſſimus fuiſſet in conficiendis uoluptatibus. de Fin.2.95.

Conficiens.

Conficientes cauſæ & efficientes pro iiſdem.in Partit.50.Bo
norum conficientia. 5.de Fin. 139. Conficientiſſima literarum
ciuitas . pro Flac.34.

Confectus.

Cibus confectus coactuſque in iecore , per uenam cauam ad
cor perlabitur. 2. de Nat. d. 207. Confecta omnis huius anni
actio.3. Att.31.Confecta res eſt.Att.8.16.Res confecta & deſpe
rata,contraria.10.Att.45. Nimirum igitur confecta res eſt. *Tuſ.*
5.14.Et me hercule confecta res ex mea ſententia eſt.ep.25.Cō
fecta uictoria.14.Phil.386.Bellum affectum & pene confectum
de Prouin.Conſ.16.Cōfectum negotium. Fat.20.Idibus *Ianua*
riis in Senatu confectum eſt nihil , propterea quod,*&c.epiſt.*3.
Nondum eſt ſatis:adde, nec ea aut legata teſtamento,aut poſſeſ
ſione retenta:confectum eſt.in Top.14.confectum eſt , ideſt,per
fecta eſt definitio . Eadem ratio cum eſt in hominis mente con
firmata & cōfecta,lex eſt.1.de L.14.Cōfecti & cōſumpti cibi de-
tractio.de Vni.23.Eo abit omni ſermone confecto. de Or.87.Biē
nio iā confecto fere bello pro Q.7.Iā duæ partes cauſæ ſunt cō-
fectæ.pro Q.R.Cō.47.Et eo facilius, quod in noſtra prouincia
cōfectæ ſunt pactiones.Att.5.100. 2. Cōfectæ & cōſolutæ rōes.
5.f.55. Conſilio rogatorū ſuſcepta ſæpe & confecta bella.1.Off.
112.Bella non ſolum geſta ab hoc,ſed etiam confecta.pro Pōp.
9.Calore & ſpiritu cocta & confecta quæ in aluo ſunt,in reli-
quum corpus diuiduntur.2.de Nat. 205. Reliqua diuinationis
breui confecta ſunt.de Diuin.95.Ideſt , euenerunt . Orationes
tuas confectas omnes expecto.ep.44.Vt confectas rationes lege
Iulia apud duas ciuitates poſſim relinquere. Att.96. Confectis
æſtiuis.3.famil.34.Confectis omnium aſtrorum (ſpatiis)de N.
d.2.38.Partem militum , qui iam ſtipendiis confectis erant,di
miſit.pro L.Man.17. Cōfectis atque contextis uillis ouium ho
mines ueſtiuntur.2.de Nat.d. 119.

Confectus.

Haud poteſt grauioribus a me uerbis vulnerari , quam eſt ſta
tim in facto ipſo a P. Seruilio confectus & trucidatus de har.
reſp.243.Confectus ægritudine.Tuſ. 3. 24.Homo ætate confe-
ctus , exercitatione robuſtus. in Cat. 108. Confectus animo &
corpore.14.ſam.11.cibo.in Catil.32.cruciatu ſummorum dolo
rum.Att.177.Animi dolore.pro Mur.78.animi corporiſque do
loribus.de Fin.1.32.Fame,frigore,inopia rerum omnium. 1.in
Catil.19.7.Ver.104. confectus & oppreſſus ſim lege.11.At.19.
Squallore ſordidus,confectus morbo,lachrymis ac mœrore per
ditus.pro Mur.78.cōfectus ſenectute.de Fin.5.28.ſenio & ægri
tudine.Tuſ.3.24.Vino,luſtriſque.2.Phil. 33. Vulneribus confe
ctus.poſt reditum,12.Octauio.15.Tuſ.2.36.cōfecta Britannia.
4.Att.48.ciuitas ab aliquo confecta.de har.reſp.38. ideſt,euer
ſa.Tota ciuitas confecta ſenio eſt. pro Mil. 105. corpore & ani-
mo confecta mulier. Teren. 14. 4. 6. Gladiatori illi confecto &
ſaucio.in Catil. 43. Confectum eſſe iam & oppreſſum. 12. ſam.
28.in ep. Lent. Confectum aſſiduis laboribus concurſationibuſ
que.10.ſam.34.in ep. Plan. Quid paruus filius,quem,quamdiu
abſui,nemo niſi lachrymantem confectumque vidit? pro D.ſua.
47.Sub.luctu vel mœrore.Plagis confectū dico a lictoribus tuis
ciuem Rom.ante oculos tuos concidiſſe.7. Verr.110.Quem ne
caſti uerberibus,ſumma ſenectute confectum. in Piſ.97.

Confectio.

Annalium confectio.2.de Or.28.Belli confectio.14. 1.Eſca
rum confectio a lingua adiuuari uidetur.2.de Nat.d.202.ideſt,
ciborum comminutio. Mihi quidem ita iucūda fuit huius libri
confectio.de Sen.2.Nec tabulę creditoris proferuntur , nec tri-
buti confectio ulla recitatur.pro Flac. 13.

Confector.

Qui reliquias huius belli oppreſſerit, hic totius belli confe
ctor futurus eſt.10.f.41.Negotiorum confector.4. Ver.75.Atq.
hic noſter ignis,quem uſus uitæ requirit , confector eſt & con-
ſumptor omnium:&c.2.de Nat. d.29.

Confido.

Tibique,ut confido,gratias agam.ep.205. Quam rem tibi cō
fido,magnę,laudi fore.ep.122.Quamquam a Cratippo noſtro,
principe huius memoriæ philoſophorum , hęc te aſſidue audire
atque accipere confido.3. Off. 7. Quem te & opto eſſe & confi
do futurum.Tuſ.166. Optimatibus uero tuis nihil confido, ni-
hil iam ne in ſeruio quidem.Att.9.173. 5. Non magnopere his

legionibus confido. Att. 157. Ego mei iam rationem officii, confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſolutam. 7. Verr. 139. cõfido, rem, vt volumus eſſe. Att. 96. Spero, quæ tua temperantia eſt, & hercule, vt me iubet Acaſtus, confido te iam, et uolumus, ualere. Att. 97. Hoc & tu confidis magis, & nos prope iure diffidimus. de har. reſp. 251. Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum, quod fragile & caducum ſit? 1. de Fin. 128. Quid enim deeſt ad beate uiuendum ei, qui confidit ſuis bonis? Tuſ. 5. 30. Vt enim quiſque ſibi plurimum confidit. Lælaj. pro Flac. 4. Ita fore confidimus. Sicuti ueſtra æquitate niſi confidimus. pro Clu. 52. Ita enim ſperant confidunt, ut antea rege, ſic hoc tempore, regno te Remp. liberaturum. ad Brutū 11. 8. 3. Illum, quo antea confidebant, metuunt. Att. 131. Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. Att. 1. 6. 2. Itaque accuſabar ab eo, quod parum conſtantiæ ſuæ confiderem. Att. 16. 341. 3. Ego vero non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. de Amic. 15. Iis autem, qui eſſent, auderem ſcribere, niſi te intelligere confiderem. ep. 53. Sic me perturbaſſet eius ſententia, &c. niſi ueſtræ uirtuti conſtantiæque confiderem. 5. Phil. 164. Id ego & ſperarã prudentia tuæ fretus, & ut confiderē, fecerunt grauiſſimę tuæ literæ. ep 195. Cuius ingenium & eloquentiam cum admiratus eſſet Leon, quæſiuiſſe ex eo quamaxime arte confideret. 5. Tuſ. 12. Hæc me, ut confidam, faciunt. Q. fr. 315. In quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temere diſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Off. 15. Sperent ſuperiores fore nos, confidant animo, ut in hac Rep. ne caſum quidem ullū pertimeſcat. ad Q. fr. 1. 2. 25. Atque iſte uir altus & excellens magno animo vere fortis confidere ſibi debet, & ſuæ uitæ & actæ & conſequenti. 3. de Fin. 24. Exercitū firmum habere oporter, quo nos confidamus perrumpere poſſe. Att. 151. Non exiſtimant oportere nimium nos cauſæ confidere. de Fin. 1. 25. Fero cius cauſæ ſuæ confidere. Att. 8. 153. 3. Vt confidere decet, timere non decet: ſic gaudere decet, lætari non decet. Tuſ. 4. 55. Confidere quiduis tribus exercitibus. 11. fam. 38. ideſt, quiduis ſperare. Qui enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? Tuſ 326. Nihil & magnopere confidere aliqua re. pro Clu. 18. Nihil nimis oportet confidere. 1. Tuſ. 63. 1. Off. 105. Confidere ſuis teſtibus. Acad. quæſt. ed. 1. l. 2. 72. Voluntate aliquorum confidere. Att. 8. 164. 2.

Confidens.

Confidens a confidendo ducitur, quod laudis eſt. Tuſc. 3. 12. Nequam eſt homo ille atque confidens. 7. Phil. 219. Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio. pro Cæc. 290. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur. 3. Tuſc. 12.

Confidentia.

Quaſi vero aut in iudicio poſſit idem improbitas, quod in vi confidentia. pro Cæc. 1. Iam intelliges aliam cauſam eſſe haſtę Cæſaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ. 2. Phil. 102. Quæ ſigna confidentiæ ſunt, non innocentię. ad Her. 7. Confidentiam attulerunt hominibus. 8. fam. 24. in ep. Cæl. Duas ſibi res quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & uocem defuiſſe. 3. de Rep. Videte quo cultu, qua confidentia dicat. pro Flac. 7. Tanta confidentia eſtis, auferte iſtam enim ſuperbiam. de Or. 132.

Confidenter.

Confidenter colloqui. 2. de Or. 16. Aliquid c. malitioſe, flagitioſe factum. ad Her. 2. Dicere confidentius. pro Cęl. 34. Loqui confidentius. 2. de Or. 16. Confidentiſſime reſiſtere. ad Her. 7.

Confiſus.

Copia & facultate cauſæ confiſus. pro Roſc. Com. 2. Excluſos ab Antiochia Dolabella, nulla alia confiſus urbe, Laodiceam ſe contulit. ep. 90.

Confiſio.

Etſi fidentia, ideſt firma animi confiſio, ſcientia quędam eſt, & opinio grauis, non temere aſſentiens. 4. Tuſ. 130.

Configo.

Configebat taedas celeres ſtans uolantes. de Fin. 232. Cõfigere ſagittis. Acad. q. ed. 1. l. 2. 80. 5. de Fin. 156. cornicum oculos. pro Mur. 22. Omnes uigilias, curas, cogitationes in Reipub. ſalute. 7. Phil. 220.

Confixus.

Senatuſconſultis confixus. de har. reſp. 73. Confixus alicuius ſententiis. 12. Phil. 331. Quid Decius Noculam, an confixum vis facere, inquit? 2. de Or. 140. Capræ in Creta feræ, cum ſunt confixæ uenenatis ſagittis, dictamū quęrunt. 2. de Nat. d. 189.

Confictio, *Vide poſt Confingo.*

Confingo.

Id uos & a uiro optimo. & ab homine minime ſtulto cogitatum eſſe confingitis. pro Deiot. 10. Crimen incredibile confingunt pro S. Roſc. 213. Concedes nō hoc crimen nos in te cõfingere. 5. Verr. 134. Confingere & comminiſci aliquem rumorem. ad Her. 8.

Confictus.

Hæc confictа a poetis arbitror eſſe, ut, &c. in Ver. 278.

Confictio.

Criminis confictionem Erucius ſuſcepit. pro Roſc. Am. 2 t.

Confinis.

Qui perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans. ad Her. 27.

Confinium.

Conuenit autem cum in dando munificum eſſe, &c. uicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de iure ſuo cedentem. 2. Off. 93.

Confio.

Conficret res ſine ſanguine. 8. Att. 58. in ep. Balb. Quo facilius & cum maiore dignitate per te, qui vtrique es cõiunctus, tota res confieret. 9. Att. 27. in ep. Balb. & Opp.

Confirmo.

Teque apud eos præclare poſiturum confirmo & ſpondeo. 13. fam. 65. Veruntamen ipſe me confirmo ad eius uoluntatem, a quo honeſte diſſentire non poſſum. Lent. 1. 8. 4. Confirmo te. 4. fam. 13. ideſt, conſolor. Ego autem tibi hoc confirmo, &c. de Petit. Conſ. 28. Tu quidem non hoſtiarum caſum cõfirmas ſortium ſimilitudine, ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum. 2. de Diu. 57. 1. de Inu. 65. Argumentum ratio ipſa confirmat. de Or. 128. Si tota oratio noſtra ſibi fidem ſenſibus confirmat. de Fin. 1. 55. Maxime uero uirtutum cognitio confirmat percipi & comprehendi multa poſſe. 4. Acad. 47. Exemplum eſt, quod rem confirmat aut infirmat. de In. 52. Confirmant ipſi ſe, cum is etiā tum ſemiſomnis ſtuperet. 7. Verr 75. Promiſi enim, & prope cõfirmaui te non expectaſſe. ad Caſſ. 12. 7. 4. Hoc mihi non modo confirmauit, ſed etiam perſuaſit. Att. 254. Non ſolum confirmauit, uerumetiam recepit. 6. fam. 41. Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat, &c. pro L. Man. 16. Cura igitur te, & confirma: & cum commode poteris, &c. ad nos ueni. ad Tir. 16. 2. 2. Erigere, & confirma, ſi quæ ſubeunda dimicatio erit. ad Q. fr. 1. 3. 7. Decretum c o s s. quod ii ſecundum Buthrotios fecerunt, des operam ut Plancus noſter quamprimum confirmet. Att. 264. Plancum quoque confirmetis oro, quem ſpero pulſo Antonio, Reipub. non defuturum. Brutus ad Ciceronem. lib. 11. 9. 4. Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, ut ibi te plane confirmares. Tir. ideſt, a morbo recreares. Ille quomodo commentitium crimen confirmaret, non inueniebat. pro Roſc. Am. 24. Hoc cum mihi non modo cõfirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet, egit mecum accurate, &c. Att. 16. 333. 13. Cum te confirmaſſes, ad nos uenias. Att. Educare & confirmare. 2. de Or. 193. Confirmare & probare. Att. 16. 344. 2. Promittere atq. confirmare. App. 3. 10. 4. Confirmare & ſancire. 10. Phil. 182. At ea excepta, poſſum confirmare, & Senatus, & P. R. ſummo ſtudio auctoritatem tuam reſenturum. ad Lent. 1. 4. 8. Nemo unquam erit, &, ut confirmare poſſum, nemo certe fuit. de Ami. 9. Confirmare aliquem in re quapiam. 5. Att. 4. aliquem ut aliquid faciat. 10. Att. 48. aliquid exquiſitis rationibus. de Fin. 1. 13. Sine ulla dubitatione confirmare aliquid. de Cl. Or. 11. Alterum confirmare, non eſt ex cauſa atq. fortuna eius cui omnia deſunt. Torq. 6. 3. 1. Confirmare amicitiam alicuius. 7. fam. 32. Sapientiſſimi & amiciſſimi hominis auctoritate confirmare animum alicuius. Cæc. 6. 6. 3. Confirmare & excitare afflictos animos bonorum. At. 12. Auctoritatibus cauſam aliquam confirmare. pro L. Man. 48. Difficile eſt hoc de omnibus confirmare. pro Archia. 11. Cõfirmare dę re aliqua. 6. fam. 18. id eſt, in dubium non uocare, non dubitare. De reditu alicuius confirmare. Cæ. 6. c. 6. 5. Diuinationem confirmare. 1. de Diu. 123. Et id quod intenderemus confirmare, & id quod contra diceretur, refellere. 1. de Or. 45. Mores cõfirmare. 4. de fin. 7. Omni ratione confirmare. 2. de L. Agr. 28. Quorum nihil oporteret exquiſitis rationibus confirmare, tantum ſatis eſſe admonere. lib. 1. de Fin. 23. Noſtra confirmare rationibus & argumentis, deinde contraria refutare. de Or. 116. Pœnę metu confirmare religionem. 2. de Leg. 41. Confirmare patriæ ſalutem. 10. fam. 18. in ep. Plan. Confirmare ſe. pro Quin. 21. Confirmare ſe ad omnia. Confirmare ſpem temporis reliqui. 1. Verr. 39. pro Clu. 30. Quæ non modo ii, quorum intereſt, ſed etiam ii, qui

ii, qui illa non probant, ntii cauſa confirmare uelint. Att.16.343. 5. De actis Cæſaris. Confirmatur oratio certis argumentis aut rationibus. de Vniu.47. Hæc autem illius uituperatio atque infamia confirmabatur eorum ſermone. 7. Ver.79. Confirmasti uolo rationibus phyſicis. 2. de Nat.d.17 Quod factum non eſt, ut ſit factum, ferri ad populum, aut uerbis ullis ſanciri, aut ſuffragiis confirmari poteſt. pro D.ſua.38. Confirmandus exercitus, ſic, cō firmandæ complures ciuitates. 10. fam.15.16. in ep. Plan. Nam in delectu non multum ſpei puto eſſe, præſertim cum nihil ſit periculoſius, quam ſpatium confirmandi ſeſe Antonio dari. Poll. ad Cic.10.77. Vt quam minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumque periurium. 6. Ver.17. De quibus confirmandis & faciendis legem comitiis centuriatis eſt laturus. in Ant.228.

Confirmans.

Ego recreaui afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans & excitans. Att.8.41.

Confirmatus.

Aetas confirmata. 5. de Fin.110. & 10. fam.4. Et reuera confirmata amicitia, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. 32. Confirmata a uetere morbo ualetudo. 10. Att.53. Corpus confirmatum. Tir 16.3. Difficile eſt ſenſum, in Repub. præſertim, rectum & confirmatum deponere. ep.9. Diffidebam me hercule C. Aquili, ſatis animo certo & confirmato me poſſe tu hac tā conſiſtere. pro Quin.51. 5. fam.54. Nondum confirmato conſilio, ſed ineunte ætate curam aliquam ſuſcipere. 5. Vrt.2. Saſſia lætanti iam animo, & ſpe optima confirmata, nubit Oppianico. pro Clu.23. Ingenia confirmata. de Amic.163. Omnia promiſſa, confirmata, certa & rata ſunt quæ ad reditum & ad ſalutem tuā pertinent. 6. fam.39. Confirmatos legatos domum remittam. 11. fam. 19. in ep. D. Bru. confirmatius hoc erat. 10. Att.47.

Confirmator.

Vnus & alter dies intercesſerat, cū res parū certa uidebatur: ſe queſtor & confirmator pecuniæ deſyderabatur. pro Clu.57.

Confirmatio.

Confirmatio, eſt noſtrorum argumentorum expoſitio cum aſſeueratione. 1. ad Her.4. confirmatio eſt, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem & auctoritatem & firmamentum adiungit oratio. 1. de Inu. 50. confirmatio quomodo tractanda. 2. de Or. 180. confirmatio animi. 6 fam.18. confirmatio animi mei fracti. 11.43. Iucunda uitæ uia eſt, confirmatioque omnium officiorū. 5. de Fin.26. confirmatio rationis in argumētatione. quid. 2. ad Her.61 confirmationis & confutationis diſpoſitiones. 3. ad Her. 110. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, &c. & tamen indiget teſtimonii & grauioris confirmationis, ut cruor, &c. de Inu.52. confirmationis in argumentatione uitia. 2. ad Her.73. Sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. ad Cal. 12. 8. 2. Quod ſentio ualde eſſe utile ad confirmationem Ciceronis. 14. Attic.10. confirmatione noſtra non egebat uirtus tua. 6. fa.8.

Confiteor.

Concordiæ patronum me in hunc annum confeſſus ſum. contra Rul.88. Si non quæ abſtuliſti, at quæ confeſſus es. 3. Verr.66. Cum id poſſet inficiari, repente confeſſus eſt. in Cat.113. Quod tu nunc de patruo tuo prædicas, nemo adhuc de ſeſe umquam eſt confeſſus. pro Arch.188. confeſſus eſt orbis audientibus adulterium Salluſtius. in Sall.9. Vettius quod confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe, in carcerem coniectus eſt. Att.38. Vt de me confitear ſi dires, &c. 2. Vert.3. Minime eſſe concedendum, ut is qui de te rō fiteatur, uerbi ſe interpretatione defrodat. in Part.70. Cum homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur. in Ant. 163. Deuinctum ſe eſſe officiis alicuius confiteri non ſolum, ſed etiā gaudere. Lent. 1. 9. 67. Quæſtione adhibita confiteri. 1. de diu.96. Aperte atque ingenue confiteri aliquid. Mer. 5. 2. 6. confiteri de maleficio. pro Roſc. Am.71. 2. Phi. 41. De obtrectatio non confiteri. pro D. ſua, 72. Tacendo loqui, non inficiando confiteri uideri. pro Scat.33. Peccatum ſuum, quod celari poſſet, utr ſapiens confiteri mauult. 2. de Nat. d. 17 Deos eſſe confitendum eſt. 1. de N. d.63. Confitendarum religionum facultas. 2. de Leg.30. Audire confitentem. 2. de Fin.36. Confeſſa res & manifeſta. 5. Verr. 110. Stratonem aliquid de ueneno confeſſum eſſe. pro Clu.56.

Confeſſio.

Sit erranti medicina, confeſſio. Oct.12. Neque hæc tua recuſatio, confeſſio ſit captæ pecuniæ, ſed &c. pro Clu.48. Confeſſio temeritatis. Att.16. Ad ignorationis confeſſionem adducere aliquem. 1. Acad. quæſt.63. Confeſſionem imitatur taciturnitas. 2. de Inu.70. Vbi hoc uidet illorum confeſſionem, &c. init conſiliū. 7. Verr. 81. Conuictum eſſe confeſſione aliquorum. poſt reditum in Senatu.8. In confeſſione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. pro Mil. 11. Gracchus auſpiciorum auctoritatem confeſſione errati ſui comprobauit. 1. de Diu.62. Vrgeri confeſſione ſua. 6. Verr.94. Nefarias confeſſiones audire. Cæl. Cic. 8. 8.8. Deferre confeſſiones alicuius rei ad iudices. pro Sext. u a 8. Indicijs & confeſſionibus ſuis patefactum eſſe, iudicio Senatus. 3. in Catil.60.

Conflagro.

Terræ conflagrant. 1. de Nat.d.134. Conflagrare amoris flamma. 7. Verr.72. Conflagrare incendio inuidiæ. in Cat. 21. Conflagrare inuidia. 3. Verr. 118 pro Mil.56. Vrbs acerbiſſimo concidat incendio conflagrata. ad Her.1.6.

Confligo.

Si his rebus omiſſis, cauſas ipſas, quæ inter ſe confligunt, contendere uelimus. 2. in Catil.44. Cleombrotus inuidiam timens, temere cum Epaminonda conflixit. Off. 17. Cum Erymanthio conflixit Hercules 4. Tuſc.77. Confligamus contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium. 11. famil.24. in ep. D. Brut. Cū ducibus ipſis, non cum comitatu, aſſectatoribuſque confligant. pro Corn. 68. Potuiſſe enim leuiori actione confligere. pro Cæc.6. Armis confligere. in Piſ. 15. Sperauit iiſdem ſe copiis cum illo ſe poſſe confligere, quibus cum ego noluiſſem dimicare. pro Dom.216 Confligere manu cum hoſte. 1. Off. 123. 119. 1. Fin. 35. Pro ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligere. Brut. Cic.11.13. 82. De iis rebus caute confligendum eſt, quibus in rebus fabulæ, aut alicuius firma auctoritas uidebitur interfuiſſe. ad Her.1.16. Vniuerſa enim illorum ratione cum tota ueſtra confligendum puto. de Fin.4.3. Vt confligendum ſibi & armis decertandum putent. pro Cæc. 293. Cum mihi priuato confligendum uiderem cum meo exercitu. poſtquam. at t. Panſa princeps prælii faciendi, & cum Antonio confligendi fuit. in Ant.262.

Conflictor.

Qui canem & felem ut deos colunt, non eadem ſuperſtitione, qua ceteræ gentes conflictantur. 1. de Leg. 46. Homines magnis & multis incommodis conflictantur propter immenſam pecuniæ cupiditatem. ad Her.2.73. Hoc quo pertinet &c. ut honeſtiore iudicio conflictere? pro Quint. 24. Cum his conflictari, & pro ſalute patriæ quotidie dimicare, erat omnium illis, qui tum Rempubl. gubernabant, moleſtum. de har. reſp. 37. Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari. ad Papir. Pœtum, lib. 2. 5. 7. 9. fam. 60. Conflictari moleſtiis ab aliquo. 6. fam 44. Iniquiſſimis uerbis, improbiſſimis recuperatoribus conflictari malebant, quam quidquam cum iſto ſua uoluntate decidere. 5. Ver. 57. Fortuna florentiſſima illi, nos duriore conflictari uidemur. Att. 10.195.4.

Conflictio

Primus ille ſtatus & quaſi conflictio cum aduerſario. in Part. 55. Conſtitutio, eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta hoc modo, Feciſti. non feci, aut iure feci. 1. de. Inu.15. Contrariorum & diſſimilium & inter ſe pugnantium rerum conflictio. in Part.30. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione & quaſi concurſu quæſtio oritur quædam, quam diſcrepationem uoco in Part.56.

Conflictus.

Conflictus corporum. pro Cæc. 32. conflictu lapidum atque tritu, ignis elicitur. de Nat.d.2. 19. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe flumen. 2. de Diu.33.

Conflo.

Nefarias cum multis ſcelerum pactiones, ſocietateſque cōflauit. de haruſ. reſp.39. Faciamque, ut intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Clu.6. Accuſationem & iudiciū conflare. 4. Verr. 80. Qui urbem incendere, magiſtratus ac Senatum trucidare, bellū maximum conflare voluiſſent. ad Metell. 5. 2. 2. Conflare exercitum. 4. Phil. 162. Inuidiam alicui conflare. 1. in Catil. 17. Conflare iudicium. pro Roſc. Am.3. Conflare poteſt ſuſpicionē qui uis externorum ſenſuum. 1. ad Her. 39. Quibus in rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honeſtum. 1. Off. 23. Quod cuique negotii conflari uolebat, nullo labore faciebat. 4. Verr. 94. Qui nobiſcum in conſilio fuerunt, qui nobiſcum illa cognorunt, quibus ipſis periculum tum conflari putabatur, &c pro Syl.9. Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur? pro Sext.55.

Conflatus.

Conflatus conſenſus. pro Ligar.22. Cum exercitus perditorū ciuium clandeſtino ſcelere conflatus, crudeliſſimum ac luctuo-

ſiſſimum

ſiſſimum exitium patriæ comparaſſet.pro Syl 24. Iniuria nouo ſcelere conflata.pro Sex.Roſc.78.Bellum natum,conflatum, ſuſceptum opera alicuius. 2. Phil.79. Ipſum autem mare ſic terrã appetens litoribus cludit, ut una ex duabus naturis conflata uideatur.2.de Nat.d.145.Ex his duabus diuerſis ſicuti familiis unum quoddam eſt conflatum genus a poſterioribus. de Inu.63. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt? pro Q. Roſc.28.A reo autem querela conflati criminis, collectarumq; ſuſpicionum,& accuſatoris inſidiæ,& item commune periculum proferetur.in Par.67. omnes enim hi,quos uidetis adeſſe in hac cauſa, iniuriam nouo ſcelere conflatam putant oportere defendi:&c.pro Roſc.Am.1.Summa illi iudicio inuidiam,infamiamque eſſe conflatam.pro Clu.63. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, uerumetiam ſpe derelictis conflatam improborum manum.1.in Cat.18.Maxime eius opera cum Quæſtor eſſet,in exercitu ſeditionem eſſe conflatam.pro Clu.80.Neque ego fuiſſe vnquam tale monſtrum in terris vllum puto, ex contrariis diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis, cupiditatibuſque conflatum.pro Cœl.8.Nihil mali timuit, quod nõ totum a matre eſſet conflatum & perfectum.pro Clu.12. Ille ambitus iudicium tollere, ac diſturbare primum cõflato uoluit gladiatorum ac fugitiuorum tumultu.pro Syl. 10. Et ea domi eius pleraque conflata ſunt.pro Syl. 174.

Confluo.

Hinc ad ipſos qui eam adepti ſunt,laus,honor,dignitas confluit.1.de Inu.8.De eloquentia loquens. Fibrenus rapide dilapſus,cito in unum confluit. de Leg. 170. Ad nos pleræque cauſæ confluunt.pro Planc.68.Portus habet prope in ædificatione aſpectuque urbis incluſos, qui cum diuerſos inter ſe aditus habeant,in exitu coniunguntur & confluunt.6.Verr. 104. Confluxit ex eterna ueritate cauſarumque continuatione quidquid accidit.de Nat.d.1.39.Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diuerſis locis, de Cl. Or. 140.Niſi forte in ea te caſtra coniecisti,quo omnis ſentina Reip. confluxerat.in Sall.10.Confluant ad eum omnes qui ſuperſint. 10.fam.77.in ep.Poll. Quod accidet etiam noſtris,ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint.2.Tuſc.5. Aliqua diuerſa in exitu coniungi & confluere.in Verr.227.

Confluens.

A confluente Rhodano caſtra moui. 10.fa.79.in ep. Lep.

Confodio.

Quinque hominibus comprehenſis atque confoſſis, incenſione urbem,&c.liberaui. pro Syl.24.

Conformo.

Verumtamen ipſe me conformo ad eius uoluntatem: a quo honeſte diſſentire non poſſum.ad Lent.1. 8.4. Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.pro Arch.11.Genuit & conformauit nos natura ad maiora. 1.de Fin. 34. Conſilium alicuius nonnulla in re conformare & leuiter emendare poſſe. pro Mur. 55. Imaginem rei totius primo loco conformare.ad Her.3. 128. conformare hominum mores.1.de Or.43.conformare ſe ad alicuius uoluntatem.11. fa.25. Qua mores conformari putantur.de Fin.4.3.Nonnulla in re forſitan conformare,& leuiter emendare poſſim. pro Mur. 55.pro, corrigere.Orator ita conformandus eſt,ut, &c.de Or.86.Et ipſa oratio conformanda eſt non ſolum electione, ſed etiam conſtructione uerborum.de Or.9.

Conformatus.

Mundus a natura conformatus.3. de Nat.d.36. Quod ſi hæc uox huius hortatu,præceptiſque conformata nonnullis,aliquando ſaluti fuit,&c.pro Arch.1.

Conformatio.

Conformatio eſt,cum aliqua,quæ non adeſt,perſona confingitur,quaſi adſit:aut cum res muta aut informis fit eloquens, & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam.ad Her.l.4.237.conformatio, imago & figura.2.de Or. 194. Quaſi uero intelligant qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.1. Tuſc.42.id eſt,figuratio & forma animæ.Conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ. 3. Off. 130. conformatio doctrinæ.pro Arch.11.compoſitio membrorum, & conformatio lineamentorum.1.de Nat.de. 34. Animantis figura,conformatioque membrorum tantam naturæ ſolertiam ſignificat.2.de Nat.deo.146. conformatio omnium officiorum.de Fin.5.13.cõformatio quædam & figura totius oris & corporis. 1. de Or. 57. conformatio rei in intelligentia impreſſa. Top. 12. Verborum & ſententiarũ conformatio.3. de Or. 111. Vocis conformatio atque uarietas. de Or.86.Omnem talem conformationẽ animi,philoſophi motum inanem uocant:id eſt,cum de Hippocentauro cogitamus.de Nat.d.22. Altera pars honeſtatis cernitur in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ. Off. 71. Ornamenta & conformationes ſententiarum.de Cl.73.

Confringo.

Membra uxoris fuſtibus debilitauit, manus contudit,digitos confregit,neruos concidit. pro Flac. 57. confringat iſte ſane ui ſua conſilia Senatoria,quæſtiones omnes perrumpat. 3. Verr.8. confringere Præturam.pro Mil. 26.

Confractus.

Quæ in confracta porca iura ſint.2.de Leg.51.

Confugio.

Ille diffidens rebus ſuis, ad Stalenum & ad pecuniam confugit. pro Clu.41.Ad quem Dio confugit.4. Verr. 15. Ad te confugimus, a te opem petimus.Tuſc.229.Ad meam fidem,quam habẽt ſpectatam iam,& diu cognitam,confugiunt:&c.1.Verr.7.Ad opem iudicum afflicti iniuriis ſupplices inferioreſque confugiũt. pro Font.19.Ex quibus ſtatim in tuos agros confugiam. Att.3. 55.11.Quid te futurum eſt?quo confugies? vbi nitere? 4. Verr. 110.An quoniam hoc non audes dicere,illuc confugies, ne cturæ difficultate adductos,ternos denarios dare maluiſſe? 5. Verr. 166.Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet,hoſtilis manus interemit. 1.Tuſc.133. pro Cæc. 72. Cũ tot, tantiſque difficultatibus affectus atq; afflictus,in tuã C.Aquili fidem,ueritatem, miſericordiamque P. Quintius confugerit. pro Quint.5.Ad rem publicam confugere.Sulp.4.6.10. confugere in arcem.2.Tuſ.98. Quo confugere habebam,ubi conquieſcerem?Sulp.4.6.8.Romam confugere.pro Roſc. Illuſtrare orationem ſi quis iſtas ipſas artes uelit, ad oratoris ei confugiendum eſt facultatem.de Or.90.

Confundo.

An tu hæc ita confundis & perturbas?pro D.ſua.238. confudit & contulit ſe ignis oculorum cum eo igne qui eſt ob os offuſus.de Vniu.61.Confundere omnia,& incerta reddere. Ac.q. ed.1.l.2.101.Qui omnia cupiunt confundere. Aca.q.ed.1.l.2. 50.Confundere uera cum falſis.Ac.q. ed.1.l. 2.57.

Confuſus.

Confuſa & perturbata oratio.de Or.147.Vis quędam ſentiẽs quæ eſt toto confuſa mundo.de D.105. Hanc initio conſtitutionem confuſam habet & incertam.de Fin.5.21.contendere in cõfuſa diſputatione.pro Sext.3.Omnes in oratione eſſe quaſi permixtos & confuſos pedes. Or.216.Anaxagoras dixit materiam infinitam eſſe, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente diuina.4. Acad.211. Vt ne diſtinguantur, uerbis confuſa eſſe uideantur. de Or.124.Perturbata & confuſa cernere. 1. de Diu. 107. Permixta & confuſa exponere. de Inu. 50. Confuſius acta res eſt, quam,&c.in Ant.214.

Confuſio.

Perturbatio uitæ & magna confuſio. 1.de Nat. d.7. Confuſio omnium rerum.11.fam.5.in ep.M.Brut.& Caſſii.2.de Fin.185. Coniunctio confuſioque uirtutum a philoſophis ratione quadam diſtinguitur.5.de Fin. 119.Confuſionem habet religionum coli deos ſuos,aut nouos,aut alienigenas.2.de Leg.3. Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti. pro Mur. 45. Quam quidem ante hanc confuſionem temporum,&c.Off.2.96.

Confuſe.

Confuſe agere.8.Phil.234.3.de Nat.d.13. In præſentia tantũmodo partes argumentandi confuſe & permixte diſperſimus, poſt diſcrete & electe in genus quodq; cauſæ digeremus.de In. 52.Confuſe loqui. Acad.q.ed.1.l.2.44.

Confuto.

Etenim ipſe Cotta ſic diſputat,ut Stoicorum magis argumenta confutet,quam hominum deleat religionem. 1.de Diu.8. Affectus inuentorum ſuorum memoria & recordatione confutare.5.Tuſc.127.Audaciam alicuius confutare.in Partit. Confutare dolores. Tuſc.5.65.

Confutatio.

Confutatio, eſt contrariorum locorum diſſolutio. ad Her.1.

Congelo.

Gaudebam ſane, & congelaſſe noſtrum amicum lætabar otio. Cœl.2.24.Hoc eſt,uelut congelatum eſſe.

Congemo.

Congemuit Senatus frequens, neque tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit.pro Mur. 48.

Congero.

Vt te eripias ex ea, quam ego congeſſi in hunc ſermonem, turba patronorum. de Cl. Or. 187. Sed neſcio hoc quomodo frequẽter in me congeſſiſti, ſaneque in eo creber fuiſti: te idcirco, &c. pro Planc. 276. Illud minus curo, quod congeſſiſti operarios omnes. de Cl. Or. 192. Quas & a maioribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum cõgeſſerat. pro L. Man. 15. Loquitur de Mithridate. In quem, cum dii atque homines omnia ornamenta cõgeſſiſſent, tum tu ipſe plurima & maxima. pro Deiot. 7. congeſſerit omnia ſimul. ad Brut. 48. in epiſt. Brut. Crimen in aliquem congerere. pro Mil. 47. Maledicta in aliquem congerere. 3. Philip. 133. In unum omnia congerere. 5. Tuſc. 164. congerere partes in ſuum locum. 4. Tuſc. 127. congerere tela. ad Brut. 16. 14. Viaticum alicui congerere. pro Planc. 20. Ne plus æquo quid in amicitia congeratur, non uerendum eſt. de Amic. 52.

Congeſtus.

Grana tritici in os pueri Midæ congeſta. 5. de Diu. 100. Innumerabilis pecunia in illam domum eſt congeſta. pro Pomp. 8.

Congeſtus.

Herbam autem aſperam credo auium congeſtu, non humano ſatu. 2. de Diu. l. 53. id eſt, quam aues congeſſerunt.

Congiarium.

Vehementer auaritiam uideo fuiſſe, & ſpem magni congiarii. Att. 10. 18. Hæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Att. 16. 25. congiario magno donatus. 8. fa. 3. in ep. Cœl. Cæſar muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. in Ant. 182.

Conglacio.

Conglaciat aqua frigoribus. de Nat. d. 2. 19. conglaciat tribunatus Curioni noſtro. 8. fa. 15. in ep. Cœl.

Conglobo.

Conglobatur undiq. mare. 2. de N. d. 174. conglobata figura. Ac. q. ed. 1. l. 2. 109. Terra undiq. in ſeſe nutibus ſuis conglobata. 2. de N. d. 142. Definitiones conglobatæ. in Part. 19.

Conglutino.

Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit, natura diſſoluit. Cat. 66. Nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. de Am. 32. Quæ rem diſſolutam diuulſamque conglutinaret, & ratione quadam coniungeret. 1. de or. 91. conglutinare amicitias teſtimoniis. Att. 7. 3. In poteris animi uitium cum cauſa peccati conglutinare. ad Her. 6. conglutinantur conſuetudine uoluntates. ad Mat. l. 11. 27. 4.

Conglutinatus.

Quid eſt in Antonio, præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex his tot conglutinatus eſt. 3. Phil. 143. id eſt, compoſitus. Conglutinata concordia. 1. Att. 53.

Conglutinatio.

Omnis conglutinatio recens, ægre: inueterata, facile diuellitur. Cat. 66. conglutinatio uerborum. in Or. 43.

Congratulor.

Mihi deniq. homines præcipue congratulabantur. pro Sext. 35. pro Planc. 53. Sed ea res haud ſcio an plus mihi profuerit, quam ſi mihi eſſent omnes congratulati. pro Plan. 273.

Congratulatio.

Sed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, cõgratulatioq. commouet. Brut. 3. 3.

Congredior.

Cum eo, ut res indicat, ſæpe congreſſus eſt. Att. 38. Sed explorabimus totam, ut quo die crimus congreſſi, conſilium capere poſſimus. Att. 97. Filius tuus a me abeſt, in Macedonia congrediemur. ad Brut. 15. in ep. Brut. Quare remoue auctoritatem, & congredere mecum criminibus ipſis. pro Mur. 61. Venio nunc ad populi partes, qui ſi tecum congrediatur, &c. pro Planc. 261. Mitte ad eum libellum: ſed iam ſi ipſe coram congredi poteris, meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas atq. reſtinguas. in Piſ. 46. Congredi cõtra aliquem. pro Lig. Næ ego, inquit, incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore, congredi conatus ſum. 2. de N. d. 1. Nondum ſtatuo te uirium ſatis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam. pro Syl. 35. Illud præclare, quod te conſolata eſt ſpes breui tempore congrediẽdi. Attic. 249. Sed ego cum hæc ſcribebam, nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſi eſſent, Pompeium ad ullam conditionem acceſſurum putabam. Att. 133.

Congrediens.

Sed tum congrediens cum Sole, tũ digrediens. 2. de N. d. 147. De luna. Sæpius enim congredientes nos, & maxime in Tuſculania noſtris, ſi qua uidebuntur, requiremus. Aca. q. ed. 1. l. 2. 136. id eſt, conuenientes, amicitiæ uel colloquii gratia.

Congreſſus.

Vbi congreſſus cum ſeruis Luceii Cœlius? pro Cœl. 48. Status, in quo primum inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Top. 229. Antiſtius congreſſus, P. Dolabella milites habente, maluit, &c. Att. 279.

Congreſſus.

Congreſſus meus. pro Planc. 54. Non n. dubito, quin malæ tibi leuationi ſit ſolitus iſte quotidianus congreſſus. ad Torq. 6. 14. Si quis fuerit mihi congreſſus cum Cæſare. Att. 178. congreſſus noſtri lamentationem pertimui, digreſſum uero non tuliſſem. 1. ad Q. fr. 52. Ante congreſſum multa fiunt, quæ nõ ad uulnus, ſed ad ſpeciem ualere uideantur. 2. de Or. 173. congreſſum fugere. 3. f. 14. Mihi uero ut inuideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. Att. l. 1. 15. 6. In congreſſum & colloquium alicuius uenire. 13. Phil. 337 Optare congreſſum. Att. 8. 167. Eorum neminẽ a congreſſu meo ianitor abſterruit. pro Plan 273. In quo admirandum eſt, congreſſune aliquo inter ſe, an iam inde ab ortu ſint congregatę. de N. d. 50. Cum interim Sylla cum eiſdem ne mediocri quidẽ ſermone & congreſſu coniungeretur. pro Syl. 170. congreſſu cũ quodam experiri. pro Cœl. 14. Ac mihi perſuaſeram fore, ut omnia placarentur inter uos nõ modo ſermone ac diſputatione, ſed cõſpectu ipſo congreſſuq. ueſtro. Att. 1. 12. 3. Primi congreſſus copulationeſq. conſuetudinum inſtituẽdarum amicitiarũ. de Fin. 1. 54. congreſſus taciti. Ac. q. ed. 1. l. 2. 6. Vt congreſſus hominum fugiat atq. oderit. de Ami. 73. congreſſus noſtros, conſuetudinẽ uictus, ſermoneſq. doctiſſimos requiro. Or. 199.

Congreſsio.

His de cauſis hoc malum, quod te non uidi, minus acerbum fuit, quam fuiſſet tum congreſſio, tum uero digreſſio noſtra. ad Q. f. 1. 57. Amor congreſſionẽ attulit, amor flagitio. Top. 225 congreſſio una ſeuera uel iocoſa. 7. f. 21. Collocutionem pro eodem dicit. Eumq. a tua nõ modo familiaritate, ſed etiã congreſſione patrio iure & ptãte prohiberet. 2. Phil. 62. nemo illum aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone dignum putabat: pro Cl. 26. In congreſſionibus hominũ. de Or. 101. Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium uerſetur. 1. off. 184.

Congrego.

Chryſippus magnã turbã cõgregat ignotorũ deorũ. 1. de N. d. 56 Libẽter ſe cũ æqualib' cõgregãt hoies. 5. de Fi. 39. Ciues unã ſe in locũ ad curiã congregabant. 14 Phil. 394. Quicũ te aut uoluntas congregaſſet, aut fortuna coniunxiſſet. pro Q. 30. congregare aliquem in nu[illegible] etũ uel indiciũ. in Vat. 20. Diſſipatos hoies congregare, & ad uitæ ſocietatem conuocare. 1. Tuſ. 96. Multitudinẽ fugitiuorum ac latronũ in unum locum cõgregare. in Par. 33. Atq. ibi ſe cum ſuo patruo, & ceteris ad mortẽ propter uitæ turpitudinem confugientibus congregare. pro Rab. 16. Iis, quibuſcũ congregemur, uti moderate & ſcienter. Off. 2. 25. Vnum in locum congregentur. 1. in Cat. 23 Homines natura congregati adhibent cogendi congregandiq. ſolertiam. 2. Off. 2 19.

Congregatus.

Multitudo hoim ex ſeruis cõductis congregata. pro D. ſua. 70. Nix ex aqua congregata. 4. Ac. q. 179. Vis criẽs & cõgregata. pro D. ſua. 53. Coacti ſunt ii qui ab aliquo ſunt unũ in locũ cõgregati. pro Cæc. 296. In quo admirandum eſt, congreſſune aliquo inter ſe, an iam inde ab ortu naturæ cõgregatæ ſint. 2. de N. d. 184.

Congregatio.

Natoſq. eſſe ad cõgregationẽ hominũ. 4. de Fin. 7. 2. de Fin. 100.

Congregabilis.

Atq. ut apũ examina non fingendorũ fauorũ cauſa congregãtur, ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. 1. Off. 219

Congruo.

Nõ oĩ cãæ cõgruit orationis unũ genus. de Or. 162. congruit eius ſermo cũ tuis literis. Att. 1. 23. 2. Sydera cælo inhęrentia cũ ipſius motu congruunt. 5. Tuſ. 97. Ea inter ſe cõgruunt e quibus cõſtamus. 4. de L. 46. Quod cũ partẽ legis tuæ, quæ cõgruebat cũ iudicio Senatus, ut ipſe rex eſſet, nõ repudiauit. de har. 26. Quãquã ea epiſtola cũ ſnia eius philoſophi nullo modo cõgruebat. de Fin. 85. reliqua patebãt, & cũ Terẽtiæ ſũma cõgruebãt. At. 111. In his oĩbus reſpõſa Aruſpicũ cũ Sibyllæ verſibus cõgruebãt. de Diu. 100. Nri. n. ſenſus, ut in pace ſp, ſic tũ ẽt in bello cõgruebãt. pro Mar. 9. i. non diſcordabant. Si aliquẽ nacti ſumus, cuius cum moribus & natura cõgruamus. de Am. 27. Vehemẽter congruere & cohærere cũ cã. 1. de In. 28. cõgruere cũ uirtute ſemper. off. 3. 16

Congruere & conuenire decretis alicuius. 2. de Fin. 158. Hæc inter ſe congruere non poſſent, ut, &c. 3. de Fin. 95. Multæ cauſæ conuenire unum in locum, atque inter ſe congruere uidentur. pro Roſc. Am. 17. Quod ſuos dies menſeſque congruere uolunt cum ſolis lunæque ratione. 4. Verr. 90. Congruere naturæ, cumque ea conuenienter uiuere, Stoici finem bonorum eſſe ſenſerũt. Tuſ. 5. 60. Principiis congruere debẽt quæ ſequuntur. de Fin. 94. Congruere rebus, differre nobus. Aca. q. ed. 1. l. 2. 16. & ed. 2. l. 10.

Congruens.

Tubero uita ſeuerus & congruens cum ea diſciplina, quam colebat. de Cl. Or. 175. Actio menti congruens eſſe debet. de Or. 363. Actio uocis, uultus, & geſtus congruens & apta. in Part. 29. Oratio uerbis diſcrepans, ſententiis cõgruens. 2. de Le. 45. Aptũ & congruens noſtris ſtudiis. ad Gallum, lib. 7. 24. 6. 3. de Or. 30. Eadem ratio fecit hominem appetentem, cumque his natura & ſermone & uſu congruentem. 2. de Fin. 96. Actiones uirtutibus congruentes. 5. de Fin. 104. Volo enim te ſcire mi Pæte, initium mihi ſuſpicionis & cautionis & diligentiæ fuiſſe literas tuas: quibus literis congruentes fuerunt aliæ poſtea multorũ ad Papiriũ Pætum, l. 9. 56. Siue Ariſtotelem & Theophraſtum cum illis cõgruentes re, genere docendi paulum differentes, ſecuti ſunt. 1. de Leg. 55. Pro congruentibus uehementer repugnãtia ſumere. Ac. q. ed. 1. lib. 2. 42.

Congruenter.

Apte, congruenterq. dicere. 3. de Or. 22. 3. de Fi. 40. 4. de Fi. 44. Congruenter naturæ, conuenienterque uiuere. de Fin. 95.

Conicio.

De me enim coniicio. 3. de Or. 29. Quam te uelim cautum eſſe in ſcribendo, ex hoc coniicio, quod, &c. pro Plan. 166. Cum quis ſe mente ac uolũtate coniicit in uerſum, uerba ſequuntur. 3. de Or. 107. Hoc eſt, ad uerſus faciendos animũ intendit. Quã multos eſſe oporteret, ex ipſo uaſtigio coniiciebat. in Ver. 250. Sed cito conieci Lanuuii te fuiſſe At. 236. In eandem epiſtolam plura præterea conieci. Att. 7. 135. 1. Itaque iam in Tuſculano, qui non meminiſſem me abuſum iſto proœmio, conieci id in eũ librũ, quem tibi miſi. Att. 16. 335. 23. Ego autem illa ipſa quæ uix in gymnaſiis, & in otio Stoici probant, ludens conieci in cõmunes locos. in Parad. 4. Quem ego ruſtantem & nauſeantem conieci in Cæſaris Octauiani plagas. ad Cornifi. 12. 55. De Antonio loquitur. Sed te mirificã in latebram cõiecîſti. 2. de Diu. 35. Brutus qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acute coniecit. de Cl. Or. 16. Clodius Pompeium foro priuatũ domum coniecit. pro D. ſua. 53. Reſp. iacet in his perturbationibus, in quas ille eam coniecit. Caſſ. lib. 12. 1. 5. Appius in ultimã prouinciam ſe coniecit Tharſum uſque, et audiuit nos uenire. Att. 5. 104. 4. Nam diſputando cõiecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere Senatus dicto audientes eſſe. 8. ep. 11. in ep. Cæl. in Epicuri nos aduerſarii noſtri caſtra coniecimus. 9. ſam. 46. Vt fere nos omnia in conſolatione unam coniecimus. Tuſc. 3. 65. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque uicimus, cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium coniecimus. in Catil. 2. 5. Quam legem eiſdem probe uerbis noſtri uiri in decimam tabulam coniecerunt. de Diu. 183. Num igitur quæ tempeſtas impendeat, uates melius coniiciet, quam gubernator? de Diu. 111. Negotium tranſegiſſet, ni ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ cõieciſſet. 2. Phil. 44. Et Phalereus Demetrius, qui *Periclem principem* Græciæ uituperat, quod tantam pecuniã in *præclara illa propylæa* coniecerit. 2. Off. 68. Aliud alio tempore coniicere. ad Q. fr. 3. 17. 28. Coniicere ambicionem ad gratiam, iniquitatem ad ſimulationem. in Piſ. 75. Coniicere calculos in os. 2. de Or. 137. cauſam in locos. pro Plãc. 67. In catenas, in carcerem, in uincula coniicere. 2. de Nat. d. 9. Tuſc. 169. In faſciculum ſuas literas coniicere. Att. 2. 28. 1. Coniicere in ordinẽ iudicum. in Piſ. 74. oculos in aliquem. pro Clu. Proœmium in librum coniicere. Att. 16. 333. 23. Coniicere ſe in familiam. pro Sext. 6. Sin ſe in intimum coniicere uellent, non ſatis commode calceati & ueſtiti id facere poſſent. pro Cæl. 49. Coniicere ſe in noctem. pro Mil. 37. ſe in portum. Diu. l. 2. 111. In turbam ſe. 6. Phil. 211. Coniicere ſortem. pro Lig. 13. Coniicere & emittere *telum*. de haruſp. reſp. pro Clu. 38. pro Quint. 30. in Vatiniũ. 30. Atque illo repentino hominum impetu ſe in fugam coniiciſſe. pro Cæl. 50. Subito arrepti, in quæſtionem tamen ſeparantur a ceteris, & in arcas coniiciuntur, ne quis cum his colloqui poſſit. pro Mil. 45. Cum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma temporum illorum cõiiciebatur, excepi, & pro patria ſolus exarſi. de haruſ. reſp. 42. Cõiiciebãtur omnium oculi in eum. 2. Off. 63. In latumias ſtatim coniiciebantur. in Verr. 265. Iubet ille ſibi legem legi recitatur: in qua ſcriptum erat ut quot eſſent renuntiati, tot in hydriam ſortes coniicerentur. 4. Verr. 88. Coniici in decurias. 2. Phil. 15. in reuleum. Tuſc. 230. in fraudem. 3. Att. 26. Nunquid igitur oportet niſi tres ſortes coniicit unam educit: nihil coniici iubet tres. &c. in Verr. 134. Tũ ei dormienti eũdem illum uiſum eſſe rogare, &c. ſe in plauſtrum a caupone eſſe coniectũ & ſemper ſtercus iniectũ. 1. de Diu. 53.

Coniecto.

Mihi quidẽ ex tuis literis cõiectanti ita uidebatur. 14. Att. 13.

Coniectio.

Coniectionem ſomniorũ definit chryſippus, uim cernentem & explanantem, quæ a diis hominibus ſignificentur in ſomniis. Dio. l. 2. 10 t. Ictu cominus coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe. pro Cæc. 72.

Coniectus.

Quæ monſtra quotidie intelligamus ex illo libello, qui in epiſtolam coniectus eſt. Att. 9. 125. 7. Inimici oratio uaſta improbe in clariſſimos uiros coniecta. pro Sex. 32. O præclare cõiectum a uulgo in illam prouinciam omẽ communis famę atq. ſermonis. 4. Verr. 12. Coniecti ignes. Att. 4. 71. 2. Non tam mirabilia quam coniecta belle. 2. de Diu. 106. Ea quibus bene percepta ſunt, ii non ſæpe falluntur, male coniecta, maleq. interpretata, falſa ſunt, non rerum uitio, ſed interpretũ inſcitia. de Diu. 1. 100. Hæc omnia crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam ſeruilẽ cõiecta ſunt. pro Mul. 143. Atque hæc, nec ulla alia ſunt coniecta maledicta in eius uitam pro Planc. 25. Quod epiſtolam diu in manibus habui, ideo multa cõiecta ſũt aliud alio tempore. ad Q. fr. 321. Verum in his cauſis non uerba ueniunt in iudicium, ſed ea res, cuius cauſa uerba hęc in interdictum coniecta ſunt. pro Cæc. 46. Sed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe coniectos, &c. de Amic. 5. ad Brut. 9. 3. Att. 278. Ego petitiones tuas ita coniectas, ut uitari nõ poſſe uiderẽtur, parua quadam declinatione effugi. in Cat. 11. Coniectis oculis, geſtu omni imminenti, inquit, &c. 2. de Or. 124.

Coniectus.

Coniectum oculorum præbere. pro Planc. 17. Cõiectu lapidũ fracta domus. 4. Att. 13. Oculorum cõiectu, motus animorum ſignificamus. 3. de Or. 123.

Coniector.

Coniector & interpres portẽtorũ. Diu. 2. 47. Aruſpex, augur, coniector in genere diuinandi numerantur. 1. de Diu. 124. Coniector ſomniorum. de Di. 134. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouũ pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. 2. de Diu. 139. Vt uates & coniectores nobis eſſent colendi. de Nat. d. 1. 39. Vaticinationes & reſponſa ſacerdotum, haruſpicum, coniectorũ. in Partit. 4. Somnii interpretatio a cõiectoribus facta. de D. 86.

Coniectura.

Coniectura in quo verſatur. Partit. 20. quatuor modis tractatur. 3. de Or. 63. alieni ſenſus. 6. fam. 28. in epiſt. A. Cæc. Coniectura bona eſt. At. 191. Omnis igitur ex cauſa, ex perſona, ex facto ipſo coniectura capienda eſt. de Inu. 64. Coniectura nõ erat difficilis. 6. fam. 11. id eſt, facile erat coniicere. Magni autem intereſt qui fuerit uictoris animus, quis exitus rerum: quamquam quo me ducat coniectura, habeo. Varr. lib. 9. 2. in. Iã hæc diuinatio eſt, ſed vide ne mea coniectura multo ſit melior. pro Clu. 37. Coniectura probabilis. Dio. 2. 12. Vera. 2. de Diu. 194. Coniecturæ ratio in quatuor partes diſtributa. Top. 43. Coniecturæ ſpecies, argumentum, quid. 2. ad Her. 38. An ea, quæ dixi, quidquam aliud ſignificãt, niſi acumen hominũ, ex ſimilitudine aliqua coniecturam modo huc, modo illuc ducentium? de D. 138. Hęc ad aliquam coniecturam faciendam pertinent. de Inu. 65. Quis ſapientior ad coniecturam rerum futurarum? in An. 228. Ad coniecturam aliqua interpretatione reuocare. 2. de Diu. 100. Adhibere coniecturam. 2. de Diu. 219. Multam coniecturam afferre hominibus tacita corporis figura. pro Q. Roſc. 48. Capere coniecturã 2. de Inuẽt. 133. pro Roſc. Am. 60. pro. Muren. 8. Huius rei coniecturam de tuo ipſius ſtudio facillime cepere. pro. Marc. 126. Coniecturam facio de meo. 7. familiam. 2. Cur autem coniecturam de paſſerculis facit? de Diu. 122. Quam tu cõiecturam faciebas ex literis Meſſalæ. Att. 106. Ex uultu candidatorum coniecturam facere. pro Mur. 42. Ex uno de ceteris coniecturam facere. in Verr. 102. Coniecturã facere de oribus. 2. de Diu. 99. Facere coniecturam de ſe. de Or. 136. De ſuo ſtomacho coniecturam facere. Marin, lib. 7. 2. 5. Ex uultu coniecturam faciunt, quantum quiſque animi habeat. pro Mur. 42. Profiteri coniecturam ſomniorum. 2. de Diu. 194. Hæc cauſa ab argumentis, coniectura, ab iis ſignis, quibus ueritas illuſtrari ſolet, ad teſtes tota traducta eſt. pro Cæl. 51.

Cupio, antequam Romam uenio, odorari diligentius quid futurum ſit: quamquam uereor, ne nihil coniectura aberrem. 14. Att. 49. de Nat. d. 1. 71. Coniectura propius accedere. 6. fam. 10. Aſſequi coniectura aliquid. 4. Ver. 120. & 133. 2. de Inu. 141. Etenim quantum coniectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia. Att. 2. 24. 2. Hæc a me ſuſpicionibus & coniectura coarguuntur. cont. Rull. 64. Quantum copiarum haberes, cũ ipſe coniectura conſequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. ad Cornific. 12. 19. 3. Artes, quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles. de Diu. 85. Tantummodo coniectura ducor ad ſuſpicandum. de Cl. Or. 169. Ex coniectura pendere dicuntur rationes probabiles & uериſimiles. Ac. q. ed. 1. lib. 2. 106. Explicare cõiectura aliquid. 1. de Diu. 124. Etiam ſi fieri poſſit coniectura uera ſomniorum, tamen iſti qui profitentur eam, facere nõ poſſunt. de Diu. 135. Quæ autem poſita ſunt in coniectura, quæque mihi uidentur fore, ea puto tibi a me ſcribi oportere. ep. 5. In coniectura ratio nulla. Partit. 57. Coniectura, quæ in uarias partes duci poteſt, nonnumquam etiam in contrarias, nihil incertius. 2. de Diu. 215. & 219. Chryſippus magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem informare poſſimus. 1. de Na. 29. In omnibus rebus, quæ coniectura inueſtigari ſolent, anceps reperitur oratio. Diu. 2. 43 de Vniu. 11. Iudicare coniectura aliquid. pro Flac. 5. Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur. pro S. Roſc. 37. Percipere coniectura aliquid. pro L. Man. 18. Qui nouas res coniectura perſequuntur. Diu. 1. 33. Multa præterea conſulto, ſed ea uos coniectura perſpicitis. pro Pomp. 9. Neque id coniectura proſpiciebamus, ſed iam experti uidebamus. pro Dom. 215. Non ariolans ut illa, cui nemo credidit, ſed coniectura proſpiciens iã iamque maiora, &c. Att. 125. Petitionis noſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt, quod adhuc coniectura prouideri poſſit Att. 1. 1. 1. Cum de uero ambigitur, quod quæri ſolet coniectura. in Or. 69. Ad quem metum, ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaque raperemur. de har. reſp. 256. Coniectura ſequi probabilia. Tuſc. 1. 16. Coniectura tempeſtatum ac dierum putabat iam tranſiiſſe. 9. At. 8. id eſt, quantum conicere poterat, dierum rationem ineundo. Iam ex inſanorum aut ebriorum uiſis, innumerabilia coniectura trahi poſſunt, quæ futura uideantur. 2. de Diu. 181. Coniectura etiam in reliquis conſtitutionibus utimur. 2. ad Her. 54. 57. & 60. Coniectura plus uti, quam ſcientia. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 97. Fiunt certe diuinationum coniecturæ a peritis. de Diu. 96. Interpretum coniecturæ magis ingenia eorum, quam uim, conſenſumque naturæ declarant. 2. de Diu. 212. Conſtant ex leuiſſimo & indoctiſſimo genere coniecturę ſomniorum. 2. de Diuin. 194. Suſpicionibus & coniecturis coargui. 1. de L. Agr. 10. In coniecturis quid quærendum. Top. 25.

Coniecturalis.

Coniecturalis conſtitutio quid. 1. ad Her. 19. 1. de Inu. 15. ex intentione & infic iatione iudicationem efficit. 1. ad Her. 29. tractatu difficillima. 2. ad Her. 44. coniecturalis conſtitutionis partes. 2. ad Her. 33. coniecturalis ſiue inficialis quæſtio. Top. 49. Coniecturalis ſtatus. ad Her. 1. 19. Omne genus coniecturale in hoc fere genere ponebas. 2. de Diu. 20. 1. de Inu. 21. In coniecturalem cauſam qui cadant loci communes. 2. de Inu. 156. Nunc a coniecturali conſtitutione proficiſcemur, cuius exẽplum ſit hoc expoſitum, In itinere quidam, &c. de Inu. 63. Cauſæ coniecturales verſantur in iudiciis. in Top. 25.

Coniugo.

Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morũ coniugauit. 1. Off. 85.

Coniugata.

Coniugata, inquit, dicuntur quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem. in Top. 7. in Part. 4. Ex coniugatis ita argumenta ducũtur. de Orat. 223.

Coniugatio.

Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitiũ. de Sen. 49. Locus ex coniugatione, id eſt ex coniugatis. Top. 224.

Coniugium.

Præterea quod eam ſibi domum coniugii delegit, in qua, &c. pro Clu. 57. Lætatus ſum etiam ſermone Piliæ, de cõiugio Tulliæ meæ. Att. 6. 119. 1. Prima ſocietas in ipſo coniugio eſt, proxima in liberis. 1. de Off. 79. Primiq. ex omnibus philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt, &c. vt coniugia uirorum & uxorũ a natura coniuncta eſſe dicerent, qua ex ſtirpe orirentur amicitiæ cognationum. 4. de Fin. 14.

Coniunx.

Fideliſſima coniunx. ad Q. fr. 3. 3. 6. Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. de Nat. deo. 73. Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. Att. 118.

Coniungo.

Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortaliũ laude coniungo. in Piſ. 15. Eamq. epiſtolam cum hac coniunxi. ep. 209. Caſtra habet ante oppidum Laodiceam poſita: & partem muri demolitus eſt, & caſtra oppido coniunxit. Caſſius ad Cic. 12. 13. 12. Quamquam nos ab ineunte ætate illius uſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudoque coniunxit. in Ant. 210. Socium fallere, qui ſe in negotio coniunxit. pro Roſc. Com. 9. Is, quicum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. pro Q. 9. Cui me cum ſtudia communia, beneficia paterna, tuaque iam ante coniunxerunt: tum, &c. ad Marc. lib. 15. 11. 3. Cum his uos teſtibus ueſtram religionem coniungetis? pro Font. 18. Ego ad Prætores miſi, ut ſe nobis coniungerent. Att. 262. Quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant Reges potentiſſimi? pro L. Man. 18. Coniungere aliquem hoſpitio & amicitia. 1. ad Q. fr. 12. cauſam cum aliquo. de har. reſp. 44. connubia. 1. de Or. 19. pro, Matrimonio iungere. imperii dedecus cum probro priuato. de Sen. 39. disiuncta. de Fin. 2. 39. domum coniugio & ſtirpe. 5. de Fin. 116. Græca cum Latinis. Off. lib. 1. 1. hoſpitium cum aliquo. pro Deiot. 28. iniuriam cum amicis aut bene meritis. de Fin. 3. 56. neceſſitudinem cum aliquo. in Verr. 233. prudentiam cum eloquentia. Tuſ. 1. 5. & 6. Nũquam dubitaſtis meam ſalutem cum communi ſalute coniungere? poſt redit. 4. Coniungere ſe cum aliquo, & ſeiungere, contraria. 6. fam. 19. Difficile eſt ea, quæ commodis, utilitate, & propę natura diuerſa ſunt, uoluntate coniungere. Q. fr. 297. Volare dicitur Petreius, cum Afranio coniunxiſſe. Att. 162. Cuius ſumma grauitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur. Q. fr. 294. In doctrina Academicorum ueterum differendi ratio coniungitur cum ſuauitate dicendi & copia. de Clar. 175. Portus, qui cum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. in Verr. 207. Coniunctus es utrique. 9. Att. 27. in ep. Balbi & Oppii. Id eſt, habes amicum utrumq. Verba neminem mouent, niſi eum, qui eiuſdem linguę ſocietate cõiunctus eſt. 3. de Or. 223. Sed inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & conſociati ſumus. de Fin. 3. 53. Neque tanti eſt illud quod uidetur prodeſſe, ut cum aliquo malo coniungatur. de Or. 137. Coniungeretur tuum nomen in periculo, &c. 5. fa. 48. Cum interim Sylla cum eiſdem ne mediocri quidem ſermone & congreſſu cõiungeretur. pro Syl. 170. Quod me ſecum ne beneficiis quidem uidebat poſſe coniungi. de Prou. 78. Vſu cum aliquo coniungi. de Amic. 28. Aequum eſt enim militum, talium pręſertim, honorem coniungi. 14. Philip. 403. Coniungi pecuniam patrisfam. mortui ſacris eius. 2. de Leg. 47. Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus, auctore te, illo relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe. 8. ad Att. 58. in ep. Balbi. Pro, In concordiam reduci. cui opponitur Diſtrahi. Vt mihi uel conſilium meum cum illius conſilio uel fortuna coniungenda uideatur. Acad. 119. Amor princeps eſt ad beneuolentiã coniungendam. de Amic. 26. Quantam uim habeat ad coniungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. pro Clu. 34. Illud non dubito, quin, ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerint, Reſp. nos inter nos conciliatura, coniuncturaq. ſit. Pomp. 5. 7. 4.

Coniunctus.

Fannii ætate coniunctus Antipater. 1. de Leg. 9. Qui fuit cum aliquo Sicinio ætate coniunctus. de Cl. Or. 143. Tum mecum & amicitia, & omni uoluntate ſententiaque coniunctus. de Fin. 3. 7. Coniunctus cum aliquo & ſtudiis iiſdem, & uetuſtate amicitiæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 1. cum Senatus auctoritate & dignitate. 14. Phil. 390. Qui diſceſſus cum gloria potius eſſe coniunctus, quam cum probro putaretur. in Piſ. 86. coniunctus cum religione. de har. reſp. 24. Antonius ſumma cum Craſſo familiaritate coniunctus. de Or. 87. Homo alicui fidiſſima gratia coniunctus. pro Mil. 56. Lucius magna mecum neceſſitudine coniunctus eſt. ep. 214. Dolor coniunctus officio. pro Sex. 3. coniunctus officiis & familiaritate cũ aliquo. 10. Phil. 269. Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. Att. 264. Motus ſenſui cõiunctus & continens. de Nat. 7. Qui eſt cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. pro Plan. 264. cõiuncta cauſa. 1. de In. 24. celeritas reſpondendi ſubtili uenuſtate coniũcta. de Or. 86. coniuncta officiis cũ Pop. Romano ciuitas. 4. Ver. 118. Quæ cognatio ſtudiorum & artium propemodum non minus eſt coniuncta, quam illa generis & nominis. in Verr. 219.

Conueniens & coniuncta inter Augures conſtantia.de Diu.125. Coniuncta mihi cura uel Rep. cum illo.de Amic.14.Cõiuncta uirtuti fortuna.de Sen.56.Iuſtitia coniuncta intelligentię.Off.39.Coniuncta auiditate mendicitas.5.Phil.178.Summa miſeria ſummo dedecore coniuncta.3.Phil.140. Cum alio coniũcta atque connexa natura.de Nat.d.2.28. Philoſophia oratori coniuncta maxime.3.de Or.37.Coniuncta cum aliquo adoleſcentis ætatem ageret.4.fam.16.in ep.Seru.Sulpitii.ideſt,matrimonio iuncta. Mea ſalus coniuncta publicæ ſoluti.Octau.329.Vt quoniam ſolitaria non poſſet uirtus ad ea,quæ ſumma ſunt,perueniret, coniuncta & ſociata cum altera perueniret. de Amic.70.Dicendi uia egregia, ſumma feſtinitate & uenuſtate coniuncta.1.de Or.126.Vita ruſtica maxime diſtincta a cupiditate,& cũ officio coniuncta.pro Roſc.Am.23.In quo non ſit coniunctum conſilium cum tuo.ideſt,ſi in aliquo diſſentimus. Nihil neque coniunctum, neque ſentiens in infinitate eſſe poteſt.de Nat.d.1.21. Cum omnium noſtrum periculum eſſet coniunctum ſuo.ep.54. Hominem eſſe coniunctum cum hominibus humana quadam ſocietate.1.Acad.32.Non ſolum perpetua ſocietate atque amicitia, uerumetiam cognatione alicui coniunctum eſſe.6. Verr.63.Me paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti.Att.263. Non enim iam ſe ullo officio cum illo coniunctum putat, qui,&c.pro Syll.168. Propinquitate atque natura alicui coniũctum eſſe.de Amic.46.Declarat enim ſummam beneuolentiam coniunctam pari prudentia.5.fam.36. Quod exiſtimas meã cauſam eſſe coniunctam cum tua.12.fam.10.In quo certe tibi iam dicere non licebit, cum clariſſimis uiris cauſam tuam eſſe coniunctam. in Vatinium, Quæ eſt enim tanta facultas & dicendi copia,quæ iſtius uitam tot uitiis,flagitiiſque coniunctã aliqua ex parte defendere poſſit? in Verr. Cum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis, quibus ceteri ſeruiunt,imperabunt.Læl.69.Coniuncti ſingulari concordia. 11.fam.23.in ep.D.Brut. Multa conſuetudine inter nos cõiuncti ſumus.Att.13.Latrones ſcelerum fœdere inter ſe,ac nefaria ſocietate coniuncti.in Cat.104.,Quibus cum uſu coniuncti eſſe poſſint.Læl.28.Primum exta ſunt coniuncta mundo.de Diu.115.Hæc & natura,& utilitate,& tractatione coniuncta ſunt. de Or.139.Pręcepta naturæ coniuncta.Off.2. Coniuncta utque communia ſcelera alicui cum aliquo.pro Sext.23. Verba continuata & coniũcta.de Or.156. Coniunctos omnes ſuos ducere. 1. de Leg.46. Deos inter ſe quaſi ciuili conciliatione & ſocietate eſſe coniunctos.de Nat.41. Gallię duæ, quas hoc tempore uno imperio videmus eſſe coniunctas.de Prouinc.Conſul.2. Poſtea decernitur ac non uarie, ſed prope coniunctis ſententiis.6.Ver.128.Ex coniunctis quomodo argumentum deſumendum.2.de Or.90. Itaq. cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem, eſſe,quod & dicẽdi ardorem eram propior,& ætate coniunctior.de Cl. Or. 143.Talis autem ſimulatio uanitati eſt coniunctior, quam liberalitati.Off.10.Quis turpioribus uiris cõiunctior?pro Cęl.39.Quod enim par amicitię Conſolaris fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quam ſumus inter nos ego & Cn. Pompeius? pro D. ſua.22.Nihil poteſt eſſe coniunctius,quam nos inter nos ſumus 13.fam.99.Coniunctius uiuere.6. fam. 33. Vt noſmetipſi inter nos ſimus coniunctiores. Att. 229. Sed primum quod ita meritos iudicabam:d.inde quod ad omnes caſus coniũctiores Reip. eſſe uolebam.Plancus ad Cic 10.51. ideſt, magis amicos Reip. Homo mihi coniunctiſſimus officiis, uſu, conſuetudine. pro Syl.178.Vir coniunctiſſimus atque amantiſſimus. de Amic.86. Vir egregius, coniunctiſſimuſque mecum cõſiliorum omnium ſocietate.de Cl. 165. Coniunctiſſima neceſſitudo. 13.fam.76. Vrbs mihi coniunctiſſima. in Ant. 154. Coniunctiſſimi tecum neceſſitudine & beneuolentia.5. fam. 51.Equites ordini Senatorio dignitate proximos, concordia coniunctiſſimos eſſe cupiunt.pro Cl.152.Tu etiam cum iis, & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M.Curium & T.Coruncanium, memoriæ proditum eſt. de Amic.37.Hoc eſt,amiciſſimos fuiſſe inter ſe.

Coniunctio.

Coniunctio affinitatis.2. Att.3.41.Coniunctio alicuius.in Piſ.60.& 2.Phil.45.Hominũ inter homines coniunctio,& quaſi quædam ſocietas & communicatio utilitatum. 5. de Fin.60. Quæſtore coniunctio liberorum neceſſitudini proxima eſt. ep.307. Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. 1.Off.79.Coniunctio Senatus. de Prouinc.Conſ.31. ideſt, quæ cum Senatu intercedit. Idque ipſe pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quam ſuauis eſſet inter nos & quieta coniunctio.ep.214. Coniunctio tua cum collega, concordiaque ueſtra quæ literis cõmunibus declarata eſt. ad uniu. lib.12.15.2.Coniunctio, confuſioque uirtutum,tamen a philoſophis ratione quadam diſtinguitur. 5. de Fin. 61. Commune animantium omnium eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſa.Off.3.Amicitiæ coniunctioniſque neceſſitudo. de Amic.63.Societas coniunctionis humanæ.5. de Fin. 117.Rationẽ tantæ familiaritatis, & tantæ conſuetudinis, tantæ coniunctionis reddas neceſſe eſt.pro Cęl.44. Diſcrim me uel plurima uincula tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima.tantum abeſt ut ex quo aſtricti ſumus,laxari aliquid uelim. Att.89.Sin minus, me certe in omnibus rebus ſatis noſtræ coniunctioni amorique facturum.ep.53. Nos ad coniunctionẽ congregationemque hominum, & ad naturalem communitatẽ eſſe natos.de Fin. 3. 52. Hanc noſtram coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt. pro D. 218. Coniunctionem ueterem citius diremiſſem, quam nouam conciliaſſem. 3. fa.38. Si exemeris ex rerum natura beneuolentię coniunctionem.de Amic.22.ideſt,amicitiam.Quorum eſt nemo,qui nõ aliquam mecum habeat coniunctionem gratiæ.in Ant. 218. Quod mihi de filia & Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam,& ſpero nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. ep.8.Eius auctoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor eſt putanda. pro Dom. 237. Hac igitur mentis coniunctione cum externis mentibus, cerni quæ ſint futura continuatio coniunctioque naturæ. de Diu. 135. In coniunctione uerborum quæ ſeruanda.Partit.10.Pro ſumma noſtra coniunctione & familiaritate,&c.14.Phil.395. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco.in Ant.248.Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, ut id a te peterem, quod,&c.in Ant.262.Coniectores ex quadam conuenientia & cõiunctione naturæ, quam uocant *συμπάθειαν* quid cuiq. rei conueniat,ex ſomnis,& quid quamque rem ſequatur, intelligunt.2.de Diu.185. Iã municipia coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouentur.pro Planc. 263.In omnibus nouis coniunctionibus,intereſt qualis primus aditus ſit,& qua cõmendatione quaſi amicitię aperiantur.13.fam.22.

Coniunctio, *pro, ea quam partem orationis faciunt grammatici.*

Cum dẽptis coniũctionibus diſſolute plura dicũtur.Or.209.

Coniunctio, *enuntiationis genus.*

Coniunctio eſt, cum interpoſitione uerbi & ſuperiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores. 4. ad Her. 189. Quid igitur iudicabis,quæ coniunctio,quæ diſiunctio uera ſit, &c. Acad.q.ed.1.l.2.83.Pro,pronuntiato affirmato:in eo enim ſubiectum prædicato coniungitur. Ergo hæc quoque coniũctio eſt ex repugnantibus. de Fato.142. Ex connexo tranſferri ad cõiunctionum negationem,hoc modo, Si cui uenæ ſic mouentur, is habet febrem: ſed potius illo modo. Non ei uenę ſic mouentur,& is febrem non habet.de Fat.24. Coniunctionum negantia. Top.225.Si Chaldæi loquentur,ut negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita connexa ponant, &c. de Fato.23.

Coniuncte.

Coniuncte cum ceteris noſtra contexere.5.fam.28. Et ſi coniuncte ſit elatum, & adiuncta ſint alia, indicent rectene adiuncta ſint,& uerane ſumma ſit uniuſcuiuſque rationis. 2. de Or. 86.Si quando riſus coniuncte re, uerboque moueatur. de Or. 131.Coniuncte ſtudiis & officiis communibus uiuere. 6. fa.33.

Coniunctim.

Ac mihi uidetur coniunctim agendum de materia & partibus.de Inu.44.Neue quid coniunctim de ea re referretur a Conſulibus pro Cæl.117. Coniunctiſſime uerſati ſumus de Cl.Or. 180.Coniunctiſsime & amantiſſime uiuere cum aliquo Læl. 2.

Coniuro.

Hi cum quibus coniuraſti.de har. reſp. 252. Catilina contra Remp.coniurauit.pro Syl.51.Scito me tantum habere æris alieni,ut cupiam coniurare.ep.63.Seruos Milonis ſibi confeſſos eſſe de interficiendo Pompeio coniuraſſe.pro Mil.113.Coniuraſſe mallem,quam reſtitiſſe coniurationi.Att.2.17.2.

Coniuratus.

Exules coniurati.pro Planc. 280. Quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina ſciebam. pro Mur.49.pro Font.10.Teſtibus cupidis,iratis,coniuratis nõ credendum eſſe. pro Font. 278.

Coniurator.

Ego,quanta manus eſt coniuratorum, quam uidetis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe uideo.in Catil.92.

Coniuratio.

Hæc in Repub. coniuratio manifeſte deprehenſa eſt. in Catil.114. Iſta coniuratio perditorũ hominũ in Cat.128. id eſt, iſti coniurati. Coniurationis comeſſatores. 1.Att.44. Mirabile autem illud, quod eo ipſo tempore, quo fieret indicium coniurationis in Senatu, ſignum Iouis biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur. 1.de Diu.66. Coniurationis vindex. 5.fam.15. Coniurationem ciuilem ab hoſtilibus bellis ſeiungere. 5.fam.28. Coniurationem facere. pro Syl. 7. Vos omnes factam eſſe aperte coniurationem contra Remp. videritis. in Catil.59. Coniurationem habere. in Catil.78. Nam ſi omnia facienda ſunt quæ amici velint, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. Off.61.

Connecto.

Aeternum ex aſtris cupiens connectere nodum. de Nat. Amicitia cum voluptate connectitur. de Fin.63. Cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur. de Diu.131. Nam illud ex hoc genere profluit, non eſt in vno verbo tranſlato, ſed ex pluribus continuatis connectitur. de Or.158. Etenim ſi illud vere connectitur. Fat.11. Si verum eſt quod ita connectitur: Siquis Oriente canicula natus ſit, is in mari non morietur. de Diu.141. Iſta vero quæ tu connecti vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant. Att.152.

Connexus.

Inde fides leniter poſita, connexaque uidetur. 2.de Na.d.164. Connexum ſit principium conſequenti orationi, ita ut, &c. de Or.138. Connexa infinita. Fat.12. Nouem tibi orbibus connexa ſunt omnia. de Som.158. Sic inter ſe ſunt pleraque connexa, & apta. in Partit.76. Qui cum tam certos cæli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta uiderit, neget in his ullam eſſe rationem, &c. 2.de Nat.d.140. Perſequere connexos his funeribus dies. in Piſ.7.

Connexum.

Ipſa enim ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. Acad. q. edit.1. lib.2.87. Fat.11. Græci *συνημμένον* uocant in ſyllogiſmo hypothetico. eſtque pars ſyllogiſmi conditionalis. Si quod primum in connexo eſt, neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium. Fat.12.

Connitor.

Atque genu flexo taurus connititur ingens. in Arat. Cum autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo vtuntur, & ſenſibus, connituntur que vt ſeſe erigant. 5.de Fin.76. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, ſi diſcendi labor eſt potius, quam voluptas: tantum fac vt efficias, &c.3.Off.8. Cornibus conniti. 1.de Diu.80.

Conniueo.

Quibuſdam etiam in rebus conniueo. 1.Phil. 13. Virtus conniuet ſopita blandimentis. pro Cæl.31. Pro dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut conniuetis, aut præſentis fraudis pœnas in diẽ reſeruatis? pro Cæl.46. de haruſp. 48. Ob eamque cauſam in tot, tantiſque ſceleribus conniuebant, &c. de haruſp. reſp. 48. Multa nobis blandimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita virtus cõniueret. pro Cæl.32. In quo, etiam ſi quid erraſſet, omnes boni conniuendum eſſe arbitraren tur. pro Flacco.20.& 1.Phil.53. id eſt, diſſimulaſent.

Conniuens.

Quid melius, quam in mediis uitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno? 1. Tuſc. 191. Conniuentes oculi abani tui. de haruſ.255. Quibus ſi non adiuuantibus, at conniuentibus certe ſperaſſet ſe poſſe Remp. eludere. pro Mil. 24. Id eſt, patientiam adhibentibus. Apertis oculis & ſomno conniuentibus. de Nat.d.108.

Connixus.

Ratio connixa per ſe, & progreſſa longius ſit perfecta uirtus. Tuſc.185.

Connubium.

Mulier nupta cum eo cui connubii ius non eſt. Top.9. Sequũtur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. 1.Off.80.

Connus.

Connus tibicen Socratem fidibus docuit. 9.f.53.

Conor.

Sed priuſquam illa conor attingere, proponam. de Or. 145. Poetas omnino quaſi aliena quadam lingua locutos nõ conor attingere. 2.de Or.33. Non modo facere non poſſum, uerum ne conor quidem. pro Sex. Roſc.37. Cur eorum ſpem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis & iudicii ſeueritate poſitam, ut ex torquere conaris? 1. Verr.12. Magnum opus omnino & arduum Brute conamur, ſed nihil difficile amanti puto. Or.199. Ea eſt enim conatus, quibus patefactis, &c. epiſt.10. Mater in illius caput quæſtionem habere conata eſt. pro Clu. 56. Id fortaſſe non perfecimus, conati quidem ſumus. Or. 117. Ante bellum renouare conati ſunt, &c. ep.52. Si impetum in me facere conabitur, reſiſtam, & eius conatus refutabo. de har. 245. Qui nunc, &c. ſi qua conabuntur agere, ſatis promiſsũ eſt, &c. ep.4. Hæc ſi T. Actius cogitaſſet profecto ne conatus quidem eſſet dicere, id quod multis uerbis egit, iudicem non deuinctum legibus eſſe oportere. pro Clu.52. Et afferam rationes, quibus te a moleſtiis coner abducere. ep.57. Hæc ſi uerbis explicare conemur, fruſtra laboremus. de vniuerſo. Quibus hoc præcipiendum uidetur, ut deſperent ſe id, quod conentur, conſequi poſſe. in Cat.100. Dixi mihi uideri me durisſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur. pro Quint. 14. Quod & occultius conari & cautius efficere potuit. pro Deiot.147. Video profecto Demoſthenem multa perficere, nos multa conari: illum poſſe, nõ velle. Or.56. Multa efficere, plura conari. pro Sex. Roſ.41. Magnum opus & arduũ conari. in Or.18. Si exploratum tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, nõ eſt cunctandũ: ſin dubiũ, non eſt conandum. ep.7.

Conans.

Qui conſulem inſipientem furere, atque conantem ſua ſe manu interfecturum dixerit. pro Cæl.50.

Conatus.

Conatus & apparatus alicuius grauis. Planco, lib.10.25. Alicuius res, ſi non perfectio, at conatus tamen & adumbratio. Or. 206. Non hominum ille impetus & conatus fuit, ſed belluarum. pro Syll.56. Apuleius princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. in Ant.129. Cuius ego non modo factum, ſed [illegible] vlium conatumue contra patriam deprehendero. 2. in Cat. 46. Dedit autem eadem natura beluis & ſenſum & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera a ſalutaribus. 2.de Nat.d.91. Conatum ſuum in alicuius perniciem parare & meditari. 5.fam. 5. Populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatumque iracundiæ ſuæ morte ſedauit. de Cl. Or.20. de Coriolano. Magno conatu ſtudioq. agere aliquid. pro Qu.27. Catilina de ſpe conatuque depulſus. in Cat.107. Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. Or.200. Conatus tãtum audiuntur, ſed geſta res expectatur. 12.fa.16 Compreſſi tuos nefarios conatus præſidio auxiliorum. in Cat.99. Omnes P. Clodii conatus furoreſq. cõpreſſit. Off. 2. 86. Omnes alicuius motus, conatuſque prohibere. 3.in Cat.45. Qui T. Gracchi conatus perditos uindicarunt. Off.1.153.

Conquaſſo.

Apuliaq. maximis terrę motibus conquaſſata eſſet. Di.1. 83. Conquaſſatæ nationes. pro Sext. 47. Omnes prouinciæ conquaſſatæ ſunt. 4.fam.18. in ep. Sulp.

Conquaſſatio.

Itaq. illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur. 4. Tuſ.12.

Conqueror.

Non illi bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non vim, non contumelias, quibus oppreſſi opprsſiq. erant, conquerebantur, ſed, &c. 6. Ver.99. Satis habeas nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. Metello, lib.5.2. 14. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent. 5. Verr.37. Conqueri de ſcelere & iniuriis alicuius. pro Sex. Roſ.22. Cõqueri fortunam aduerſam, non lamentari decet. Tuſ.2.44. ex Pacuuio. Grauiter conqueri. pro Sex. Roſ.20. Nihilq. ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro reo diſputãdum. pro Sex.2. Conſtituunt hac ſententia Cornelium, & ſcio eum cõqueſtum eſſe cum Sulp. ep 150.

Conqueſtio.

Conqueſtio, eſt oratio quæ incommodorum amplificatione animum auditoris ad miſericordiam perducit. 3.ad Her.116. Cõqueſtio eſt oratio, auditorum miſericordiam captans. 1.de Inu. 117. Vbi nullum auxilium, nulla conqueſtio. ad. Q fr. 1.2.83.

Conquieſco.

Ego autem quotidie magis, quod mihi de forenſi labore temporis datur, in his ſtudiis conquieſco. Att.1.72. Cõquieſcit mercatorum nauigatio. pro L. Man. 10. Vno in loco conquieſcimus, quo fratrem quotidie expectamus. Att.1.3.6. Quod nos quoque imitamur ut poſſumus, & in noſtris ſtudiis libẽtiſſime cõquieſcimus.

mus. ep. 129. Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt. pro Rab.Poſt.26. Tanta eſt.n.magnitudo tuorũ erga me merito rum,ut quoniam tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti. ad Lentul.lib.1.1.2. ideſt, propter me ſolicitus eſſe non deſiſti, do nec confectum fuerit negotium meũ. A pueritia uſque ad hãc ætatẽ continuis bellis & victoriis conquieuit. pro Corn.Balbo. 2. Numquam conquieſcet fluctus bonorum.pro Dom. 233. Cõ quieſcent literæ, niſi quid noui extiterit. Att.lib.12. 253.2. Habebam quo confugerem, ubi conquieſcerem, cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas doloreſque deponerem. 4.f.22. Aetas noſtra iam ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia tua cõ quieſcat. Curioni, lib.2.e. 7. Principio cui poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua beneuolentia conquieſcat? de Amicitia. 20. Vectigal quod intermiſſis aliis non conquieſcat. contra Rull.64. Ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem conquieſcant. de Or.206. Hic homo ſuppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuitio defeſſæ conquieſcant. pro Arch.287. Conquieſcere ea laboribus & moleſtiis. 1.ad Att.11. Videmus igitur vt conquieſcere ne infantes quidem poſſint. 5. de Finib. 99. Notatur autem maxime ſimilitudo in conquieſcendo. de Or.160. Si denique Italia a delectu, vrbs armis ſine Milonis clade numquam eſſet conquietura. pro Milone. 51.

Conquiro.

Non enim hoc conquirimus, ſed, &c. de Orat. 102. Græci ſcriptores ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiuerũt, quæ nihil attinebant, ut ars cognitu difficilior putaretur. ad Her.1. Sed quid ego uetera conquiram? de Or. 145. Cum undique nequiſſimos homines conquiſiſſet. 5. Verrinarum.17.3. Off.160. An ut conquirat undique ſuauitates. Off.3.160. Ad uoluptatẽ aliquid conquirere. 2. de Finib. 177. Conquirere aliquid ſumma cura ſtudioque. Academ.q.edit.1.l.2. 7. Conquirere cauſas naturæ. de Vniuerſ. 63. Conquirere hiſtoriam regionum. 2. de Finib. 88. Studioſe omnia conquirere. 4. Acad. 154. Conquirere & comparare uoluptates. 1. de Finib. 67. Et incredibiles anguſtiæ pecuniæ publicæ, quæ conquiritur vndique, vt optime meritis militibus promiſſa ſoluantur. ad Cornificium, lib.12.29. 9. Ego tamen terra marique, ut conquireretur, præmandaui, & profecto illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit. epiſt.65. Conquiri Diodorum iubet. in Ver. 218.

Conquiſitus.

Conquiſiti atque electi coloni. pro L. Agr. 94. Conquiſitis rationibus diſputare. 1. de Fin. 49. Fictis conquiſitiſque vitiis deformatum eſſe. de hac. 53. Incendebantur odores, incenſi conquiſitiſſimis cibis extruebantur. Toſc.240.

Conquiſitor.

Si Italiæ delectus, ut nonnulli conquiſitores tui dictitãt, &c. contra Milonis impetum armatus eſt. pro Mil.50. Nec enim cõquiſitores φαινοπροσωποῦν audent, &c. 7. ad Attic.60. ideſt, delectui habendo præfecti.

Conquiſitio.

Iam uero exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit. de Prouinc. Conſ. 3. Difficillimum autem eſt in omni conquiſitione rationis exordium. de Vniuerſ. 8.

Conquiſite.

Conquiſite ſcribere aliquid. ad Her. 16.

Conſaluto.

Qui cum inter ſe, vt ipſorum vſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent, Quid vos tandem Craſſus? 2. de Or. 8.

Conſalutatio.

Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica. Att.lib. 2.33.2.

Conſaneſco.

Nunc hoc tam graui vulnere etiam illa quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. ep.51.

Conſanguineus.

Sed *Cæcilius* noſtri conſanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat. Att.l.2.60. Parentes, liberi, coniuges conſanguine. 1. de Inuent. 215. Conſanguinei arietes. 1. de Diuin. 79. ex antiquo poeta.

Conſaucio.

In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus conſauciari uidetur. 4. ad Heren. 173.

Conſceleratus.

Pirata conſceleratus. 3. Verr.64. Cõſcelerata exectio linguæ. pro Cluent.151. Conſcelerata mens. in Catil.39. Nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dare. Octau.48. De eo cuius præſentis nefarium & conſceleratum vultum intuebantur. pro Cl. 21. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctelque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetant. pro Roſc. Amer.40.

Conſcendo.

Nauim ſpero nos valde bonam habere: in eam ſimul atq. conſcendi, hæc ſcripſi. ad Terentiam, lib.14. 7.3. Cõſcende nobiſcũ, & quidem ad puppim. 12. fam.55. Vt ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naues. Lentulus ad Ciceronem. l. 12. 14. 2. Tu, ſi ita expedit, uelim bona & certa tempeſtate conſcendas, ad meque uenias. Quint. frat. lib.2.6.5. Att. l. 14. 314.1. & lib.9. 171.2. Pro, conſcendas nauem, nauiges. Conſcendere aliunde. 1. Philipp. 5. Idibus Martiis Pompeium a Brunduſio conſcendiſſe. Att. lib.9. 187.4.

Conſcendens.

Tamen vt vidit intereſſe tua, conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit. Appio, l.3. 10.9. Acad.q.ed.t.lib.1.91. & Diuin. lib. 1. 52. & lib. 3.63.

Conſcenſio.

Conſcenſio in naues. 1. de Diuin. 119.

Conſcientia, *Vide Conſcius.*

Conſcindo.

Epiſtolam innocentem conſcindere. Trebatio. l.7.18.9. Conſcindere ſibilis. Att. l.2.46. ideſt, exibilare & explodere. Is enim me ab optimatibus ait conſcindi. Att. l.8.169.2. Pugnis & calcibus conſciſſus aliquis. 5. Ver. 46. Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare, ſalua eſt domi. ep. 107.

Conſciſco.

Neque incolumis Cæſare uiuo fui, niſi poſtquam illud conſciui facinus. Brutus ad Ciceronem, lib. 16. 11. Itaque mortem ſibi vterque conſciuit. de Amicitia.40. 5. Verr. 109. Themiſtocles ueneno ſibi mortem conſciuit. de Clar. 168. Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. 1. de Nat.d. 6. Aratores ſibi mortem ipſi conſciuerunt. in Verr.176. Is ſibi mortem ipſe conſciſcet. pro Clu. 54. Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa non uiſa eſt: cur optarem, multæ. fam.10. Conſciſcere ſibi mortem. Tuſ.q.lib.1.68. & Læl.40. Aut capiendus tamquam exilio locus, aut conſciſcẽda mors uoluntaria. 7. fam. 10.

Conſcius.

Itaque P. Apuleius Trib. plebis, meorum omnium conſiliorum periculorũque iam inde a Conſulatu meo teſtis, conſcius, & adiutor. 14. Philip.395. Mihi & in publica re ſocius, & in priuatis omnibus conſcius, & omnium meorum ſermonum & conſiliorum particeps. Att. lib. 1.13.2. Mihi conſcius ſum, numquã me nimis cupidum fuiſſe uitæ. 2. Toſ. 7. Vides meum officiũ agi quoddam, cui tu es conſcius. de Orat. 192. Conſcius autem mihi eram, nihil a me commiſſum eſſe. Marius ad Ciceronem. lib. 11. 28. 2. Cõſcius mihi ſum, me dignitate Reip. cõſuluiſſe. 6. f. 55. Conſcius rei alicui. 12. Att. 2. Maxime conſcius omnium meorum in te ſtudiorum & off. 5. fam. 12. Mens alicui facinori conſcia. pro Cœl.40. facinori alicui conſcium eſſe. pro Clu.43. Conſcium eſſe his rebus. 2. Att.63. Temeritati & mendacio alicuius conſcium eſſe. 6. Verr. 110. Habere aliquem conſcium maximi ſceleris. pro Deiot. 574. Facile ut excogitet, quo occulte ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. de Fin. 72. Sibi autem nullius eſſent conſcij culpæ. 3. Off. 96. pro Clu. 46. Multarum rerum conſcij ſerui. pro Cœl. 55. Ei eius rei multos dixerit teſtes & conſcios eſſe. ad Her.22. Satiſne uobis multos, ſatis idoneos teſtes & conſcios uidetur ipſa fortuna eſſe uoluiſſe earum rerum, quæ M. Fonteio Prætore gererentur in Gallia? pro Font.5.

Conſcientia.

Conſcientia conſiliorum meorum me conſolatur. 4. fam.6. optimorum conſiliorum ſe ſuſtentat. 6. fam.3. magnorum delictorum. pro Mil.113. ſceleris, auaritiæque ſuæ. 5. Verr. 111. maximi & clariſſimi facti. 14. Att. 15. Mea mihi c. pluris eſt, quam hominum ſermo. 12. ad Atticum. 56. Conſcientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorũ recordatio iucũdiſſima eſt. Cat. 8. rectæ uoluntatis, maxima rerum incommodarum conſolatio. 6. fam. 12. Qui non modo a facto, ſed etiã a conſcientiæ ſuſpicione abeſt. pro Cœl. 17. Itaque pœnas luunt non tam iudiciis, quã quod eos agitant inſectanturque furiæ non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu. de Leg. 163 & 164. Illi ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. in Verr. 273. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera? 3. Off. 113. Pondus conſcientiæ graue eſt.

ſet

ſet ſine ulla uirtutis & uitiorum diuina ratione. 3. de N.d. 85. Accuſator dicet aduerſaria, cum ad eum uentum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe, &c. quæ ſigna conſcientiæ ſunt. 2. ad Her. 39. Magna uis eſt conſcientiæ, Iudices, & magna in utramque partem, &c. pro Mil. 45. 4. in Catil. 71. Conſcientiæ fide non commoueri. pro Roſc. Com. 27. Conſcientiam ab diis immortalibus accepimus. pro Clu. 158. Animi conſcientiam non curat callide improbus. 2. de Fin. 88. Vociferarer, &, quantum maxime poſſem, contenderem, &c. ueſtram etiã conſcientiam implorarem, &c. pro Flac. 29. 30. id eſt, obteſtarer, ut ſententia ueſtra, & ex eo quod exiſtimatis, de re ipſa iudicaretis. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi cõtra conſcientiã ſepti eſſe & muniti uidentur, deos tamen horrent, eaſque ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putãt. de Fin. 59. A recta conſcientia ne transuerſum quidem unguem diſcedendum. 13. Att. 22. Debilitatus atque abiectus conſcientia, repente conticuit. 3. in Catil. 55. Hac conſcientia comite proficiſcar. 10. Att. 9. Qui in hoc communi malo conſoletur ſe cum conſciẽtia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renouatione doctrinæ. de Clar. Orat. 135. Cum ille homo audaciſſimus, conſcientia conuictus, primo reticuiſſet. 2. in Catil. 34. Ex conſcientia peccatorum timor exoritur. in Parad. 51. Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officii mei, beneuolentiaq., quã a me certo iudicio ſuſcepiã, quoad uoles, conſeruabo. ad Appium, l. 3. 21. In ipſa conſcientia recte factorum ſatis magnus laborũ fructus eſt. in Ant. 182. Horum alter ſic fuit infirmatus conſciẽtia ſcelerum & fraudum ſuarum, ut non ſit auſus, &c. in Piſ. 88. Impedita & oppreſſa mens conſcientia. in Piſ. 88. Nullum theatrũ uirtuti conſcientia maius eſt. Tuſ. 2. 55. Conſcientia præclara ſuſtentor, cum cogito me, &c. 10. Att. 9. Aliquem conſcientia peccati profugiſſe. pro Do. 241. Epicurus interdum ita magnis uerſatur anguſtiis, ut, hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod non uoluptatis cauſa uideatur eſſe facturus. de Fin. 70. Conſcientia ſublata, iacent omnia. 3. de Nat. d. 63. Conſcientia animi me de ſe ſuſpicari. 13. Att. 63. Patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horum conſcientia teneri coniurationem tuam non uides? in Catil. 1. Suum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. pro Roſc. Am. 40. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. Parad. 21. An etiam conſilia, conſcientiaſque eiuſmodi facinorum ſupplicio dignas iudicarent? pro Cluent. 43.

Conſcribo.

Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam ad Cæſarem. Att. 13. 297. 1. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. Att. 12. 548. 17. Legem quam conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Att. 4. 70. 9. Literas ad te parum fraterne conſcripſeram. ad Q. fr. l. 1. 2. 20. Milites, quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, e Syria fugientes, in Pamphiliam uenerunt. ep. 893. Veteranos celeriter conſcribere. Trebonio, l. 10. 28. 8. pro, Cogere. De aliquibus uiris conſcribere, audire, legere. de Sen. 75. De ratione dicendi ad Her. 2. Edictum cum pœna atque iudicio. Off. 3. 105. Librum de Cl. Or. 68. 4. Tuſc. 101. Fictam quæſtionem pro Cl. 147. Mortuorum teſtamenta de har. reſp. 39. Inſtitui topica Ariſtotelica ab ipſa urbe commonitus amantiſſima tui. ep. 104. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Laterenſis, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diuiſiſſe. pro Planc. 36. Volueram quod ei planum facere poſſum, Erucium conſcripſiſſe. pro Sex. Roſc. 35. Cum uicatim homines conſcriberentur, decuriarentur, ad uim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. pro Seſtio. 27. Cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi centuriarique uidiſſem. pro Dom. 43.

Conſcriptus.

Liber quem de Conſulatu ſuo conſcriptum miſit ad Furium poetam. de Cla. 176. Tu periculum capitis, tu in iudicium ſceleris, tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? pro Clu. 147.

Conſcripti.

Demus operam Quirites, ne omnino Partes Conſcripti circonſcripti putentur. ad Her. 31. Quare P. C. conſulite uobis. in Catil. 118.

Conſcriptio.

Eiuſdem amentiæ falſæ conſcriptiones quæſtionum, ex eodẽ furore etiam illa conſcelerata exectio linguæ. pro Clu. 151.

Conſectio.

Arborum autem conſectione, &c. partim ad calefaciendũ corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum utimur: partim, &c. 2. de Nat. d. 114. Niſi cõſectionis materiæ fabricam haberemus. 1. de Diu. 189.

Conſecro.

C. Atinius bona Q. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine. pro Dom. 94. Nullam beluam conſecrauerunt Aegyptii, niſi ob aliquam utilitatem. de Nat. d. 1. 71. Paulo poſt dicit, Propter beneficium conſecrarunt beluas barbari. Liber, quem maiores noſtri conſecrauerunt. de Nat. 38. Ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam conſecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis ſcriptorum & Græcorum & Latinorum. Att. 12. de Tullia loquens. Mater Phalaridis uiſa eſt in ſomnis uidere ſimulachra deorum, quæ ipſa Phalaris domi conſecrauiſſet. de Nat. 90. Pro patria mori, ei nos totos dedere, & in ea noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. 1. de Leg. 9. Aedes, terram, aram conſecrare. de har. reſp. 97. Auguſte, ſancteque aliquem. 2. de Nat. d. 89. Ex hominum genere aliquos. 2. de Leg. 44. Nomine alicuius dei aut deæ aliquid conſecrare. 2. de Nat. d. 95. Ad immortalitatem & religionem & memoriam carmina. pro Mil. 61. delubra alicui deo, aut deæ. 3. de Nat. d. 127. & publice dedicata aliquem deum. 2. de Nat. 113. Domum Ciceroni pro D. ſua. 96. Dare, donare, dicare, conſecrare Ioui Opt. Max. 6. Verr. 59. Memoria & literis magnitudinem ingenii alicuius conſecrare. 5. Tuſ. 16. Iam uero ille, qui cum Aetolis Ennio bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. pro Ar. 20. Cum ampliſſimis monimentis conſecrare uoluiſſes memoriam nominis tui. ad Q. fr. 1. 33. Virorum fortium memoriam honorem deorum immortalium conſecrare. 3. de Nat. d. 67. conſecrare noſtra omnia in patria debemus. 1. de Leg. 4. Athenienſes fanum impudentiæ fecerunt, ſed uirtutes, non uitia cõſecrare decet. 2. de Leg. 29. Vocabula cõſecrare. 2. de Nat. d. 88. Quid nunc apud pontifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe, in ædibus meis te ſignum dedicaſſe? pro Do. 223. Aer Iunonis nomine conſecratur. de Nat. 39. Cum caput eius, qui contra legem fecit, conſecratur. pro Corn. 25. Tuus eſt enim honor in illo templo Senatus, Populique Rom. beneficio, tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur. 6. Verr. 61. Complectatur mente mens, pietas, uirtus, fides, ut illi qui habitant, deos ipſos in animis ſuis collocatos putẽt. 2. de Leg. 29. Qui tyrannos necauerunt, prope ad immortalitatem, & religionem, & memoriam conſecrantur. pro Mil. 117. cõſecrabantur ædes, non priuatorum domicilia, ſed quæ ſacræ nominantur conſecrabantur agri, &c. de har. reſponſ. Ex eo Atio loquenti ara in noua uia conſecrata eſt. de Diu. 2. 54. Hanc cupidinem, quod conſecratus erat, non attigit. in Verr. 200. Ne conſecrentur agri, Platoni aſſentior. 2. de Leg. 43. Apud omnes Græcos hic mos eſt, ut honorem nominibus habitum in monumentis huiuſmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur. in Verr. 141. An putatis, ſi is poteſtatem tenuerit, & aliquid dixerit, domum uniuſcuiuſque conſecrari poſſe? pro Dom. 137.

Conſecratus

Ariſteus cum Libero patre eodem in templo conſecratus. in Verr. 200. Campus conſularibus auſpiciis cõſecratus. 4. in Cat. 73. Locus conſecratus atque profanus. Partit. 233. *Ars curandi* tuendique corporis, atque eius utilitas, deorum *immortalium* inuentioni conſecrata. 3. Tuſc. 1. id eſt, adſcripta. Conſecrata Fides (id eſt, templum Fidei) ab Atilio Calatino. de Nat. d. 2. 44. Opinio in aliquo conſecrata. pro Sext. 186. Illa ſolennis comitiorum precatio, Conſularibus auſpiciis conſecrata. pro Mur. 154. Ratio diſputandi Socratis, Platonis memoria & literis cõſecrata. Tuſc. 5. 8. Sicilia Cereri conſecrata eſt. in Verr. 225. Clodium eſſe conſecratum Miloni. de har. reſp. 6. id eſt, deuotum eſſe. Mutia honorem bominta deorum religione cõſecratum uiolare noluit. 4. Verr. 36. & 114. Sed iucunda nobis ratio eſt quemadmodum, &c. illud quaſi conſecratum remanere poſſit. Att. 12. 12. Qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt. Tuſc. 176. Martiales quidam Latini appellantur miniſtri publici Martis, ejque deo ueteribus inſtitutis conſecrati. pro Clu. 16. Inſtituto maiorum mens, fides, uirtus, concordia conſecratæ. 2. de Nat. d. 113. Tempeſtates ritibus Populi Romani conſecratæ. 3. de Nat. d. 70. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. 2. Verr. 9. Quarum rerum utilitate uideo, uideo etiam conſecrata ſimulacra. 3. de Nat. in deo. 83. Vetera iam iſta, & religione omnium conſecrata. 1. Tuſcul. 27. Cupidinis & Veneris uocabula cõſecrata. de Nat. 38. Virtutes tuas conſecratas,

conſecratas, & in deorum numero collocatas vides. Q.fr. 1.1. 46. Belluas a barbaris propter beneficium conſecratas. de Diu. 27. Conſecratos ex hominum genere, ueluti Herculem coli lex iubet, ut indicet omniū quidem animos immortales eſſe, ſed fortium, bonorumque diuinos. 2. de L. 28.

Conſecratio.

Si iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? de haruſ. reſ. 95. Quæ tua fuit conſecratio? pro D. ſua. 82. An conſecratio nullum habet ius, dedicatio eſt religioſa? pro D. ſua. 95. In conſecratione ſtatuebantur aræ, quæ religionem afferrent. pro D. 239. Cōſecrationes fiebāt aut a Pōtificibus, aut a Trib. pleb. pro D. 95. 96.

Conſectarius, Conſectatio, Conſectatrix, Conſector, Conſecutio. *Vide Conſequor*.

Conſeneſco.

Soror in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio mœrore & lachrimis cōſeneſcebat. pro Clu. 10. Cōſenuerūt uires atque defecerunt. de Sen. 26. Quamuis conſenuerint uires atque defecerint. Cat. 26. Nullo aduerſario conſeneſcere. Att. 2. 38. 2. Cum cognomine. Att. 2. 18. 2. Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas. pro Clu. 18. Hoc tam graui uulnere, etiam illa quæ conſenuiſſe uidebantur, recrudeſcunt. 4. fam. 22.

Conſentio.

Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu. 4. Academic. 46. Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. 3. de Fin. 15. Tu nos, qui de communi ſalute conſenſimus, tirannos uocas. in Verr. 33. Cæteri uero ad communem ſalutem conſentiunt. in Cat. 122. Quoniam cum conſiliis tuis mea & facta & cōſilia cōſentiunt. Att. Et delectat hoc ipſo, quod inter ſe oēs partes cum quodā lepore conſentiunt. 1. Off. 139. Mentes atq. ſententiæ aliquorum cum uoluntate alicuius conſentiunt. pro Mur. 1. Omnes enim iam ciues de Reip. ſalute una & mente & uoce conſentiunt. 1. Phil. 16. & 4. 156. Quanta in Attilio Calatino? in quem illud elogium unicum plurimæ conſentiūt gentes, Populi primarium fuiſſe uirum. de Sen. 57. Omnes honeſtates ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines una conſētiunt. pro Sext. 94. Omnes mortales una mente conſentiunt, omnia arma contra hunc eſſe capienda. in Ant. 192. Vna eſt enim amicitia in rebus humanis de cuius utilitate omnes uno ore conſentiunt. de Am. 71. 2. de Fin. 284. Eis quæ de Fabio Caninioque acta ſcribis, ualde conſentiunt. Att. 7. 123. 5. Perſonis, temporibus, locis, quæ narrantur, conſentiūt. in Partit. 19. Atque his principiis reliqua conſentiebant. in Ant. 153. Quin. Curtius conſenſit cum Hiſpanis quibuſdam, ſi Pompeius in oppidum neſcio quod rei frumētariæ cauſa ueniſſet, eum comprehēdere, ad Cæſarem deducere. 6. fam. 50. idest, coniurauit. Conſenti in hac cura, ubi ſum. 16. Att. 41. Tota dilucide & plane exornata oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat, &c. de Vniu. 10. Hic ſibi ipſi conſentiat, & interdum naturæ bonitate uincatur, neque amicitiam colere poſſit. 1. Off. 9. Principiis cōſentiant exitus. Brut. 21. 5. 6. Si conſenſerint poſſeſſores non uendere, quid futurum eſt? 1. de L. Agr. 9. Conſentire magna conſpiratione amoris. 1. de Fin. 100. cum aliquo. 2. in Ver. 12. Quæ autem recitatæ ſunt literæ in Senatu, nequaquam conſentire cum Furnii oratione uiſæ ſunt. ad Planc. lib. 10. 6. 1. Conſentire imperio. 4. ad Her. 154. Superioribus iudiciis. pro Clu. 46. Conſentire naturæ Stoici interpretātur, uiuere cum intelligentia earum rerum, quæ natura eueniunt, eligentem ea quæ ſunt ſecundum naturam, reiicientemque contraria. de Fin. 2. 31. Re cōſentire, uerbis diſcrepare. de Nat. d. 1. 13. Omnes deos ad Remp. conſeruandam arbitror conſenſiſſe. in Ant. 193. Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur? &c. de Fin. 89. Cum homines nefarii conſiterentur, ſe urbem inflammare conſenſiſſe. in Ant. 163. Seruos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit, eos ſine conſilii ſententia, ſua ſponte omni ſupplicio liberauit. 7. Verr. 15. Ita feruntur, moderāturque curſus, ut ad omnia conſeruanda & tuenda conſenſiſſe uideantur. de Nat. d.

Conſentiens.

Ciuitas in retinenda libertate conſentiens. Att. 282. Ad incolumitatem mundi conſentiens coagmentatio naturæ. 2. de Nat. d. 78. Conſentiens, conſpirans, continuata tanta rerum cognatio. 2. de Nat. d. 14. Poſt Epicurus, cuius eſt diſciplina notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipſa uoluptate conſentiēs. 4. Academicarum. 236. Iure igitur grauis cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens. de Sen. 57. Motus cum uerbis ſententiiſque conſentiens. de Cl. Or. 73. Conſentiens, uirtutibuſque reſpondens, uita. 5. de Fin. 118. Conſilium uitæ conſentiens & pene conſpirans. 5. Tuſc. 103. Coniunctum aliquid & conſentiens habēt ſtellæ. 2. de Diu. 133. Hominum conſentiente auctoritate contenti ſimus. 1. de Diu. 142. Expedito ad mutandū locum parno exercitu, ſed (ut ſpero) ad beneuolentiam erga nos conſentiēte. Att. 5. 34. Epicurus quantos quanta amoris conſpiratione cōſentientes tenuit amicorum greges. de Fin. 62. Animorum conſentientium multitudo completum eſſe mūdum. 2. de Diu. 178. Tā cōſentiētibus mihi ſenſibus, nemo eſt in terris. Att. 4. 85. 15.

Conſenſus.

Conſenſus ad aliquid agendum. 3. Phil. 128. Magnus inter aliquos conſenſus. 4. Phil. 160. Mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarum conſenſuſque. 3. de Or. 13. Conſenſus & incredibilis conſpiratio omnium gentium. 10. fam. 21. Conſenſus omnium, naturæ uox eſt. Tuſc. 1. 28. Vnus conſenſus omnium. pro D. 228. Conſenſus omnium nationum. Tuſc. 1. 29. Diuulſus ordinum. de haruſp. reſp. 56. Omnium ordinum, gratiarū actio, gratulatioque. Bruto. 3. 3. populi liberi. Parad. 34. Conſpiratio conſenſuſque uirtutum. 5. de Fin. 118. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuque naturæ. 3. de Nat. d. 37. Maxima uis eſt in conſenſu bonorum. ep. 12. Vno conſenſu iuncta & continens natura. 2. de Diu. 48. Qua ex coniunctione naturæ, & quaſi concentu atque conſenſu. 2. de Diu. 50.

Conſenſio.

Conſenſio firma. 1. de Nat. d. 63. Tamenne plus Gallorum cōſenſio ualebit, quam ſumma auctoritas omnium. pro Fōteio. 5. Omni in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putāda eſt. Tuſc. 1. 25. Conſenſio improborum non modo excuſatione amicitiæ tegenda nō eſt, ſed potius omni ſupplicio uindicāda. Læl. 60. Conſenſio Magiſtratus de aliquibus. poſt redit. 34. Populi uero Romani, totiuſque Italiæ mira conſenſio. ad Caſſium. l. 12. 5. 8. Conſenſio ſceleris & inſidiarum. pro Marc. 13. Voluntatū, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. de Am. 4. Societatis & ſceleratę conſenſionis aliquorum fides quo eruperit uides. Att. 10. 7. Vniuerſorum nec uoluntatis nec ſermonis conſenſionem maiorem unquam fuiſſe. Att. 2. 38. 2. In conſenſione uoluntatum, ſtudiorum, ſententiarum omnis uis eſt amicitię. Lęl. 14. Res omnium conſenſione laudata. ad Brut. 91. Tanta conſenſione Italiæ. de Reditu ſuo. Omnia hæc quæ ſupra & ſubter, unum eſſe & una ui, atque una conſenſione naturæ coſtricta eſſe ueteres dixerunt. 3. de Or. 12. Quid igitur? nulline motus in Sicilia ſeruorum uerre Prætore? nullæne conſenſiones factę eſſe dicuntur? 7. Ver. 7.

Conſentaneus.

Hęc formula Stoicorum rationi diſciplinęque maxime conſentanea. Off. 56. Conſentanea mors uitæ ſanctiſſime actę. 9. Phil. 267. Conſentaneum cuique & conſequens quid ſit, perſpicere. 2. Off. 14. Cum re aliqua conſentaneum, Appio, lib. 3. 6. 6. Excellentię hominis conſentaneum in eo, in quo natura eius a reliquis animantibus differt, id decorum eſt. 1. Off. 135. Cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in iis ſenſum ineſſe & intelligentiam. de Nat. d. 2. 30. Nō eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe a labore præſtiterit, uinci a uoluptate. 1. Off. 97. Stoicis conſentaneū ut eſt oracula comprobare. de Fat. 147. Quid cuique rei cōſentaneum eſſet, quid repugnaret. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 23. Quod quidem erat conſentaneum cum iis literis, quas Romæ acceperam ep. 34. Non ad ſpectandum eſt, quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit, ei dicere. Off. 76. Aptum eſſe conſentaneumque tempori & perſonæ. in Or. 40. Ei, qui affirmaret nihil poſſe percipi, conſentaneum eſſe, &c. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 28. Naturæ conſentaneum. 1. off. 136. Conſentaneum his temporibus literarum genus relinquebatur. ad Nigidium, lib. 4. 13. 1. Hę diſciplinæ igitur ſi ſibi conſentaneæ velint eſſe, de officio nihil queant dicere. 1. off. 10. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti ſunt conſentaneæ, refertur. 5. de Fin. 108. Argumenta conſentanea & diſſentanea. in Partit. 5. Sed cum certe ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea, ut de eorum quidem eſt veritate dubitandum. 3. de Fin. 200. obſcura ſomnia minime conſentanea ſunt maieſtati deorum. 2. de Diu. 200. Actiones conſentaneas motibus voluntariis, conatibus, & appetitionibus mundi adhibet natura. 2. de Nat. d. 83. optimæ Reip. leges dare conſentaneas. 2. de [illegible]. Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur. 2. de or. 92.

Conſepio.

Ceteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanũ fuiſſe,& ei quendam conſeptum agrum, & diligenter conſitum oſtẽdiſſe.de Sen.54.

Conſequor.

Natura conſequitur,ut communem utilitatem noſtræ anteponamus.3.de Fin.98. Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum,qui conſequitur,redundarint. pro Mur. 77. Si quod primũ in connexo eſt,neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium.de Fat. 143. Cauſam plerumque conſequitur res.1.de Diu.205.Rem res conſequitur.de Fat.14.Hunc ut comites conſequuntur, alter Veneris, alter Mercurii curſus. de Somn.128. Conſequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem ſequi neſciunt.l.1.de Fin. 25. Atque in hac pernicie Reip.ne illã quidem conſequuntur,quam putant,gratiam.2. de Off.116.Cõſequebare magnam laudem a ſummo uiro.2. Off 64.ad Plan.10 10.2.Quantum autem coniectura conſequebatur,id erat huiuſmodi,ut magis optandum,quam ſperandum putarem. ad Q. fr. 2.14.4.Libertatem pax conſequebatur.1.Phil.23. In eam tabulam magni riſus cõſequebantur.ad Q.fr.2.10.6. Quod ego meo labore & vigiliis conſequutos ſum.1.Verr.Hunc igitur Cethegum conſequutus eſt ætate Cato: qui annis 1x. poſt eum fuit c o s. de Cl.Or.30.Mediocris quidem eſt riſus conſequutus, nõ in te,ſed magis in errorem meum. Q. fr. 5. 2. 6. Tantum remanet,quod uirtute & recte factis ſis conſecutus.Cat.63. Si modo conſequuti ſumus.Ac.q.ed.2.lib.1.&c. modeſtiæ cauſa dictum. Nos ea quæ cõſecuti ſumus,his ſtudiis & artibus adepti ſumus. ad Q. fr.295.Honorum populi finis eſt Conſulatus, quem magiſtratum iam octingenti fere conſecuti ſunt.pro Plan.49. Omnia, quæ ne per populum quidem ſe ſine ſeditione ſequi arbitrabantur,per Senatum conſequuti ſunt. ep. 8. Eum morem igitur cum breuitate (ſi potuero) conſequar.2. de Leg. 30. Tu nihilominus,ſi properaris,nos conſequere.Att.40.Si ſtatim nauigas, nos Leucade conſequere.ep.257.Aurelia profectus eſt:ſi accelerare uolent,ad veſperam conſequentur.2.in Cat.29. Tuam priſtinam dignitatem & gloriam conſequare.1.fam.14.Nihil mihi optatius poteſt cadere, quam ut me quamprimum conſequare. Att.40.Quamobrem te oro, des operam,vt me ſtatim conſequare.Att.Vt aliquid ex ea commodi conſequatur.lib.1.de Fin.26. Qua (voluptate) nihil moleſtiæ cõſequatur.de Fin.1.26. Quod ſi egiſſemus ergo atque tu,&c.omne tempus una fuiſſemus:qđ quantum fieri poterit,conſequamur.ep.71.Fit autem interdum, vt nonnulli omiſſa imitatione maiorum,ſuum quoddam inſtitutum conſequantur.1.Off.163. Qui omnia honeſta negligunt,dũ modo potentiam conſequantur.3.Off.109. In libro ſuo aliquem conſequi.1.de Nat. d. 60.Animo aliquid conſequi. de Vniu.9. Cum aliquo & ſine aliquo conſequi aliquid.1.off.85.Conſequi aliquid diligentia.1.Verr.21.aliquid magna laude dignum.off. 1.87.Per aliquem aliquid.Lent.l.1.7. 34. celebritatem ſermonis hominum.Somn. Scip.20. commodum exercitatione corporis laborioſa.1.de Fin. 50. Habeo autem certam uiam atque rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim.2.Verr.29.Conſequi dicendi copiam ſine ratione.de Fin.4. 9.Conſequi ea quæ quis velit honeſtis cõſiliis, iuſtiſque factis, non fraude & malitia,&c.Off 2.14.Famam conſequi.Cœl.2.10. 2.Ampliſſimum fructum conſequi.pro L.Man.1. Omnem gloriam omni cura & induſtria conſequi.Lent.l.1. 7.28. Conſequi gloriam fortitudinis inſidiis & malitia.Off.1.89. immortalitatem,de Nat.d.1.30.laudes alicuius.5.Phil.189.Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum alicuius enumerare aut conſequi non poſſe.poſt redit.3.Maiores conſequi non poſſe. de Cla. Or.121.Non eſt nobis committendum,vt ad has x 1111. cohortes,quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit.Att.8.161.4.Statui,neminem ſapientię laudem & eloquentiæ ſine ſummo ſtudio & labore & doctrina conſequi poſſe.2.de Or.197.1.de Fin.55.Nullo modo poſsũ omnia iſtius facta aut memoria conſequi,aut oratione complecti.6.Ver.50. Verborum prope numerum ſententiarum numero conſequi. de Or. 113. Nec dubitat quin ego a te nutu hoc conſequi poſſem. Memmio,l.13.87.Conſequi opes quam maximas.Off.1.93.Gratia non modo referenda,ſed ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum conſequi poſſum.Lent.l.1.8.13. conſequi plurimum gratiæ.off.2.99. Si minus imitatione tantã ingenii præſtantiam conſequi poſſumus.off.12. Præſtantiam uirtutis,ingenii,fortunæ conſequi.de Ami.61. Certe & ſiquid etiam dicendo conſequi poſſum,iis oſtendam potiſſimum, &c. pro L. Man.1.Erga ſe ſtudium alicuius, alterius commendatione cõſequi.Brut.l.13.13.5.Extra uero quanta & qualia ſint, uerbis conſequi non poſſunt.Cæſari iuniori, Glorioſam victoriã ex Reip. cauſa conſequi.pro Cœl.13.Voluptates conſequi. 1. de Fin.51. Etſi tibi omnia ſuppetunt,quæ conſequi aut uſu homines aut diligentia poſſunt:tamen,&c.de Pet.Conſ.1. conſequi vt ut doceamus,&c.ad Her.2.60.Quis .n. vnquam aut obeũdi negotii, aut cõſequendi quæſtus ſtudio,tam breui tempore,&c.pro L. Man. 24.conſecuta luna ſolem luſtrato ſuo curſu.de Vniu.41. Tum latus ei condoluiſſe,ſudoremq. multum cõſecutum eſſe audiebã. de Cl.170. Conſequutum eſſe me non profiteor, ſequutum eſſe præ me fero.de Nat.d.1.9.Scientiam conſequutum eſſe. pro D. ſua.90.Quod ad popularẽ rõnem attinet, hoc videmur eſſe cõſequuti,vt nequid agi cũ populo,aut ſaluis auſpiciis,aut ſaluis legibus,aut deniq. ſine ui poſſit.ad Lent.1.2.11.ad Brut.l. 13.13 4.Conſecuti res aliquot auxerunt ſuſpicionem.12.f.35. in ep.Lẽtuli.Atq. ita quidẽ prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta, de Diu.91.1.Ariſtoteles ſcribit prima ſtatim eueniſſe. Doleo eiuſmodi tpa poſt tuam perfectionem conſecuta eſſe.ep.4. Proximo,altero,tertio,deniq. reliquis conſequutis diebus.1.Phil.23

Conſequens.

Hoc probato conſequens eſt,beatam vitam virtute eſſe contẽtam.5.Tuſ. 29. Vt in ſimplicibus verbis, quod non eſt Latinum: ſic in coniunctis,quod non eſt conſequens,vituperandum eſt.in Partit.11 (Chryſippus) quem Diogenes Babylonius conſequẽs in eo libro,qui inſcribitur de Minerua,partum Iouis,&c.diſiungit a fabula.1.de Nat. 31. Vt efficiatur quod ſit conſequens iis, quæ ſumentur.Or.208.Perſpicere quid in quaque re verum ſit, quid conſentaneum cuique,quid conſequens.Off. 36.Quod cuique conſequens ſit,quodque contrarium.Or.207. Cum conſequens aliquod falſum eſt,illud,cuius id conſequens eſt,non poteſt eſſe verum.de Fin.4.56.Spe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis.1.de Fin.102. Connexum ſit principium conſequenti orationi.2.de Or. 177. Certe & confidere ſibi debet,& ſuæ vitæ & actæ & conſequenti.3.de Fin.46.Id quod concludere velis, non effici ex propoſitis,nec eſſe conſequens. Or. 128.Quoniam ſcriptũ eſt a te de optimo Reip.ſtatu,conſequens eſſe videtur,vt ſcribas tu idem de legibus.1.de Leg.21. In conſequenti tempore quid ſpectandum.2.ad Her.39.Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes.de Sen. 17. His omnibus,quos dixi, conſequentes ſunt fines bonorũ, Ariſtippo ſimplex voluptas. de Fin. 72. Conſequentiũ locus ab adiunctis quid differat.Top.26. Cõſequẽtiũ locus dialecticorũ proprius. Ibidem.Rerum conſequentiũ ſignificationẽ quærere.2.de Diu. 65.Contrariorum contraria ſunt conſequentia.5.Tuſc. 75.Cũ certe ſuperiora firma ac uera ſint,his autem ea conſentanea & cõſequentia,ne de eorum quidem eſt veritate dubitandũ.3.de Fin. 160.Conſequentia & repugnantia uident philoſophi acuti.2.de Diu.222. Declarantibus conſequentia ſignis, futura præſentit homo.1.de Diu.206. Videamus nunc quã ſint præclara illa iis, quæ nunc polui,conſequentia.de Fin.95. Quæ quibus propoſitis ſint,quæq. non ſint conſequentia.de Cl.178.Homo aũt, qm rationis eſt particeps,conſequentia cernit,&c.1.off. 19.Cernere conſequentia,repugnantia videre.Or.198. Reprehendere conſequentia,cum prima conceſſeris,placere nõ ſolet.5.Tuſc.36.His propoſitis,tenuit prorſus conſequentia.de Fin.112.A conſequẽtibus argumentum.Top.9.in Part.4. Si uerba extrema cum conſequentibus primis iungetis,de Or. 138.

Conſequens, *nomen*.

Cum conſequens aliquod falſum ſit, illud cuius id conſequens ſit,non poſſe eſſe uerum.4.de Fin.111.

Conſequentia.

Qui curſum rerum euentorumq. conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt,&c.1.de Diu. 208. Per cõſequentiam ſignificatio ſit,cum,&c.ad Her.4.239.

Conſector.

Siſenna puerile quiddam conſectatur in hiſtoria.de Leg.1.6. Vitium quod nonnulli de induſtria conſectantur.de Or.146.Legunt omnes,&c.aut non ſtudioſiſſime cõſectantur.Tuſ.2.6. Alexander beneuolentiam Macedonum largitione conſectabatur. 2.Off.76.Cicero genus diſputãdi Socratis conſectatus eſt.Tuſc. 230.Tradetq. ſe totum Reip.neq. opes aut potentiam conſectabitur.1. Off.122. id eſt, non ſtudebit opibus quærendis. Ac ne plura,quæ ſunt pęne innumerabilia,conſecter, comprehendam breui.1.de Or.18.Conſectari aliquem.8.fam.37.in ep.Cœl.aliquem clamoribus & conuitiis & ſibilis.Att.33. aliquid puerili ter.Acad.quæſt.edit.1.lib.2.51.Ne exiſtimes,eos,qui non debita conſectari ſoleant,quod debetur,remiſſuros.Att. 13.30.Dolorem amare,conſectari,adipiſci uelle (aſpernari,odiſſe, fugere.l. 1.de Fin.25.Conſectari eminentem effigiem uirtutis.Tuſc.3.3.

Hoſtes conſectari & conficere.2.de Inu. 204. Conſectari adumbratam imaginem gloriæ.Tuſc.3.3.opes,potentiam. Off.1.121. riuulos.Acad.q.ed.2.lib.1.6. Tardi ingenii eſt riuulos conſectari, fontes rerum non videre. de Or. 119. Conſectari vbertatem orationis.de Fin. 3.15. Tam uere verba conſectari, quam rem. pro Cæc.40.Vitioſa conſectari imitando.2.de Or.51.Leuitatis eſt,inanem aucupari rumorem,& omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari.in Piſ.91.Conſectari voluptates.de Fin.5.53. In Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur.Or.20.

Conſectatio.

In huius concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus.in Or.94.

Conſectatrix.

Eſt enim temperantia libidinum inimica, libidines autem conſectatrices voluptatis.3.Off.162.

Conſectarius.

Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes, &c.4. de Fin. 82. Sed conſectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.de Fin.3.22.Nunc venio ad illa tua breuia, quæ conſectaria eſſe debebat:& primum illud, quo nihil poteſt eſſe breuius. 4.de Fin.40.

Conſecutio.

Conſecutio eſt,cum quæritur, quæ ſigna nocentis & innocentis conſequi ſoleant. 2.ad Her.39. Conſecutio tractatur, cum quid quamque rem ſequatur, inquiritur:vt illud, Sitne aliquando mentiri boni viri.de Or.153. Cognitionis tres modi,coniectura,definitio,&,vt ita dicam,conſecutio.de Or.153. Numeri ſunt quidam in coniunctione ſeruandi, conſecutioque verborũ. in Partit.11.Vt enim,cum cibo & potione fames,ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis. ſic in omni re, doloris amotio, ſucceſſionem efficit voluptatis. 1.de Fin.38.*Simplex* concluſio ex neceſſaria conſecutione conficitur. 1.de *Inu.*59.& 2.149.

Conſero.

Indus vero, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolum agros lætificat & mitigat,ſed eos etiam conſerit.2.de Na.d.197.Iam iſtic te quoque impediet in nauigando, in conſerendo,&c.Academ.27.Et ei quendam conſeptum agrum diligenter conſitum oſtendiſſe.Cat.55.

Conſitura.

Quæ videlicet ille non ex agri conſitura,quam cernebat,ſed ex doctrinæ indiciis interpretabatur.de Rep.

Conſitio.

Nec conſitiones modo delectant,ſed etiam inſitiones,quibus nihil inuenit agricula ſolertius.de Sen.50.

Conſero.

Qui in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit,magnas copias hoſtium fudit.pro Mur.17. At illum ruere nuntiant, & iam iamque adeſſe,non vt manum conſeras(quicum enim?)ſed vt fugam intercludas.Att.7.138.2. Atque hi collocuti inter ſe, priuſquam manum conſererent, leniter & quiete.Tuſc.4.3 .Conſerere leges,inſtituta,Rempub. Tuſc.1.26.tranſlatio ab agro qui conſeritur.

Conſertus.

Eum fundum ego ex iure meum eſſe aio:quid tum inde? ibi te ex iure manu conſertum voco.pro Mur.129.Multiſque præſſem,qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes.1.de Or.22. Debuerat autem non ex iure manu conſertum. ad At.241.

Conſerte.

Si omnia antecedentibus cauſis fiunt,omnia naturali colligatione conſerte, contexteque fiunt.de Fato.24.

Conſeruo.

An quod alterius patroni mortui voluntatem conſeruabat? 3.Verr.87.Tuorumque triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo.Figulo:lib.4.13. 22. Iis literis reſpondebo:ſic enim poſtulas:nec *οἰκονομίαν* inſtituam, ſed ordinem conſeruabo tuum.Att.6.11.1.4.de Fin.86.pro Roſc.Com. 3.Vt hoſti fidem datam conſeruaret.Cat.67. Conſerues priſtinam tuam erga me voluntatem.5.fam.10.in ep.Q. Metelli Nepotis.rogo te,& quidem valde rogo(nam Achilleos noſter non minus,quam æquum eſt,laborat) eripias eum ex cuſtodia, conſerueſque.ad Brut.15.Si aliquis in mundo eſt, qui regat,qui gubernet, qui conſeruet omnia. de Nat.12. Cuius enim (laudis) prædicatio nondum omnibus grata eſt, hanc memoriæ potius, quam vocis teſtimonio conſeruemus.11.Phil.315.Omnibus qui patriam conſeruauerint,adiuuerint,auxerint, certũ eſſe in cælo ac definitum locum.in Som.Scip 8. Quæ accepiſtis,tueri & conſeruare non poteſtis.pro Põp.6.Cõſeruare amorẽ ſuũ. 11.ſa.52. beneuolentiam.Appio, lib.3.7.19.alicui cauſam integram.13. fa.15.dignitatem alicuius.pro Planc.7.ſuũ habitum.Tuſc.1.35. honeſtatem & decus.Off.1.27.incolumem.ad Dolabel.9.13.6. iuſiurandum.Off.3.136. Seruare & conſeruare maieſtatem. pro Cor.62.Conſeruare pecuniam vel patrimonium.de Or.133. ſe in naturæ ſtatu.de Fin.3.16. Cõſeruare & notare tẽpora.in Or. 65.Conſeruare & continere vtilitatem hominum.Off.3.38.Sed contra vtilitatem et conſeruatur fides. 5. de Fin. 113.Non minus iucundi ſunt ii dies,quibus conſeruamur, &c.in Catil.11. Ita me geſſi Quirites,vt ſalui omnes conſeruaremini.3.in Catil.69.Res autẽ familiaris quæri debet iis rebus, a quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia & parſimonia,iiſdem et rebus augeri.2.Off.127. Sed quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat,illos conſeruari melius fuit, quam pœnas ſceleris Varium pendere.3.de Nat.d.61.Pro. conſeruari in vita. Caput autem eſt hoc, &c.vt ne in libertate & ſalute Populi Romani conſeruanda auctoritatem Senatus expectes.ad Brut. 11.7.2. Vt quiſque eis rebus tuendis conſeruandiſque præfuerat. ita perſcriptum erat.6.Verr.124.pro L.Man.7.

Conſeruans.

Et ad ea, quæ conſeruantia ſunt eius ſtatus, diligenda. de Fin.3.13.

Conſeruatus.

Salus populi conſeruata per aliquem. Poſt reditum.25. Ius augurum diuinationis opinione principio conſtitutum eſt, poſtea Reip.cauſa conſeruatum ac retentum.de Diu.124. Nomen aliquod retentum atque conſeruatum.pro Rege Deiot.26.Iudicia Senatus, Italiæ,gentium denique omnium, conſeruatæ patriæ conſecuti ſumus.2.de Leg.41.Peto a te maiorem in modũ, vel humanitatis tuæ,vel mea cauſa, vt eũ auctoritate tua, quæ plurimum valet,conſeruatum velis.ad Brut.11.22.2.Conſeruati loci.2.de Inu.153. Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt,quod meos ciues, & a me conſeruatos, & me ſeruare cupiẽtes,ſpoliatos ducibus,ſeruis armatis obiici noluerim.Lentul.lib.1.9.45.

Conſeruator.

Mithridatem conſeruatorẽ Aſiæ nominabant.pro Flac.159. Alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum, alterum deſertorem amicorum.Att.124. Optimatum principes, auctores & conſeruatores ciuitatis.pro Seſtio,Rectores & conſeruatores ciuitatum.Somn.Scip.9.Conſeruatores patriæ.12.fa.6.de haruſp. reſp.54. Conſeruatores duo Reip.extiterunt ex Arpino Municipio.2.de Leg.5.pro D[illegible].Pro dii immortales cuſtodes atque conſeruatores huius vr[illegible] atque imperii pro Seſtio.45.

Conſeruatrix.

Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui,vt & ſalua ſit,& in genere conſeruetur ſuo.4.de Fin.25.

Conſeruatio.

Aequalitatis conſeruatio.1.de Or.93. Perceptio & conſeruatio fructuum ſine hominum opera nulla eſſe potuiſſet.2.Off.15. Conuenientia conſeruatioque naturæ.1.Off.140.Conſeruatio officiorum.2.de Fin.159.Et ſi attentos animos ad decori conſeruationem tenebimus.1.Off.183.

Conſeruus.

O rem miſerã: dominum ferre non potuimus,conſeruo ſeruimus?ad Caſſ.12.7. In ancto duos conſeruos dormientes occidit. pro Clu.55. Eo die quatuor eius conſeruos & diſcipulos Venafri cuniculus oppreſſerat.ad Q.fr.318.

Conſideo.

Ardor animi conſedit.de Cl.173.Furor conſedit. Acad. 22. Cum mihi ſtans tacenti minaretur, voce tantum attigi legum initium,& iudicii.conſedit ille,conticuit de Ar[illegible]5. Hoc in ea, de qua loquor,mediocritate conſedit. Or.205.[illegible]onſedit in mente iuſtitia.1.de Fin.78.Si conſedit ib ſplendore.[illegible] Vniu.61.Conſedit vtriuſque nomen in Quæſtura.pro Mur.1[illegible] In propatulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.de Cl. O[illegible]67.Conſedimus in eodem ſpatio.Acad.queſt.ed.1.lib.2.10. [illegible]oſtquam conſedimus omnes. Quo die primũ iudices citati in [illegible]ne reum conſediſtis.in Verr.79.Iudices conſederunt.Att.1.1[illegible] Quinq.cohortes apud Philomelum conſederunt.15.ſa.13. [illegible]atoni in cunis dormienti apes in labellis conſederunt.de D[illegible].97.& 122. Equus cuius in iube examen apum conſederat.de Diu.95.Qui legati cum eſſent, certo in loco conſederant.de Sep.55 Homi

neceſſi inter ſe coniuncti, tũ mihi ita chari, itaq. incidi, vt eorũ aſpectu omnis, quæ me angebat, de Rep. cura conſederit. de Cl. Or. 5. i. quieuerit & ſedata ſit. Quorũ ludorũ religio tãta eſt, vt ex vltimis terris accerſita, in hac vrbe cõſederit. de har. reſp. 249 Antequam aliquo loco conſedero, neque longas a me, neq. ſemper mea manu literas expectabis. ad Att. 5. 25. Conſidere aliquo loco, id eſt, conſiſtere. Conſidere apud aliquem locum. ad Catonem, l. 15. 4. 4. in conſpectu. Ac. q. ed. 2. lib. 1. 10. In otio. Att. 2. 19. 2. In pratulo. de Cl. Or. 12. In theatro. pro Flac. 22. Tuto. At. 5. 106. 4. Siquando erit ciuitas, erit profecto nobis locus. Sin autem non erit, in eaſdem ſolitudines tu ipſe (vt opinor) venies, in quibus nos conſediſſe audies. Cœl. 2. 15. 16. Et omnes in his ſedibus, quæ erant ſub platano, conſedaſſe dicebat. 1. de Or. 15.

Conſeſſor.

A. Varus, qui eſt habitus iudex durior, dicere conſeſſori ſolebat, &c. 2. de Fin. 52. Vt ei cum M. Curio conſeſſore eodẽ & colluſore facile poſſit conuenire. in Ant. 197. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modo te conſeſſore ſpectare liceat. Att. 2. 30 2. Ne accuſatoris conſeſſoribus, conuiuis, contubernalibus, &c. ciuem ac ſupplicem veſtrum dederitis. pro Flac. 19.

Conſeſſus.

Frequẽtia & conſeſſus aliquorum. pro Flac. 31. pro Quint. 48. Frequens enim conſeſſus teatri, in quo ſunt mulierculæ & pueri. 1. Tuſc. 56. Conſeſſus præconum in atriis Liciniis. pro Quint. 7 Conſeſſus ſeruorum. de har. reſp. 22. Nõ enim vnquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit. Att. 1. 11. 5. Non enim corona cõſeſſus neſter cinctus eſt, ut ſolebat. pro Mil. 1. Quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, &c. de Sen. 59. Conſpectu conſeſſuque iudicum commoueri. 3. Verr. 12. In conſeſſu Senatorum. 10. Att. 1. Cum hic Dorylenſis efferretur magna frequentia conſeſſuque veſtro. pro Flac. 154. Populus vinctus ipſo conſeſſu, conſtrictus ſpectaculis, impeditus turba & anguſtiis. de har. reſp. 20.

Conſiderate, conſideratio, conſideratus, conſidero. *Vide, Conſidero.*

Conſido.

Omnia autem talia ſenſum mouent: ſenſuq. mouentia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt, quæ ortum habere gignique diximus. de Vniu. 6. Quinetiam dubito an hic Antij conſidam. Att. 26. Verborum iunctio uarie diſtincteque conſidat. de Orat. 160. Sed ſi uidetur, conſidamus hic in umbra. 2. de Leg. 6. Quæ Alpes iam licet conſidant, &c. ſed tamen, &c. de Prouinciis Conſul. 17. Cum placuiſſet idem ceteris, in ſyluam uenitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur. 3. de Or. 11.

Conſigno.

Itaq. vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare uolumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat. 4. Ac. q. 5. Conſignare literis commendationem. 13. ſa. 11. literis & monimentis. pro Deiot. 26. Ac. q. ed. 1. l. 2. 3. Vim priuilegii auctoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis literis conſignare poſt reditũ. 26. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. pro Quint. 4. Conſignandus temporis motus e curſu ſiderum. de Vniuerſ. 37.

Conſignatus.

Teſtata & conſignata monumentis antiquitas. 1. de Diu. 145. Laudatio alicuius conſignata creta. pro Flac. 29. Conſignata literis quæſtura. 1. Verr. 16. Ratio aliquorum & publicis & priuatis literis conſignata. 5. Verr. 89. Conſignatam literis publicis publicam memoriam nullam habemus. 3. de Leg. 40. Fundi publicis commentariis conſignati. 2. de Or. 123. Conſignatæ in animis notiones. 1. Tuſc. 90. Sed errat uehementer, ſiquis in orationibus noſtris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur. pro Clu. 110.

Conſilium.

Eſt aũt conſilium, aliquid faciendi, non faciendiue excogitata ratio. 2. de Inu. 142. Senatus, eſt ſummum Pop. Rom. populorumq. & gentium ac regum conſilium. pro D. ſua. 227. Quod ſit eorum conſilium, aut quid velint. Ac. q. ed. 1. l. 2. 31. Erat ei conſilium ad facinus aptum: cõſilio autem neq. lingua, neq. manus deerat. 3. in Cat. 61. Conſilium cædis non minus ualere Cicero exiſtimat, quam cædem ipſam. pro C. Rab. 13. Nulla eſt in hac urbe ſocietas publicanorum, nullũ collegium, nullum conciliũ, nullum deniq. cõmune conſilium, quod non, &c. pro Do. 227. & 228. Conſilii omnis uitæ conſentiens & pæne conſpirans. Tuſ. q. l. 5. 53. Conſilium fidele & ſalutare. 6. f. 19. Cui non dubitanti fidele conſilium, non laboranti certum ſubſidiũ nobilitatis oſtẽditur. 2. de L. Agr. 21. Conſilium intelligendi. 7. Phil. 229. Cõſilium periculoſum & calidum. off. 1. 115. calidum uero dixãc more Græcorum, qui ἐργον θερμὸν, pro audaci facinore dicunt. Conſilium plenum prudentiæ & fidelitatis. ep. 145. cõſilium primum eſt, ſuffocare urbem: deinde, &c. ad Att. 140. conſilium tibi dabitur: quod ſi non fuerit prudẽs, at certe ab optima fide & optimo animo proficiſcetur. 9. ad Att. 27. in ep. Balbi & Oppii. Conſiliũ publicum Lacedæmonii uocant ſenes. Diu. 1. 81 γέροντας καὶ γερουσίαν. Dii prohibeant Iudices, vt hoc quod maiores conſilium publicum uocari uoluerunt, præſidium ſectorũ exiſtimetur. pro Roſc. Am. 90. conſilium quietum & cogitatum. off. 1. 115. Sapiẽs enim eſt conſilium, multiſq. aliis dicendi relinquendi locus. 2. de Or. Magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium & conſilium tuum. Appio, l. 11. 51. Si autem, poſteaquam cibum cepiſti, uideris tibi me poſſe conſequi, tuum conſiliũ eſt. ad Tiron. 16. 3. cognoui quæ tua uoluntas, quod tuum cõſilium eſſet de Rep. ep. 149. & de Cl. 196. Conſilium periculo uacuum. 10. Att. 22. Varium conſilium, quæſitor grauis. 3. ad Q. fr. 51. pro iudicibus. Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit nobis faciendum. Terentiæ, l. 14. 20. conſilii communicatio. 5. f. 52. cupiditas conſilii gubernatione regitur. de Inu. 82. conſilii capiendi deliberatio triplex. off. 2. 15. conſilii mei defenſor. ad Brut. 35. conſilii publici ſit dominus Senatus. 3. de Leg. 26. conſilii euentus magis quam conſilium reprehendatur. 6. ſa. 12. Nullius conſilii exitum inuenimus. 10. Att. 45. quod alibi dicitur, Explicare nihil poſſumus uel expedire. Gubernatio conſilii. 2. de Inu. 243. Metuo, ne id conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus. Terentiæ, l. 14. 12. 1. Video eſſe magni conſilii atque artis, &c. de Pet. Conſ. 35. Sed quid ætati credendum ſit, quid nomini, quid hæreditati, magni conſilii eſt. Att. 15. 327. 9. Maioris eſt omnino conſilii, prouidere, ne quid tale accidat. 11. Phil. 294. ideſt, prudentiæ. Nihil enim mihi adhuc accidit quod maioris conſilii eſſet. Att. 10. 192. 6. Quod ſi eſt erratum p. c. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in uiam: optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii. 12. Phil. 321. conſilii mutationem, inconſtantiam non eſſe. 16. Att. 21. Eſt noſtri conſilii, in poſterum quã lõgiſſime prouidere. 7. Phil. 229. conſilii tui participes habeas. 11. ſa. 3. in ep. M. Brut. & Caſſ. Numquam vidi (inquis) animam rationis conſiliique participem in ulla alia, niſi in humana figura. de N. d. 1. 61. Conſilii princeps. 15. fam. 40. Quid enim illi afferre cõſilii poſſum, cũ ipſe egeam conſilio? Att. 238. Quid conſilii datis? Acad. q. ed. 1. l. 2. 128. Quid tui cõſilii eſt? 11. f. 1. in ep. D. Bruti. ideſt, quid nobis conſulis? Conſilii res eſt. 7. Att. 37. id eſt, deliberationẽ res habet. Ego qui in te ſatis conſilii ſtatuerã eſſe, malui Peduceum tibi conſilium per literas, quam me, dare. Att. 3. De conſilii ſententia decreuerunt Conſules. 16. Att. 48. Cauſam agnoſcit, & de conſilii ſententia pronũtiat. in Ver. 246. Ait ſe de conſilii ſententia rẽ ad Senatũ reieciſſe. Att. l. 2. 51. 7. Conſilii ſocius. 11. Att. 35. conſilii amãtiſſimi temeritas. 7. Att. 36. Quid efficere poſſit tui cõſilii eſt. ep. 31. Aliquid loci, rationi & conſilio dare. pro Q. 31. Conſilium ædificandi abiecerat. 9 Att. 21. Si Catilina ſententiam permutauerit, & conſilium belli faciendi abiecerit. in Cat. 107. Conſilium meum accommodabo ad tuũ. 9. f. 13. Ad id conſiliũ adduxit. 15. f. 41. Aduocare conſiliũ uel concionẽ. in Ver. 254. Si apud hoc conſiliũ ex opibus, nõ ex ueritate cã pendetur. pro Q. 1. Capit conſiliũ de amicorũ & propinquorum ſententia non adeſſe ad iudicium. 4. Ver. 28. At. 40. Nec alia cauſa profectionis mihi ulla fuit tum, cũ conſiliũ cepi legari ab Cæſare. Att. 14. 309. 2. Subito cepi conſiliũ, ne exirẽ. Att. 108. Principes conſilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriamque regni eſſe tollendam. Off. 60. Conſilium ex re & ex tempore capiemus, ſed utemur tuo. 9. Att. 6. Conſilium domeſticum capere. 16. Att. 22. Sed eo ſi uenesia, de toto itinere ac fuga mea conſilium capere potero. Att. 40. Capere cõſilium ex re & ea tempore. Att. 136. Leuatur enim cura, cum aut conſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. Att. 114. Qui cõſilium dat, quid debet præſtare præter fidem. 16. Att. 19. 20. 2. 6 13. Quare ut de maxima re deliberanti, ita mihi des conſilium uelim. Att. 121. Quod ueriſſimum nobis uidebitur, de eo quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudẽt, at certe ab optima fide & optimo animo proficiſcetur. Att. 142. Conſideratius conſilium dare. Att. 136 Conſiliũ fidele deliberãti dare. Off. 1. 72. Minus fidele cõſiliũ alicui dare. pro Cl. 68. Dimittere cõſilium. de L. 19. & de Or. 95. Ibi enim Pompeium ad eam diem, quam tu ſcripſiſti, expectare conſilium eſt. Att. 5. 92. Nunc ego tibi meum cõſilium exponam. ep. 33. Exponam uobis breuiter conſilium profectionis & reuerſionis meæ. in Ant. 153. Quod meum cõſiliũ exquiris, ideſt tale, ut capere facilius ipſe poſſim, quam alteri dare. Sulpitio, lib. 4. 2. 3. Conſilium proprium extorſiſſet mihi fortuna. 10. ſa. 78. in ep. Lepidi.

Conſilium

Conſilium frangere.4.fam.13.Ipſe Romam uenirem, ut una eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberemus. Att.12.260.2.Conſilium plebis habere.2.de Inueni.157. In conſilium cogitationum ſuarum deſperationem adhibere.6.ſam.2.Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem. pro Roſc.Am.5 Tibi inſtat Hortenſius ut eas in conſilium.pro Quint.18.In conſilium ire de aliquo.7.fam.44.& 23.Att.63. Cur eum, cum in conſiliũ iretur, abeſſe patiebantur?cum in conſilium mittebant, Stalenũ iudicem non requirebant?pro Clu.35. Tum in conſilium paſtorum ſe recepit.Off.3.49.ideſt,congregationem. Probi hominis eſt, ueniendumne ſit in conſilium Tyranni, ſi is aliqua de rebonis deliberaturus ſit. Att.10.192.5. Scito labare meum conſiliũ illud, quod ſatis iam fixum uidebatur.Att.8.166.4. Conſilium mutare, & in ſententia permanere, contra cia.2.fam.31.Conſtat inter omnes poſt hæc conſtituta iudicia, quibus nunc utimur, nullum hoc ſplendore atque hac dignitate conſilium fuiſſe.2.Verr.30.Actis his rebus literæ a te mihi ſunt redditæ, quibus a me conſilium petis, quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, ao,&c.ep.86.Is a te conſilium P.Seſtii accuſandi petiit.pro Sena.29.Conſilium ueritatis petere, ab animis conſuetudine imbutis.de Nat.d.1.58. Quodcumque tu conſilium præcepiſſes, id nobis preſequendum putaremus.8.Att.30.Conſilium præſtare 3.de Or.74.Eaque, quæ de ea ſcripta eſt auctoritas, tantam habet uim, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtãtis Senatus conſilium eſſe uideatur.ep.7.Recordare conſilium noſtrum, quod fuerit tpcofectionis tuæ: non enim commods quædã ſequebamur, parua ac mediocria.Quint.fr. 327. Conſilium reprehendo, animum laudo.9.Att.30. Conſilium ſuſcipere. 6.fa.57.Nec mihi tantum ſumo, ut meum cõſilium ualere debuerit, ſecutus ſum tuum.Att.127.Conſilio, auctoritate, armis deniq. me texit ſuis.3.ſam.43.Explicaui, inquit, ſententiam meam, & eo quidem cõſilio, tuum iudiciũ ut cognoſcerem.1.de Fin.109. A conſilio publico ſpem pacis excludere.de Cl.Or.184. Dimiſſo atque oblegato conſilio.in Catil.39.4. Verr.52.Conſilio & prudentia adiuuare aliquem.Off.1.173.Homines rationem, bono conſilio a diis immortalibus datam, in fraudem conuertiſſi. de Nat.d.51.Conſilio capto ſuſcipitur facinus.3.de Nat.d.51. Conſilio unius cum alterius conſilio coniungere. Sulp.4.2.9. Q. puer literas patris aperire ſolet, idque de meo conſilio. Att.93.Cæſar nihil facturus niſi de meo conſilio. At.215.Tu quamquam conſilio non eges, uel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reiicias, nec in rebus tam ſubitis, tãque anguſtis, a Senatu conſilium petendum putes.10.ſam.33.Initio ſcripſi totius facti tui iudicium, non tam ex conſilio tuo, quam ex euentu homines eſſe facturos.Lentulo.lib.1.7.19.Conſilio eius nihil expeditur.10.Att.48.Id nos eo conſilio feciſſe.de Petit.Conſ.3.Ope, conſilioque tuo furtum factum eſt.de Nat.d.75.Quis eſſet qui me in Conſulatu nõ caſu potius exiſtimaret quam conſilio fortem fuiſſe?Metello.l.5.2.22. Cuius fortunæ, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Att.121. Semper iudicaui in te & in capiẽdo conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando fidem.11.fa.51.Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia. de Or.111. Cato ſemper in propoſito ſuſceptoque conſilio permanſit. Off.32. In conſilio prudentiam mihi defuiſſe.10.ſam.35.in ep. Planci. Nunc me iuua mi Attice conſilio.13. Att.32. Ego vero metuo, ſi hoc tempore conſilio lapſi erimus,&c.7.Phil.229.Nihil conſilio, nihil ratione, nihil ordine.15.Att.22.Conſilio publico orbis terræ.3.ſamil.15.ideſt, Senatu.Conſilio pugnare non ſatis eſt.9.ſam.35. Quæ quãto conſilio gerantur, nullo conſilio aſſequi poſſumus.2.de Nat.d.71.Ea non quod ratione & numero moueri poſſit ſine cõquetitur quo nihil eſt temerarium,&c.de Nat.d.2.31.Quam itẽ ſine conſilio res ſlet.7.Att.43.Sententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione.in Verr.224. Conſilio quidem ſuo maxime, ſed etiam me auctore. 13.ſam.30. In ſecundiſſimis rebus maxime vtendum eſt conſilio amicorum.Off.1.127. Conſilia acerrima & incertiſſima, opponuntur.15.ad Att.15.in ep.Hirtii.Conſilia aliorum te auferant.2.ſamil.12.ideſt, deducant te de tua ſẽtentia, & in ſuam traducant. Reperias multos, quibus periculoſa & callida conſilia, quietis cogitationibus ſplendidiora & maiora uideantur.Off.16.Conſilia mea ab obtrectatione inuidorũ defendenda.10.ſam.18.in ep.Planci.Cõſilia euigilata tuis cogitationibus.9.Att.50.cõſilia ex euentu, nõ ex uolũtate probari ſolent.9.ad Att.27.in ep.Balbi & Oppii.In rebus magnis, memoriaque dignis, conſilia primũ, deinde acta, poſtea euentus expectantur.2.de Or.34.Cõſilia expedita.9.Att.50.Conſilia non iacata pro tẽporibus.8.Att.23. Cõſilia mea naſcẽtur, ex eo.9.Att.12.Perniciosa alicuius rei conſilia capere pen Do. ſua.87. Prudentiæ & fidelitatis plena conſilia.Plancus Cic.10.4.3.Conſilia nunc tibi promenda.9.Att.68.Conſilia pugnantia & cõtraria.de Fin.1.46.Conſilia ſalubria.8.Atticum. 41. Conſilia temporum ſunt quę in horas commotari uides. 14.Atticum.46.Cõſilia turbulenta.15.Att.9. Conſiliorum meorum conſcientia.4.ſam.6.Conſiliorum bonorum curſus.10.ſam.31. in ep.Planci. Ad conſiliorum effectum peruenirem.10.ſ.16.in ep.Planci.Cõſiliorum ſceleratiſſimorum fontes.ad Brut.22. Conſiliorũ meorum moderator.1.fam.52. Sed durius etiam cõſilium ſocii,&c. Or.87.Conſilium, pro, conſiliorum.Conſilia capere & agendi & non agendi. Acad.quæſt.edit.1.l.2.91.Multum una eramus, maxime nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent.de Fato.3. Ab eorum conſiliis abeſſe.10.Att.18.in ep. Cæſaris.Conſiliis præceps & deuius.5.Phil.191.Quę ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſiliis noſtris prouidebuntur.ep.88.Conſiliis præpoſteris uti. Læl.71. Conſiliis tribunitiis aut priuatis res eſt munienda. 16.ſam.36. ex ep. Q.Cic.Animis uſi ſumus uirilibus, conſiliis mihi credu puerilibus.Att.239.

Conſiliõ.

Tu quid egeris tua cum triſti, tum etiam difficili ad conſiliãdum legatione, uehementer expecto: eſt enim inexplicabilis. Att.15.325.8.

Conſiliarius.

Augur meminiſſe debet, Ioui Opt.Max.ſe conſiliarium & adminiſtrum datum. 3.de Leg.38. Sed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem & auctore Veſtorio, ut hoc damnum quæſtuoſum ſit.14.Att.11. Sed certe & ego te auctore amiciſſimo ac ſapientiſſimo, & tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & beneuolo certe uſus eſſes. 1. ſam.29.Eius amici & conſiliarii moleſte ferre cœperunt Heraclium profugiſſe.4.Verr.28. Si me a meis conſiliariis proditum & proiectum uides.Att.3.32.Preſpicio id, quod iam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam iampridem a certis hominibus non inuito rege ipſo, conſiliariiſque eius eſſe corruptam. Lẽtulo.lib.1.6.Neque quiſquam de gregalibus eius, aut de conſiliariis deſignatur.de hac. reſp.49.

Conſulo.

Ego pro te hoc conſulo, quod tu conſulere oblitus es. pro Quintio.31.Quid ergo faciam?te conſulo.ep.142. Nec te id cõſulo.Att.7.138.2.Iam nos conſulo Iudices, quid mihi faciendum putetis.2.Verr.20. Quod me de Antonio conſulis, puto, &c.ad Brut.91.Nemo Aruſpicem conſulit, quemadmodum ſit cum amicis uiuendum. de Diu.110. Qui alieno dolori potius, quam ſuæ fidei conſulunt. pro Cæc.41. Qui autem parti ciuiũ conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatẽ inducunt, ſeditionem atque diſcordiã. 1. Off.121.Cælius Cic.9.17.3.Senatum conſului de ſumma Reipub. de Inu.84. Amici officium neglexiſti, neque mihi conſuluiſti.ep.125.Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti.pro Quint. 30. Dixit ei ſe cogitare quiddam: id poſſetne fieri conſuluit.de Diu. 87. i.quæſiuit.Salutis, ſi me amas, conſule.Att.2.34.2.Vos, quod ad famam ueſtram pertinet, proſpicite ac conſulite.in Verr. 80. Cui loco per deos immortales, Iudices, conſulite ac prouidete.2. Ver.27. Quare P.C. conſulite uobis, proſpicite patriæ, conſeruate nos, &c.in Catil.118.Nec conſulunto pluſquã de ſingulis rebus.3.de Leg.12.De quo cum conſulerent Athenienſes Apullinem Pythium, quas potiſſimũ religiones tenerent, oraculũ editum eſt, eas,&c.de L.178.Cũ te per literas conſuluiſſem, quid mihi faciendum cenſeres.Appio,l.11.29.4.Næ tu, ſi id feciſſes, melius famę, melius pudicitiæ tuę conſuluiſſes.in Ant.161. Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obſecro, nequid grauius de ſalute & incolumitate tua cõſulas.Cælius.Cic. 8.45. Vt quibuſcunq. rebus poteris (poteris autem plurimis) proſpicias, & cõſulas rationibus meis. Appio,l.7.2.4.Neq. ego tantum fraterno amori dãdũ arbitror, vt quiſquã de ſalute ſuorũ conſulat, cõmunẽ relinquat. pro Syl.47.Satiſne ergo pudori cõſulat, ſiquis ſine teſte libidine pareat? 2.de Fin.97.Magno opere uos & hortor, & moneo, ut his prouinciis ſerius uos quidẽ quã decuit, ſed aliquãdo tamẽ conſulatis.ad Senatũ,l.15.1.10. Quibus viui cõſulere ac proſpicere debemus.3.Ver.108.Cõſulere alicui optime.de Amic.46.Cõmodis & utilitati ciuiũ conſulere, ſalutiq. ſeruire.ad Q.fr.1.1.41. Quintũ fratrẽ ames, neue quid eũ patiare grauius cõſulere de ſe, quã expedites ſororis tuæ filio.3.Att.41.ideſt, noxiũ & exitioſum ſibi cõſiliũ capere. Dignitati alicuius cõſulere. Appio.l.11 29.4. Nihilne tibi ueniet in mentẽ exiſtimationi tuæ cõſulere? 5.Ver.111.Cõſulere fidei.pro Cæl.15.Omnibus cõſulere, mede

ri incōmodis hominū, prouidere ſaluti.ad Q.fr.1.1.46. Vitare inimicitias,& poſteritatis otio conſulere. Thermo.l. s.17.7. Off.8. Bene conſulere rebus ſuis.Off.1.28.Tuum eſt conſulere temporibus,& incolumitati,& uitæ,& fortunis tuis.ad Marcel. 4.9.15. Ideſt,habere rationem temporum.Conſulere uitæ & ſaluti.Off. 3.187.Quod ſeſe male rebus ſuis conſuluiſſe dicerent.de Fin.5. 26 Senatus nihil cōſulitur,&c.ad Q.fr.3.55.2.Paruis de rebus conſulimur.in Ant. 209.Qui conſuluntur:ideſt Iuriſconſulti.de Leg.158. Quæ conſuluntur minimo periculo reſpondentur.pro Mur.130. Craſſus qui & conſulebatur,plurimum & dicebat. de Cl.Or.173. Quotieſcunque Senatus de me conſultus eſt, totiens,&c.pro Dom.227.Nihil de eius morte populus conſultus eſt.pro Mil.104.Si populus Rom. de iſta re conſultus eſt.pro D. 284.Sed tamen aliquid conſuli & proſpici poterit.Att.12.288. 3.Quam inanes domus eorum omniū qui de iure ciuili conſuli ſolent.3.Verr.84.pro Mur.8. Ille ſe conſuli nolebat. de Cl.Or. 178. Nunc quoniam de Rep. conſuli cœpti ſumus, tribuenda eſt opera Reip.de Diu.109.Cōſuli quidem te a Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo cōſuli mallem.7.fam.77. A diis uitæ hominum conſuli et prouideri,de Nat. d. 1. Ea de quibus maiores noſtri nos ſolos & conſuli & ſcire uoluerunt.pro D.ſua.519.Deligant quam maxime pop.Rom.conſulturum putent. contra Rull. 69. Sæpe...accesſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſam quendam ruſticanum.de Or.105.Aliter enim mihi de illis. ac de me ipſo, conſulendum eſt Att.7.138.5. Paci ſemper eſt conſulendum. 1. Off. 5. Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſſimum cōſulendum ſit deliberatur.de Inu.8.Sit futurũ poſt mortem famę, tamen eſſe propter rem etiam detracto uſu conſulendum.3.de Fin.87.In impetrandis conſulendiſque rebus magna uis eſt in haruſp.diſciplina.de Diu.8.De Capua multum eſt ac diu conſultum.con.Rul.83.Mihi ut urbi ſine ueſtro metu ac ſine ullo tumultu ſatis eſſet præſidii,cōſultum ac prouiſum eſt. 2.in Cat.45.Optime illi uult conſultum eſſe.pro Syl.147.Obliuiſcere illum aliquando ſuo familiari tuo aduerſario uoluiſſe conſultum. Att.261. Subſidium ſenectutis in eorum,qui conſultum ueniant, multitudine non eſſe ponendum. de Or 107. Patres liberis ſuis cōſultū uolūt propter ipſos liberos.de Fin. 102.

Conſulens.

Eodem tempore & diſcentibus ſatisfacerent,& conſulentibus in Or. 79. Quanquam nemini ſe ad docendum dabant, tamen conſulentibus reſpondendo ſtudioſos audiendi docebat. de Cl. Or.169.Conſulentibus in ſolio ſedens reſponderem.1.de L.89.

Conſul.

Gracchus qui bis Conſul ac Cenſor fuit.de Cl.Or.171.Non modo Conſul & conſularis,ſed magnus etiam Conſul. 10. fam. 22.Deſignatus in ciuitate Conſul.pro Mur.8. Imperitus Conſul.poſt reditum in Senatu. 10. Conſul unguentis oblitus, cum toga prætexta. Poſtquam. 296. Popularis Conſul.1.de L.Agr. 21.Qu.Maximus. 1111. c o s. de Sen.79. Qu. Maximus quintum Conſul.de Cl.171.M Marcellus quinquies Cōſul. de Diu. 284.Sextum Conſul Marius.in Piſon.15.Caius Marius ſeptimū Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus.de Nat.d.76.Conſuli ius eſto agendi cum populo patribuſque.3 de Leg.10.Antonio Conſulem eſſe oportet,conſilio,fide,grauitate,uigilantia,cura toto denique munere Conſulatus,omni officio. in Piſ.87.Conſulem accipere. Brut.27.Declarare aliquem.1.de L.Agr.11. Renuntiare aliquem.pro Mur.1.Conſules de conſilii ſententia decreuerūt.16.Att.48.Conſules duo occiſi. 10.f.43.in ep.Pl.Quod duo Conſules iam ſuris teneant.3.de Leg.8.Conſules duo improbi in Rep.raro.poſt redi,in Senatu,7. Conſules duo regio imperio ſunto,iique præeundo,iudicando,conſulendo, Prætores, iudices,Conſules appellantor.Militiæ ſummum ius habēto,nemini parento:ollis ſalus populi ſuprema lex eſto.3.de Leg.8. Sine repoſſa facti Conſules.2.de L.Agr. 19. Conſules qui comitiis creare rite poſſint patres,ex ſe produnto.3.de Leg.8.Conſules ſella curuli utebantur.pro Syl.181.conſulum rogādorum ergo quem produnt patres,ei cum populo,patribuſque agēdi ius eſto. 3.de Leg.10.In c o s s. tutela reges atque exteræ nationes ſemper fuerunt.pro Sext.54.Augures rem ad Senatum. Senatus ut abdicarent:Conſules abdicauerunt.de Nat.d.1.9. cōſules D.Brutum & P. Scipionem, quos & quantos uiros. C. curiatius tribunus plebis,homo omnium infimus & ſordidiſſimus in uincula cō iecit,quod ante factum non erat.3.de Leg 20.Cum bellum iam gereret Catilina,omnes me authore duos conſules Calend. Ianuarii ſcirent eſſe oportere.pro Flac.164.Iunoni Soſpitæ Cōſules omnes facere neceſſe erat.pro Mur. 81.conſules egregios habemus,ſed turpiſſimos conſulares.12.fam.7. conſules non haberet Reſpubl.ſed mercatores prouinciarum.1.fam.56. conſulibus apud Romanos oppoſiti tribuni.Illud quidem ipſum quod in iure poſitum eſt,habet conſul, ut ei reliqui magiſtratus pareant,excepto tribuno,qui poſt extitit,ne id quod fuerat, eſſet. Hoc enim primum minuit conſulare ius, quod extitit ipſe qui eo non teneretur: deinde quod attulit auxilium reliquis non modo magiſtratibus,ſed etiam priuatis,cōſuli non parentibus. 3. de Leg. 17. Bella quæ a c o s s. geſta & conſummata ſunt. 11.Phil. 30.

Conſulatus.

Conſulatus bimeſter.10 famil.54.in ep.Planc.conſulatus Ciceronis. 15. fam. 25. Exploratus & domi conditus conſulatus. pro Mur.47.de Catil.conſulatus honorū populi finis. pro Plāc. 49.Vel conſulatus iſto modo uituperabilis eſt,ſi conſulum peccata collegeris.3.de L.22.conſulatus inſignia.in Piſ.17.Titulū conſulatus toſtinere.in Piſ.14.Grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant,adoleſcentiæ temeritatem uerebātur.5. Phil. 198.Aditum ad conſulatum non magis nobilitati. quam uirtuti patere. pro Mur.19.comprobare poſt reditum. in Senatu. 24. conſequi.pro Mur.21.magnificentiſſime atque optime geſſeris. 8.famil.54.2.de L.Agr.21. Acad.q.ed.1.lib 2.1.Obtinere. pro Mur. 1.Petere.2.de L.Agr.20.Suſcipere cum Tribunatu.2.de L. Agr.59.conſulatu abiens Cicero,magna frequentia domum reductus. 1.Att.38.

Conſularis.

Cōſularis ætas triū & quadraginta annorū.5.Phil.198. Quę eſt ætas noſtris legibus decem annis minor quam conſularis? 5. Phil.198.conſularis amicitia pro D.ſua.52.animus. 10.fam.11. cauſa.10 Phil.14.dignitas,ideſt,quæ conſulatū meretur pro Mur. 25.exercitus.3.in Verr.23.Familia.pro Planc. 48. fides & dextra.poſt reditum in ſenatu.21.ictus.poſt reditum in Senatu. 15. lex.pro Sext.118.Ideſt,a conſule lata. maximus maximum conſulem ipſe uicit.15.fam.21.in ep.Cat.cōſularis medicina.poſt reditum in Senatu.7.& 18.ideſt,a conſule allata. Male conſularis mulier.1. Att.5. Conſularis ſupplicatio.de Pro. Conſul. 21. uigilia.2.Phil.1.Imperium cōſulare pro Rab.20. conſulare ius ſuperbius populo uiolentiuſque uideri neceſſe erat,quod poſtea quam & ſapiens temperatio acceſſit,cōuerſa lex in omnes eſt. 3. de Leg.18.Officium conſulare.pro Rab.perd.reo.1.uulnus.poſt redi.in Senatu.7.& 22.ideſt,a Conſule illatum.Conſularis locus tantum habet ſoror.2. Att.5. Libidini conſulari reſtitit uis Tribun.ita nonnunquam.2.de L.Agr.59. Q.Maximo,qui filii conſularem amiſit.Lentulo,Conſulari loco ſententia dicere. 1. Phil.11. Qui duo e conſulari numero ſunt.2.Phil.38. conſulares literæ.pro Sext.45.orationes Ciceronis.2.Att.3.Prouinciæ pro D.ſua.19. conſulares tres. 12. fam.4. Frequentius *dicitur*, conſulares uiri. conſulares prætorii uiri,&c.ad Qu.fr.306.Non ita gerimus nos hoc bello conſulares ut æquo animo pop. Romanus uſurus ſit noſtri honoris inſignia.8.Phil.255.Egregios Conſules habemus ſed turpiſſimos conſulares.12.fam.7.Auſpicia conſularia.pro Mur.1. Conſularia comitia.9.ad Att.32.conſularium candidatorum coitio.3.ad Q.fr.11.

Conſulto.

Tum autem inquirunt, aut conſultant, conducat id, necne. Off.2.Octauius conſultabat, utrum Romā proficiſceretur. Att. 157.Vt ſi Annibal conſultet,an in Italia remaneat, an domum redeat.ad Her.16.In quibus deliberare homines & cōſultare de officio ſolent.3.Off.10.

Conſultatio.

Hæc autem altera quæſtio infinita,& quaſi propoſita,conſultatio nominatur.3.de Or.61.conſultatio vel propoſitum, pars cauſæ eſt.Parit.33.conſultatio tua.9.Att.39.Quęcunque cauſa conſultationi acciderit. de Leg. 179. Credo ut putaremus non in hominibus, non in re cōſultationis, aut deliberationis cauſam aliquam fuiſſe.de Or.121.Ego nauē paraui:tuas literas tamen expecto,ut ſciam quid reſpondeant conſultationi meæ. Att.8.15.Sed uenio ad conſultationem ret ueniat. de Inu 71. Partim propter aliquam extraneam cauſam ueniunt in deliberationem & conſultationem.ad Her.16.Sapientem & bonum uirum fingimus:de eius deliberatione & cōſultatione quęrimus. 3.Off.66.Non enim id quæris hoc ſermone Pomponi, quemadmodum caueamus in iure, aut quid de quaque conſultatione reſpondeamus.1.de L. 14.Vtilitas in duas partes in ciuili conſultatione diuiditur.ad Her.16. Ad quas ipſas conſultationes ex ſuperioribus libris ſatis multa præcepta ſunt.3. Off 41.Iuriſperiti de cōſultationibus ſuis diſputant.Top.226. In conſultationibus his me exercens.9.Att.9.

Conſultus.

Nihil de eius morte populus cōſultus.pro Mil.12.Senatus qui
dem,cuius grauiſſimum eſt iudicium de iure legum,quotieſcun
que de me conſultus,&c.pro Dom.56. Nōdum uidelicet literas
meas legerat, quibus ad eum re conſulta & explorata perſcripſe
ram non deberi.Att.8.31.7.Quamquam ipſi omnia,quorum ne
gotium eſt,conſulta ad nos & exquiſita deferunt.1.de Or.130.
Si prima quæque bene ab eo conſulta atque facta ipſius obliuio
ne obruentur.de Fin.87.

Conſultus.

Neque enim ille magis iuris conſultus, quam iuſtitię fuit.9.
Phil.264.Ita iuſtus & bonus uir eſt, ut natura,non diſciplina,
conſultus eſſe uideatur.pro Cæc.57.Nam ut paulo ante dixi,cō
ſultorum alterum diſertiſſimum,diſertorum alterum conſultiſ
ſimum fuiſſe.de Cl. Or.75.

Conſultum.

Sextus locus eſt, cum oſtendemus ex cōſulto factum.ad Her.
35.Factaque & conſulta fortium ac ſapientium ſempiternis mo
numentis prodere.2.de L.93.conſulta Senatus.14.Phil.407.At
que utinam his omnibus abſtergere fletum ſententiis noſtris cō
ſultiſque poſſemus.in Ant.264.

Conſultor.

Etenim ſi Q.Scæuola ille Augur, cum, &c.conſultores ſuos
nonnunquam ad Furium & Caſcilium prædiatores reiiciebat
pro Corn.Balbo.35.Vigilas tu de nocte,ut conſultoribus tuis
reſpondeas.pro Mur.19. Druſi domum compleri conſultoribus
ſolitam accepimus. Tuſc.149.

Conſultrix.

Ipſius uero mundi,qui omnia complexu ſuo coercet & conti
net,natura nō artificioſa ſolum, ſed plane artifex ab eodem Ze
none dicitur conſultrix & prouida utilitatum, opportunitatum
que omnium.2.de Nat.d.42.

Conſulto.

Neminem niſi conſulto contra ſe dicere.de Or.136.Itaq. ad
hominum commoditates & uſus tantam rerum ubertatem natu
ra largita eſt,ut ea quæ gignuntur,donata nobis, non fortuita
nata uideantur.1.de L.37. Verum perturbatione aliqua animi,
&c.an c.& cogitata fiat iniuria.1. off. 39.Exiſtimant,quod ille
inſcitia plane loquēdi fecerit,feciſſe c.1.de N.d.60.Philoſophia
multitudinem c.fugiens,&c. Tuſ.175.& ep.37.

Conſimilis.

Conſimilis.ad Her.34.Cui contrarium eſt Diſſimilis.Cauſa
aliqua poſita conſimilis cauſarum earum, quæ in forum deferun
tur.1.de Or. 72.Quod cum rem geſſiſſet conſimilem rebus iis,
quas ipſe geſſeram,me potiſſimum teſtatus eſt, &c. 2. Phil.49.
Cōſimili ſpecie ſtellas,pariique colore.in Arat. Aut quæ ſunt
aliis grauioribus conſimilia. de Or.137.

Conſiſto.

Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciā quid garriat in ruſticatu.
Att.185.Omne bonum in una honeſtate conſiſtit.Tuſc.236.In
hoc ſumma iudicii cauſaq.tota cōſiſtit.pro Q.17.Leuator enim
omnia cura,cum aut conſiſtit conſilium,aut cogitando nihil ex-
plicatur.8.Att.26.Cn.Pōpeii tertius cōſulatus in quibus actis
conſtiterit?nēpe in legibus.Ant. 156. Habitus in aliqua animi ab
ſolutione conſiſtit.de In.65. Quoniā ille hic cōſiſtit paulíſper,
mihi quoque neceſſe eſt paulum cōmorari. pro Q.Roſc.49.Pri
mus ille locus in ueri cognitione conſiſtit. off.4.Si ludus conſi
ſtit, aut tibicē,repēte conticuit.de Ar.249.Si in Italia Pōpeius
cōſiſtit,erimus una.Att.108.Verres appellat hominem, cū hoc
conſiſtit,hūc amplexatur,hunc iubet ſine cura eſſe.2. Ver.12.Be
ſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atq. conſiſtunt. pro Archia
14.Similis in bulbo,in gutta, in aliis nonnullis ſuſpicio conſi-
ſtebat.pro Cl. 63. Ipſe in allobrogibus conſiſti, ut, &c.ep.150.
Cōſiſtit nuſquā.Brutus ad Cic.11.13.4. Nympho antequā pla-
ne cōſiſtit,condēnatur.in Ver. 159. Cōſtitit triduum Romæ.3.
Ver.71.Milites Albæ cōſtiterūt.in Ant.192.Nō cōſiſtes ullo iu
dice.pro Cęc.299.Hęc diſſerēs,qua de re agatur,& in quo cauſa
cōſiſtat,nō uidet.de Fat.151. Præſertim cum hęc cauſa non in
crimine aliquo,ſed in iure ciuili conſiſtat.1.de Or.89.Compre
henſio ita a capite fluere debet, ut ad extremū ueniēs conſiſtat.
de Or.216.Is ubi conſiſtat,uſpiam non habet. Att. 276.Conci-
dat omne cœlū,& omnis natura conſiſtat neceſſe.de Somn.Scip.
132.Veritas locum ubi cōſiſtat,non poterit reperire.pro Q.1.
Quia ubi conſiſtamus, non habemus. Brutus ad Caſſ. 11.2.Eo
tranſire illius turpitudinis infamiam,ubi cetera maleficia con-
ſiſtant.pro Cl.35. Itaq. Cales proceſſi,ut ibi potiſſimum conſi
ſterem.Att.227.Cum in eo ſalus & uita optimi cuiuſq. & liber
tas populi Rom.dignitaſque conſiſteret.in Ant.187.Præſertim
cum iſte impurus, &c.ageret illam rem raptim & turbulente,ut
neq. mens,neq. uox, neque lingua conſiſteret. pro D.ſua.108.
Ei tātus clamor a noſtris(placuerat enim referre gratiam)ut ne
que mente,neque lingua,neque ore conſiſteret. ad Q.fr.2.7.Ve
ni igitur ad Siccam octauo die e Pōpeiano, cū unum diē Veliæ
conſtitiſſem. Att.255.Si cum hoc homine in foro conſtitiſſes.
Poſtquā.107.Cum is armatus in comitio conſtitiſſet. pro Rab.
94.Si infinitus ætatis labor flexu conſtitiſſet. de or.85. Mihi ſi
cōtigiſſet,ut prior occurrerem Antonio,non me hercule horam
conſtitiſſet.ep.154.Homines cum recte atque in loco conſtitiſ
ſent,iuberi abire.pro Mur.130.Plura ad te ſcribam, cum conſti
tero.At.74.Minimeq. in lubrico uerſabitur, &,ſi ſemel conſtite
rit,numquam cadet.in Or.53.Ipſa mihi ueritas manū iniecit,
& pauliſper conſiſtere & cōmorari iuſſit. pro Roſc. Com.28.Tū
ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit conſiſtere.Tuſ.
5.45.Mortē igitur omnibus horis impendentē timens, qui tră
quillo poſſit animo conſiſtere?de Sen.67. Videſne igitur Zeno
nē tuum cum Ariſtone uerbis conſiſtere, re diſſidere?4.de Fin.
116.Conſiſtere uſura debuit, quæ erat in edicto meo: deponere
uolebāt.Att.6.7. Doleoque,cum Reſp. immortalis eſſe debeat,
eam in unius mortalis anima conſiſtere. pro Marcel.13.Cauſi
dicus ſubtilis & elegans,& qui in forenſibus cauſis poſſit præcla
re conſiſtere.in Or.16.Sanequā ſum gauiſus. in hoc enim uicto
etiam puto conſiſtere.Brutus ad Cic.11.23.Vt multis iniuriis ia
ctatam atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco conſiſte
re & infirmari patiamini.pro Q.2. Ne conſiſtere poſſit in Italia
Antonius,dabo operam. Brutus ad Cic. 11. 15.Tibi in iſto loco
conſiſtere non licet pro Sex.Roſc.43. Oppida in quibus Præto-
res conſiſtere & conuentum agere ſolent.in Verr. 241. Conſiſte-
re in præſidio.2.de or.162.In quo nō modo culpa nulla, ſed ne
ſuſpicio quidem potuit conſiſtere.pro Roſc.Am.90.Conſiſtere
enim nulla in re ſum paſſus.1.Att.41.ideſt,in ſingulis ſum ei ad
uerſatus.Atque ubicūque conſtiterit,conſiſtere in ſuo,&c.3.de
Or.68.Nec uero te unquā neq. uigilātem,neq. in ſomnis credo
mente poſſe conſiſtere.2. Phil. 78. Conſiſtere municipii fortu-
nas omnes in iſto uectigali.13.fam.14.Vt numquam liceat quie
ta mente conſiſtere.Diu.2.114.Vt hodie primum,& graui mor-
bo,uidear poſſe conſiſtere.ep. 107. In eas cum incidiſſem in cœ
na augurali apud Lentulum,tanta me διάῤῥοια arripuit, ut ho-
die primum uideatur cępiſſe cōſiſtere. Gallo,l.7.47.Tibi certe
conſitendum eſt,cauſam pernicioſiſſimi belli in perſona tua cō
ſtitiſſe.2.Phil.68. Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicii & defenſio
nis meæ conſtitiſſe.2.de or.129. Quod iam uideris certa aliqua
in ſententia conſtitiſſe.Trebat.7.17.1. Qui ad meridiē ſpectās,
in media uinea dicitur conſtitiſſe.de Diu. 87. Nonne cernimus
uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe? de
Cla. orat.196.Ita conſiſtendum, ut quod obiicitur factum,ne-
ges. Part.238.

Conſiſtens.

Sol conſiſtens in Capricorno conuertit curriculum.in Arat.
Nec is conſiſtens in loco,nec inambulans. de or.108.

Conſobrinus.

Nam quod ad me Curius conſobrinus tuus, mihi(ut ſcis)ma
xime neceſſarius.ad Cæl.2.18.5.1. Off.80.pro Cluent.8.pro Li
gario.7.2.de Or.2. Alter Cethegum conſobrinum ſuum repo-
ſcebat. Poſtquam iret in exil.806. Quintii conſobrinam haber
in matrimonio.pro Q. 9.Sequuntur fratrū coniunctiones,poſt
conſobrinorum,ſobrinorumq. qui, &c. 1.Off.79.Cum nos eru-
diremur una cum conſobrinis noſtris, Aculeonis filiis,quocum
erat noſtra matertera. de Or. 108.

Conſocio.

L.Piſo,tune auſus es iſto oculo,non dicam iſto animo,&c.cū
Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ? poſt reditū in Senatu.
14.Nec uero rectum eſt, cum amicis aut bene meritis cōſociare
aut coniungere iniuriam.de Fin.3.56.

Conſociatus.

Conſociatus uehementer cum Senatu.4. Phil.160.Inter nos
natura ad ciuilem communitatem coniuncti & conſociati ſu-
mus.3.de Fin. 102. Legē conſociati homines cum diis putandi
ſumus.1.de Leg.33. Qui uidet domi tuæ pariter accuſatorem,
atque iudicium conſociatos greges, qui nocentes & pecunioſos
reos,&c.in Parad. 58.

Conſociatio.

Conſociatio atque communitas hominum. off.1.219.Seque
murque & id quod acutum & perſpicax natura eſt,& id quod ad
hominum conſociationem accommodatum eſt. 1.off.141.Com

munem totius generis hominum conciliationem & cõſociatio
nem colere, tueri, ſeruare debemus. 1. off. 208. Diſſoluere conſo
ciationem humanam. 3. off. 33.

Conſolidatus.

Illud quidem certe factũ eſt, quod lex iubebat, vt apud duas
ciuitates, &c. rationes confectas & conſolidatas deponeremus.
ad Ruſ. 5. 56. Quædam exemplaria habent conſolutas.

Conſolor.

Dicendi laborem delectatione oratoria conſolor. 4. ad Att.
46. Sed non ege & medicina, meipſum conſolor, & maxime illo
ſolatio, quo plerique. de Amic. 9. Inaoi & tenui ſpe te conſola-
ris. pro Roſc. Com. 23. Memoria poſteritatis, breuitatem vitæ
conſolatur gloria. pro Mil. 74. Spes, quæ ſola hominem in miſe
riis conſolatur. 4. in Cat. 8. Dices, quid me iſta res conſolatur in
tantis tenebris, & quaſi parietinis Reip? ad Sulpit. 4. 3. 7. Elo-
quentia conſolamur afflictos. 2. de Nat. d. 222. Nos malo ſola
tio, ſed non multo tamen conſolamur, quod ipſius vicem mini-
me dolemus. Att. 5 8. In commodum conſolantur quotidianæ da
mnationes inimicorum. Q. fr. 2. 20. Oileus Telamonem de Aia
cis morte conſulatus eſt. 3. Tuſc. 119. Illud præclare, quod te cõ
ſolata eſt ſpes breui tempore congrediendi. Att. 15. 330. 2. Sed
hoc mihi tamen non ſumo, vt te conſoler de communibus miſe
riis, quæ ad conſolandum indigent. 6 fam. 12. Att. 1. 11. 13. Tu ve
lim Pyliam meis verbis conſolere. ad Att. 47. Nihil quod hu-
militatem cuiuſquam virtus iudices conſoletur. pro Quint. 1:
Maximeque laudandus eſt, qui hoc tempore ipſo cum liceat, in
hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſe cum cõ-
ſcientia optimæ mentis, tum etiam vſurpatione & renouatione
doctrinæ. de Cl. Or. 135. Bona ſpe poſteritatis conſolari aliquẽ.
Octauio. 3. Conſolari aliquem, & omnem abſtergere dolorem.
ad Qu. fr. 2. 12. 5. Verbis alterius conſolari aliquem. Att. 5. 98. 7.
Si qua reliqua ſpes eſt, quæ ſociorum animos conſolari poſſit,
ea tota in hac lege poſita eſt. 1. Ver. 10. Deſiderium alicuius ſpe
commodorum conſolari. Trebat. 7. 22. Nec eum dolorem, quem
a Rep. capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum Re-
ſpublica. Sulp. 4. 6. 10. Gratulari magis uirtuti debeo, quam con
ſolari dolorem meum. Marcel. 4. 28. Luctum conſolari. Sulp. 4.
6. 6. Conſolari ſe exemplo alicuius. de Prouinc Conſul. 72. Per
literas ſe conſolari. Att. 12. 241. 2. Quæ tibi maiores tui non cõ
ſolandi tui cauſa dicerent, ſed, &c. pro Planc. 270. Genera conſo
landi omnia in unam conſolationem conicere. 3. Tuſc. 130. Ad
conſolandum uir maxime accommodatus. Titio, lib. 5. 16. 1. Cõ
ſolando, & prope æque dolendo. 4. fam. 20. Conſolando leuare

Vel ſuſpicor cōtactū aliquo morbo bouis cor fuiſſe. Di.2.28.

Contagio.

Quibus fuiſſet minima cum corporibus contagio, &c. 1. Tuſ. 114. Quæ poteſt igitur cōtagio ex infinito pene interuallo pertinere ad lunam, uel potius ad terram? de Diu.127. Cōtagio belli.7.Ver.5. Deliberatum autem eſt, &c. ad quos conſcientiæ cōtagio pertinebit.7. Verr.143. Hoc eſt, qui eius culpæ cōſcii erūt & eo crimine quodammodo infecti. Ne contagio mea bonis umbraue obſit.de Or.158 Naturæ contagio.de Fato.8. In hoc crimine quædam eſt cōntagio ſceleris, ſi proditorem patriæ defendas.pro Syl 5. Latius patet illius ſceleris contagio, quam quiſquam putat.pro Mur.71. Terrena contagio.2.de Diu.86. Nemo ex tot hoſpitibus inuentus eſt, qui cōtagionem aſpectus fugeret. pro Clu.153. Hoc eſt, contagioſum aſpectum. Somno ſeuocatus animus a ſocietatę & contagione corporis.3.de Diu.121. Qui aliqua ſe contagióne prædæ, ſocietatis, emptionis contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicii pœnam effugere potuerunt.pro D.ſua.83. Mœſti inter ſui diſſimiles & mœrentes ſedebant, & contagione turpitudinis permouebantur. Att. 1. 37. Nec uero ſolum ipſa cecidit ſed etiam reliquam Græciam euertit contagionibus malorum, quæ a Lacedæmoniis profectæ manarunt latius.3.Off.128.

Continuatio, Continuo, as, Continuo, Continuus,

Vide Contineo.

Contor.

Cumque ea eo de me cōtaretur, cum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſe mihi eſſe inimiciſſimum. Att.11.22.

Contorqueo.

Brumali flectens contorquet temporo currum.2. de Nat. d. 166.de Capricorno. Deinde contorquent, & ita concludunt, nō igitur, &c.de Diu.130. Nō eſt enim ætheris ea natura, ut ui ſua ſtellas complexa contorqueat.2.de Nat.d.40. Contorquere aliquem tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam 1.de Diu.70. Contorquere in alium curſum amnes & deflectere. Ibidem. Contorquere membra. Diu.1.102. Verba contorquere.de Nat.d. 105. Tuſc. 3.53. Mundus mirabili celeritate contorquetur.de Nat.d.6. Quæ uero uita tribuitur iſti rotundo deo? nempe ut ea celeritate cō torqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem poſſit.de Nat.d. 1. 18. Qui tanquam machinatione aliqua tum ad ſeueritatem, tū ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt cō torquendus.2.de Or.40.

Contortus.

Contorta & acris oratio.Or.202. Cōtorta cornua.2.de Nat. d.163. Demoſthenes cuius non tam uibraret fulmina, niſi numeris contorta ferrentur. Or.220. Cōtorta & aculeata ſophiſmata. Aca.q.ed.1.l.2.68. Aut alium curſum contortos & deflexos uidemus. (ſcilicet amnes) Diu.1.36. Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſario perdiſcere.1.de Or.130.

Contortulus.

Contortulę quædam ac minutæ concluſiunculę.2.Tuſc.73.

Contortio.

Itaq. In illo genere & remotione brachii & contortione dextræ, gladius ad corpus afferri uidetur ad Her.30. Maius eſt .n. has contortiones orationis, quam ſignorum ortus obituſque perdiſcere.Fat.13.

Contorte.

Cōtorte dicere aliquid ad Her.3. Hic cōſiderandū erit, nequid perturbate, nequid cōtorte dicatur.1.de Inu.39. Hæc ſic dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius.3.Tuſc.37.

Contra.

Facere contra aliquem. Att.163. id eſt, aduerſari ei. Contra aliquem inferre bellum. 2. Phil.68. Quintus Hortenſius contra caput non didicit dicere. pro Quint.7. Poteſt eſſe dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non ſit contra Cluentium, ſed maxime noſtram cauſam defenſionemque confirmet? pro Cl.82. Impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi. de Nat.d.59. Scio me a te contra iniquos meos ſolere defendi. ep.182. contra iſta dicamus. 3. de Nat.d.71. contra meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem cupio diſcedere. Att.140. contra legem aliquid accipere. 7. Verr. 47. Hoc non modo non pro me, ſed contra me eſt. de Or.150. Et contra aniium minorum morſum muniuntur uallo ariſtarum. de Sen.88. Omnia quæ ſecundum naturam ſint, bona appellare: quæ autem contra, mala. 4. de Fin. contra naturam uiuere. Off. 56. Etenim contra naturam eſſet, ſi probabile nihil eſſet. Ac.q.ed.1.l.2.90. contra nos eſt. Ac.q.ed.1. lib.2.50. Sero reſiſtemus ei, quem aluimus contra nos. Att. 104. Quæ omnes artes in ueri inueſtigatione uerſantur: cuius ſtudio a rebus gerendis abduci, contra officium eſt. 1. Off.30. Sic inter recte factum atque peccatum, officium & contra officium, media locabat quædam. Ac.q. 45. Defendere cauſam alicuius contra alium patronum. de Or. 99. contra alterius rationem, ſuam dicere. 2. fam.3. contra Remp. facere. 8. fa.22. in ep. Cæl. contra ſalutem alicuius, multa deos uenerari. 6. fam. 26. in epiſ. A. Cæc. Nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet. Off.64. Quæ cõtra ſenſus, contraque perſpicuitatem dicantur. Ac.quæſt.ed.1.lib.2. 90. contra populi ſtudium ſtare. de Cla.Ora.176. Teſtimonium quod contra te eſt. pro Quint.14. Nonne uidetur contra te ualere? Ac.q.ed.1.l.2.77. Reſiſtere & repugnare cõtra ueritatem. pro Q.R.53. Nunc te contra uictorem Cæſarem facere, &c. ſummæ ſtultitiæ eſt. Att.10.201.3.

Contra, *pro, aliter, ſecus.*

Si hæc contra, ac dico, eſſent omnia, tamen, &c. in Ver.202. Vt contra, ac dicat, accipi & ſentiri uelit. in Orat.76. Vides tamen omnia fere contra, ac dicta ſint, eueniſſe. 2. de Diu. 79. Cum contra, ac Deiotarus ſenſit, uictoria belli indicarit. in Anto.237. Si denique aliquid non contra, ac liceret factum, diceretur, ſed contra, atque oporteret. pro Corn.56. Iam enim faciam contra, atq. in ceteris cauſis fieri ſolet, vt, &c. pro Sylla. 186. contra faciunt, quam pollicentur. ad Her. 24. Clamare contra, quam deceat, & quam poſſit, hominis eſt impudentiſſimi. de Or.116. Generi ſui, contra quam fas erat, amore capta. pro Cl.9. Vt Senatus, contra quam ipſe cenſuiſſet, ad ueſtitum rediret. in Piſ.13. Et contra, quam illa cauſa poſtulaſſet, defendiſſe. pro Cæc. Quamquã quid ego de ueſtro iure, contra quam propoſueram, diſputabo? pro Dom.237. Factum eſt enim mea culpa, contra quam tu mecum egeras. ad Q. fr. 290.

Contra, *pro, ex contrario, potius.*

Vt aliæ probabiles uideantur, aliæ contra. 4. Ac. 184. Ad eam ſam pertinet, caute, an contra demonſtratum ſit. de Or. 139. Sapientiſſimum dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi ueniat in mentem. in uoluntate contra eſt: minus enim ſtultus, cui nihil in mentem uenit, quam ille, qui, &c. pro Clu.35. In collocando beneficio hoc maxime officii eſt, ut quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari, quod contra fit a pleriſque, &c. Off.10. Diſputabant contra diſerti homines Athenienſes. de Or. 92. Ergo ut hi miſeri, ſic contra illi beati. Tuſc.231. Nos, qui domi ſumus, tibi beati uidemur: at cõtra nobis, tu præ nobis beatus. ep. 48. Quid ſi contra omni ratione pugnauit? in Ver.130.1. Att.3 a. Atque utinam propugnatores, &c. & contra oppugnatores. pro Corn.Balb. 65. Illa autem altera argumentatio, quaſi retro, ac contra prius ſumit, quæ vult. Partit. 234. Quid huic cum Habito? nihil, atque adeo etiam contra ſimultas. pro Clu. 54. Cum me in iudicium populi nemo uocarit, condemnari non potui, contraque a populo Rom. ſemper ſum defenſus & ornatus. pro Dom.231. Ea ſumenda dicebat, contraque contraria. Academ. quæſt.45. Noui enim animum tuum nulla in ceteros maleuolentia ſuffuſum, contraque cum magnum & excelſum, tum etiam apertum & ſimplicem. epiſt.16. Num igitur cenſes animo ſolicito fuiſſe? nihil minus: contraque illa hæreditate diues. de Fin.76. Decere, &c. contraque item dedecere. Ora.203. Non enim culpa tua eſt, ſi te aliquid timuerunt, contraque ſumma laus, quod plerique minime timendum eſſe cenſerunt. pro Marcel.134. Cyrenaici non uiderunt, ut ad curſum equum, ſic hominem ad intelligendum & ad agendum eſſe natum: contraq. ut tardam aliquam pecudem ad paſtum, & procreandi voluptatem, hoc animal ortum eſſe uoluerunt. 2. de Fin.67. Non is ſum, qui obtrectẽ libenter, ſed contra qui laudem omnia. Ac.q. 45.

Contra, *pro, atque.*

Itaque contra eſt, ac dicitis. de Fin.4. 33. Et in excelſum collocare, & contra, atque antea fuerat, ad Orientem conuertere. 3. in Cat.64. Iam enim faciam criminibus omnibus fere diſſolutis contra, atq. in ceteris cauſis fieri ſolet. pro Syll.51.

Contra, *pro, uiciſſim.*

Si laudabit hæc illius formam, tu contra huius. ep.151. *Sed & ego quid ille, & contra ille, quid ego ſentirem uidebat. in Ant.* 168. Beate uiuere uos in uoluptate ponitis, item cõtra, omnem infœlicitatem in dolore. de Fin.83.

Contractus. *Vide, Contraho.*

Contradico.

Nec qui contradicunt, cauſam difficilem repellunt. de Fin.40. Vnus contradixerat Metellus. Att. 15. Et quidquid tu contradixeris, id cum defenſione noſtra contendito. pro Roſc. Am.56. Scaptius ait ſe nihil contradicere. Att.83. Cum erant appellati, ſi eis uidebatur, ſtatim contradicere ſolebant. pro Rab.Poſt.124. Contradicuntur hæc. 3. Tuſc. 119. Vereor ne maiorem largiar ei, qui contradicturus eſt, libertatem. Ac.8.

Contradicens.

Ceterum uenient contradicentium. Tuſc. 164.

Contraduco.

Quid, quod exercitum contraduxit. ad Her. 29.

Contraho, *in anguſtum, adduco, aſtringo.*

Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. 2. de Leg.38. Omne animal membra quo vult flectit, contorquetque, porrigit, contrahit. de Diu.105. Quarum (reuerſionum) in interuallo, tum quaſi triſtitia quadam contrahit terram, tum uiciſſim lætificat, ut cum cælo hilarata uideatur. 2. de Nat. d.147. de Sole. Tum ſe contrahunt aſpirantes, tum in reſpiratu dilatãt, ut frequenter ducatur cibus animalis. 2. de Nat.d. 205. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum. Q. fr. 1. 1. 6. Contrahere, in anguſtumque deducere. Academ. quæſt edit.2. lib.1.27. Demittere & contrahere animum. Tuſc.4. 11. contrahere animum in dolore. Tuſc. 224. contrahere interualla. Acad.quæſt.edit.1.lib.2.21. contrahere nomina. Or.211. Licet enim contrahere uniuerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos. *de Nat. deo.*59. Stomachi partes quæ ſunt infra id quod *deuoratur*, dilatantur: quæ autem ſupra, contrahuntur. 2. de Nat.203. Quæ ſimplicibus uerbis ita tractatur, ut aut ex uerbo dilatetur, aut in uerbum contrahatur oratio. in Partit.14. Contractus & breuis ambitus uerborum. de Cl.Or. 84. Similitudinis eſt ad uerbum unũ contracta breuitas. 3. de Or.86. Contracta & aſtricta eloquẽtia, putanda eſt dialectica. de Cl.Or.171. Ex infinita ſocietate generis humani ita contracta res eſt, & adducta in anguſtum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. de Ami.19. Contractæ in Lycia naues. 12. fam.33. in epiſt. Lentuli. Propter res tuas ita contractas, ut, quemadmodum ſcribis, nec caput nec pedes. 7. fam 54. Contractior introitus. 2. de Nat.d.217. Studia contractiora in ſenectute eſſe debent. pro Cœl.60. Accipies *igitur* hoc paruum opuſculum lucubratum his iam cõ*tractioribus* noctibus. in Parad. 5.

Contrahere, *pro, colligere, cogere.*

Quis, cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? 2. Tuſc.36. Si turpitudo cauſæ contrahet offenſionem. 1. de Iou.34. Quæ in rerum natura, totoque mundo conſtarent, quæque mouerentur, ea cõtrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. de Amic.23. Contrahere appetitus. Off. 1. 143. Appetitus omnes contrahendi ſedandique ſunt. pro Mur.141. Ex quibus non amplius XIIII. cohortes contrahere potui. Att. 8.43. Contrahere aliquo omnes copias. 8. Att. 2. Contrahere frontem. pro Clu.57. inuidiam in uita. ad Her.4.209. membra. de Diu. 1.101. Vos hortor, ut quotcumque militum contrahere poteritis, contrahatis. Att.129. Moleſtias liberalitate ſua contrahere. Cæl.2. 32. Contrahere omnia in unum locum. Att.126. Contrahere uela. 1. Att. 35. pro, remittere aliquid de contentione uehementi actionum. Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur, & incommodis contrahitur. de Am.45. Sic enim parari uideo, ut Luceriam hẽc copiæ contrahantur. Att.118. Contrahi autẽ animũ Zeno & quaſi labi putat atq. occidere, & ipſum eſſe dormire. de Diu.133.

Sin omnia in vnum locū contrahenda ſint, nō dubito quin, &c. Att.8.157.4. Cōtractum nihil eſt caſu. 11. Att. 58. Nos diſiecta manu pares aduerſariis eſſe non poſſumus, contractis autem noſtris copiis ſpero, &c. ep.154.

Contrahere, *pro, tranſigere.*

Magnis moleſtiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt. Tuſ.5.76. Nam quas pecunias ferebat iis expenſas, quibuſcum contrahebat, eas ipſi iſti referebat acceptas. 4.Ver.123. Cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam cōtrahebat. pro Clu.36. Res ab eo, quicum contraxiſti, receſſit. pro Quint. Nulla vitæ pars neque publicis, &c. neque, ſi cum altero cōtrahas, vacare officio poteſt. 1.Off.7. Contrarium, Secum agere, ideſt, ſolitariam vitam degere. Contrahere rationem cum aliquo. pro Syl.41. Conuenit autem in omni re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, æquum & facilem eſſe. Off.46. Qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendiſque negotiis implicantur. 2.Off.55. Conſuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationeſque contractæ. off. 11. Male contractę res. 9. Att. 19. Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta. pro Sylla.177. Aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique, & rerum contractarum fide. 1. Off.24.

Contrahere, *pro, ſuſcipere, conflare.*

Dolabellam videbam fore ab iis moleſtiis, quas ſua liberalitate contraxerat, liberum. ep.27. Si turpitudo cauſæ contrahet offenſionem. de Inuent.47. Nec mercatura quęſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. 5. de Fin.156. Nullum ęs alienum nouum contrahi ciuitatibus. ad Q. fr. 1.1.35. pro Syl.44. Inuidiam contrahere in uita, odium in oratione. ad Her.36. ideſt, *accerſere*, trahere. Contracta eſt a nobis ea culpa, vt, *&c.11. Att.49.* Dabo operam, ut a principio res quemadmodū geſta & contracta eſt, cognoſcatis. pro Quint. 6. Aes alienum contractum in popinam. in Catil. 27. Culpa contractū malum ægritudinem acriorem facit. 3.Tuſc. 89. Hoc quidem ſuſcepto atque cōtracto, multa perpetienda fuerunt. pro Rab. Poſth. 126. Ea ferre homines moleſtiſſime debent, quę eorū culpa contracta ſunt. ad Q. fr.908. Contractas lites magiſtratus iudicanto. 3. de Leg.5.& 6. Quid ſit optimum, male contractis rebus, plane uideo. Att.106.

Contrahere, *pro, faceſſere.*

Sin illam alteram ſecuti eritis, neſcio an amplius negotii mihi contrahatur. in Catil. 81. Contrahi mihi negotium videtur. Att.15. 23.

Contrahere, *pro, conciliare.*

Amicitiam virtus contrahit. de Amic. 45. A noſtra perſona beneuolentiam contrahemus. ad Her.2.

Contractio.

Contractio & breuitas grauitatem non habet. Or.216. Eodē enim uitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore cōtractio. 4. Tuſc.108. Contractio animi ex metu mortis. Tuſc.1.74. Contractio animi fieri recte numquam poteſt, elatio poteſt. Tuſc. 4.56. Digitorum cōtractio facilis, faciliſque porrectio propter molles commiſſuras. 2. de Nat.d.214. Contractio frontis. pro Seſtio.14. Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginę contractio ſignificat. Att.5.91.5. Superciliorum remiſſio & contractio. 1. Off.203. Aut contractione breuius fieret, aut productione longius, &c. 3. de Or.108. Brachii proiectione in contentionibus, cōtractione in remiſſis. in Or. 33. De geſtibus Oratoris.

Contractiuncula.

Hoc detracto, quod, &c. morſus tamen & contractiunculæ quędam animi relinquentur. 3. Tuſc.70.

Contrecto.

Nec ea quę nunc contrecto, minuunt, ſed augent potius illā facultatem. de Fat.5. Hæc facilius diuulſa & quaſi diſcerpta cōtrectant. 3. de Or. 14. Impellit ſurſum & incitat ad conſpiciendas, totaque mente contrectandas varias uoluptates. 3. Tuſc.30.

Contrectatio.

Quod ni ita eſſet, cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? 1. de Nat.d.54.

Contrarius.

Stella Iouis ad ortus puerorum ſalutaris eſt, Saturni cōtraria. de Diu.98. Fortitudini contraria eſt ignauia, & inſcitiæ inſitia. de Inu.81. Ois uoluptas honeſtati eſt cōtraria. Off.76. Contrarium, eſt quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat: vt frigus calori, vitæ mors. 1. de Inu.58. Contrariū, genus argumentationis. 1. de Inu. 105. Cōtrariū, exornationis ſpecies. 3. de Or.115. Contrarium, pro incommodum aut periculoſum. 10. famil. 68. in ep. Aſinij Pollionis. Fidentiæ contrarium eſt diffidentia: audacia autem non contrarium eſt, ſed appoſitum & propinquum. de Inu. 83. Contrarium, eſt quod ex rebus diuerſis duabus alteram breuiter & facile confirmat. 4. ad Her. 171. Nihil eſt tam contrariū rationi & conſtantiæ, quam fortuna. de Diu.112. Eſt enim animus cæleſtis, ex altiſſimo domicilio depreſſus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatique contrarium. de Sen. 93. In contrariā partem afferre aliquid. 2. de Or.119. Verebar ne pium meum cōſilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei. ep. 165. Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam. 1. de Diu. 111. Contrarium decernebat, ac paulo ante decreuerat. 3. Ver.84. Id tam abeſt ab officio, ut nihil magis officio eſſe poſſit contrarium. off.9. Commutabile eſt, quod ab aduerſario pōt leuiter mutatū ex contraria parte dici. 1. de Inu. 38. Rerum expetendarum tria genera ſunt: par autem numerus uitandarum ex cōtraria parte. de Inu. 28. Si quid contraria parte in homine oſtendendum ſit, habetis hominem. pro Cęc. 305. Eos qui prope copulentur, contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labātur, &c. de Vniu.47. E contrario confiteri ad Her.17. Si neminem læſi, ſi etiam e contrario multis opem tuli. ad Her. 3. Ex contrario argumentum. 2. de Or.91. Topic.8. Itaque eadem ſunt in aduerſarios ex cōtrario conferenda. de Or. 125. Ex contrario contendere aliquid. pro Roſc. Com.27. Ex contrario exordium. 1. ad Her. 12. Defenſor autem ex contrario primum dicet. ad Her. 3. Qui ſubiecti ſunt ſeptem, qui verſantur retro contrario motu atque cælū. in Somn. Scip.15. Contrariæ epiſtolę. 1. ad Q. fr. 42. Orationes inter ſe contrarię, Demoſthenis & Aeſchinis. de Opt. gen.244. Contraria ſunt, cum alterum ait, alterum negat. Acad. q. ed. 1. lib. 2.89. Contraria ſunt, quorum alterum ait quid, alterum negat. de Fato.28. Capita inter ſe contraria. pro Clu. 49. de Or. 129. Contrarium contraria ſunt conſequentia. Tuſc.5.37. Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea commutantur, fiuntque contraria. Off.7. Verba rebus eſſe contraria. Att. 188. Vitia ſunt uirtutum contraria. de Fin.181. Contrariorum genera plura. Top.23. In contrarias partes de omni re diſputare. 1. de Or.76. Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. de Diu. 96. Soli binas reuerſiones ab extremo contrarias facit. de Nat. d.46. Conferre pugnantia, & comparare contraria. Or. 300. Tota in oratione tecum pugnas, & non modo non cohærentia inter ſe dicis, ſed maxime diſiuncta atque contraria: vt non tāta mecum, quanta tecum tibi ſit contentio. 2. Phil. 42. Contrariis, diuerſis & pugnantibus ſtudiis & cupiditatibus conflatum monſtrum. pro Cęl.8. Referre paria paribus, aduerſa contrariis. Or. 202. Ex contrariis legibus controuerſia quomodo tractanda. 2. de Inu.228. In rebus contrariis duabus neceſſe eſt alterum verū eſſe, alterum falſum. Fat. 27.

Contrarie.

In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum, aut contrarie. 1. de or. 69. Idem de eadem re contrarie ſcriptum. Partit. 239. Omnis enim orbis eorum, quaſi Helicis inflexione vertebat: quam biſariam cōtrarie ſimul procedentia efficiebant, &c. de Vniu.39. Relata cōtrarie verba ornāt in primis orationē. 2. de or.146.

Contraſcriptum.

Antonii edictum legi a Bruto, & horum contraſcriptum præclare. Att.16.334.9.

Contrauenio.

Si de literis corruptis contrauenit. 4. Verr.74. ideſt, eum accuſauit corruptarum literarum. Ego uero facile ſum paſſus, ne in mentem quidem aliquid contraueniret, ita iſti faueo ſententiæ. 1. Tuſc.87. ideſt, quod contrarium eſſet, & repugnaret. Si turpe exiſtimas, te aduocato, illum ipſum, quem contraueneris, cauſa cadere. pro Mur.8.

Contremo.

Cælum tonitru contremit. 3. de Or.86.

Contremiſco.

Toto corpore contremiſco, non pœnæ metu, ſed illius iudicii. Cæcinna ad Cic.6.28. In principiis dicendi, tota mente atque omnibus artubus contremiſco. de Or.95. Cuius in mea cauſa numquam fides uirtuſque contremuit. pro Seſtio.57. Nuſquā apparuiſſes me cōtremuiſſe timore perterritum. de Diu.1.54.

Contribuo.

Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, ſoluere iubeant. 14. Phil.480. Nam quę mihi contribuenda laus eſſet ipſi, cum tantum, &c. pro Mil. 62.

Contriſto.

Contriſto.

Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium, & ſcio eum queſtum eſſe cum Scipioné. Cælius Cic. 8. 9. 13.

Contritus, *Vide Contero.*

Controuerſus.

Controuerſa cauſa. Partit. 235. Quod eſſet acuta illa gens, & controuerſa natura. de Cl. Or. 22. de Siculis. Controuerſa res & plena diſſenſionis inter doctiſſimos. 1. de Leg. 40. Tantum ſat eſt intelligi, ſumere illos pro certo, quod dubium controuerſũ quo ſit. 2. de Diu. 156. Etiam controuerſum ius noſſe & tractare videare. pro Mur. 26. Controuerſum eſt, in quo ad dubium demonſtrandum, dubia cauſa affertur. 1. de Inu. 104.

Controuerſia.

Eſt inter ſcriptores de numero annorum controuerſia. de Cl. Or. 171. Cuius hęreditatis, cum ille aliquanto ante te Prætoré eſſet mortuus, controuerſia fuerat nulla. 4. Verr. 31. Controuerſia ex ambiguo. 1. ad Her. 21. ex cõtrariis legibus. 1. ad Her. 20. ex definitione. 1. ad Her. 21. ex ſcripti interpretatione. de Or. 96. ex ſcripto & ſententia. 1. ad Her. 19. & 20. ex ratiocinatione. 1. ad Her. 22. 23. hæreditaria. ad Brut. 16. 10 ep. Bruti. Cõtrouerſia inter hominum ſententias in illo eſt, verum, &c. de Or. 139. Magna mihi cum illo rei familiaris controuerſia erat pro Sex. Roſc. 33. Et enim de eo eſt omnis controuerſia. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2. 63. Omnis controuerſia aut de re ſolet eſſe, aut de nomine. de Fin. 4. 47. Cum quædam controuerſia (vt ſolet) eſſet orta. pro Clu. 52. Verbi enim controuerſia tam diu torquet græculos homines, contentionis cupidiores. de Or. 89. Quod eo liquidius faciet, ſi perſpexerit, rerum inter eas, verborumne ſit cõtrouerſia. 2. de Fin. 33. Neque erat vnquam controuerſia, quid ego intelligerem, ſed quid probarem. lib. 1. de Fin. 13. Controuerſia uel cauſa, ideſt, quæſtio definita. Partit. 33. Mihi cum eo controuerſiæ nihil eſt. pro Quint. 3. Conſtituere controuerſiam. 1. de Or. 70. Dirimere controuerſiam. Off. 76. Hanc Cethego cum ceteris controuerſiam eſſe dixerunt, quod, &c. in Catil. 112. Non eſſe rerum Stoicis cum Peripateticis controuerſiam, ſed nominum. de Fin. 3. 34. Atque horum ſuperius illud genus cauſã aut controuerſiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. 3. de or. 61. Nihil ambigi poſſe in quo non aut res controuerſiam faciat, aut verba. in Or. 16. Habere controuerſiam de aliqua re cum aliquo. ep. 229. Mediocriſque res in controuerſiam adducta eſt. de Or. 200. In vtraque autem re, quidquid in controuerſiam veniat, in eo quæri ſolere, &c. 2. de Or. 68. Sic enim præſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro vterentur. ad Sulp. 13. 45. Nullam enim fere res poteſt in dicendi diſceptationem aut controuerſiam vocari, quæ non habeat utrunque: &c. 2. de Or. 161. Controuerſiã tranſigere. 1. Att. 8. Flauius noſter de controuerſia, quam habet cum Dyrrhachinis, hæreditaria, ſumpſit te iudicem. Att. 277. Hac cõtrouerſia vſque ad noctem ducta, Senatus eſt dimiſſus. ep. 3. Cauſa ex controuerſia conſtans, vt hæreditatis. de Or. 118. Ex controuerſia facti, cauſæ. 2. de Or. 58. In controuerſia & contentione verſari. Or. 201. Interfectam eſſe matrem ab Oreſte conuenit mihi cum aduerſariis: iure fecerit, & licueritne facere ideſt in controuerſia. ad Her. 1. 17. Omnem eſſe contentionem inter homines doctos in verbi Controuerſia poſitam. 1. de Or. 53. At ſi ne vlla controuerſia rem ad me eſſe delatam. Att. 207. Qui ſine controuerſia de officiis accuratiſſime diſputauit. 3. Off. 9. Hoc ſi ne controuerſia magnum eſt. de Or. 105. Et quod ſemper obtinuit ſine vlla controuerſia. Thermo, lib. 13. 54. 3. Fundus quem ſine vlla controuerſia biennium poſſedit. pro Cęc. 288. Poſſedit (hęreditatem) Sacerdote Prætore ſine vlla controuerſia. 3. Ver. 89. Exiſtunt controuerſiç ex hac re. 1. de Or. 69. Controuerſiarũ genera tria. Partit. 7. Cum haberent inter ſe controuerſias de Senatu cooptando. 4. Verr. 84. Cum Academici eorum controuerſias diſceptarent. Tuſc. 4. 5. Controuerſias omnes ad uniuerſi generis uim & naturam referri. . de Or. 73. Sedare cõtrouerſias pro Corn. Balbo. 34. Nec conſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias tollere 9. Phil. 24.

Controuerſor.

Nunc a vobis o Protagora & Socrates poſtulo, vt de iſto cõcedatis alter alteri, & inter uos de huiuſmodi re non controuerſemini, non concertetis. in Protagora.

Contrucido.

A quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abiecit exanimatus. pro Sext. 68.

Contrudo.

Sed non dubito quin ſint pergraues, qui primum ſine tali in ſumine familiares deinde eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur pro Cœl. 50. Vide tãtum hic exhauſit, quãtum potuit aut fide hominum trahere, aut in naues contrudi. in Salluſtium. 11. Et quod eodem ceteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c. 7. Verr. 55.

Contubernium.

Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſſimo litore? 7. Verr. 86. Neceſſitudo contubernii. pro Planc. 51. Vide etiam quo anno Quæſtor aut Trib. militum fuerit, ſine utrũ eadem in Præfectura, aut in contubernio fuerit, modo fuerit in eo bello. Att. 13. 288. 2.

Contubernalis.

C. Arrius, proximus eſt vicinus imo ille quidem iam contubernalis. Att. 39. Is profectus eſt in Africam Qu[illegible] cõtubernalis. pro Cęl. 53. H[illegible] haberes enim non ho[illegible] contubernales ad Papirium, lib. 9. 46. Qui ſe illi con[illegible] conſulatum fuiſſe narrabat de Cl. Or. 174. Quid tu hun[illegible] de pompa Quirini contubernalem his noſtris moderati[illegible] ſpi[illegible] laetaturum putas? Att. 214. Teſtes accuſatoris, conſ[illegible] res, [illegible] contubernales. pro Flacco. 151. Demi un[illegible] erud[illegible] mil[illegible] tiæ cõtubernales. pro Lig[illegible] 13. Spero nos ante hyemem contubernales fore ad Q. fr. 2. 8. 3. Facis iniuſte Læli, ſi putas periculo noſtro uiuere tuos contubernales, præſertim quod tua negligentia factum arbitremur. pro Flacco. 32. Sunt ab Oppiis tuis contubernalibus. Att. 123.

Contueor.

Aſpicite ipſum, contuemini os, &c. pro Syl. 181. Vt illud veſtigium cõtueremur. de Or. 145. Similiter facis, ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear cum idẽ uno aſſequi poſſim. 3. de Nat. d. 11. Contueri ad cælũ. de Somn. Scip. 130. Atque ad hanc ſedem & æternam domum contueri. Somn. Scip. 27. Quod tandem ſpectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit? 1. Tuſc. 38. 3. de Or. 4. Nam reuocatio illa, quam affert, cum a contuendis nos malis auocat, nulla eſt. 3. Tuſc. 62.

Contuens.

Neque uero eſt quiſquã, qui eadẽ cõtuens efficiat. de or. 163.

Contuitus.

Facit enim, Iudices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, ut mihi iam licere putem remiſſiore vti genere dicendi. pro Seſtio. 99.

Contumax.

In ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis. ad Her. 4. 213. Sarani nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. Att. 15. 328. 5.

Contumacia.

An uero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia? 6. Verr. 80. Sed Torquatus præter ceteros furebat contumacia reſponſi tui. in Piſ. 61. ideſt, arrogan[illegible] tumaciæ nomine ſuſceptæ inimicitiæ. 14. Att. 13. in [illegible] Antonii. ideſt, priuati odii. quibus opponuntur inimicitiæ R[illegible] nomine ſuſceptæ. Eſt tuę contumaciæ, arrogantiæ, vita que tr[illegible] ſæ vox. pro Roſc. Com. 26. Adhibui tamen liberam contum[illegible] ciam a magnitudine animi ductam, non a ſuperbia. To[illegible] 58. Potẽtiſſimorum hominum contumaciam numquam tuli. A[illegible] 93. Cõtumacia magna ciuitatum, delectum remigum habui[illegible] ſimil. 23. in epiſt. Caſtii. Vt iſti non modo dictis factiſque omnibus, ſed etiam oris oculorumque illa contumac[illegible] ſuperbia, quam uidetis, diſſimillimus eſſe uideat. 5. Verr. 4. Aſpicite, Iudices, voltum hominis & aſpectum, & ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos ſpiritus Sicilienſes, quos fuiſſe putetis, cogitate ac recordamini. 5. Verr. 17. Itaq. illi faſtidio tere & contumacia efferuntur. de Am. 106.

Contumaciter.

Et ſatis grauiter, & non contumaciter. Att. 16. 333. 8. Contumaciter repudiare morem patrium. 2. De Diu. 108. Ad me autẽ etiam cum rogat aliquid contumacter, arroganter, ἀκοινονοήτως ſolet ſcribere. Att. 6. 111. 15. Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cępit. furebat, a Racilio ſe contumaciter, vrbaneque vexatum. ad Q. fr. 2. 3.

Contumelia.

Contumelia aculeum quendam habet. 5. Verr. 79. Contumelia inimici. de har. reſp. 15. Contumelia maledicti. pro S[illegible] l. 19. Contumeliç genera duo. pro Cœl. 4. Quid eſt porro fa[illegible] e contumelia?

tumeliam? quis ſic loquitur? in Ant. 187. Equidem vehementer lætor eum eſſe me, in quem, cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris. pro Syl. 171. Retinere ſolitus erat aratores, atq; ab iis non modo per iniuriam, ſed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperaſſet. 5. Ver. 86. In contumelia beneficium accepiſſe. 15. Att. 20. Contumelia quempiam inſequi. 14. Att. 28. Contumelia nemo eſt tam agreſtis, quin moueatur. Part. 49. Alternis enim verſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ. 4. Tuſc. 125. In quo nulli aculei contumeliarum inerant. 2. de Or. 122. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliaſque impoſuiſti. 6. Ver. 17. Neque vſquam exul eſſe poſſum, dum ſeruire & pati contumelias, peius odero malis omnibus aliis. ad Brut. 47. in ep. Bruti. Verborum contumeliis aliquem lacerare. Att. 231. Omnibus contumeliis uexat. de Nat. d. 1. 51.

Contumelioſus.

At quam contumelioſus in edictis, quam barbarus, quam rudis? 3. Phil. 133. Contumelioſus honos. 1. Phil. 15. Oratio in aliquem contumelioſa. ep. 60. Si hunc illi antepono, contumelioſa habenda uectio eſt. pro Flac. 160. Iniurioſum & contumelioſum eſt ſocios excluſos eſſe. pro Cor. Balb. 17. Quamquam qui iſtinc nunc ueniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas: partim contumelioſum, quod male reſpondeas. Valerio, lib. 1. 10. 2. Non dubitares, eſſent quin otioſi intueri, uſurique beneficio Antonii contumelioſo. Att. 15. 326. 8. Contumelioſæ in aliquem literæ. ad Q. fr. 1. 2. 14. Contumelioſæ, minaces literæ. 11. f. 5. in ep. Bruti & Caſſii. contumelioſæ uoces. pro Cæl. 23.

Contumelioſe.

Contumelioſe aliquid dicere de abſentibus. 1. Off. 188. Dimitto autem eos non tam contumelioſe, quam philoſophum illum, &c. 2. de Or. 43. contumelioſe aliquem lædere in concionibus. Att. 1. 9 9. contumelioſiſſime alicui maledicere. 10 Vati. 23. contumelioſiſſime Ariſtotelem uexauit. de Nat. d. 1. 66.

Contundo.

Contudi enim animum, & fortaſſe vici, ſi modo permanſero. Att. 12. 59 Conceſſi tecredo Ebutio quantum vellet de Cæſenniæ bonis, et haberet immo ut uiro forti ac ſapienti dignum fuit, ita calumniam, ſtultitiamque obteriuit ac contudit. pro Cæc. 13. membra uxoris lapidibus & fuſtibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. pro Flac. 161. Qui illius acerbum cor contundam & comprimam. 3. de Or. 121. contundere & frangere exultantis prædonis audaciam. 13. Phil. 367.

Contuſus.

Inde pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem. 2. Tuſ. 70

Conturbo.

Num conturbo te? non enim fortaſſe ſatis, quæ diſtinctius dicuntur, intelligis. in Ant. 166. Non ſane conturbat me expectatio tua. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 10. Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notar. ad Her. 22. Inualetudo tua me ualde conturbat. Att. 100. Vnum eſt quod me maxime conturbat, quod elogium, &c. pro Clu. 106. 4. Acad. 20. Att. 7. 122. 1. conturbat me mora ſerui huius, qui tibi literas attulit. Cælius ad Cic. 8. 12. 8. Hæc ſunt quæ conturbant homines in deliberatione nonnumquam. Off. 68 conturbaui Græcam nationem. 2. Att. 2. id eſt, attonitam reddidi. Quid eſt quod te una forma conturbet? de Nat. d. 1. 70. multa occurrunt quæ conturbent. de Nat. d. 2. 43. Incidunt ſæpe multæ cauſæ quæ conturbent animos utilitatis ſpecie. 3. Off. 53. Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbaret. ad Q. fr. 2. 14. 5. conturbare ueri cognitionem. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 43. conturbare fortunas alicuius. 8. fam. 46. in ep. Cæl. Virum igitur me conturbare oportet, an ceteris cum cuiuſque dies venerit, &c. pro Plancio, 55 conturbare officium. 13. ſam. 9. Eo minus conturbor. Ac. q. 3. Non conturbor ſubtilitate ſententiarum. de Nat. d. 2. 1. Sed tamen ſigna conturbantur, quibus uoluntas a ſimulatione diſtingui poſſet. Att. 123. Qui illi dii irati homini Græco, qui conturbare quidem putat ſibi licere, quod equitibus Rom.? Attic. 4. 24. Conturbaſti ignoratione rerum. de Fin. 1. 49.

Conturbatus.

Is triſtis & conturbatus domum rediit. 6. Verr. 27. Neſcio quid conturbatus mihi eſſe videris: numquid ſubtimes? in Anto. 157. Ludos eſſe pollutos ſignificaſtis, ac plane dixiſtis. quid magis inquinatum, deformatum, peruerſum, conturbatum dici poteſt? de har. reſp. 22. Conturbatum aliquem tenere. 15. Att. 18. pro Quinc. 26. Vidiſti me ita conturbatum, ut neſcirem, &c. ep. 96. Quod præterea ad te ſcribam, non habeo: & mehercule eram conturbatior. Att. 1. 23.

Conturbatio.

Conturbatio prauarum opinionum. Tuſc. 4. 17. Signa conturbationis conſcientiæ. Top. 26. Conturbationem metum excutientem cogitata. 4. Tuſc. 16. Sub. expectorat.

Conualeſco.

Aiulus illico conualeſcit. pro Clo. 25. Hircius noſter tardius conualeſcit. ad Conſ. 12. 22. 3. Nec ægri quidem omnes conualeſcunt. de Nat. d. 28. Conualuit uis multitudinis nata tribunitia poteſtate. 3. de Leg. 18. His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Reſpub. reſiſtendum imbecilla ſit. 7. Attic. 13. id eſt, potentiam aſſumpſit. Ille continuo in morbum incidit, ex quo non conualuit. Planc. 13. 30. 10 Cum is iam conualeſceret. pro Clu. 54. Nec omnes qui curari ſe paſſi ſunt, continuo etiam conualeſcant. 3. Tuſcul. 9. Ea magnis & diuturnis & iam deſperatis Reip. morbis illa repente uis erupit: ut ea confecta & eiecta conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſit. pro Syl. 57. Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non, conualeſces. de Fat. 22. magis indies conualeſcere. pro Mil. 18. Conualeſcere ſe poſſe ſperant inimici noſtri. 11. ſam. 15 in ep. D. Bruti. Certum ſcio tam conualuiſſe eam. ep. 130. conualuiſſe ſe exiſtimant non magis ſibi, quam Reip. 10. ſa. 34. in ep. Planci. Ad conualeſcendum diligentiam adhibeas. 16. ſam. 10. Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualeſcendum adhibe, prudentiam. in Ant. 186. Conualeſcendi cauſa commocarit. 16. ſam. 3.

Conuallis.

Roma in montibus poſita & conuallibus. 2. de L. Agr. 93.

Conueho.

Repente lyntribus in eam inſulam, materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. pro Mil. 55.

Conuector.

Quinetiam naui eius me, & ipſo conuectore vſurum puto. 10. Attic. 53.

Conuello.

Conuellit Atticum Antiochus eius familiaris ex hortulis ipſius, deduxitque in academiam perpauculis paſſibus. 1. de Leg. 41. Pæne conuellit me ea hortulis meis. 1. de Leg. 81. Tiberius Gracchus conuellit ſtatum ciuitatis. in Ant. 253. Conuellerunt me de priſtino ſtatu. 8. Att. 55. id eſt, conturbarunt, commouerunt. Deinde ſi quam opinionem iam ueſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ſi ratio labefactabit, &c. pro Clu. 3. Nolo plura, ne acta Dolabellæ uidear conuellere. 2. Phil. 88. Conuellere atque auferre aliquem ex ſuis ſedibus 7. Verr. 146. Conuellere & commutare conditionem amicitiæ, & iura ſocietatis. 5. Ver. 12. Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea quæ non poſſint commoueri. 2. de Or. 113. Cur ea quæ mutare non poſſumus, conuellere malumus, quam tueri? pro Corn. Balb 49. conuellere ac remouere gradus. pro D. ſua. 43. conuellere repagula, atque effringere valuas. 6. Verr. 84 conuellere ſigna. Diu. 1. 69. conuellere ſtatum ciuitatis. de haruſp. reſp. 37. conuellere ſtatum Reip. in Piſ. 2. Ita fit, ut nulla ſit omnino iuſtitia, ſi neque natura eſt, & ea, quæ propter utilitatem conſtituitur, utilitate alia cõuellitur. 1. de Leg. 63. conuelli ratione. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 29. Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidem non uidentur poſſe conuelli, profecto hominib. a diis futura ſignificari neceſſe eſt. 1. de Diu. 99. 1. Ac. d. 59. Quamobrem ſi eſt boni Conſulis, cum cuncta auxilia Reipub. labefactari, conuellique uideat, ferre opem patriæ, &c. pro Rab. perduel. reo, 1. Verres ſimulachrum Cereris ſacrario Catinæ conuellendũ, auferendumq. curauit in Ver. 274.

Conuulſus.

Quę cogitatio oi tempeſtatum & concuſſu calamitatum erat aliquantum labefactata atque conuulſa. ad Luceium, li. 5. 13. 3. conuulſa penitus Reſp. de Cl. Or. 75. Cum mihi ipſa Roma prope conuulſa ſedibus ſuis, ad complectendum conſeruatorem ſuũ procedere uiſa eſt. in Piſ. 40.

Conuenio, *pro, accommodatus ſum, congruo.*

Conuenit ad eum hæc contumelia. pro Syl. 17. conuenit optime ad pedem cothurnus. 3. de Fin. 75. Iuridicialis cõſtitutio eſt, cum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quæritur. ad Her. 1. 24. conuenit hoc in te uno, non in alium quemquam. 2. de N. d. 107. Hoc decet me, & conuenit iis rebus, quas geſſi. de Prouinc. Conſul. 77. conuenit hoc mihi cum tuo fratre. 5. de Fin. Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro Deiotaro, 19. 3. Verr. 91. Cum mulier uiro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt, dotis nomine. in Top. 10. Si ita Fabiæ pecunia legata eſt a uiro, ſi ea uxor materfamilias eſſet,

ſet, ſi ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. in Top. 7. Nihil enim minus in hunc ordinem conuenit. in Ant. 252. Pactum eſt quod inter aliquos conuenit. de Inu. 70. Poſterius prius non conuenit. 3. de Fin. 111. Somnium cum re conuenit. 1. de Diu. 160. Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. de In. 64. Quid, ab ingenuis mulieribus hæreditates lege nõ veniũt? in manum inquit conuenerat. pro Flac. 65. Qui ſibi is conueniet, ſi negabit voluptatem creſcere lõginquitate? 2. de Fin. 141. de Cl. Or. 110. Pleraque ex illis conueniunt huic lenitati. Or. 204. Vt conueniret aliquid potius. 9. Att. 37. id eſt, vt aliqua ratione res componeretur. Siquid eſſet prodeſſe, mihi cum Ennio conueniret. 3. Off. 82. 3. Tuſc. 80. Et tamẽ id dixit, quod conueniret in omnes luſcos. Or. 131. Erat porro nemo in quem ea ſuſpicio conueniret. pro Roſc. Am. 39. id eſt, de nemine poterat eſſe ſuſpicio, quam de illo. Cum eſſent prædia, quæ mulieri maxime conuenirent. pro Cæl. 188. Nemo ne pecuniaria quidem de re minima erat iudex, niſi qui inter omnes aduerſarios conueniſſet. pro Clu. 42. Illum noluiſſe ſua laudatione iuuare L. Lucullum ſororis virum, quicum optime conueniſſet. 6. Verr. 129. Bene Pericles cum haberet collegam in Prætura Sophoclem poetam, hique de communi officio conueniſſent, &c. 1. Off. 200. Virtutem ſine ratione conſtare non poſſe, conueniat id quoque neceſſe eſt. de Nat. d. 19. Difficile eſt in longa oratione, non aliquando aliquid ita dicere, vt ſibi ipſe non conueniat. de Cl. Or. 183. Nam quid vereris, ne non conueniat noſtris ætatibus oratio quæ ſpectat ad hortandum? in Hortenſ. Quid in quamque rem conueniat, res ipſa docebit. de In. 67. Diuiſio eſt, per quã aperimus quid conueniat, & quid in controuerſia ſit. ad Her. 1. Poetę etiam vitioſis perſpexit, quid conueniat, & quid deceat, vi debunt. Off. 1. 0 Tantum intelligatur argumento quærendo, cõtrariis omnibus, contraria non conuenire. Top. 224. Poteſt res cum eo conuenire. de Leg. 166. Fiſſum iecoris conuenire cum lucello. de Diu. 115. Sunt quædam omnino in te ſingularia, quæ in nullum alium hominem dici neque conuenire poſſint. 5. Ver. 178. & 3. 91. Non in omnes arbitror omnia conuenire. pro R. Am. Commune exordium eſt, quod nihilo minus in hanc, quã in contrarium partem cauſæ poteſt conuenire. 1. de In. 38. Conuenire id eius ſapientiæ. 8. Att. 21. Neq. me diſſenſioni meæ priſtinæ putant potius aſſentiri, quam præſentibus Reipu. temporibus & concordiæ conuenire. pro Coco. Balbo. 67. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire viſa eſt cũ ratione. Largi. ep. 86. Rem conuenturam puto. Att. 138.

Conuenire, *pro, congregari, concurrere.*

Conuenit iam hoc omne. 10. fam. 49. in ep. Planci. id eſt, in vnum congregatur. Cum hæc frequentia totius Italiæ Romæ diſceſſerit: quæ conuenit vno tempore vndique, comitiorũ, &c. 2. Ver. 32. Mei capitis ſeruandi cauſa, Romam tota Italia conuenit. in Piſ. 87. Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. pro Sex. Roſc. 20. Si funus id habendum ſit, quo non amici conueniant ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores. pro Quint. 29. 2. Verr. 10. Huc conueniunt cum literis, veniunt cum mandatis. 4. Ver. 111. Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. de Nat. d. 5. Multa cõuenerunt, quę mentem conturbarent meam, ſubita defectio Pompeii, aliena tiu c o s 2. ad Q. fr. 2. 4. 3. Aduerſarii poſtulant, vt in eam rẽ iudices dentur ex iis ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. 4. Verr. 26. Cum multæ cauſæ conueniſſent in vnum locum. pro Sext. Roſc. Am. 18. Da operam, ut huc quamprimum venias, antequam omnes copiæ aduerſariorum conueniant. Att. 131. Neminem coegeris, ipſi conuenerint ſua ſponte. pro Cæc. 296. Iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Att. 4. 70. 6 Conuenire in vnum. Att. 8. 150. 2. pro Sex. Roſc. 37. Non deſiſtebant clam inter ſe conuenire. contra Rull. 68. Cum bubulcus clamorem edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamque breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe. de Diu. 119. Addebant præterea Rempub. conuenturam Calẽd. Sextil. Senatum frequentem fore. in Ant. 154.

Conuenire, *pro, aliquem adire, ad aliquem venire.*

Neminem conueni, (conuenio autẽ quotidie plurimos: ſunt enim perm ulti optimi viri, qui valetudinis cauſa, in hæc loca conueniant) quin omnes, &c. ep. 133. Poſthumia tua me conuenit. ep. 46. Attilius ille, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erãt, conuenerunt. pro Sext. Roſc. 29. Eamque, ſi opus eſſe uidebitur, conueniam. Vatinio, li. 5. 11. 3. Non dubitat, quin ſi ipſe Verrem conueniat æquitate cauſæ, auctoritate ſua commouere hominem poſſit. 2. in Ver. Si Clodium conuenero, ex illius ſermone ſcribam ad te plura. ep. 31. Cõuenire ad aliquem. pro Syl. 17. Conueniretque eos qui iuſte & cum fide vixerant. 1. Tuſc. 156 in Som. Scip. 1. Conuenire me non poſſit ſuo commodo. 14. Att. 2. Verum cum habeo rationem dierum, ante puto tranſmiſſurum, quã potuerit conueniri. Attic. 8. 155. 7. De Lent.

Conuenit.

Qui enim conuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, &c. 7. Phil. 219. Quĩ igitur cõuenit, ab alia voluptate dicere naturam proficiſci, in alia ſummum bonum ponere? 2. de Fin. 56. Aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit. Att. 83. Neque enim decet aut conuenit nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum. Brutus ad Cic. 11. 3. 5. Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum. Off. 46. Benigne, non grauate, comiter quidem certe, non communiter conuenit. pro Corn. Balb. 61. Nominis controuerſia eſt, cum de facto conuenit, & quæritur id quod factum eſt, quo nomine appelletur. de In. 44. Quid tandem C. Rabirium facere cõuenit? pro Rab. 95. Multa ante fieri conuenit, quam, &c. de Nat. d. 19. Tres conuenit habere res narrationem. ad Her. 3. Num inter eos conuenit, quid ſit illud. Or. 207. Inter omnes conuenit ita eſſe. Tuſc. 122. Illicone ire ad Prætorem conuenit? pro Quin. 8. Conuenit mihi cum aduerſariis, matrem eſſe interfectam a filio. 1. de Inu. 46. Mihi cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis caſtris eſſet cum ſuis copiis omnibus. Att. 6. 111. 14. Mihi cum illo conuenit. in Ant. 255. Vos his malis mederi conuenit. pro Sex. Roſc. 44. Sed non conueniret ad omnia de Fin 97. Vt inter eos qui ambigunt, cõueniat quid ſit id, de quo agatur. 2. de Fin. 6. Cur igitur, cum de re conueniat, non malumus vſitate loqui? 4. de Fin. 117. Quod quidem ſi ita eſt, minime miror cælum etiam & terras vim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. Do lab. lib. 9. 11. 1. Optime cum aliquo conuenire. in Verr. 234. Atqui ſi, vt cõuenire debet inter nos, eſt quędã appetitio naturalis, &c. 4. de Fin. 52.

Conueniens.

Cõueniens & cõiuncta inter augures conſẽſio. de Diu. 125. Stellarũ conueniens cõſtanſq. cõuerſio. de N. d. 36. Nihil eſt tã naturæ aptũ, tã conueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas. de Amic. 16. Hoc eſt, proprium, accommodatum. Nihil ſcriptum ab eo congruens & conueniẽs, decretis eius reperies. de Fin. 85. Quid enim philoſopho minus conueniens, quam deos tollere? de Nat. d. 68. Conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolare. de Diu. 115. Bene conuenientes propinqui. 1. Off. 84. id eſt, concordes. Propinqui cognatique optime conuenientes. pro Sext. Roſc. Am. 34. Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe & conuenientia. 1. Off. 199. Recta & conuenientia & conſtantia natura deſiderat, aſpernaturque contraria. Off. 59.

Conuenienter.

Sed quid conuenienter rationi poſſit & ſententię ſuæ dicere. de Fin. 2. 69. Non enim poteſt conuenienter dici. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 100. Congruenter naturæ conuenienterque viuere. 3. de Finib. 40. Off. 3. 6. Congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere. Tuſc. 244.

Conuenientia.

Conuenientia & coniunctio naturæ. Diu. 2. 96. Conuenientia conſenſuſque naturæ. 3. de Nat. d. 19. Conuenientia conſeruatioque naturę. Off. 1. 139. conuenientia partium. Off. 1. 23. Rerum conuenientia in amicitia eſt, in ea ſtabilitas, in ea cõſtantia. de Amic. 83. cõuenientia, idem quod apud Græcis. de Fin. 3. 17. Si vllam eſſe cõuenientiam naturæ cum extis conceſſero. Diu. 2. 26. Nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, conuenientiam partium ſentit. 1. off. 23. Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam, tam variis curſibus in omni æternitate conuenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. 2. Nat. deor. 78. 3. de Fin. 33. Quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur. de Fin. 100. Coniectores ſomniorum ſignificationes faciunt ex quadam cõueniẽtia & cõiunctione naturæ, quã vocant. de Diu. 134.

Conuena.

An vero tibi Romulus ille aut paſtores & conuenas congregaſſe, aut Sabinorum cõnubia coniunxiſſe, &c. 1. de Or. 19. Credebat ſe eorum nemini, &c. quibus nomẽ ſeruitutis ipſe detraxerat, & quibuſdam cõuenis & feris barbaris corporis cuſtodiam committebat. 5. Tuſc. 81.

Conuentus.

De Antonio iam antea tibi ſcripſi, non eſſe eum a me cõuentum. Att. 15. 321. 1. Sed opus fuit Lurtio conuento. Att. 10. 195. 16. id eſt; Lurtium conuenire ſine alloqui.

Conuentus.

Ex quo(fundo)ex conuentu uim fieri oportebat. pro Cæc. 15. ex cõuentu, pro, ut cõuenerat. Pompeius enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam a me diſceſſerat. Att. 6. 114. 2. Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu. 2. ad Heren. 54.

Conuentum.

Poteſt enim accidere promiſſum aliquod, & conuentum, ut id effici ſit inutile uel ei, cui promiſſum ſit, uel ei qui promiſerit. Off. 1. 45. Conuentum, generale nomen, pertinens ad omnia, de quibus negotii contrahendi tranſigendique cauſa conſentiũt, qui inter ſe agunt. (id eſt de pactis.) At uero in foro conuẽta, pacta, tabulæ, teſtimonia, &c. uita denique eorum, qui in cauſa uerſantur, tota cognoſcenda eſt. 1. de Or. 56. Dictorum conuẽtorũque conſtantia & ueritas, fides eſt. 1. Off. 35. Facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita. Off. 71.

Conuentus.

Et tum conuẽtus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. pro Sext. 4. Conuentus creditorum. pro Sext. 55. Conuentus ferorum & immanium. Parad. 33. Ex iis oppidis, in quibus Prætores conſiſtere & conuentum agere ſolent, &c. 7. Verr. 23. Cur pudentiſſimas lectiſſimaſque fœminas in tantum uirorum conuentum inſolitas inuitaſque prodire cogis? 3. Verr. 67. Dico extra conuentum, & eam frequentiam, qua oratorum ſtudia niti ſolẽt. pro Deiot. 2. Fruſtra in Senatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum es uenturus. ep. 46. Vitare conuentum 7. Ver. 23. Domus erat non meretricio conuẽto, ſed Prætoria turba referta. 3. Ver. 97. In magno conuentu. de Or. 94. Quæſiui ab eo, an in nocturno conuentu fuiſſet, necne. in Cat. 107. Primus Gorgias auſus eſt in conuentu poſcere quæſtionem. de Fin. 64. id eſt iubere. Non tanto in conuentu. 5. Verr. 12. id eſt, turba. In tanto uirorum conuentu. de Or. 94. Celeberrimo uirorum mulierumque conuentu dies feſtos anniuerſarios agunt Syracuſani. 6. Verr. 96. Itaq. conuentus qui initio celebrabantur, iam diu eſſe defecerunt. Att. 2. 14. 12.

Conuenticulum.

Conuẽticula hominum quæ poſtea ciuitates nominatæ ſunt. pro Sext. 79. Quoniam plebi quoq. urbanæ maiores noſtri conuenticula & quaſi cõcilia quædã eſſe uoluerũt: &c. pro D. ſua. 58

Conuerto.

Et in omni ſumma, ut mones, ualde me ad otium, pacemque conuerto. ad Q. fr. 3. 30. Itaque eodem etiam M. Lurco uir optimus meus familiaris, conuertit aculeum teſtimonii ſui. pro Fla. 66. Conuertit ad eos fortuna impetum ſuum. 3. Tuſ. 124. Ad hãc ſcribendi operam omne ſtudium curamque, conuertimus. 3. Off. 4. In eundem habitum ſe coloremque conuertunt. de Nat. d. 14. Rationem bono cõſilio a diis immortalibus datam, in fraudem, malitiamque conuertunt homines. 3. de Nat. d. 111. Nam meipſum huc modo uenientem conuertebat ad ſeſe Colonæus ille locus. de Fin. 52. Lentuli pœna compreſſus, conuertit ſe aliquando ad timorem. pro Syl. 12. Cumque his aliqua ampla & honeſta res obiecta, eſt totos ad ſe conuertit & rapit. 2. Off. 53. In eum ipſum ſe conuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia ſe feciſſe dicebat. pro Dom. 21. Qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione Reip. comparabant, ſubito ad patriæ periculum cõuerterũt. Brutus. Cic. 11. 13. 12. Is cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur, ipſe aũt omnia uidebat: &c. 3. Off. 49. In te unum atque nomen tuũ ſe tota conuertet ciuitas. Somn. Scip. 7. Conuertemus nos in Aſiam. 3. Att. 20. Ad eos igitur conuerte te quæſo, &c. 5. de Fin. 12. Totum me ad eius uiri uoluntatem nutumque conuerterem. 3. fam. 43. Quo facilius animos imperitorum, ad deorum cultum a uitæ prauitate cõuerterent. 1. de Nat. d. 103. Et aſpectum quo uellent, facile cõuerterent. pro Clu. 54. Hoc igitur anno magiſtratibus nouis deſignatis, cum omnes boni omnem ſpem melioris ſtatus in eorum fidem conuertiſſent. pro Sext. 59. Quid enim intereſt utrum ex homine ſe conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ? 3. Off. 108. Quæ nos magis ad cognitionem intelligentiã que conuertant. Tuſc. 5. 50. Cauendum eſt, ne in graues inimicitias cõuertant ſe amicitiæ. de Am. 120. At quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoque genere uidebis. 1. de Or. 4. Nam cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusque conuerterit, &c. in Scip. 7. Hoc eſt, Cum iã ſex & quinquaginta annos natus ſis. Animus in hilaritatem riſumue conuertere. in Or. 76. Conuertere aſpectum aliquo. 1. de Nat. d. 113. Conuertere auxilium ad perniciem. in Piſ. 14. Periculoſiſſimum ciuile bellum, maximumque humanitate & ſapiẽtia ad pacem concordiamque conuertere. 5. Phil. 193. Conuertere uitæ conditiones. pro Clu. 49. conuertere crimen in laudem. pro Flac. 54. Fortunam in culpam cõuertere. pro Rab. Poſth. 18. Digitorum percuſſione hæreditates omnium ad ſe poſſe. conuertere. off. 67. Hominem a conſuetudine conuertere. de Inu. 4. conuertere in me non recuſem omnem impetum belli. 10. f. 18. in ep. Planc. conuertere aliquo iter. 3. Att. 2. conuertere iter ad fugam & in exilium. in Cat. 35. Nauem remigationis ad puppim conuertere. Att. 13. 278. 3. Cõuertere ora & oculus in aliquem. in Catil. 73. conuertere pecuniam, aut rem aliam, domum ſuam, uel in rem ſuam, aut ad commodum ſuum. 5. Verr. 152. 2. Verr. 26. pro Roſc. Am. 66. Conuertere rem alienam in ſuam. off. 1. 65. Conuertere ſe aliquod ſtudium. Diuin. 2. 4. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quam animus eius qui ad alterius non modo ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultum atque nutum conuertitur. de Am. 77. Omnia hæc tum intereũt, tum in naturam aliam cõuertuntur. 3. de Nat. d. 41. Gratulabor tibi prius, &c. deinde ad me conuertar. Appio, lib. 3. 11. 1. Non poteſt uerum futurum conuerti in falſum. de Fat. 144. An poſſit eloquentia cõuerti in infantiam. Top. 228. Nec in falſum e uero præterita poſſunt conuerti. de Fat. 143. Alii inſtructi & parati ad permouendos & conuertendos animos. in Or. 10.

Conuertere, *pro, Interpretari.*

Conuerti enim ex Atticis duorum eloquẽtiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe cõtrarias. de Opt. gen. or. 148. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cæpionis fugam, in deplorãdum interitum exercitus. 2. de or. 109. Vt nos otioſi cõuertimus. de Diu. 121. Xenophontis liber qui Oeconomicus inſcribitur, quem nos e Græco in Latinum conuertimus. 2. off. 128. Tuſc. 3. 25. Si modo hoc recte conuerſum ex Græco uideri poteſt. de Vniu. 47. Carmina conuerſa. de Nat. d. 46. Non conuerſa de Græcis ſplendide quædam dicta eſt. lib. 1. de Fin. 5. Quod igitur eſt, eorum in orationibus e Græco conuerſis facti dicuntur. de Opt. gen. or. 105. 3. Tuſc. 51.

Conuertere, *pro uoluere.*

Conuertunt ſe aſtra Solſtitiali & Brumali reuocatione. de Vniu. 43. Sed hoc uitium huic uni in bonum conuertebat. de Cl. Or. 73. Terra quæ circũ axem ſe ſumma celeritate conuertat ac torqueat. Ac. q. 1. 114. In infimo orbe luna radiis ſolis accenſa conuertitur. de Somn. Scip. 128.

Conuertens.

Quæ conuertens inferiora reddit, quæ ſunt ſuperiora. de Vniuerſ. 61.

Conuerſus.

Orbis Reip. conuerſus. Att. 2. 36. 1. omnis eſt riſus in iudicem conuerſus. de or. 131. conuerſa in crudelitatem clemẽtia. 7. Ver. 90. conuerſa lex in omnes eſt. 3. de Leg. 18. Conuerſa uel mutata oratio quomodo tractanda. Part. 14. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis eſt conuerſa. pro D. ſua. 234. Pœna illa in alium inſtituta, in te ipſum eſt conuerſa. pro D. ſua. 238. Conuerſa ratio ante contra Rullum. 79. Conuerſa res eſt, illum, quo antes confidebant, metuunt. 8. Att. 51. Spelũca conuerſa ad aquilonem. in Ver. 225. conuerſa eſt uis morbi in quartanam. 16. f. 12. conuerſum eſt id omne in me. 11. Att. 18. conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam in Ver. 230. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiam, fingi canẽ eſſe conuerſam. 5. Tuſc. 107. Huius quidem anni nondum uigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam. in Somn. Scip. 26. Quod crimen eſſe voluiſti, id totum vides in laudem eſſe conuerſum. pro Flac. 160. Ad cædem & funus ciuitatis conuerſi ludi. de haruſp. reſp. 21. Conuerſa eadem prope verbia iiſdem dicere nihil negotii eſt. 2. de Leg. 15. Ornamenta conuerſa ad mentem & voluntatem meliorem. de haruſp. reſp. 37. Video in me omnium veſtrum ora atque oculos eſſe conuerſos. in Catil. 108. Conuerſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis. 1. fa. 50.

Conuerſans.

Quippe qui ex eadem vinctus, &c. ſe ipſe conuerſans, cum naturam mutabilem arripuiſſet. de Vniu. 35.

Conuerſio.

Conuerſio eſt, per quam, non, vt ante, primum repetimus verbum, ſed ad poſtremum continenter reuertimur, &c. 4. ad Her. 163. Conuerſio, figura dicendi. 3. de or. 115. Cum (aſtrorum) conuerſio facta eſt, conſectit omniũ ſpatile. de Nat. d. 2. 38. Summus ille cæli ſtellifer cursus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouet ſono. in Som. Scip. 17. de Nat. d. 2. 11. Cõuerſio mũdi certiſſima. Som. Scip. 19. Cõuerſio rerũ ac perturbatio. pro Flac. 73. Tẽpeſtatũ moderatio atq. cõuerſio. pro Flac. 151. Deinde cõuerſionis celeritatẽ tãtã, quãtã cogitare nõ poſſumus. Tuſ. 1. 55.

Mihi nihil oberat preter conuerſionem ſtatus,& inclinationem communium temporum.pro D.222. Neq. malorum terminum prius aſpiciet, quam illam ſequi cœperit conuerſionem , quam habebat in ſe ipſe einſdem,& vnius ſimul innatam & inſitam.de Vniu.57.conuerſione argumentatio q̃uo tollenda.1. de Inu.96. In antiquam partem a conuerſione eiuſdem pelleretur. de Vni. 47.cõuerſione ea quam inter ſe habent Lucifer,Mercurius,Sol, alii alios vincunt,viciſſimq. vincuntur.de Vniu.37.Sęcula ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe fateor.de N. d. 1.16.Vna totius cæli conuerſione curſus aſtrorum diſpares conſeruantur; de N.d.2.15.conuerſione vna atque eadem circum ſe torquetur & uertitur cæli motus.de Vniu.25.conuerſiones, annorum menſiumq. ad numerum machinatæ ſunt.de Vniu. 65.conuerſiones aſtrorum.Tuſc.1.51.conuerſiones,commutationeſq. cęli.Diu.2 70.conuerſiones & antereſſiones ; quæ in orbibus deorum eueniunt.de Vniu.45.conuerſiones mundi.Tuſc.5.51.conuerſiones ſphæræ.2.de Na.d.62. Naturales eſſe conuerſiones quaſdam rerum publicarum.de Diu. 109. Perpetuis curſibus , conuerſionibusq. cæleſtibus extitiſſe materiam.de Leg. 160.

Conuerſio,*pro Periodo* .

Oratio conuerſiones habeat abſolutas.de Or.160.

C onueſtio .

Topiarium laudaui,ita omnia conueſtiuit hedera, &c.ad Q. fr.3. 17.9. Fontes ſcatere,herbis prata conueſtirier. Tuſc. 1. 56, tranſlatitie de pratis dictum. Ergo eius domum euerſam , duobus lucis conueſtitam videtis.pro D.ſua.78. Hoc eſt, adumbratam atque ſepultam .

Conuictor,conuictus,*Vide Conuiuor* .

C onuinco.

Teq. in iſto ipſo conuinco,nõ inhumanitatis ſolum , ſed etiã amentiæ.2.Phil.35.conuincit ratio ipſa & veritas eum eſſe liberum.in Parad.53. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſq. conuincunt.de Am.57. Nihil te de moribus hominum didiciſſe conuincam.de Or.88.Sui quæſtus cauſa irrupiſſe conuincam.5.Verr.31.Quo me teſte conuinces,ſi negem?an chirographo?in Ant.162. Sed vt Stoicos nihil de diis explicare conuincerer.de N.d.68.Huius ſi cauſa non maniſeſtiſſimis rebus teneretur,tamen eum mores ipſius & vita conuincerent.in Catil. 107. conuincere aduerſarium auctoritatibus & teſtibus.7. Verr.81.1. de Fin.21.conuincere aliquem.de Diu.103.i.redarguere. cõuincere errores alicuius.de N.d.26. Voce conuincere inauditum facinus.pro Q.53.Vtinam tam facile uera inuenire poſſem , quã falſa conuincere.de N.d.19. Argumentis peccata conuincere.in Partic.64.Quid negotii eſt,hæc poetarum & pictorum portenta conuincere?Tuſc.150.Teſtimonia aliquorum cõuincere. pro Font.20.Non ex illo hoc intelligitur, ſed ex hoc illud conuincitur.pro S.R.38.Quod ſiue fateris,ſiue conuinceris,quam maximis in rebus teneare non vides?in Verr.181.Manifeſtis criminibus conuinci.in Verr.81.Deuotionis conuinci,iudicio deorum, teſtimonio Senatus,confeſſione inimicorum.poſt red.ad Quir. 2.conuinci in aliquo peccato. de Inu. 65. Summæ negligentiæ conuinci.pro Syl.33. Opinione opinionum conuinci & condẽnari.pro Clu.4.Oratio,quę neq. redargui,neque conuinci poſſit.de Vniu.9.Teſtimoniis conuinci.in Ver.244. A teſtibus cõuinci,& vrgeri confeſſione.6.Verr.94.

Conuictus.

Reprehenſus,conuictus,fractuſq. Mithridates.pro Fl.32. Cũ ille homo audaciſſimus,conſcientia conuictus,reticuiſſet,&c.2. in Cat.34.Iudicio turpi conuictus.pro Q.28.conuictus maleficii.7.Verr.109.Fracta & conuicta ſecta.1.de Leg. 55.M. Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus, teſtimoniiſq. cõuictum,qui cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt.pro Flac. 164. Hanc ego deuotionem capitis mei, cũ ero in ſedes meas reſtitutus , tum deniq. conuictam & commiſſam putabo.pro D.ſua,113. Maiores noſtri ſi quam vnius peccati mulierem damnabant , ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.ad Her.29.Simili in errore uerſantur, cum conuicti , ac iudicio veritatis coacti , perſpicua a perceptis volunt diſtinguere,&c.Acad.q.lib.2. 34.

Conuiſo.

Et loca conuiſit cauda tenus infera piſcis.in Arat. 39.

Conuitium .

Adulter,impudicus,ſequeſter,conuitium eſt, non accuſatio . pro Cęl.43.Maledictio aũt nihil habet propoſiti, præter contumeliam:quæ ſi petulantius iactatur,conuitium:ſin facetius , urbanitas nominatur.pro Cęl.4.Cum ei magnum cõuitium fieret cuncto a Senatu.ep.153.conuitiũ meũ iuſtiſſimum & honeſtiſſimum.12.f.54.conuitium Senatus.in Piſ.50.i. a Senatu factum Reſpondebo hominis furioſi non orationi, ſed conuitio , cuius exercitationes cũ intolerabili petulantia,tũ diuturna impunitate muniuit.pro D.ſua.213.conuitiũ facere.pro Cl.59. pro,cõminari,vel admonere.conuitiũ grande ei fecerunt.16.Att.25.cõuitium magnũ alicui facere.10.fa.33. Quintius conuitiũ C.Iunio iudici qõnis maximũ fecit.pro Clu.33.conuitiũ mirificũ facere.1. Att.31.Suſtinere quotidianũ conuitiũ.pro Q.42.Defeſſo conuitio aures conquieſcant.pro Arch.8.conuitio quid efflagitare. 2.ad Q.fr.25.Non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuitio.pro Mur.11.Aliqñ, idq. ſero, conuitio auriũ mihi ea torta veritas eſt.in Or. 91. Pompeius cum pro Milone diceret,clamore conuitioq. iactatus. ep.5. Qua hũc obiurgatione,aut quo potius conuitio a tanto errore coner auertere?Off.68.cõuitio tacito cogitationis te uerberaui.16.f.35.ex ep.Q.Cic.cõuitio os uerberare. i Piſ.50. Vrgebor iã oim veſtrũ cõuitio.4.ac.224.cõuitiis & ſibilis cõiectari aliquẽ.Att.2.33.2.

Conuitiator.

Si uere obiicitur, vehementis accuſatoris : ſin falſo, maledici conuitiatoris. pro Mur. 11. Si de mea uita atque actibus huic conuitiatori reſpondero.in Saluſt. 1.

Conuiuor.

Quotidie ſolitum eſſe non ſolum in publico,ſed etiam de publico conuiuari.5.Verr.86.

Conuiuium .

Bene.n.maiores accubationem epularem amicorũ , quia uitæ coniunctionẽ haberet,conuiuium nominarant,melius quã Gręci,qui hoc idẽ,tũ compotationẽ, tum concœnationẽ vocãt: &c. de Sen.42.Intempeſtiuum conuiuium.pro Mur.12.Quod quidẽ iſtius quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorũ conuiuium ferebatur.in Piſ. 8.conuiuiũ moderatum & honeſtum.pro Mur.11 conuiuium publicum non dignitatis cã inibit.in Piſ.52.pro R. Am.32.conditor inſtructorq. conuiuii.Tuſc.207. Inſtituere ac parare conuiuiũ.In Ver.214.Ornare conuiuiũ magnifice ac ſplẽdide.pro Q.17.6.Ver.39.conuiuia,quæ facete abs te, & amicis tuis concelebrantur,& paſſim & tributim.de Pet.Conſ.28. Opipare apparata conuiuia.3.off.76.Baiis acta conuiuia , comeſſationes,cantus,ſymphonias,nauigia iactant.pro Cęl.27. cõuiuia ſapientius Latini,quam Græci ſυμπόσια.9.fa.57. concelebrare conuiuia.de Pet.Conſ. 28. Cũ conuiuiis carendũ mihi ſit,malo id lege uidcri facere,quam dolore.12.Att.15. Cũ in eis conuiuiis Symphonia caneret , maximiſque poculis miniſtraretur.in Ver.170.Græci in conuiuiis ſolent nominare , cui poculum traditari ſunt.Tuſ.169.Verſari in conuiuiis pro Q.40.Ego pp ſermonis delectationẽ tempeſtiuis conuiuiis delector . de Sen.86. Quantũ tẽporis aliis tribuunt tẽpeſtiuis conuiuiis. pro Arch.9.

Conuiua.

Collectã a conuiuis exigere. de Or. 230. Teſtes accuſatoris, confeſſores,conuiuæ,contubernales.pro Flac.18.Non aſſequor, ut ſcribam quod tui conuiuæ non modo libenter, ſed etiã æquo animo legere poſſint. Att.186.Hunc tu lege conuiuis tuis,ſed,ſi me amas,hilaris & bene acceptis.Att.16.333.2. Quamquam eſt in Originibus,ſolitos eſſe in epulas canere conuiuas ad tibicinẽ de clarorum hominum virtutibus.1. Tuſc 3. Carmina in epulis cantari ſolita a ſingulis conuiuis.de Cl. Or.171.

Conuictor.

Familiares & quotidiani conuictores. Tironi,lib.16.21.20.

Conuictus.

Ad cõuictũ nſm redeas,& ad cõſuetudinẽ. 5.f.40.in ep.Luccii. Nã principio tollit conuictum humanum & ſocietatẽ.Off.3.26.

Conuictio.

Cuius (Bruti) cum frugi ſeueraq. eſt uita, tum etiam iucundiſſima conuictio.16.fam.28.ex ep. Cic.filii.

Conuoco.

Tu diſſipatos homines in ſocietatem uitæ conuocaſti.Tuſc.5 4.Is philoſophos in locum unum conuocauit.de Leg.166.Piſcatores ad ſe conuocauit,& ab iis petiuit,&c.3. off.76.conuocare concilium contra legem Heliam.in Vatin.32.conuocare homines,& eos armare.ad Q.fr.313.conuocare in concionem , & ad concionẽ.3.de L.Agr.101.conuocare populũ in tribus.3.de Leg. 64.Nos autem in Senatum conuocabamur.in Ant. 194. Aruſpices omnes conuocari iubet.in Verr. 212.

Conuocatus.

Senatus eſt continuo conuocatus,frequenſque conuenit . ep. 151.Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnum illud volumen.de Cl.Or. 151.

Conuocatio.

Nulla ad Rempub. defendendam pop. Romani conuocatio. poſt red tum in Senatu,34.

Conuolo.

Qui cuncti ex Italia ad me reuocandum conuolerunt. pro D.ſua,46. Vexillo opus eſt,cõuolabũt. At.168. Multi autẽ ſunt qui ſtatim cõuolent. Tuſ.3.43. Cõuolare ad roſtra.pro Rab.11.

Conuoluo.

Quẽ propter niteus pennis conuoluitur ales.2.de N.d. 167.

Conuoluens.

Cum ſe conuoluens Sol elaberetur & abiret.1.de Diu.84.

Conus.

Conum tibi ais & clyndrum,& pyramidem pulchriorem, quã ſphæram videri.2.de Nat d.67.& 1.35.

Coopertus.

Quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro.3.Verr.84.id eſt, obrutus. Quis hoc non perſpicit, &c. qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum iurati ſententia ſua liberarent?3.Verr.6. Quos nondum taciris pattici diis contaminatos uix ferebamus, hos nunc omni ſcelere coopertos,tolerabiles cenſemus fure? in Ant. 242.

Coopto.

In primis paternum auguratus locũ,in quo ego eum,ut quod a patre accepi,filio reddã,mea nominatione cooptabo.13.Phil. 51. In eo Senatu,quẽ maiore ex parte ipſe cooptaſſet. de Diu. 213. Ab ea parte qui eſſet factus, is a collegio cooptaretur. pro L. Agr. 32. Ciceronem noſtrum in veſtrum collegium cooptari volo. Att.276. In ſenatoribus cooptandis, non modo ſuffragia nulla fuiſſe, ſed ne genere quidem ſpectata eſſe, ex quibus in eũ ordinem cooptari liceret.4.Ver.83.Diu.2.17. Cum haberent inter ſe controuerſias de Senatu cooptando.in Verr.133.

Cooptatus.

Et cooptatum me ab eo in collegium augurum recordabar. de Cl.Or.1.pro Cœl. 3.

Cooptatio.

Ea lege cooptatio collegiorum, ad populi beneficium tranſferebatur.de Ami.79. Neminem in ſummum locum niſi per populum venire,ſublata cooptatione Cenſoria.3.de Leg. 26.

Coorior.

Tum ſubito tempeſtates coortæ ſunt maximæ. 3. Verr.31.

Copia.

Copia agri, vectigalium,pecuniæ.2.de Inu.208. Copia dicendi quid deſideret.1.ad Her.1. Facultas & copia dicendi.in Verr. 68. Mirabilis copia dicendi.in Top.35. Vbertas, varietas, copia dicẽdi.pro Coro.Balb.2. Frugum copia & inopia.pro D.ſua.14. Frugum vbertas & copia. Poſtquã tres in catil.202. Vbertas in dicendo & copia.1.de Or.27. Vbertas & copia Periclis. de Cl.Or. 268. Rerum copia, uerborum copiam gignit.3.de Or.68. Ac.q. ed.2.l.1.19.& 56. Copia ſententiarum atq. uerborum. Tuſc.2.2 Tenuiorum & amicorum non occupatorum eſt illa aſſiduitas, quorum copia bonis & beneficiis deeſſe non ſolet. pro Mur.64. Omnis teſtium copia, quæ futura eſt, a matre initio eſt adornata: a matre nunc omnibus eius opibus & copiis comparatur. pro Clu.21. Si tui copia nobis ſemper fieret.de Fin.5.68. copiæ inuentor & princeps Cicero. Brut.137. Vt Brunduſium ducerem hanc copiam,quam mecum habeo. Att.8.44. Hæc enim ætas effondit hanc copiã.de Cl. 167. Tu autẽ quod mihi bonã copiam eiures,nihil eſt. 9. f.79. Minimã copiam poetarum egregiorum extitiſſe.de Or.65. Facere ciuibus omnibus conſilii ſui copiam. 3.de Or. 73. Cuius decuriæ mihi copiam quam largiſſime factã oportebat.in Ver.108 Itaque libris me delecto, quorum habeo Antu feſtiuam copiam. Att.26. Cum hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius,quod ſcelus omittet? in Ant.233. Vtinã virorum fortium tãtam copiã haberetis, ut,&c. pro Pop. 9. Q. Hortenſius, cui ſummã copiam facultatemque dicendi natura largita eſt.pro Q.2. E quidẽ Cato totã hanc copiam Lucullo notã eſſe oportebit.de Fin.91. Tẽperata oratione ornandi copiã perſequi. Or. 20. Atque ibi ſuppeditans omnium rerũ,quas natura deſyderat,abũdantiã & copiã.de Amic. 73. Orationis copia abundare.2.de Or.82. Sed ego copia & facultate cauſæ confiſus,uide quo progrediar.pro Roſc.Com.2. Quæ cũ eſſent a me cura magis & diligentia, quã facultate & copia conſtituta,iter mihi faciundũ per Lycaoniã putaui.15.f.5. Alter in Siciliam cũ ea copia,quã Capuæ,&c. Att.129. Neq. ſolus cũ iſta copia tantã multitudinẽ ſuſtinere poteris. Att. Cũ omni copia ad nos veniat.8.Att.42.in ep.Cn.Põpeii.ideſt, omnibus copiis. Matries digna facultate & copia tua.ep. 67. Nec id tamen ex illa erudita Græcorũ copia.1.de L. 5. Quid cuique conueniat ex hac copia, digeremus.de Inu. 52. Vt copia oratoris opus ſit uel ad hortandũ,vel ad docendũ.3. de L. 36. Nec in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt,nec ſapienti quidem,nec in ſumma copia inſipiẽti non grauis. de Sen. 78. Etenim diuitiarũ eſt fructus in copia: copiam autem declarat ſatietas rerum atque abundantia. in Parad.60. Opprimere ciuitatem copia. pro Mur. 71. Copia, vnitatis numero,pro copiis. Ibique pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum curaui. 4. fam.37. Cui tenues opes,nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt. pro Q.2. ideſt,paucos habet amicos;uel,amici eius non ſunt admodũ diuites. Tamẽ ſic ſtatuebã,omnes, quæ in iſtis partibus eſſent opes copiæque,tuas eſſe. Caſſio, l. 12.7.5. Singulorum copiæ paruæ ſunt: eorum autem,qui his egeant,infinita eſt multitudo. Off.11. Amplitudo,eſt potentiæ,aut maieſtatis,aut aliquarum copiarũ magna abundantia.de Inu.83. Nam & publicani homines &c. ſuas rationes & copias in illam Prouinciam cõtulerunt. pro L. Man.11. Crotoniatæ cũ florerent omnibus copiis,&c.de In.62. Circũfluere omnibus copiis, atq. omniũ rerũ abundantia uiuere.de Am.106. Cũ copiis ſuis ſe aliquẽ deferre.pro Rab. Poſth. 29. Copiis ſuis deuinctum aliquem habere pro Cel. 28. Omnibus rerum affluẽtibus copiis. 1. Off.213. Nobis omnibus expoſitis copiis, quodcumque placeret, eligendi poteſtas fuit. de Inu.62. Moderatori Reipu.ciuiũ uita propoſita eſt,ut opibus firma,copiis locuples,gloria ampla,virtute honeſta ſit. Att.8.155 2.4 ad Her.200. Quid aũt dulcius, q̃ ut plurimũ copiis,facultatibus, opibus poſſint cetera parare quæ parant, &c. de Amic. 50. Locuples & pecunioſus copiis rei familiaris. pro Quint. Roſc. 26. Opibus & copiis maximeq. uirtute preditum eſſe. de Am.47. Contractis noſtris copiis ſpero nos Reip.prodeſſe poſſe. At.130.

Copiæ.

Copiæ equeſtres & pedeſtres.de Fin.l 2.91. Tuſ.5.16. Copiæ genere & numero & fidelitate firmiſſimæ. 10.f.20.in ep.Planci. Magnas Romæ Panſa copias ex delectu Italiæ cõparat. Caſſio,l. 12.5.6. Copias maximas duxit ad Troiam. 1. Tuſc.157. Pergratũ mihi feceris,ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti,quam minimũ imminueris. ep.32. In copias alicuius ſe ingurgitare.2.Phil. 76. Neq.copias Cn.Põpeiis nec genus exercitus probare.4.f.24.

Copiolæ.

Recurri ad copiolas meas, ſic enim eas uere appellare poſſũ, ſunt enim extenuatiſſimæ. 11.fam.22.

Copioſus.

Rebus omnibus ornatus & copioſus. 2. in Catil. 38. Dicæarchus Peripateticus magnus & copioſus.off.36. Copioſus homo ad dicendum,& in dicendo.pro Cæc.47.4.Ver.61. Doctus & copioſus homo,& paratus.4.Ac. 116. Ille erat in primis inter ſuos copioſus.in Verr.89. Copioſa aduocatio.pro Q.26. Copioſa diſputatio.4.Ac.58. Copioſa plane, & locuples mulier.1.Ver.30. Copioſa & elegãs oratio.1.de Fin.16. Multa, uaria,& copioſa oratio.2.de Or.118. Copioſa oratio, niſi res ſubſit,improbãda. 1.de Or.27. Vrbs celebris & copioſa. p Arch.3. Amplũ & copioſum patrimoniũ.pro Sex.Roſ.4. Lautũ & copioſum patrimoniũ. pro Rab. Poſth. 23. Tenuem uictũ antefert copioſo.3.Tuſc.84. Multæ copioſæ uariæque rationes.de Or.104. Multa de meo Catone: quẽ ſæpiſſime legendo,ſe dicit copioſiorẽ factũ. Att. 13. 59. Copioſiſſimũ oppidũ & munitiſſimũ.12.f.45.

Copioſe

Copioſe abſoluere.2.ad Q.fr. 20. C.ualde accepti.13.At.67. Paſtũ autẽ animãtibus large & c.natura eũ,qui cuiq. aptus erat, cõparauit.2.de.N.d.180. C.reorũ cauſas defendere. 4. Ver.139. De maximis quæſtionibus c.ornateq. dicere Tuſ.1.6. Neq.ſententiis ſolũ c.ſed uerbis etiã ornate dicere.1. de N.d 80. Magna eſt.n. admiratio copioſe ſapiẽterq. dicentis.2.Off.68. Subtiliter & copioſe diſſerere pro Flac.33. Cõpoſite,ornate, copioſe eloqui.1: de Or.26.Off. 1. 217. Quã copioſe ab eo agricultura laudat in eo l.q eſt de tuẽda re familiari.de Sen.54. Copioſe & abundãter loqui de re aliqua.2.de Or. 82. Nã Malleolus i Prouinciã ſic copioſe profectus erat, ut domi prorſus nihil relinqueret. 3.Verr. 64.ideſt,cũ tãta opulentia. Copioſe ornatus, & honorifice acceptus.6. Verr.54. Copioſiſſime cauſam defendere.pro Clu.115. Copioſiſſime & grauiſſime dicere.1. Off.6.

Copo.

Atque etiam,ut nobis renuntiatur, hominem multorum hoſpitum, A.Binnium quemdam coponem de uia coponem de uia Latina, ſubornatis, qui ſibi a Cluentio,ſeruiſque eius in taberna ſua manus allatas eſſe dicat. pro Clu.131.

Copulo.

Copulabat medium medio accommodans. de Vniu. 33. copulabant inter ſe particulas. de Vniu. 59. copulare futura cum præſentibus. de Fin. 2. 39. Honeſtatem cum uoluptate tamquam hominem cum bellua copulare. 4. Acad. 253. Qui prope copulantur contraria regione. de Vniu. 47. Numquam copulantur ſolida omnia uno medio. de Vniu. 19. Conſtructioque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. in Partit. 13. An hæc inter ſe iungi copularique poſſint. 1. de Or. 113. Libenter etiam copulando verba iungebant, vt ſodes, pro, ſi audes. Or. 211. Non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas. Appio, lib. 3. 4. 5.

Copulatus.

Equeſter ordo cum Senatu copulatus fuit. in Ant. 16. copulata res & confatalis. de Fat. 45. Quoniam nihil ſit animis admiſtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. 1. Tuſc. 110. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod ſcribitur ſomnium? 2. de Diu. 211. Virtutem copulatam eſſe docui cū voluptate. de Fin. 59. Nā cum clamaret, &c. copulati in ius peruenimus. in Verr. 234. Quædam enim ſunt (inquit) in rebus ſimplicia, quædam copulata. de Fato, 45. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re vero copulata ſunt. 4. Tuſc. 36. Genera verborum & ſimplicium & copulatorum. in Or. 62. Quos ſpero breui tempore ſocietate uictoriæ tecū copulatos eſſe. 11. fa. 14. Nihil eſt amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. Off. 12.

Copulatio.

Copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. 2. de Nat. d. 178. Cum eadem coniunxit fugientem, & eius copulationis alienam permiſcens cum materia, &c. de Vniu. 27. Congreſſus copulationeſque conſuetudinum. 1. de Fin. 54. Ita effici cōplexiones & copulationes & adhæſiones atomorum inter ſe. 1. de Fin. 19.

Coquo.

Tua profectio ſpem meam debilitat, ac me illud quidem modo coquit: ſed inopia cogimur eo contenti eſſe. Att. 5. 91. 2. O Tite, ſiquid ego adiuto, curamue leuaſſo, Quę nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa, Ecquid erit præmii? de Sen. 1. Tum is, qui illa coxerat, minime miſum: condimenta enim defuerunt. Tuſc. 247. Negat enim vllum eſſe cibum tam grauem, quin is coquatur die & nocte. 2. de Nat. d. 35.

Coctus.

Bene coctus & conditus ſermo bonus. Att. l. 13. 298. 4. Poma matura & cocta. de Sen. 65

Cor.

Cor, pulmones, iecur, vitæ domicilia. de Nat. d. 1. 70. Cor animantis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitans, vt imitaretur igneam celeritatem. de Nat. d. 2. 18. caloris ignei argumentum dedit. Ipſe ſuum cor edens. Tuſc. 3. 51. Cor exile, & exiguum, & vietū. Diu. 2. 28. Aliis cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur, & Naſica ille prudens bis Conſul, Corculum appellatus. 1. Tuſc. 16. de Cl. Or. 39. & 112. Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. 2. de Fin. 42. Cordis ac linguæ diſſidium. 3. de Or. 35. Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. 3. Phil. 135. Cordis ventriculus. 2. de Nat. d. 105. Flumen aliis uerborum cordi eſt. Or. 201. Ego, cui filia maxime cordi eſt. in Verr. 199. Idque mihi eo magis eſt cordi. Læl. 14. Dionyſius nobis cordi eſt. Att. 5. 90. 2. Contra, ſibi officium, fidem, diligentiam, vitam omnino ſemper horridam atque aridā cordi fuiſſe. pro Quint. 63. Apparet enim iam cor eum oculis conſentire. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 81. Alcmæus negat cor ſibi cum oculis conſentire. Ac. q. ed. 1. l. 2. 81. Hoc eſt non modo cor non habere, ſed ne palatum quidem. de Fin. 1. 75. A corde conſilium & vita proficiſcitur. Diu. 1. 101. Nullum animal, quod ſanguinem habet, ſine corde eſſe poteſt. de Diu. 105. Romanus corde ſuo trepidat. de Or. 158.

Corculum.

Et Naſica ille prudens bis Conſul Corculum appellatur, &c. Tuſc. 1. 16. Corculum, cognomen Naſicæ propter ſapientiam qua præſtabat.

Cordatus.

Egregie cordatus homo Catus Aeli⁹ Sextus. 1. Tuſ. 16. 1. de Or. 96

Coram.

Mihi vero ipſi corā genere meo propinquo tuo, q̄ dicere auſus es? in Piſ. 8. Coram P. Caſpio tecum locutus ſum. ep. 205.

Coram.

Sed ea coram. ſub. dicentur, aut explicabuntur. ſic ſæpe hoc aduerbio utitur, ſubaudito uerbo. 13. Att 27. Sed hæc coram: nā iſta multi ſermonis ſunt. Att. 15. 321. 9. Sed hæc & alia maiora coram. Att. 259. Sed hæc propediem coram. Att. 104. Nā quemadmodum coram qui ad nos intempeſtiue adeunt, moleſti ſæpe ſunt: ſic epiſtolæ offendunt non loco redditæ. ad Brut. l. 11. 16. 2 Coram aliquid ex aliquo audire. Ac. q. ed. 1. l. 1. 10. Sed hæc poſterius, & coram fortaſſe commodius. Att. 88. Coram inter nos conferemus, cum erimus congreſſi. 1. Att. 68. Corā conferre quæ volumus. 2. Att. 66. Si tecum olim coram per literas de ſalute noſtra, fortuniſq. deliberaſſem. Att. Ea coram potius me præſente dixiſſent. 3. de L. Agr. 1. Veniat, & coram mecum de agri Campani diuiſione diſputet. 2. de L. Ag. 78. Non properaui tam, quia quoniam coram id facere prohibeor, abſens proſim. ad Octau. 229. Atque ideo feci, ut tamquam a præſentibus coram haberi ſermo uideatur. de Am. 3. Intueor coram hæc ornamenta Reip. de Prou. 73. Sed hæc, & multa alia coram breui tēpore ſciebit. ep. 77. Vt loquerer tecum abſens, quo, mihi cum coram id non liceret, nihil eſt iucundius. Att. 181. Sin autem differs me in aliud tempus, coram tecum loquar. ep. 69. Hæc tecum coram maluerams ſed quia longius fiebat, uolui per literas eadem, & c. 7. fam. 11. Coram tecum, & Per literas, quaſi contraria ſunt. Fratres denique ipſi prodeant, &c. tamen aliquid fortaſſe coram producti dicent in quo reprehendantur. pro Flac. 27. Præterea mihi promiſerunt coram, & abſenti mihi ſcripſerunt, ſe, &c. 12. fam. 18. Cum coram ſumus, & garrimus quidquid in buccam uenit. Att. 186. Index Aiulus ex altera parte coram tenetur. pro Cl. 29. Chares omnia coram magiſtratum facientem videbat. ad Her. 25.

Corbis.

Meſſoria ſe corbe contexit Gracchus. pro Sext. 70.

Cordolium.

Rides ab cordolio. Att. 238. id eſt, *cordis dolore.*

Corium.

Is obuolutus & obligatus corio deiiciatur in profluentem. ad Her. 4. Hoc ſcitote, his nominibus, quæ res per eum geſtæ ſunt, cum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret, &c. 3. Verr. 67. Quarum (animantium) aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ uillis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. 2. de Nat. deo. 90.

Cornix.

Fuſca nonnumquam curſans per littora cornix. de Diu. l. 1. 13 Non magis aſſentiuntur, &c. quam cum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut uetare. Ac. q. ed. 1. l. 2. 119. *Quis cornicis cantum notauit?* 3. de Nat. d. 10. Hic Hercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuē ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit. pro Flac. 37. Iupiter cornicem a læua, coruum a dextra canere iuſſit. de Diu. 82. & 98. Inuectus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis cautis Iure conſultis eorum ſapientiam compilarit. pro Mur. 22. id eſt, callidos & verſutos homines verſutia & calliditate ſupplantauerit & eluctatus ſit. Vt enim clauus clauo truditur, ſic vafritia vafer, & ars eluditur arte.

Cornu.

Cornu dexterius, cornu ſiniſterius. 10. fa. 64. In ep. Galbæ. Ab vtroque portus cornu moleis iacimus. Att. 9. 59. Deinde Panſa & Hircius? qui quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris, tum cum illæ uere partes uocabantur. 13. Phil. 382. Experiamur itaque, ſi poſſumus, cornua commouere diſputationis tuæ. Diu. 2. 20. Ille arma miſit, cornua, tubas, falces, &c. pro Syl. 170. Animantes alias ſquama uidemus obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias, &c. 2. de Nat. 90.

Corniger.

Corniger eſt ualido connexus corpore taurus. 2. de Nat. d. 161.

Corneus.

Velut ibes maximam uim ſerpentū conficiunt, cū ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroq. roſtro. 1. de Nat. d. 72.

Corneolus.

Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multiſq. cum flexibus: quod his naturis relatus amplificatur ſonus. 2. de Nat. d. 209. De auribus loquitur.

Corollarium *Vide, Corona.*

Corona.

Corona aurea magnis fulgentibus gēmis illuminata. ad Her. 39. Ad id etiam gregarii milites faciunt inuiti, ut ſe ab aliquo

ſeruatos eſſe fateantur,& coronam dent ciuicam. pro Planc.59. Coronam lauream alicui a Senatu decretam eſſe.in Piſ.92.Brutus noſter iam vel coronam auream per forum ferre poſſet. Att. 231. Ipſe autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo.7.Verr.22.De coronatis, cum ſororis tuæ filius a patre accuſatus eſſet, reſcripſit ſe coronã habuiſſe honoris Cæſaris cauſa,poſuiſſe luctus gratia. Att. 14.42.Coronam virtute partam, & ei,qui peperiſſet(mortuo,) & eius parenti ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet.2.de Leg.56.Aderant vnguenta, coronæ.Tuſ. 249.Iã ipſę defluebant coronæ.5.Tuſc. 87.Ne ſumptuoſa aſperſione longæ coronę,nec acerræ prætereantur.de Leg.182.Coronę ſtatuarum.t5.Att.47.Coronas victoribus imponunt præcones.5.fam.34. Vnxiſſe vnguentis, compleſſe coronis & floribus.6.Verr.69.

Corona, *pro circulo hominum audientium.*

Corona tibi & iudices deferunt.de Nat.d. 2.1.Aliquid etiam coronę datum.de Fin l.4.7t.Decianum vſque ad coronam applicare.pro Flac.64. Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo ſe ad coronam daturum?5.Verr.40. A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbamque effunditur. pro Flac. 54. Aut ſi coronam times, dic in Senatu.de Fin.2.62.Tametſi a corona relictus ſim,non queã dicere.de Cl. Or. 181.Non enim coronam conſeſſus veſter cinctus eſt,vt ſolebat.pro Mil.1. Cur armatorum corona ſeptus eſt Senatus.in Ant.181. Maxima corona cauſam dicere. Tuſc.1.9. ideſt,multitudine populi circum ſubſellia ſtare ſolita.

Corollarium.

De viuo igitur erat aliquid reſecãdum: vt eſſet vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.5.Verr.98.*Hic* quaſi feſtiuum acroama,ne ſine corollario de conuiuio diſcederet,ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit.6.Verr.43. Noli hos colligere,qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollariis, cum decuriam emerunt ex primo ordine exploſorum, in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt.5. Verr.158.

Coronatus.

Sedebat in roſtris Collega tuus,amictus toga purpurea in ſella aurea,coronatus.2.Phil. 89. Coronatus Quintus noſter Parilibus. Att. 229. Coronati parentes epulas ibant in funere. 2.de Leg.58.

Coronarius.

Aurum coronarium dabatur Proconſulibus vel Imperatoribus ex prouincia decedentibus ad decorandũ triumphum. cõtra Rull.77.& 78.Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat,niſi decreto triumpho.in Piſ. 71. Quod ad quemque peruenit,peruenerit ex præda,ex manubiis, ex auro coronario.pro L.Agr 7.

Corpus.

Corpus & qualitatem nominabant Academici, id quod ex materia & forma conſtat.Ac.q.ed. 2.l.1. 18 Corpus intelligi ſine loco non poteſt. 2. de Or. 194. Corpus quaſi vas eſt aut aliquod animi receptaculum. Tuſc.1.43. Sic corpus clade horribili abſumptum extabuit. Tuſc. 2.16. Corpus bene conſtitutum. Tuſc.2.13.de Fin.76.effœtum.Cat.26. exanclatum.Tuſc.2.16. ideſt,exhauſtum ærumnis,cruciatibuſque debilitatum.Corpus exercendum, & ita afficiendum eſt, ut obedire conſilio,rationique poſſit in exequendis negotiis,& in labore tolerando:Off.1. 111.Mortale corpus.de Sen. 73. Corpus motum a ſtatu.Tuſc.3. 13.ideſt,a cõſtitutione & temperie. Corpus omnibus oppreſſum & confectum doloribus.Tuſc.5.18. A principio enim cõiurationis vſque ad reditum noſtrum, videtur mihi modicum quoddã corpus cõfici poſſe,in quo, &c.ad Lucceium, l.5.12.13.Sed nihil vitioſius, quam cum unum corpus debeat eſſe defenſionis,naſci de integro cauſam, cum ſit ab altero perorata. Brut. 110. Nec quidquam ſit,niſi corpus vnum & ſimplex. Tuſc.1.29.Corporis bona alia in toto, alia in partibus ſecundum Academicos. Ac. q.ed.2.l.1.14.Corporis bona veram laudem nõ habent.2.de or. 186.Corporibus omnis coagmẽtatio vel calore, vel frigore,vel aliqua impulſione uehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos,ſenectutemque compellitur.de Vniu. 21. Compagibus corporis includi.de Sen. 70. Corporis expers.Acad. q.ed.2.lib. 1.11.Corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus,animi morbum corpore non ſentimus. Tuſ.3.1.Morbus & corporis imbecillitas.11.Att.11.Corporis res quę laudã ſe. 3. ad Her.101. Vt in malis attingit animi naturam corporis ſimilitudo, ſic & in bonis.Tuſc.4.23.Vt corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe,e quibus cõſtamus,ſanitas ſic animi dicitur,cum eius iudicia opinioneſque concordant.Tuſc.4. 23. Corporis uires,perniciosiſſimæ cupiditatis ſatellites.1.de Inuent.3. Corpori omne tempus datur.9.fam.47.Corpori ſeruire.16 fam.7. Quid dicam de oſſibus,quæ ſubiecta corpori,mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, &c.& ad omnem corporis actionem?2. de Nat d.209.Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & uires & corpus amiſi.Gallo, lib. 7. 27.7.Corpus hiſtorię conficere.5.fam.30.Reipublicæ corpus totum curare,nedũ partem aliquam tueri, reliquas deſerere, Plato præcepit. 1.Offic. 120. Quacirca corpus gaudere tamdiu,(cenſuit Epicurus) dum præſentem ſentiret uoluptatem: animum & præſentem percipere pariter cum corpore,& proſpicere uenientem,nec præteritam præterfluere ſinere. Tuſc. 5.69. Corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt,ſentire poſſumus.de Fin.1.43. Corpore tuo alleuato.7.Att.2.Corpore externo mens cingitur.de N. d.1.20.Corpore confectus.14.fam.11.Niſi corpore confirmato,nolles nauigare.16.fam.3.Corpore toto contremiſco. 6. fam. 28. in ep.A. Cæc. Si non vna corpore ſenſus omnis vno atque eodem cõſumptus eſt igni. ad Octau. 47. Nec uero hæc uita tua dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur.pro Marcel.6.Corpore deformatus, fractus animo. 2. Att. 53. E corpore excedere dicuntur animi.Tuſc. 1.33. E corpore multa exiſtunt quę acuant mẽtem, multa quę obtundant. Tuſc.1. 65. Nec enim ſanguis,nec ſudor niſi ex corpore eſt.de Diu. 120 Ictum parua quadam declinatione &,vt aiunt,corpore effugere.in Catil. 11. Corpore nondum ſatis firmo cum eſſet. 11.fam. 41. In corpore nullus dolor, aut omnino ſenſus eſt poſt mortem. Tuſc. 1. 67. In corpore nullus ſenſus, &c. Tuſc. 1. 39. In corpore perſpicuum eſt vel extincto animo,uel elapſo,nullum reſidere ſenſum. Tuſc. 1.94 In corpore vix quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares,a ſede animi perforatę.Tuſc.1.39.Quãtum corpore meo occupari poteſt,tantum mihi ex agro tuo aſſignes. 3. Att. 32. Cum mortali corpore cremato animus in lucem exceſſerit. de Diu.59. Senex corpore, numquam animo.de Sen 34. Corpore uix ſuſtineo grauitatem huius loci.11.Att.45. Corpora aſpera, leuia,hamata, vncinata.Aca.q ed.2.l.2.t12. Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta,ardore animi concaleſcunt. Acad.q.ed.2. l.1 35.Corpora contenta.Tuſc.2.48.ideſt, quę omni nixu intenduntur aduerſus labores.Corpora exercitata. Tuſc.5.6.Corpora indiuidua,leuia,rotunda.Tuſc.1.34.de N.d. t.77 ἄτομοι ſũt. Corpora indiuidua propter ſoliditatem.l.1.de Fin.13.Corpora exercitationum defatigatione ingraueſcunt,animi autẽ ſe exercendo leuantur.Cat. 32. Noſtra corpora recaleſcũt motu & exagitatione.de Nat.d.2.20.Neque nos corpora ſumus.Tuſc.1.43. Corpora terrena concretaque. Tuſc.1. 39. Corpora terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. Tuſc. 1. 33. Sed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) in vtroſque,neſcio.ad Q.fr. 2.30.Corporum genera ſunt quatuor,quorum viciſſitudine, mundi continuata natura eſt.2.de Nat.d.60.Eam porro naturã eſſe quatuor omnia gignentium corporum.Tuſc.1.33.ideſt, elementorum. Corporum lenocinia.2.de Nat.d.111. Corporum tegumẽta uel texta vel ſuta.2.de N.d. 113. Corpora noſtra non nouimus:qui ſint ſitus partium, quam vim pars quæque habeat,ignoramus. Aca.q.ed.2.l.2.113.Corpora noſtra opponimus. 7.Att.64.corporibus omnis obſidetur locus.de N.d 1.46.nihil eſt enim quod vacet corpore.His autem formis atque corporibus, ſicut omnibus rebus,quæ ſub aſpectum ueniunt,ſede opus eſt.2.de Or.194

Corpuſculum.

Corpuſcula leuia & rotunda.Tuſc.1 20. Corpuſculorum fortuita concurſio.Acad.q.edit.2.l.1.4. Græci ἄτομα uocant.

Corporeus.

Contra ille corporeus,vitalis, & ſalutaris omnia conſeruat, alit,auget,ſuſtinet,ſenſuque afficit.2.de N.d.29.Corporeum & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natũ eſt.de Vniu. 15. Deus omne quod erat concretum & corporeũ, ſubſtrauit animo.de Vniu.33.

Corporatus.

Omne igitur cęlum ſiue mundus, &c.quandoquidem cernitur & tangitur,& eſt vndique corporatus. de Vniu.6.

Correpo.

Quod cum efficere vultis,in dumeta correpitis.1.de N.d.91. Corrependum occulte in aliquam onerariam. 10. Att.40.

Corrigia.

Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ,& ſternutamenta erunt obſeruanda.2.de Diu.127.

Corrigo.

Corrigo.

Correxit cauſam illorum, meam euertit. 11. Att. 35. Se ipſe correxit Iſocrates. 3 Or. 102. At lapſus ætatis, tyrocinio poſtea ſe correxit. in Sal. 174. Hoc continuo correximus. Att. 90. Eas perſpiciam, corrigam: tum denique edentur. 16 Att. 15. Corrige ista hæc tu ſcilicet poſtea. pro Quint. 15. Tu vt numquam te corrigas? in Catil. 101. Id ſi correxeris, mihi ualde erit gratum. ep. 25. Aliquem corrigere potius, quam leuiter inflectere. pro Mur. 55. Ambitioſe corrigere aliquid. Att. 15. 321. 8. Perſpicere, corrigere, tum denique edere epiſtolas. Att. 16. 333. 18. Corrigere & coercere præſentia exercitus aliquos. Plancus Cic 10. 15. 6. Corrigere mendum. 4. Verr. 72. Att. 8. 22. 6. Corrigere mores aliorum. Att. 148. Mores ciuitatis corrigere. 3. de Leg. 47. Noſmetipſos quaſi reprehendentes corrigere. in Or. Orationem aliquam corrigere. Att. 15. 321. 8. Corrigere partẽ exercitus corruptam, & a Repub. alienatam. 10 fam. 31. in ep. Planci. Quæ corrigere vult Epicurus in Democrito, mihi quidem depravare videtur. lib. 1. de Fin. 13. Diligentia alicuius quod minus ſapienter ab alio prouiſum eſt, corrigere. Q. fr. 1. 2. 5. Si quę in his corrigere noluit, deteriora fecit. l. 1. de Fin. 20. Sententiã alicuius corrigere. 8. Phil. 55. Vitium legis, non iudicũ ſententiã corrigere. pro Syl. 47. Curſu traditatem corrigere tum velis, tum equis. ad Q. fr. 2. 34. Corrigitur & emendatur tota ciuitas continentia principum. 3. de Leg. 28. Facillime corriguntur in diſcẽdo, quorum uitia imitantur emendandi cauſa magiſtri. 1. Offic. 204. Corrigi non poteſt meum peccatum. 11. Att. 33. Corrigi non poſſe, neque doceri ab aliquo. de Cl. Or. 172. Si correctũ te reciperes, hoc eſt, ſi totum alium faceres. 6. fam. 29. in ep. A. Cęc. Spe non corrigendæ, ſed ſanandæ ciuitatis. 1. Att. 57. Vitia ſenectutis diligentia corrigenda ſunt. de Sen. 84.

Correctus.

Laudationem Porcię tibi miſi correctã. Att. 13. 296. 1. Correctũ aliquod ſcriptũ mittere. 13. Att. 61. Certe enim recentiſſima quæq. ſunt correcta & emendata maxime. 1. Ac. 29. Democriti errata ab Epicuro reprehenſa & correcta permulta. l. 1. de Fi. 21.

Correctio.

Hæc videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris & emendatio, &c. 4. de Fin 37. Omnis correctio vitiorum peccatorumque noſtrorum a philoſophia petenda eſt. Tuſc. 5. 3. Adhibere correctionem. 3. Off. 9.

Correctio, *exornatio quædam verborum.*

Correctio eſt quę tollit id quod dictũ eſt, & pro eo id quod magis idoneũ videt, reponit. ad H er. 4. 186. 3. de Or. 113. & 115.

Corrector.

Sed tamen hic corrector, &c. Or. 215. Corrector atque emendator ciuitatis. pro Corn. balbo, 14. Iam de ipſo emendatore & correctore noſtro dicam. 2. Phil. 60.

Corripio.

Clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt, & oſtenderunt plane eſſe quod ferri non poſſet. Cælius Cic. 8. 2. 3. Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam. 5. Ver. 47.

Corroboro.

Mens vſque eo philoſophiam ipſam corroborat, vt virtutem efficiat. Acad. 9. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, coniurationemque naſcentem non credendo corroborauerunt. in Catil. 22. Recita quæſo P. Seſti quid decreuerint Capuę Decuriones, vt iam virilis tua vox, &c. quidnam, cum ſe corroborauerit, effectura eſſe videatur. pro Seſtio. 7. Se corroborare, & viuum inter viros eſſe. pro Cæl. 8. Manabat illud malum vrbanũ & ita corroborabatur quotidie. Catil. lib. 1. 1. 2. Corroborentur magis hoſtes. 10. fam. 44. in ep. Planci. Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. de Or. 151.

Corroboratus.

Corroboratus in cæde ciuium. de Pet Conſ. 6. Multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, qua nõ modo hęc ætas, ſed etiã iam corroborata caperetur. pro Cæl. 32. Vetuſtate, corroborata hominis ſceleratiſſimi audacia. pro Mil. 24. Virtus Lacedæmoniorum, non ſolum natura corroborata, verum etiam diſciplina. pro Flacco. 49. Ad quorum etiam cognitionem & vſum iam corroborati, natura ipſa præeunte deducimur. 5. de Fin. 104. Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatiſque & ingeniis & ætatibus iudicandæ ſunt. de Amic. 63.

Corrodo.

Nos autem ita leues atque inconſyderati ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc vnum, monſtrum putemus. 2. de Diu. 86.

Corrogo.

Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat, vt ad tabulam Seſtiam ſibi adſint. pro Quint. 13. Cũ ipſe a vicinis cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret. ad Her. 25. Sannioni puero negotium dederat, vt vaſa, veſtimenta, pueros corrogaret. 4. ad Her. 233. Cõuenerunt corrogati, & quidam ampli homines. 3. Phil. 138. Noli hos colligere qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollariis, cum decuriam emerunt ex primo ordine ipſorum, in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt. 5. Ver. 158.

Corrumpo.

Nec me tamen laudandis maioribus meis corrupiſti. lib. 1. de Fin. 27. quam quiſque tribum tuis largitione corrumperet. pro Plan. 166. Corrumpere aliquem blanditiis, largitionibus, pecunia, pretio. 1. de Fin. 51. 3. de Leg. 57. 2 Off. 76. pro Cęc. 53. Animum & mores alicuius corrumpere. 3. de Leg. 47. Sollicitare verbis, ſpe, præmiiſque corrumpere aliquem. pro Deiotaro. 2. Corrumpere vrbis iure & exempla. pro Deiot. 23. Corrumpere interlinere tabulas publicas. 4. Verr. 72. Concluſa aqua facile corrumpitur. 2. de Nat. d. 30. Prauis opinionibus corrumpi. ia Partit. 49. Corrumpi teſtes quibus modis poſſint. 2. ad He. 43.

Corruptus.

Corruptus, & ab hominibus nequam inductus adoleſcẽtulus. pro Roſc. Am. 22. Quis corruptus, quis perditus inueniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariſſime uixiſſe fateatur? 2. in Cat. 30. Corruptus animus largitionibus. ad Brut. 9. in ep. Bruti. Populus Rom. ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat. Sal. in Cic. 270. Senatus corruptus. pro Rab. Poſth. 4. Exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta eſt, & ab Rep. alienata, & corrigere, & coercere præſentia mei exercitus poſſem. 10. fam. 31. Doce quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore tribus corrupta ſit. pro Planc. 268. Eſt genus hominũ ad honeſtatem natum, malo cultu prauiſque opinionibus corruptum. Part. 238. Corruptum iudicium. pro Clu. 2. Conſuetudinem uitioſam & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendare. de Cl. Or. 141. Blanditiis præſentium uoluptatum deliniti atque corrupti. lib. 1. de Fin. 26. Corrupti milites. 10. fam. 43. in ep. Planci. Mores corrupti deprauatique admiratione diuitiarum. 2 Off. 104. Corrupta & contaminata paucorum uitio ac turpitudine iudicia. 1. Ver. 136. Nam cum per multa pręclare legibus eſſent conſtituta, ea Iuriſconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata ſunt. pro Mur. 24. Corrupta largitione ſuffragia. 3. de Leg. 35. Aiunt ab eo *literas eſſe* corruptas. 4. Ver. 63.

Corrupte.

De quibus neque deprauate iudicant, neque corrupte. 1. de Fin. 107.

Corruptor.

Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? in Catil. 30. Corruptorem & adulterum adducere 5. Verr. 4. Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas. pro Planc. 31. Corruptores noſtri cauſam dicunt, qui nos corrupti ſumus, non dicimus. pro Mil. 123.

Corruptrix.

Tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia. ad Q. fr. 1. 14.

Corruptio.

Ita fit, vt in altera corruptione opinionũ morbus efficiatur & ægrotatio, in altera inconſtantia & repugnantia. Tuſc. 4. 22.

Corruptela.

Prævaricatio, eſt accuſatoris corruptela ab reo. Partit. 241. Malę conſuetudinis corruptela. 1. de Leg. 48. Si iſta corruptela ſerui, a tanta auctoritate fuerit approbata. pro Deiot. 22. Philippus largitionem corruptelam dixit eſſe. 2. Off. 77. Moliri corruptelam iudicii. in Parad. 58. Mores hac dulcedine corruptelaque deprauati ſunt. de Leg 177. Corruptelæ mulierum. 4. Ver. 93. Cum to adoleſcentulo, quem in corruptelarum illecebris irretiſſes, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem, *facem* prætuliſti. in Catil. 9. Stupra dico, & corruptelas, & *adulteria*, inceſta denique. Tuſc. 225.

Corruo.

O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt, & ante in ipſo curſu obruuntur, quam portum conſpicere potuerunt. 3. de Or. 4. de Terræ motu. Et ille pene ex more, ego riſu corrui. ad Q. fr. 2. 24. Cum vrbs tanta corruit: de

de Diu.183.Ne ſi vno meo facto & tu & omnes mei corruiſtis, improbitati & ſceleri meo potius, quam imprudentiæ miſericordiæque aſſignes.1.ad Q.fr. 56. Aedes exeſæ corruerũt.Top.222.Cum Cle ombrotus inuidiam timens,temere tum Epaminũda conflixiſſet,Lacedęmoniorum opes corruerunt.1.Off.119. Oppida corruerunt.1.de Diu.132.Corruerunt duæ tabernæ,reliquæ rimas agunt.14.Att.11.Corruerat alter, & plane inquam iacebat.4.Att.53.Antiochi iſta corruunt vniuerſa .Ac.l.2.90. Qui ſi ſtare non poſſunt,corruant.in Catil.109. Nec tamquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. Cat.59.

Cors.

Villam in Tiburte habes,cortem in Palatio . Or.233.

Cortex.

Obducuntur libro aut cortice trunci , quo ſint a frigoribus & caloribus tutiores.2.de N.d.90.Denudat foliis ramos & cortice truncos.in Arato.14.

Coruſco.

Flamma inter nubes coruſcat , cælum tonitru contremit. 3. de Orat.86.

Coruſcus.

Iace obſecro in mu vim coruſcã fulminis. Tuſc.179.Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. in Arato.

Coruus.

Quid augurâtur a dextra coruus, a ſiniſtra cornix faciat ratum ?1.de Diu.143.Requires Iuppiterne cornicem a læua,coruũ a dextra iuſſiſſet.1. de Diu.19. Miluo eſt quoddam bellum quaſi naturale cum coruis.2.de N.d.186.

Cos.

Cos,fortitudinis iracundia.Ac.q.ed.t.l.2.126. & Tuſ.4.33. Tarquinius dixit ſe cogitaſſe cotem nouacula poſſe præcidi . de Diu.87. Cotes uirtutum. Tuſc. 4. 37. E quibus quoniam tãquã e ſcrupuloſis cotibus euauigauit oratio , reliquæ diſputationis curſum teneamus.Tuſc.4. 26. metaphora a rebus nauticis.

Cothurnus.

Qui cum palla & cothurnis nummos populo de Roſtris ſpargere ſolebat.in Ant.186.

Crabra.

De Crabra quid agatur, etſi nunc quidem etiam nimium eſt aquæ,tamen velim ſcire. 16. fam. 24. Ego Tuſculanis pro aqua crabra vectigal pendam , quia a municipio fundum accepi . pro Corn.Balb.

Crapula.

Edormi crapulam inquam,& exhala.2.Phil.51.Qui ob dum conuiuii crapulam exhalaſſent.in Verr.153.

Cras.

Cras mane putat.At.214 Scies igitur fortaſſe cras,ad ſummũ perendie.Att.12.275.5.

Craſtinus.

Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis daret . Hirtius Cic.15.325.6. Poſt meridiem,ſi ita uobis eſt commodum, loquemur aliquid,niſi forte me in craſtinũ differre vultis. 2.de Orat. 208.

Craſſus.

Aer craſſus & concretus.1.Tuſc.67. Vt ergo illi aqua,ſic nobis aer craſſus offunditur. Ac.20.Caligo craſſa.1. Tuſc.57.Craſſum ac concretum cælum.de Nat.d.2.30.Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici:craſſum Thebis,itaque pingues Thebani & ualentes.de Fato.12.Craſſum filum.ep.132. Omnino mallem,& magis erat tuum,ſi iam te craſſi agri delectabant,hic alicubi in Cruſtumino , aut in Capenati parauiſſes.pro Flac.56. Latent omnia craſſis circunfuſa tenebris . 4. Ac. 219. Terram craſſiſſimus circunfundit aer. 2. de N. d. 13. Terra, craſſiſſima regio mundi.2.de N.d.26.

Craſsitudo.

Punctus , in quo nulla omnino craſſitudo ſit . 4. Acad. 208. Propter craſſitudinem aeris de cælo apud eos fiebant multa.1. de Diu.80.

Cratera .

In medioque ſinu fulgens cratera relucet.2.de N.d.1.Cratera illum delicatum prætermittendum nobis eſſe hoc tempore. 2.Att.24. In equo Troiano craterarum tria millia. 7. f. 12.Ideo prætereo,quod iſte menſas Delphicas e marmore , crateras ex ære pulcherrimas , uim maximam uaſorum Corinthiorum , ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit.6.Verr.115.

Creatio,creator, *Vide Creo.*

Creber.

Siculus ille capitalis,creber,acutus,breuis,pene puſillus Thucydides.2.ad Q.fr. 30. Thucydides omnes dicẽdi artificio mea ſententia facile uicit,qui ita creber eſt rerum frequentia, ut uerborum prope numerum , ſententiarum numero conſequatur. 2. de Or.30.Sed hoc neſcio quomodo frequenter in me congeſſiſti,ſaneque in eo creber fuiſti,te,&c.pro Planc. 67.ideſt,ſæpius illud dixiſti & inculcaſti.Cuius (dei)crebra facie pellantur animi.de N.d.1.75.Venæ & arterię crebrę, multæque toto corpore intextę.2. de N. d. 209. Crebrę uel potius quotidianæ compellationes.Cornific.12.25.5. Crebræ literæ. ad Tironem.lib. 16.1.3.Et in ſcripto multo eſſem crebrior , quam cu.Att.1.14.&. Crebriores literæ & raræ,opponuntur. 12.f.62.Sermo creberrimus.14.Phil.393.

Crebro.

Quod crebro certior per me fias.ad Lentulum, l.1.7.1.Quos crebro commemorare ſoles,diligunt,&c.6.Ver.127.Qui crebro dicat.de Fin.65.Crebro inſiſtens , interdum acquieſcens.1.de L. 22. Vrbanam expolitionem urget ille quidem , ſed etiam ipſe crebro interuiſo.ad Q.fr.319. Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebro mittas. Att. 94. Tu ad me uelim literas crebrius mittas . ep.63. Etruſci autem quod religione imbuti ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. 1. de Diu. 153. Sed in utroque & frequentiores ſunt,& liberiores poetæ . nam & transferunt uerba crebrius,&c.Or. 216. Quæ creberrime commemorantur a Stoicis.1.de Diu.99 6.Att.26.

Crebritas.

Colloqui uidebamur,in Tuſculano cum eſſem,tanta erat crebritas literarum. Att. 13. 175. 1. Continuitas illa , crebritaſque ſententiarum priſtina manebat.ad Brut.183. Vt longi temporis uſurã,qua caruimus , intermiſſa noſtra cõſuetudine,& gratia,& crebritate,& magnitudine officiorũ meorũ ſarciam. ad App.3.1.

Credo.

Credo, aut illos mortis timor terret , aut hos religionis . de N.d.1.60. Credo,prorſus mihi perſuadet. 2.Att.49. At uberiora cibaria facta ſunt caritate.credo ; neque id eſt nouum,neque reprehendendum.5.Ver.186.An illius uicem,credo, doles.Prolatum ironice.4.ſam.16. in ep. Seru. Sulpitii.& 1.ad Q.fr.1.Conceſſit,credo,Ebutio,quãtum vellet, de Ceſenniæ bonis ut haberet.pro Cæc.Circumſeſſus es ,a quibus?a Lampſacenis:Barbaris hominibus,credo. 3. Verr. 56. Credo ego uos mirari , quid ſit quod,&c.pro Q.18.Credo propterea, quod quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus , in his operę noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur.pro Roſc.Am. 65. Pueri autem Sileni, credo qui audiuiſſent,quę in iſtum teſtimonia eſſent dicta,oculos de iſto nuſquã deiicere, neque ab argento digitum diſcedere. 6. Verr.29.Credo quod uiderer ex conſularibus neminem, &c.de Cl.Or.195.Credo ut facilius iudicarem, quam,&c.de N.d.1.41 Recte non credis de numero militum . Att. 9. 180.3. Nemo credit,niſi ei quem fidelem putat. pro S. Roſc. 37. Nimium Quirites animis ſimplicibus,nimium creditis unicuique . ad Her.35. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credũt. de Diu.2.68. Crede, inquis, mihi.credo equidem : ſed ſcio, &c. 11.Att.9.Finem nullum facio(mihi crede)Caſſi, de te cogitãdi. ep.183. Quod abeſt longiſſime , mihi crede,Cæſar.pro Deiotaro.25.Fuit tanti, mihi crede : haberes quod defenderes.6.Verr. 24.Illuſtrabis (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria:ep.6. Non ſum(mihi crede)mentis compos . Att.10.173.10. Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo tantum iam uirum,ex quanto,crede mihi, poteſt euadere qui ueſtris paucorum reſpondeat laudibus.ad Brut.7.2.Mihi crede iſtuc, &c. Att.215. Quod & nõ prædicanti tibi tam facile credam , ſicut mali ædificii domino glorianti,ſe architectum non habuiſſe.de N. 15.Quod mihi credas uelim.13.Att.30.Crederem niſi eius augurio rex Hoſtilius maxima bella geſſiſſet.de Nat .d. 2. 7. Audiui equidem iſta de maioribus natu , ſed numquam ſum adductus ut crederem . de Cl.173. Nemo ſomniis crederet , niſi, &c.de Diu.137.Bis ad te ſcripſi,me purgans diligenter , leuiter accuſans in eo,quod de meo cito credidiſſe. Appio,li.3.11.15. credere alicui ex animo. 10.ſamil.46.in ep. Planci credere alicui , nulla ratione reddita. 3.de Nat.d.4.credere aliquid ſine doctrina . Tuſc.1.41. Quod ſi uoluerit tibi obtemperare, & nobis de eæſare credere , &c. Att. 8.168.3. Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto: neruos atque artus eſſe ſapientię,non temere credere de Pet.211.Att.19.Tamẽ non temere creditur , neque leui coniectura res penditur . pro Sex.Roſc.37.Ei negabit credi oportere,cui ipſe crediderit ſe ius

teſtis

teſtis ad iudicem fidem infirmabit, cuius, &c. pro Qu. Roſc. 52.
Credendum non eſt rumoribus. 2. ad Her. 35. Credendū namirū
eſt ueteribus, & priſcis, ut aiunt, uiris, qui ſe progeniem deorum
eſſe dicebāt, itaq. eorum uocabula nobis prodiderunt, noſſe aūc
generatores ſuos optime poterant. de Vni. 47. Ita ad credendū
tua ducit oratio. Tuſ. 2. 37. In credendo cautior ero. 10. Atti. 31.

Credere, *pro*, *concredere*, *tribuere*, *committere*.

Si quibus pecuniam credebas, iis expenſum non feres. 3. Ver.
71. ad Lent. lib. 1. 7. 20. Chirographa omnia, ex quibus credidi,
Leucippo dabo perferenda. ep. 156. Credidi iis, a quibus nephas
putaram me decipi. 1. ad Q. fr. 56. Alterum putabo regem, ſi ha
buerit unde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. de
haruſp. reſp. 26. Credidit dotes filiarum Iunoni Samię Cliſthe-
nes Athenienſis, cum rebus timeret ſuis. 2. de Leg. 40. Qui tamē
credidit P. Fuluii Verratii lectiſſimi hominis fidei. pro Flac. 36.
Rabirius credidit populis. p Rab. Poſth. 123. Id eſt, pecunias mu
tuas dedit. Is regi Alex. grādē pecuniā crediderat. ep. 123. Crede
re pecuniā alicui. de L. 178. pro Flac. 156. i. deponere apud illum.
Poſteaquā exegit quod crediderat, ut exiſtimaretur nō egere, no
uum genus hoc gloriæ cōcupiſcit? pro Rab. Poſth. 24. Ego ſi tuā
fidē accuſarē, non me potiſſimū tuis tectis credesē. Att. 3. 55. 13.
id eſt, non diuerſarer apud te. Qui per prouinciam imperii sui
pecunias ei credidiſſent. ep. 7. Quare nolite dubitare, quin huic
uni credatis omnia, qui, &c. pro L. Man. 47. id eſt, deferatis om
nia ad unum. Sic ei probatum eſt, quod ad te ſcribo, ut ipſe credi
derit, me ſponſorem accipere noluerit. 16. Att. 13. Credere alicui,
& Cauere aliquem, contraria. 1. fam. 23. Committere & credere
aliquid fidei & poteſtati alicuius. ad Qu. fr. 1. 41. Committere cō
filia, & credere omnes res alicui. in Ver. 149. Rem tanti ſceleris,
ignotis, alieniſque ſeruis non eſſe credendam. pro Cæl. 41.

Creditus.

Sicilia, quæ mihi defendenda credita eſt. in Verr. 274. Mihi
honorem illum non ſolum datum, ſed etiam creditum ac com-
miſſum puto. in Ver. 242. Pecunię creditæ. in Verr. 239. Solutio
rerum creditarum. off. 51. Vt omnia noſtræ ſapientiæ, fidei, pote
ſtatiq. commiſſa, creditaque eſſe uideantur. pro D. ſua. 1. Aut pe
cunias creditas debitoribus condonandas putant. 2. off. 115. Sol
uere pecunias creditas. in Piſ. 68. De pecuniis creditis ius dice-
re. de Pro. Conſ. 6.

Creditor.

Nec tabulæ creditoris proferuntur. pro Flac. 150. Etenim ſi ex
edicto poſſediſti, quæro cur bona non venierint, cur ceteri ſpon
ſores & creditores non conuenerint. pro Qu 49. Vna agebant ce
teri creditores. Att. 1. Erant nonnulli cognati creditores Græco-
rum, quibus, &c. 3. Ver. 51. S. C. modo factum eſt in creditorum
cauſa, ut centeſimæ perpetuo fęnore ducerentur. Att. 83. Quod
etiam uidere potuiſtis, quotidie ſponſores & creditores L. Tre-
bellii conuenire. 6. Phil. 211. Fraudare creditores. in Ant. 207.
Familiares habet Brutus tuus quoſdam creditores Salaminio-
rum. Att. 82. Qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat. pro
Qu. 16. De creditoribus patrisfa. mortui qui plurimum ſeruat,
ſacris eius aſtringitur. 2. de Leg. 47.

Credulus.

Vbi diſcerni ſtultus auditor & credulus ab religioſo & ſapiē
ti iudice poſſit? pro Font. 11. Acad. q. ed. 1. l. 2. 74 Vel uerba mihi
dari facile patior in hoc, meq. libēter præbeo credulū. At. 15. 33.
Quando illa vis autem euanuit? an poſtquam homines minus
creduli eſſe cęperunt? 2. de Diu. 176. Hæc in fabulis ſtultiſſima
perſona eſt improuidorum & credulorum ſenū. de Am. 82. & 32.

Credulitas.

Credulitas enim error eſt magis, quam culpa eſt: & quidem
in optimi cuiuſque mentem facillime irrepit. Plancus Cic. 10.
46. 47. Credulitate mea Reip. ſūma fallatur. 10. f. 42. in ep. Plan.

Credibilis.

Coniectura rei alicuius credibilis. 2. de Diu. 82. Narratio cre
dibilis eſſe debet. Or. 208. Credibile eſt, quod ſine vllo teſte audi
toris opinione firmatur. 1. de Inu. 64. Stoicum eſt quidem, nec
admodum credibile, Nullum eſſe pilum omnibus rebus talē, &c.
4 Acad. 149. Credibile non eſt quantum. 2. At. 60. Pro, incredibi
le eſt. Non eſt credibile, quid intereſſe mihi ſit uiſum inter eum,
qui, &c. de Or. 116. Hoc credibile fore nō arbitrabar. in Ver. 268.
Quod pro credibili ſumptum erit. 1. de Inu. 93. Multa enim quæ
ſcio abs te eſſe commiſſa, quod aut nimium turpia, aut parum cre
dibilia ſunt, prætermittam. 4. Ver. 130.

Credibiliter.

Id uos & a uiro optimo, &c. eſſe confingitis: at quam non mo-
do non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem. pro Deiot. 10.

Cremo.

Cremari igni primus e patritiis Corneliis uoluit Sylla. 2. de
Leg. 52.

Crematus.

Cuius a me corpus crematum eſt. Cat. 76. O præclarum diſceſ
ſum e uita, cum (ut Herculi contigit) mortali corpore cremato,
in lucem animus acceſſerit. 1. de Diu. 85. Quod tamen ipſum pro
patria nō miſerandum putatur: nec diſperſis buſtis humili ſepul
tura crematos, ſed contectos publicis operibus, &c. 14. Phil. 408.

Creo.

Nonnumquam etiam errorem creat ſimilitudo. Diu. lib. 2. 43.
Natura enim fingit homines, & creat imitatores & narratores
facetos. 2. de Or. 121. Omnium rerum, quas & creat natura & tue
tur, ſummum bonum eſt in corpore. 5. de Fin. 68. *Nam principiū*
extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec a ſe aliud *creabit*. 1.
Tuſc. 85. Itaque hortari homines cępit, vt aliquid Stenio *peri-
culi* crearent, criminiſque confingerent. 4. Verr. 61. Creare & *gi-
gnere* artis maxime proprium eſt. 2. de Nat. d. 81. Creare, alere,
confirmare. de Or. 119. Creare magiſtratum. 13. fa. 24. Creare pe
riculum alicui. pro Cornel. Balbo. 33. 1. in Verr. 34. & 4. 63. &
pro Flac. 1. In vrbe luxuries creatur ex luxuria exiſtat auaritia
neceſſe eſt. pro Roſc. Am. 45. Id aſſequitur, ſi per Prætores Con
ſules creantur. Att. 9. 180. 9. Ne patribus cædes, periculaque cre-
entur. de haruſp. 36. Maius imperium a minore creari ius nō eſt.
Att. 143. de Leg. 185. Quod quidem inſtitutum Reip. cauſa eſt,
vt comitiorum vel in iudiciis populi, vel in iure legum, vel in
creandis magiſtratibus principes ciuitatis eſſent interpretes. 2.
de Diu. 112.

Creator.

Nobis hæc portenta deum dedit ipſe creator. 2. de Diu. 98.
Creator vrbis Romę, Romulus. pro Corn. Bal. 24.

Creatio.

Creatio magiſtratuum cum ſciſcentur ſuffragia, optimatibus no
ta, plebi libera ſunto. 3. de Leg. 10.

Crepida.

Non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capito
lio ſtatuam uidetis. pro Rab. Poſth. 16.

Crepidatus.

Inde nocte intēpeſta crepidatus, ueſte ſeruili nauem conſcen-
dit. in Piſ. 73. Quo metu commoti Dyrrhachini, profugiſſe no-
ctu crepidatum Imperatorem indicauerunt. in Piſ. 73.

Crepido.

Deinde omnia tamquam crepidine quadam *comprehenſione*
longiore ſuſtinentur. in or. 130. Vſque ad forum, *& ad omnes ur*
bis crepidines acceſſit. 7. Verr. 76.

Crepitus.

Num qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit. ad Her. 7.
Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus conſequitur. 4.
Tuſc. 15. Pedum crepitus, ſtrepitus hominum. Topic. 25. Nulla
vox alia inter crepitum doloremque plagarum audiebatur. 7.
Ver. 126. Crepitus aiunt Stoici ęque liberos ac ructus eſſe opor
tere. 9. fam. 54.

Crepundia.

Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundiis, *ſed corpo-
re* omni uelle cognoſcere. de Cl. or. 164.

Creſco.

Quod me ut ſcribam aliquid hortaris, creſcit *mihi* quidem
materies ut dicis, ſed tota res etiam nunc fluctuat. Att. 2. 27. 4.
Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. in Catil. 3. Ex his ſtu
diis hæc quoq. creſcit oratio. pro Arch. 188. Plerumque Reſp.
priuatis creſcit inimicitiis. in Sal. 272. Creſcebat in eos odium.
de haruſ reſp. 42. Iam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit.
ad Her. 6. Expectatio muneris, quę rumore nonnullorum creue-
rat. pro Mur. 133. Cum lacus Albanus præter modum creuiſſet.
de Diu. 10. Cum ſocii pertimuiſſent, hoſtium opes, animiq. cre-
uiſſent, cum, &c. pro L. Man. 31. oſtreiſque & conchyliis omnibus
contingere, ut cum luna pariter creſcant, pariterq. decreſcant. 2.
de Diu. 50. Iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non
poteſt, de multis mihi creſcere licebit. 7. Ver. 136. Ex laudis Se
natoria creſcere. pro Clu. 61. Nam ſi mihi liberet accuſare, accu
ſarē alios potius, ex quibus poſſem creſcere. pro Sex. Roſ. 50. Ex
quo intellectum eſt, mihi abſenti creuiſſe amicos. pro Sex. 13.

Creſcens.

Creſcens & ſeneſcens luna. 2. de Nat. d. 70. Et aduenientes &
creſcentes morbos intelligunt. de Diu. 137. Quę creſcentia per-
nicioſa ſunt, eadem ſunt uitioſa naſcentia. Tuſc. 4. 32.

Creta.

Creta.

Hæc quæ eſt a nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis. pro Flac.29.

Cretula.

Cum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum animaduerti in cretula.6.Verr.51.

Cretatus.

Etenim mihi eius caligæ, vt faſciæ cretatæ, non placebant. 2.Att.18.1.

Creticus.

Creticus pes eſt ex longa & breui & longa, vt, Quid petā præſidii, aut exequar, quoue nunc? 3.de Or.101. Sed iidem hi tres pedes male concluduot, ſiquis eorum in extremo locatus eſt, niſi cum quo cretico poſtremus eſt dactylus. in Or.126.

Cribrum.

Quaſi uero quidquam interſit, mures diem noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint.2.de Diu.87.

Crimen.

Crimen aduerſariorum, & audacia & potentia. pro Roſc.Am. 21. Ambitus crimen. pro Mur.50. Crimen cōiurationis. pro Syl. 169. Milonis facinoris ſuſpicio, non facti crimē obſtat. pro Mil. 74. Falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum iacere. pro Quintio, 5. Tanti maleficii crimen. pro Sexto.Roſc.30. Quod ſi criminoſum eſt, neceſſitatis crimen eſt, non uoluntatis. pro Lig. 3. Nefarium crimen & *fraus* capitalis.2.de Or.109. Tribus trium crimen. pro Planc.37. Veneni crimen. pro Deiot. 11. Hereditatem mihi *negaſti* obueniſſe: vtinam hoc tuum uerum crimen eſſet. in *Phil.* Crimen tuum. pro Cœl.27. Criminis comparatio. 1. ad Her.26. Criminis conceſſio, & eius partes. 1.ad Her. 25. Exitum criminis reperire. pro Cœl. 53. Sunt enim qui, cum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant eſſe quod amarem. ad Marium, lib.7.12. Criminis purgatio, & eius partes. 1.ad Her.25. Criminis remotio, & eius ſpecies. 1.ad Her. 26. Criminis remotione quomodo utendum.2.ad Her.59. Criminis translatio. 1.ad Her.26. Criminis translatione quomodo utendum. 2.ad Her.55. Dare crimini.7.Verr.59. Cum accuſatione ſua Q.Galbo crimini dediſſet, ſibi uenenum eum parauiſſe. de Cl.Or.190. Id quod mihi crimini dabatur, crimen non erat. pro D.ſua,232. Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe. in Verr.250. Non apertiſſimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ teſtibus comprobatæ? ad Her.35. Fraudi aut crimini eſſe alicui aliquid. pro Mur.67. Quærat non ſolum quemadmodum noſtro crimini, uerumetiam quo pacto ſuę confeſſioni poſſit mederi.3.Ver.7. Vita ruſtica, quam tu probro & crimini putas oportere. pro Sext.Roſc.28. Ad crimen defenſionem quærere.5. Ver. 134. Quæ ſuſpicionem & crimen afferunt. de Or. 139. Veſtitur crimen afferre alicui. pro Rab.Poſth. 17. Crimen alicui cum aliquo communicatum eſſe.1.in Verr.8. Conferre crimen cum oira. pro Syl.56. Aut ſuſpicionis crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur. in Ant.235. Ineptiarum crimen effugere.3.de Or. 204. Deinde hoc quintodecimo die crimen eſſe natum, poſtquā claſſis eſſet amiſſa.7.Verr.84. Qui igitur probari poteſt in ea pecunia non referenda, crimen ſibi ipſum facere, in qua crimen eſſet nullum ſi referret? pro Flac.15. Fingere crimen. pro Cęl.43. pro Deiot.11. Proditionis crimen inferre alicui.7.Ver.84. Obliuiſcor iam iniurias Clodia, &c. ſed ex te ipſa requiro, quoniam & crimen accuſatores abs te, & teſtem eius criminis te ipſam dicunt ſe habere: ſiqua mulier, &c. pro Cęl.38. Crimen ingrati animi horreo.9.Att.5. Crimen iacere pro Quint.5. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C.Rabirius, &c. pro Rab. perduel.reo,17.5.Verr.187. In crimen uocari.5.fa.48. In crimē mandati iudiciumque infamiæ reuocari. pro Sext.Roſc.37. Proferre crimen ex libidinoſa domo. pro Cęl.43. Reſeruare iudicio crimen. pro Mil.10. *ἀκαριαίας* crimen ſubire. Att.9.20. Tibi vni parcam, & totius iſtius culpæ crimen, vituperationemque inconſtantiæ potius ſuſcipiam, &c.7.Verr. 28. Suſcipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. pro Syl.51. Transferre crimē a ſe in alium.2.de Inu. 140. Eodem ego te condemnabo crimine. Curioni, lib.2.1.3. Daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine. in Ver.223. Siue ex crimine cauſa conſtet, ut facinoris: ſiue ex controuerſia, ut hæreditatis: ſiue ex deliberatione, ut belli: ſiue ex perſona, ut laudis: ſiue ex diſputatione, ut de ratione uiuendi. de Or.118. Ficto crimine liberari. pro Roſc.Am.76. In crimine eſſe.6.Verr.89. Notare libidinis crimine aliquem. pro Corn.Balb.46. Nefario crimine ſolui, & culpa liberari. pro R.Am. 85. Omnia ſimul intelligere potuiſtis Iudices ex hoc uno crimine Scādiliano: &c.5.Ver.120. Duo ſunt crimina una in muliere ſummorum facinorum, auri, &c. veneni, &c. pro Cœl.48. Hinc illæ lachrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt omnium horum ſcelerum atque criminum. pro Cæl.48. Criminum cauſæ pleræque ſoficiatione defenduntur. 2.de Or. 58. Criminum iacturam facere.3.Verr.22. Criminū inopia. pro Roſc.Am. 28. Criminum accuſatorum mentionem facere apud iudices.2.ad Her. 36. Criminum eſt multitudo non defenſionū infinita.2.de Orat.74. Criminum patronus. pro Syl.9. Crimina hoſtiatim agere.6.Verr.42. Diſſoluere crimina. pro Syl.51. de Opt.gen.Or.149. Proponere & explicare crimina in teſtibus interrogandis.3.Verr.20. Inferre crimina, accuſatoris officiū eſt: defenſoris, diluere & propulſare. ad Her. 204. Ponderare crimina rerum ipſarum magnitudine.3.Verr.29. Criminibus reſpondebo, quibus tu pro me reſtitiſti.11.famil.47. in epiſt.Matii. pro Planc.3. Iſtam accuſator in magnis criminibus abiiciendam putabat. in Verr.254. Idem enim certis propriiſque criminibus accuſabo.3.Verr.19. Manifeſtis criminibus conuinci. 3. Verr.17. Addendum eodem eſt, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. de Am.58. Deinde reliquis diebus his criminibus, his teſtibus & urbanis & prouincialibus ſic obrutus & oppreſſus eſt.3.Verr.13. Obteritur laus imperatoria criminibus auaritiæ.7.Verr.2. Criminibus falſis in odium aut inuidiam uocare aliquem. Off. 2.121.

Criminoſus.

Hic Tribun.plebis modeſtus, prudens, non modo nō ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius: ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo ac turbulentus. pro Clu.75. Vir criminoſus. Partit.233. Quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non uoluntatis. pro Lig. 137. Non enim timeo ne id mihi criminoſum ſit. pro Planc.259. Criminoſum factum. pro Lig.3. Criminoſum nomen. pro Planc.37. Tempus criminoſum. pro Ligar.3. Criminoſum eſſe. pro Syl.27. & pro Planc.2. ideſt crimini dari. Ille hoc putabat Verri criminoſum fore, ſi eius ſtatuæ eſſent deiectæ.4.Verr.117. Tu tibi hoc criminoſum numquam fore putaſti. in Ver.545. Ne ſi argueret quidem tum denique, cum eſſet interrogatus, id mihi criminoſum uideretur. pro Syll.28. Nomine criminoſo inquinare officioſam amicitiam. pro Plan. 37. Conquerenda conditio communis periculi, ſi ingeniis hominum criminoſorum ſit expoſita uita innocentium. in Part.2.

Criminoſe.

Criminoſe rem agere. pro Deiot. 13. Cum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur. pro Roſc.Am. 33. Non feciſſem hominis pæne infimi mentionem, niſi iudicarem qui ſuſpicioſius, aut criminoſius diceret, audiſſe me neminem. de Clar.Orat.68.

Criminor.

Quod beneuolentia fit, id odiu factum criminaris. pro Sext. Roſc.25. Quod tu me ingratum eſſe criminaris. pro Planc.276. Qui a me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur. pro L.Agr. 107. Secundus locus eſt, cum conſideramus, illæ res, de quibus criminamur, ad quos pertineant. ad Her.15. Venenum quod eiuſdem Clodiæ necandæ cauſa paraſſe Cælium criminantur. pro Cęl.48. Cum accuſatorem calumniari criminabatur. ad Her.7. Meſſalam Conſulem contumelioſe lædebat: me tantum comperiſſe omnia criminabatur. Att.1.9.9. De amicitia, quam iſte a me uiolatam eſſe criminatus eſt, pauca dicam. in Ant. 160. C. Marium, Q.Metellum, cuius legatus erat, ſummum uirum & ciuē, cum ab eo imperatore ſuo Romam miſſus eſſet, apud populum Romanum criminatus eſt bellum illum ducere. 3. Off.104. Criminari, crimenue diſſoluere argumētando. de Opt. 249. Ne cui liceret illud iudicium temere creditum criminari. pro Syl. 175. Iam enim non libet omnia criminari.6.Verr. 52. Inuidioſe potentiam alicuius criminari. pro Mil. 9. Libet enim tibi neſcio quid etiam de illa tribu criminari. pro Planc. 31. Conſuetudo criminandi. pro Deiot.11.

Criminatio.

Falſa criminatio. 2. de Orat. 175. Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cū Flauio pro ſocietate decidiſſe. pro Quint. Roſ. 51.

Nihil adhuc criminationis eſt in Sextium. pro Sext. 20. Quæ ualeant contra falſam criminationem. 2. de Or. 175. Nos inaudita criminatione accuſatorum, priore loco cauſam dicere intelligis: &c pro Quin. 17. Quæ in negotio gerẽdo acta ſunt, &c. eum uniuſcuiuſque indignatione & criminatione colligimus. 3. de Inu. 116. Nunquid eſt cauſę Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed etiam ueſtram diligentiam, prudẽtiamque deſpexerit? pro L. Ag. 103. Allatas criminationes repellere. de Am. 59. Δολῶσαι κόμην. 12. At. 6. χρίσις. 9. fam. 7. χρησάμενον. t. ad Herẽ. 29. Topic. 51. Or. 69. Crines. in Ver. 164. & Or. 211. ideſt, capilli.

Crinitus.

Crinitus Apollo. Acad. q. ed. 1. l. 2. 82. Gorgonia os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atque abſtulit. 6. Verr. 112. Quædam exemplaria habẽt, cinctum. Crinitas ſtellas noſtri, cometas Græci uocant. de Nat. d. 2. 11.

Criſpus.

-toſti alii ſtant parietes.
Deformati, atque abiete criſpa 3. Tuſc. 76.

Criſpiſulcans.

At cum in Aiacia nauim, criſpiculans igneum fulmẽ iniectũ eſt, inflammatur nauis neceſſario. in Top. 31.

Criticus.

Ego tãquam criticus antiquus iudicaturus ſum, utrũ ſint, &c. ad Dolabellam, lib. 9. 19.

Crocodilus.

Crocodilum, aut ibim, aut felem nullum uiolatum ab Aegypto. de Nat. d. 1. 57 Crocodilli, piſces, canes, alięque multæ belluæ a barbaris in numero deorum ponebantur. 3. de Nat. d. 33. Crocodili & fluuiatiles teſtudines. 2. de Nat. d. 93. Crocodilli cum in terra partum ediderint, obruunt oua, deinde diſcedunt. 2. de Nat. d. 98.

Crocota.

P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, &c. a ſtupro eſt factus repente popularis. de haruſp. reſp. 40. ideſt, a ueſte muliebri crocea.

Crocus.

Vnguentum magis laudatur, quod terram, quam quod crocũ olet. de Or. 152.

Crotalum.

Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. in Piſ. 83.

Criciamentum, cruciatus, crucio, *Vide* Crux.

Crudus.

Aſoti, qui in menſam uomant, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitẽt. de Fin. 69. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſũt, ui euelluntur, ſi matura & cocta, decidunt. de Sen. 54. Noluit, inquiunt, hodie agere Roſcius, aut crudior fuit. 1. de or. 61. Quod in cœnam non ueniret, quod eſſet crudior. Cum ad illud prandium crudior ueniſſet. pro Clu. 134. 1. de or. 61.

Cruditas.

Cauſa autem ea eſt, quæ id efficit cuius eſt cauſa: ut uulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. de Fat. 50. Nos hic D. Sullam patrem mortuum habebamus, alii a latronibus, alii a cruditate dicebant. ad Caſ. 16. 46. Caret ergo etiam uinolentia & cruditate, & inſomniis. de Sen. 40. Cruditate latius eſt hic, quã iſtic fame. 9. fa. 44.

Crudelis.

Importunus atque crudelis, l. 1. de Fin. 28. Animus ferus, crudelis & inhumanus ad Her. 11. Crudelis Caſtor eſt, ne dicã ſceleratum & impium: qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. pro Deiot. 1. Quiſpiam in alicuius calamitate crudelis. de Or. 126. Lepidus crudelis in liberos. Att. 580. Crudelis in oratione. 7. fa. 9. Crudelis ſes aditu. pro Planc. 80. Bellum crudele & exitioſum. At. 10. 173. 14. Nihil quod crudele, ut utile. off. 3. 60. In ſanguinem ſuum tam crudeles fuiſſe. 2. de Fin. 27. Conſilia crudeliſſima. 4. Phil. 14. Si non ſolum exercitum ad Remp. libertatemque defendendam comparaui, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui. Caſſius. ad Cic. 15. 12. 6.

Crudelitas.

Non eſt ea medicina, ſed carnificina atque crudelitas. pro Sextio, 119. Crudelitas hominum naturæ (quam maxime ſequi debemus) maxime eſt inimica. off. 3. 60. & 61. Crudelitas inimicorum nondum eſſet noſtra calamitate ſatiata. 1. ad Qu. fr. 52. Audacia & crudelitas ſingularis. 5. Ver. 42. At iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatẽ, contorquet brachium. ad Her. 41. Dolabella ſuam inſatiabilem crudelitatẽ exercuit non ſolum in uiuo, ſed etiam in mortuo. 11. Phil. 294. Sed quid ego ueſtram crudelitatem expromo, quam ipſum ac meam adhibuiſtis? pro D. ſua. 47. Homo crudelitate barbarus. pro Fl. 19. Veſtrum nemo eſt, quin intelligat Pop. Romanum, &c. hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. pro Roſc. Am. 92. Vxorem meam uexauiſtis, rapuiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis. pro D. 225. Crudelitate ſanguinis perlitus. pro Roſc. Am. 89.

Crudeliter.

Crudeliter animaduertere aliquem. In Cat. 103. Cum de pernicie Reip. exitio huius urbis tam acerbe, tamque c. cogitarit. 4. in Cat. 82. C. eripere aliquid cuipiam. Att. 275. De euertendis autem, diripiendiſque urbibus ualde conſyderandum eſt, ne quid temere, ne quid c. fiat. 1. off. 115. C. mori. pro Syl. 181. Crudeliſſime interficere. 1. Phil. 25. Crudeliſſime perire. pro Syl. 59

Cruor.

Cruorem inimici quam recentiſſimum oſtendere. pro Sext. Roſc. 11.

Cruentus.

Cruentus mucro. in Catil. 25. Cruenta pecunia. 1. Phil. 13. Tu P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo. pro M L 102. Et tu cum gladio cruento comprehenſus. es. de or. 124. Quaſi cruẽtæ guttæ imbsiũ. de Nat. d. 2. 10. Cruenta promiſſa. 8. Phil. 24. Cruentis iuuſtum literis. 1. fam. 41.

Cruento.

Hęc te, ſi ullam partem habes ſenſus, lacerat, hæc cruenta oratio. 5. Phil. 90. Tribunus plebis templum cruentarit. pro Sext. 30. Ego meam ſalutem deſerui, ne propter me ciuium uulneribus Reſp. cruentaretur. poſt redit. in Senatu. 4. Vt ſanguinem matre miſcere uideamur, aut, &c. atque etiã trucidare aliquem, & impie cruentari, &c. de Diu. 1. 56. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit, &c. de haruſp. reſp. 31.

Crus.

Qui præſtantiſſimos ciues Pollentia expulit, & quidẽ fracto crure. in Ant. 233. Perire eum non poſſe, ſi ei crura fracta eſſent. in Ant. 252. Sin autem ſic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidiſſe, &c. crura quidem uobis nemo ſuffringet. pro Sex. Roſ. 34. Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, cum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro. 1. de Nat. deo. 72.

Cruſta.

Cybiratę fratres uocantur, pauca improbant. quæ probarent, iis cruſtæ aut emblemata detrahuntur. 6. Ver. 46.

Crux.

Itaque illa crux ſola poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt. in Verr. 270. crucis nomen quam inuiſum Romanis fuerit. pro C. Rab. 10. Non ego, ſi te cruci ſuffixum uiderem, maiori afficerer lętitia ex corporis tui laceratione. in Piſ. 68. In crucem ſibiipſi conſtituit, ex qua tu eum ante detraxiſti. 1. ad Q. fr. 39. & 40. Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares. 7. Phil. 10. Stratio in crucẽ actus eſt execta lingua. pro Clo. 57. Polycrates Samius ab Oronte Prætore Darei in crucem actus eſt. 5. de Fin. 158. De ſaxo in crucem. Att. 230. Verres ciues Romanos in crucem ſuſtulit. in Verr. 77. Statim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. 7. Ver. 6. In crucem tolli. Att. 108. Qui ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit. 3. Verr. 6. Quis enim audeat uiolare, propoſita cruce uel ſaxo? Att. 121. Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces & tormenta minatur. 250.

Crucio.

Illa ſuſpicio intollerabili dolore cruciat. Tuſ. 1. 100. Officii mei deliberatio me cruciat, cruciauitque adhuc. Att. 133. cruciare dolore, fame, uigiliis. 2. de Fin. 22. & 105. cruciatus eſt a Dolabella Trebonius, &c. in Ant. 232. cruciari & ſolicitum eſſe. pro Mur. 80. cruciari dies noctes que. Parad. 21. cruciari dies, noctes torqueri uellent. de Fin. 2. 25. cruciari maximis doloribus podagræ. Tuſc. 2. 40. non ferendis doloribus. de Fin. 5. 29. ſummis doloribus. de Fin. 2. 12. & l. 4. 17. cruciari libidine augendi bona. Parad. 7. Vulnere ac dolore corporis cruciari ac conſumi. de haruſp. 35.

Cruciatus.

Cruciati uita atq. dedecore, ſepultura ac iuſtis exequiis caruerunt. 2. de Leg. 42.

Cruciatus.

Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, ut, &c. 16. fam. 27. epiſt. Ciceronis filii. Poſtulabant

autem

autem pro homine miſerrimo atque infœliciſſimo qui vel ipſe ſeſe in cruciatum dari cuperet, pro S. R. 71. Omnem cruciatum perferre. Acad.q.ed.1.lib.2. 24. Qui retinendi officii cauſa cruciatum ſubierit voluntarium. Off.3.143. Morte, cruciatu, cruce afficere aliquos. 3. Verr.6. Magno animi cruciatu vitam agere. de Diu. 113. Dionyſius maximo cruciatu timoris angi ſolitus eſt, qui, &c. Off. 37. Cruciatu maximorum dolorum confectus. 12. Att.23. Summo cruciatu ſupplicioque Varius homo importuniſſimus periit. 3. de Nat.d.60. Cui viperino morſu venæ viſcerum. Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient. 2. de Fin. 151. At quam pulchre dicere uidebare, cum ex altera parte, &c. ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiuncta, nec ſperata uoluptate. 2. de Fin. 101.

Cruciamentum.

Nec grauiora uere ſunt carnificum tormẽta, quam interdum cruciamenta morborum. 11. Phil. 94.

Cubicularis, cubicularius, cubiculum, cubile, cubito. *Vide, Cubo.*

Cubitus.

Cubitum nullum aſſiduo curſu proceſſit. 13. Att. 13. Quieſcetu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat. 4. ad Her. 239. Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, aut labellum: &c. 2. de Leg. 61

Cubo.

Cum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus. 5. Ver. 46 Alexandrum Pheræum uxor ſua, cum ſimul cubaret, occidit. de Inu. 80. Simonides dicitur ex eo quod meminiſſet, quo eorum loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe. 2. de Or. 191. Hoc eſt, diſcubuiſſet. Propter aliquem cubare. pro Sex. Roſc. 39. *id* eſt, iuxta. In eo conclaui cubandũ ei fuiſſet, quod *proxima* nocte corruit. 2. de Diu. 29. Deinde cubitum diſceſſimus. de Som. 126. Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. de Diu. 133. Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filiis iſſet. pro Sex. Roſc. 29.

Cubans.

Aegrotus in lecto cubans. ad Her. 22. Cretes, quorum nemo guſtauit umquam cubans. pro Mur. 142. Itaque narrabat eũ grauiter & copioſe de ipſo nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputauiſſe. 2. Tuſc. 104.

Cubito.

Qui propter neſcio quam credo timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper, puſio cum maiore ſorore cubitauit. *pro* Cæl. 28.

Cubile.

Non limen cubiculi, non cubile filiæ. pro Clu. 20. Terra cubile erat Anacharſi. 5. Tuſc. 130. Abducet Patrocles credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. 2. Tuſc. 67. pro Clu. 66. Cum, quod meas cubile, non ſentis. de har. 252. Cubile Pheræi inire eſt auſus. 9. fam. 51. Vſurpare duplex cubile dicitur mulier, cum adulteratur. Pæto, l. 9. 51. Nulli ſunt inuenti tam aut fortuna miſeri, aut uoluntate perditi, qui non cubile ac lectulum ſuum ſaluum eſſe uelint. 4. in Cat. 89. Cubilia & nidi gallinarum & auiũ. 2. de Nat. d. 134. Vt omnes mortales iſtius auaritiæ, non tam ueſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint. 4. Ver. 138. Deliteſcunt cubilibus *beſtiæ*. 2. de Nat. de. 189. Strages tuas nos non ueſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis voluptatibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus. in Piſ. 65.

Cubiculum.

Cubiculum ſubgrande. 3. ad Q. fr. 2. Cum fores cubiculi clauſeras. Tuſc. 239. Is, cum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt. 5. Verr. 46. Quando Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. de Or. 133. Ne domo quidem tua & cubiculo eſſe excluſam. 1. ad Q. fr. 19. Tantaque ambitione Prouinciæ totius in uno cubiculo incluſa. 4. Ver. 91. Ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti. 7. fa. 1. Nec atriolum habere poterat adiuncta cubicula, & eiuſmodi membra. ad Q. fr. 318.

Cubicularius.

Aditus autem ad me minime prouinciales, nihil per cubicularium. Att. 6. 113. 9. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. 5. Verr. 7.

Cubicularis.

Cubicularis lectus. 5. Tuſ. 83. Quidam ſomniauit, ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. de Diu. 136.

Cuias.

Socrates quidem cum rogaretur cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. 5. Tuſc. 152.

Cuius.

Ex cædes potiſſimum crimini datur ei, cui interfuit, non ei cuia nihil interfuit. pro Mur. Apronius certiorem facit iſtum, cuia res erat, quid res eſſet. 5. Verr. 56. Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuius periculum? 3. Verr. 100.

Cuiuſdammodi.

Num etiam ſi fiſſum cuiuſdammodi fuerit in iecore, lucrum oſtenditur? 1. de Diu. 50.

Cuiuſmodi.

Vbi enim melius vti poſſumus hoc, cuiuſmodi eſt, otio? 5. Tuſ. 179. Quod cuiuſmodi ſit, ſatis intelligere non poſſum. 5. fam. 2. pro, quod quid ſibi uelit. Quod ſi hęc cum ſumme inutilia, tum multo turpiſſima ſint, legem cuiuſmodi ſit, in præſentia conſeruari a iudicibus. 2. de Inu. 222.

Cuiuſmodicumque.

Nam illud me non præterit, cuiuſmodicumque mater ſit, tamen in iudicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportere. pro Clu. 11.

Cuiuſquemodi.

Vereor enim cuiuſquemodi es Roſci, ne ita hunc uidear uoluiſſe ſeruare, ut tibi omnino non pepercerim. pro Roſc. Am. 57. Sed tamen iudicium fieri uidetur, cum tabulæ illæ ipſę cuiuſquemodi ſunt, proferuntur. pro Flac. 31. Cum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiuſquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. 2. de Fin. 5. Tot Prætores, tot Conſules in Sicilia tum in pace, tum etiam in bello fuerunt, tot homines cuiuſquemodi. 6. Verr. 6.

Cuicuimodi.

Tuque ad me uelim omnia quam diligentiſſime, cuicuimodi ſunt, ſcribas. 3. Attic. 37. id eſt, qualiacumque ſunt, ſiue læta, ſiue triſtia.

Culcitra.

Collocemus in culcitra plumea, pſaltriã adducamus. 3. Tuſc. 39. Silius culcitras non habet. Att. 13. 61.

Culeus.

Quidam iudicatus eſt parentem occidiſſe, ei ſtatim, quod effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. Os autem obuolutum eſt folliculo, & præligatum: deinde eſt in carcerem deductus, ut ubi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. 2. de Inu. 232. Quoniam Smyrnæ duos Myſios inſuiſſes in culeum. ad Q. fr. 1. 93. Inſui uoluerũt in culeum uiuos, atque ita in flumen deiici. pro Roſc. Am. 42. Vtrum malit ceruices Roſcio dare, an inſutus in culeum, ſupplicium parricidarum, per ſummum dedecus uitam amittere. pro Roſc. Am. 18.

Culina.

Vbi igitur, inquies, philoſophia? tua quidem in culina, mea moleſta eſt. ad Caſſ. 15. 47. Oblituſne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? Dolabellæ, lib. 9. 19.

Culmus.

Herbeſcens uiriditas, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit, culmoque erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur. de Sen. 47.

Culpa.

Peccare, eſt tamquam tranſilire lineas, quod cum feceris, culpa commiſſa eſt. Para. 119. Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis, ſi qua culpa commiſſa eſt. ep. 262. Culpa ea eſt a nobis contracta, ut, &c. 11. Att. 49. Non enim C. Rabirium culpa delicti in diſcrimen uocauit. pro Rab. 90. Sed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate. de Sen. 7. Senatori, qui non aderit, aut cauſa aut culpa eſto. de Leg. 186. Ne maior pœna, quam culpa ſit, cauendum. 1. Off. 125. Maxima autem culpa in eo eſt qui & ueritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. de Am. 75. Magis adeo id facilitate, quam vlla alia mea culpa contigit. de Or. 181. De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi te dimiſerimus. de Or. 93. culpa patris eum nõ corrupit. 10. Att. 10. pro, non corruptus eſt culpa & uitio patris. Huius rei culpa in te reſidet. Att. 285. Bru. Cic. 16. 5. Temporum culpa. Att. 9. 171. 3. Culpa tua ſumma eſt. vel, Culpa nonnulla eſt.

3.fa 27. Iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti. or. 200 Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quod, &c. pro S.R. 66. Multorum eſt & uaria culpa. ep. 18. Cum a te non ſolum liberationem culpæ, ſed etiam errati ueniam impetrauiſſent. pro Ligar. t. Non potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono. ep. 266. culpæ alienæ me reum facies? ad Brut. 11. in ep. Brut. culpę meæ ſocium quæro. 3. Attic. 24. Nec eum Paridis libidinem uidemus, a Deo cauſam requirimus, cum culpæ pæne uocem audiamus. de N.d. 78. Iam profecto te intelliges inopia criminum, ſummam laudem Sex. Roſcio uitio & culpæ dediſſe. pro S.R. 28. Cũ te Aedilem fieri oportuiſſe dicis, populi culpam, non competitoris accuſas. pro Planc. 7. Attribuere culpam alicui. 7. Verr. 104. Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. de Inu. 68. Sed opinor quieſcamus, ne culpam noſtram enarguamus. Att. 9. 173 8. Omnino omnem culpam Domitius in Pŏpeium confert. Att. 8. 160. 6. & 9. 171. 3. Sua uitia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem conferunt. de Sen. 79. Vt in eo, in quo reprehẽdatur, culpam in aduerſarium conferat. Or. 209. Dimouere culpam ab aliquo. 2. de Inu. 140. Extra culpam eſſe. 7. Ver. 104. Extra omnem culpam cauſamque ſeſe ponere, de Vniu. 52. Ego culpam nõ in Nauarchis, ſed in te fuiſſe demonſtro. 7. Ver. 104. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. pro R.P. 18. Ille damnatus eſt, nullam aliam ob culpam, niſi propter dicendi inſcitiam. de Or. 219. culpam præſtare. 1. de Inu. 56. Nihil niſi culpam, ſapientis eſſe præſtare. 9. f. 37. Præter culpam & peccatũ nihil homini horribile accidere poteſt. 5. fam. 64. Nullum magnum malum præter culpam. 6. fam. 12. Simus igitur ea mente, quam ratio & ueritas præſcribit, ut nihil in uita nobis præſtandum, præter culpam, putemus. Torq. l. 6. 3. Culpam præteritam redemiſſe. 10. fa. 14. in ep. Planci. Horum malorum culpam fortuna ſuſtinet. Att. 7. 123. 2. Caſſ. 15. 15. 7. Caſſiæ legis culpam Scipio tuus ſuſtinet: quo auctore lata eſſe dicitur: tu ſi tabellariam tuleris, ipſe præſtabit. 3. de Leg. 54. Atticæ meæ uelim me ita excuſes, ut omnem culpam in te transferas. Att. 15. 47. de Sen. 13. Non & illa pie lecit, & hic a culpa remotus eſt pro Mur. 67. Quæ non noſtra culpa nobis accedant, fortiter ferre debeamus. 6. fa. 54. Cum Domitius dixiſſet, noſtra culpa hæc acciderunt equites Rom. ad Q. fr. 314. Indicans hæc eius opera accidiſſe ac culpa. Att. 137. carere culpa. Torq. l. 6. t. 11. Culpa contracta ſunt omnia. 11. Att. 19. Homines quæ culpa ipſorum contracta ſunt, moleſtiſſime ferre debent. 1. ad Q. fr. 8. Ex culpa eximere aliquem. 2. de Inu. 118. Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa eſt. Or. 215. Non competitor, a quo es uictus, ſed populus, a quo es præteritus, in culpa eſt. pro Planc. 260. Nos in culpa ſumus. ep. 160. Nõ omnes in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. pro Clu. 44. Similique ſunt in culpa, qui officia deferunt mollitia animi, id eſt laborum & dolorum fuga. 1. de Fin. 51. Veſi medicus ſciat eum, qui, &c. magis ſit in culpa. de Nat. d. 75. Et hic honos ueteri amicitiæ tribuendus eſt, ut is in culpa ſit qui faciat, non qui patiatur iniuriam de Am. 67. Non dicam ne illud quidem, ſi maxime in culpa fuerit Apollonius, tamen, &c. in Verr. 239. Malo Tyronis uerecundiam in culpa eſſe, quam illiberalitatem Curii. Att. 122. In culpa & ſuſpicione ponere aliquos. pro Clu. 100. Ego librarios tuos culpa libero, neque te accuſo. 13. Att. 27. Neque uero, ut te liberent aliqua culpa, quam tu uẽſeris ne a te ſuſcepta uideatur. pro Planc. 270. Non ſine magna culpa illius. 14. Att. 40. Hoc ſine maxima culpa negligentiæ fieri non poteſt. de Petit. Conſ. 209. Et ſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. pro Marc. 7. culpa uacare, &, Abeſſe a culpa, idem. 6. fa. 8. 10. 12. culpa uacare magnum ſolatium. 7. fa. 10. In hoc uno genere omnes ineſſe culpas iſtius maximas auaritiæ, maieſtatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. 7. Verr. 34.

Culpo.

Non te tui piget homo leuiſſime, cum culpas quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis. in Salluſt. 4. Patientiam alicuius culpare. in Sall. 7. Quæ ſi tu mihi ut uitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea uitia culpabuntur. in Salluſt. 7.

Culter.

Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum. 2. off. 3. de Dionyſio tyranno.

Cultio, cultor, cultrix, cultura, cultus. *Vide, Colo.*

Cum, *præpoſitio*.

Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. 5. Ver. 79. Recordari cum animo. pro Clu. 34. C. aratoribus & cum ciuitatibus frumentum æſtimaſſe. in Verr. 191. C. cæteris tuis laudibus hæc eſt maxima. de Or. 136. C. cauſa dicere. 2. de Or. 136. Certe enim ſcio te feciſſe c. cauſa. ad Q. fr. 1. 2 9. Vagemur egentes, c. coniugibus & liberis. Att. 118. Perſpicere aliquam rem c. conſilio & cura. de Inu. 64. Omnia rabide appetentem c. inexplebili cupiditate. Tuſc. 231. Ager efficit, c. octano bene ut agatur, uerum ut omnes dii adiuuent, c. decimo. 5. Verr. 92. Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, cum ager, id quod perraro euenit, c. decumo extuliſſet. 5. Verr 93. Idque faciunt c. deſiderio, & c. quadam ſimilitudine amoris humani. de Ami. 111. Cum e Præfectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes c. equis albis dixiſſent, Regem Perſem illo die captum, Senatui nuntiauit. 2. de Nat. d. 9. Quo de genere ſupra c. exemplis diximus. Or 218. Immiſſi c. falcibus multi, purgarunt & aperuerunt locum. 5. Tuſc. 93. De ſe autem hoc prædicat, Antiocho Ebutii ſeruo imperaſſe, ut in Cæcinnam aduenientem c. ferro inuaderet. pro Cæc. 18. Erit explicandum in laude iuſtitiæ, quid c. fide, quid c. æquabilitate, quid cum eiuſmodi, &c. feceriit. 2. de Or. 188. Mulier c. magno fletu. ad Her. 40. Confrenſio in nares c. fuga, de Diu. 94. Et in c. gladio cruentum comprehenſum ei. de Or. 124. Sed Poſſidonium, ſicut æquum eſt, c. bona gratia dimittamus. de Far. 1. Sæpe mirari ſoleo c. hoc C. Lælio, &c. de Sen. 33. Iulium c. his ad literis miſi. ep. 80. Neque enim ſolum honore antecedentibus, ſed iis etiam qui c. imperio ſunt, maiores natu augures anteponuntur. de Sen. 59. Qui igitur c. eſſes c. imperio, iam tum iudicium & crimen horrebas. 7. Verr. 60. Neque ſolum c. lætitia uiuendi rationem accepimus, ſed etiam c. ſpe meliore moriendi. 2. de Leg. 58. Moliri aliquid c. labore operoſo ac moleſto. 2. de N.d. 83. Accurriſſe Romam, & c. prima luce Pomponii domum ueniſſe dicitur. 3. off. 152. Metellus c. prima luce furtim in campum itineribus prope deuiis currebat. Att. 4 72. 8. Semper magno cum metu dicere incipio. pro Clu. 39. Quamquam intelligo me cum multis eſſe facturum, tamen, &c. ep. 170 Reſponſum Aruſpicum, in quo c. aliis multis etiam illud eſt la ea ſacra, &c. de har. reſp. 845. Tu uero, &c. quique magnam facultatem ſis habiturus c. omnibus tuis uiuendi, &c. debes iſtam moleſtiam quam leuiſſime ferre. ep. 74. Nos illud quidem c. pace agemus. 5. Tuſc. 121. Pecunioſus, an tenuis; priuatus, an c. poteſtate ſit. 1. de Inu. 53. Ira procul abſit, cum qua nihil recte fieri poteſt. Off. 27. Venit iſte c. ſago. ad Her. 40. Hiſce omnibus Catilina, c. Reip. ſalute & cum tua peſte ac pernicie proficiſcere. in Cat. 104. Orationem c. ſeueritate audiri, poetas autem cum uoluptate. Or. 814. Tu ipſe c. Sexto ſcire uelim, quid cogitetis de ſecundo. ad Att. 111. Inſcius faciendi, c. aliqua ſolertia iudicandi. de Opt. gen. Or. 144. Id eſt difficile, quod c. ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum. pro Rab. Poſth. 3. Quid denique cum aliqua uirtute, aut fecerit, aut celerit. de Orat. 112.

Cum, *aduerbium*.

Iam anni quadringenti ſunt, cum hoc accidit. Ora. 213. Mar. Curius, c. Appius de plebe conſulem non accipiebat, patres auctores fieri coegit. de Cl. Or. 169. Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone, c. iſte accuſauit Norbanum. de Or. 187. C. eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui, &c. grauiter primo nuntio cõmotus ſum. ep. 40. Vtinam illum diem uideam, c. tibi gratias agam. Att. Sed c. in te modeſtiam nullam animaduerto, reſpondebo tibi. Sall. in Cic. 270. Sæpe enim de L. Craſſo familiari illo suo uideor audiſſe, c. te togatis omnibus ſine dubio anteferret. 1. de Nat. d. 79. Vnum atque idem erat tempus, c. L. Flacco portas tota Aſia claudebat, Cappadocem autem illum recipiebat. pro Fl. 48. Numa magnus uir habendus eſt, c. illam ſapientiam cõſtituendæ ciuitatis, duobus prope ſeculis ante cognouit, quã eam Græci natam eſſe ſenſerunt. de Or. 122. Mater quæ multos iam annos, & nunc, c. maxime filium interfectum cupit, &c. pro Clu. 9. Qui nunc, c. ille damnatus eſt, tamen dicunt, &c. de Ora. 105. Satiſne conſtanter facere uideamur, qui c. præcipi nihil poſſe dicamus, tamen & aliis de rebus diſſerere ſoleamus, &c. Vix annus interceſſerat, c. iſte Dorotheum ſic diligebat, ut, &c. 4. Ver. 62. Aliquot enim ſunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipue colerem. Att. 147. Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt. ep. 251. Cum diutius in negotio curaque fueram, ad Carpinatium reuertebar. in Verr. 231. Cum unum ſit iudicium. epiſt. 74 Fuit quoddam tempus, c. homines exiſtimarent, te, &c. ep. 144. Eandem uirtutem iſtam ueniet tempus c. grauiter gemes. Att. 2. 34. 4. Nondum centum & decem anni ſunt, c. de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex. 2. off 111. Mihi gratiſſimum feciſti, c. eum nobis amicum, quam ſeruum eſſe maluiſti. ep. 863. Dies nondum decem interceſſerant, c. ille alter filius infans necatur. pro Cluen. 20. Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut his lectis, &c. Seruio, lib. 13. 25. 3. pro quod.

Præſertim

Præſertim c. poſſem promittere ep. 79. Biennium præteriit, c. ille καλλιπίδης aſſiduo curſu cubitũ nullum proceſſerit. Att. 13. 13. Iam pridem ſcito eſſe, c. vnum te pluris, quam omnes illos putem. Att. 193. Nonnihil me conſolatur, c. recordor quãta, &c. C. ego vero tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, &c. non arbitrabar accuſatores eſſe dicturos. pro Mur. 17. Iam biennium eſt, c. virtuti nuntiũ remiſiſti. ep. 253. Sed tu omnia conſilia differebas in id tempus, c. ſciremus quę Brundusii acta eſſent. Att. 9. 188. 4. Fides mea, quam c. ſecutus es, numquã te conſilij tui pœnitebit. in Ant. 263. C. in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi commoueri ſoleam, tamen in hac multa ita me perturbant, &c. pro Deiotaro. 1. Præclare facis, c. tenes memoria. de Fin. 91. Gratulor tibi, c. tantum uales apud Dolabellã, quantum, &c. Att. 226. Quem quidem ego, etſi mirabiles utilitates mihi præbet, c. ualet, in omni genere uel negotiorũ uel ſtudiorum meorum: tamen, &c. Att. 7. 125. 2. Bene facitis, c. uenitis, &c. ad Her. 39. C. In Africam ueniſſem, &c. nihil mihi fuit potius. de Somn. Scip. 126. O præclaram exiſtimationem noſtri ordinis, c. ſocii iudicia de pecuniis repetundis fieri volunt. in Ver. 74. C. velint Romæ eſſe, c. commodum ſit, quacũque uelint, ſummo cum imperio iudicioque omnium rerũ uagari vt liceat conceditur. de L. Agr. 45.

Cum & Tum.

Imparatus cum a militibus, tum a pecunia. Att. 112. Ergo de omni ſtatu, cõſilioque totius vitę, aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari c. alios, t. etiam meipſum velim? Acad. q. 17. Nam c. te ſemper amaui, dilexique, t. mei amantiſſimum cognoui, &c. Marcel. lib. 15. 8. 1. Velim per te, me hoc muneris, c. ipſis amicis hominibus, t. municipio Caleno, tum Leptæ dare. ep. 132. Lentulum noſtrum c. ceteris artibus, t. in primis imitatione tui fac erudias. ep. 8. Nam c. maximam cepiſſem lætitiam ex patris epiſtola, t. vero iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt. ep. 264. Ego c. antea ſtudioſe commendabam Marcellum, t. multo nunc ſtudioſius, quod, &c. ep. 223. Hoc exornationis genus c. commodum eſt auditu, t. vero uehementer comprobat. ad Her. 30. Quare c. dolore conficiar, t. etiam pudore. Terentiæ, l. 14. 3. 3. Sed c. me purgatum vobis eſſe cuperem, t. etiam veſtra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro D. ſua, 26. Quo auditu uehementer ſum commotus, c. de Syria, t. de mea Prouincia, de reliqua deniq. Aſia. ep. 241. Nam c. te ſemper tantum dixerim, quantum, &c. t. his tuis factis ſic incenſus ſum, vt, &c. ep. 133. Nam c. iam diu diligerem Marcum Anneum, deque eo, &c. t. vero poſteaquam mecum fuit. ep. 224. Sane ſum perturbatus, c. ipſius Satrii familiaritate, t. Domitii, in quo, &c. Att. 2. C. mihi multa grata ſunt, t. in primis, quod, &c. ep. 223. Nam literæ tuæ c. rebus ipſis eſſent & beneficiis in Remp. grauiſſimę, t. erant grauiſſimis verbis ſententiiſq. plenæ. ep. 153. Et c. gratulor, t. vero quibus uerbis tibi gratias agam, non reperio. Cæl. 2. 8. 2. C. in ceteris ciuitatibus, t. maxime in noſtra. de Cl. Or. 5. Quod c. in omni re, t. in hoc maxime negotio potes exiſtimare. ep. 55. Sine quo c. in uita nihil quidquam egregium, t. certe hoc quod tu expetis, nemo umquam aſſequetur. 1. de Or. 66. Hoc c. antea intelligerem, t. vere proxime iudicaui Att. 104. Ex uictoria c. multa mala, t. certe tyrannis exiſtet. Att. 104. Itaque c. meus me mœror quotidianus lacerat & conficit, t. uero hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. Att. 3. 48. 2. Sic enim ſentio, res legatorum c. hominum præſidio munitum ſit, t. etiam diuino iure eſſe uallatum. de har. 30. C. multæ res in Philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſunt, t. perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. 1. de N. d. 1. C. multis in locis noſtrorum hominum ingenia, uirtuteſque Brute ſoleo mirari, t. maxime his ſtudiis, &c. 4. Tuſc. 1. Luxuria uero c. omni ætati turpis, t. ſenectuti fœdiſſima eſt. 1. Off. 173. Hoc eſt, Præterquã quod eſt omni ætati turpis, tum maxime ſenectuti fędiſſima eſt. Niſi mihi dolor meus, c. omnes partes mentis, t. maxime huius generis facultatem ademiſſet. At. 41. Primum tibi, ut debeo, gratulor, lętorque c. præſenti, t. etiã ſperata tua dignitate, &c. Cæl. 2. 8. 1. M. Fabio viro optimo, & homine doctiſſimo familiariſſime utor, mirificeque eum diligo, c. propter ſummum ingenium eius, ſummamque doctrinam, t. propter ſingularem modeſtiam. Cæl. 2. 13. Omnino c. miſerior res numquam accidit, t. ne deliberatio quidem difficilior. ep. 47. Quibus c. rerum geſtarũ gloria, t. etiam ſapientiæ laude perfrui licuit. de Cl. Or. 165. Id cũ ſępe, t. c. te audirem, paulo ante contigit. de N. d. 13. Plena exẽplorum eſt Reſp. c. ſæpe, t. maxime bello Punico ſecundo. 3. off. 62. Factum eſt, uti c. ſummum in veteribus patronis multis, t. nõ nullum etiam in me præſidium ſuit fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur. 1. Ver. 1. Ille omnis anteactę vitæ fructum hodierno die maximum cepit, cum ſummo conſenſu Senatus, tũm prętera iudicio tuo grauiſſimo. pro Marcel. 131. Hæc c. ſumme inutilia, t. multo turpiſſima ſunt. 2. de Inu. 122. Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo viro, qui c. ſuis laudibus, t. uero te filio ſuperaſſet omniũ fortunã, &c. ad Curionẽ, l. 2. 3. Ad conſolandum autem c. illa valeant, quæ collegiſti, &c. t. nihil plus, quã quo, &c. ep. 70. C. Ipſam Furniũ per ſe uidi libentiſſime, t. hoc libentius, quod illum audiens, te videbar audire. Planc. 10. 3. 1. Res militaris, in qua c. uirtute noſtri multum ualuerunt, t. plus etiam diſciplina. Tuſc. 148.

Cumprimum.

Cumprimum poterit iſthuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco Reip. deſit. ep. 166. Sed tamen cumprimum poſſe ingredi cœpit, non recuſabat. ep. 153. Cumprimum Romam veni fuitq. cui recte ad te literas darem, nihil prius faciendum mihi putaui Att. 4. 70. 1.

Cumprimis.

Homo cumprimis honeſtus. in Ver. 104. Homo domi ſuę cumprimis locuples. in Verr. 122.

Cumulus.

Ad ſummam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit. Att. 4. 54. Vt ad illam optimam prædam damnatio S. Roſcii uelut cumulus accedat. pro S. Roſc. 19. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, qua ſine meis literis vſus es, quammaximus his literis cumulus accedat. 12. fam. 57. Tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit. pro Marcel. 20. Peto a te, ut ad eam uoluntatem, quam tua ſponte erga Cęcinnam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. 6. fam. 33. 34. ad Cæſarem, lib. 13. 32. Att. 16. 333. 3. Ergo ille cumulus dierum hominis eſt dignitati tributus. de. Prouinc. Conſul. 21. Vt ad cumulum ſpe maiorum præmiorum ipſius ſententia ſeptimadecima accederet. pro Clu. 33. Cumulum gaudii mihi iucundiſſimæ tuæ literæ attulerunt. 16. famil. 26. ex epiſt. Ciceronis filii. Cumulum aliquem afferant meæ literæ. 13 fa. 89. Cumulum deruam de laudibus eius. 16. Att. 28. Acceſſerint in cumulum manubiæ noſtrorum imperatorum. con. Rull 76. Cumulo magno auxeris magnum beneficium tuum. 13. fam. 84. Atque adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. 1. Att. 39.

Cumulo.

Tamen hæc aliis nefariis cumulant atque adaugent. pro Sex. Roſc. 18. Hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicã gloriam. 1. Off. 62. Nunne etiam aliud incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? in Catil. 100. Summum bonum, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. de Fin. 134. Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. pro Cæl. 29. A te peto, vt ea, quæ initio oſtendiſti, deinde quæ feciſti, ad exitum augeri & cumulari per te velis. epiſt. 220. Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod, &c. Att. 14. 315. 1. Duæ partes mihi ſuperſunt illuſtrandæ orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ. de Or. 151. Remunerando cumulandoq. illuſtrare gratiam. ep. 20. Itaque hoc tibi uere affirmo, in maxima lætitia & exoptatiſſima gratulatione, unum, ad cumulandum gaudium, conſpectum, aut potius cõplexum mihi tuum defuiſſe. Att. 4. 70. 3.

Cumulatus.

Cumulatus cruciatibus maximis toto corpore. de Fin. lib. 2. 53. Fingendus eſt nobis detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulatus. de Or. 94. Cumulatis plurimis & maximis voluptatibus de Fin. l. 2. 53. Hic uiro cumulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio. 2. de Or. 11. Quid plenius, quam omni rerum genere cumulata oratio? de Or. 111. Perfecta & cumulata uirtus. pro Sext. 75. Cumulatam domum cernat duplici dedecore. 12. Att. 6. Tamen Idibus Martiis tantum acceſſit ad amorem, ut mirarer locum fuiſſe augendi in eo, quod mihi iã pridem cumulatum eſſe videbatur. ad Dolabell. 9. 59. Cumulatum, id eſt, in quo nihil augeri poteſt. Quorum ſtudiis ea, quæ natura deſyderat, expleta cumulataq. habeamus. Off. 16. Cumulatior menſura. de Cl. Or. 7. 5. Ver. 97.

Cumulate.

Si parum vobis cumulate gratias egero, quæſo, &c. Poſt reditum in Senatu. 1. Explere cumulate vitam beatam. de Fin. 2. 36. Cumulate alicuius cauſã ſatere. 13. fam. 37. Cumulate planẽ aliquid facere. 7. Verr. 129. Id cumulate uidetur perfectum. off. 3. 58. Quę

3.28.Quæ ut plene cumulateque perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere. 2. de Diu. 4. Cumulate redde re officium. 5. famil. 18.Cumulate ei de ſuo negotio reſpondi, cum omni tua gratia. 10. Attic.47.48. Cumulate ſatisfacere.1.famil.10.2.ad Q.fr.13. Cumulate publicanis ſatisfactũ. Attic.29.Id etiam ad dignitatem meam pertinet, cum non modo perliberaliter a uobis, ſed etiam ornate cumulateque tractari.Att.245. Cumulatius augere aliquod munus, quam,&c.Or. 104.Cumulatius fieri nihil poteſt,quam polliceris.13 fam.34. ideſt,cumulus nullus accedere poteſt. Magno enim meo beneficio affecti, cumulatiſſime mihi gratiam reddiderunt. ad Valer. 13.4.1.Nec enim tu mihi habuiſti modo gratiam, uerumetiam cumulatiſſime retuliſti. Vatinio,l.5.26.& 3.6.De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam,credo te cognoſſe ex literis tuorum, quibus me cumulatiſſime ſatisfeciſſe certo ſcio.ad Appium,l.10.29.1.in Top. 53.

Cunæ.

Platoni,cum in cunis paruulo dormienti pes in labellis conſediſſent,reſponſum eſt,&c.de Diu. 96. Si puer occidit in cunis, ac querendũ quidẽ putãs. Tuſ. 168. Vagire in cunis.de Sen.94.

Cunabula.

Qui non in cunabulis,ſed in campo Conſules ſunt facti con. Rull.86. Qui cũ eſſet in cunabulis,educereturq. &c.de Diu.97.

Cunctus.

Cunctus exercitus.10.fam. 78.in ep. Lepidi. Cunctus populus.Appio,l.3.11. 4. Cunctus conſurgeret Senatus.4.fam.12.ideſt,uniuerſus una ſurgeret. Alexandria, cunctaque Aegyptus.de L.Agr.49.Prouincia cuncta.Plãcus Cic.10.21.10. Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me unum triſtẽ eſſe oportebat. 2.Phil.44.Poſt in ceteris Aſiæ partibus, cunctæque Græciæ ſic eius aduentus celebrabatur,vt,&c.pro Arch.3. de Cl. Or. 167. Nemo cunctam intuens terram, de diuina ratione dubitaret.2. de Nat.d.144.Cuncti ordines.pro Mil.4. Cum ad idem,unde ſemel profecta ſunt,cuncta aſtra redirent.de Somn. Scip. 130.Pene cunctis ciuibus lucem ingenii ſui porrigere.de Or.100.Cunctis copiis refertus.5.Att.33.

Cunctor.

Sed aſſequar omnia,ſi propero;ſi cunctor, amitto.160.Sed eieo pœnituit,domum rediit:ceteri cunctabantur. ad Cæſarẽ iuniorem,l.1. Cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum. 10.famil.31.in ep.Planci.Quam velis cunctare, tamẽ tibi eſt peeundum.de Diu.92. Quinetiam Paulus confirmauit ſe nomen Vatinii delaturum, ſi Macer Licinius cunctaretur.ad Q.fr.309. Cum hæſitaret,cum cunctaretur, quæſiui quid dubitaret proficiſci eo,quo iampridem pararat.in Catil. 34. An cuncter & tergiuerſer,& iis me dem,qui tenent,qui potiuntur. Att.7.41.An ẽt tunc quieſceretis, cunctaremini, timeretis? pro Seſtio.21.Diutios cunctari in uita.1.Tuſ.ad Lentulum, l. 1.7.17. Quã ob cauſam non eſt cunctandum profiteri, hunc mundum animal eſſe. de Vniu. 169. Nos hoc ſentimus, ſi exploratum tibi ſit,poſſe te illius regni potiri,non eſſe cunctandum:ſin dubium, non eſſe conandum.ep.7. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.Att. 34. de Sen. 79.

Cunctans.

Cunctantem & diffidentem excitare.6.fam.4.Cunctantem & quaſi verecundantem incitare.de Or. 146.

Cunctatio.

Audio a bonis uiris hanc cunctationem noſtram non probari.Att.134.Cunctationem eius omnem diſcuſſiſſem.10.fam.74. Abiecta omni cunctatione. Off. 1.101. Denique illud cogita, quot offenſæ fuerint,in iſta cunctatione te ſubeſſe. Att.10.201. 3.& l.9.170.3. Sine cunctatione dicere quod ſentimus. in Vatinium. 11.Nonnumquã cunctatione & tarditate, dum otiũ volũt, etiam ſine dignitate retinere utrumque amittunt. pro Seat.24.

Cunctator.

Noſti Marcellum quam tardus & parum efficax ſit, itemque Seruius quam cunctator. Cælius Cic.8.31.

Cuneus.

Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens Perrupit artus. 2. Tuſc. 42.

Cuneolus.

Quaſi crebris cuneolis iniectis unum efficiebant ex omnibus corpus.de Vniu.61.

Cuniculus.

Quatuor eius conſeruos Venafri cuniculus oppreſſerat. 3.ad Q.fr.3.Non opinor eos in cuniculum, qua aggreſſi erant, reſtitui oportere.pro Cæc.302.Ipſe in templum neſcio qua per Gallorum cuniculum aſcendit.in Ant. 187. Quid ſi patet ſ. ua expllet,cuniculos agat ad ærariũ, indiceine id magiſtratibus filius? 3.Off.121. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. pro Leg. Agr. 1. Et aggerem cuniculis ſubtrahebant.pro Cæc. 64.

Cupedia.

Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio,mulieroſitas,peruicacia,ligurritio uinolentia,cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia.4.Tuſc.29.

Cupa.

Panis & uinum a propola,atque de cupa.in Piſ.53.

Cupido, *pro, cupiditate.*

Cupido cepit miſeram Ennii.Tuſc. 204.

Cupio.

Dolabellæ cauſa & cupio & debeo.Att. 259. Ego conſeruare coloniam populi Ro.cupio, tu expugnare ſtudes.in Ant. 217.Paneo Curioni, Cæſari honeſtiſſime cupio, pro Pompeio emori poſſum.ep.26.Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus ſũ? non miſericordia moueor? nemo magis. Q. fr. 1.43. Et tibi, cui maxime cupio, ſatisfaciam. ep. 245. Cupio me eſſe clementẽ.in Catil 98.Ego me cupio non mendacem putari. 1. de Leg.3.Cuius omnia cum cupio,tum mehercule etiam debeo. Titio,lib.13. 98.Cupio tota cogitatione te uidere. 16. fam.9. Tibi fauemus, tua virtute frui cupimus, tibi optimus eam Remp. quę, &c.de Cl.Or.196.Cum ſemel ad eum, quem cupimus optamuſque,ueſtitum redierimus.in Ant.258.Hæc nos uitare cupimus. ep 69. Cum ad Clodium uentum eſt, cupit diem conſumere. Att.54. Nam iis Bibuli ſententiam ualere cupierunt.ep.3. Me ſcito tantũ habere æris alieni, ut cupiam coniurare. 5. fam. 15.Cauſam mihi tradidit, quem ſua cauſa cupere ac debere intelligebat. pro Sexto Roſc. 88. Cupere omnia alicuius cauſa.4.Verr.130 Cupere omnia ſcire,cuiuſcunq. modi ſunt,curioſorum: duci uero maiorum rerum contemplatione ad cupiditatem ſcientiæ, ſummorum uirorum eſt putandum.de Fin.5.47. Ardẽter cupere aliquid.4.Tuſc. 60. Vehementer eius cauſa cupere cum intellexi. ilio,l.13.65.3.Cupiſſe te celaſſe de phaleris. 6. Verr.

Cupiens.

Qui cupientem Italiam,populum Rom.deſiderantem excitauit.de har.reſp.254. Neque uero nobis cupientibus atque optãtibus fructus otii datus eſt,&c.1.de Or.2.

Cupidus.

Sum cupidus te audiendi. de Or. 210. Cupidus alicuius. pro Planc.45.ideſt, ei amicus.Cupidus bellorum gerendorum.off. 1.105.Cupidus gloriæ.Tuſ.2.9 φιλόδοξος. Erat homo cupidus & locuples tantis, quantis Pythius uoluit. 3. Off. 77. Cupidus in perſpicienda cognoſcendaque rerum natura. 1. Off.216.Cupidus inueſtigandi uerum.4.de Fin.34. 5. Ver.119.Cupidus pecuniæ. Tuſc.2.9.φιλοχρήματος.rerum commutandarum. Off. 2. 4. euertendarum rerum.Off.2. 4.Homo pudens & cupidus ſatiſfaciendi Reip.ep.154.Cupidus ſpectãdi.de Or. 98. Cupidus ſplẽdoris & gloriæ. Off.1.65. Ille uehementer tui cupidus eſt. in Verr.111.Cupidus uitæ. Tuſc. 2. 7.φιλόψυχον καὶ φιλόζωον Græci uocant. Non eſſe cupidum,pecunia eſt. Parad. 64.Vt tui cupidi ſint elaborato.de Petit. Conſul. 20. Non debemus cuiquam uideri nimium cupidi uitæ.Brutus & Caſſius Antonio, l.11.2.7. Quod utinam minus uitæ cupidi fuiſſemus,certe nihil, aut nõ multum in uita mali uidemus.Terentiæ,l.14.4 2.Eris periculũ, ne improbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanũ cõprimere non poſſu.ad Q.fr.lib.1.5. Græci contẽtionis cupidiores,quã ueritatis. de Or.89. Cupidiſſimus mei. Att.4.71.5.Homo noſtri cupidiſſimus.1.de or.52.Pacis cupidiſſimus. Aſinius Pollio ad Cic.10.31.13.Cupidiſſimus tui.8.f.32.in ep.Cęl.

Cupide.

Cupide nihil agemus.6.Att. 32. Cum vtrinſque noſtrum ſeparatim locutus eſt,nec.quid agerent. Off. 7. Suos enim agros ſtudioſe colebant,non alienos c.appetebant. pro Sex. Roſc.30. C.facere.1.fam.19.1. cupiditate & ambitione ductum. Quid c. a Senatu,quid temere fiebat, cum tu, &c. 2.Phil.67.Cuius ſermone ita tum c.fruebar.Cato,11. Ego uero c. & libenter mẽtiar tua cauſa.pro Roſcio Com.29.C.profecti ſunt.16.fam.10.ideſt, præ cupiditate minus feſtinarunt.Hoc ſi cupidius factum exiſtimas.de Or.110.cupidius inſtare. pro Q.52.

Cupiditas.

Cupiditas,ἐπιθυμία,ſecundum Platonem, ſubter præcordia locata eſt. Tuſc:1.18.cupiditas, omniũ libidinum genus eſt.1.de Inu.48.Acerrima illa & fortiſſima cupiditas imminuta ac debi

litata

ſitata eſt.in Ant.240.Cupiditas amoris ad maleficium inducit. 2.ad Her.33.Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.1. de In.3.Cupiditas cognoſcendi.Tuſ.1.37. Cupiditas cognitionis & ſcientiæ.off.1.27. Cupiditas effrenata in omnibus ſtultis inuenitur.Tuſc.4.11.Cupiditas auide ſemper aliquid appetēs, & inanis alacritas,id eſt lætitia geſtiens, non multum differunt ab amentia.Tuſ.4.88.Illa nos cupiditas incendit, de qua initio ſcripſi,feſtinatione,quod alacres animo ſumus,ep.69. Cupiditas gloriæ cauenda:eripit enim libertatem,pro qua magnanimis uiris omnis debet eſſe contentio.Offic.1.97.Tuſ.4. 19. Cupiditas honorum.Tuſc.2.53.Cupiditas inexplebilis.Tuſc.5.13.Summa auaritia,infinitaq. omnium rerum cupiditas.con. Rull. 62. Cupiditas dominatus iniuſta.Tuſ.5.43. Natura ineſt in mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas ueri uidendi:& oræ ipſæ locorum illorum,quo peruenerimus,quo faciliorē nobis cognitionem rerum cæleſtium,eo maiorem cognoſcendi cupiditatem dabunt. Tuſ.1.37.Eademque leuitate eſt cupiditas in appetendo,qua lætitia in fruendo.Tuſ.4.55.Lubrica & præceps cupiditas dominandi. 5. Phil.200. Minima olim iſtius rei fuit cupiditas.de Leg. 182. Pertinatia & nimia cupiditas principatus in elatione & magnitudine animi facillime innaſcitur.Off 1.91.De triumpho autem nulla me cupiditas vnquam tenuit . Atti. 200. Cupiditas pecuniæ. φιλοχρηματία Off.1.37.Cupiditas pecuniæ fugienda.Off.1.97. Cupiditas pecuniæ infinita.Off.1.37.Quæ te prædo amantiſſime , niſi prædæ cupiditas tam cæca rapiebat. in Piſ.92.Cupiditas rapiendi & auferendi per uim. Off. 1 67. Homines cæcos reddit cupiditas & auaritia.pro S.Roſ 61. Cupiditas referendæ gratiæ.de Fin.5.57.Continentia eſt, per quā cupiditas conſilii gubernatione regitur.de Inu.82.Cupiditas teſtium arguenda.2.ad Her.41.Cupiditas ueri uidendi.Off.1.21. Cupiditas & ſtudium defendendæ ueritatis.in Ver. 83. Cupiditas uictoriæ.Tuſ.2.55.Cupiditas uincendi φιλονικία. Off.1.91. Sed cauſam meæ uoluntatis(non enim dicam cupiditatis) expoſui tibi ſuperioribus literis.15.fam 27.Num putamus hæc fieri ſine ſummo cupiditatis ardore potuiſſe?Tuſ.4.34.Teſtes , qui aut ſine ullo ſtudio dicebant,aut cum diſſimulatione aliqua cupiditatis.pro Flac.150.Neque enim vnquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis.Parad.7.Præſertim cum ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſitis illius cupiditatem refutare.ep.17.Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere.pro Quin 2.Cupiditatē, bellū,diſcordiam ad deum reuocat Parmenides.de Nat.d.1.22. Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas.in Piſ.92.Explere cupiditatem. 1. de Inu. 3.Impiam cupiditatem contra ſalutem alicuius habere. Cælius Cice.7. 16.6. Cupiditatem tuam ad me ueniendi meis negotiis impedíri.12.Att.6.7.In cupiditatē Cæſaris incubui.5.Att. 25. Cupiditatem meam incendiſſes conſuetudinis augendæ noſtræ. 15.fam.51.Cæſar fertur(mihi crede)gloria,flagrat,ardet cupiditate triumphi.in Piſ.46.Ardebat autem cupiditate,ſicut in nullo vnquam flagrantius ſtudium viderim.de Cl.Or.193.Vir omni carens cupiditate.in Ant.1.88.Vos nimis etiam video flagrare cupiditate . de Or.69. Philoſophiæ denique ipſius principes numquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent.Tuſ.4.34.Cupiditate ſe prolapſos, nimiū magno conduxiſſe.1.Att.53 . In cupiditate eius rei ſum intemperans.13.Att.33.Incenſus cupiditate.3.Off. 77. Duo , qui me incitandi cupiditate incitarunt.de Cl.194.Occæcari cupiditate non prouidēr.l.1.de Fin.26. Qui cupiditate peculii nullam cōditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis.Para.49. Sine amore & ſine cupiditate,& rurſus ſine odio , & ſine inuidia iudicare.pro Mar.17.Et ceteri,qui ſine cupiditate uixerūt.pro Cr.50. Vidēdi mei te ſumma cupiditate affectum eſſe.5.f.61.Cupiditate meipſum uincas in eo quod me ualde uelle putes.13.Att.1.Cupiditates adoleſcentiæ aliquando tolerabiles.pro Cæl.20.& 21.Cupiditates honoris, imperij , potentiæ, gloriæ in maximis animis ſplendidiſſimisq. ingenijs plerumque exiſtunt. Off. 1.39. Studia cupiditatesq. honorū,atq. ambitiones.4.Ver.91. Cupiditates nō foris ſolū ſeſe iactant,nec tātū in alios cæco impetu incurrunt,ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atq. diſcordant.de Fin.1.35.Sic diſtrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates:cum huic obſecutus ſis, illi eſt repugnādum.Tuſ.5.44.Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ nō modo ſingulos homines,ſed uniuerſas familias euertunt , totam etiam labefactant ſæpe Rempub.de Fin.1.35.Cupiditates (Epicuro diuiſore)partim naturales ſunt & neceſſariæ:partim naturales & nō neceſſariæ:partim neutrum. Tuſ.5.68 Cupiditates quæ a natura proficiſcuntur,facile explentur ſine ulla iniuria.de Fin.1.42.Cupiditates regnandi.Off.3.46.Cupiditatum aliæ naturales & neceſſariæ,aliæ naturales,nec tamē neceſſariæ:aliæ nec naturales, nec neceſſariæ. de Fin. 1.36. Cupiditatum inanium nec modus ullus,nec finis inueniri poteſt.de Fin.1.36.Cupiditatibus & dolori meo ita ſeruio,ut a te regi uelim.12.Att.41. Docemur auctoritate nutuque legum,domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates.de Or.101.Frāgere cupiditates.1. de Or. 43. Vos iam coniectura aſſequi poteſtis , quam multas cupiditates, quam uarias,quam infinitas habuerit.in Ver.146. Qui cupiditates ſuas,quam qui hoſtium copias uincerent , pauciores reperti ſunt.15.fam.13.Ex cupiditatibus odia,diſſidia,diſcordiæ,ſeditiones,bella naſcuntur de Fin.1.35. Cupiditatibus ſuis peropportunam illius belli uictoriam fore putabant.6.ſam.20.

Cupreſſetum.

In cupreſſetis Gnoſiorum , & ſpatiis ſylueſtribus crebro inſiſtens.1.de L.28.

Cur.

An vobis aliam cauſam eſſe vllam putatis , cur in tantis præmiis eloquentiæ,&c.pro Cæl.116.Non fuit cauſa c.tantum laborem caperes,& ad me venires.pro Roſc Com. 29. Cauſa c.cur: res,non erat.de Or.96.Ratio inuenta c. pecunia ſacrorum moleſtia liberaretur.2.de L.49 Sed erant cauſæ c.hoc tempore ibi eſſe nollem.Att. Quid eſt cauſæ c.repudietur?de Or. 160. Quid eſt Q.Naſo,c.tu in iſto loco ſedeas? pro Clu. 116 . Quod ſi tibi nulla cauſa eſt,c.hunc miſerum tanta calamitate affici velis, &c. pro Roſc.Am.86. Quæ cauſa Habito fuerit, c.interficere Oppianicum vellet?pro Clu.135.

Cura.

Vt eorum aſpectu omnis,quæ me angebat,de Repub.cura cōſederit.de Cl.or.5.Anceps cura cogitandi.off.1. 17.Animi cura & cogitatio.1.off.112.Cura & angor animi.Att.26 Naualis apparatus ei ſemper antiquiſsima cura fuit.Att. 10. 197. 6. Quod ſi ita eſt,& ſiqua de Pompeio noſtro tuendo,& tibi ac Reip. reconciliando cura te attingit.9.Att.48. Quocum mihi coniuncta cura de Repu.& de priuata fuit.de Amic. 14. Coquit hominem cura.de Sen.1.Studium tuum,curaque de ſalute mea, nulla me noua voluptate affecit.Brut.16.1.Difficilis cura rerum alienarum. 1.off.44.Cura doloris tui.5.ſam.46.Gratiſsima cura. Att.5.91. 1.Mihi maxima cura eſt , non de mea vita quidem, ſe me patria ſollicitat.ep.143. Nulla cura,nulla ſolicitudo reliqua eſt. Tuſc. 169.Cura omnis leuatur,cum aut conſiſtit conſilium , aut cogitando nihil explicatur.8 Att. 26. Omnis cura mea ſolet in hoc uerſari,ut proſim.de or.137.Quę tua ſolicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu,quæ cura,qui dolor, cum ad te curæ & dolores mei perferrentur,&c.Treb.15.21.5.cura Reipub.Ac.quæſt. ed.2.lib.1.8 cura ſcribendi.15.Att.26.pro , diligentia in ſcribēdo . Et cogeris partem aliquam in Aſiam deriuare curæ & cogitationis tuæ.in Ant.235.De Tirone mihi curæ eſt. Att.13.260. 1.curæ erit,& eſt ut regatur.10.Att. 36. Mihi de augenda dignitate tua curæ erit. Att.172.Tibi erit idem , cui ſalus mea fuit,& dignitas curæ.ep.26.Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem uobis gratiam referam , quam quemadmodum inimicorū iniurias perſequar.Poſtquā iret in exil.208.Petitionis uoſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt.Att.1.Curæ tibi fuiſſe de negotio.8.famil.35.in ep. Cæl. ideſt,negotium tibi curæ fuiſſe.Is pollicetur ſibi magnæ curæ fore , ut omnia ciuitatibus reſtituerentur. in Ver. 216. Quod in rebus honeſtis, & cognitione dignis,operæ curęque ponetur.Off.4.Curæ habere rem aliquam.Cælius Cic.8. 8. 34. Sed caue , exiſtimes , me quod iocoſius ſcribam,abieciſſe curā Reipu. ep.144.De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim,cognoſces , &c. Curioni,l. 2.6.8. Curam & diligentiam non mediocrem adhibere. Acad. quæſt.ed.1.lib.2.40.Inualetudine tua moueor, & Piliam in idē genus morbi delapſam,curam tibi afferre maiorem ſentio. Att. 7.125.1.Curam conferre in ſalutem alicuius. 15.ſam.10.Coniungere curam de re aliqua cum aliquo.Amic.14.Curam conſumere in re aliqua.6.fam.45.Curam deferre. pro Mur. 32. Neq. uero hæc tam acrem curam diligentiamque deſyderant. 3. de Or.102.1.de Inu.85.Curam dimittere.14.Att.15.Curam Reip. ſumme defendendæ apud nos excubare.10.fam. 17. in ep.Plāc. In curam incumbere . 10. fam. 30. In hanc curam incumbe tota mente.16.Att.27. Animos & curam ab aliqua contentione laxare.3.de Or.127. -curam ue leuaſſo Quæ nunc te coquit,& verſat ſub pectore fixa. Ennius apud Ciceronem.de Sen.Curam & angorem animi,ſermone & conſilio leuare. Att. 1. 13. 2. Ex prioribus tuis literis intellexi pergratam tibi eſſe curam meam ualetudinis tuæ.9.fa.31.ideſt,de ualetudine tua . Aegyptii omnem curam in ſyderum cognitione poſuerunt.1.de Diu.152.12 Off.29.1.ad Q.fr.31. Profecto ſpe beate uiuendi tantam in eo ſtudio curam operamque poſuerunt. Tuſc.5.1. Curam & cogitationem

tionem

tionem ſuſcipe digniſſimam tuæ uirtutis. 8.ad Atticum, 57. In ep.Balbi.7. Att.7.ad Brut.26.Grauem curam ſuſcipere, vehemẽterque de aliquo ſollicitum eſſe. Caſſius Cic.12. 19. Bibulus maximam belli curam ſuſtinet. Att. 6. 40. Quæ tu cura ſis, quod ad bellum attinet, neſcio.ep. 114. A cura ſolui & liberari. pro Do. ſua. 80. Cura atque conſilio vnius Rempub. gubernari neceſſe eſſet.de N.d.1.6.Cura complecti.3.fam.5. Summa cura ſtudioque aliquid conquirere. Academ.quæſt.edit.1.lib. 2.7. Cura cõtineri.5.in Verr. 2. Quod ipſe magna cum cura atque diligẽtia ſcripſit.de Inu. 56. Atque illæ arbitrabantur, cum a te abeſſent ipſæ, multo in grauiore te cura futurum.6.fam.41.In aliqua cogitatione curaque verſari.2.de Or. 100. Omni cogitatione curaque in Rempublicam incumbere. Planc.10. 1.6. Cura & prudẽtia ſua iuuare aliquem. Att.9.188.4. Leuare cura, & magna ſolatia dare.de Cl.Or.6. Cura iſta te liberarem, aut certe leuarem. 9.fam. 35. Magna cura & ſolicitudine Atticum & me liberaris, ſi, &c. Attic. 145. Homines ſoluti & cura liberati. pro Dom. ſua. 234. Dixit ut ſine cura eſſent. 16. Att. 44. Nos ſine cura eſſe iubet.2. Attic.65.& 15.23. Ita te ſine cura eſſe iuſſit, vt, &c. 12. Att. 10. Non ſumus ſine cura uenientis anni, etſi ſumus ſine timore.3. ad Q.fr.25. De ſalute Reip. curæ optimæ ſunt.de Somn. Scip. 32. Curæ plurimæ metuſque ex ſomno naſcuntur. 2.Diu.222.Sagaces curæ.1.de Diu. 44. Omnes meas curas, cogitationes in Remp.confero.2.Off.3. Quamquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honeſtas nobis & curas & actiones darent. ep. 130. Curas ſuas referre ad aliquem.ad Brut. 57. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.de Diu. 85. Cum his habitantem pernoctantemque curis. Tuſc. 5. 51. In tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. 9. Att.45. Quorum memoria in maximis noſtris grauiſſimiſque curis iucunda ſane fuit.de Cl. Or. 5. Vacuus curis negotiiſque neceſſariis.1.Off.21.ad Q.fr.3.20.6.

Curioſus.

Ita eſt homo non modo prudens, verum etiam (quod iuuet) curioſus.ad App.3.1.2. In exquirendo iure augurum curioſus. pro D.ſua.31.In re aliqua curioſus. Att.5.103.3. Tu quidquid indagaris de Remp.facito ut ſciam, tametſi nimis ſum curioſus: ſtatui enim nihil iam de Republ.cogitare Att. 25. Curioſum & plenum negotii deum quis non timeat?de Nat.d. 1. 39. In aliena Repub.curioſum minime eſſe, officium eſt peregrini. 1. Off. 275.Si me nihilominus noſti curioſum in Repub. quam te. Att. 75. Quid eſt enim tam arrogans, &c.aut tam curioſum, quã ea ſcire uelle, de quibus maiores noſtri uos ſolos & conſuli & ſcire uoluerunt?pro D.ſua,26. Quare ut homini curioſo, ita perſcribe ad me. Att.61.Sumus enim ambo belle curioſi. Att.6.112.6. Curioſi, quos offendit noſter minime nobis iniucundus labor. lib.1.de Fin.3. Atqui Cicero, inquit, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos uiros ſpectant, ingenioſorum ſunt: ſin tãtummodo ad indicia ueteris memoriæ cognoſcenda, curioſorum.5.de Fin.9. Reperiam multos, uel innumerabiles potius; non tam curioſos, nec tam moleſtos, quam uos eſtis, quibus quidquid velim facile perſuadeam.2.de Fin.50.Sed hæc obſtructio non ita obducta eſt ut curioſis oculis perſpici non poſſit. pro Sext.16. Satiſfit difficilius curioſis.1. de Fin. 6.

Curioſitas.

Sum in curioſitate ὀξύπεινος ſed tamen facile patior te id ad me ευμπόσιον non ſcribere. Att.2.31.

Curioſe.

Cum de eo curioſe quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius, &c. At. 9.7. Conquirere curioſius aliquid.de Cl. Or. 69. Curioſius facias me certiorem.15.Att.45.

Curia.

Curia, templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput urbis, ara ſociorum, portus omnium gentium. pro Mil.119. curia elinguis. Poſt reditum in Senatu,5. Non curia uires meas deſyderat non Roſtra, non amici, non clientes, nõ hoſpites.de Sen.28. Pompeiana curia, in qua trucidatus eſt Cæſar. 2.de Diu.34.Saliorum curia erat in Palatio. 1. de Diu.58.cum curia vindex temeritatis, moderatrix officii, ſpeculatur & obſidet Roſtra. pro Flac.45.curiæ dies.1.de Or. 14. In curiam uenit frequens Senatus.3.de Cl. Or. 2. Nulla res a me curia diuelleret. Att.20. Quo ego me libentius a curia, & ab omni parte Reip. ſubtraho.ad Q.fr.2.10. 7. Scaptius incluſum in curia Senatum Salamine obſederat.6. Att.tit. 12. cato in ipſa curia legere ſolebat, dum Senatus cogeretur 3.de Fin.11. Forũ ſine curia.12. Att. 27.forum, pro iudiciis: curia, pro Senatu. Si id xxx. curiæ iuſſiſſent, num id iuſtum eſſet ratum. pro D.ſua, 61.

Curialis.

Theophraſtus ſcribit quidem cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.2. Off.95.

Curiatus.

Qui ſe affuiſſet dicerent, cum lex curiata ferretur. Att.lib.4. 87.2.pro L.Agr.38.& 39.curiatæ legis uſus.1.fam. 55.Appius dixit in Senatu palam ſeſe (ſi licitum eſſet, legẽ curiatam ferre) ſortitum eſſe cum collega prouinciam, ſi, &c. ep. 17. Iam hoc inauditum eſt, vt curiata lege magiſtratus detur, qui, &c.contra Rull. 17. Appius ſine lege curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum.3.ad Q. fr. 19. curiata comitia. pro Dom. ſua 30.in Rull.39.

Curo.

Ego quia curo, attendoque id, tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis diutius non futurum.ep. 57. Animi conſcientiam non curat improbus.2.de Fin. 88. Id populus curat ſcilicet. Att. 216. Q. de emendo nihil curat hoc tempore. Att. 228. Ego patriam liberaui, uos liberi eſſe nõ curatis. Her.40. Magna dii curant, parua negligunt.de N.d.59. Pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui.1. Att.5.2 Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.ad Qu.fr.2.23. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui.ep.56. Cedere domo & patria curaſti.pro D.ſua.3. id eſt, effeciſti ut domo cederem. Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita.1. ad Att.7. Alexandes ex eo auro buculam curauit faciendam. de Diu. 90. Minutius duodecim ſola mihi curauit. Att. 179. Ego quę te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, ſtudioſe diligẽterque curabo: ad operam vt valeas. Att. 16. 341. 7. Ego quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſsime omnia, diligẽtiſsimeque curabo. Figulo, lib.4.13.21. Mea mandata de domo curabis. Att. 4.76.2. Cura, elabora, perfice, vt Flauius & tibi & mihi quam maximas gratias agat.1.ad Q.fr.45. Omnibus rebus cura & prouide, ne quid ei deſit. Attic.11.211.4. Atticam ſaluere iube, & eam cura obſecro diligenter. Att.12.241.8 Cura vt ſtatu ſuo maneat annus noſter.5. Att. 15. Cura vt permutetur Athenas. 15. Att. 32. Illam manum tu mihi cura vt præſtes. Att. 1. Cura vt valeas. Cornificio, lib.12.28. 8. Eo ad te ſcripſi, vt eam epiſtolam mihi curares referendam. Att. 182. Quintus Metellus, qui & ſumma voluntate teſſerit, neque ſane recte curaret.ep. 13. Itaque ea nolui ſcribere, quę nunc indocti intelligere poſſent, nec docti legere curarent. Acad.quæſt.39. Vides quanto hoc diligentius curẽ, quam aut, &c.ad. At.210. Intelligo me ante tempus, Iudices, hæc ſcrutari, & propemodum errare. qui cum capiti Sex. Roſcii mederi debeam, reduuiam curem. pro Sex.Roſc.Am.76. Quam honoratiſsimum S.C. literis meis recitatis faciendum cures. ad Marcel. 15. 10. 3. His velim meo nomine reddendas literas cures. Att.190. Itẽ de Pantheris, vt Cybiratas acceſſas, cureſque mihi ut uehantur.ep.114. Vereor, ne cum ueneris, non habeas id quod cures. ep.19. Sed iam ſurgamus, inquit, noſque curemus. 3.de or. 227. Alterius cauſa curare aliquid. Att.5.110. 10. Curare tueri que corpus: Tuſ. 3.1. Et qđ facinus in alienũ illatũ ſeuere acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? p Cęl.49. Negotia aliena curare.in Top.34. Sic tibi mi Pęte perſuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, niſi ut mei ciues ſalui liberiq. ſint. Pæto l.9.24.11. Tarteſſium iſtum tuum mihi adeunti urbem, iube ſodes nummos curare. Att.7.20. Alicuius nomine nobis pecuniã curare. Ruſo, l.5.20.11. pro Quint. 8. periculum atque inſidias alicui per aliquem. pro Flacco. 146. prouinciam ἀκαριαίαν 6. Att.2. Reficere & curare ſe.in Ant.222. Seruilia curare. At. 15. 326. 4. Sed deos non curare opinor quid agat humanũ genus. de Diu. 130. Vt mandatum ſcias me curaſſe. Att.5. 94.1. Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur.de Sen.16. Quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, &c.15. Att.39. pro, ſuppeditabuntur. Quis enim poteſt, cum ſe a deo exiſtimet curari, nõ ſemper diuinum numen horrere? Acad.q.lib.2.112. Corpora curari poſſunt, animorum medicina nulla eſt.3. Tuſ.8. Cum diceres te uiolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari. in Piſ. 9. Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. Att.4. Curio miſi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus eſſet, me, cui iuſſiſſet, curaturum. ep.259. Polliscitus ſum curaturũ me Bruti cauſa, ut ei Salaminii pecuniam ſoluerent. Att. 14. Nihil minus curandum eſt, atque hoc. Att. Multis illi in urbibus, qua iter faciebat, reficiendi ſe, & curandi poteſtas fuit. 9. Phil.260. Ego omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. epiſt. 256. Salluſtio curanda ſunt ſeſtertia triginta, quæ accepi a Cn. Salluſtio. Att.12.219. 2. Erat enim nobis curata pecunia Valerii Mancipis nomine.ep.75. Sacra Cereris Iudices, &c.per Grecas ſunt ſemper curata ſacerdotes, & Græca omnia nominata. pro Corn.Balb.44.

Curans.

Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo cuiā te omnes ſuos perdidiſſet. pro Clu.25.

Curator.

Reficiendis muris curator Demoſthenes fuit. de Opt. gen. Or.15 t. Thermus curator viæ Flaminiæ. Att.1.t.5. Perficere cu ratorem, qui ſtatuis faciundis præſit.4.Ver.101. Curatores ſunt ædiles urbis, annonę, ludorum ſolennium.3.de Leg.6.curatores legibus agrariis conſtituti ſunt decemuiri.2.de L. Agr.31. Non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, &c. Senatus more maiorum diligere poſſet. in Vatin.28.

Curatio.

His nullane eſt adhibenda curatio? Tuſc 3.4. Alia quędam ſit ad eum admouenda curatio.4.Tuſc.98. Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini, ingreſſus, curſus, &c.1.de N.d.131.curatio & adminiſtratio rerū.1. de N.d.4. Neq. valetudinis curatio ſine hominum opera ulla eſſe potuiſſet.2.Off.16.& 126. Aedes Telloris eſt curationis meæ. de har.reſp.28.curationem ferre.pro D.ſua.41. curationē Agrariam ligurriebat.11.fam.36.curationem legis petere.in Rull.35. Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem ualetudinis.2.de Diu.184. Nos modo curationem eius recipiamus. Tuſc.3.71. Suſcipere curationem & diſpenſationem.pro R.P.17. Hi curatione adhibita leuātur in dies.4.de Fin.107. De curatione munerum regiorum locutus ſum cum Oppio.6.ſ.52.curatione frumenti Aſiatica uteretur.15. Att. 20. Quæ quidem neque ali, neq. ſuſtentari, neq. vllum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent.2.de N.d.119. de Diuin. curatione & poteſtate in aliqua re ualere. pro D. ſua, 12. curationes perturbationū uariæ. Tuſ.4.48. Periculoſas & ancipites curationes morbis grauioribus medici adhibere coguntur.1. Off. 116. Ferre ſibi curationes.pro D.ſua,41. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio: ſed plane curationes eius non probo.ad Tiron.16.6. Hoc idem transfero in magiſtratus, curationes, ſacerdotia.4.Verr.87. Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab uniuerſo populo Romano proficiſci conuenit, &c.de L. Agr.31.

Curantia.

Quod me admones de non curantia, ſuadeſq. ut meminerim Iouis orationem.ad Q. fr. 2.17.

Curo. *Vide, Cura.*

Curro.

Si curris, aduola.2.Att.60. Qui ſtadium, inquit, currit, eniti & contendere debet quam maxime poſſit ut uincat.3.off.55.currit oratio procliuius.5.de Fin 144.curio cucurrit Puteolos. Att. 10.195.10.cur non eoſdem curſus, hoc tempore, quos L.Cotta, L.Torquatus coss. cucurrerunt? pro L.Agr.51. Sedulo iis factis, Calypſo ſubſidio currat. Att.12.233.3. curritur ad Prætorium.7.Verr.73.

Currens.

Quintus filius, &c. currentem animum patris ſui ſorori tuę reconciliauit.6.Att.45.2.ad Q.fr.33. Quamquam ille non eguit cuiuſquam conſilio, ſed tamen, vt dicitur, currentem excitaui.3. Phil.137. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Att. 13. 57. Quare facis tu quidem fraterne, qui me hortaris. ſed mehercule currentē nūc quidem, ut omnia mea ſtudia in iſtum unum conferā.ad Q.fr.2. 16.2. Te autem hortamur omnes currētem quidem, ut ſpero. de Fin.5.5.currentē ad pacem incitare. Caſſ.15.15.9. Facilius eſt.n. currentem (quod aiunt) incitare quam commouere languentē. 2.de Or.100. Att.5.96.2. Vt currentem te incitaſſe, non ut dormientem excitaſſe oratio mea uideatur.1.ad Q. fr.34.

Curſo.

Similesq. ſunt, ut hi qui gubernatorē in nauigando agere nihil dicant, cum alii malos ſcādant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant: ille aūt clauum tenens ſedeat in puppi quietus, &c. de Sen.16. curſarem inuitus cum lictoribus. 10. Att.34. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atq. hoſpites curſare, rem omnibus narrare.6. Verr. 36. Poſtea homines curſare ultro & citro non deſtiterunt.pro Roſc.Am.36.curſare huc atq. illuc uia deterrima. Att.9.180.7.

Curſans.

Fuſcaq. nonnumquam curſans per littora cornix. de Diu.83.

Curſus.

Curſus eſt certus ætatis, & uia vna naturæ, eaq. ſimplex. de Sen.30. Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. de N.d.20 Curſus Achaicus.ad Brut.3 ſ.ti.curſus in Achaiā. Curſus ad gloriā Reip.bene gerendæ.10. fa. 5. curſus atq. impetus animorum ad uerā laudem atq. honeſtatem. Tuſc.2.51. Interdum curſus eſt in oratione concitatior, interdum moderata ingreſſio. Or.216. Ille tibi nō ignotus curſus animi & induſtriæ meæ. Att.5.17.curſus mihi in Græciā per tuā prouinciā eſt.10. Att.13. Tū progreſſio admirabilis, incredibiliſq. curſus ad oēm excellentiā facta eſt. Tuſc.4.1.curſus lunæ terrā proxime ambit.de Vn.37. Hūc ut comites conſequuntur, alter Veneris, alter Mercurii curſus. de Som.Scip.128.curſus nauigationū tuarū.13.ſ.91. Quibus curſus rerū obſeruando notatus eſt.de Diu.1.107. Neq. ſolū ea perſpicit, quæ geruntur, quæq. iā geſta ſunt, ſed ēt qui curſus rerū, qui exitus futurus ſit. Sulp.4.2.7.curſus ſtellarū errantiū. Tuſc. 4.50.curſus ſummus cæli ſtelliferi, cuius conuerſio eſt concitatior, acuto & excitato mouetur ſono. Sōn.Scip.17. Ita quantum ſpatiū ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initiū eſſe uoluerunt, illi tantus curſus honorū fuit. de Sen.56. Tantus curſus uerborū fuit, & ſic euolauit oratio. de Or.98. Oim uirtutū curſus ad uoluptatē.1.1.de Fin.29. Vitæ, breuis curſus: gloriæ, ſempiternus. pro Sext.38. Tuſc.3.1. Vocis curſus per oēs ſonos.3. de Or.126. curſus ſui ueſtigiū inflectere.2.de N.d.70. Si quis ad Olympiacū venerit curſum.ad Her.24.cōficere curſum aliquē.de Cl.Or. 181.pro L.Man.24.curſum ætatis cōficere 6.ſ.14. curſum decorū eſt adeptū unūquodq. ſiderū.de Vn.37.curſum expectabamus 5.Att.12.1.idoneam tempeſtatē.curſum habēt Lucifer & Mercurii ſtella ſolis celeritati parē, ſed uim quandā cōtrariā.de Vn.37 Qui per rectū curſum, regnū tenere non potuerūt.cont. Rull.74 Ille incertus ubi ego eſſem, fortaſſe aliū curſum petiuit. Att.3. 48.3. Quē potiſſimū uitæ curſum ſequi uellent. Off.1.165. Eſt igī prudentis, ſuſtinere ut curſum, ſic impetū beneuolentiæ quo utamur, &c.de Ami.56. Cū ſecundiſſimo uento curſum teneret, ridens, Videtiſne, inquit, amici, quā bonu a diis immortalibus nauigatio ſacrilegis detur? 3.de N.d. 119. Quē.n.curſum induſtria tenere potuiſſet ſine forenſibus cauſis, ſiue iudiciis? in Ant. 241. Sed tunc inopes relicti a duce, præfectoq. claſſis, eundē neceſſario curſum tenere cœperunt.7.Ver.71. curſu corrigā tarditatē.2.ad Q.fr.34.curſu ſuarū actionū.8.fa.34.in ep. Cæl.curſu aſſiduo cubitum nullum proceſſerit.13.Att.13. Implicari aliquo certo genere, curſuq. uiuēdi. Off.24. Cū contento curſu, acerrimis ducibus, hoſtiū claſſis Italiā ſpe atq. animis inflata peteret. pro Mur.31. Reuocare aliquē e curſu. in Top.1. Si doceo Planciū non obrepſiſſe ad honorē, ſed eo ueniſſe curſu qui ſemper patuerit omnibus. pro Planc. In curſu honorū conſiliorū cūctatus non ſum.10.fa.31.in ep.Plan. In curſu eſt animus.15.Att.23. Ea exercitatio quædā ſuſcipienda uobis eſt, quāquā uos quidē iam pridem eſtis in curſu, ſed iis qui ingrediuntur ad ſtudium, quiq. ea quæ agenda ſunt in foro tāquam in acie, &c.1.de Or.71. Naues in curſu, frumento onuſtas uidi. Off. 62. Repente in medio curſu amicitias dirūpimus. Læl.71. Vides.n. in quo curſu ſimus. Att.1.1.10.curſu incerto, hieme maxima nauigandum.8.Att.11. Pro noſtro amore, pro ſtudiis, & omni curſu noſtro totius uitę. ad Planc.13.54.1.off.20. curſu ſuo luſtrato luna ſolē cōſecuta. de Vni.41. Si lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet.de Diu.110. curſus caſtrorū diſpares cōſeruantur una totius cæli cōuerſione.de N.d.2.15.curſus maritimi.pro Planc.78.curſus mēſtrui lunæ.de N.d.2.37. curſus octo ſeptem efficiūt diſtinctos interuallis ſonos. Sōn.Scip. 18. Qui ſi cōſeruatus erit, uicimus: ſin (quod dii omē auertāt) oīs oīm curſus eſt ad uos.ad Caſ. 12.64. Perpetui curſus, cōuerſioneſq. cęleſtes.1.de L.35. Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi qui uoluūtur ſtellarū curſus ſempiterni. S.S.14.curſus annuus ſolis.de Nat.d.2.36.curſus annuos ad cā rē & rōnem ſacerdotes finiunto.2.de L.17. Solis exortus, curſus, occaſus nemo miraſ, quia quotidie fiunt.ad Her.23. Stellæ curſus certos & cōſtantes habent.de N.d.64. Non mōtiuagos atq. ſylueſtres curſus luſtrationesq. patiuntur? Tuſc.5.58. Quis vnquam tam breui tempore tantos curſus conficere potuit? pro Pomp.10.curſibus annuis conficiuntur ſæcula.de N. d.1.16.curſibus inter ſe contrariis ſeptem orbes moueri iuſſit.de Vniu.33. Partus matureſcit nouem Lunæ curſibus.2.de Nat.d.100.

Curſor.

Ecce alius curſor: &c.2.de Diu.213.curſor ad Olympia proficiſci cogitās, uiſus ē in ſomnis curru quadrigarū vehi. mane ad cōiectorē. at ille, Vinces, īquit. Diu.2.110. Ladas & Boius curſores. ad Her.24. In ſtadio curſores exclamāt quāmaxime pōt.2. Tuſ. 95.2.de D.212. Hūc ſecutus ē C.hō ualde honoratus: &c.9.ſ.49

Curſim.

Tantum licet furtim, ſi quādo & curſim.de Or.132. Quæ ego ſero & curſim arripui, & ſucciſiuis operis, ut aiunt. Att.142. Vi-

de autem inter te & xuum tuum quid interſit: ille ſenſim dicebat, quod cauſæ prodeſſet: tu curſim dicis aliena. 2. Phil. 60. Cũ Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt. ad Her. 41. Alter in Aſiam irrupit curſim, ut in Syriam patebat uia certa, neque longa. 11. Phil. 291. Curſim pergere ad aliquẽ. Tuſc. 5. 10. Quid autem Plancius tam curſim? Att. 150.

Curſio.

Turbulenta illa atomorum curſio hunc mundi ornatum efficere non poterit. lib. 1. de Fin. 15.

Currus.

Currus quadriiugus. Tuſ. 1. 54. Etſi non modo omnes, uerum etiam multi Catones eſſent in ciuitate noſtra, in qua unum extitiſſe mirabile eſt, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? ad Caton. 15. 27. Quaſi in currum uniuerſitatis, animos ſideribus deus impoſuit. de Vniu. 53. Nec eſt melius quidquam, quam ut Lucullus ſuſtineat currum, ut bonus ſæpe agitator, equoſque. Att. 13. 24. Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt. pro Cęl. 44. Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Sexto. Roſc. Am. 35. Equis inſignibus & curru aurato in patriam reportari. poſt reditum in Senatu, 25. Cum ſacerdotem ad ſacrificium uehi curru fas eſſet. Tuſc. 173.

Curriculum.

Omne curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. 7. Phil. 222. Ratione & mente diuina, ad originem temporis curris, curriculum inuentum eſt ſolis & lunæ. in Timæo, Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumſcripſit. pro Rab. 23. Qui curriculum uiuendi a natura datum recte atque honeſte confecerit. de Vniũ. 55. Sol conſiſtens in cancro conuertit curriculum. in Arat. Vereor ecquodnam curriculum aliquando ſit habitura tua ſingularis induſtria. de Cl. Or. 166. Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum. de Cl. 96. Qui ex conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihorę curriculum coegiſti. pro Rab. 91. Sic iſti, cum in artis curriculũ deſcenderunt, aiunt, &c. ad Her. 24. Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. pro Mur. 137. Deflexit enim iam aliquantulũ de ſpatio curriculoque conſuetudo maiorum. de Am. 38. Tu cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumq., &c. pro Mur. 43. Si ne minimum quidem de eo curriculo uitæ, quod mihi ſemper propoſitum fuit, deceſſero. 4. Verr. 129. In hoc tam exiguo, tamque breui uitæ curriculo. pro Arch. 191. Qui tãtum abſit a primo, uix ut in eodem curriculo eſſe uideatur. de Cl. Or. 180. Athletæ in curriculo ſe exercent. de Sen. 82. Nec fas ducebam, uerſari me in noſtro ueteri curriculo illo æmulo atque imitatore ſtudiorum ac laborum meorum, quaſi quodam ſocio a me & comite diſtracto. pro Marc. 1. Ludis publicis quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, &c. 2. de Leg. 36. Curricula equorum. de Leg. 177. Hæ ſunt exercitationes ingenii, hæc curricula mẽtis. de Sen. 34. Tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, &c. de har. reſp. 19. Ciceronem oratorẽ ex academiæ ſpatiis extitiſſe, illa enim ſunt curricula multiplicium uariorumque ſermonum. Or. 198. Curricula uitæ breuia. Acad. q. ed. a. lib. 1. 32.

Curtus.

Eorum enim omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod ſequantur, quaſi curta ſententia. 4. de Fin. 60. Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, &c. de Or. 213. Meæ quidem & perfecto completoq. uerborum ambitu gaudẽt, & curta ſentiunt, nec amant redundantia. in Or. 96.

Curuatus.

Corpuſcula curuata, & quaſi adunca. 1. de Nat. d. 89.

Curulis.

Curulis ædilitas. de har. reſp. 24. Nun deniq. hæc ſedes honoris, ſella curulis umquam uacua mortis periculo fuit. in Cat. 118

Cuſtos.

Cuſtos, antiquiſſima deorum omnium, qui intra cælum gignerentur, terra. de Vni. 45. Cuſtos ac uindex cupiditatum. 2. de L. Agr. 37. Cuſtos dignitatis, fortitudo. 2. Tuſ. 58. Sapientia hominis cuſtos & procuratrix. 4. de Fin. 27. Cuſtos iuris ciuilis Prætor. 3. de Leg. 7. Tribonus pleb. præſes, cuſtoſque libertatis. 2. de L. Agr. 30. Malus cuſtos diuturnitatis metus. 2. Off. 31. Hermippus cuſtos T. Aufidio Prætore in frumento publico eſt poſitus. pro Flac. 37. Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator uiæ. 2. in Cat. 46. Senatus Reip. cuſtos, Præſes, propugnator. pro Sex. 120 Cuſtos ac Præſes tẽpli. pro D. ſua. 242. cuſtos & cõſeruator urbis. pro Sex. 45. Illa cuſtos urbis. 7. Att. 15. cuſtodẽ, inquit, Tullio me apponite. 1. Ver. 28. O pręclarũ cuſtodẽ ouium (ut aiunt) lupum. 3. Phil. 143. Tu me comitiis prærogatiuæ primũ cuſtodẽ præfeceras. Poſtquã iret in exil. 208. Etenim qui multorum cuſtodẽ ſe profiteatur, eũ ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. 2. Phil. Vrbs cuſtodẽ, nõ tyrannũ recepiſſe uideatur. 2. ad Q. fr. 7. cuſtodẽ urbis Cicero, omnibus ſuis rebus ereptis ac perditis, uiolari ab impiis paſſus non eſt, eamq. ex ſua domo in ipſius patris domum detulit. 2. de Leg. 41. Qui tribus, quas uoluit, uocauit nullo cuſtode ſortitus. cont. Rull. 70. Vigiles, cuſtodeſq. alicuius loci. 6. Ver. 84. cuſtodes dedit, caſtra in agro, uilla defenſa eſt. 13. Att. 66. Quotiens te pater eius domo ſua eiecit? quotiẽs cuſtodes poſuit, ne limen intrares? in Ant. 169 clamor a uigilibus, faniq. cuſtodibus tollitur. in Verr. 222.

Cuſtodio.

Delecta iuuẽtus, quæ tuũ corpus domumq. cuſtodit. pro Mil. 214. Hic cũ in urbe eſſem ac domi, tñ multa ſæpe tentata ſunt, ubi me non ſolum amicorum fidelitas, ſed ẽt uniuerſæ ciuitatis oculi cuſtodiunt. 12. Phil. 333. Multorum te ẽt oculi & aures nõ ſentientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur atq. cuſtodiẽt. 1. in Cat. 4. Facut diligentiſſime teipſum mi Dolabella cuſtodias. Dolab. 9. 14. 19. Tueri, defendere, cuſtodire, incolumemq. ſeruare aliquem. 10. Phil. 287. cuſtodire & proferre aliquid, contraria. 15. Att. 25. Literis cuſtodire quæ a ſummis oratoribus de eloquentia diuinitus dicta ſunt. 2. de Or. 5. Percipere animo, & memoria cuſtodire. 1. de Or. 63. Salutem alicuius cuſtodire. pro Planc. 1. cuſtodior undiq. 10. Att. 40. Liber tuus & legitur a me diligenter, & cuſtoditur diligentiſſime. ep. 82. Aliquem cuſtodiri ut parricidam. Att. 277. Fac itaq. ut ſe abs te cuſtodiri atq. obſeruari ſciant. de Petit. Conſ. 36. Orationem tibi miſi, eius cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum ſit. Att. 243.

Cuſtodia.

Aedes Caſtori & Polluci in foro dedicata. de N. d. 62. Vt cū audiſſent ſimulachrū Iouis Opt. Max. dedicatū, legatos mitterēt. in Ver. 214. Nā qui ſe ipſe norit, primū aliquid ſe habere ſentiet diuinum: ingenium ſe ſuum ſicut ſimulachrorum aliquod dedicatum putabit, &c. 1. de Leg. 88. Mens, fides, virtus, concordia conſecratæ, & publice dedicatæ ſunt. 2. de Nat. d. 113. Publice vota & dedicata templa. 3. de Nat. d. 30. Dedicata publice Romæ templa Menti, Pietati, Virtuti, Fidei. 2. de Leg. 29.

Dedicatio.

An conſecratio nullum ius habet, dedicatio eſt religioſa? pro D. ſua, 95. Niſi quē forte illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret. pro D. ſua, 80. In dedicatione quid quærēdum. pro D. ſua, 97. Δεδύχθαι 13. Att. 22.

Dediſco.

Eloquentia loqui pene dediſcit. de Cl. Or. 169. Verba mihi deſunt, dediſcique loqui. in Brut. 25. Ob eamque cauſam iuuentus noſtra dediſceret pene diſcēdo. 3. de Or. 58. Deinde vereor, ne, neſcio quid illud, quod ſolebas, dediſcas, & obliuiſcare cœnulas facere. Pæto, l. 9. 24. 6. Etenim ſi vult bonorū virorum inſtituto viuere, multa oportet diſcat atque dediſcat. pro Quint. 20. Hęc uerba mutari, dediſcique poſſunt. de Cl. Or. 88. Dediſcēdæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui. Pæto, lib. 9. 20. 5.

Dedo.

Abduco equidem me ab omni Reip. cura, dedoq. literis. ad Q. fr. 326. Dedo pœnas temeritatis meę. Att. 9. 161. 3. Primum Scæuolę te dedidiſti. de Or. 165. pro Piſā. 61. Saturnalibus mane ſe mihi Pindentiſſæ dediderunt. Att. 78. Itaque ei ſtudio ſe excellentiſſimi ingenii homines dediderunt. de Or. 148 Eius religione te vinctum aſtrictumque dedemus. in Ver. 221. Imperatore Samnitibus dedito. de In. 73. Cum pater patratus ex S. C. Mācinū dediſſet de Or. 100. Huic diſcendi quærendique diuinæ delectationi toto ſe animo dedidiſſent. 5. Tuſ. 8. Cum ſe ad audiēdū, legendum, ſcribendumque maiore opera dederit: exſtat talis orator, qualem quærimus. 1. de Ora. 48. Conſtrictum aliquem dedere hoſtibus. Poſt reditum ad Quir. 10. Dedere aures ſuas poetis. pro Archia, 19. Quem cum ſententiis iudicum tradidiſſet, eum telis militū dedere. pro Mil. 101. Patria cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. 2. de Leg. 4. Dedere ſe ægritudini. Tuſc. 3. 59. & 1. 4. 68. At. 136. ſe angoribus. Off. 2. 3. ſe totum alicui. 2. de Leg. 9. ſe doctrinæ. Off. 1. 101. ſe lamentis muliebriter, lachrymiſq. 2. Tuſc. 43. ſe languori, deſidiæque. Off. 1. 173. de Or. 210. ſe libidini alterius. de Fin. 78. ſe totum libidinibus. Tuſ. 1. 59. ſe vni alicui, & deſerere ceteros. de Petit. 210. pediſtati, crudelitatiq. dedatur. pro Quint. 41. Non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur. pro Roſc. Am. 5. Qui porcam tenuerit, dedi oportere. de Inu. 73.

Deditus.

Deditus auctoritati alicuius. pro Mil. 3. Deditus conſiliis. 5. Phil. 185. Puer deditus diſciplinis & iis artibus, quibus, &c. pro Cæl. 53. Epicuro deditus. de Fin. 114. Deditus omni generi literarum. Ac. q. ed. 1. l. 2. 4 Is ciues Romanos coluit, iis indulſit, eorum uolūtati & gratiæ deditus fuit. in Ver. 160. Homo grauitati deditus pro Cęl. 50. Quin nobilior iam patrio inſtituto deditus ſtudio literarum. de Clar. orat. 171. Deditus amatoris leuitatibus. 2. de Fin. 91. Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. pro Cæl. 47. Vt te admoneam, quod ipſe literis omnibus a pueritia deditus, experiendo magis, quàm diſcendo cognoui. ad Lent. 1. 7. 35. Att. 4. 84. 2 Totus deditus mihi. 14. Att. 16. Q. Cæpio nimis equeſtri ordini deditus. de Cl. Or. 185. Deditus philoſophiæ. Ac. q. ed. 1. l. 2. 4. Hoc magis ſū Publio deditus, q. &c. Licinio, l. 5. 8. 10. Vir religionibus deditus. pro D. ſua, 238. Ac iā tū erat adoleſcentulus his ſtudiis mirifice deditus. 1. de or. 30. pro Archia, 1. Voluntati bonorum & auctoritati Senatus deditus. pro Mil. 70. Deditus voluptatibus. 1. de Fin. 88. & 5. 5. off. 2. 3. Vita vitiis flagitiiſq. omnibus dedita. pro Roſc. Am. 22. Que ſi vobis, ſi ſuis, ſi Reip. conſeruatis, addictū, deditū, obſtrictum uobis, ac liberis veſtris habebitis. pro Cæl. 63. Fateor me his ſtudiis eſſe deditū pro Arch. 188. Opera dedita facere aliquid. de or. 161. Vt igitur hęc ſcireſ, dedita opera has ad te literas miſi. 15. ad Att. 11. Vide quibus hominibus aures ſint deditæ meę. Att. 2. 19. 3.

Dediticius.

Itaque id Senatuſconſultum plerique interpretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue dediticios pertinere. ad Br. 3. 5.

Deditio.

Atque huius deditionis ipſe qui dedebatur, auctor fuit. Off. 74. Spem deditionis non ademit, obſideſque imperauit. pro Leg. Man. 25. Locum alicui reliquum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem facere. 13. Phil. 383. Maiores noſtri belliſiſſimas gentes in deditionem imperii redegerūt. 4. Phil. 361.

Dedoceo.

Si a Polyæno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quam illam ēt ipſam dedocere. 1. de Fin. 16. & 81. 2. de Or. 40. Cum docendus iudex eſt, aut dedocendus. de or. 115. Vt coercēdi magis, quam dedocendi eſſe videantur. de Fin. 59.

Deduco.

Epicuros atomos de uia deducit. de Fat. 144. Si aliquo eū deducit, ubi futurus ſit æternus. de Sen. 61. Eloquentia deducimus perterritos a timore, & conſolamur afflictos. de Nat. d. 56 Cuius (ſolertiæ) quidem uos maieſtatem deducitis uſque ad apum formicarumque perfectionem. 4. Ac. 216. Rē huc deduxi, ut iā palā pugnare poſſetis, cū hoſtē aperte uideretis. 2. in Cat. 27. Opera mea factū eſt ut Nō deduxi (inquit) Seruiū. pro Flac. 153 Deduxiſti coloniā Caſilinum, quo Cæſar ante deduxerat. 2. Phil. 101. Diu. 66. Nā eo quoq. colonos P. Rupilius deduxit. 4 Verr. 87. Nā nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesq. tāquā hoſpites, tui libri quaſi domū deduxerunt. tertiam Iſidori mimi filiam. 4. Verr. Noſter quidē hic natura iuſtus vir ac bonus ēt colloquetur, iuuabit, in uiam deduceret. 1. de Leg. 60. Vt contra omniū ſententias dies pleroſq. deduceret. 1. Ac. 65. id eſt, prolongaret Cū magna multitudo ciuiū me ā domo deduceret. 1. f. 25. vt illa de his oppidis, quæ extra ſuam prouinciā occupauiſſet, pręſidia deduceret. Att. 7. 47. Vt oēs bene ſanos in uiā placatę tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret. de Fin. 1. 55. Feceriſti ēt, ut me, &c. prope de vitæ meæ ſtatu, dolore ac lachrymis tuis deduceres, vt ego iſtū accuſarē. 4. Ver. 7. Quæ uā ratio tū de ſententia deduxiſſet, reſpōdit, &c. 2. Tuſ. 52. Quæ tandē ea eſt diſciplina, ad quē me deducas, ſi ab hac abſtraxeris? 4. Ac. 104. Da operam ut eos de illa prauitate animi deducas. de Petit. Conſul. 27. Studia nihil proſunt perueniēdi aliquo, niſi illud, quod eo, quo intēdas, ferat, deducatq., cognoris. 1. de or. 67. De iis diuitiis ſibi deducant drachmā, reddant cetera. 1. de Diu. 216. Quē nulla conditio pecuniæ ab ſumma integritate continentiaq. deduxerit. ad Q. fr. 291. Si quis me de hac animi leuitate deduxerit. in Cat. 210. Deducere perterritos a timore. 2. de N. d. 112. ab humanitate, integritate, & religione aliquem. 6. Ver. 10. ad Q. fr. 1. 1. 12 id eſt, auocare ad cauſam & crimē. pro Planc. 13. Aquā ad utilitatem agri deducere. 2. de Diu. 105. cauſam in iudicium. de Opt. gen. Or. 150. colonos in agros. 5 Phil. 170. Vt cuius diuitiæ me de ſide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecuniis de honore deiiceret. in Ver. 71. Deducere de poſſeſſione. in Rull. 69. de prouincia. de Prouinc. Conſ 10. 1. ad Q. fr. 22. i. reuocare de templo. 2. de Inu. 157. ex hortulis in Academiā. 1. de Leg. 81. ex aliquo loco milites. 7. Ver. 70. in aciē. 15. f. 24 in anguſtum. Ac. q. ed. 2. l. 1. 27. aliquem in carcerem. 2. de Inu. 129. homines in colonias. 5. Phil. 165. in diſcrimē. Plācus ad Cic. 10 24. 9. Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium. Att. 1. 36. Deducere in ſedem aliquā hoſpitalē. pro L. Agr. 52. iē ad extremū certamen. 8. f. 35. in ep. Cælii. Deducere teſtes. 6. in Verr. 82. & pro Flac. 72. Dicēdo uoluptates impellere quo uelis, unde autē uelis deducere. 1. de or. 16. Quorū ſcelerum pœnis agitatur, a mente conſilioque deducitur. 3. Ver. 4. Ad cū agnū non caſu, ſed duce deo ſeruus deducitur. de Diu. 116. Conjectura omnis ingeniis hominū in multas ac diuerſas, aut ēt cōtrarias partes ſæpe deducitur. de Leg. 180. Ego huc uniuerſa cauſa deducitur, utrum, &c. pro

Sext. Roſc. 50. Plerumque autem parétum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem, moremque deducimur. 1. Offic. 366. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut, &c. Att. 9. 183. 1. Cicerones noſtri ſunt apud Deiotarum, ſed ſi opus erit, deducentur Rhodum. Attic. 78. Cum deducaris ab eo, quicum libentiſſime vixeris. 1. de Iou. 117. Vt is qui audit, ad fletum miſericordiamque deducatur. 2. de Orat. 202. Ne uerba aſpere concurrant, neue vaſtius deducantur. de Orat. 159. Placuit Cæcinæ de amicorum ſententia, conſtituere. quo die in rem præſentem ueniretur, & de fundo Cæc. moribus deduceretur. pro Cæc. 14. Partitionis caput ſcriptum caute, ut centum nummi deducerentur. 2. de Leg. 83. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ uidentur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. de Senect. 58. Deduci a mente & conſilio. 3. Verr. 4. & 7. 4. A triſtitia & acerbitate commode ac hilare dicto deduci. 2. de Ora. 185. Deduci a uia recta. ad Her. 27. Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt. 1. fami. 2. Deduci ad ſalutem alicuius. pro Syl. 66. Deduci periculo de animi lenitate. in Cat. 47. De ſententia deduci. de Cl. Orat. 173. & Attic. 25. Homines coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina ſciebam pro Mure. 136. In multas ac diuerſas, aut etiam in contraria partes deduci. Diu. lib. 2. 42. Deduci in ſimilitudinem alienæ culpæ. pro Rab. Poſthum. 2. Odoror quam ſagaciſſime poſſum, quo iudices deduci oratione facillime poſſe uideantur. de Orat. 125. Coſſ. præſidia deducturi ſunt. Attic. 130. Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo, deducendoque, uidere quę reliqui ſumma fiat, ex quo quantũ cuique debeatur intelligas. 1. off. 86.

Deductus.

A dolore deductus eſt (Dionyſius). 2. Tuſcu. 101. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scæuolam, &c. de Amic. 2. Homo deductus ex ultimis gentibus. 13. Phil. 365. Ea cum uſque in capitolium deductus, maximo clamore atque plauſu in roſtris collocatus ſum ad Brut. 3. 3. Domum ad iſtum in ius deductus eſt. 5. Verr. 46. Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitii amicitię ius, officiumque præſtaret. Terentiæ, lib. 14. 10. Sed quoniam res eo deducta eſt, non quęram ut ſcribis, &c. Atti. 7. 123. 7. Si prius expoſuero, quæ cauſa iudicium deducta ſit. de Opti. gen. Orat. 244. In eum locum res deducta eſt, ut niſi qui deus uel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. Titoni, lib. 16. 11. 1. Hoc dicam, bene a patre continuo ad me eſſe deductum. pro Cæl. 6. An me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum? Attic. lib. 2. 20. 1. in Cat. 38. de Cla. Ora. 48. Qui quidem cum in fraudem ſe deductum uideret, manus quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. Plancus ad Cicero. 10. 48. Sed ſunt in illo numero multi boni, docti prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt. pro Flac. 6. Si in teſtamento deducta ſcripta non eſſent. de Leg. 180.

Deductio.

Ex quo illa mirabilis a maioribus Albanæ aquæ deductio eſt. 1. de Diuin. 162. Deductio coloniarum in agros aliquos. contra Rull. 63. Ne qua deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat. ad Attic. 59. Ibi tum Cęcinnam poſtulaſſe, ut moribus deductio fieret. pro Cæcin. 19. miſera & crudelis militum in oppida deductio. 1. Phil. 73. Rationis deductio in cauſæ conſtitutione. 1. de Inuen. 27. Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tamquam riuorum a fonte deductio. in Topic. 17. Qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, &c. pro L. Agr. 90. Deductionem ex pecunia facere. 1. Ver. 18. & 5. 155. Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. in Verr. 189.

Deductor.

Deductorum officium, quod maius eſt, quam ſalutatorum, &c. de Petit. Conſul. 29. Huius autem rei tres ſunt partes: una ſalutatorum, cum domum ueniunt: altera deductorũ, tertia aſſectatorum. Qu. Cic. ad M. Cic.

Deerro.

Si nullis tranſitionibus utemur, ſi non deerrabimus ab eo quod cęperimus exponere. ad Her. 3. Ait iſte eos, ſimilitudine loci deceptos, angiporto toto deerraſſe. ad Her. 40.

Deſatigo.

In quo ille tot & tales uiros defatigat? pro Quint. 7. Hęc etſi adhuc non magnopere mihi tuliſſe fructum animaduerto, tamen non deſpero: nec defatigabor permanere non ſolum in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore & periculis. 12. famil. 30. Profecto nunquam conquieſcam, neque defatigabor, ante quam percepero, &c. 3. de Orat. 81. Ne defatigere, neu diffidas, ſemper in præſentibus malis prohibendis futura quoque, niſi ante ſic occurſum, explores, ne ſe inſinuent. ad Brut. 50. in epiſt. Bruti. Id eſt, animum non abiicias & deſpondeas. Egerunt gratias, & ne defatigaretur, orauerunt. de Cl. 172. Laborare & defatigari, idem de Cl. Or. 167. Defatigari aliquem in aliquo negocio. de Leg. 190. Noli igitur in conſeruandis bonis uiris defatigari. pro Marcel. 134. Deſatigari ſatietate alicuius rei. 2. de Or. 94.

Deſatigatus.

Deſatigatus in Repub. conſeruanda. Planc. 10. 19. 4. Puella defatigata petiit a matertera, ut ſibi concederet, ut in eius ſella requieſceret. de Diu. 101. Vel animo deſatigato, qui nunc requiem quærit. epiſt. 70. Quamquam ſumus iam defatigati, ſed nulla laſſitudo officium impedire debet. epiſt. 199. Animi defatigati ab aduerſariis multitudine verborum. ad Her. 3. 109.

Deſatigatio.

Nulla res ei finem cædendi niſi defatigatio & ſatietas attuliſſet. 5. Phil. 178. Defatigatio miſeriarum ægritudines cum faciat leuiores, intelligi neceſſe eſt, non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe mœrorum. Tuſcul. 3. 57. Defatigatio quærendi turpis eſt, cum id, quod quæritur, ſit pulcherrimum. 1. de Finib. 3. Ne qua poſſit animum tuum defatigatio retardare. ad Her. 6. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas eſſe in oratione uoluerunt. de Orat. 159. Armis defatigatione abiectis. 6. famil. 7. Deſatigatione deſiſtere aliquid facere. pro Sex. 58. Deus morbum non metuens ex deſatigatione membrorum. de Nat. deo. 2. 43. Corpora quidem exercitationem defatigatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. de Sen. 32. & 78. de 3. Orat. 95. 3. Tuſc. 115.

Defectio, Defectus, *Vide Deficio.*

Defendo.

Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego. pro Syl. 37. Nullum ſcelus defendo ac tego. pro Syl. 65. Equidem ſiquando audio, tam defendo, quam me ſcio a te contra inimicos meos ſolere defendi. ad Marium, lib. 11. 27. 15. Qui autem nec defendit nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quam qui, &c. 1. Off. 36. Pudor defendit aliquem. Metellus Cic. 5. 1. 1. Vna veſtita pampinis, nimios ſolis defendit ardores. de Se. 49. Ne locum ſuum, quem adhuc honeſtiſſime defendit, obtineat. pro Quint. 23. Qui non defendit iniuriam, neque propulſat a ſuis. 3. Off. 97. Defendunt leges ac tuentur bonos. 2. de Legib. 11. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates ſunt, cuiuſcunque ſint ordinis. pro Sex. 120. Dentibus ſe defendunt apri. 2. de Nat. deo. 96. Oratam Craſſus, Gratidianum defendebat Antonius. 3. Off. 88. Cauſarumque illuſtrium, quaſcunque defendi, nunc quammaxime conficio orationes. de Sen. 34. Ego ſemper otio ſtudui, pacem defendi. 8. Phil. 140. Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. de Orat. 153. Hortenſius Syllam de ambitu defendit. pro Syl. 4. Quæ defendam a te pie fieri. 11. famil. 45. Defendemus nos omnium vel locis. 5. Atti. 35. Defende me ac ſuſcipe. 10. famil 22. in epiſt. Planc. A quo periculo defendite iudices ciuem fortem atque innocentem. pro Font. 32. Non libertate ſolum, ſed etiam omnibus præmiis digniſſimos fuiſſe qui domini caput defendiſſent. pro Mil. 43. De ſeruis Milonis. Si ſocios æquitate & fide defendiſſent. Off. 2. 37. Ego fratrem cum equitatu mittam, qui ſequatur, Italiam a vaſtatione defendat. Plancus ad Cic. 10. 15. 10. A calamitate defendere aliquem. pro Legib. Man. 9. aliquem contra cri-

men.pro Deiot. 1. Diligentiſſime aliquem tueri atque defendere. epiſt. 127. Publice priuatimque aliquem defendere. 4. Verr. 81. Recte ac iure defendere aliquid. pro Mil. 5. Defendere aliquid loco communi. Acad. quæ. ed. 1.lib. 2.71. quid ſit, vide in dictione Communis. Præſidio & periculo ſuo defendere aliquid. pro Sex. 14. Defendere alicuius cauſam. Tuſc. 5. 74. Lege & præſidio legis, cauſam defendere. pro Clu. 114 Videtur etiam, ſi hac ſententia iuris nudata ſit, poſſe facile cæteris armis prudentiæ cauſas tueri atque defendere. 1 de Orat. 44. Defendere commoda ciuium. Off. 2.122.audacter ſua decreta.de Finib. 2. 25. diem aut tempus aliquod.2. Philipp. 108. Domum ac deos penates aliquo oppugnante defendere.pro Mil. 29. Illud autem ſuperius, ſicut caput & famam tuam,defendere neceſſe erit. Acad.quæſt. ed. 1.lib.2.111. Amici fortunas defendere. pro Mur.4.honorem ſuum.6.Verr.72.maleficium. pro Syl. 14. nocentem & nefarium impiumque.Off.2.72. Quod centias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere. epiſt.58. Defendere pericula ciuiũ.pro Mur.4.D.pugnaciſſime.Acad.queſt.ed.1.lib.2. 9.Rationem defendere.2. de Finib. 118.Rempub. conſilio & authoritate.Cat.15.Communem ſalutem Reipub.pro Mur.4. Se acri animo.pro Mil. 21. Excuſatione adoleſcentiæ ſe. pro Cæl.34.Se telo.pro Mil.6.ſententiam aliquam.Acad. quæſt. ed.1.lib.2.57. Sed quod videntur acutiſſime ſententias ſuas, prudentiſſimeque defendere.Diu.2.115.2. de Fin. 3. Defendere ſine vlla dubitatione quod non ſatis eſt exploratum. de Nat.d.1.1.Tecta ſua defendere, & ab aris foſſis, ferrũ, flãmamque depellere.pro Sex.78.Veriſimile nonnunquam, etiam ſi minus ſit verum,defendere,eſt patroni.2.Off.73. Hoc quamquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed præuaricari accuſatori videbatur. pro Clu. 45. Cum vi vim defendere.pro Mil.6. vitam ab inimicis. pro Mil. 4. Vitã ſuã noctis & fugæ præſidio,non iuris iudiciorumque defendere. pro Sext.65.alicuius utilitatem.13. fa. 20. a Cyrenaicis melius,liberiuſque defenditur. lib.1.de Fin. 17. Grauiſſimeque & uerisſime defenditur numquã utilitatem ab æquitate poſſe ſeiungi.de Fin. Quę plurimorum patrociniis defenditur. Parad.17.Defendebatur teſtibus collegis ſuis, non recitãdi cauſa legiſſe,ſed recognoſcendi.in Vat.3.Ab hoſtibus defendi paludibus & itinerum anguſtiis,& altitudine montium.2. de L.Agr.57. Quas putet probabiliter defendi poſſe. Ac.q. ed.1.l.2.129.Tam ſunt defendenda,quam mœnia. Ac. q. ed. 1.lib.2.127.Meque tibi in omnes partes defendendum putes. 5.fam.25.in ep. Vatinii.

Defenſus.

Itaque re magis,quam auctoritate, cauſa illa defenſa eſt. de Amic 79.Defenſa & collaudata philoſophia.l.1.de Fin.2. Prouincia an hoſtium populatione defenſa.pro Font.28.Sex igitur hæ ſunt ſimplices de ſumma bonorũ malorumque ſententiæ:duę ſunt ſine patrono,quatuor defenſæ.5.de Fin.34.

Defenſito.

Cuius ſententiam ita ſtudioſe defenſitabat.Ac.q.ed.1. lib. 2.139.Fannius cauſas defenſitauit.de Cl.Or.51. 1. Off. 169. Ac.q.ed.1.l.2.65.Idem hæc non acrius accuſauit in ſenectute,quam antea defenſitauerat. Ac.q.ed.1.l.2.63.

Defenſor.

Aſſiduus defenſor & ꝓpugnator fortunarũ alicuius. Poſt reditum in Senatu 34.Cuſtos, defenſorq. iuris & libertatis. pro Rab.perd.reo.7.Defenſorem ſui iuris: ultorem iniuriarũ actoré totius cauſæ adoptare.1.Verr.29.Paterni iuris defenſor,& quaſi patrimonii propugnator ſui.1.de Or.126 Defenſor necis.pro Mil.43.Defenſor pacis.4. fam.1. Defenſor periculi pro Mur.3.P.Lentulus,ultor ſceleris,propugnator Senatus,defenſor veſtræ uoluntatis.patronus illius publici conſenſus,reſtitutor ſalutis meæ.pro Mil.30.Part.32.Defenſoris officium.4.ad Her.204. Acerrimum defenſorem alicuius in re aliqua ſe oſtendere.Lent.1.1.6.

Defenſio.

Breuis defenſio.pro Cæl.5.Criminis defenſio.pro Mil. 4. Propugnatio ac defenſio dignitatis.Lent.1.7. 7. Innocentiæ defenſio ſæpe multorum improbitate interclusa reſpirat.pro Cl.145.Defenſio accuſatione laudabilior. Off.2.69.Sed hæc quidem eſt perfacilis & perexpedita defenſio. de Fin. 3. 30. Præclara defenſio facinoris.in Vat. 21. Vtriuſque rei facilis eſt & prompta defenſio.de Or. 105. Defenſionis prætermiſſę, deferendique officii plures ſolẽt eſſe cauſæ.Off.1.41. Defenſionis unum corpus eſſe debet.Brut.110. Vt ea pars defenſionis relinquatur.4.Acad.144.Rationem defenſionis tentare.4.Verr.18.Neque auxilium modo defenſioni meæ, uerum etiam ſilentium pollicetur.pro Mil.1. Comparabit defenſionẽ ex conſtitutionibus ab actore inductis defenſor.2.de Inu. 179.Nam qui non pœnam confeſſioni,ſed defenſionem dedit is cauſam interitus quærendam, non interitum putauit. pro Mil.11.Habere defenſionem in iudicio.Diui.12.4.in defenſionem ingredi.1.de Inu.35.Probare defenſionem ſuam aliquibus.pro Mil. 8. Defenſionem facinoris a natura iuſe aliquo quærere.1.de Leg.30.Suſcipere defenſionem dignitatis alicuius,& in ea perorare.Licin.5.8.14 Defenſionem iuris ſuſcipere.pro Mil.104.Defenſione eget meum factum.16.Att. 20.In defenſione ſpem cauſæ ſuæ ponere.pro Cæc.2. Vti defenſione aliqua.4.Verr.18. Quod cauſarũ defenſionibus adeptus es.de Petitione Conſ.15.

Defero.

Atque iſtam partem uitæ conſuetudiniſque noſtræ totam ad te defero ep.16.Vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero.6.fam.35.Quidquid auctoritate,fide,conſtantia poſſum,id omne ad hanc rem conficiendam tibi & populo Romano polliceor & defero.pro L.Man. 49. Deferri ad coniectorem quidam ſomniaſſe,&c.de Diu.136.Is cauſam ad te defert.ad Titium.li.11.80.pro Flac 39.Sopater iterum fles,ad Senatum defert iſtius cupiditatem,minaſque demonſtrat.6.Ver.77.Qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferunt. pro Clu.114.Te eſſe ſolicitum multi ad nos deferunt.,ep.47. Sic ad nos omnes fere deferunt,nihil te fieri poſſe iucũdius. ad Q.fr.297.Commodius feciſſent Tribuni plebis Quirites, ſi quæ apud uos de me deferunt,ea coram potius me præſente dixiſſent.3.de L.Agr. Ad hunc ordinem res optimas deferebat.in Ant.153.Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris,non temere libertis ſuis deferebãt. Att. 292. in Ver.114.Ad quem Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant.de Nat.d.5.Cum ad uos iudicia communis ca[illegible] detuli.pro Sex.28.Nomẽ hominis audaciſſimi detuli. 3.Ver. 10.Interea tibi abſenti,&c.optimo filio tuo ſtudium,officiũ, operam,laborem meum iampridem & pollicitus ſum,& detuli.Cęc.6.25.Hanc meam uoluntatem ad matrẽ tuam detuli. ep.94.Eique nec opinanti uoluntatem tuam per literas detuli.ep.211. Quem crudelitatis auctorem fuiſſe dicebas,ad hũc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detuliſti,&c.pro D.ſua.17.Omnem & ſuam auctoritatẽ, gratiam,copias,opes ad hoc negotium conficiẽdum detulit. pro Flac.11.Hoc Curio ad patrem detulit,ille ad Pompeium, res delata ad Senatũ eſt. Att.38.Populus Romanus mihi omnes honores detulit.de Prouinciis Conſul.79 Nomen amici mei de ambitu detulit.pro Cæl.60.Vltro mihi Cæſar omnia detulit.Figuln.l.4.13. 4. Quæ tibi nõ antequã poſtulares,maiora quã uelles,plura quã ſperare, detulit Senatus Octauio. 330.In prætura,in Conſulatu præfectũ fabrum detulit: conſilium hominis probauit; fidem eſt complexus, officia, obſeruãtiamq. dilexit pro Cor.Bal.51.Itaq. ad me iudices, præter ceteras,hãc querimoniã Sicilia detulit lachrimis.7.Ver.101.M. Ant.Cõſ.C.Cæſari dictatori regnũ detulit, Cęſar uti noluit. in Ant.177 Rẽ ad populũ detulit.off.3. 153. Quã uocem ad Cat.ſtatim Fau.detulit.pro Mil.106.Ea non petẽti detulerũt quæ multis petentibus denegarunt.pro Cæl.3. Hæc eis iudices detulerunt,rei confeſſi ſunt in cat.119. Ligarianã præclare uendidiſti:poſthac quidquid ſcripſero tibi ꝑ præconiũ deferã.Att.13.169.1.Si quis eſt honos ſingularis,P.R.cum,cui noluit,deferat.cõt.Rul.75.in Piſ.1.Att.l.2.20.3.10.f.11.Sed quã multos fuiſſe putatis,qui,quæ ego deferrem,nõ crederent. in Cat.105. Quę ſi ciuitas ꝑ bonos uiros,grauesq. homines,querelas ad uos detuliſſet,&c.pro Fl.41.Hos ad magiſtros ſi qua te fortuna Cato detuliſſet,nõ tu quidẽ,&c pro Mur.139 Si iudicia iam facta domo deferamus ad cãs.pro Cl. 3. Quod ultro & detulerim legationẽ,cũ multis petẽtibus denegaſſẽ. Ther. l.13.56.2.Cincius ſiqd ad me tui negotii detulerit, ſuſcipiã. Att.1.111.24.Multos eẽ arbitror,qui ad Cæſ.detulerint,me pęnitere conſilii mei. Att.177.Deferre ad aliquẽ quæ audiuimus.3.Ver.95.3.off.153.ad Bru.15.1.Quod ſi ẽt poſſis quid uis deferre ad alterũ,uidendũ eſt tñ quid ille poſſit ſuſtinere. de Am.63.Deferre ad põtifices. ꝑ D.ſua.239.ad Sẽ.aliquid. 1.Phil.2.ætatulã ad libidines alicuius.de haru.reſp. 38. bellũ ad aliquẽ.11.Phi.30 2.beneficiũ ad aliquẽ.pro Pl.Beneficia dormientibus 7.Ver.141.ciſtellã.1.ad Her. 21. crimẽ in aliquem.pro Deio.21.curã,pro Mur.32.diſſenſionem ad patronos.pro Syl.45.facinus quoddam alicui.2 Phi.65.facultatem alicui.Att.11.221.5.honorem,uel imperiũ ad aliquem. pro Do.17.in aliquẽ locum.Att.12.19.3.in beneficiis.5.fam.59.

Deflexus.

Deflexus.

Aetas iam a diuturnis laboribus deflexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione mollijt. Att.9.186.7. Amnes in alium curſum contorti & deflexi.1.de Diu.70.

Defleo.

Defleui coniugis miſeræ diſſidium.pro D.ſua.232.Itaque illud initium ciuilis belli defleui.10.f.67.Sæpe enim inter nos caſus defleuimus. de Cl.Or.184.

Defletus.

L.Craſſi mors a multis ſæpe defleta 3.de Or.6.Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet:non liberi defleti non fortunæ omnes a uictoribus poſſiderentur. 1. Tuſc. 136.Sed hæc ſatis diu multumque defleta ſunt.13.Phil. 3 50.

Defloreſco

Mature.n.& celeriter(amores)defloreſcit.pro Cæ.35.Formæ dignitas aut morbo defloreſcit,aut uetuſtate extinguitur.4.ad Her. 189.

Defloreſcens.

Alter ornatus,acer,& nõ talis,qualẽ tu,ô Brute iam deflorẽſcẽtem cognouiſti, ſed uerborum & actionis genere cõmotior. de Cl.Or.176.

Defluo.

Defluunt hæc a ſuperis in terram.2.de Nat.d.13.Iam ipſe defluebant coronæ.Tuſ.5.45.Ad leues amicitias defluxit oratio. de Amic.82.Nam ex nouem Tribunis,quos tunc habuerã,unus me abſente defluxit.pro Sext.59. Hoc totum e ſophiſtarum fontibus defluxit in forum.in Or.52.Vbi ſalutatio defluxit,literis me inuoluo,aut ſcribo,aut lego.ad Pætum,1.9.47. Nequid excidat,aut nequid in terram defluat.de Ami.52.Defluere a neceſſariis artificiis ad elegantiora.Tuſ.1.50.Nec a ſuperis defluere in terras.2.de Nat.d.57.Neceſſe eſt quod redũdaret de ueſtro frumẽtario,queſtu,ad illum poriſſimũ,per quẽ agebatis,defluxiſſe. 5.Verr.131.

Defodio.

Nouaculam illam defoſſam in comitio.ſuperque impoſitũ puteal accepimus.de Diu.87.Si aurum cui,quod eſſe multifariã defoſſum,commonſtrare uellem.2.de Or.97. Reſpondit conte ctor,theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. fodit: inuenit auri aliquantum.idque circundatum argento:&c.2.de Diu.199.

Defore.

Tamen non defore,qui illa reſtituerent,&c.con.Rull.88.

Deformo.

Legant hanc eius concionem,de qua loquor, in qua Pompeium ornat,an potius deformat.de haruſp.reſp.48.ideſt,dehoneſtat.Ille quem ſupra deformaui,uoluntarius amicus mulieris pro Cæc.10.Qui ſunt qui Italiam deformarũt? Carthaginẽſes. ad Her.28.Aut ſi quære deformabimus,aut ſi cruentam,aut ceno oblitam,aut rubrica delibutã inducamus. ad Her. 53. Vt ad ea,quæ accuſatores deformãdi huius cauſa,detrahẽdæ ſpoliandæque dignitatis gratia dixerũt,primũ reſpõdeant. pro Cæl.3.

Deformatus.

Mortuus,deformatus,tumore præditus , corpore decoloratus.ad Her.1.81.Deformatus , atque ornamentis omnibus ſpoliatus.pro Qu.61. Deformatus corpore,fractus animo.At.2.53. Deformata ciuitas. 3. de Or. 5. Deformata ignominia . imago pro Mur.79.Hanc omnibus a me pictũ & politum artis coloribus,ſubito deformatum non ſine magno dolore uidi.At.2.36. 9.Si hominem deterrimum poeta aliquis:fictis cõquiſitiſque uitiis deformati,inquinati,peruerſi,conturbati. de haruſp. reſp. 22.Deformati parietes.3.Tuſ.76.Quæ ira a fortuna deformata ſunt ut tamen a natura inchoata compareãt. pro Syl.64.

Deformis.

Deformis & horridus ager. 5.Verr. 35. Aſpectus deformis. 1.Off.177. Deformis claudicatio.d.1.58.Motus ſtatuſue deformis.5.de Fin.62.Deforme eſt etiã de ipſo prædicare. pro Cæl. 38.Id tanquam tam acerbe ferret M.Cælius, ut eum pœniteat non deformem eſſe natum pro Cæl.4. Grauitas honeſtis in rebus ſeuere,iocus in turpiculis & quaſi deformibus ponitur. 2. Or.137.Nec eam diligere minus debes,quod deformior eſt,ſed miſereri potius.Macel.4.9.13.

Deformitas.

Deformitas animi,ut corporis perinſignis prauitas offenſionis aliquid habere debet. 1.de Leg. 38. Deformitas corporis. Off.3.143.Deformitas fugæ,negligẽtæque alicuius.Att.9. 36. Deformitas in ampliſſimis omnibus honorum.10.fa.12. Deformitas mẽbrorum.Tuſc.4.22.Non modo dignitas nulla erit, ſed erit ſumma deformitas.Planc.10.6.8.Et autem deformitas corporis uitiorum ſatis bella materies ad iocandũ.2. de Or. 231.Integritatem angũſtiorum omniũ,deformitatẽ,morbum debilitatem,mala externa.5.de Fin.139.Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem,prauitatemque ueniamus. 1. de Or. 76.Et diſerti,deformitate agendi multi,infantes putati ſunt.in Or.31.An eſt ullum maius malum turpitudine? quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis,quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri?3.Off.143.

Defraudo.

Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus ad Trebat.7.20.5.Ne breuitas defraudaſſe aures uideatur,neue longitudo obtudiſſe.in Or.159.

Defricor.

Nam,ut forte hic in balneas uenit,cæpit, poſtquam perfuſus eſt, defricari.ad Her.4.155.

Defringo.

Hic ſubſellii quodã calce premens, dextra pedem defringit. ad Her.4.241. Qui præterefiret ramũ delriogerent arboris.pro Cæc 45.5.de Or.61.Surculo defringẽdo uſurpare poſſeſſionem amiſſam.Or.153.

Defugio.

Attende iam quam defugiam auctoritatem conſulatus mei, pro Syl.24 Defugere diſputationem.1.de Or.53.Ne munus hoc manum aſſignatum a deo defugiſſe uidemini . Somn. Scip. 12. Att.8.147.7.Iniurias fortunæ,quas ferre nequeas , defugiendo relinquas.5.Tuſ.167.Defugiendæ inimicitiæ . pro Planc.63.

Defungor.

Neque ego lubẽter pro maximis tuis beneficiis tam uili munere defungor orationis,Planc.Cic. 10.5.Vt omni populari cõcitatione defungerer.pro Sext.63. Quis non maximo ſe affectũ beneficio putauit,cum tribus decumis pro una defungeretur 5. Verr.33.Et hoc mendacio,ſiqua pericula tibi impenderẽt,ut defungeremur optaui.Cælius ad Cic.8.1.22.

Defunctus.

Defunctus honoribus.pro Plan.43. Cõ & qui antea metuerẽt redirẽt,ac iã defunctos ſeſe periculis arbitrarẽtur.pro Ro.Am.22.

Degenero.

Naturale quodam ſtirpis bonum degenerat uitio deprauatę uoluntatis.de Cl.Or.67.Frater tuus qui a nobis nihil degeneraſ.in Att.253.Ita degenerant,ut ipſi ex ſe nati eſſe uideantur 5.de Fin.23.Sed a Stoicis vel principibus eius diſciplinę Poſſidonii doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panætius. 1. de Dio.Patrem dicentuis utinam filii non degeneraſſent a grauitate paterna.de Prouinc.Conſul.15. Degenerare a perenni conteſtatque uirtute maiorum.pro Flac.19. A quo illum degenerare dolebat.Tuſc.2. 52. Conſuetudo tamen eum & diſciplina degenerare non ſineret.5.Verr.136.

Dego.

Vt eum Lentulo & Catilina & Cethego fœdiſſimam vitam ac miſerrimam turpiſsima morte propoſita degeret?pro Syl.56. Degere omnem ætatem in tranquillitate.2. de Fin.96.Inter feras ſatius eſt ætatem degere, quam in hac tanta immanitate verſari.pro Roſc.Am.29.Tuſ.5.53.& Lælius, 73. Et omne tempus ætatis ſine moleſtia poſsit degere.Off.72. Degere æuum cũ diis geniali.Tuſc.1. 23. Quod reliquum eſt uitæ,in otio degere.Matius Cic.10.28.20.Degere virtutem cum virtute.4. de Fi. 50.vitam in egeſtate.pro Roſc.Am.85. vitam ſine metu.de Fin. 1.28.Eaque vita quæ ex ſommo bono degitur.de Fin. 4. 13.Et quærere a nobis Balbe ſoletis, quæ vita deorum ſit, quæque ab iis degatur ætas.1.de Nat.d.37.2.de Fin. 187. Id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit , quod maxime adamauit. 1. Off. 164. Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui.de Amic.112.Facile totius vitæ curſum,ad eamque degendam præparat rer neceſſarias. 1. Off.20.

Deguſto.

Et deguſtabis genus exercitationum mearum . Parad. 5. Tu velim a Fabio,ſiquem habet aditum,odorere : & illum conuiuã tuum deguſtes. Att. 4. 27. Altercatio huiuſmodi , ea quã licet pauca deguſtes.1 .At.41.Aliquid ſpeculę ex ſermone alicuius deguſtare.pro Clu.56.id eſt,aliquam tum ſpei concipere.Deguſtare mentes,ſenſuſque eorum, apud quos acturi ſumus. 2. de Or. 120.pauca de fabulis.Att.13.290.6. pauca ex orationibus.Att. 2.11.14.Viſne igitur, inquit, o Damocle , quoniam hæc te vita delectat iuſte eandem deguſtare,& fortunam experiri meam? 5. 5.Tuſc.86.ideſt,experiri uitæ rationem.

Dehinc.

Primum igitur,&c.Dehinc ad hãc eneruatã,muliebrẽq.ſentẽtiã ſatis docilẽ ſe Epicurus præbuit.2.Tuſ.22. Ante rẽ erit, &c. quod ſimul diuerterit,dehinc cęnarit.3.de Inu.150.

Dehiſco.

Itane in Brutum dehiſcis? Att.16.336.7.

Dehortor.

Res ipſa, & Reip. tempus, aut meipſum, quod nolim, aut aliũ quẽpiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. in Piſ.75. Si ab his dehortabimur. ad Her.17. Ne fruſtra dehortãdo conemini. At.472.

Deiero.

Iſte oneratus auro clamat & deierat. ad Her.39.

Deianira.

Deianira, vxor Herculis, ſanguine Centauri tinctam tunicam ei induit. Tuſc.2.15. Deianira Herculi nocere noluit, cum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit. 3. de Nat.d.51.

Deiicio.

Necuero vſquam diſcedebam, nec a Rep. oculos deiiciebam. 1. Phil.1. Eieci ego te armatis hominibus, non deieci. pro Cæc. 28. Non deieci, ſed obſtiti. pro Cæc.109. Antonii præſidiũ Claterna deiecit Hircius. in Ant.215. Magno ſemper vſi impetu, ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. in Or.70. Atque cum, qui ſemper neſtrum conſenſum grauiſſimum iudicaſſet, de ſententia deiecistis. 9. Phil. 262. Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. 1. Phil. 4. Cum Senatum a gubernaculis deieciſſes, populum e naui exturbaſſes. pro D.ſua.20. Prætor interdixit, ut eſt conſuetudo, de ui hominibus armatis, ſine ulla exceptione, tantum, vt vnde deieciſſet, reſtitueret. pro Cæc.17. Pollicitus eſt quantum uellent pecuniæ, ſi me ædilitate deieciſſent. in Verr. 70. Hunc ego ſi metu Siciliæ, damnatione iſtius per ueſtram fidem & ſeueritatem deiecero, Iudices, ſatis officio meo, ſatis illorum uoluntati, qui a me hoc petierunt, factum eſſe arbitrabor. 7. Verr. 102. Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus uſurum ſe putat, ex defenſione eius deiecero. in Verr.156. Videſne igitur quantũ breuiter admonitus de doloris terrore deieceris? 2. Tuſc.11. Quãtum mali ex humana conditione deieceris. Tuſc.1.13. Habeo & dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis LX. de ponte in Tyberim deiecerit. pro Sex. Roſc. 35. Prius te quis de omni uitæ ſtatu deiecerit, quam de iſta auctoritate. de Nat.d.1.46. Hoc eſt, Democriti ſententia & opinione. Si tãtulum oculos deiecerimus, præſto eſſe inſidias. 7. Verr. 142. Deiicere & dimouere ex poſſeſſione. de L. Agr. 81. pro Cæc. Deiicere honore aliquem 2. in Verr. 15. libellos. pro Quint. 13. & 42. templo magiſtratus. pro Sex. 67. Pueri autem Sicennæ, credo qui audiuiſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nuſquã deiicere. neque ab argento digitum diſcedere. 6. Verr. 29. 1. Phil. 1. Deiicere vitia ratione Tuſc.4.67. De ſalin deiicitur Quintius. pro Quint. 14. Noſter Brutus cito deiectus eſt de illo inani ſermone. Att.15.326 4. Is obuolutus & obligatus corio deiiciatur in profluentem. ad Her.4. Fortis uero animi & conſtantiæ eſt, nõ perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, ſed præſenti animo vti & conſilio. 1. Off.113. Deiici de urbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Mur.72. Deiici de ſermone. 15. ad Att.21. deiici ex hæreſi. 15. ſa. 44. Hac ſe commemoratione ciuitatis, omnia uerbera depulſurum, cruciatumq. a corpore deiecturum arbitrabatur. 7. Verr.127.

Deiectus.

Deiectus de gradu. Att.16.339.6. Me pudet tam cito de ſententia eſſe deiectum 2. Tuſc.21. His hædinis pelliculis Prætura deiectus eſt. pro Mur.69. Deiectus & ex aliquo, & ab aliquo loco dicitur. pro Cæc.63. Qui ui deiectus eſt. pro Cæc.296. Deiectus uero qui poteſt eſſe quiſquam, niſi in inferiorem locum de ſuperiore motus? pro Cæc.7. Deiectæ copiæ 4. Att.15. id eſt, afflictæ & infimæ.

Deiectio.

Qui illam uim deiectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. pro Cæc. 42.

Dein.

Hæc quidem duo binis pedibus inciſim, dein membratim. in Or.124. pro, Deinde. Dein quæ ſequuntur. 2. de Nat.d. 158.

Deinde.

Deinde, &c. deinde, &c. quater. de Inu.50. Primum cur? Deinde, Nihilne præterea diximus? 4. Aca.140. Cogita quid deinde. 9. Att. 66. ſubaudito uerbo. Deinde Delphinus: Exinde Orion obliquo corpore nitens. 2. de N.d.85. ex Arato. An ego tibi obuiam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde (quod caput eſt) amico? Appio, 3.7.11. Totius augurii primum naturam ipſam uidere, deinde inuentionem, deinde conſtantiam. de Diu.125. Tu uelim cures, vt ſciam quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus. ad Q.fr.3.24.3. Deinde quod ita multa ſunt incõmoda in uita. de N.d.1.27. pro, Præterea. Capit hoc conſilium, ut pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eã poſtea ſupprimat. pro Clu.4. Ac.71.7. Verr. 22.

Deinceps.

Deinceps accipere ab aliis, & tradere aliis. de Somn.230. Vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiã. Tuſc.299. Res quas idem Cæſar anno poſt, & deinceps reliquit annis adminiſtrauiſſet in Gallia. Brut.115. pro, Poſtea. ἀκροστιχίς, cũ deinceps ex primis uerſus literis aliquid connectitur. Diu.2.86. Poſteaq. proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt. de Cl Or.6. Deinceps reliqua reliquis debeãtur. Off.32. Opinionibus & inſtitutis omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt. 1. Ac.64. Cauendum eſt etiã ne id quod ſemel ſupra diximus, deinceps dicamus. ad Her.1.15 De iuſtitia ſatis dictum eſt, deinceps, ut erat propoſitum, de liberalitate dicatur. Off.9. Deinceps in lege eſt, ut de ritibus colãtur optimi. de Leg.178. Breues deinceps tres, extrema producta, pæanem faciunt. de Or. 168. A quibus ducti deinceps omnes ſapientes habebãtur. Tuſc.229. Deinceps laudatur prouincia Gallia. 4. Phil.158. pro, deinde. Quo (exemplo) affert Rhodiũ quẽdam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet. 1. de Diu. 115. Itaq. prima cauſa publica, &c. Deinceps inde multæ, &c. de Cla. Or.173. Tũ reliquos, ut inſtitui, deinceps perſequar. de Or.182. Annales Ennii, ut deinceps legi poſſent, effici poſſe. de N.d.44. Sacra deinceps familiis prodantur, & ſint perpetua. de Leg.179 Primum eſt officium, &c. vt ſe conſeruet in naturæ ſtatu, deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum naturam ſint, pellatq. contraria. 3. de Fin. 32. Opera mea Remp. incolumem magiſtratibus deinceps traditam. Poſtquam iret in exil. 201. Velim deinceps meliora ſint. Attic. 279. Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, &c. te uolo habere iratos, iure præſertim, quos uideo deinceps Tribunos plebis per triennium fore. Thermo, L.2.17.5. Sed deinceps omnia conſiliorum plena uidemus. de Or. 88. Etenim deinceps uiderimus. 5. Verr.83. Loci autem qui, &c. deinceps eſt uiuendum. Top.228.

Deintegro. *Vide poſt particulam De.*

Deiungo.

Ita neceſſitas cogit, ut eadem ſint ea quæ deiuncta fuerunt. de Vniuerſ. 18.

Delabor.

Ex utraque parte tecti aqua delabitur. de Or.195. Ad vulgares amicitias noſtra delabitur oratio. de Ami.65. *Delabitur in* eas difficultates, ut neceſſitatem fati confirmet inuitus. de Fat. 57. Iſte qui ſe uult dicacem, & mehercule eſt, Appius, ſed nonnũquam in hoc uitium ſcurrile delabitur. 2. de Or.136. Aut a minoribus ad maiora aſcendimus, aut a maioribus ad minora delabimur. in Part.8. Nam & ipſe qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam uidetur. Treb.6.ſa.36 Delabi ad aliquem. Att.12.258.3. de cælo & e cælo. 1. de Fin.96 in fraudem. 3. de Or.125. in morbum. Att.104. in aliquem ſermonem. 1. de Or.48. in turpitudinem. off. 1.147. Carneadem autem etiam heri audiebamus ſolitum eſſe delabi interdum, ut diceret opinaturum, id eſt peccaturum eſſe ſapientem. 4. Ac.108. Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. 2. Off.93.

Delapſus.

Cum tu prouectus ſubito, atque delapſus in flumen, nuſquam apparuiſſes. de Diu. 92. A maledictis pudicitiæ, ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. pro Cæl.40. Sed neſcio quo pacto ad præcipiendi rationem delapſa eſt oratio mea, cum id mihi propoſitum initio non fuiſſet. Q. fr. 1. 1.26. Signum cælo delapſum Veſtæ cuſtodiis continetur. 11. Phil.307. Ex annaliũ memoria, aut etiam de cælo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum puteo. Q.fr.1.1.21. pro L.Man.28. Piliam delapſam in idem genus morbi, curam tibi afferre maiorem ſentio. 7. Att.23. Poſt, cum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi, ut aiunt in Græcis artificibus, eos auletas eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint: ſic nonnullos uidemus, qui, &c. pro Mur.26. Delapſa de manibus audaciſſimorum hominum arma ceciderunt. 1. Off.110. id eſt, furor ciuium compreſſus. Omnia quæ iam delapſa fluxerunt, ſeueris legibus uincienda ſunt. pro Marcel. 14.

Delecto.

Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Attii feſtiuam copiam.

eopiam.Att.2.21.1.delectat quidquid eſt admirabile. Part.13. Me magis de Dionyſio delectat:ipſe enim eſt ueterator magnus. Q.fr.2.15.4. Itaque non tam iſta me ſapientiæ fama delectat, quam,&c.de Am.98.Hermathena tua ualde me delectat. Att,2. Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat.off.20.Quia me ſtatus hic Reipub.non delectat.ep.8.Sic ſe res habet,te tua, me delectant mea.Tuſc.5.47. Io quibus erant imagines Siciliæ regum ac tyrannorum, qui non ſolum pictorum artificio delectabant,ſed,&c.6.Verr.109.Itaq. me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectauerunt.Ruſo.Literæ tuæ incredibiliter me delectarunt.ad Q.fr.3.15.Interca cum Muſis qoidem nos delectabimus animo æquo.Att.2.19.3.Tu iſtic te Atheriano iure delectato, ego me hic Hirciano.Papirio,lib.9.18.6.Genus dicendi eſt eligendum,qood non ſolom delectet,ſed etiam ſine ſacietate delectet.3.de Or.54.Nonne Ita deficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent?de Sen.48.Incredibile eſt quā me Quint. in omni genere delectarit. Att.254.Delectare animom ſuauitate auditus,oculorum,tactionum,odorationom,ſaporum.Tuſ.4.16.delectare auditorem honorarium.Or. 142.

Delector.

In hoc admodum delector,quod in aliir rebus, aliiſq. ſententiis uerſaris atque ille.2.de Leg.28.Ennio delector,ait quiſpiā, qui,&c.de Or.200.Magis meo facto delector, quam tuo.ep.33. Nullo prorſus plus homine delector.ep,100. Hiſte ego rebus paſcor,his delector,his perfruor,quod Senatus,&c.in Piſ.89. Nūc quidem certe cogitatione quadam,ſpeq. delector.pro Arch.191 Io quo ualde delector,me ante prouidiſſe. Att. 273. Delectatur audiens multitudo,& oratione ducitur,& quaſi uoluptate quadam perfunditur.de Cl.Or.181. Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur.pro Mur.37.Ita delectamur eo loco, vt, &c. 2.Att.13. Et ij qui rerū cognitione doctrinaq. delectantur.Læl. 72.Multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur.Att.1.15.7.Cognoſce nunc hominis audaciam, in Rep. perdita delectare.ad Q.fr.322.Vt ab altero non delectere,alterum oderis.in Or 123.Ne criminibus inferendis delectetur amicus.de Am.58.Vt me ab eo delectari facilius, quam decipi putē poſſe. io Verr. 61.delectari aſſentatione.Læl. 80. fabulis Græcis) (ſpernere aut reiicere Latinas.lib.1.de Fin.4.Poet magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur.ad Q. fr.3.19. 5.Delectari mirifice lectione librorum.Acad.q.ed.2.lib.2.5. luſionibus uel laborioſis.de Fin.5.51.rebus inanibus. Læl.49.ingenuis ſtudiis atq. artibus.de Fin.5.45.Quæ maiore ſignificet illum in hac eſſe rogatiuncula delectatum.1.de Fin. 60.

Delectamentum.

Inania ſunt iſta,mihi crede,delectamenta pæne puerorum. in Piſ.47.Poſſum perſequi permulta delectamenta rerum ruſticarum,ſed ea ipſa,quæ dixi,ſentio eſſe longiora.de Sen. 50.

Delectatio.

Delectatio,eſt uoluptas ſuauitate auditus animum deliniēs. Tuſc.4.16.Poſt autem delectatio,iucunditaſq. celebrauit.3. de Or.85.delectatio animi.Ac.q.ed.2.l.1.6.aurium.de Fin.2.5.cōuiuiorum.de Sen.42.ingenua,& digna ſapientia.Tuſc.5.53.Mira quædam io cognoſcendo ſuauitas & delectatio. 1. de Or. 95. Delectatio oratoria.4.Att.46.puerilis.de Fin.1.56. Delectationis aucupium.Or.114.Res ruſticas uel fructus cauſa,uel delectationis inuiſere.1.de Or.128.Parumne cognitum eſt, &c. an delectationis & otii conſumendi cauſa locuti ſumus, &c. Tuſc.5. 36,Studii,delectationiſq. cauſa ſcribere aliquid.2. de Leg. 24. Ars plena delectationis.2.de Or.127.Num igitur me cogis etiā fabulis credere, quæ delectationis habeant quantum uoles, &c. 2.de Diu.169.Maiori offenſioni, quam delectationi mihi eſſe. 23.At.30.Non auaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam reuocauit,non libido ad uoluptatem, non amœnitas ad delectationem.pro L.Man.28.Ad delectationem animi ſtudiū aliquod ſibi ſumere.Ac.q.ed.2.l.1.6.Habet breuis expoſitio, ſi rationis nullius indiget,magnam delectationem.ad Her.4.170.Quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.Mario,l.7.1.9.Doctrina & literæ, quæ ſecūdis rebus delectationem modo habere uidebantur, nunc uero etiam ſalutem.ep. 89. Ego uero propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoq. conuiuiis delector.de Sen.42. Io omni parte corporis ſemper oportere aliquod gaudiū delectationemq. uerſari. Poſt redit.in Senatu,13.Qui & ab delectatione omni negotio impedimur,& in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus,ludis tamē oblectamur & ducimur.pro Mur.37.Quāta delectatione autem afficere.Tuſc.1.81. Delectatione allicere aliquem. Tuſc.1. 5. Hominis mens uidendi & audiendi delectatione ducitur.Off.21.Magna delectatione & uoluptate aliquem priuare.Pæto,l.9.24.5.Delectationes conuiuiorum non corporis uoluptatibus magis, quam cœtu amicorum ſermonibuſque metiebar.de Sen. 86.

Delectus. *Vide, Deligo.*

Delego.

Tamen in hoc deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, q huoc laborem alteri delegaui. Cælius Cic. 8.1. delegaui amico locupletiori,nō quo illi ita de me merito onus illud imponerem.pro D.ſua,13. Quintum delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit. Att.220. delegare crimen alicui.pro Fōt. 7.Hæc ipſa quæ nunc ad me delegare uis, ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerunt.2. de Or. 68. Falbi regia eſt conditio delegandi.Att.189.

Delegatus.

Quoniam putas prætermittendum a nobis eſſe hoc tempore cratera illum delegatum. Attic. 27. Poſt delegatam mihi hanc prouinciam.

Delegatio.

Aut delegationem a mancipe annua die, aut Vectenì conditionem,ſemiſſe. 12.Att.4.

Deleo.

Sin autem perimit ac delet omnino,quid melius,quam in mediis uitæ laboribus obdormiſcere,&c.2.Tuſ.192. Accepi ab Ariſtocrito tres epiſtolas,quas ego lachrymis prope deleui. Terentiæ,l.14.3.1.Qui non modo præſentia,uerumetiam futura bella deleuit.de Am.10.Deleuit copias eius.10.fa.65. In ep. Galbæ.pro L.Mar.13. Qui omnes leges una rogatione deleuit.pro Sen.15. deleuit enim mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. Q.fr.3.33.Scipio Numantiam deleuit.in Cat.123. Qui cum per ſe Rēp.lacerare nō poſſet,ſub alieno ſcelere deleuit. Poſtq. 204.Iuppiter urbes deleuit,fruges perdidit. pro S. R. 40. Quæ vmquam uetuſtas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio? pro Deio 26. Si huius æterni beneficii immortalem memoriam deleuiſſes,Parad.36.Cotta ſi diſputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet,quam hominum deleat religionem. de Nat.81. Ne deleat quis ſepulchra.2.de Leg.59.delere aliqood ædificiū. eoot.Rul.83.Extinguere & funditus delere aliqoid.de har.244 Delere cuncta cruore & flamma.ad Octau.46. domum. pro D. ſua, 111. Non enim te puto meas epiſtolas delere, ut reponas tuas.ep.104.Extinguere atque delere improbitatem.in Ver.59 Nummulis acceptis ius ac fas omne delere. Att.1.11.12.Digito legata delere.pro Clu.30.Iam ſcripſeram:delere nolui. At.240 Delere patriam.Off.12.& in Cat. 121.religionem hominum. Diu.1.8.Senatum.13.Phil.361.ueritatem. de Amic. 77.vrbem cruore & flamma.ad Auguſtum,13.Vrbs hæc,quam delere uoluiſti.de har. 251.Hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſancte. pro Roſc.Com.4.Imagines ſicut literæ delentur. ad Her. 22. Quæ delentur uel morbo,uel ſomno,uel obliuione,uel uetuſtate. de Nat.d.1.22.Si patria deleatur,non doleat?Tuſc.167. Niſi Pompeius uincit,nomen populi Romani deleatur neceſſe eſt.Att.10. 196.3.Neq. exceſſu uitæ ſic deleri hominem,ut funditus interiret.Tuſc.1.23.deleri omnino Remp.quam imminutam & debilitatam manere.15.fa.41.Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. pro L.Man. 3. Omnino improbitas,&c.extinguenda atque delenda ſit. 1. Verr.14. Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. 1.& 2.66.Sic T.Annius ad illam peſtem comprimendam, extinguendam,funditus delendam natus eſſe uidetur.de har.5. Quæ deliberatio non in re delenda, ſed in agenda mercede conſumpta eſt.Poſtq. 200.Aedificia deleta.2.de L.Agr.87.deleta fundi tua Reſp.9.Att.70.Poſt redit.in Senat.2.Dico eſſe ex qua tantū tectorium uetus deletum ſit,& nouum inductum. 3. Verr. 103. Nominis prope Romani memoriam cum ueſtigio imperii non modo ex ædibus Græcorum,uerumetiam ex literis eſſe deletā. pro Flac.47.Toto animante deleto, & facto interitu uniuerſo. Tuſc.167. Quorum alteri uno aduentu noſtri exercitus deleti ſunt,alteri noſtri imperii,&c.pro Mur. 68. Homines hominum impetu deleti.2.Off.23.id eſt,bellis aut ſeditionibus. Morte deleti homines.1.de Nat.deo. 56. Magnas hoſtium copias multis præliis eſſe deletas.pro Pomp.7.Extincto Senatu,deletiſq. iudicils,quid eſt,&c.Off.52.

Deletrix.

Tū eſt illa io templo Caſtoris ſcelerata & pæne deletrix huius imperii ſica deprehenſa.de har. reſp.45.

Delenio.

Alter nouis cōmentariis Cæſaris deleniitur eſt.ep.184.alias, delinitus.

Deliacus, *Vide Delius*.

Delibero.

Qui uoluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt cum leuiſſima parte deliberat. 2. de Fin. 182. Deliberans, utrum traiiciant legiones ex Africa, necne. ad Brut. 11. 40. De geographia etiam atque etiam deliberauimus. Atti. 26. Iſte certe ſtatuerat ac deliberauerat non adeſſe. 3. Verr. 1. Si tecum olim coram potius, quam per literas de ſalute noſtra fortuniſq. deliberauiſſem. Att. 171. Ve ſæpe cum iis qui audiunt, nonnumquam etiam cum aduerſario deliberet. Or. 209. Vt ſi Senatus deliberet, captiuos redimat, annon. Her. 16. Deliberare de abſoluendo Apronio. 5. Verr. 25. Vtri conſulendum ſit, deliberetur. 2. de Inu. 250. Noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit. Poſt reditũ ad Quirit. 9. Tibi uero Piſo diu deliberandum & concoquendum eſt, utrum, &c. pro Roſ. C. Deliberandi cauſa, Simonides ſibi unum diem poſtulauit. de Nat. 1. 42. Deliberandi finis, utilitas. Top. 49. Par. 45. Coram mihi tecum deliberãdi poteſtas nõ eſt. Att. 119. Spatium deliberandi habere. 1. Off. 166. Diſtrahitur in deliberando animus. Off. 3. & 2. In deliberando neceſſe quid ſit. Part. 45. In deliberando quali oratione utendum. Part. 52. Ea deliberanda omnino non ſunt, in quibus eſt turpis ipſa deliberatio. Off. 3. 47. Deliberatum eſt. 7. Verr. 143. Id eſt, hab & decretum eſt. Sic habuiſti ſtatutum ac deliberatum cum animo. 5. Ver. 59. Certum eſt, deliberatumq. dicere. pro Sex. Roſ. 23. Mihi deliberatum & conſtitutum eſt, ita gerere conſulatum. contra Rull. 65. Mihi vero deliberatum eſt, vt, &c. Att. 15. 324. 3. id eſt, decreui. Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuſiurandi, reſponde. pro Q. Roſc. 25.

Deliberatus.

Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacunque ratione poſſet, non iudicio, neque diſceptatione, ſed vi, atque impreſſione euertere. Metel. lib. 5. 7.

Deliberator.

Illi interea deliberatori merces, longa interpoſita nocte, duplicata eſt. pro Sex. 63.

Deliberatio.

Communicatio, quę eſt quaſi cum iis ipſis, apud quos dicas, deliberatio. de Or. 162. Triplex igitur eſt, vt Panætio videtur, cõſilii capiendi deliberatio. 1. Off. 15. Difficilis deliberatio. pro L. Man. 18. Incidit deliberatio. 2. de Or. 182. Deliberatio officii. 8. At. 55. Deliberatio autem omnis hæc eſt, &c. Att. 8. 147. 1. Quę deliberatio non in reddenda, &c. ſed in augenda mercede conſũpta eſt. Poſt red. ad Quir. 9. Demonſtratio & deliberatio, genera ſunt cauſarum. de Inu. 44. Id coram conſiderabimus quale ſit: habes enim res deliberationem: etſi ea parte magna tibi aſſentior. 7. Att. 14. id eſt, amplius deliberandũ cenſeo. Habere domi deliberationem de aliqua re. 1. Phil. 1. In deliberationem illud cadit. 1. Off. 15. Panætius non videtur debuiſſe huiuſmodi deliberationem introducere. Off. 54. Suſcipe nunc meã deliberationem, qua ſolicitor, &c. At. 14. 20. De viri boni deliberatione & conſultatione quærimus. 3. Off. 66. Cauſa ex deliberatione conſtans, vt belli. de Or. 162. Ex omni deliberatione celandi & occultandi ſpes opinioque remouenda eſt. Off. 3. 47. In deliberatione uel nulla, uel non longa principia. Par. 8. Forenſes diſceptationes iudiciorum aut deliberationum. de or. 86. Deliberationũ finis, utilitas. 3. ad Her. 93. Deliberationum ſpecies. 3. ad Her. 92. Deliberationes quas habes de Repub. 1. Phil. 1. In deliberationibus omnem orationem conſumere. de Fato, 4.

Deliberatiuus.

Cauſa deliberatiua. 2. de Inu. Deliberatiuũ cauſæ genus, quid. 1. de Inu. 12. In deliberatiuo genere finis qui ſit. 2. de Inu. 130. & 237.

Delibo.

De laude ieiuni hominis quidquam delibare. Plancus Cice. 10. 21. 6. Floſculos orationis alterius delibare & carpere. pro Seſtio, 103. Nonne de ſua gloria, quum pari præmio tales homines affici uideant, delibari putent? de Inu. 204.

Delibans.

Ille nulla nuce delibans inſitam uirtutem, concidit tacitus. ad Her. 41.

Delibatus.

Flos delibatus populi. de Cl. or. 29. Hoc eſt, intactus, incorruptus, illibatus. Quod ſi in præſentia de honeſtate delibatum, uirtute aliquando & induſtria recuperetur. 2. de Inu. 250. Audiebã Pythagoram, &c. numquam dubitaſſe, quin ex uniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus. de Se. 70. Hoc eſt, decerptos.

Delibutus.

Qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Cl. or. 114. Vxor ſacrilega & periuriis delibuta. Sal. in Cic. 270. Vt ſi cruentam rem, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus. ad Her. 53. Per terram ſanie delibutam fœde diuexarier. Tuſ. 171. Ipſe uero quemadmodum compoſito & delibuto capillo paſſim per forum uolitet cũ magna caterua togatorum, uidetis iudices. pro Roſc. Am. 79.

Delicatus.

Adoleſcens delicatus. de Cl. or. 101. Muliebris & delicatus ancillarum, puerorumque comitatus. pro. Mil. 21. Aſia iſta referta & eadem delicata. pro Mur. 128. Voluptaria, delicata, mollis diſciplina, quam grauis, quam continens, quam ſeuera. L. 1. de Fin. 29. Libidinoſa & delicata iuuentus. Att. 1. 14. 10. Delicata uita. 2. Tuſ. 48. Delicatum conuiuium. Att. 2. 29. 1. Delicatum litius. 7. Ver. 82. Turpe enim, ualdeq. uitioſum in re ſeuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. 2. off. 200. Noſtrum enim unuſquiſque, qui tam beati, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus. 6. Ver. 112. Epicurus, quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat. de Nat. d. 21. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non ſolum amare & amari, neque cantare & pſallere, ſed etiam ſicas uibrare, & ſpargere uenena didicerunt. 2. in Cat. 42. Delicatæ regum pateræ. Parad. 117. alias, ſilicatæ. Molles & delicatæ uoluptates. 1. de N. d. 155. Delicatæ & obſcœnæ uoluptates. de Nat. d. 1. 78. Filius delicatior. 2. de or. 143. Hæc mihi uidetur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio. de Fin. 5. 11. Delicatiſſimum faſtidium. 1. de Fin. 8. Delicatiſſimis uerſibus exprimere omnia cõuiuiorum genera, cœnarũq., & adulteria. in Piſ. 56.

Delicate.

Non delicate ſolum, ſed etiam inepte peregrinantur. 2. Att. 28. Recumbere molliter & d. 3. de or. 36. D. & molliter uiuere 1. off. 149.

Delicium.

Sed etiam delicium digamma uiderem. Att. 9. 34.

Deliciæ.

Acerrime autem deliciæ meæ Dicæarchus contra hanc immortalitatem diſſeruit 1. Tuſ. 121. Ecce autem aliæ deliciæ equitum uix ferendæ, quas ego non ſolum tuli, ſed etiam ornaui. 1. Att. 52. Deliciæ noſtræ. 1. Att. 12. Pueriles deliciæ. 3. de or. 46. Deliciæ tuæ noſter Aeſopus 7. fa. 2. Quid amores & deliciæ tuæ Roſcius? de Diu. 97. Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat a ſuis publice. 13. Ver. 164. Deliciarum cauſa & uoluptatis non modo ciues Romanos, ſed & nobiles adoleſcentes, &c Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella ſæpe uidemus. pro Rab. Poſt. 16. Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. pro Mur. 11. Via Herculanea uendibilis multarũ deliciarum. contra Rul. 73. Pyliæ ſalutem dices, & Atticæ, deliciis & amoribus meis. Att. 16. 18. Cogitatio ſupellectilis ad delicias, aut epularum ad uoluptates. in Para. 11. Sed redeo ad amores deliciaſque noſtras. in Anto. 207. Cum alter ſe Catilinæ delicias, alter Cethegi conſobrinum fuiſſe diceret. pro D. ſua. 50. delicias alicuius ornare. 1. Att. 52. Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe. Celius Cic. 8. 18. A talibus deliciis uel ineptiis abeſſe. in or. 22. Vnde igitur potius incipiã, quam ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore atque in deliciis fuit? 6. Verr. 2. Att. 16. 333. 23. Illi autem, quibus eras in deliciis, uix riſum tenebãt. in Vatin. 15. Simia, quam rex Moloſſorum in deliciis habebat. de Diu. 1. 61 Habere in deliciis aliquem, obſequi, &c. Att. 6. 111. 28. deliciis militum, & imperatoris inſolentia illudimur. ad Brut. 22.

Deliciolæ.

Tulliola, deliciolæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat. 1. Att. 15.

Deligo.

Deligare ad palum. 7. Ver. 94. in eas hominẽ diuaricari & deligari. in Ver. 220.

Deligo.

Magiſtratus deligit Pop. Romanus, quaſi Reip. villicos. pro Planc. 51. delegi vos duos, quos præcipue colerem. 9. Att. 49. Ille autem quinque delegit, quorum nomina multi memoriæ tradiderunt. de Inu. 62. Quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandũ. off. 2. 66. Bona deligere, & Reiicere, cõtraria. de L. 168. Deligere ex eo numero. 4. Ver. 75. Lumina ipſa ex floretiſſimis ordinibus deligere. pro Mil. 16. Multos ex ſuis annalibus poſſe deligere, quos velit & poſſit imitari. Q. fr. 1. 1. 15. deligere rationẽ degẽdæ ętatis. Tuſ. 5. 52. Deligere quã quiſq. uiuẽdi viã ſit ingreſſurus. off. 1. 165.

2.165. Deligere optimũ virum ad ſacra Idæa accipienda.5.de Fi. 2 14. Vnum ex cunctis deligere.de L.Agr.36. Poteſtas deligendi ex populo data.2.de L.Agr. 36. Tum de imperatore deligendo eſt dicendum.pro L.Ma.3. Dicendi facultas ſæpe valuit in Conſule deligendo.pro Mur.129. In deligendo genere vitæ ratio habenda eſt.1.Off.167. Ex Senatu in hoc cõſilium delecti eſtis propter ſeueritatem.pro Roſc.Am.5.

Delectus.

Ad rem aliquã delectus.pro Ruſ.Am. 89. Natiuum & delectũ malum. pro D.ſua. 9. Quæſtorem habes non tuo indicio delectum.ad Q.fr.1.1.15. Nos, quod nominatim rei maximæ pene iam deſperatæ, ſummum virum ſæpe ad extrema Reip. diſcrimina delectũ præfecimus,a te reprehẽdemur.pro Dom. 19. Quid cenſetis,cum iſti Decemuiri cum imperio,cum faſcibus,cum illa delecta finitorum iuuentute per orbem terrarum vagabuntur?pro L.Agr.51. Delecti ad omne facinus coloni.pro L.Agr. 81. Delecti viri. 1.Tuſc.78.i. Fortes & præcipui vel egregi.

Delectus.

Mihi quidem etiam lautius videtur quod eligitur & ad quod delectus adhibetur.5.de Fin.155:in Or.27. Dignitatis delectus in beneuolentia fit.1.Off.69. Hic delectus,hoc diſcrimen te Prętore fuit,vt aratores in ſeruorum numero eſſent, ſerui in publicanorum.5.Ver.74. Si hic delectus appellandus eſt,cum vltro ſe offerunt omnes.11.fam.14. Delectus in familiaritatibus hominum percautus & diligens.1.ad Q.fr. 24. Delectus adhuc quidẽ inuitorum eſt,& a pugnando abhorrentium.7.Att.44. Delectus & notatio iudicum etiã in noſtris ciuibus haberi ſolet. 5. Phil. 173. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibetur. or.201. Delectus prouincialis.15.fam.4 Harum rerum hic tenetur a ſapiente delectus.lib.1.de Fin.27.& 52. Latini ſic delectus vim in lege ponunt,vt Græci æquitatis.1.de Leg. 14. Qui imperatoribus noſtris in bello delectum virtutis eripi vellet. pro Corn.38. Iudicio ſuo delectum habere aliquem. Q. fr.1.1.15. Delectum remigum habere.12.fa.13.in ep. Caſſ. Ariſtonis, Pyrrhonis,Herilli iampridem exploſa eſt ſententia: qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi rerum aliquem delectum reliquiſſent, vt ad officii inuentionem aditus eſſet.1. off.11. Iſti omnia iure pretio exæquauit, omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit.4.Verr.86 Primoq. in libro dixerit, verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. de Cl. or.137.& 48.3.de or. 83. Delectu aliquo aut ſapientia non ducitur ad iudicandum populus,ſed impetu nonnunquam & quadam etiam temeritate. pro Planc. 7. Ex delectu Italiæ magnas copias compararat.12 f.10. Quod idem facere cẽſores in delectu dignitatis & in iudicio ciuium,& in animaduerſione vitiorũ,qui conuenit? pro Cl.101. officia tollitur delectu omni & diſcrimine remoto. de Fi.121. Sine vllo delectu,ſine pop.notione, ſine iudicio Senatus addicere alicui aliquid.de L.Agr.61. Superbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus exercitus.de Prouinc.Conſ.3. Acceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habendi,nec dubium,quin maximo cuique plurimum debeatur.1.Off.73. Ex delectibus conſcripti milites.8.Att.4.in ep.Cn.Pomp. Delectibus habitis,& pecuniis imperatis.11.fam.5.in ep.M.Bruti & Caſſii.

Delinio.

Eam,quo tutior eſſet noſtra uita, ſe feciſſe commemorat, ut non modo uirtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deliniret.pro Mil.73. Delinire aliquem beneficio,aut ſpe.de Peti. Conſ.27. animum ſuauitate.4. Tuſc.31. animos præda, pretio, ſermone.5.Ver.135.2.Off.68. Fouere hominũ ſenſus, delinire animos,& adhibere uoluptates. pro Mur. 67. Delinire milites blando appellando ſermone.Off.2.68. Animum adoleſcẽtis nõdum conſilio ac ratione firmatũ pellexit iis omnibus rebus,quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt.pro Dii.9. Quæ ſũt ad multitudinem deliniendam.Off.2.82.

Delinitus.

Illecebris uoluptatis delinitus.Caſſio,lib.15.16.6.& 12.4.i. ineſcatus aut deceptus. Non nuptialibus donis, ſed filiorum funeribus delinita mulier.pro Clu.20. Quis enim tibi hoc conceſſerit, aut initio genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum,non prudentium conſiliis conſultum potius,quam diſertorum oratione delinitum,ſe oppidis mœnibuſque ſepſiſſe?de Or. 19. Qui blãditiis pręſentiũ uoluptatũ deliniti atq.corrupti, &c. de Fin.1.26.

Delinitor.

Iudex,cuius delinitor debere ſe orator.de Cl.Or.133.

Delinitio.

Ipſaque illa delinitio multitudinis ad breue exiguumque ſit tempus.2.Off.81.

Delino.

Tuli moleſte,quod literæ delitæ mihi ante redditæ ſunt. ad Caluum.

Delinquo.

Artemque uitæ profeſſus,delinquit inuita.2. Tuſc. 9. Quare ne in bello propter hoſtiũ metum delinqueret,amplior ei mortis ſupplicii metus eſt a maioribus conſtitutus.pro Clu.101. de Miſſie Ferretne ciuitas ulla latorem iſtiuſmodi legis,ut condemnaretur filius aut nepos,ſi pater aut auus deliquiſſet? 3.de Na. d.131. Sic ſiquid deliquero,nullæ ſũt imagines quæ me a uobis deprecentur.2.de L.Agr.98. In aliqua re delinquere. 1. de Inu. 144. Nam neceſſe eſt eum qui uelit peccare, aliquando primum delinquere.1.de Inu.145. Siquid delinquitur,fit neſcio quomodo ut magis in aliis cernamus,quã in nobiſmetipſis.1.Off.104.

Delictum.

Iniuriarum delictum eſſe.pro Rab.Poſth 124. Quo delictum maius eſt eo,pęna tardior.pro Cæc.5. Nihil delictum a me putem.9.Att.45. Delicti crimẽ.pro Corn.Balb.3. In iure parum delictum eſſe,qui prohibitus ſit,niſi ex eo loco ubi ueſtigium impreſſerit,deiicere neminem poſſe. pro Cæc.55. Ob delictum expetunt pœnas ab aliquo dii.pro Marc.10. Idque accidere nullo ipſius delicto,ſumma culpa mea.11.ad Att.38. Delicto ſuo; non ulciorum iniuria commoueri.Sextio,l.6.17.12. Delicta alicuius comprimere.10.Att.10. Quæ autem parua uidentur eſſe delicta,neque a multis intelligi poſſunt,ab iis eſt diligentius declinandum.1.Off.102.

Deliqueſco.

Nec ſitienter quid appetens ardeat deſyderio,nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat.4.Tuſc.29.

Deliro.

Tum Annibal reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes ſæpe uidiſſe,ſed qui magis quam Phormio deliraret, uidiſſe neminem.2.de Or.42. Summos uiros deſipere,delirare,dementes eſſe dicebas.1.de Nat.d.130. Falli errare, labi, decipi tam dedecet,quam delirare,& mente captum eſſe.1. off.133. Adeone me delirare cenſes,ut iſta eſſe credam?1.Tuſc.9. Vtar igitur, nec abducar,ut tear aut in catis totam Hetruriam delirare,aut, &c. 1. de Diu.65. omneſne delirare tibi uiſi ſunt?de Nat.d.10.

Delirans.

Delirans in libris ſuis quos ſcripſit.1.de Nat.d. 28. Expoſui fere non philoſophorum iudicia,ſed delirantium ſomnia.1. de Nat.d.60.

Delirus.

Quæ eſt anus tam delira,quæ iſta timeat?Tuſc.158. An tu cenſes ullam anum tam deliram futurã fuiſſe, ut ſomniis crederet? 2.de Diu.108. Deliri ſenes.2.de Or.41.

Deliratio.

Iſta ſimilis ſtultitia,quę deliratio appellari ſolet, ſenum leuium eſt,non omnium.de Sen.33.o delirationem incredibilem 2.de Diu.135.

Deliteſco.

In cubilibus deliteſcunt beſtię.2.de Nat.d.189. In balneis delituerunt ſerui.pro Cęl. Sic Arceſilaus, qui cõſtitutam philoſophiam euerteret,& in eorum auctoritate deliteſceret. qui negaſſent, quid nam ſciri poſſe.Acad.5. Cõſtitui locum iuſſit balneas Xenias,ut eo mitteret amicos qui deliteſcerent,deinde,&c. pro Cœl.49. Iuris iudicium cum erit,& æquitatis, caue in iſta tam frigida,tam ieiuna calumnia deliteſcas.pro Cæc. 45. Tum ueſpertinis temporibus deliteſcẽdo, tum matutinis ſe rurſum aperiendo.2.de Nat.d.75. Delius,locus.de Diu.106.

Delphinus.

An tu Delphinum ullam anteferre cẽſes figuram ſuæ? de Na. d.16. Gubernatores cum exultãtes loligines uiderint, & delphinos,tempeſtatem ſignificari putant.de Diu.138.

Deltoton.

Deltoton dicere Grai. Quod ſoliti,ſimili quia forma littera claret.in Arato.i. Andromedæ ſignum.

Delubrum.

Smyrnei delubrũ Homeri in oppido dedicauerũt. pro Arch. 189. Cum nouum delubrum in urbis clariſſimo loco inchoaret. pro D.ſua.240. Delubra eſſe in urbibus cenſeo, nec ſequor magos Perſarum,quibus auctoribus Xerxes inflamaſſe tẽpla Græciæ dicitur,quod parietibus includerent,deos,quibus omnia de-

beient

berent eſſe patientia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet, ac domus. 2. de Leg. 27. Muſarum delubra colere. pro Arch. 30. Quamuis delubra menti & uirtuti & fidei concremur. 3. de Nat. d. 66. Delubra omnia ſãctiſsimis religionibus conſecrata depeculatus eſt, 2. Ver. 9. Delubra a patribus cõſtructa in urbibus habento. de Leg. 16. Delubra mentis uirtutis, pietatis, fidei, ob quæ datur homini aſcenſus in cælum, ſunto. 1. de Leg. 16. An hæc quoque dea eſt? Vidimus enim eius aras delubraque in Græcia. 3. de Nat. d. 61. De Hecate Menſas argenteas de omnibus iuſsit auferri. de Nat. d. 77. Quod eorũ ſimulachra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſsimis ſuſtuliſſet. 1. Ver. u. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorũ templi atque delubris. 3. de Nat. d. 137.

Deludo.

Deinde aliquanto lenius nihil agere atq. deludere cœperſit. pro Sext. Roſc. 22. Deluci uoſmetipſos a Tribuno plebis patiemini? pro L. Ag. 79.

Delumbo.

Nec minutos numeros ſequens concidat. delumbetque ſentẽtias. in or. 136.

Demens.

Quæ perturbatione animi, ſanus cum eſſet, timebat ne euenirent, ea demens euentura eſſe dicebat. de Diu. 131. Tum ille ſubito ſcelere demens quanta conſcientiæ uis eſſet oſtendit. 3. in Cat. 56. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare dementis eſt. off. 17. Deſipere, delirare, dementem eſſe. de Na. d. 20. Ego te nõ uecordem, non furioſum, non mente captum, non tragico illo Oreſte, aut Athamante demẽtiorem putem, qui ſis auſus, &c. in Piſ. 36. Inconſideratiſsima ac dementiſsima temeritas. de haruſp. reſp. 52.

Dementia.

Nec minus illud acute & quod animi affectionẽ, lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiã. 3. Tuſc. 8. Qui ea numero ciuium dementia aliqua deprauati, hoſtes patriæ. ſemel eſſe cœperunt. in Cat. 33. Demẽtias eius caue contemnas. 4. Att. 34.

Dementer.

Tanta res tam dementer credita. in Cat. 66.

Demergo.

Demergit caput cornix per littora 1. de Diu. 24.

Demerſus.

Animus ex altiſsimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram. de Sen. 70. Equus, in quo uehebar, mecum una demerſus, rurſus apparuit. 2 de Diu. 208. Demerſus i aqua, demerſus in palude. 3. de Fin. 37. & 2. 168. Patriam demerſam extuli. pro Sext. 14. C. Marius ſenile corpus paludibus occultauit demerſum. pro Sext. 14. Quamuis enim demerſæ ſint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas. 2. off. 31.

Demeter.

Nam ab illis quoque Δημήτηρ, quaſi γημήτηρ nominata eſt. 2. de Nat. d. 97. id eſt, terræ mater.

Demetior.

Eorum enim curſus demetiti, maturitates temporum, & uarietates, mutationeſque cognouimus. 2. de Nat. d. 117.

Demenſus.

De induſtriaque, non ex inſidiis, ſed aperte ac palam elaboratur, ut uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpõdeant. in or. 21.

Demetatus.

Atque ita demetata ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat. 2. de Nat. d. 81.

Demeto.

Demetendi, percipiendique fructus ſcientia. 2. de N. d. 233. Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata ſunt. de Sen. 64.

Demigro.

Multa mihi dat ſolatia. nec tamẽ ego de meo ſtatu demigro Att. 4. 46. A quo repudiatus, ad ſodalem tuum M. Marcellum demigraſti. in Cat. 101. Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere coegiſti. in Piſ. 99. Demigrare ex agris, & in aſtu ſe conferre Atticos iuſſit Theſeus. 2. de Leg. 4. Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. 1. Tuſc. 116. Demigrare in loca quædam propter bonitatem. pro L. Agr. 50. Fortiſſimorum ciuium mentes, quæ mihi videntur ex hominũ vita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe, teſtor, me, &c. pro Rabirio, 22. Mortemne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium, vt ab improbis demigrandum ſit? in Parad. 20. Demigrandum eſt potius aliquo, quam habitandũ in hac vrbe. pro Dom. 233.

Deminuo.

Deminuere de commendatione. 13. f. 25.

Demiror.

Hæc te ſperaſſe aſſequi demiror. contra Ruſ. 56. Iſtam auditam a te eſſe omnino demiror. Orat. 122. Etſi addis Lamiam, quod demiror equidem. Att. 14. 318. 1. pro Clu. 69. Me autem, propter quem cæteri liberi ſunt, tibi liberum non viſum demiror. epiſt. 108.

Demitigo.

Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidiẽ demitigamur. 1. Att. 26.

Demitto.

Memmius in forum deſcendens, caput ad fornicem Fabianũ demittebat. de Or. 133. Sin erit in demonſtratione ſermo, paululum corpus a ceruicibus demittemus. ad Her. 21. Si me demiſiſſem in Ciliciam. 15. fam. 13. Cum ipſe equum demiſiſſet in flumen, ſummeſſus equus non extitit. 1. de Diu. 126. Cum in eũ caſum me fortuna demiſiſſet. 10. fam. 15. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum. ad Quint. fr. 1. 1. 6. Demittas te eo, unde exitum vides nullum eſſe. 8. fam. 47. in ep. Cæl. In mediocri fulgore verſabimur, ſi hæc, ut ante dixi, aliquantulum demiſerimus ad Her. 16. Demittere animum, Tuſc. 4. 29. Animos, de Fin. 5. 39. & Tuſc. 4. 21. Demittere ſe in cauſam. Att. 7. 131. 9. ſe in res turbulentiſſimas. 9. f. 1. Qua oratione habita grauiter & ſentẽtioſe, maxime demittitur animus hominum, & ad miſericordiam comparatur. 1. de Inu. 117. Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti, contrahique animo rectum eſſe uideatur. 4. Tuſc. 12.

Demiſſus.

Mœrens, demiſſus & afflictus. pro Syl. 55. Probus, demiſſus, nõ acer, non pertinax, non litigioſus. 2. Or. 98. Cum iſte repente ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus, vt non modo Populo Rom. ſed etiam ſibi ipſe condemnatus videretur. 2. Ver. 21. Demiſſus homo. pro Mur. 77. i. ſupplex. Vt ille tum humilis, vt demiſſus erat. Att. 36. Demiſſus ſine phaleris. 15. Att. 49. Demiſſa vſque ad talos purpura. pro Clu. 89. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. pro Mur. 42. Quid C. Neronis uiri optimi atque innocentiſſimi, nõnullis in rebus animum nimis timidum atque demiſſum? 3. Verr. 52. Animum demiſſum & oppreſſum erigere. pro Cl. 44. Feſſo ac demiſſo animo eſſe Lent. 1. 9. 55. Verſari animo demiſſo atq. humili, ut ſolent ii, qui affecti iniuriis, ad opem iudicum ſupplices, inferioreſque confugiunt. pro Font. 19. Inuenies eum apud ſororẽ tuã, occultantem ſe capite demiſſo. pro Dom. 889. At C. Fabritius a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. pro Cl. 29.

Demiſſe.

Suppliciter ac demiſſe gratias agere. Brutus ad Cic. 16. 2. Suppliciter demiſſeque reſpondere. pro Flac. 16. pro D. ſua, 72. Non eſt auſus elate & ample loqui, cum humiliter demiſſeque ſentiret. 5. Tuſc. 36. Me tuear, ut oppreſſis omnibus non d. vt tantis rebus geſtis parum fortiter. Att. 34.

Demiſſio.

Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem, & infractionem quandam animi, & demiſſionem 3. Tuſc. 12.

Demiurgus.

Itaque non modo in comœdiis res ipſa narratur, ut ille in Demiurgo modo, &c. ep. 104.

Demo.

Demit de capite medimna ſexcenta. 5. Verr. 65. Qui tantum Titiniorum, ac Vanniorum, ac Tanuſiorum capita demebãt. de Pet. Conſ. 6. Cui nihil dempſis ius. de Fin. 69. Quantum de capite dempſiſſet. in Ver. 165. Minutatim & gradatim aliquid demere. 4. Acad. 90. Sæpe fabulis fidem firmare aut demere. de claris Or. 1. Hæc ad te ſcribo, non vt queas tu demere ſolicitudinem, &c. Att. 11. 223. 4. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. 4. Acad. 90. Dionyſius Aeſculapii Epidaurii barbam auream demi iuſſit. 3. de N. d. 120. Dempta æternitate, nihilo beatior Iupiter, quam Epicurus. 2. de Fin. 241.

Demolior.

Columnas demoliri. Q. fr. 3. 2. domum. 1. Off. 193. ea, quorũ altitudo afficeret auſpicia. 3. Off. 85. parietem. in Top. 10. Partem muri. Caſſius Cic. 12. 13. 12. ſtatuas. 4. Ver. 116. 5. Ver. 98. Hãc Scaurus demolitus, acceſſionem adiunxit ædibus. Off. 28.

Demolitio,

Demolitio.

Dum ea demolitio fieret, quæſtores non minus triginta adeſſent in Verr. 141. Demolitione ſublati templorum aditus. poſt redi. in Senat. 29.

Demonſtro.

Se demonſtrat incolumem eſſe non poſſe. 3. Ver. 50. Quid igitur demonſtrat? Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum. pro Quint. 27. Spurina quidem, cum ei rem demonſtraſſem, & uitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem, magnum periculum ſummæ Reipubl. demonſtrabat. Paetu, lib. 9. 24. 7. Nam ut ante demonſtrabant, quid ubique eſſet, ita quid nunc undique ablatum ſit, oſtendunt. in Verr. 230. Demonſtraui hæc Cælio, & illud oſtendi, ſi ipſe unus cum illo contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe. Att. 1. 1. 8. Mihi Fabius demonſtrauit me a te plurimi fieri ep. 32. Legatos mittunt qui eum leges doceant, conſuetudinẽque omnium annorum demonſtrent. 4. Verr. 86. Demonſtrare amorem fraternum in aliquem. ad Q. fr. 291. Digito demonſtrare. in Somn. Scip. 29. Demonſtrare iter. in Cat. 29. Tamen uobis alio loco, ut ſe tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur. 4. Ver. 10. Res demonſtranda, poſtea controuerſia conſtituenda. 1. de Or. 70.

Demonſtratus.

Idque inuentum eſt eo loco qui eſt ab aruſpicibus demonſtratus. 1. de Diu. 29.

Demonſtratio.

Demonſtratio, eſt oratio quæ docet remiſſa uoce quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit. 3. ad Her. 116. & 4. 240. Demonſtratio defenſionum tuarum. 2. de Or. 112. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt recte partes alicuius generis cauſæ putari. 1. de Inu. 18. Demonſtrationem dare. Top. 11. Illi iam habent ſuam conuerſam demonſtrationem. 6. Verr. 116. Vniuerſam rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. 3. de Or. 122. de Geſtu. Demonſtrationes quemadmodum quæque fiant. 4. de Fin. 21.

Demonſtrator.

Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet quo quiſque loco cubuiſſet, demonſtrato uniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe. 2. de Orat. 192.

Demonſtratiuus.

Demonſtratiuum genus cauſæ, & eius ſpecies. 3. ad Her. 101. Demonſtratiuum (genus eſt) quod tribuitur in alicuius certæ perſonę laudem aut uituperationem. 1. de Inu. 11. Cauſæ tres partes ſupponimus, iudicialem, deliberatiuam, demonſtratiuã. de Inu. 43. Demonſtratiuum cauſæ genus minus oratori neceſſarium. 2. de Or. 24. Demõſtratiui generis finis quis ſit. 2. de Inu. 237. In demonſtratiuo genere, quid honeſtum ſit, quæritur. 2. de Inu. 130. In demonſtratiua cauſa principium unde ſumendum. 3. ad Her. 102.

Demoror.

Ne diutius uos demorer, exponam. de Or. 130. Nonnullis et ipſi magiſtratus ueniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos, & demoratos eſſe, dum claſſis Dolabellæ certior fiere de aduentu noſtro. Lentulus Senatui, plebique Romanæ, l. 12. 15. 18.

Demortuus.

Si quis eſſet Romę demortuus. in Verr. 202. Nam cum eſſet ex ueterum numero quidam Senator demortuus, & eum, &c. 4. Verr. 86. Noſtrique familiares fere demortui. Attic. 16. 336. 9. Sanxerunt nequis emeret mancipium, niſi in demortui locum. 6. Ver. 8. Demortui loco nominare eum qui petat. 1. ad Her. 20.

Demoueo.

Ita charus utriſque eſt, atque iucundus, ut non alteros demouiſſe, ſed utroſque conſtituiſſe uideatur. pro Sly. 46. Sed tamen tantam uim eſſe honeſtatis, &c. ut nullis nec ſuppliciis, nec præmiis demoueri poſſit ea eo quod rectũ eſſe decreuerit. 4. de Fin. 96. Manu demotus & actus, præceps intelligatur. pro Cæc. 36.

Demum.

Cur non demum, ut difficiliter a uero internoſcatur? 4. Acad. quæſt. 91. Ea d. magna uoluptas eſt, Criſpe Salluſti, æqualem ac parem uerbis uitam agere. in Sall. Id d. uel, potius id ſolum. 8. Att. 20. Nunc d. literis tuis reſcribo, quas ad me miſiſti. Att. Iã uero exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quãtũ d. a perpetua peregrinatione differt, &c. 5. Tuſ. 150

Denarius.

Scripſi ad Quæſtores urbanos de Quin. fratris negotio. Vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarii. Att. 2. 21. 4. Ad denarium ſoluere aliquid alicui. pro Quint. 9. Quem mihi denarium narras? 9. fam. 39. Emere denario, quod ſit mille denariorum. Off. 70. Singulis cenſoribus denarii treceuti ad ſtatuam Prætoris imperati ſunt. in Verr. 136. Hæc denarium, xxx12. millia palam ſaluis legibus contulerunt in ſtatuam. 4. Verr. 95. Denariorum implere ollam. 9. fam. 44. Sperauerant me ad denarios peruenturum. in Ver. 192. Denarios quingenos dat ueteranis. 16. At. 24. Antonius quingenos denarios ſingulis militibus dedit. Pollio Cic. 10. 72. Exigere quaternos denarios ab aliquo in ſingulas amphoras uini. pro Font. 8. Ille numero ad ſummam tritici adiecto, tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis ternis æſtimauit. 5. Verr. 163.

Denego.

Aquillium non putamus qui denegat, &c. Att. 1. Vt omnia ſemper, quæ iucunda uidentur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. 7. Verr. 29. Quod enim eſſet præmium dignitatis, quod Populus Romanus, cum huius maioribus ſemper detuliſſet, huic denegaret? pro Flac. 1. 2. de Or. 69. Suffragio meo, tamquam comitiis, homini honorem amiciſſimo denegauero. 11. Phil. 303. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum onus imponam: poteſt enim denegare occupatio tua. Luccio, l. 5. 12. 9. Diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. ad Q. fr. 2. 9. 1. Ei nihil natura denegatũ eſt. de or. 120.

Denicales.

Nec tam ferię denicales, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui, quam cæterorum cæleſtium quieti dies feriæ nominarentur, niſi maiores eos, qui ex hac uita migraſſent, in deorum numero eſſe uoluiſſent. 2. de Leg. 52.

Denique.

His omnibus conſideratis, tũ denique cogito, &c. de Or. 1 37. Si ternos denarios qui coegit, erit abſolutus: quaternos, denos d. aut uicenos coget alius, quæ erit reprehenſio? 5. Vetr. 189. Itaque Milonis conſulatus qui uiuo Clodio labefactari non poterat, mortuo d. tentari cęptus eſt. pro Mil. id eſt confeſtim, uel potius tandem & demum: Nihil eſt d. in natura rerum omnium, quod, &c. de Or. 130. Non auaritia ab inſtituto curſu ad prædã aliquam reuocauit, &c. non d. labor ipſe ad quietem. pro L. Man. 28. Ne ſexageſimo d. anno macula notetur. pro Q. 18. Cum ſibi non multitudinem militum, &c. non d. ullam rẽ quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum, Vt cum, &c. d. omnes in Gallia qui ſunt ſocii Pop. Romani, atque amici, M. Fonteium incolumem eſſe cupiant. pro Font. 18. Primum nos docuit, &c. Tum in perorando poſuit, &c. D. ipſe ad extremum pro mea uos ſalute non rogauit ſolum, uerumetiam obſecrauit. Poſt red. ad Quirit. 13. Cum exceſſiſſet e uita, tum d. uiueret. Mathematici, poetæ, muſici, medici d. &c. de Fin. 126. Tantum acceſſit, ut mihi nunc d. amare uidear, antea dilexiſſe. 9. fam. 29.

Denominor.

Ab eo quod continetur, id quod continet, hoc modo denominabitur. 4. ad Her. 197.

Denominatio.

Denominatio eſt, quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua, &c. 4. ad Her. 196.

Denoto.

Quod is qui una die tota Aſia, tot in ciuitatibus, uno nuntio, atque una literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandoſque denotauit. pro L. Man. 4.

Denotatus.

Sapientem, de quo omnis hic ſermo eſt, cum ei res ſimiles occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum aſſenſum. Acad. lib. 2. 53.

Dens.

Dentis euulſionem quis ex Aeſculapiis inuenerit. 3. de N. d. 40. Dente maledico carpere aliquem. pro Corn. Balb. 47. Dentes aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas. 2. de Nat. d. 102. Dentes candiduli. Tuſc. 5. 35. Dentes intimi, qui genuini uocantur, conficiunt eſcas. 2. de Nat. d. 102. Cui dẽtes auro iuncti eſſent, aſt in cum illo ſepeliretur. 2. de Leg. 56. Dentes putridi. in Piſ. 1. Dentes chordarum ſimiles. 2. de Nat. d. 112. Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur. Tuſ. 313. Dentes & pubertatem natura exiſtere ſiquis dicat, &c. 2. de N. d. 61. Dentibus in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. 2. de Nat. d. 101.

Dentatus.

Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. ad Q. fr. 2. 35. Hoc eſt nihil erit quod morſu narabit.

Denſus.

Denſus

Sylua denſa & aſpera. Att. 12. 241. 5. Denſæ dexteræ. 7. Att. 4. Quæ ſyluestribus ſepibus denſa Lemni nocturno aditu coluntur. de Nat. d. 1. 83. Denſior terra hyeme. de Nat. d. 2. 19.

Denudo.

Spoliare atque denudare ſciens iam iuris ciuilis ornatu. 1. de Or. 121. Ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Rom. aſpiciat. 7. Verr. 17. Vaſtata prouincia, correptis vectigalibus, præcipue ciuibus Ro. omnibus crudeliſſime denudatis ac diu enditis. Lentulus Senat. 11. 32.

Denuntio.

Teſtificor, denuntio, ante prædico, nihil M. Antonium eorū, quæ ſunt legatis mandata, facturum. 6. Phil. 207. Multo ante denuntio. Cat. 17. Moneo, prædico, ante denuntio. in Ver. 37. Huic ego homini iam ante denuntio, ſi a me cauſam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam eſſe mutandam. 1. Verr. 34. Homini Romæ in foro denuntiat, fundum illum ſuum eſſe ſeque, ſibi emiſſe. pro Cæc. 14. 4. de Fin. 15. Hector moriens propinquam Achilli mortem denuntiat. de Diu. 94. Denuntiat multis. 2. At. 56. id eſt, minatur. Denuntiat orbis ille omnia animo. de Vniu. 35. Clodius mihi adhuc denuntiat periculum. Att. 2. 35. a. Sext. Alphenus denuntiat ſe procuratorem eſſe. pro Quint. 4. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, ſed præſidium denuntiant. pro Mil. 1. Clodius non mediocres terrores iacit & denuntiat. 2. Att. 60. Omnibus, quamquam ruit ipſe ſuis cladibus, peſtem, vaſtitatem, cruciatum, tormenta denuntiat. 14. Phil. 389. Cur Ebuti de iſto potius fundo, quam de alio, ſi quē habebas, Cæc. denuntiabas? pro Cæc. 68. Nec mihi iudicium populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec diſceptationem, aut cauſæ dictionem, ſed vim, arma, exercitus, imperatores, caſtra denūciabat. pro Sext. 32. Catilina Sulpitio vim denuntiabat. pro Mur. 116. Quibus ego teſtimonium denuntiari, quorum nomina dedi Metello. 4. Verr. 46. pro Sex. Roſc. 65. At illa inimicitias mihi denuntiauit. 5. Phil. 177. & pro Flac. a. Expectanti mihi tuas quotidie literas, Lupus noſter ſubito denuntiauit, vt ad te ſcriberem. ep. 179. Denuntiauit vt adeſſet. 7. Ver. 8. M. Aurius qui ante denuntiarat. pro Clu. 12. Vt quidquid opus eſſet, mihi denuntiaret. ep. 66. Quod temere commiſiſti, in iudicium vt denuntiaret, rogaſti vt ignoſceret. pro Roſc. Com. 15. Cum ſe ad omnia, de quibus quiſque audire vellet, eſſe paratum denuntiaret. de Or. 93. An cum Romę domus eius, vxor, liberi ſint, domum potius denuntiem? pro Quint. 31. Alicui cædē & dimicationem denuntiare. pro Dom. 44. Denuntiare indiciū. pro Mur. 49. & pro Sext. 31. Quid erat aliud, niſi denūtiare Pop. Romano ſeruitutem? in Ant. 189. Denuntiare teſtibus. 4. in Verr. 8. teſtimonia. 3. in Verr. 35. & pro Flac. 11. timorem. 3. Phil. 139. Quibus portentis magna Populo Rom. bella denuntiabantur. de Diu. 10. Quod Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denuntiandum miſerat ep. 198. Nos vero ſiquid tale acciderit, vt a deo denuntiatum videatur vt exeamus e vita, lęti, & gratias agentes pareamus. 1. Tuſc. 192. Plus enim aliquanto attuliſti, quam tibi eſſet tributum a nobis atque denuntiatum. de or. 156. Quaſi denuntiatum ab illo. 15. Att. 38. Quidquid denuntiatum ſit, ſatis. Parad. 49. Ego autem numquam, cum mihi denuntiatum eſſet a tuis ire aliquem, non dedi. ep 95. Siculis denuntiatum eſſe audio, domum ad illum vt venirent. in Verr. 70. Denuntiatum eſſe veteranis. 11. fam. 4. in ep. M. Bruti & Caſſii.

Denuntians.

Neque id ſolum mea ſponte, ſed multo etiam magis monente & denuntiante te. Sulp. 4. 3. 3.

Denuntiatus.

Mortem ab illo denuntiatam palam Miloni & prædicatam. pro Mil. 38. Nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod denuntiatum ante ſit & indictum. 1. Off. 55.

Denuntiatio.

Denuntiatio accuſandi. pro Mur 44. Belli denūtiatio. 6. Phil. 206. Quæ eſt enim illa a diis profecta ſignificatio, & quaſi denūtiatio calamitatum? 1. de Diu. 14. Quod præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quam perículoſa eſſet, ex caſu collegæ videbam. 10. fam. 16. in ep. Planc. Facile vero huic denuntiationi parebit. in Ant. 206. Denuntiationem illam Memmii valde Cæſari diſplicere. At. 4. 85. 8. Denūtiatione periculi ſperare eos, &c. poſſe magna conſequi præmia. 11. fam. 31. in ep. D. Bruti. Adiunxi ille, vt eos, qui domo exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret, &c. pro Flac.

Denuo.

Quintus annus cum te Pictore incidiſſet, ceſſa denuo Sicilia eſt. 4. Verr. 97. Quæ denuo alio orationis membro excipitur. ad Her. 30. Recita denuo. 3. Verr. 25.

Deonero.

Quid cum commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœpiſti? 1. Ver. 24.

Deorſum.

Naturis his, ex quibus omnia conſtant, ſurſum deorſum, vltro citroque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur. 2. de Nat. d. 120. At atomum, cum pondere & grauitate directo deorſum feratur, declinare paululum. 1. de Nat. d. 94. Deorſum aut ſurſum vehitur animal. de Vniu. 61.

Depaciſcor.

Quidam Imperator, cum ab hoſtibus circumſideretur, depactus eſt cum eis, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret. 2. de Inu. 175. Neque ante dimiſſum, quam ad conditiones eius depactus eſt. 5. Verr. 49. Ipſi tria prædia ſibi depactus eſt, voluntatem Decurionum ac Municipum omnium tantidem, quanti fidem ſuam fecit. pro Roſ. Am. 68. Depaciſci cum aliquo, vt aliquid fiat. de Inn. 61. Cur non depaciſci velim honeſtiſſimo periculo? 9. At. 19.

Depaſcor.

Qui a pecore eius depaſci agros publicos dicebant. 2. de Or. 157. Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. 1. de Leg. 43. In ſumma hubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. 1. de Or. 54.

Depeculor.

Apollonium Niconis filium Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto ſpoliaſti ac depeculatus es. 6. Ver 32. Ciuitates, regna, domos omnium depeculatus eſt. ad He. 32. Cur pro iſto qui laudem, honoremque familiæ veſtrę depeculatus eſt, pugnas? 6. Verr. 70. Depeculari famam. 4. ad Her. 210. Nam vt peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. 3. de Fin. 51. 7. Ver. 7.

Depeculator.

Depeculator, venator, &c. in Piſ. 100. Depeculator ærarii. 2. Verr. 1.

Depello.

Moleſtias omnes ratio depellit. Cæl. 2. 28. Sic ab huius nunc capite Gallorum impetus, terroreſque depellit pro Font. 29. Longi ſermonis initium depuliſti, Attice. de Cl. 191. Nec alia vlla re abs ſe mortem, niſi mortis opinione depulit. pro Sext. 20. Virgines voluntaria morte nefariam turpitudinem depulerunt. de Prouint. Conſ. 5 Quid egit, niſi vti falſum a ſe ſuſpicionem depelleret? 12. Phil. 311. Non facile tantam molem mali a ceruicibus noſtris depuliſſem. 3. in Cat 61. Sed ſi morbum depulero, facile, vt ſpero, illa reuocabo. 7. fam. 47. Depellere a ſe turbulenta, & rationis expertia, ratione. de Vniu. 57. ab auctoritate, a dignitate, a ſalute. Poſt redit. in Senatu. 5. ægritudinem. Tuſc. 3. 21. aliquem de propoſita ſententia. pro Lig. 141. manu aliquem. Off. 3. 55. Vi, ferro periculis. vrbe, omnibuſque patriæ præſidiis aliquē. de haruſp. reſp. 54. criminationes. de Amic. 59. de cauſa ſuſcepta. pro Ligar. 16. errorem. Diu. 2. 46. Quid iam de Saturni ſupplicio reliquiſque dicam? qui ne depellere quidem a ſe ſine ferro potuit Reſp 3. de Leg. 21. Tecta ſua defendere, & ab aris, focíſq. ferrum, flammamque depellere. pro Sext. 78. Depellere metum, timorem, ſeruitutem alicui. Poſt redit. in Senatu. 17. multam alicui. 5. fam. 57. periculum alicuius. pro Sext. 1. De ſuſcepta cauſa propoſitaque ſententia, nullam contumeliam, nullam vim, nullum periculum poſſe aliquem depellere, magni cuiuſdam animi eſt. pro Lig. 16. Tela depellere, & vulneribus mederi. pro Quint. 4. Verbera depellere, & deiicere cruciatum a ciuitate. 7. Ver. 126. Vim, ſcelus, furorem malorum, ſuo corpore oppoſito a bonorum omnium ceruicibus depellere. pro D. ſua, 50. Depellere vrbe & præſidiis Reip. de haruſp. reſp. 54. Sequit enim, vt ſi alia ab alia numquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. de Fat. 144. De falerno anſeres depellantur. in Ant. 248. Vt ex omni cuſtodia veſtræ libertatis, ex omni poteſtate, curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? de L. agr. 37. Dimoueri, depelli, & deduci de loco. pro Cæc. 35. Depelli a peſte Reip. pro Sex. 35. Aliud ab alio depelli. de Fat. 35. De recta, diuturnaque ſententia, maleuolentiſſimis obtrectationibus aliquorum depelli. Lent. 1. 7. 13. Depelli ſententia. Tuſc. 2. 12. Omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. lib. 1. de Fin. 26. Non de ſpe cunctaque depulſus. in Cat. 15. Quo loco depulſos Cecinna, tamen, &c. pro Cæc. 289. Depulſus per inuidiam Tribunatu. 3. de Or. 7. Vt tantummodo odium illud hominis impuri, & ſeruitutis dolor depulſus eſſe videatur. ep. 185.

Cum

Cum cibo & potione fames, ſitiſque depulſa eſt. de Fin. li. 1. 29. Atque is agitatione & motibus linguæ cum depulſum & quaſi detruſum cibum accepit, depellit. 2. de Nat. d. 102. de ſtomacho. Depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo & mitificato cibo, cautus edere quiete ſatiatos. 2. de Diu. 84. de gallis gallinaceis. Fluctus per nos a communi peſte depulſi. 1. de Or. 2. Simulachra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterũ hominum deiectæ. 3. in Cat. 63. Scito nos de vetere illa noſtra diuturnaq. ſententia prope iam eſſe depulſos. ep. 7. Sed iam depulſis ac diſſipatis tuis copiis a Populo Romano vniuerſo, &c. pro Do. ſua, 13.

Depulſor.

Depulſor dominatus, quam particeps eſſe maluit. 2. Phil. 48.

Depulſio.

Doloris depulſio. 5. de Fin. 30. Intẽtionis depulſio. 1. de Inu. 29. Quæ cauſa iuſtior eſt belli gerendi, quam ſeruitutis depulſio? 8. Phil. 242. Omnium deinde inanium viſorum vna depulſio eſt. 4. Ac. 93. Depulſione luminum ſupina ora cernũtur, quæ conuertens inferiora reddit, quæ ſunt ſuperiora. de Vniu. 61. Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. 2. de Fin. 68.

Dependo.

Omnes fere Reip. pœnas aut præſenti morte, aut turpi exilio dependerunt. pro Sext. 123. Denique ipſum latorem legis Sempronię iuſſu populi pœnas Reip. dependiſſe. in Cat. 82. mihi autem abiurare certius eſt, quam dependere. Att. 1. 5. 3. Puto ſiquid in homine pudoris eſt, præſtaturum eum, ne pro ſe quodammodo dependatur. Att. 14. 314 5. Eſt rei familiaris iactura tolerabilis Reip. quod ſpoponderis, quemadmodum ſoluat, niſi is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis? ad Brut. 58. dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. 1. fam. 34.

Deperdo.

Non ſolum bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderũt. de Prou. Conſ. 9. Verebatur enim videlicet, nequid apud vos populumq. Romanum de exiſtimatione ſua deperderet. pro Font. 26. Nequid de libertate deperderet. 4. Ver. 52. Qui timebit nequid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. 5. Tuſc. 58. Cum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere. pro Cæc. 74. Deperdere ſanguinem. de Cl. Or. 155.

Depereo.

Scheda nequa depereat. Att. lib. 1. 15. 9. Si is, cuius vſusfructus legatus eſt, deperiſſet. in Top. 8. de ſeruo.

Depingo.

Vt ea declarant, quæ cogitatione depingimus. Aca. li. 2. 45. & 48. Depingere cogitatione quiduis poſſe videtur mens noſtra. de Nat. d. 1. 29. Pamphilumque neſcio quem ſinamus in inſulis tantam rem tamquam pueriles delicias depingere. 3. de Or. 46. Pudebit te, inquam, illius tabulę, quam Cleanthes ſane commode verbis depingere ſolebat. 2. de Fin. 110. Vitam alicuius depingere. pro Roſc. Amer. 45. Minuta quædam nimiſque depicta. Orat. 200.

Deploro.

Te appello Oppianice, te T. Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. pro Clu. 51. Nam ita deplorat primis verſibus manſionem ſuam, vt quemuis monere poſſit. 2. Att. 39. Multaque, inquam, de Cn. deplorabo. Att. 9. 190. 4. Si in aliqua deſertiſſima ſolitudine ad ſaxa & ad ſcopulos hæc conqueri & deplorare vellem. 7. Verr. 134. Noſtri fere æquales deplorare ſolebant, id quod voluptatibus, &c. de Sen. 7. Cupio te dicere ac deplorare apud aliquem de miſeriis aratorum. 5. Verr. 76. Qui eſt qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? 1. Phil. 292. Hoc iure ſunt ſocii, vt hi ne deplorare quidem de ſuis incõmodis liceat. 4. Ver. 46. Deplorare de ſuis miſeriis apud patronos. 4. Verr. 7. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & cõqueri mallent. 5. Ver. 37. Deplorare interitum alicuius. Off. 47. Deplorare ius ſuum. 2. Verr. 31. Deplorare multa de aliquo. 9. Att. 67. Sæpe interfui querelis, quas illi deplorare ſolebant. de Sen. 78. Nõ libet enim deplorare vitam, quod multi & indocti ſæpe fecerũt. de Sen. 76. id eſt, conqueri de vita. Deplorare voce lamentabili. Tuſc. 2. 38. Quæ de altero deplorentur, ad ſuas res reuocet. 2. de Orat. 316. Deploranda calamitas. 1. Verr. 12. Id eſt initum cõſilium, vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem Populi Romani nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. 4. in Cat. 76. Neceſſario mihi de iiſdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum, at certe Iudices dolentius deplorandum. pro Sext. 10. Sed quid neceſſe eſt, cum id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore, vitam etiã efficere deplorando miſeriorem? 1. Tuſc. 130.

Deplorans.

Itaq. augurem Tireſiam, quem ſapientem fingunt poetæ, nuſquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam. 5. Tuſc. 162.

Deploratus.

Deplorata ſatis hæc ſunt. 9. Att. 71. Id eſt, ſatis queſti ſumus de his.

Depono.

Vtramq. prouinciam remitto, exercitum depono, priuatus eſſe non recuſo. 8 Phil. 290. derelinquo iam communem cauſam populique Romani ius in veſtra fide ac religione depono. pro Cæcil. 74. Obliuiſcor iniurias, depono memoriam doloris. pro Cæl. 38. Is depoſuit ſimultates, quas mecum habebat. pro Piſc. 62. Att. 3. 66. 5. Tribunitii candidati . . . apud M. Catonem depoſuerunt. ad Q. fr. 3 16. Tu modo ineptias iſtas & deſideria vrbis & vrbanitatis depone. Treb. l. 7. 6. 2. de Prou. Conſ. 16. Depone omnia, corpori ſerui. 16. fa. 7. i. omnibus omiſſis ſerui corpori. Quamobrem adeſte animis Iudices: & timorem, ſi quem habetis, deponite. pro Mil. 2. ep. 178. Eſt mihi iucunda in malis & grata in dolore veſtra erga me voluntas. ſed iã per deos immortales queſo deponite. In Cat. 73. Quibus ego rebus Iudices ita flectebar animo, atque frangebar, vt etiam ex memoria, quas mihi ipſi fecerat, inſidias deponerem. pro Syl. 13. Vt ille eſſet melior, & aliquid de populari leuitate deponeret. Att. 2. 16. 12. id eſt, ceſſaret a leuitate. Et artificium obliuiſcatur, vt ſtudium deponat. pro Roſc. Am. 29. Si gladium quis apud te ſanæ mentis depoſuerit, repetat inſaniens, reddere, peccatum ſit, non reddere, officium. 3. Off. 128. 2. Verr. 15. Nec prius quidem, quã noſtrum negotium aut confecerimus, aut depoſuerimus. Att. 7. 125. 5. Cæteri autem ſi errorem ſuum depoſuerint, & in Reip. gratiam redierint, veniam & impunitatem dãdam puto. 8. Phil. 255. Neque enim eſt conſentaneum, vllam honeſtam rem, actionemue, ne ſolicitus ſis, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere. de Ami. 43. Deponere omnes curas & dolores in ſermone & ſuauitate alicuius. 4. fa. 22. Non te ea intermittere, ſed accuratius tractare, nec te de manibus vmquam deponere. 1. Ac. 2. deponere dignitatem. 1. Phil. 13. Dolorem ſuſceptum. 3. Tuſc. 56. Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo philoſophari? Att. 25. Gloriam partam deponere atque abiicere. 2. de Or. 116. ſummum imperium. de Nat. d. 2. 9. inimicitias cum aliquo. pro Fl. 1. inimicitias ſuſceptas Reip. nomine. Att. 14. 310. 3. inimicitias veteres. pro Clu. 58. inuidiam, pecuniam cõdere. pro L. Agr. 71. Mœrorem atque luctum deponere, gaudereque potius. 14. Phil. 407. Mentem, mentumque in gremio mimarum deponere. 13. Phil. 362. deponere alienum nomen ipſe maluit, quam ſuum illis reddere. in Ant. 250. deponere odium. Poſt redit. in Senat. 22. officium. 2. de Nat. d. 17. Vtero hoc onus tantum in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere? 7. Verr. 141. deponere offenſionem ſuſpicionis. 13. fam. 42. Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere. pro Q. 24. Opprimi me onere officij malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro S. R. an. deponere prouinciam. in Piſ. 3. & 11. Phil. 306. 2. Att. 3. & 5. fam 4. Rationes mei quæſtoris, Apameæ deponere cogitabamus. epiſt. l. 2. 16. 6. Nobis placet nec priſtinum dicendi ſtudium deponere, & in hac maiore & vberiore arte verſari. 1. Tuſc. 6. Nunc vero ſi audierit te ædificationẽ depoſuiſſe. Mem. l. 13. 4. id eſt, omiſiſſe. depoſuiſſe in Cilicia apud Solẽ in delubro pecuniã Alexander dr. 2. de L. 40. nff. 3. 128. Non admitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur atq. deponitur. pro Cæc. 73. q; ſummi puerorũ amores ſæpe vna cum prætexta toga deponerentur. de Am. 33. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiã retuliſſem. 2. off. 5. quã mollis animus & ad accipiendã, & ad deponendam offenſionẽ, nihil attinet ad te, qui ea noſti, ſcribere. Att. 1. 12. 3. Sequitur. n. de iure belli, in quo & ſuſcipiendo & gerendo & deponendo, ius vt plurimum valet. de Leg. 56. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponẽda nonnumquam. 1. Off. 97. Valeantq. ad deponendas potius, quam ad ſuſcipiendas religiones. 2. de Diu. 168.

Depoſitus.

Sin aliter, eam opinionem hoc ipſo in loco depoſitã & abiectam relinquatis. 3. de Leg. Agr. 2. Depoſitam pecuniam recuperare. pro Leg. Agr. 50. Itaque mihi videor magnam, & maxime ægram, & prope depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe. 3. Ver. 3. Cęcilius depoſito onere domeſtici officii nihil poſtea, niſi

de Reſp.commodis cogitauit.pro Syl. 179. Cauendum erit, ne non ſolum amicitiæ depoſitæ, ſed inimicitiæ etiam ſuſceptæ ui deantur.de Am.66.Depoſitæ pecuniæ nomine uſuras non debe ri. 13. fam. 78. Depoſitis armis de re pecuniaria diſceptare.pro Quint. 7.Athenienſes ſtatuerunt, ut coniugibus & liberis Trœ zene depoſitis,naues conſcenderent.Off.3.62. Inuentum tamé eſſe fortem amicum,&c.qui ii a. quingentis millibus depoſitis, id ſe perfecturum polliceretur.2.Verr.15.

Depoſitum.

Habere prouinciam debet is, ut eam deſponſam, non decretam, habere uideatur. de Prouinc. Conſul. 30. Cui me præripere deſponſam iam & deſtinatam laudem, cum ipſe eius opera & dignitatem & ſalutẽ recuperarim, ualde eſt iniquum. de har. reſp. 4. Piſonem Conſulem nulla in re conſiſtere unquam ſum paſſus: deſponſam homini iam Syriam ademi. Att. 1. 41.

Deſponſatus.

Deſponſatus.

Dederam ad te literas antea, quibus erat ſcriptum, Tulliam noſtram Craſſipedi pridie Nonas Aprilis eſſe deſponſatam. ad Quint. fr. 2. 81. 1.

Deſtino.

Sed ſi Plancus deſtinat, tum haberes difficultatem. Att. 216. At ego iam deſtinaram. Att. 248. Deſtinaras tibi trapezophoron. 7. fam. 41. Cum eorum alter Dionyſius diem necis deſtinauiſſet: & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, &c. 3. Off. 58. Deſtinare ſorti. 5. Phil. 188. Si prius aperuerimus quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari, quo in totius orationis conferatur. ad Her. 5.

Deſtinatus

Non eſt annus hic tibi deſtinatus. Fornio, lib. 10. 25. 5. ideſt, non eſt tibi legitimus ad petendum. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? pro Seſtio, 55. Alter præſto fuit ad horam mortui deſtinatam. Tuſc. 140. Deſponſam & deſtinatam laudem alicui præripere. de har. reſp. 4. Ais te putare, ſi addiderimus aliud, a quo refugiat, cum ab ipſo id fuerit deſtinatum, uenditurum. Att. 196. Certis, deſtinatiſque ſententiis addicti. 2. Tuſc. 8.

Deſtituo.

Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cuiuſque nos ita addixit, vt ne ſibi quidem, &c. 5. Phil. 188. Eiuſdem muneris, legationis, officii, mandatorumque ſocios induxit, decepit, deſtituit. pro Sex. Roſc. 69. Quid eundem in decemuiratu non deſtituiſti? in Ant. 179. Aut illum me animi conſcientia, quod Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari. Att. l. 13. 296. 4. Deſtitui ab aliquo. pro Cl. 35.

Deſtitutus.

Ita ſum deſtitutus, ut nihil requietis habeam. Att. 16. Deſtitutus bonis. 1. Tuſc. 152. Deſtitutus conſiliis & promiſſis alicuius. ad Q. fr. 1. 3. 12. Contrahit frontem, & queritur ſe ab Oppianico deſtitutum. pro Clu. 57. Magiſque ille, cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. 1. Off. 48. Deſtitutum ſe querens. 10. fam. 42. in ep. Planci. ideſt, fidem ſibi nõ præſtitam. Viri boni, multis uadimoniis deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti. pro Q. 39.

Deſtitutio.

Hos, qui leuiores erant, deſtitutione iratos Oppianico redderet. pro Clu. 56. Deſtitutione illa perculſus Quintius, e Scapulis pauculos dies auſert. Pro Quint. 11.

Deſtruo.

Vt nauem, ut ædificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit, &c. de Sen. 66.

Deſudo.

In his deſudans atque elaborans, corporis vires non magnopere deſidero. de Sen. 84.

Deſuefactus.

Qui quod roſtra iamdiu uacua, &c. multitudinemque iam deſuefactam a concionibus ad ueteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat, &c. pro Clu. 88.

Deſultorius, *Vide* Deſilio.

Deſum.

Siue naturæ deeſt quidpiã, ſiue abundat atque effluit. 1. de Diu. 109. Tibi hominum pœnę deſunt adhuc, non deorum. de har. 25a. Non putaui fieri, poſſe, ut mihi verba deeſſent: ſed tamẽ in C. Lenio commendando deſunt. Ep. 227. Decori noſtro non deſui. Somn. Scip. 28. Cur ei bello tum propter timiditatẽ tuã & propter libidines defuiſti? 2. Phil. 79. Deſuit ei animus ab initio ad Brut. 10. 2. Non modo deſuit conſilium, ſed etiam obfuit. 3. Att. 25. Non tibi deſuit cura aut ſtudium in tanto officio. 9. Phil. 1. Quod ſi tibi tantum in nobis uidetur eſſe, quibus etiam ſi ingenium, ut tu putas, non maxime deſuit, doctrina certe & otium, & hercule etiam ſtudium illud dicendi acerrimum defuit. 1. de Or. 39. Nihil deſuit illis. 13. Att. 67. ideſt, ita a nobis fuerunt accepti, ut deſiderari nihil poſſet. Non deſuit huic rationi ac ſtudio Dicæarchus. 3. de Leg. 16. Tibi nullum a me amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officiũ deſuit. pro Mil. 76. Quod officium tuum, uel in abſentem, me vel in præſentes meos defuit? Ep. 161. Nec in Antonio deſuit hic ornatus, nec in Craſſo redundauit. de Or. 244. Huic conuiuio puer optimus Quintus, tuus, meuſque, &c. deſuit. 2. ad Q. fr. 14. ideſt non affuit. Et uita ſuppeditauit, & ſplendor ei non deſuit. de Cl. 175. Numquã mihi tui ornandi uoluntas deſuit. Ep. 64. Pancæ Centuriæ ad conſulatum deſuerunt. de Cl. Or. 128. Non animus eis, ſed uires defuerunt. pro Flac. 48. Qui ſi remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis. de Cl. 176. Tum enitor, ut neq. amicis neq. etiã alienioribus, opera, conſilio, labore deſim. ad Lentul. lib. 1. 9. 59. Mihi auſculta, uide ne tibi deſis. pro Roſc. Am. 64. Nec metuo, tamẽ, ne mihi ſermo deſit abs te, quo magnopere delector. Att. 4. 80. 5. Nõ deerit ſapienti quod agat. 4. Acu. 198. Deeſſe cauſæ cõmuni. 6. Verr. 123. dignitati ſuæ 1. Phil. 11. gladiis. pro Sext. 69. honori, rei, exiſtimationi alterius. 13. fa. 100. mihi nolui, quin te admonerem. 5. fa. 28. Nuſquã. d. de Pet. Conſ. 28. officio ſuo & muneri. 3. Tuſc. 13. Att. 7. 136. 8. & 7. fam. 8. Orationem ad alicuius rei diſceptationẽ. d. de L. Agr. 49. Neque deeſſe, neque ſupereſſe Reip. uolo. 10. fam. 77. in ep. Aſinii Poll. Deeſſe ſtudiis alicuius. 10. Phil. 279. Quod ſi qui ueſtrum non probabit, mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciat, non illi erga patriam fidelitatem. Plancus Cic. 10. 17. 5. Defuiſſe me illi, cum eius cauſam recepiſſem. 13. At. 62. Tute tibi defuiſſe uideare. off. 3. 9. In Trib. plebis Deſ. reliqua ſpes eſt: quam ſi expectaru, nõ erit quod putes me cauſæ meę, uoluntati meorum defuiſſe. Att. 3. 531a.

Deſidero.

Deſidero abs te aliquid. ad Q. fr. ideſt, non uideris mihi facere quod debes. Ἀμελείαν illam, quã tu ſoles dicere, bono modo deſidero. ad Q. fr. 311. Tu me conſolari deſine: obiurgare uero noli. quod cum facis, ut ego tuum dolorem amoremque deſidero. Att. ideſt, uideris mihi non dolore vicẽ meam, & me amare. Nec honores deſidero, nec ſitio gloriã. ad Q. fr. 325. Nec. nſcire deſidero. de Nat. d. Neque nunc uires deſidero adoleſcẽtis de Sen. 81. Ius ciuile, doctorem, lumenq. deſiderat. Ep. 104. Virtus nullam aliam mercedem laborum ſuorum deſiderat præter hanc laudis & gloriæ. pro Archia. 5. Quiſ ab eis ullam rem dignam laude deſiderat? At. 132. Non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes. de Sen. 28. Quod ea uoluptates nullas magnopere deſiderat. de Sen. 40. Lepidus quod ego deſiderabam fecit. Ep. 153. Deſiderant ſententię lucem auctorum de Nat. d. 1. 9. Dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. Att. 5. 104. 1. Iam illa non longam orationem deſiderant, quamobrem, &c. de Or. 102. Numquam iſtam ſententiam deſideraui. ideſt, ea numquam mihi deſuit. Quis congreſſum meum aut facilitatem ſermonis deſiderauit? Att. 200. Refertur ad conſilium, una ſola ſententia præſidium deſiderauit. Att. 11. Deſiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu eſſes Cyrenis. pro Plan. 251. Cum uos me ut chariſſimum filiũ deſiderabatis. de Pio. 178. Vnum excipio Catonem, in quo perfectiſſimo Stoico ſummam eloquentiam non deſiderem. de Cl. 175. Amplius quod deſideres nihil erit. Tuſc. 1. 81. Qui in uita rationem ſummi effici deſideremus, & inſtituta bonorum utrorſi requiramus. pro Q. 32. Et reliquos nõ deſideraret ſolum, ſed etiã poſceret & flagitaret. 7. Verr. 57. Non deſiderare iucundius eſt, quam frui. Cat. 44. Deſiderare uel requirere aliquid ab aliquo. pro Quint. 10. de Amic. 69. Deſiderare aliquid bono modo. 2. ad Q. fr. 18. Deſiderare gloriam quaſi mercedem rerum geſtarũ. Off. 1. 93. Non patietur nos deſiderare illum diutius. 15. fa. 49. in ep. Caſſii. Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum mę ſtultitiam & deſperationem accuſares domi tuę, dicere te, ea meis libris animum meum deſiderare. 7. fam. 50. Quando id te uideo deſiderare. epiſt. 76. In quo autem deſiderare te ſignificabas literas meas, præter ſeries, &c. ep. 18. Sed ea quæ deſideratur a magno philoſopho grauitas, in eo non fuit, 5. de Fin. 23. Deſideratur ea res. 11. ad Att. 14. ideſt, eius rei prætermiſſio reprehenditur. Sin erit bellum, ut uideo fore, partes meæ non deſiderabuntur. Att. 117. Deſiderando ſentimus tuam ſuauitatem. 16. fam. 9.

Deſiderans.

Antonius multa in ſe & in aliis deſiderans. Or. 198.

Deſideratus.

Nec tam deſiderata ſit ante, quam inuenta. Tuſ. 3. 1. Nec quidquam ex eo fano, præter unum perparuulum ſignum ex ære deſideratum eſt. in Verr. 255. Sed omnia deſiderata magis, quam aſſidue perſpecta delectant. poſt red. ad Quir. 3.

Deſiderium.

Deſiderium, libido eius, qui nondum adſit, uidendi. Tuſc. 4. 57. Hem mea lux, meum deſiderium. Terentiæ, lib. 14. 5. Deſiderium tuum te mouet. 5. fam. 45. Deſiderium utriuſque noſtrum abſentis crebris & longis epiſtolis leniatur. 15. fam. 51. Deſiderium me tenet eius, &, Satietas me tenet, contraria. 2. fam. 20. Me mirum deſiderium tenet urbis. ep. 24. Vt aliquando uos, Patreſque Conſcriptos, Italiamque uniuerſam memoriam mei, miſericordia, deſideriumque teneret. poſt red. ad Quir. 1. Ea ſi paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni deſiderii noſtri. de or. j. 102. Quo tolerabilius feramus igniculũ

deſiderii tui, crebris tuis literis appellato. Treb. 15. 70. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii; ad ſanandū vulnus iniuriæ, ut ſaneas, adiutorque ſis, &c. vehementer te rogo. Catoni, lib. 15. 4. 42. Annus tertius acceſſit deſiderio noſtro. Q. fr. 1. 1. 1. Is deſiderium tui diutius ferre non poteſt. in Ant. 169. Nunc emergit amor, nunc deſiderium ferre non poſſum. Att. 9. 181. 3. Inter deſiderium & indigentiam diſtinguunt Stoici, ut deſiderium ſit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam aut quibuſdam, quæ κατηγορήματα dialectici appellant, ut habere diuitias, capere honores. Indigentia rerum ipſarum eſt, ut honorum, ut pecuniæ. Tuſc. 4. 17. Populus Romanus deſiderium liberatoris ſui perpetuo plauſu & clamore leniuit. in Ant. 159. Deſiderium ac dolorē alicuius literis refricare. 5. Fam. 49. Gracchus magnum deſiderium ſui reliquit apud populū Romanum. pro Rab. 9. Hortenſius extinctus, & auctoritatis & prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquit. de Cl. 167. Qui tuo ſle tu deſiderium mei, memoriamque renouaret. Poſtquam. 199. Deſiderio quempiam efficere. 15. f. 51. Cum deſiderio & cum timore expectare. 2. ad Q. fr. 16. Deinde ſequuntur atque appetūt, ad quas ſe applicent eiuſdem generis animantes, idque faciunt cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani. de Am. 121. Cupio equidem, & iampridem cupio, Alexandriam, reliquamque Aegyptum viſere, & ſimul ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum aliquo deſiderio reuerti. At. 2. 126. Nō ignoro quantum ex deſiderio labores, ſed, &c. 16. fam. 12. Non dici poteſt, quam flagrē deſiderio urbis. Att. 5. Erat enim Brutus in deſiderio ciuitatis, in ore, in ſermone omnium. 10. Phil. 279. Diutius enim iam in hoc deſiderio eſſe non poſſum. Læl. 86. 2. fam. 22. Faciam ut in medio dolore ac deſiderio mei læteris. ad Q. fr. 315. Spes triumphi, in qua ſatis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem iam diu in deſiderio rerum mihi clariſſimarū. ep. 24. Deſiderio libertatis, odioque diuturnæ ſeruitutis. 12. fam. 24. Deſiderio noſtri te æſtuare putarem. 7. fa. 33. Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri negem, quam id recte faciam, viderint ſapientes, ſed certe mentiar. de Amic. 9. Summo meo dolore & deſiderio. 3. ad Q. fr. 6. Deſiderio tui mortuam eſſe. 1. Att. 6. Deſiderio tui oblanguerunt literulæ meæ. 16. fam. 18. Deſiderio virium teneri. de Sen. 29. Deſideria naturæ. de Finib. 2. 25. Valete mea deſideria, valete. Terentiæ, lib. 14. 6. Qui hominis ſeditioſi imagine, deſideria imperitorum miſericordia commoueret. pro Rab. 95. Etenim quis hoc non uidet, deſiderio illa condiri omnia? Tuſc. 5. 70.

Deſideratio.

At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus, credo: ſed ne deſideratio quidem nihil autem eſt moleſtum, quod non deſideres. de Sen. 47.

Deſiderabile.

Nihil enim deſiderabile concupiſcunt. de Fin. 1. 48.

Detego.

Quia poſſit fieri, ut patefacta & detecta mutentur. 4. Ac. 219.

Deter, *Vide poſt Detrimentum.*

Detergo.

Cū neque caligans detergit ſidera nubes. in Arat. Quid quæris? tamne ad centena Cluuianum aduentare videtur? ſed primo anno LXXX. deterſimus. Att. lib. 14. 306. 4.

Determino.

Et id quod dicit, ſpiritu, nō arte determinat. 3. de or. 96. Omnia defixa tuus glomerans determinat annus. de Diu. 84.

Determinatio.

Concluſio, eſt exitus & determinatio totius orationis. 1. de Inu. 109. Cæli complexus, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Nat. d. 146.

Determinatus.

Determinatus curſus. 2. de Nat. d. 146.

Detrimentum.

Prouidere nequid Reſpub. detrimenti accipiat. 5. Phil. 188. Curare ne quid detrimenti Reſp. capiat. epiſt. 260. Videret nequid Reſp. detrimenti caperet. pro Mil. 52. 1. in Cat. 1. Tamen ſi quid Lepidus bene ſentiens detrimenti cepiſſet, hoc omne aſſignatum iri, aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam. ep. 154. Pluſque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quam in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. 1. de Fin. 82. Neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus, ut maius detrimentum reſpub. accipere poſſit. epiſt. 159. Accipere detrimentum in re aliqua. pro Pomp. 6. Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit ſuarum. Att. 165. Reſp. detrimentum fecit, quod per te, &c. 6. Verr. 18. Noſtro incommodo detrimentoque, ſi ita eſt neceſſe, doleamus. de Cl. Or. 3. Non ſine magno Reſp. detrimēto. 6. Ver. 17. Quidquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur cuique. Off. 2. Tua iſta detrimenta ſunt, illa noſtra. in Ant. 179. Plura detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. de Orat. 88. Detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contumeliiſque perferre. 5. Verr. 196.

Deter.

Sic in iudiciis deterior cauſa ſit eorum qui fugierint, quam qui, &c. pro Cæc. 34. Nec ideo eſt Gaditanorum cauſa deterior, grauiſſima enim, & plurimis rebus eſt fulta. pro Cor. 62. Theophraſtus auctor haud deterior, mea quidem ſententia. de Leg. 172. Deterior quam ceteri. 4. de Fin. 70. Res verbo fieri interdū deterior ſolet. in Ant. 215. Corrigere & deterius facere. 2. de Nat. deo. 183. Niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta, quidquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum. 5. Verr. 114. Quidquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris vitioſius & deterius futurum. 3. de Or. 17. Ego ualeo, ſicut ſoleo, paullulo tamen etiā deterius, quam ſoleo. ep. 70. Quæ tam inculta de malis Græce, Latine ſcripta deterius. de Fin. 50. Deterioris verbum in eum maxime cadit, qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus. de har. reſp. 52. Ruina rem non fecit deteriorem, haud ſcio an iam fructuoſiorem. Att. 14. 307. 3. Ut ſiqua res honeſtiori ordini placeat, quæ a deteriore ordine improbetur. ad Her. 27. Iam principio auſus eſt dicere, non poſſe heredem eſſe Ceſenniæ Cæc. quod is deteriore iure eſſet, quam ceteri ciues, &c. pro Cæc. 13. Deteriore ſtatu eſſe. de Ar. 258. Deteriore tēpore abſens auctionatur. pro Q. 11. Deteriores, repulſos (quod iam audietis) hos appellant, quorum & mentes & res ſunt perditæ longeque a communi ſalute disiunctæ. de har. reſp. 49. 53. Deteriores iugulare cupio, meliores uincere. in Ant. 256. Ex his anguſtiis iſta euaſerunt deteriora, quam Ariſtonis. de Fin. 120. Si quę in his corrigere uoluit, deteriora fecit. l. 1. de Fin. 20. De repulſis & deterioribus mulier. de har. 257. Homo deterrimus. ad Her. 17. Tertius vero ille finis deterrimus, ut quanti quiſque ſe ipſo faciat, tanti fiat ab amicis. de Amic. 107. Mortalium deterrimus. de har. reſp. 52. Natura non optima putanda potius, quam deterrima. 2. de N. d. 86. Deterrima via. 9. Att. 31. Quod optimo diſſimillimum eſt, id eſt deterrimum. de Optimo, 243. Deterrimæ mulieculæ. 5. Ver. 66.

Deterreo.

Sed ut ego te ad certam laudem adhortor, ſic a dimicatione deterreo. ep. 7. Nō te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? Att. 235. Ita, uo non deterret ſapientem mors, quo minus in omne tempus Reipub. conſulat. Tuſc. 168. Neque is ſum, qui his delecter, aut utar omnino literis quæ animos noſtros deterreant atque auocant a religione. de har. reſp. 16. Nec uero Ariſtotelem in philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia ceterorum ſtudia reſtinxit. de Cl. 197. Cæſar ſanos homines a ſcribendo deterruit. de Cl. 189. Me quidem auctoritas tua a nimio mœrore deterruit. ad Att. 278. ad Brut. 19. Deterruit pudor. 5. fam. 27. Aut ne deterruiſſet alios a ſtudiis. de Fin. 1. 80. Neque hæc in eam ſententiam diſputo, ut homines adoleſcentes a dicendi ſtudio deterream. de Or. 94. Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. 3. de Fin. 59. Deterrere a bello faciendo. pro Font. 12. ab induſtria. 1. de Fin. 6. ab iniuria. 5. f. 5. Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. Att. 284. aliquem ne faciat aliud. pro Quint. 3. Deterrere me de meo ſtatu nullis contumeliis poſſunt. 11. fam. 19. in ep. D. Bruti. Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententia deterrentur? 2. de Diu. 64. Is nulla re deterreri a propoſito poteſt. ad Att. 280. Brut. 11. 4. Deterrenda liberalitas. 2. Off. 92. Vereor ne maiorem uim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. 1. de Or. 135.

Deterritus.

Deterritus pudore. Att. 10. 206. 3. Nemo enim neceſſitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Cælius Cic. 8. 14.

Deteſtor.

De proximo bello ciuili non libet dicere, Ignoro cauſam: deteſtor exitū. 8. Phil. 239. Deteſtaris hoc diligenter 11. Cal. Mart. Att. 146. O dii immortales, auertite & deteſtamini quæſo

hoc omen.4.Phil.158.Si vidit,ſugiunt, audire de te noliſt:cũ vt
derunt,tamquã auſpiciũ malũ deteſtantur, &c.in Vatinium,30.
Oẽs memoriam Conſulatur tui,facta,mores, faciẽ deniq. ac no
mẽ a Rep.deteſtãtur.in Piſ.76.Nũc ut a me P.C.quamdã prope
iuſtã patriæ querimoniam deteſter ac deprecer,percipite quæſo
quæ dicã.in Cat.19.Queq. is de diis immortalibus dixerit,in
uidiæ deteſtandæ gratia dixiſſe. 1. de N.d.87.ideſt,amouendæ.

Deteſtabilis.

Nulla tã deteſtabilis peſtis eſt, quę nõ homini ab homine na
ſcatur.2.Off.22.Tetra.n.res,eſt,miſera, deteſtabilis,omni cõtẽ
tione,velis(vt ita dicam)remiſque fugienda. 3. Tuſc.43.Dete-
ſtabilis alicui. 2. Phil. 75. Nil tã deteſtabile,tãq. peſtiferũ,quã
voluptas.de Sen.37.Metui uero,& in odio eſſe, inuidioſum,de
teſtabile,imbecillũ, caducum.1.Phil.25.Omen deteſtabile auer
tat deus.11.Phil.296.Nõ te execrãdũ Pop.Romano, nõ deteſta
bilem,nõ oẽs tibi deos, oẽs homines & eſſe inimicos,& futuros
ſcias.2.Phil.75.Iã ægritudinẽ laudare,unam rem maxime dete
ſtabilem,quorum eſt tandem philoſophorum? Tuſc.221.O dete
ſtabilem hominem.2.Phil.106. Quæ dirimi niſi deteſtabili ſce
lere non poteſt.Læl.27. Quo deteſtabilior iſtorum immanitas
qui lacerarunt omni ſcelere patriam. 1.Off.83.

Deteſtatio.

Cum pro deteſtatione tot ſcelerum, vnam aram nefarie con
ſecrarat.pro D.ſua,141.

Detexo.

His non perpetuum detexens conficit orbem. in Arat. Nunc
ego te ab ſummo iam detexam exordio.ad Her. 2.80. ideſt,ape
riam. Et ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, &
multa quærendo reperiunt, non modo ea quæ iam non poſſunt
ipſi diſſoluere,ſed etiam quibus ante exorſa, vel potius detex-
ta prope retexantur.2.de Or. 86.

Detineo.

Conſilium tuum etſi non in longinquum tempus differs, ta
men ſuſpenſum me detines.Att.154.Detinere aliquem lepore.
Att.4.84.2. Nõnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpi
cionem,detinuiſſe nos,& demoratos eſſe,dum,&c.12.f.35.in ep.
Lent.Nũquam eſt. n. quin aliquid memoriæ tradere velimus,&
tum maxime, cum aliquo maiore negotio detinemur ad Her.
23.Hactenus Theſſalonicæ detentus ſum. Att. 48. Detineri in
alienis negotiis.2.de Inu.217.

Detorqueo.

Nam & voluptates blandiſſimæ dominę ſæpe maiores partes
animi a virtute detorquent.2. Off. 56. Naturam detorſit a late
re in dextram partem.de Vniu. 31. Vt ea ipſa neſcio quomodo
rurſus detorqueres, & oratori propria traderes. de Or.91.Niſi
quos a recta ratione, natura vitioſa detorſiſſet.Tuſ.5.66.Flecte
re & detorquere voluntatem alicuius. pro Cæl.16.

Detortus.

Aptas malit,& integras omnes partes corporis, quam eodem
vſu imminutas & detortas habere.3. de Fin.27.

Detraho.

Hoc ſi non vtor,non tibi iniuriam facio, ſed de meo iure ali
quid & cõmodo detraho.3.Ver. 16. Qui autẽ interpretes iuris
vituperat,ſi imperitos eſſe dicit, de hominibus,non de iure de-
trahit.pro Cæc.51.Paruis.n.momẽtis multa natura aut effingit
aut mutat,aut detrahit.de Diu.105.Dat de lucro, nihil detra-
hit de viuo,minus igitur lucri facit. ꝑ Flac.Efficit hoc philoſo
phia:medetur animis:inanes ſolicitudines detrahit.2.Tuſ.8.Cõ
cedere aduerſario idipſum, quod tibi ille detrahit. de Or.135.
Multęq. res ſũt,in quibus de ſuis cõmodis uiri boni multa detra
hunt,detrahiq. patiuntur:&c.de Amic.51. Off.3.37.At hi non
modo illũ inimicorum ex Gallia ſententiis ſuis nõ detrahebãt,
ſed & propter rationem Gallici belli prouinciã extra ordinẽ de
cernebãt.de Prouinc.Conſul.15. Nonne propter intermiſſionem
forẽſis operę,& lucubrationes detraxi,& meridiationes addidi,
quibus antea nõ vtebar.de Diu.137.Collegã quidem de cęlo de
traxiſti.2.Phil.204.Qui ſacerdotẽ ab aris detraxiſti. de haruſ.
250.Dionyſius Ioui aureũ detraxit amiculũ. de N.d.76.Cæſar
Deiotaro detraxit Armeniã a Senatu datam.de Diu. 125.Nihil
enim detraxit tibi ſenatus, niſi id quod per eandem religionem
dari alteri non poteſt.ep.5. Detraxit unam partem ex toto. de
Vniu.29. Poſtremo ſicuti ciuitatis ſatiæ tantum detraxit,quãtũ
commodum fuit.in Verr. Senatorem Populi Romani ſi non in
uitauerunt,honorem debitum detraxerunt non homini, ſed or
dini.6.Ver.21.De hoc ego teſte detraham. pro Cæc.9.Nihil mi
hi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeueriſſime fructum,quem

meruerunt,retribuam.pro Sexto Roſc. Am. 51. Nihil cuiquam
quod in ſe transferat, detrahet. Off. 3. 99. Quantum operibus
tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. pro Marc.
232.Ne de C. Lælii gloria detraham. de Or. 88. Vt ipſe de me
detraham in Verr. 212. Vt hunc Oppianicum aliud agentem
ac nihil eiuſmodi cogitantem, ad hanc accuſationem detra-
heret. pro Clu. 142. Hoc eſt, pertraheret. Egi cum Claudia
uxore tua, & cum veſtra ſorore Mutia, vt eum ab illa iniuria
detraherent.ep.60. Saltem aliquid de põdere detraxiſſet,& pau
lo minoris æſtimauiſſet ea,quam Peripatetici. 4. de Fin.46. Si
quis hanc conſuetudinem pleriſque in rebus bonos obtrectandi
tibi detraxerit.in Ant. 225. Numquam committit, ut alienum
appetat,& id quod detraxerit,ſibi aſſumat.3. Off.29.Si quid ex
iis rebus,quas tibi fortuna elargita eſt,nonnullorum hominum
perfidia detraxerit.ep.5.Ab iniuria detrahere. Q.Metello,lib.
5.2.16.ægritudinem.Tuſc.4.50. aliquem de cruce. de har.ali-
quem in iudicium.pro Mil.29. aliquid alteri, & hominem ho-
minis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra
naturam,quam mors,quam paupertas, quam dolor,quam cete
ra quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Off.3.
26.Detrahere alteri ſui cõmodi cauſa,magis eſt contra naturã,
quam mors,quam dolor, quam cetera generis eiuſdem. Off.3.
30.aliquid de opera publica priuatis ſtudiis.Ac.q.edit.1.l.2.6.
aliquid de ſumma.in Ver.204.quod cuique quis poſſit,emolu-
menti ſui gratia.Off.3.27.de har. reſp. 47.de aliquo, & eum in
inuidiam uocare.pro Rab.94.de auctoritate Senatus. pro Clu.
118.de fama alicuius ep.38. de honeſtate alicuius. de Inu.66.
Non ceſſat de nobis detrahere.Att.11.24.Detrahere de ſe ipſo.
Acad.q.edit.1.l.2.16.de Senatu.pro Rab.14.Sermo eorum,qui
de te detrahere volunt.ad Q.fr.299.ex ſumma. Att. 10.195.19.
laudem.pro L.Man.6.quid de aliquo ſibi aſſumat. de Fin.3.55.
Mihi,quod potuit ſceleratorum furor detrahere, eripuit,abſtu-
lit,diſſipauit.Poſtquam.202.Sibi detrahere.6. Verr.47.Detra-
here cruenta ſpolia.pro Roſc. Am.87. torquem hoſti.1.de Fin.
34.Non ſolum calamitatem mihi detraxiſſe, ſed etiam dignita
tem auxiſſe videmini.Poſtquam.4.Scribæ nomine de tota pecu
nia binę quinquageſimæ detrahebantur.5. Verr.156.Cum ali-
quid de illo detrahatur,nefas eſſe approbare.Att. 235.Claudia
patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt. pro Cæl.
44.Ne P.Clodius, cum in iudicium detrahi non poſſet, ui op-
preſſam ciuitatem teneret. pro Mil. 28. Si tibi unum hoc detra
hi poteſt.5.f.46.ideſt, euelli ex animo. Cum de abſentibus de-
trahendi cauſa,maledice contumelioſeque dicitur. 1. Off. 18?.
Vt ad ea, quę accuſatores deformandi eius cauſa, detrahendæ,
ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primum reſpondeam
pro Cæl.2.Cum ipſe de ea facultate,ſi quam habet, aliquantum
detracturus ſit.in Ver. 62.

Detrahens.

Socrates de ſe ipſe detrahens. Acad. 5. Nihil operæ reipub.
detrahens.de Fin.3.6.Verba modo mutantem, de opinionibus
nihil detrahentem.de Fin.4.19.

Detractus.

Si abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet. ep. 34.Ce
leritas detracta de cauſa eſt: boni tamen aliquid acceſſit ad cau
ſam.6.Phil.214. Hoc non de ſumma frumenti detractum eſt,ſed
translatum in Centuripinos.6.Verr.18. Reſtituere id quod de
tractum eſt ex aliqua re. pro R. P. 129. Nequid de ſummo meo
erga te amore detractum eſſe uideatur. Appio, l.3.12. 10.ideſt,
ablatum aut imminutum Hæc autem res habet hoc certe, ut ni-
hil poſſit neque additum, neque detractum de re familiari tã late
re.pro Clu.66.Nihil enim mihi crede,de te detractum, ſed ali-
quid etiam de virtute ſignificatum tua.pro Planc.270. Ne vera
laus ei detracta oratione noſtra, nec falſa afficta eſſe uideatur.
pro Pomp.5. Quo quis callidior eſt, hoc inuiſior, detracta opi
nione probitatis.Off.39. Commentarii Cæſaris nudi omni or-
natu orationis tamquam veſte detracta.de Cl.189.Cor, &c.de-
tracta utilitate,quid habet uenuſtatis? de Nat. d.1. 65. Quaſi
detractis de homine ſenſibus.lib.1.de Fin.21.Fingere aliquem
detractis omnibus vitiis, atque omni laude cumulatum. de
Orat.94.

Detractio.

Non igitur magis eſt contra naturam morbus, aut geſtas,aut
quid eiuſmodi,quam detractio,aut appetitio alieni. 3. Off.38.
Ipſa detractio moleſtiæ cõſecutionem affert voluptatis.de Fin.
30.Nec vero deſyderabat aut alimẽta corporis, aut detractio-
nem confecti & conſumpti cibi.de Vniu.23. id eſt, exoneratio-
nem

ne in alui Cuius loci detractionem ſieri velit. Att. 12. 44. Statuę enim ipſæ efficiuntur detractione. de Diu. 1. 18.

Detrudo.

Id fit, cum ſpeculorum læuitas hinc illincque altitudinem aſſumpſit, & ita dextra detruſit in læuam partem oculorum, læuaque in dextram. de Vniu. 55. Quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcē eorū totam, ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt. ep. 66. Quæ me ita conficiunt, vt ii voluerunt, qui me de mea ſententia detruſerunt. Terentię, lib. 14. 23. id eſt, coegerunt ſententiam mutare. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt. 1. Off. 160. Non putant ſatis conuerſam eſſe Remp. niſi in eandem impiorum pœnam optime meritos ciues detruſerint. pro Flac. 73. Ad id quod facere poſſit, aliquam detrudere. 1. de Or. 64. Detrudere ciues in pœnam. pro Flac. 73. comitia in alium menſem. 2. ad Q. fra. 29. comitia in tempus aliquod. 4. Att. 50. Deceſſi, unius hominis telo perterritus, deiectus, detruſuſque ſum. pro Cæc. 34. Quoniam in tantum luctum & laborem detruſus es, quantum nemo vnquam. ad Q. fr. 1. 58. Detrudi de ſaltu, agroque communi. pro Quint. 14. Oratorem in iudicia & contumelias tamquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi videbam. Or. 89. Poteſtne detrudi quiſquam, qui non attingitur? pro Cęc. 36.

Detruſus.

Detruſum bellum in Hiſpaniam. 10. fam. 53. in ep. Planc. Atque is agitatione & motibus linguæ, cum depulſum & quaſi detruſum cibum accipit, depellit. 2. de Nat. d. 201. De ſtomacho loquitor.

Deturbo.

Suum quemque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat. In Piſ. 89. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in Piſ. 74. Tyndaritani ſtatuam iſtius deturbarunt. 10 Verr. 221. Deturbare ædificium. ad Q. fr. 3. 24. 13. Debueris, aut potueris, P. Quintium de poſſeſſione deturbare. pro Quint. 56. in Parad. 121. De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. pro Quint. 26. Itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, &c. ſed certa re iam & poſſeſſione deturbatus eſt. Cornificio, l. 12. 25. 5. Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, nouos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Cn. Pomp. 5. 7. 2.

Deueho.

Atque ego celeriter Veliam deuectus, Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico. 1. Phil. 6.

Deuenio.

Deuenit, aut potius incidit in iſtum, eodem deceptus ſupercilio Græcus atque aduena: &c. in Piſ. 55. Deuenimus in cā fortunā. 4 fam. 19. in ep. Seruii Sulpitii. Quæ cuiuſmodi ſint, facilius iam intelligemus, cum ad ipſa ridiculorum genera deuenerimus. de Or. 131. Deuenire ad Senatum. 7. Ver. 98. Sic nōnullos videmus qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. pro Mur. 26. ideſt, conferre ſe ad ſtudium. Deuenire in medium certamen atque diſcrimen. 1. de Or. 2. Nolebā iſtū noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. 1. Att. 15. Diſceſſi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas inſidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus. Mario, lib. 7. 3. 10.

Deuexatus.

Per tot annos reſpublica deuexata. ep. 154.

Deuexus.

Lucus Veſtæ qui a Palatii radice in nouam viā deuexus eſt. 1. de Diu. 163. *Deuexa ætas a laboribus ad otium.* 9. ad. Att. 38.

Deuincio.

Charitate homines deuincit ſanguinis coniunctio & beneuolētia. 1. Off. 79. Mentē hominis, volūtate libera ſpoliatā, neceſſitate fati deuinciūt, qui introducūt cauſarū ſeriē ſempiternā. de Fato, 26. Eloquētia nos iuris legūq. ſocietate deuinxit. de N. d. 56. Qui in Italia oēs omniū gētiū partes tribus triūphis deuinxit. in Piſ. 85. Muneribus, monimētis, cōgiariis, epulis, multitudinem imperitā lenierat: ſuos præmiis, aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat. 3. Phil. 121. Hic vir clariſſimus, mihiq. multis repugnātibus amiciſſimus Cn. Pōpeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat. pro Seſtio, 12. Nō faciet Remp. loquētē, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acerua-ti multis frequētans, vna cōplexione deuinciet. in Or. 47. Attellā, Cumas, Neapolin, Pōpeios, Nucerīā ſuis præſidiis deuinciēt. de L. Agr. 85. Præſcribere. a. ſe arbitrabatur, vt ſine ſtudiis diſſenſionis ſententiæ dicerentur, ſi ſedem ipſam ac tēplū publici conſilii religione concordiæ deuinxiſſet. pro D. ſua, 100. Tū viros primos & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio, in perpetuum tibi tuiſq. deuinxeris. Memmio, l. 13. 3. 2. Qui ſi ſenſit quo ſe ſcelere deuinxerit, nō dubito quin ſit miſerrimus. de har. reſp. 4. pro Cæl. 40. Liberalitate deuincire aliquē. Lent. 1. 9. 10. aliquem vi. Off. 1. 53. ſibi quempiam officio & obſeruantia. 13 fam. 6. aliquem locum religione. pro D. ſua, 101. ideſt, dedicare. Affinitate ſeſe alicui. de Cl. Or. 50. Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatē. 1. Off. 33. Deuincire ſermone ſuo vel familiaritate. 1 ad Q. fr. 38. ſocietate. 2. de Nat d. 222. Deuinciri firma ſocietate. 1. Off. 81. Verba comprehēſione deuincire. de Cl. Or. 72. Id indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides. 3. Off. 151. Cleomenes ab iſto donis, beneficiiſque plurimis deuinciebatur. 7. Verr. 65. Nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio, vt nemini plus debeam. ep. 88. Hic tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctos eſt. ep. 6. Præſertim in his ſtudiis, quibus vterque noſtrum deuinctus eſt. Appio Pulchrō, lib. 3. 13. 4.

Deuinctus.

Deuinctus conſuetudine. pro Arch. 4. Deuinctus officiis. 6. f. 35. Deuincta voluntas alicuius beneficio. 1. Att. 25. Cn. Pōpeiū nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur. pro Mil. 67. Quod ſi feceris, me, quem voluntate & paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis. Att. 16. 342. 4. Illum filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis deuinctum non potes. pro Cæl. 28. Vt eū nuptiis alligatū ſimul, & teſtamēti ſpe deuinctum poſſit habere in poteſtate. pro Clu. 148. Deuinctam conſuetudine domum tenere. pro Archia, 4. Quā præſidiis confirmaretis, colonis occuparetis, omnibus vinclis deuinctam & conſtrictam teneretis? pro L. Agr. 9. Omnes fere familiariſſimi eius, quaſi deuincti meis magnis veteribus officiis, me diligenter obſeruant. ep. 87. Domitæ ſunt a Cæſare maximæ nationes, ſed nondum legibus, nondum iure certo, nondum firma pace deuinctæ. de Prouinc. Conſ. 16. Deuincta quæ fuerunt omnia, ſint vnum. de Vniu. 17. Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt. pro Cæc. 67. Ita putauit Senatus, cū reo tribus ederentur hę, quas is largitione deuinctas haberet, eoſdē fore teſtes & iudices. pro Planc. Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis, naſci cupiditas dicendi ſolet. de Cl. Or. 22.

Deuinco

Duellius qui Pœnos primus claſſe deuicerat. de Senect. 41. Or. 211. Nuceriam ſuis præſidiis deuincent. contra Rul. 73. Cū ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prœlio deuiciſſent. de N. d. 2. 7. Et cum iis, quos vi deuiceris, conſulendum eſt: tum ii qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt, quāuis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. Off. 1. 53. Deuincere aliquam ciuitatem ſeu nationem bello. 1. Off. 53. ad Brut. 15. 14. 2. de Nat. d. 9. Tu ad deuincendas perfringendaſque leges valuiſti. 10 Cat. 101.

Deuictus.

Quibus Cōſulibus Capua deuicta, atq. capta eſt. 2. de L. Agr. 88. Qui rurſus claſſe deuicta, multas ipſi (Claudio) lachrymas, magnam populo Romano cladem attulit. 2. de N. d. 12.

Deuito.

Vt quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. 2. Verr. 5. Deuitare incommodum. 2. de Inu. 134. Nullum ab iis, qui in certamen deſcendant, deuitari dolorem. 2. Tuſc. 105. Si nec hic, nec illic eum uidero, deuitatum ſe a me putet. ad Att. 9. 19.

Deuitatio.

Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quam piratarum qui apparere dicuntur. Att. 16. 5.

Deuius.

Homo amentiſſimus atque omnibus conſiliis præceps & deuius. 5. Phil. 191. Deuium eſt τῶν ἀπαντώντων. 7. Att. 23. Deuium iter. 1. Tuſc. 114. Att. 4. 71. 8. ibidem, 306. 1. Oppidum deuium Berœam perfugiſti. in Piſ. 71. Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuiū, quā animus eius, qui ad alterius non modo ſenſum ac uoluntatē, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? de Amic. 77. Id & nobis erit iucundum, & tibi non ſane deuium. 2. At. 15. Stulte Aquinates. ſed tamen in uia habebant: quid Anagnini? qui cum eſſent deuii, obuiam ei deſcenderunt, ut iſtum tamquā ſi eſſet Conſul, ſalutarent. 2. Phil. 104. ideſt extra viam poſiti. Metellus per itinera deuia ad campum currebat, &c. At. 56. Trebonius itineribus deuiis proficiſcitur in prouinciam. Att. 225.

Deunx.

Ex deunce & ſemuncia aliquem hæredem facere. pro Cęc. 13.

Deuoco.

Ad gloriam deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad ſummum honorem Senatus, equeſtris ordinis gratiam, populi charitatem. de Prouinc. Conſul. 23. Socrates autem primus philoſophiam deuocauit e cælo, & in vrbibus collocauit. 5. Tuſ. 16. Nihil eſt quod eum de prouincia deuocent. de Prou. Conſul. 23. In ſuſpicionem maleficii deuocari. ad Her. 2.

Deuolo.

Falſi amici, ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes. ad Her. 29. Fatetur ſe non belle dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Quint. 62.

Deuoluo.

Cui cum pridie frequentes eſſetis, aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti. 7. Phil. 225.

Deuoro.

Verbum ipſum omnibus modis animi & corporis deuorabat, &c. pro Sext. 27. Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quo ueterem comederit (nullam enim habuit) ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. Bruto, L. 11. f. 35. Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuoraſti? 7. Att. 14. Ille autē regia hæreditatē ſpe deuorarat. At. 1. it. 18. Quapropter Quirites expectate legatorum reditū, & paucorū dierum moleſtiā deuorate qui cū redierint, ſi pacē afferent, cupidum me, ſi bellū, prouidū iudicatote. 6. Phil. 255. Non enim arbitror, cum poſt meum diſceſſum, omnium locupletum fortunas, omnium prouinciarum fructus, & Tetrarcharū ac regum bona, ſpe & auaritia deuoraſſes, argenti & ſupellectilis meæ cupiditate cæcatum. pro Dom. ſua, 48. Cū partim eius prædæ profundę libidines deuoraſſent, partim, &c. in Piſ. 90. Deuorare hominum ineptias & ſtultitias. de Cl. Or. 127. i. patienter ferre & diſſimulanter. Deuorare hominē pecuniam publicam nō dubitauit. in Ver. 1: 8. Prædam ſpe & opinione deuorare. 3. Verr. 96. in Piſ. 38. Stomachi partes quę ſunt infra, quam id quod deuoratur, dilatantur, quæ autem ſupra, contrahuntur. de Nat. 53. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illuſtris: a multitudine autem, & a foro, cui nata eloquentia eſt, deuorabatur. de Cl. Or. 156. i. non intellecta tranſmittebatur. Dudum circumrodo quod deuorandum eſt. Att. 57.

Deuoratus.

In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum, centum talenta euomere non poteras. in Piſ. 71. Quę ciuitati ſacta eſt iniuria? at moleſte fert ciuitas: credo iam iſſum eſt. n. præter ſpē, quod erat ſpe deuoratum lucrū. pro Flac. 44. Methaphora ſumpta a canibus uoracibus, qui oſtenſo ſibi fruſto, inceptāt malis, & maudentium ſpeciem præbent, geſtientes auiditate & gānientes. Patrimonium comeſum & deuoratum. in Salluſt. 12. Qui ſuis rebus exhauſtis, beneficiis Cæſaris deuoratis, fortunas noſtras concupierunt. 15. Phil. 344.

Deuoueo.

Meque ac meum caput hac conditione deuouī, ut ſi, &c. pro D. ſua, 242. Cum me fortunaſque meas, pro veſtra incolumitate, otio, concordiaque deuoui. Poſtquam. 198. Agamemnon deuouit Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno: immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidē anno natum pulchrius. 3. Off. 127. Videte etiam P. Decii auctionem clariſſimi viri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens, pro alieno ſe ære deuouit. 11. Phil. 199. P. Decius deuouit ſe, & in aciem Latinorum irrupit armatus. de Diu. 91. Quę vis Coclitē, contra omnes hoſtium copias, tenuit in ponte ſolum? quæ patrē Decium, quæ filium deuouit, ac immiſit in armatas hoſtium copias? in Parad. 13. Vt quidam imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Repub. deuouerunt. 2. de N. d. 2. de Fin. 98. Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum Conſulem ſe pro, Rep. quarto Cōſulatu deuouerat. de Sen. 39. Num etiā eius collega P. Decius, princeps in ea familia conſulatus, cum ſe deuoueret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat? de Fin. 37. Se & caput ſuum aliqua conditione deuouere. pro D. ſua, 112.

Deuotus.

Deuotus & donatus ſtudiis. 3. Tuſc. Accedit etiam, quod expectatione omnium, fortiſſimo & clariſſimo viro T. Annio deuota & conſtituta hoſtia eſſe videtur. de har. reſp. 4. Deuota ſacris ſica. in Cat. 11.

Deuotio.

Eius deuotionis me eſſe conuictum iudicio deorum, &c. teſtimonio ſenatus, confeſſione inimicorum maxime lætor. poſt reditum ad Quir. 1. Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe & cōmiſſam putabo. pro D. ſua, 112. In deuotione uitæ, & in ipſo genere mortis imitatus eſt P. Decium filius. pro Rab. Poſth. 2. Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placandos deos eſſe cenſes. 3. de Nat. d. 10. Nullas [illegible] habere poſſum in eius rebus. 3. ad Quint. fr. 13.

Dexter.

Requirens, Iupiterne cornicem a leua, coruum a dextra canere iuſſiſſet. 1. de Diu. 19. Dextra uidentur, quæ læua ſunt: quia contrariis partibus, oculorum contrarias partes attingunt. de Vniu. 61. Dexterius cornu. 10. fam. 64. in ep. Galbæ.

Dextera, *ſiue* Dextra.

Supra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, &c. 4. Acad. 225. Dextra hoſtilis. Tuſ. 2. 16. Dolabellæ uillam cum prætetiret, omnis armatorum copia, dextra ſiniſtra ad equū, nec uſquam alibi. Att. 13. 67. Nam & ante & pone, ad leuam & ad dexteram, & ſurſum, & deorſum, &c. de Vniu. 55. Facilis eſt circumſpectus, unde exeā, quo progrediar, quid ad dextram, quid ad ſiniſtram fit. 12. Phil. 337. Per dexteram iſtam te oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, &c. pro Deiot. 4. Dextram intendit ad ſtatuam. 16. Att. 39. Cumque de tua patria ui pulſum eſſe dixiſſes, prehendiſſe eum dextram tuam, & bono animo te iuſſiſſe eſſe, &c. 1. de Diu. 105. Qui mihi primus afflicto & iacenti, Conſularem fidē, dexteramque porrexit. poſt red. in Senatu. 21. Quę quidem nūc M. Bruti imperio, auctoritate copiis non inſtructa ſolū, ſed etiam ornata tendit dextram Italiæ, ſuumque ei præſidium pollicetur. 10. Phil. 275. Imperator dexteram tendens, milites hortabatur. de Prouinc. 71. Quid augur? cur a dextra coruus, a ſiniſtra cornix faciat ratum? de Diu. 98. Dextra detruſit in læuā partem oculorum, læuaque in dextram. de Vniu. 61. Firmior non tā in bellis & in prælis, quā in promiſſis & fide dextera. pro Deiot. 4. Manu dextera tenere pateram. 1. de Diu. 83. dextræ quæ fidei teſtes eſſe ſolebāt, perfidia ſunt & ſcelere violatæ. 11. Phil. 291. Vbi ſunt illæ denſæ dexteræ. Att. 98.

Dextella.

Q. F. vt ſcribis, eſt dextella. per eum igitur quod volemus, facile auferemus. Att. 14. 46.

Dextrorſum.

-dextrorſum orbem flammeum Radiātum ſolis liquier curſu nouo. 1. de Diu. 80.

Diadema.

Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plauſu reiiciebat. 2. Phil. 89. Vt collegę diadema imponeret. 3. Phil. 131. diadema oſtendis: gemitus toto foro. vnde diadema? 2. Phil. 89. Niſi forte eos, qui diadema poſuerunt, conſeruandos, eos qui nomen regis ſuſtulerunt, deſerendos putatis. in An. 225. Breue autem edictum eſt propter hāc meam [illegible], quod duobus generibus edicendum putaui, &c. Att. 6. 21 t. 26.

Diæta.

Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Att. 4. 72. 4.

Dialectica, *ſiue* Dialectice.

Dialectica, diſciplina eſt orationis ratione concluſę. Acad. quæſt. edit. 2. l. 1. 23. Dialectica vna continet omnē, & perſpiciendi quid in quaque re ſit, ſcientiam, & iudicandi quale quidque ſit, & ratione & via diſputandi. de Fin. 2. 15. Ars bene diſſerendi, ac vera ac falſa diiudicādi, quæ verbo Græco διαλεκτικὴ appellatur. de Or. 1 23. Dialectica ueri & falſi, quaſi diſceptatrix & iudex. Academ. lib. 2. 82. Dialectica, infantiæ garrula diſciplina. ad Her. 49. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. 2. de Or. 86. ad Brut. 28. Dialectica, quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt: ſine qua etiam tu Brute, iudicaſti te illam iuſtam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi nō poſſe. de Cl. Or. 176. Dialectica in ratione & diſſerendo eſt. Acad. quæſt. ed. 2. lib. 1. 22. Dialectica habet rationem, ne cui falſo aſſentiamur, neue unquam captioſa probabilitate fallamur: eaque quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tuerique poſſimus. Nam ſine hac arte, quemuis arbitramur a uero abduci fallique poſſe. de Fin. 105. Dialectica eloquenti neceſſaria. Or. 61. Dialectica, pars philoſophiæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 22. Dialectica Stoicorum qualis, & quo ordine progrediatur. Acad. q. ed. 1. l. 2. 83.

Dialectica primo progreſſu feſtiue tradit clementer loquendi, & ambiguorum intelligentiam, concludendique rationem: tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum ſane & periculoſum locum. 4. Ac. 163. Fundamentum dialecticæ eſt, quidquid enuntietur. (id autem appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum aut falſum. 2. Aca. 86. Iudicia dialecticæ nulla. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 131. Ariſtoteles in principio artis rhetoricæ dicit eam artem quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ: vt hoc videlicet differant inter ſe, quod hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior. Or. 207. Epicurus totam dialecticam contemnit & irridet. Acad. q. 45. Dialecticam contemnit Epicurus, quæ una continet omnem & perſpiciendi quid in quaque re ſit ſcientiam, & iudicandi quale quidq. ſit, ac ratione & uia diſputandi. de Fin. 68. Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius. 2. de Fin. 58. in Or. 61. Iudicandi uias Stoici diligenter perſecuti ſunt, eam ſcientiam quam Dialecticen appellant: Inueniendi uero artem, quæ Topice dicitur, quæ ad vſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. in Top. 4. 2. de Or. 86. A Diodoro cum in aliis rebus, tum ſtudioſiſſime in dialectica exercebar, quæ quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt: ſine qua etiam tu Brute iudicaſti te illam iuſtam eloquentiam, quam dialecticam eſſe putant, conſequi non poſſe. de Cl. 194.

Dialectica, *orum*.

Veſtorius homo remotus a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatus. 14. Att. 18. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Tuſc. 1. 12. Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur. de Cl. Or. 61. 175. Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis. de Fin. 99.

Dialectice.

Dialectice dicere. 1. Acad. 13. Rhetorice uel dialectice diſputare. 2. de Fin. 28.

Dialecticus.

Sexte noſter bona uenia, quoniam iam dialecticus es, & hoc quoque liguris &c. pro Dom. 225. Quid ſit verum aut falſum, dialecticus iudicabit. 4. Acad. 165. Ad dialecticum deferendæ ſunt ſortes ambiguæ. 2. de Diu. 172. Vigila Chryſippe, ne cauſam tuam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio eſt, deſeras. de Fat. 145. Dialectici omnes amphibologias aucupantur. 2. ad Her. 49. dialectici anguſte diſſerunt. Par. 77. Quomodo mentientem diſſoluas, quem Pſeudomenon vocant, aut quemadmodum Soriti reſiſtas, dialectici docent. de Diu. 110. Dialectici poſt Ariſtotelem multa ſpinoſiora præcepta diſſerendi pepererunt. Or. 65. Dialectici nomen ſuum pronuntiare non poſſunt. 2. ad Her. 49. dialectici acerbe reprehenſi. 2. ad Her. 49. dialectici irriſi & reprehenſi. 2. de Or. 86. dialectici ſtatuunt omne, quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modo uerum eſſe, ſed etiam neceſſarium. Acad. q. edit. 2. lib. 2. 88. de connexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. de Fat. 143. de minuto genere dicendi, & argumentandi dialecticorum, ſiue Stoicorum. Part. 116. Acumen dialecticorum. 2. de Or. 63. dialecticorum officium. Or. 61. Mina, merces dialecticorum. 4. Acad. 174. dialecticorum opiniones pueriles. 2. ad Her. 49. diſputandi ratio & loquendi, dialecticorum ſit: oratorum autem, dicendi & ornandi. in Or. 61. in Part. 77. dialecticorum ſcientia. Or. 207. Peruerſa & prapoſtera dialecticorum ſapientia. pro Mur. 142. dialecticorum uerba nulla ſunt publica. Acad. quæſt. edit. 2. lib. 1. 19. Contra dialecticos. ad Her. 9. de dialecticis. de *Diu.* 131.

Dialecticus.

Si uelim geometricum quiddam, aut Phyſicum, aut dialecticum explicare. de Diu. 134. Finem, inquit, interrogandi, ſi videtur: quod quidem ego a principio ita me malle dixeram, hoc ipſum prouidens dialecticas captiones. 2. de Fin. 28.

Dialogus.

Dialogus hic ſic concluſus eſt. 13. Att. 55. id eſt, ſermo quem habuimus. Varronis διάλογον expecto. Att. 544. Scripſi enim tres libros in diſputatione & dialogo. ep. 26. Plato in his ſermonibus, qui dialogi vocantur. Or. 511. Cum diſputatio eſſet inter eos, ut eſt conſuetudo dialogorum. de Cl. 184. dialogorũ meorum genus noſti. 4. Att. 40. dialogorum morem noſti. 9. fa. 15. dialogorum ſcribendorum ratio. 13. Att. 20. In dialogos aliquem includere. 13. Att. 19. Nos Tarenti, quos cum Pompeio διαλόγους de Rep. habuerimus, ad te perſcribemus. Att. 70.

Diaria.

Iis diarijs militum celeritatem incitat. 8. Att. 52. Διαῤῥοίᾳ ſcripſerat, vt, &c. 16. fam. 29. ex ep. Ciceronis filii. Διαῤῥοίᾳ tanta me arripuit, ut hodie primum uideatur cœpiſſe conſiſtere. 7. fam. 47. Διαῤῥοίαν alicuius odorari. 14. Att. 4.

Dibaphus.

Curtius noſter dibaphum cogitat. ſed cum infector moratur. Cœl. 2. 33. Strumam Vatinij ſacerdotij δίβαφῳ veſtiant. Attic. 28.

Dica.

Scribitur Heraclio dica quater. 4. Verr. 25. Deinde ceteras dicas omnes illo foro M. Poſthumius Quæſtor ſortitus eſt; hanc ſolam in illo conuentu reperiere ſortitus. 4. Verr. 30. Aduenit dies, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat. 4. Ver. 25. id eſt, ſortitione cauſas cognitorum. Id ei poſtera die uenit in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere. 4. Verr. Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummulorũ dicis cauſa daret. 6. Verr. 47.

Dicacitas, dicax. *Vide, Dico.*

Dichoreus.

Inſiſtit autem ambitus modis pluribus, e quibus vnum eſt ſecuta Aſia maxime, qui dichoreus vocatur, cũ duo extremi chorei ſunt, id eſt, e ſingulis longis & breuibus. in Or. 123.

Dico.

Dicamus hũc totum tibi diem maiore muſarum primordio. 2. de Leg. 6. id eſt, totum hunc diem occupabimus in te audiendo. In aliam ciuitatem ſe dicauit. pro Corn. Balbo, 23. Non uidit eorum ipſorumq́, qui tum adoleſcentes Craſſo ſe dicarant, horribiles, miſeroſq. caſus, 3. de Or. 7. Hoc a te peto, vt ſubuenias huic meæ ſolicitudini. vt huic meæ laudi, vel (vt verius dicam) prope ſaluti tuum ſtudium dices. Curioni, lib. 2. 5. 13. Balbum quanti faciam, quamquam me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies. ad Cæſarem, lib. ep. Non eſt huius ciuitatis ciuis, qui ſe alii ciuitati dicare poteſt. pro Cor. 23. Dicare ſtudium ſuum rei alicui. 2. fam. 10.

Dicatus.

Donum alicui dicatum atque promiſſum. 7. Verr. 144. Epidicticon genus gymnaſiis & palæſtræ dicatum, ſpretum & pulſum foro. Or. 201. Dicati Apollini cygni. 1. Tuſc. 114.

Dicatio.

Neque ſolum dicatione, &c. ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio. pro Corn. Balbo, 20.

Dico.

Dignus eſt qui aliquādo imperet, is qui modeſte paret. 3. de Leg. 3. Ne vnus modo Cōſularis, quod tū accidit, dignus illo honore, dignus Rep. inueniret. 1. Phil. 10. Quo nomine dignus eſt nemo, niſi qui tāti honoris nomē poteſt ſuſtinere. in Ant. 210. Qui mœror dignus in tāta calamitate poteſt? pro Q. 17. Nō poteſt qui dignus hr̄ patronus cōſulariū, indignus cōſulatu putari. de Pet. 205. Dignus quicū in tenebris mices. Off. 3. 102. Deiotarus ſępe Senatu, Reguli nomine, dignus exiſtimatus eſt. de Ar. 251. Ex te natus, teq. dignus eſt. 12. f. 31. in ep. Lentuli. Quē nos & quia tuus, & quia te dignus eſt filius, & quia nos diligit, ſemperq. dilexit, in primis amamus, charūq. habemus. Lēt. 1. 7. 37. Dignus te nimis viderere. 12. f. 58. Tū omnis liberalis, & digna homine liberali ab eo percepta doctrina. 4. Ac. 1. Præclara volūtas, atq. omni laude digna. pro D. 100. Venit tempus Quirites ſerius omnino, quā dignum Po. Romano fuit. 6. Phil. 216. Dum perducerem eo rem, vt dignum aliquid & Conſulatu meo, & veſtra expectatione efficerem. Plancus Cic. l. 10. 7. 4. Quod nō decorum eſt, nec diis dignum. de Diu. 104. Certe laudat, & vnum eſſe ī hac ciuitate dignū huius imperii gloria dicit: & ſignificat ſe illi amiciſſimū eſſe. de har. reſp. 48. Quid docto homine & amico dignū fuerit. At. 114. i. quid docto homini conueniēs fuerit. Omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognatione atq. hoſpitio dignū exiſtimauerunt. pro Arch. 3. Cū hæc non recuſares, quin hi, a quibus dicebare Conſul, te luce dignū non putarent, niſi nequior quam Gabinius extitiſſes. in Piſ. 2. Præbere ſe dignum maioribus ſuis. Thermo, l. 2. 17. 4. 2. de Fin. 101. 2. de Or. 158 3. Phil. 141. Vel quia totum negotium non eſt dignū viribus noſtris, quia maiora in Rep. onera ſuſtinere & poſſim & ſoleam. ep. 24. Res eſt idonea de qua quæratur, & homines digni quibuſcum diſſeratur. Ac. 5. Digni honore cum ignominia dignis non erant comparandi. 12. f. 64. Malo digni multi, ſicut ſe. 3. Phil. 139. Digni te propinqui. 12. fam. 22. in epiſt. Caſſii. Iſta quæ vos dicitis, vix digna ſunt lucubratione anicularum. de Nat. d. 1. 67. Qui illa in modo cura, ſed ne memoria quidem digna ducant. Diu. 2. 97. Quę quidem digna ſtatuiſſent, in quibus elaborarent. Tuſc. 1. 1. Dignos habuerit, in quos tāta libertate uerborum incurret. 12. fam. 40. in ep. Trebonii. Nūc tātum diſputo de iure populi, qui & poteſt, & ſolet nonnumquam dignos præterire. pro Planc. 5. Philippus vir auo, patre, maioribuſque ſuis digniſſimus. in Ant. 188. Digniſſimus iuſto odio. de Fin. 1. 26. Digniſſima tuæ virtutis cura. 8. At. 57. in ep. Balbi. Digniſſimū eſt auctoritate & prudentia veſtra Iudices, in audiendo diligentiam non minus religioni tribuere quam voluptati. 5. Verr. 9. Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, vt, &c. Att. 8. 168. 1. Digniſſima autem dona habentur, & formæ ab vno pictore, vno abſolutæ die. de Leg. 179.

Digne.

Neque enim omnium iudicio, malim me a te commendari, quam ipſe tuo iudicio, digne ac mereor, commendatus eſſe. 12. fam. 22. Numquam igitur ſatis laudari d. poterit philoſophia. de Sen. 2. Quis de tali ciue ſatis d. vmquam loquetur? poſt reditum in Senatu, 16.

Dignitas.

Dignitas, alicuius honeſta & cultu, & honore, & verecūdia digna eſt auctoritas. 2. de Inu. 244. 3. ad Her. 116. Dignitas, aliud quam honos. de Prouinc. Conſul. 39. Dignitas, generis demonſtratiui finis. 1. de Or. 69. Dignitas in qua re ſit. 4. f. 44. Dignitas ubi eſt, niſi vbi honeſtas? 7. Att. 37. Vt omnibus in rebus ei te cōmodes, quoad fides, dignitaſque patietur. Thermo, lib. 13. 54. 1. Cum autem pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. 1. Off. 181. maieſtas, eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis. de Or. 123. Dignitas elocutionis, quid, & eius partes. 4. ad Her. 161. Dignitas familiaris. pro Syl. 54. & 58. Dignitas formæ. de Fin. 5. 44. Sicut ipſius dignitas, & maiorum eius amplitudo poſtulabat. in Cat. 120. Dignitas memoriæ. 5. f. 33. Non modo dignitas nulla erit, ſed erit ſumma deformitas. Planc. 10. 12. Sūma eſt in vtroq. honeſtas, ſumma dignitas. pro Mur. 128. Dignitas ſuſcepta & inſtituta. 1. At. 63. Ergo ēt dignitas ei tribuenda eſt. 5. Tuſc. 65. Tua dignitas atq. amplitudo mihi eſt ipſa chara per ſe. Appio, l. 3. 9. 5. Dignitas uinci nō poteſt, 4. f. 25. Alienum eius dignitatis, quam mihi quiſq. tribuit. l. 1. de Fin. 10. Dices fortaſſe, Dignitatis ἄλις tāquā δρυὸς ſaluti, ſi me amas, conſule. At. 2. 34. 2. Genus hoc ſcribendi etſi elegans, perſonæ tamē & dignitatis eſſe negēt. 1. de Fi. 2. Tenere ſummū gradū & dignitatis & gr̄æ in aliquo loco. pro Planc. 265. Crede igitur mihi Plāce, oēs quos adhuc gradus dignitatis cōſecutus ſis (es aūt adeptus ampliſſimos) eos honorū uocabula habituros, nō dignitatis inſignia. Pl. 10. 11. Apud quē oēs gradus dignitatis tuæ retinuiſti. pro Fl. In altiſſimo ampliſſimoq. gradu dignitatis locatum eſſe. 1. Phil. 11. Dignitatis maiora præferant inſignia, quā poteſtatis. 1. ad Q. fr. 10. Qui poteſt dubitare, quin ad Conſulatū adipiſcēdū multo plus afferat dignitatis rei militaris, q̄ iuris ciuilis gloria? pro Mur. 19. Quorū ego opera illū in locum atq. in hāc celſiſſimā ſedē dignitatis atq. honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis aſcēdiſſem. pro Syl. 3. Dignitatis nullam rationē habendā ſine ſalute, ut neq. ſalutis ſine dignitate. 1. f. 24. Dignitati alicuius deeſſe. 13. f. 100. Parcebat. n. aduerſarii dignitati, in quo ipſo ſeruabat ſuam. 2. de Or. 121. Vt ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores uel animo vel fortuna, eorū augeant opes, eiuſq. honori ſint & dignitati. de Amic. 61. Vt mihi uiderer animū hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatē tuendam traducere. Lent. 1. 2. 6. At dignitatem docere non habet. Or. 80. Vt trāquillitas animi & ſecuritas adſit, quæ affert tū cōſtantiam, tum ēt dignitatem. 1. Off. 99. Vultus vero qui ſecundū vocem plurimū poteſt, quantam iū affert dignitatē, tū venuſtatem? in Or. Cōtra dignitatem tuam de te loqui ſolitū. 13. f. 42. Dignitatem ſuā frāgere. 9. f. 38. Dignitatem habet hæc ora. 8. At. 31. Dignitatē ſummam habebat pauimentata porticus. 3. ad Q. fr. 1. Species iam gratioſi liberti aut ſerui dignitatē nullam habere poteſt. ad Q. fr. 299. Oēs. n. artes, quæ nobis Pop. Romani ſtudia cōciliant, & admirabilē dignitatē & pergratam utilitatē debent habere. pro Mur. 20. Dignitatē tuam & eſſe iam, & futuram ampliſſimam intelligo. ep. 150. me meam priſtinam dignitatē obtinere. 4. f. 44. Dignitatem reperire. 1. de Or. 98. Facti alicuius egregii ſplēdorem uerbis, dignitatemq. retinere. pro D. 232. Dignitatem nominis retinere, & a re ipſa deſciſcere. Ac. q. ed. 1. l. 2. 64. Dignitatem ſuam ſeruare facetis & dicacibus hominibus difficillimum. 2. de Or. 122. Hi tales viri, non ſolum conſiliis ſuis, ſed ēt ſpecie ipſa dignitatem Reip. ſuſtinent. pro D. ſua, 2. Ciuitatis decus & dignitatem ſuſtinere. off. 25. A dignitate tua alienum. 9. f. 27. i. nō honeſtū tibi. Et ea quę vn̄r acerba, &c. ita ferre, ut nihil a ſtatu naturæ diſcedas, nihil a dignitate ſapientis, robuſti animi eſt magnęq. conſtantiæ. 1. Off. 97. Agere cum dignitate & uenuſtate. 1. de Or. 67. In imperio atq. in publica dignitate oīa ad ſplēdorem gloriamq. reuocāda ſunt. pro Flac. 151. Dignitate in ſua cēdo nihil optabilius. 2. de Or. 181. Pueri magna prędi ti dignitate. 2. de In. 122. Facile vt omniū domos & laxitate & dignitate ſuperaret. pro D. ſua, Vir dignitate præſtātiſſima. 3. de. N. d. 60.

Dignor.

Obſeruantia, eſt per quā homines aliqua dignitate antecedētes, cultu quodam & honore dignantur. 2. de Inu. 241. Hō ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignātur. i. digni hn̄r. Qui apud maiores noſtros ob egregiā virtutē tali honore dignati ſunt. 2. de Inu. 207. Quæ autē ſecūdū naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat. 1. Aca. 52.

Dignatio.

Nec quidquam niſi de dignatione laborat. Att. 10. 30. ideſt, exiſtimatione.

Digredior.

Parens eius omnibus illis rebus interfuit, numquam eſt a me digreſſus. pro Syl. 173. Sed iam ad id, unde digreſſi ſumus, reuertamur. de Cl. Or. 193. Sed eo iam, unde huc digreſſi ſumus, reuertamur. de N. d. 71. Cum ab eo digreſſus eſſem eo cōſilio, ut, &c. ep. 55. A cauſa parumper digredi. de Cl. Or. 199. Timebam ne a me digredi non poſſet. At. 43. Etſi periniquo patiebar animo te a me digredi. ad Cornifici. 12. 18. 5. Digredi ab eo quod propoſueris. de Or. 157. Nobis autem non placet, hanc partem in numero reponi, quod de cauſa digredi, niſi per locum communem, diſplicet. 1. de Inu. 109. Paululum digredi de curſu in reliqua oratione. in Part. 9.

Digrediens.

Luna autem, &c. iiſdem ſpatiis vagatur quibus ſol: ſed tum cōgrediens cum ſole, tum digrediens, & eam lucem, quam a ſole accepit, mittit in terras, &c. 2. de N. d. 148.

Digreſſus.

Verū vti Lilybæū, vn̄ digreſſa eſt oratio, reuertar. 6. Verr. 30. Verum huc longius, quam uoluntas fuit, ab ep. Timarchidis digreſſa eſt oratio. 5. Ver. 139. Heſterno die dolore me elatum, & iracundia longius prope digreſſum arbitrabantur, quam ſapientis hominis cogitata oratio poſtulaſſet. de har. reſp. 2.

Digreſſus.

Tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad ſolem, digreſſus autem lōgiſſimum. 1. Tuſc. 71. Iam uides, &c. digreſſum meū & abſentiam & reditum ita longe tuo præſtitiſſe. in Piſ. 50. Quē ego meum caſum fortiter ferre uiſus ſum, nō quod æquo animo ferrem, ſed me ipſe conſolabar exiſtimans nō longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore. de Sen. 77. Vt primum a tuo digreſſu Romam ueni conſeci. Att. 3. Deinde congreſſus noſtri lamentationē pertimui: digreſſum uero nō tuliſſem. ad Q. fr. 1. 3. 6.

Digreſſio.

A propoſita oratione digreſſio. de Cl. Or. 161. Abs re non lōga digreſſio. 3. de Or. 112. & 2. 171. Digreſſio ad ſui laudem, aut aduerſarii uituperationem cōtinet: aut aliam cauſam deducit, ex qua conficiat aliquid. de Or. 90. Minus acerbum, minus miſerū fuit quam fuiſſet tum cōgreſſio, tum uero digreſſio noſtra. ad Q. fr. 1. 3. 7. Digreſſio, pars orationis ſecundū Hermagorā. 1. de Inu. 108. Cauſæ quæ plurimos exitus dant ad eiuſmodi digreſſionē. 2. de Or. 171.

Diiudico.

Qui tam callide uerbis controuerſias, non æquitate diiudicas. pro Cæc. 194. Diiudicat animus cetera. de Vniu. 35. Omnes tacito quodam ſenſu quæ recta ac praua diiudicant. de Or. 61. Noſtras contentiones Reſpublica diiudicauit. Att. 14. 25. Attendes igitur eamque cōtrouerſiam diiudicabis. 3. de Fin. 5. Vt ſine ullo errore diiudicare poſſimus. Off. 55. Recte diiudicare aliquid. Off. 65. Id eſt, de eo ſententiam ferre. Diiudicare diſſenſiones. in Cat. 69. uera & falſa. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 97. 98. & Tuſc. 5. 53. Vera a falſis ueriſimilia ab incredibilibus diiudicare & diſtinguere. in Part. 77. Diiudicare utra uoluptate, ſtante an mouente. 2. de Fin. 54. Verum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitum redire? 1. Tuſ. 20. Non facile diiudicatur amor uerus & fictus ep. 135. De controuerſiis uult diiudicari. pro Quint. 7. Quibus rebus beneuolus & ſimulator diiudicari poſſunt. de Pet. 210. Idque aut numquam diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur. de Or. 118. Honeſta & turpia natura, non opinione, diiudicanda ſunt. de L. 165.

Diiudicatus.

Atque illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium Reip. quęſiuit, eiuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſint. in Part.

Diiudicatio.

Nam iſta quidem magna diiudicatio eſt. 1. de L. 43.

Diiungo.

Iumenta diiungere. 2. de Diu. 117. Redeamus domum, diiungere me ab illo uolo. At. 7. 111. 13. Diſiūctior ab aliquo. 12. At. 12.

Dilabor.

Iam enim a ſapientum familiaritatibus ad uulgares amicitias noſtra dilabitur oratio. in Læl. id eſt, deſcendit ſiue decurrit. Male parta, male dilabuntur. 2. Phil. 76. Sunt alii plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur. 13. Phil. 351. Ne elati uoluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur. Off. 21. Sed intento opus eſt animo, ne omnia dilabātur, ſi unum aliquod effugerit. Tuſc. 4. 8. Et præclariſſime conſtituta Reſpub. dilaberetur. Off. 3. 118. In relationem criminis dilabi. de Inu. 71.

Dilapſus.

Dilapſus rapide fluminis. 2. de Leg. 11. Dilapſus ornatus mundi occidit. 4. Acad. 215. Hi, ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuolāt omnes. ad Her. 29. Quæ (aqua) neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet. 2. de Nat. d. 19. Dilapſam eſſe communem rem. 7. fam. 50.

Dilanio.

Nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. pro Mil. 25.

Dilapido

M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ęrarium exhauriebat. ad Auguſt. 6.

Dilargio.

Nec L. Sylla, qui omnia ſine ulla religione, quibus uoluit, eſt dilargitus, agrum Cāpanum attingere auſus eſt. pro L. Agr. 80.

Dilato.

Cato nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum. Parad. 3. Imperium dilatare. 1. Off. 108. Literas de Cl. Or. 180. locum. de N. d. 64 Manum in Or. 61. Orationem. pro Flac. 9. propoſitum. Ac. q. ed. 1. l. 2. 40. Quæ dilatantur a nobis, Zeno ſic premebat. de N. d. 2. 16. Ipſius autē partes eæ quæ ſunt infra, quam id quod deuoratur, dilatantur; quæ autem ſupra, cōtrahuntur. 2. de N. d. 102. Dilatari & contrahi, contraria. Eſt itaque id genus totum ſitum in commutatione verborum: quæ ſimplicibus in uerbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio. in Part. 14. Cernis profecto quātis in anguſtiis veſtra ſe gloria dilatari velit. In Som. Scip. 23. Sed quāquā negēt, nec uirtutes, nec vitia creſcere, & tamē vtrūq. eorū fundi quodāmodo & quaſi dilatari putāt. 3. de F. 7. 4. Ac. 78.

Dilatatus.

Dilatata lex in ordinem cunctum coanguſtari poteſt. 3. de Leg. 30. Quorum rebus geſtis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Off. 15.

Dilaudo.

Et ego audebo legere vnquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero? Att. 4. 44.

Diligo.

Beneuolentiam, diligentiam, prudentiam alicuius mirifice diligo. Att. 12. 251. 1. Quem diligo ante me. 8. Att. 51. in ep. Balbi. Diligo te acrius & vehementius. 15. fam. 29. Diligo te nimio plus. 10. Att. 26. in ep. Antonii. Quātum me diligis, tantum fac vt valeas. 16. fam. 4. Si me diligis, ſi a me diligi vis. 3. fam. 32. Vſque eone te diligis, & magnifice circumſpicis, vt pecuniam nō ex tuis tabulis, ſed aduerſariis petas? pro Com. 3. Diligit me valde, vel, vt ἐμφατικώτερον, dicam, ualde me amat. ad Brut. 2. Diligit te mirifice, charumque habet. 12. famil. 28. in ep. Caſſii. Speroque, Iudices, ut eos, qui principes fuerunt conſeruandæ ſalutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: ſic quæ, &c. pro Corn. Balb. 48. Dii nulla re gentes, inter ſe diligunt. de N. d. 1. 86. Vt eum non ſolum beneficio, ſed amore etiam perpetuo quodam iudicio meo diligebam. ep. 11. Dilexi te, quo die cognoui, meque a te diligi iudicaui. ep. 181. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo cōtentus ſum, diliges. ad Brut. diligeret me, coleret, haberet in ſuis. 11. f. 42. Niſi æque amicos & noſmetipſos diligamus. de F. 1. 51. Quaſi fieri ullo modo poſſit, qđ in amatoriū ſermone dici ſolet, vt quiſquam plus alterū diligat, quam ſe. Tuſc. 3. 61. Nec uero ſolum ut obtemperent, obediantque magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant, diligantque præſcribimus. 3. de Leg. 7. diligere quod per ſe non ſit diligendum, non eſt boni viri. 1. de Leg. 36. Admodum diligere. Figulo, lib. 4. 13. 17. Fidem alicuius complecti, officia, obſeruantiaque diligere. pro Corn. Balb. 51. Quocirca dicendum eſt etiam ſępius; cum iudicaueris, diligere oportet: non cum dilexeris, iudicare. de Am. 71. Valde diligere aliquem. Appio, lib. 3. 1. 8. Vnice diligere. Craſſio, lib. 5. 8. 12. Tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. ad Dolabell. 9. 29. Hic diligere minus eſt quam amare. Hic ab illo dilectus eſt. pro Planc. 564. Vt ſcires eum non a me diligi ſolum, uerum etiam amari. ad Siliū, li. 13. 69. Mirifice ab aliquo diligi. 1. de N. d. 79. Omnium rerum nec aptius eſt quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi; nec alienius, quam timeri. Off. 2. 30. diligendi principiū in animalibus a ſe ductum. de Fin. 3. 13.

Diligens.

A deligendo diligens. de Nat. d. 46. Quædam negligentia diligens. in Or. 43. Diodorum homo frugi ac diligens, qui ſua ſeruare uellet. 6. Verr. 34. Homo & acutus, vt Pœnus, & ualde ſtudioſus ac diligens. 4. Acad. 176. Et medici aſſiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rurſus ſuſpicari uetāt. Att. 15. 250. 2. diligens in memoria alicuius. 2. Phil. 106. In re familiari non parum diligens. 6. fam. 50. Qui in re aduentitia atq. hæreditaria, tam diligens, tam attentus eſſet. 3. Ver. 90. Omnis. n. eſt natura diligens ſui. 4. de Fin. 54. Aſſidua diligens ſcriptura. de Or. 97. Tribuere alicui diligentem cultum. de Inu. 82. Cares in oſtentis animaduertendis diligentes fuerunt. de Diu. 110. Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. Att. 70. Sed Scipio, &c. querebatur, quod in omnibus rebus homines diligentiores eſſent, ut capras & oues quot quiſque haberet, dicere poſſet: amicos quot haberet, dicere non poſſet. de Amic. 55. Homo nauus & induſtrius, experientiſſimus & diligentiſſimus arator. in Verr. 158. Vir officii diligentiſſimus. pro Cęl. 53. diligentiſſimus omnium in promerendo. ad Q. fr. Diligentiſſimus ſalutis meæ. pro Planc. 1. Quē tu, videlicet & ad cuſtodiendū te diligentiſſimū, & ad ſuſpicādū ſagaciſſimū, & ad vindicādū fortiſſimum fore putaſti. 1. in Cat. 14. Q. Pōpeio Proconſuli contubernalis, caſtiſſimo viro, atque omnis officii diligentiſſimo. pro Cæl.

Diligentia.

Diligentia, eſt accurrata conſeruatio ſuorum. 4. ad Her. 185. Diligentia, niſi tempus & ſpatium ſit, intelligi non poteſt. pro Quint. 2. Diligentia accurratiſſima. 7. Att. 13. Diligentia fœderū acerbiſſima. pro Corn. Balbo. 8. Domus finis eſt uſus, ad quē

acommodanda

accommodanda eſt ædificandi deſcriptio, & tamen adhibenda dignitatis commoditatiſque diligentia. Off. 28. Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. ad Her. 30. Excitanda animaduerſio & diligentia, ut, &c. 1. Off. 144. Habenda ratio & diligentia omni in re. de Ami. 75. Diligentis mandatoriſ. Top. 4. pro, diligentia in mandatis exequendis. Diligẽtia omnis minuta. Part. 31. Diligentia quantum oratori proſit. 2. de Or. 81. Diligentia rei familiaris. de Fin. 4. 56. Diligentia teſtamentorũ. Tuſc. 1. 26. Terentiæ pergratã eſt aſsiduitas tua & diligentia, in controuerſia Muluiana. Att. 2. 30. 4. Diligentiæ fructus. 2. de or. 81. Sine diligentiæ memoria, Senator paratus eſſe nullo modo poteſt. 3. de L. 36. Diligentiam in te adhibe. 16. f. 8. Diligentiã a deconualeſcendum adhibere. 16. fam. 10. Diligentiam & curam non mediocrem adhibere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 40. Diligentiam alicuius admirari. Ac. q. ed. 1. l. 2. 1. Diligẽtiam ad amplitudinẽ tuam conferamus. Planc. 10. 2. 8. diligentiam ad uel in aliquid agendum conferre. 4. Att. 1. & 16. fam. 7. conferre in alicuius ſalutem. 15. fam. 10. habere. 7. Verr. 34. cuipiam preſtare. 14. fam. 7. diligentia omnes reliquæ in dicendo uirtutes continentur. 2. de Or. 82. & 3. fam. 5. Magna cum cura atque diligentia ſcribere. 1. de Inn. 85. Vos pro mea ſumma & uobis cognita in Remp. diligentia, moneo. pro Mur. 77. In quo tantum ſtudium fuiſſe, tãtuſque labor dicitur, ut primum impedimenta naturæ diligentia induſtriaque ſuperaret. 1. de or. 143. De Demoſthene.

Diligenter.

Et ſuma uobis diligenter & benigne auditur. in Ant. 160. Studioſe, diligenterque curare. Planc. 16. 341. 7. d. operam dare alicui. Ac. q. ed. 1. lib. 2. 12. d. exponere aliquid. 4. Ver. 129. d. etiam atque etiam facere aliquid. de Dio. 81. Iterum multo diligẽtius meliuſque dixit. de Cl. 181. Diligentius paratiuſque uenire. pro Sext. Roſc. 43. diligentiſsime omnia circunſpicere. Ac. q. ed. 1. l. 2. 35. Liber tuus & legitur a me, & cuſtoditur diligentiſsime. ep. 82. diligentiſsime Grecis literis explicata. 1. Acad. 6.

Dil orico.

Qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum conſularem, & eius dilo ricare tunicam. 2. de or. 67.

Dilucidus.

Perſpicua & dilucida expoſitio. ad Her. 35. Dilucida oratio quomodo fit. Part. 11. & 3. de Fin. 4. Ac uerbis quoque dilucidis utendum eſt. de Inuent. 43. Quo breuior, eo dilucidior erit narratio. ad Her. 3. Contra tenues, acuti omnia docentes dilucidiora, non ampliora facientes. or. 198.

Dilucide.

Dilucide planeque dicere. in or. 43 3. de Fin. 30. Hoc eſt, aperte & manifeſte dilucide diluere crimina. 4. Ver. 139. Quod dilucide docetur a politioribus phyſicis: Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 52. Quæ eſt a te explicata dilucide. de Diuin. 104. Dilucide quomodo narrandum. 1. ad Her. 15. Plane & dilucide loqui. Or. 96. Dilucide perſpicere. Acad. q. ed. 1. l. 2. 41. Mea lex dilucide uetat. in Vat. 29. id eſt, aperte & nominatim.

Diluceſcit.

Diſcuſſa eſt illa caligo, quã paulo ante dixi, diluxit, patet, uidemus omnia. 12. Phil. 321. Literæ prætoribus traduntur, ipſi cõprehenſi ad me, cum iam dilueſceret, deducuntur. in Cat. 51.

Dilucido.

Nam quod in docendo rei dilucidandę cauſa dnlum appellauimus, id in dicẽdo honeſtius conſiliũ appellabimus. ad Her. 17.

Diluculum.

Et cum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuntius hic Ameriam uenit. pro Roſc. Am. 11.

Diluculo.

Cum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, ueniſſemque diluculo ad pontem Tiretium. Att. 16. 337. 1.

Diluo.

Quæ cogitatio una maxime omnes moleſtias extenuat & diluit. Tuſc. 3. 31. Tum autem cum ego unaquaque de re dicam & diluam, &c. pro Cluc. 3. Ego res tam leues qua ratione infirmẽ ac diluam, reperire non poſſum. pro Roſ. Am. 24. 1. de Inuẽ. 91. Diluere, & falſa eſſe docere. pro Cæl. 17. Diluere, quæ contra dici poſſunt. de Inu. 78. Diluere contrarias argumentationes. ad Her. 20. Mors P. Clodii, de qua ſi nollem diluere crimen, ut dilui, tamen, &c. pro Mil. 151. Quo facilius crimen inimicorum diluere poſſim. 7. Ver. 62. Alterutra pars diluitur. ad Her. 13. Nam ut profluens amnis, aut uix, aut nullo modo, concluſa autẽ aqua facile corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris uitia diluuntur. 2. de Nat. d. 30.

Dimano.

Et meus hic forenſis labor, uitæque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulo latius commendatione & iudicio meorum. pro Cæl. 4.

Dimetior.

Et ei Cyrum reſpondiſſe, Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio, &c. de Sen. 55. Dimetiri digitis peccata, non verſus pedibus. in Parad. 31. Mori uidebamus in ſtudio dimetiendi pene cæli atque terræ Gallum familiarem patris tui Scipio. de Sen. 45. De verbis enim componendis, & de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur. in Or. 81.

Dimenſus.

Neque enim ipſe uerſus ratione eſt cognitus, ſed natura atque ſenſu, quem dimenſa ratio docuit quid accideris. in Or. 106. Dimenſam & exædificatam animo habere domum alicuius. Att. 1. 4. 1. Dimenſæ ad ſpatium temporis annorum conuerſiones. de Vniu. 65. Mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius a quo eſſent illa dimenſa & deſcripta. de Sen. 55.

Dimenſio.

Puſionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimenſione quadrati. 1. Tuſ. 49.

Dimetatus.

Eorum. n. curſus dimetati, maturitates temporum, & uarietates, mutationeſq. cognouimus. de Nat. d. 57.

Dimico.

Alteri dimicant, alteri victorem timent. epiſt. 80. De potentia ſua dimicant homines hoc tempore, periculo ciuitatis. Att. 7. 113. 6. Qui de vita, gloriæ cauſa, dimicant. pro Arch. 198. Sic veſter ſapiens magno aliquo emolumento commotus, cum cauſa, ſi opus fuerit, dimicabit: occultum facinus eſſe potuerit, gaudebit: &c. 2. de F. 91. Vt de omnibus fortunis Reip. dimicem. 8. Att. 49. Cum A. Poſthumius Dictator cum Octauio Mamillio Tuſc. prælio dimicaret. 2. de Nat. d. 8. An tu Narbonæ in menſas hoſpitum cum vomeres, Dollabella pro te in Hiſpania dimicaret? 2. Phil. 83. Dimicare de gloria parta. 1. ad Q. fr. 31. Dimicare de honore & gloria. Off. 1. 117. Pro legibus, pro libertate, pro patria dimicare conuenit. 4. Tuſc. 33. Cũ Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. 1. Off. 59. pro l. Man. 5. Dimicandum omni ratione, vt incolomes conſeruentur. 1. Verr. 39.

Dimicans.

Vno aſpectu intueri poteſtis, &c. mœſtos, ſordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes. pro Sex. 1.

Dimicatio.

Si qua ſubeunda dimicatio erit. pro Syl. 181. Talis eius in Rempub. noſtram labor, aſſiduitas, dimicatio. pro Coc. 56. Dimicatio vitæ. 14. Phil. 409. & pro Planc. 63. In magnam deſcendere vitæ dimicationem. 4. ad Her. a 16. id eſt, periculum. In aciẽ dimicationemque venire. in Or. 25. Nullas (vt opinor) inſidias hoſtium, nullam prælii dimicationem, nullam defectionem ſociorum, &c. pertimeſcimus. ad Q. fr. 1. 4. Dimicationem ſubire. 1. ad Q. fr. 52. Si in extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ deſeruerit. pro Syl. 58. Quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumque omnium fieri neceſſe eſt. pro Rabirio, 2. pro Planc. 25. de Prouinc. Conſul. 18. Dimicationes meæ: pro Mil. 62. Is nec inimicitias, nec vitæ dimicationes, pro me ſibi defugiendas putauit. pro Planc. 275.

Dimidius.

Luna maior, quam dimidia pars terræ. de Nat. d. 46. Minus dimidium. 3. Verr. 86. pro, dimidio minus. Ex ea pecunia partem dimidiam fere exegit. Att. 171. Cum ex agro dimidio plus abſtulerit, quam Populo Rom. miſerit. in Verr. 173. Recte non credit de numero militum: ipſo dimidio plus ſcripſit Clodia. Att. 9. 180. 3. Ex parte dimidia heres. Planc. 13. 30. 11. Itaque Populus Rom. neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. pro Dom. 210. Tu ſine me Flauio decidiſti, vtrum pro dimidia parte, an pro tota? pro Q. Roſc. 50 Si, vt quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur, parno vendidiſti. in Verr. 173. Emptores accederent ad dimidias partes emendas. in Ver. 156.

Dimidium.

Dimidium eius, quo Pompeius erat vſus, imperauit. pro Flac. 152. Pecuniæ dimidium alicui curare. ad Q. fr. 2. 8. 3. Dixit ſe dimidium eius, ei, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum. de Or. 141. Emit domum litigatoribus defatigatio, prope dimi

dio

dio caribus,quam æſtimabat.pro Dom.89.Dimidio minoris con ſtabit.13.38.Addicitur medimnus ∞ ∞, dimidio fere pluris,quã ſuperiore anno.5.Verr.65.Habebat enim Rhetor ille adoleſcen tes quoſdam locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quã acceperat.pro Flac.37.

Dimidiatus.

Dimidiatus menſis.2.Tuſc.63.Exemit ex anno vnum, dimidiatumque menſem.4.Ver.90.Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum,dimidiatis fere. 5.Tuſc.93.

Diminuo.

Nequid de bonis L.Flauii diminuerent.Q.fr. 1.2.16.Sed eo te ne laudandi quidem cauſa interpellaui, nequid de hoc tam exiguo ſermonis tempore uerbo vno meo diminueretur. 3.de Or.105. Sed ut ille Iudices, quantum de mea auctoritate deripuiſſet, tantum ſe de huius præſidiis diminuturum ſperauit. pro Syl.1.

Diminutus.

Dignitas collegii interitu alicuius diminuta. de Cl. Or. 1. pars aliqua iuris dimiunta,&c.pro Cæc.285.Diminuta ex parte & infirmata ſententia.pro Cæc.28. Quantum enim de honeſtate & auctoritate eius, qui arguitur,detractum eſt, tantum de facultate totius eſt defenſionis diminutum.2.de Inu. 144.Verũ tamen maturabimus,& quod noſtro negotio diminutum fuerit, exæquabimus induſtria.ad Her.1.30. Diminutum erit permultum ex mœrore tuo.5. fa. 46. Ne patres auxilio diminuti, deficiantur.de haruſp.253.Qui capite non ſunt diminuti.Top.223. Diſtributione partium ac ſeparatione magnitudines ſunt artiũ diminutæ.3.de Or.72.prædia diminuta. pro Syl. 42.

Diminutio.

Diminutio eſt, cum aliquid eſſe in nobis, aut his quos defendimus, aut natura, aut, fortuna, aut induſtria dicemus egregium,&c.4.ad Her.208 Diminutio capitis.de Prouinc.Conſul. 18.Ciuium diminutio.3.in Cat.68.In primis autem videndum erit ei,qui Remp.adminiſtrabit, vt ſuum quiſque teneat: neque de bonis priuatorum publice diminutio fiat.2.Off 107.Libertatis diminutio.2.de L.Agr.30.Diminutio maieſtatis. 11. fa.33. in ep.Lentuli.Diminutio tanta facta eſt de imperio. 4.fa.17.in epiſtol.Ser.Sulpitii.Vectigalium diminutio. 1. de Leg. Agr.12. Luna accretione & diminutione luminis quaſi feſtorum notãs dies. Tuſc. 162. Multari diminutione prouinciæ imperatorem, contumelioſum eſt.de Prouinc. Conſul.30.

Δημήτηρ, *Vide* Demeter.

Dimitto.

Dimitto autem a me,& ut a magiſtris abducam, & quod,&c. ad Q.fr.24.14.Cum eſſes Athenis, totum diligentiſſime cognouiſti: neque eum dimittis e manibus, & tamen noſtra etiam lectitas.in Or.59.Cum quæſtu compendioque dimittit, partim retinet.4.Verr. 4. Næuius ipſe pueros circum amicos dimittit. pro Quin.12. Eo rem dimitit Epicurus, Si vnus ſenſus ſemel in vita mentitus ſit,nulli unquam eſſe credendum.Aca q.ed.1. li.2.72.Crebro dimittebat ſe accenſus ad aurem Timarchides. 4.Verr.53.Morem geſſi, dimiſi a me. Attic. 8. 154. 2. Quem ego ferus ac ferreus e complexu dimiſi meo.ad Quin.fra.1.3.5. Libertatem meũ neque dimiſi unquam,neq. dimitã pro Pl.77. Vidi ſtatim indolem, neque dimiſit tempus, &c.2.de Or.49.3. Phil.147.Etſi non idcirco eorum vſum dimiſeram,quod iis ſuccenſerem,&c.9.fam. 1. Ego non dimittam iſtam curam. Att.14. 15.Diſcedentem te non ſine magno dolore dimittam. Att.191. Si aliquid de ſumma grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæſar dimiſiſſet. 13. Philip. 343. Illum viris fortiſſimis iudicarunt P. Conſcripti dimittere de ſumma non potuiſſe. 5. Verr. 69. Conſequeris tamen, vt eos ipſos, quos contra ſtatuas, æquos, placatoſque dimittas. in Orat. 18. Qui honeſtos homines ableget,conſilioque dimittat. in Verr. 125. Sed dimittamus fabulas,&c.72.Sed poſſidonium, ſicut æquum eſt,cum bona gratia dimittamus. de Fato, 5. Ne dimiſeris.10. Att.43.pro,ne omiſeris,uel prætermiſeris. De reliquo iam noſtra culpa erit,ſi te dimiſerimus.de Or.93.Dimittere a iudicio. pro Plan.17.aliquem a ſe.de Or.94. & 95. Aliquem abs ſe, & mandare in vltimas terras.pro Syl.178.amicitiam alicuius. de Amic.65.Cœtum d.1.in Cat.7.Comitia d.Atti.1.9.8. conciliũ, ſimulatque interceſſum ſit.3.de Leg.37. Cõcilia inſtituta dimittere,uel habita reſcindere.2.de Leg. 51. Cuſtodiam capitis alicuius.pro Plan.79.delectus & præſidia.16.fam.15.eum, quẽ manu comprehenderis.Or.205.exercitum.in Piſ. 89. familiam.in Piſ.89.indicium.4. Verr. 49. Cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem.1.Off.55.Milites dimittere.7. Verr. 79.Non ſuum pudorem in rogando,5.fa.53.quæſtionẽ.4.Verr. 52.Remiges.7.Ver.79.ſe penitus in cãm.Att.109. Quod quidẽ ſi ita eſt,minime miror,cælum etiam & terras uim ſuam ſi tibi, ita conueniat,dimittere.ep.131.Dimittere vitam.x.Phil.56. patrimonium unius incommodo dimittitur, ius amiſſis non põt ſine magno incõmodo ciuitatis.pro Cæc.55. Prætor dimitti iubet Senatum.in Ver.234.Commemoratio nominis noſtri non dimittenda.pro Ar.28.Hæc ſunt enim fundamẽta firmiſſima noſtræ libertatis,ſui quemque iuris,& retinendi & dimittendi eſſe dominum.pro Cor.Bal.24.Non cum vitæ tempore dimittendã eſſe commemorationem nominis noſtri.pro Arch. 291. Eſt etiã quaſi quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnumquã neceſſaria.de Amic.65.

Dimiſſus.

Philonem audierat,homo ſane in iſta philoſophia,quæ nunc prope dimiſſa reuocatur,probatus & nobilis.4.Aca. 11. Cauſã ſeſe,dimiſſo atque ablegato conſilio,defenſurũ negauit.4. Ver. 52.Quæ ſi uideres,non de exercitu retinendo tueri,ſed eo tradito,aut dimiſſo.ad Cæſarem,lib.3.Senatu dimiſſo,domum reductus ad veſperam eſt a patribus conſcriptis.de Amic.12.

Dimiſſio.

Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma, propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum.7.Ver.69. dimiſſiones libertorum ad fœnerãdas.diripiendaſq. prouin.in Par. 58.

Dimoueo.

Formidine animum perterritum, loco ſæpe,& certo de ſtatu dimouet.pro Cæc.31.Quod in Oratoriis libris perſonam deſideres,Scæuolæ,non eam temere dimoui. Attic.63.de curſu ſuo, aut ſpe,aut metu dimouere.pro Sex.88.dimouere de dignitatis gradu uel loco.2.Tuſc.100.dimouere de præſidio.pro Mur.74. Vt nequis te de uera & certa poſſit ſententia dimouere. in Ver. 75.dimouere,vel de poſſeſſionibus Rempu.pro Agr. 81 & 110. Dimouere aliquem loco ſuo.pro Planc.270.mentem e ſua ſede & ſtatu.Parad.17.Odium a nobis,& in alio ſtruere.de Or.127. perſonam aliquam ex libris.4.Att.41.Remotio criminis eſt,cũ eius intentio facti,quod ab aduerſario infertur,in alium,aut in aliud dimouetur.2.de Inu.186.Hominis enim ſcelere & furore notato,ſimilis a Repub.labes in poſterum dimouebatur.pro D. ſua,54.Sin autem non in hominem certum,ſed in rem aliquam cauſa dimouebitur.2.de Inu.188.Quo ego adiumento ſperabã hanc a me moleſtiam poſſe dimoueri.1.Verr.3.Virtus nunquã poteſt dimoueri loco.in Ant.193. Dimoueri enim & depelli de loco neceſſe eſt eum,qui deiiciatur. pro Cæc. 35. Vt nullis nec ſuppliciis, nec premiis dimoueri poſſit ex eo, quod rectum eſſe decreuerit.de Fin.4.48.Cumque in eam legem, &c.iurare vnus noluiſſet, de ciuitate maluit, quam de ſententia dimoueri. pro Seſtio,88.

Dinumero.

Octauius Capuæ centuriat. dinumerat. Iam iamque video bellum.16.Att.26.Abſolute, pro pecuniam diſtribuit & numerat.Dinumerare ſtellas.1.Off.216. De verbis enim componendis,& de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.in Or.81.

Dinumeratio.

Improuiſum quiddam & dinumeratio,& alia correctio,& diſputatio,&c.3.de Or.115.

Dio.

Dio Haleſinus, Q. Metelli beneficio ciuis Romanus factus. 4.Ver.13:Dio philoſophus Romæ, apud L. Luceium habitauit. pro Cæl.17.

Diœceſis.

Ex prouincia mea Cilicienſi, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe,nullo ſum familiarius vſus,quam Andronico Arthemonis filio Laodicenſi.Seruilio, l.13. 90. Deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontino controuerſiæ, vt illã διοίκησιν reiicias.ep.213.Quid enim erat, &c.vt me omnium illarum diœceſium,quæ cis Taurum ſunt, omniumque earum ciuitatum Magiſtratus,legationeſque conuenirent Appio Pulchro,l.3.25. Mirifica expectatio Aſiæ noſtrarum diœceſium. 5. Att. 49. Tu autem ſæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ,& portus noſtrarum diœceſium. At.5.103.4.

Diœcetes.

At diœcetes fuit regius, & quidem in cuſtodia etiam fuit regia,& vita eius oblata pœnæ eſt.pro Rab.Poſthumo, 13.Id autẽ facere non poterat niſi Diœcetes:hoc enim nomine vtitur,qui a rege eſſet conſtitutus.pro Rab.Poſth.17.

Diploma

Diploma.

Diploma ſtatim non eſt datum.ad Balbum.lib.6.40A pueris ſumere aliquod diploma ſibi.Att.169.De diplomate admiraris quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularem.Att.10.53. Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data: mitto numerum nauiū, ſummamque prædę.in Piſ.71.id eſt,edicta quibus naues exigendas mandabas,cum prouinciæ præeſſes.

Dipondius.

Si dipondius(inquit)tuus ageretur Sexte Næui, ſi in paruula re captionis aliquid vererere, non ſtatim ad Caium Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, cucurriſſes?pro Qu.30.Non ad δεξιῶσιν κρήτην,ſed ad περιπάτην cum veniſſe.ta.Attic.6.

Diræ, *Vide Dirus*.

Directe, directo, directus, *Vide Dirigo.*

Direptio, direptor, direptus, *Vide Diripio.*

Diribitor.

Quando illa dignitate rogatores,diribitores,cuſtodeſque vidiſtis? Poſt reditum in Senatu, 25. Diribitores in comitiis. in Piſon.28.

Diribitio.

Nihil iā eſt,quod populo ſupplicetur: nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum,renuntiatio ſuffragiorum expectetur,&c.pro Planc.16 t.

Dirigo.

Diuinatio fortaſſe fallit nonnunquam, ſed tamen ad veritatem ſæpiſſime dirigit.1.de Diu.26.Sed tamen ad extremum vtilitate,ut putat,officium dirigit,magis quam humanitate.3.Of.119.Id eſt,magis ad vtilitatem, quam ad humanitatem refert.Fines bonorum,quos vtilitate aut voluptate dirigūt. de Fin. 138. Antonius nihil non ad rationem, & tamquam ad artem dirigebat.de Cl.Or.177. Ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam,quam intuens,in eaque defixus,ad illius ſimilitudinem,artem & manum dirigebat.in Or.5.Direxit hāc a media linea ad læuam.de Vniu.33. Cicero ſi deflexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tantu firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio,&c.Brutus Cic.16.19.Lituo Romulus regiones direxit,tum vrbem condidit.de Di.85. Cum ipſe iter ad mutinam dirigerem.Plancus Cic. 10. 11. 5.Nihil firmum teneo,quo iudicium meum dirigam.in Or. 140.Nec omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas,recta ſunt.ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis, reperiantur prauiſſima.pro Mur.70. Itaque vt ad hanc ſimilitudinem huius hiſtrionis oratoriam laudē dirigamus, videtiſne,&c. 1.de Or. 54. Dirigere cogitationes ſuas non ad paruulam Cynoſuram,&c. ſed ad Elicen & clariſſimos Septentriones,id eſt,ad rationes has latiore ſpecie,non ad tenue elimatas. Acad.quæſt.ed.1.l.2.61.Hoc eſt igitur propoſitum his Reip.gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum ſuū dirigere debeant.pro Sex. 23. Dirigere puerum ad hanc opinionem.14.Att.23.in ep.Ant.regiones.Diu. 1. 30. uerba in circuitus.Part.14. Ab Etheſiis uentis maritimi curſus celeres & certi diriguntur.de Nat.52. Lex,eſt iuſtorum, iniuſtorumque diſtinctio ad illam rerum omnium principem expreſſam naturam.ad quam leges hominum diriguntur.2.de Leg. 11. Ne ipſarum quidem uirtutum laus reperire exitum poteſt, niſi dirigatur ad uoluptatem.de Fin. 2. 94. Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis,quam honeſtate.3.Off.119. Nec ſunt hęc rhythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda. 3.de Or.105.Ad animi bona uel mala, omnis dirigenda oratio eſt. in To.48. Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt. de Or.160 Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt.Off.3.112.

Dirigens.

Et primum M.Catoni uitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo pro Mur. 2. Non igitur poteſtis uoluptate omnia dirigentes, aut tueri aut retinere uirtutem.2.de Fin.58.

Directus.

Paries directus.Top.222.Directa ratio.pro Cæl. 33.Flexuoſum iter habet,nequid intrare poſſit,ſi ſimplex & directum pateret.de Nat.d. Illud cum labore ad laudem directum iter probo. pro Cæl.46.O præclaram beate uiuendi,& apertā & ſimplicem, & directam uiam.de Fin 60. Eius autem fundi extremam partē oleæ directo ordine definiunt.pro Cæc. 16.Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ & directæ. 2. de Natu. 206.Cum autem admiraretur Lyſandre & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines,& humum ſubactam atque puram, &c.de Sen.55.

Directum.

Quid eſt in iudicio directum,aſperum,ſimplex. pro Quint. Roſc.56.Aequitatis autem vis eſt duplex, cuius altera directi, & veri & iuſti,&(ut dicitur)æqui & boni ratione defenditur. in Part.71.Iam vero quid opus eſt circuitione & anfractu potius, quam directo?de Diu.134.

Directe.

Vt cum ſemel dictum ſit directe.in Part. 14. Eoque directius gubernant,quod eam teneant?4.Acad.119.

Directo.

Ait atomum,cum pondere & grauitate directo deorſum feratur,declinare paululum.1.de Nat.d.48. Alterum ad fidem directo ſpectat.in Part.25.

Dirimo.

Controuerſia dirimit omnia.2.de Leg.80. Hoc enim ſpectāt leges,hoc volunt,incolumē eſſe ciuiū coniunctionem:quam qui dirimunt,eos morte,exilio,vinculis,damno coercent.3.Off.19. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi,vt tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires?pro Cęl.26.Actum eſt eo die nihil,nox diremit. Q.fr.2.29.Hanc noſtram coniunctionem, hanc iucundiſſimam vitæ humanæ ſocietatem certi homines fictis ſermonibus diremerunt.3.Off.34. Hoc eſt diſſoluerunt, diſſociarunt. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem coniunctionem diremiſſem, quam nouam conciliaſſem. ad Appium,lib.3.38.Vtinam Cn.Pompei cum Caio Cæſari ſocietatem aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes. 2. Phil. 46. Cum ille tante ſcelere commiſſo,omnium officiorum ſocietatem diremiſſet.pro Syl.4. Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diē? 1.de Diu.143. Dirimere controuerſiam.off. 3. 164. litem id eſt, diſſoluere & decidere.tempus.Diu.1.74.Dirimitur res ſuſcepta, ſi unus augur ALIO DIE dixerit.2.de Leg.32.Primum ex ea charitate quæ eſt inter natos & parentes,quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt.de Amic. 27. Corpus autem immortale nullum eſſe,ne indiuiduum quidem, nec quod dirimi diſtrahiue nō poſſit.3.de Nat.d.38.Caliſpho & Diuomachus,qui ſe diremptaros controuerſiam putauerunt.Off.76.

Diremptus.

Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earum partium quę ante interitum iunctione aliqua tenebantur. 1.Tuſc.171.

Diremptio.

Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod direptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum,renuntiatio ſuffragiorum expectetur.pro Planc.11.

Diripio.

Sed ut ille iudices, quantum de mea auctoritate diripuiſſet, tantum ſe de huius pręſidiis diminuturum ſperauit. pro Syl. 1. Domum diripere. poſt reditum in Senatu, 16. Omnia diuexare & diripere.11.Phil.290.Diripere urbes.Off.1.115.Quę diripuit ipſe,ut uiderentur ab hoſte uaſtata.epiſt.120.An ego expectem, dum de te quinque & ſeptuaginta tabellę diripiantur?in Piſ.76. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. 3. de Or. 2. Patriam non ſeruandam ad reditum noſtrum,ſed diripiendam inflammandamque reliquimus. At.119. Cum ceteri ad expilandos ſocios, diripiendaſque prouincias, quos uoluerunt,legatos eduxerint.pro L.Ma.39. Hos de prouinciis,ſi non aliquando deducendi eſſent, diripiendos non putaretis?de Prouinc.Conſul.

Direptus.

Quem tu locum Græciæ non direptum iri putas?Att. 143.Sapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibuſque detractis,& omnium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad uoluptatem.1.de Fin. 35. Ibi dies quinque morati, direpto & uaſtato Amano inde diſceſſimus. Att.5.108.5.Mithridates ex tota Aſia res direptas in ſuum regnum congeſſerat.pro Pomp.15.

Direptio.

Tanta ſublatis legibus & iudiciis expilatio, direptioque ſociorum,ut imbecillitate,&c.2.Off.112.& 3 46.Nihil iā eſt,quod populo ſupplicetur,nihil quod direptio,&c.expectet. pro Plan. 11.Direptione & incendiis relicta urbs. Sulp.4.2.Verſorque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.Figulo,lib.4.13.6. pro D.ſua,41.

Direptor.

Direptor.

O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum, cuſtoſne urbis, an direptor & uexator eſſet Antonius? 3. Verr. 143. Quos ego utroſque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumq. pono. 2. in Cat. 40.

Dirumpo.

Repente amicitias, exorta aliqua offenſione, dirumpimus. de Am. 71. Dirũpi me pene in iudicio Galli Caninii familiaris tui. Mario. l. 7. 4. Dirumpere ſocietatem. 3. Off. 27. Nõ deterreor periculo, ſed dirũpor dolore. Att. 7. 131. 3. Itaque iam non eſt ſtudioſus ludorũ, infinitoque fratris tui plauſu dirumpitur. 12. f. 4.

Diruptus.

Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, dirutuſque Quintus Cælius. 13. Phil. 364. ideſt tum hernioſus, tum diſſipato patrimonio expeculiatus, atque omni ære exhauſtus. Is diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. Q. fr. 3. 20. 2. de Catone.

Diruo.

Vrbem igitur diruamus. de Inu. 56. Euerſo atq. eiecto Senatu dirueris, ædificaris, &c. pro D. ſua. 106.

Dirutus.

Homo dirutus, diruptuſque. in Ant. 252. Aere diruti. 7. Verr. 27. Multas abs te eſſe liberatas urbes, complures dirutas ac pene deletas, &c. Q. fr. 1. 1. 36.

Dirus.

Quæ augur iniuſta, nefaſta, uitioſa, dirave dixerit, irrita infectaque ſunto. 2. de Leg. 18. Quod ferme dirum in tempus cecinere Latini. 1. de Diu. 33. Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & in uitioſa incurrimus. 1. de Diu. 28. Cum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil uidetur eſſe dirius, &c. 2. de Diu. 53.

Diræ.

Diræ, ſicut cetera auſpicia, ut omina, ut ſigna, non cauſas afferunt cur quid eueniat, ſed nuntiant euentura, niſi prouideris. Diu. 1. 30. Craſſo quid acciderit, uidemus dirarum obnuntiatione neglecta. 1. de Diu. 55.

Diritas.

Intelligi poteſt ex iis fratribus qui in Adelphis ſunt, quãta in altero diritas, in altero comitas. de Sen. 60. Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret, Ne me imparatum cura laceraret repent. 3. Tuſ. 26. Quamquam ſis omni diritate atque immanitate teterrimus. in Vatinium. 6.

Dis

Dis ut apud Græcos πλούτων. 2. de Nat. d. 49. Terrena autem uis omnis atque natura: Diti patri dedicata eſt, qui, &c. 2. de N. d. 49. Spelunca, qua ferunt Ditem patrem repente cum curru extitiſſe. in Verr. 225. Ditior mihi & affluentior uidetur eſſe uera amicitia. de Am. 52. Mamerco homini ditiſſimo Aedilitaria prætermiſſio, Conſulatus repulſam attulit. 2. Off. 85. Midam ditiſſimum fore prædictum eſt. 1. de Diu. 133.

Diſcedo.

Ex uita diſcedo, tamquam ex hoſpitio, nõ tamquam e domo. de Sen. 76. Itaque numquam diſcedit ex animo meo illius optimi atque inuictiſſimi uiri memoria. de Somn. Scip. 2. Qui autem reſtiterunt, diſceſſi ſæpiſſime ſuperiores. 2. Tuſc. 93. Amoris nostro erga te mei, cum a fraterno amore, domeſticoque diceſſi, tibi primas defero. At. 1. 11. 8. Eo die diſceſſit Capua, & manſi Calibus. in Ant. 218. In hanc opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. ad Ligar. lib. 6. 47. ideſt, cum hac opinione. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit. Cæl. Cic. 8. 6. 5. Ille autem Græcus, quid mirum ſi magnitudine timoris, ut plærumque fit, a conſtantia, atque a mente, atque a ſe diſceſſit? 2. de Diu. 88. Nũquam a Philone diſceſſit, niſi poſteaquam ipſe cœpit, qui ſe audirent, habere. 4. Acad. 125. Chryſippus diſceſſit a puero inſciente me. Att. 101. Neſcio quomodo diſceſſu meo diſceſſit a ſeſe. de Clar. Or. 149. Non modo ille e Gallia non diſceſſit, ſed ne a Mutina quidem receſſit. in Ant. 218. Marſico bello cælum diſceſſit. de Diu. 100. Is omnium, qui aderant iudicio, diſceſſit probatus. de Clar. Or. 165. Itaque tum de foro, cum iam aduesperaſceret, diſceſſimus. in Ver. 234. Eorum qui cum M Antonio ſunt, qui ab armis diſceſſerant, &c. 8. Phil. 255. Ipſe numquam ab illa acerrima cõtentione diſcederem? Or. 58. Quod etiam nunc uereor, ne antequam tu in prouinciam uenisſes, ego de prouincia diſcederem. Cæl. 2. 1 . 2. Atque adhuc ea dixi, &c. quamobrem a ſuperiorum auctoritate diſcederet. de Fin. 4. 36. Propter cuius auctoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum conſuetudine diſcederet. 4. Ver. 74. Frequens eum Senatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. 10. f. 26. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. 3. Off. 48. Vt nihil a naturæ ſtatu diſcedas, nihil a dignitate ſapientis. 1. Off. 97. Diſcedat animus a corporis obſequio & indulgentia. 1. de Leg. 46. Magiſque ille, cui promiſſum ſit ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. 1. Off. 47. Sed diſcedamus a nobiſmetipſis, de ſapiente loquamur, de quo, ut ſæpe iam dixi, omnis hæc quæſtio eſt. 2. Acad. q. 106. ideſt. de nobis loqui ſuperſedeamus. Præcipiendum eſt igitur bonis, ut ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment ita ſe alligatos, ut ab amicis, in magnam aliquam rem peccantibus, non diſcedant. de Amic. 39. Vt amiciores abs te diſcedant, quã acceſſerint. de Pet. Conſul. 31. Vt ſpoliis Sext. Roſc. hoc iudicio aucti diſcedant. pro Sex. Roſc. 20. Sic enim te exiſtimare uelim, cum a uobis, meæ ſalutis auctoribus, diſceſſerim, neminem eſſe cuius officiis me tam eſſe deuinctum non ſolum confitear, ſed et gaudeam. 1. ſam. 45. Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi, neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit, uerbo uno diſceſſeris. 1. Verr. 25. Si iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit. 6. Ver. 60. Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine & beneuolentia, ſic, ut cum ab illo diſceſſerint, me habeant proximum. ad Ap. Balbum, li. 6. 12. 3. Videte quo deſcendam iudices, quam longe uidear a conſuetudine mea, a cautione, & diligentia diſcedere. pro Fõt. 276. Diſcedere a defendendis hominibus, & ſubleuandis. 1. Ver 25. Mihi certũ eſt a iudiciis cauſiſq. diſcedere. de Or. 121. A ſenis latere numquam diſcedere. de Ami. 1. Diſcedere a malitia. 9. f. 45. Ciues Romani a me nuſquam diſcedere. 6. Verr. 129. diſcedere a natura. de Fin. 4. 34. a ratione. off. 1. 113. A re. in or. 35. id eſt, digredi. Nam prius poterit a ſe quiſque diſcedere, quã appetitum earum rerum, quæ ſibi conducant, amittere. de Fin. 5. 30. Diſcedere a uita per inediam. Tuſ. 1. 68. id eſt, mori. Pueri autẽ Siſennæ, credo qui audiuiſſent quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto numquam deiicere, neque ab argento digitum diſcedere. 6. Verr. 29. Sub. latum. Diſcedere ab hominum ſatietate noſtri. 2. Att. 16. Qui diſcedere animum cenſent. Tuſ. 152. Diſcedere cubitum. in Somn. Scip. 4. Diſcedere de ſententia. de Fin. 1. 18. At ſi in cauſa pari diſcedere inferior uideretur, tamen eſſet non mediocriter conquerendum. pro Q. 40. Hoc eſt, ſuperatus uideretur. Diſcedere in aliquam opinionem. 6. f. 47. inimicum. de Pet. Conſ. 30. placatum, æquumque. de Pet. Conſ. 30. repudiatum & condemnatum. Acad. q. ed. 1. li. 2. 109. Roma. 2. Verr. 32. ſuperiorem. Tuſ. 2. 48. de Or. 105. id eſt, uictor tem. Negat unquam ſe a te in Deiotari tetrarchia pedẽ diſceſſiſſe. pro Deiot. 29. Modo audiui quartanam a te diſceſſiſſe. 8. Att. 18. Exponitq. initio belli Marſici, & deorum ſimulacra ſudauiſſe, & ſanguinem fluxiſſe, & diſceſſiſſe cælum, & ex occulto auditas eſſe uoces, quæ pericula belli nuntiarent, &c. 1. de Diui. 84. Sed iam, ſi placet, de prouinciis diſcedatur, in urbemq. redeatur. 3. de Le. 27. Quoduis potius periculum mihi adeundũ, quam a ſperata dicendi gloria diſcedendum putaui. de Cl. Or. 173. Omnia ſunt incerta, cum a iure diſceſſum eſt. ep. 135. diſceſſurus ſum abs te nullum veſtigium. 10. f. 69. in ep. Aſ. Pollion.

Diſceſſio.

Temeritas quæ a ſapientia diſſidet plurimum.off. 34. Quid cum Cleanthe doctore ſuo,quam multis rebus Chryſippus diſſidet?4.Acad.258.Definitio ſummi boni,de qua qui diſſident, de omni uitæ ratione diſſident.4.Acad.239.Quaſi natura & genere diſiuncti ſint,diſſident a nobis animo & uoluntate.in Verr. 273.Conſules a Tribuno plebis,poſt interitum meum diſſidēt, qui,&c.pro Sex.12.Hi de re una ſolum diſſident, de ceteris mirifice congruunt.de Leg.166.Cupiditates intus,in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant.de Fin.58. Aut cur cogimur eos ſequi,qui inter ſe diſſident?Acad.q.ed.1.li.2.132. Leuiter inter ſe diſſident.Att.1.8.5.Non conſiliis ſolum & ſtudiis,ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus.pro Marcello, 18. P.Sulpitio utebare multum,cum is Trib.plebis capitali odio a Qu.Pompeio,qui tum erat Conſul,diſſideret.de Amic. 2. Eodem Q. Cæpionem referrem, niſi nimis Equeſtri ordini deditus,a Senatu diſſediſſet.de Cl. or. 118. Ita a ſententia ſcriptum diſſideat.de or.96.Non rectum,me in tantis rebus a Pompeio diſſidere.Att.7.126.3.A ſeipſo diſſidere,ſecumque diſcordare. 1.de Fin.88.Odio quodam atque diſſidio diſſidere ab aliquo. pro Cor.Balbo. 23. Diſſidere animo & uoluntate ab aliquo.7. Verr.143.Diſſidere cum aliquo.de haruſpicum reſp.50.Acad. q.ed.1.lib.2.132.Ex quo iudicare debetis,me non cum homine ſolere,ſed cum cauſa diſſidere.11.Phil.300.Cum uoluntas ſcriptoris cum ſcripto diſſidere uidetur.ad Her. 8. Diſſidere uerbis,non re.Fat.34.

Diſſidens.

Diſſidentes his contrarii motus animi.de Vni.55. Quorum opiniones,cum tam uariæ ſint,tamque inter ſe diſſidentes,&c. 1.de Nat.d.9.

Diſſidium.

Doce quod & qua de cauſa diſſidium factum ſit,ut uideamus ſatiſne iſta ſit iuſta defectio.Acad.47. Diſſidium optimatium. de Ar.254.Iulia non uult amplius ferre : conſtitutum enim eſt diſſidium.Att.250.Ipſe autem amore ardens,cōfirmabat,quod deſiderium tui diſſidii ferre non poſſet.2.Phil.62.Deflecut coniugis miſeræ diſſidium pro D.ſua.232.Eundēmque te, qui primis tēporibus erroris noſtri,aut totius furoris particeps & falſi rumoris ſocius fuiſſes, acerbiſſime diſſidium noſtrum tuliſſe. Att.4.1.Magnum rurſus odium uideo cum crudeliſſimo diſſidio extitiſſe. pro Cæl. 23. Vt hoc diſſidio ac diſſenſione facta, oppidum in poteſtate poſſet habere.pro Syl. 198.Vt quod una non eſtis,non diſſenſione ac diſſidio ueſtro,ſed uoluntate ac iudicio tuo factum eſſe uideatur.ad Att.1.12. 10. Ex cupiditatibus odia,diſſidia,diſcordiæ. 1.de Fin. 69. Danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant. de Amic. 66. Itaque apud ceteros nouis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis, ſæpe fieri diuortia atque affinitatum diſſidia uidimus.pro Clu.151.Quę autē domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti?de Amic.23.

Diſſimilis.

P.Craſſus diſſimiles ceterorum Craſſorum.de Cl.191.Diſſimilis eſt pecunię debitio & gratiæ.pro Plāc.273.Stirpium educatio quædam & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. de Fin. 193.Et erat huic iudicio longe diſſimilis illa cōtentio.pro Syl.136.In his uero ætatibus,qui eſt tā diſſimilis homini, qui non,&c.de Fin.139. In officio diſſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitę eſt.Poſtquā.203.Aliquis mei diſſimilis. pro D. ſua.237.Nihil tam diſſimile,quam Cotta Sulpitio.de Cl.Or. 107.Quid eſt tam diſſimile, quam Demoſthenes & Lyſias? de Cl.Or.157.Exiſtimant artificium eſſe hoc quoddam non diſſimile cęterorū.de Or.116. Diſſimile eſt proximo ei continenti. 4.Acad.189.Hoc ſic expoſitum,diſſimile eſt ſuperiori .de Fin. 104.aut quieſcendum, quod eſt non diſſimile, atque ire in Solonium,aut antiū.Att.2.18.3.Gaudeo tuā diſſimilem fuiſſe fortunā.ep.8.a diſſimili loci.2.de Or.91.Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſſimili ratione.in Cat.106.At quodammodo non ſunt diſſimiles Ariſtonis.4.de Fin.71.Diſſimiles ſumus noſtri.11. fa. 3.in ep.M.Bruti & Caſſii ueruntamen fuit tum ſui diſſimilis noſtis os hominis.4.Verr.33.Res diſſimiles inter ſe quæ tamē conſimili laude dignentur.de Or.145.Nulla uis eſt naturę, ut ſui diſſimilia poſſit effingere.de Cl. 183. Eos qui naſcuntur eodem tempore,poſſe in diſſimiles incidere naturas propter cæli diſſimilitudinem.2.de Diu.104. Diſſimilior illarum.4. Ac. 225.Sui diſſimilior uidebatur fieri quotidie. de Cl.Cr. 178. Quam turbam diſſimilimo genere diſtinguebant homines, per culſi Syllani temporis calamitate.pro Mur. 136. Cum ſint ipſi diſſimilimi inter ſeſe.de Cl.Or.157.Cum inter uos in dicendo

do diſſimilimi ſitis.de Or.120 Diſſimillimi ſuorũ.pro Clu. 34. Antonius ſaturauit ſe ſanguine diſſimilimorum ſui ciuium. in Ant.171. Qui te ab impiorum ciuium tui diſſimilimorum ſocietate ſeiungas.ep.146.

Diſsimiliter.

Voluptas uaria etiam dici ſolet,cum percipitur e multis diſſimilibus rebus diſſimiliter efficientibus uoluptates.2.de Fin.16. Ita d.iudicatę.contra Rull.72.& ad Her.10. Cęterique d. morbi,ægrotationeſque morborum naſcuntur. 4. Tuſc.37.

Diſsimilitudo.

Diſſimilitudo ciuitatum uarietatem iuris habet maximam. pro Corn.61.Diſſimilitudo in tranſlatione fugienda.3. de Or. 88.Incredibilis uarietas,diſſimilitudoque.2.de Diu.145.Diſſimilitudo locorum, nonne diſſimiles hominum procreationes habet? Diu.2.75.Nulla diſſimilitudo eſt in genere.de Leg.1.25.Eſt etiam alia cum ipſis artibus ſapientiæ diſſimilitudo.de Fin. 128. Quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.Læl.64.Hanc habet illis rebus diſſimilitudinem.1.de Or. 131. Vides eandem exiſtimationem propter tẽporis diſſimilitudinem, in illo laudis cauſam habere,in te criminis.5. Ver.185. Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ.Cęl.lib.1.12.6. Ex diſſimilitudine argumentum.2. de Or. 91. Diſſimilitudine rerum gaudet 3.de Or.14. Tum ſimilitudines,diſſimilitudineſque. 4. Ac. 80. Quoniam tantum natura a natura diſtat, quid mirum eſt has diſſimilitudines,ex differẽtibus cauſis eſſe factas.de Fat.141.At n.quoniã in naturis hominum diſſimilitudines ſunt,ut alios dulcia,alios ſubamara delectent,&c.de Fato.13.Innumerabiles aliæ diſſimilitudines ſunt naturæ morumque,minime tamen uituperandorum.1.Off.155.Vt enim in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt:alios enim uidemus,&c.1.Off.150.Diſſimilitudines ſunt, ut alia Romę,alia Tuſculi eueniat ſæpe tempeſtas. de Diu.128. Videat ne ignoret & gradus,& diſſimilitudines,& uim, & uarietatem Atticorum.de Cl.191.

Diſsimulo.

Si quis eſt paulo erectior,occultat, & diſſimulat appetitũ uoluptatis.Off.2 1.Ceteri uera beneficia etiam minora diſſimulãt, ne obligati eſſe uideantur.pro Planc.174. Etiam illos qui diſſimulant,non ſolum eos qui fatentur.pro Mur.133.Nõnulli ſũt, qui ea quæ uident,diſſimulant.in Cat.103. Non diſſimulo me neſcire,ea,quę etiam ſi ſcirem,diſſimularem.pro D.ſua.237.Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam,&c. nihil fingam,nihil diſſimulem,nihil obtegam.At.1.55.Vt te audiſſe,aut ſcire diſſimules.de Pet.Conſ.24.Diſſimulare enim non potero, mihi,quæ adhuc acta ſunt,diſplicere.Att.118.Diſſimulare cum dolore. Plancus.Cic. 10.8.9. Vt iſta diſſimulare poſſit. ad Octa. 329. Neque id obſcure ferebat,nec diſſimulare ullo modo poterat. pro Clu. 91.Itaque non ſilentio Conſulum diſſimularetur, ſed & uoce & ſententia comprobaretur.pro Sextio.28.Tenuitas hominis eiuſmodi eſt,ut diſſimulari non queat pro Roſc.Am.52.

Diſsimulator.

Vt qui diſſimulatores ſtudiorum fuerint.2.de Or.

Diſsimulatio.

Diſſimulatio eſt,cum alia dicuntur ac ſentias. de Or.133. Tũ illa,quæ maxime quaſi irrepit in hominum mentes, alia dicẽtis ac ſignificantis diſſimulatio.de Or.262.Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opinemur, diſſimulatio uel obliuio. Tuſc.3.31. Libenter uti ſoleo illa diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant. Acad.q.ed.1.lib. 2.16.Ex omni uita ſimulatio,diſſimulatioq; tollenda eſt.3. Off. 79.Att.11.141.19.4.Verr.50. & 71. Vrbana diſſimulatio. 2.de Or.149.Aliquando euolutus es ex illis integumentis diſſimulationis tuæ.2.de Or.190.

Diſsimulantia.

Socratem opinor in hac ironia diſſimulantiaque longe lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe. 2.de Or.150.

Diſsimulanter.

Partim non diſſimulanter irati.ad Lent.1.13. Non aperte eodem modo ſemper,ſed uarie,diſſimulanterque concluſis. de Cl. Or.250.Id tamẽ d.facere,ne ſibi ille aliquid proficere uideatur, prudentia eſt.2.de Or.81.

Diſsipo.

Poſtremo a parco patre quod ſumas. quanto diſſipat libentius.de Nat.74.Amicitia omnia contrahit,diſcordia diſſipat.de Am. 100.Ignis quocumque inuaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. 2.de Nat.d.57.Mihi quod potuit vis & iniuria, & ſceleratorum hominum furor detrahere,eripuit,abſtulit,diſſipauit,poſt red.ad Quir.15.Simia omnia,quæ erant ad ſortem parata,diſturbauit, & aliud alio diſſipauit.1.de Diu.68.Simia vrnã euertit,ſortes diſſipauit. de Diu. 122. Subſellia diſſipauit, vinas deleuit. in Vat.36.At id non eſt nobilitatis.ſed ſacrifice,nihil ſupereſt, libidines totum diſſipauerunt.2.de Or.125. Diſſiparant ſe periiſſe. 8.fa.3.in epiſt.Cæl.Diſſipare famam alicuius rei. 14.Phil. 395. fortunas.ep.56.Effundere ac diſſipare fructus ſuos. 2.de L. Agr. 87.Capere,occidere,& diſſipare hoſtes.ep.23. Diſperdere & diſſipare patrimonium.contra Rul.61.Diſſipare conuiuiis patrimonium.pro Flac.70.fruſtra pecuniam.1.ad Q.fr. 34.& 2.Phil.55. Diſperdere ac diſſipare poſſeſſiones. pro L.Agr. 2.Rem familiarem diſſipare.Marcel.4.7.14.Diſſipare rumorem, vel rumores. 14.Phil.391.ſermones.3. Verr.12.Diſturbare ſtatuam, affligere, comminuere,diſſipare.10 Piſ.74.Vt ea eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga,fratris ſui membra in his locis,qua ſe parẽs perſequeretur,diſſipauiſſe.pro L.Man.15.Nihil eſt autem tam volucre, quam maledictum.nihil facilius emittitur,nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur.pro Planc.47.Diſſipari procul a terris.Tuſc.1.35.Qui diſcedere animum cenſent, alii diſſipari ſtatim, alii diu permanere, alii,&c. Tuſc. 151. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam diſſipari nolumus,ep.53. Diſſipari reliquias C. Marii iuſſit Sylla victor.2.de Leg.52.

Diſsipatus.

Diſſipatus exercitus ſeditione quadam.15.fam. 13.Homo fractus & prope diſſipatus.Poſt reditum in Senatu,21 Homo in cogitando tardus,in inſtruendo diſſipatus.de Cl. Or.114 Primum quod diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus. pro Flac. 10. Quandoquidem claſſis diſſipata eſt aduentus noſtri timore milites,ducesque effugerunt. Lentulus ad Ci.12.14.4.Totum genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum. 1. de Or. 19.Poſitum ſe ius ciuile,quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. 2. de Or.78.Prorſus diſſolutum offendi nauigium,vel potius diſſipatum.Att.203.Euerſa domus eſt,fortunę vexatæ, diſſipati liberi, raptata coniunx, &c. pro Seſtio, 128. Interea cum meis copiis omnibus vexaui Amanienſes hoſtes ſempiternos:multi occiſi,capti,reliqui diſſipati.Cæl.2.9.7. Omnia quæ ſunt concluſa nunc artibus,diſperſa & diſſipata quondam fuerunt, vt in muſicis numeri & voces & modi,1.de Or.90. Diſſipatos homines congregare.Tuſc.1.50.Homines diſſipatos vnum in locum congregare, pro Seſtio, 79. Diſſipata connectere non tam facile, quam apta diſſoluere.Or.139.Depulſis ac diſſipatis copiis hoſtium.pro D. ſua,13.Effuſis ac diſſipatis fluctibus veſtris. con.Rul.84.

Diſsipatio.

Ne interitus & diſſipatio conſequatur. 1.de Nat.d.95.Diſſipatio pecuniæ publicæ. Att.192. Diſſipatio prædæ. 13. Phil.350. Sed hanc mihi diſſipationẽ pro paterna neceſſitudine depoſco. in Ant.248.Tantã ei pecuniam decreuiſtis,quantã ex bonis patriis in prædæ diſſipatiõe inimicus victor redegiſſet.in Ant.248.

Diſsipabilis.

Ignis uero & aer omni impulſu facillime pellitur, naturaque cedens eſt maxime & diſſipabilis.3.de Nat.d.41.

Diſſocio.

Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. de Amic. 64. Poſtea diſſociati a Socrate,diſerti a doctis, &c.3. de Or. 41.Diſſociatus animis ciuium.Att.65.

Diſſoluo.

ut nauem, vt ędificium idẽ deſtruit facillime qui conſtruxit: ſic hominem eadem optime quæ conglutinauit,natura diſſoluit. de Sen.66.Chryſippus multa contra ſenſus, & quæ in conſuetudine probantur,diſſoluit. Acad.q.ed.1.lib. 2.68. & 69.id eſt,refellit ac refutat.Fraus enim diſtringit, non diſſoluit periurium. 3 Off.155.Illa autem, quæ Carneades afferebat, quemadmodũ diſſolueris?3.de Nat.65.Patri perſuaſi, vt æs alienum filii diſſolueret.Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret.de Amic.15. Quomodo autem mentientem diſſoluas,quem pſeudomenon vocant, dialectici dicent?de Diu.110. Per te C. Aquili decidit Quintius,quod liberis Scapulæ diſſolueret.pro Quint.3. His verbis ſcripta eſt iſta proſcriptio,vt ſeipſa diſſoluat pro D.ſua,123. Interea diſſoluant iudicia publica, de conſiliis aduocent quos velint.contra Rul. 73. Sed frumento probato & accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam vlli diſſolueris ciuitati. 5. Verr. 150. Tibi aſſentior maiorem eius πρᾶξιν fore,ſi mihi, quod debet, diſſoluerit. Att. 234.Dialectici multa inueniunt, quæ non poſſunt diſſoluere ipſi.de Or.123.Diſſoluere argentariam.pro Cæc.8.Auctoritatẽ d.

4.Tuſ.

4. Tuſc. 68. Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere, permutatione verborum. Or. 220. Diſſoluere conſilia & perdere. pro L. Agr. 59. Cum eas diſſoluere non poſſunt, deficiſcunt a ueritate. 4. Acad. 86, & 134. Ego uero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multauerit, quam ſine mutuatione, & ſine uerſura poſſem diſſoluere. 1. Tuſc. 90. Diſſoluere interrogationes captioſas & fallaces. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 44. nomen. pro Planc. 55. Pecuniam ex Senatuſconſulto & ex lege. d. 7. Verr. 43 pœnam. Tuſc. 1. 90. metaphoricōs. Procuratores. 16. Att. 38. Pecuniam tenere, nec quidquam uelit diſſoluere. in Verr. 187. ſcopas. Or. 139. ſocietatem. pro Roſc. Com. 22. ratione uinctū haudquaquam boni eſt. de Vniu. 49. Ea lege Cęſaris diſſoluuntur. in Ant. 156. Vt eadem ſit vtilitas uniuſcuiuſque & vniuerſorum: quam ſi ad ſe quiſque rapiet, diſſoluetur omnis humana conſortio. 3. Off. 33. Neutiquam diſſoluemini, nec uos mortis fata perimenl. de Vniu. 51. In maximis uero rebus, id eſt legibus, acta Cæſaris diſſolui, ferendum non puto. 1. Phil. 13. Diſſolui mundus nullo modo pōt, niſi ab eo, a quo eſt colligatus. de Vni. 19 Miſericordia cōmotus ne ſis in diſſoluenda ſeueritate. pro Mur. 60.

Diſsolutus.

Adoleſiens perditus ac diſſolutus. 4. Tuſc. 88. Diſſolutus in iudicando. 5. Verr. 181. Crudelis in animaduertendo, diſſolutus in permittēdo. in Ver. 237. Diſſolutus in re familiari. p Quint. 20. 21. Diſſolutus, profuſus, perditus nepos. pro Quint. 7. Veteres negligens & diſſolutus. in Verr. 184. Diſſoluta argentaria. pro Cæc. 187. Diſſoluta aliquorum conſuetudo, licentiaque impudens. pro Flac. 15. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. 2. Of. 124. Alterum nimis eſt uinctum, ut de induſtria factum appareat: alterum nimis diſſolutū, ut peruulgatum ac uulgare uideatur in Or. 213. Diſſolutum & fluctuans orationis genus. 4. ad Her. 157. Id iam mala conſuetudine diſſolutum eſt. pro Cæc. 286. Quod inſtitutum perite a Numa, poſteriorum pontificum negligentia diſſolutum eſt. de Leg. 175. Equod iudicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex iudicio te ulla ſalus ſeruare poſſet? 5. Ver. 112. Diſſolutum uel potius diſſipatum nauigiū. At. 15. 326. 5. id eſt, Infirmum, & minus bene compactum. Nihil populare ac diſſolutum. Att. 18. Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu. 2. de Fin. 162. Nam negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiā omnino diſſoluti. 1. Off. 140. Ars quę rem diſſolutam & diuulſam conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret. de Or. 200. In prætermittendo diſſolutum uideri. 7. Verr. 6. in Cat. 3. Nec diſſolutum quidquam homines a te expectant, nec crudele. ad Brut. 91. Quis tam diſſoluto animo eſt, qui, &c. pro Roſc. Am. 19. Negligentes ac diſſoluti, ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? 6. Verr. 103. Conſilia diſſoluta atque perdita 7. de Leg. Agr. 59. Iam enim taciam, criminibus omnibus fere diſſolutis, contra atque, &c. pro Syl. 51. Illudque conſyderes, ne tua liberalitas diſſolutior uideatur. ad Brut. 3. 4. Vir diſſolutiſſimus. pro C. u. 138. Tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimuſque ſemper fuiſti. 5. Verr. 110.

Diſsolute.

Quam diſſolute, quam turpiter. 14. Att. 21. Res enim ex Cal. Ianuariis agitata, paulo ante confecta eſt: minus quidem illa ſeuere quam decuit, non tamen omnino diſſolute. 6. Phil. 204. id eſt, parum fortiter. Non agam tam acerbe, non utar iſta accuſatoria conſuetudine, ſi quid eſt factum clementer, ut diſſolute factū criminer. 7. Verr. 15. Diſſolute iudicare. 2. ad Q. fr. 29. Nec contenderis aliud, quam ne ius ſuum diſſolute relinquere uideretur. pro Cæc. 75. Neque crudeliter quidquam eripui, neque diſſolute remiſi. ad Brutum, 8. in ep. Brut. Itane diſſolute decumas uindidiſti, ut cum, &c. 5. Verr. 76.

Diſsolutio.

Diſſolutio, ex ornationis ſpecies. 4. ad Her. 193. Confutatio, eſt contrariorum locorum diſſolutio. ad Her. 1. Remiſſio animi ac diſſolutio. Metel. 5. 8. Diſſolutio criminum. pro Clu. 2. Hæc utrum tandem lex eſt, an legum omnium diſſolutio? 1. Phil. 15. Diſſolutio naturæ, mors. 1. de Leg. 46. Quæro autem quid ſit, quod cum diſſolutione, id eſt morte, ſenſus omnis extinguitur. 2. de Fin. 161. Iudiciorum diſſolutiones. 6. Verr. 117. Conſtructioque uerborum, tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. in Part. 13.

Diſsolubilis.

Nulla non diſſolubilis coagmentatio. de Nat. d. 1. 26. Diſſolubile & diuiduum eſt omne animal mortale. 3. de N. d. 20.

Diſsuadeo.

Voluit Romæ petere Artagathus: Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit. 6. Verr. 47. Quę non modo non cenſuerit captiuos remittendos, uerumetiam diſſuaſerit. 3. off. 137. Quis vnquam eſt ſecunda concione legem Agrariam ſuaſit, quam ego diſſuaſi? ſi hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare ac peruertere? con. Rul. 86. Cur igitur ad Senatum proficiſcebatur, cum præſertim de captiuis diſſuaſurus eſſet? 3. off. 149.

Diſsuadens.

Diſſuadentibus aut utilitas labefactanda eſt, aut efficiendi difficultates efferendę: neque aliis ex præceptis, ſed iiſdem ex ſuaſionis locis. Top. 238.

Diſsuaſor.

Itaque in medio Achaico curſu, cum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii retuliſſet, te uidi Veliæ, dolui q. vehementer. ad Bru. 35. & 9. fa. 32. Ipſe etiam Piſo & cauſas egit, & multarum legū aut auctor, aut diſſuaſor fuit. de Cl. Or. 54. 2. de Or. 145. Diſſuaſori duplex ratio proponitur. Part. 46.

Diſsuaſio.

Diſſuaſio rogationis eius, quæ contra Coloniam Narbonenſem ferebatur. pro Cl. 111. Deliberatiuum genus eſt, quod habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem. ad Her. 1.

Diſsuo

Vt amicitias quę minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere. 1. Off. 169. Tales igitur amicitiæ remiſſione vſus leuandæ ſunt, & ut Catonem dicere audiui, diſſuendæ magis, quam diſcindendæ ſunt. de Amic. 65.

Diſtans, Diſtantia, *Vide Diſto.*

Diſtentus, *Vide Diſtineo.*

Diſtermino.

Quas interuallum binas diſterminet unum. in Arato.

Diſtincte, Diſtinctio, Diſtinctus, *Vide Diſtinguo.*

Diſtineo.

Diſtinere rem. 3. Att. 41. id eſt, morari, tardare. Diſtineor tamen & diuellor dolore. pro Plan. 65. Diſtinetur Italia equitatu cæterarum nationum. ad Oct. 41. Nos hic in multitudine & celebritate iudiciorum & nouis legibus ita diſtinemur, vt quotidie vota faciamus ne intercaletur, ut quamprimum te videre poſſimus. Mario, lib. 7. 7. Vereor ne putidum ſit ſcribere, ad te, quam ſim occupatus, ſed tamen ita diſtinebar, vt uix huic tantulum epiſtolæ tempus habuerim. Att. 1. 9. 1. Nam antea diſtinebar maximis occupationibus. 2. Att. 58. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. ad Att. 37. Nos alio bello diſtineri putat 11. Phil. Nonne metuendum eſt, ne imperita militum multitudo per me pacē diſtineri putet? 2. Phil. 340. i. impediri, tardari.

Diſtentus.

Sylla tot tantiſque negotiis diſtentus eſt, vt libere reſpirare non poſſit. Att. 8. Quod me inſtitutum ad illum poema iubes perficere: et ſi diſtentus cum opera, tum animo ſum multo magis, quoniam tamen, &c. 3. ad Q. fr. 34. Diuina prouidentia diſtenta cęlum verſans, terras tuens, maria moderans, 3. de Nat. d. 135. Breuitate epiſtolæ ſcire poteris cum valde eſſe diſtentum qui tanta de re tam breuiter ſcripſerit. 9. Att. 57. Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, qua de Buthrotiis, qua de Bru. Att. 15. 329. 7.

Diſtinguo.

An tu ciuem ab hoſte natura ac loco, non animo factiſque diſtinguis? Part. 121. Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit. Par. 120. Pop. Rom. diſtinguit rationem officiorum & temporum, vt viciſſitudinem laboris & voluptatis. pro Mur. 141. Quam turbam diſſimillimum ex genere diſtinguēbat homines perculſi Syllani temporis calamitate. pro Mur. 47. Artem ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificē ab inſcio? 4. Aca. 45. Qui igitur diſtinguemus bonos a malis? de Or. 138. Vt ſeruos non numero diſtinguant, ſed appellent vno familiæ nomine. pro Cæc. 42. Græcus primo diſtinguere atque diuidere illa quemadmodum dicerentur. in Piſ. 54. Sed ea quo pacto diſtinguere ac ſeparare poſſim, neſcio. 6. Ver. 79. Diſtinguere falſa a veris. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 62. Oratorum genera ętatibus. de Cl. 171. d. hiſtoriam varietatę colorum. 2. de Or. 29. Oratoris eſt formare orationem, eamque variare & diſtinguere, quaſi quibuſdam verborum ſententiarumque inſignibus. de Or. 112. Diſtinguere & illuſtrare orationem. de Inu. 67. d. orationē varietate. ad Her. 28. Simili in errore verſantur, cum conuicti, ac vi veritatis coacti, perſpicua a perceptis volunt diſtinguere. 4. Acad. 66. Diſtinguere ratione & arte quæ dicas. de Fin. 4. 9. rem ambiguam. de Fin. 2. 17. Secernēda. d. in Top. 26. Vera a falſis, veriſimilia ab incredibilibus diiudicare & diſtinguere. in Part. 77. Aer die ac nocte diſtinguitur. 2. de Nat. deo.

145. Decorum quidem totum cum virtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtinguitur. Off. 19. Quorum omnium multitudo, inſatiabili varietate diſtinguitur. de Nat. 45. Quid inter naturã & rationẽ intersit, non diſtinguitẽ. de Nat. d. 64. Agnationibus, familiarũ diſtinguunt̃ ſtatus. de Leg. 160. Numerũ in guttis cadũ tibus, q̃ interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. de Or. 160. Quia nulla nota verum diſtinguebatur a falſo. Acad. q. ed. 1. l. 2. 52. Nihil intereſſet qui diſtingueretur tremor ille & pallor. 4. Acad. 89. Signa conturbantur, quibus voluntas a ſimulatione diſtingui poſſet. Att. 123. Ol priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummã voluptatem, ut poſtea variari voluptas diſtinguiq. poſſit, augeri amplificariq. nõ poſſit. de Fin. 57. Diſtingui non poterat illius cauſa ab Antonio. ad Brut. 26. Interuallis diſtingui. 3. de Or. 103. Hæc orõ deſcribi & diſtingui põt. pro Flac. 253. Quo aũt diſtingui poſsint uera ſomnia a falſis. de Diu. 138. Sophiſtarũ diſtinguẽda ſimilitudo. Or. 202. Rurſus aũt diſtinguẽdũ eſt, & ita dicẽdũ, ipſius indiuidui hãc eſſe naturã. de F. 145.

Diſtinctus.

Continuatio verborum articulis mẽbriſq. diſtincta. 3. de or. 103. Narratio diſtincta perſonis, interpuncta ſermonibus. de or. 238. oratio cõpoſita & ornata, & artificio quodã & expolitione diſtincta. j. de or. 27. Regio, quæ mari cincta & portuous diſtincta eſſet. pro Flac. 151. Via illa noſtra caſtris Thraciis diſtincta eſt & notata. de Prou. 69. Cælũ aſtris diſtinctũ & ornatũ. de Nat. 45. Diſtincta alios & interpuncta interualla, moræ, reſpirationeſq. delectant. in or. 29. Littora diſtincta tectis & urbibus. 2. de Nat. d. 144. Gẽmis diſtincta pocula clariſſimis. 6. Ver. 54. Illi aũt octo curſus ſeptẽ efficiũt, diſtinctos interuallis ſonos. de Som. 129.

Diſtincte.

Articulatim diſtincteq. dicere. de L. 163. Sedquia profitẽtur ipſi illi qui eos ſcribunt, ſe neq. d. neque diſtribute, neq. eleganter, neq. ornate ſcribere, &c. 2. Tuſ. 9. D. explicate, abundanter, & illuminate dicere. de Or. 147. Nun igiẽ ille, vt plerũq. ſed iſto modo, ut tu, d. grauiter, ornate. de Nat. d. 1. 42. Partite, definite, diſtincteque dicere. or. 205. Num conturbo te? non enim fortaſſe ſatis quæ diſtinctius dicuntur, intelligis in Ant. 176.

Diſtinctio.

Lex, eſt iuſtorum iniuſtorumque diſtinctio. 2. de Leg. 22. Cauſarum diſtinctio ac diſſimilitudo. de Fato, 64. Numerus in continuatione nullus eſt: nam diſtinctio numerũ conficit. de or. 160. Harum quidẽ rerũ facilis eſt & expedita diſtinctio I. j. de Fin. 26. Facilis eſt diſtinctio ingenui & illiberalis ioci. off. 21. Quia nulla appareat in viſis diſtinctio. 4. Aca. 90. De his igitur, quæ diximus, hæc ſit diſtinctio prima. de Vniu. 7. Quæ diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur, & ea quæ ſẽper ſint eadẽ. de Vniu. 35. Quæ eſt tandem iſta diſtinctio, quæ vera, quæ falſa habet? 2. de Diu. 90. Diſtinctio ſolis, lunæ, ſyderumque omnium. de Nat. d. 2. 11. Diſtinctio tenuis & acuta. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41. Eiuſdem uerbi crebrius poſiti quædam diſtinctio. or. 162. Diſtinctio ueri a falſo. 1. de Fin. 99. Diſtinctionẽ illã tuã nullo pacto ꝓbo. ad Bru. 4.

Diſto.

Contrarium eſt, quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem cui contrarium eſt, plurimum diſtat: ut frigus calori, uitę mors. de Inu. 51. A quo genere ne illud quidem plurimũ diſtat. de or. 133. Quibus rebus exculta hominum vita tantum diſtat a victu & cultu beſtiarum. 2. off. 20. Multum inter ſe diſtant iſtę facultates, longeq. ſunt diuerſæ atque ſeiũctæ. 1. de or. 108. Vides Eruci quantum diſtet argumentatio tua ab re ipſa atq. a veritate. pro Roſc. Am. 25. Cum a veris falſa non diſtent. 4. Acad. 107. Quamquam enim vocabula prope idem valere videantur, tamen quia res differebant, nomina rerum diſtare voluerunt. Top. 223.

Diſtans.

Quid. n. tã diſtans, quã a ſeueritate comitas? in Or. 18. Terræ ab huiuſce regionis, quã nos incolimus, cõtinuatione diſtantes. de Nat. d. 59. Naturæ variæ & voluntates, multum inter ſe diſtantia effecerunt genera dicendi. or. 201. Multum inter ſe altitudine aut humilitate ſydera diſtantia. 5. Tuſc. 98. oceanus medius fidius vix videtur, tot res tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe. 2. Phil. 76.

Diſtantia.

Tanta eſt inter eos, quanta maxima eſſe poteſt, morum ſtudiorumque diſtantia. Læl. 64.

Diſtortus.

Demonſtraui digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortũ, 2. de or. 148. Multa ſũt genera enũtiãdi ſed nullũ eſt diſtortius, quã hoc, &c. de Pat. 147. Solos ſapientes, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mẽdiciſſimi, diuites. ꝑ Mur. 56.

Diſtorſio.

Diſtorſio mẽbrorũ. Tuſ. 4. 22. In quibus ſi peccet̃ diſtortione & deprauatione, aut motu, ſtatu ve deformi, &c. 5. de Fi. 31. & 32.

Diſtraho.

Quæ ſententia omnẽ ſocietatẽ diſtrahit ſocietatis. Off. 3. 34. Quos aut mors eripuit nobis, aut diſtraxit fuga. 4. fa. 39. Itaque accepimus Socratem exſecrari ſolitum, eos qui primum hæc natura cohærẽtia, opinione diſtraxiſſent. 3. Off. 14. Nemo erit, &c. qui a me mei ſeruatorẽ capitis diuellat ac diſtrahat. pro Planc. 83. Antequam copiæ illius nos a nobis diſtrahant. ad Att. 130. Excluſit illum a Rep. diſtraxit, ſegregauit non ſolũ ſcelus illius, ſed, &c. 5. Phil. 185. Poſtea vero quã Põpeius ſe totũ Cęſari tradidit, quid ego illum ab eo diſtrahere conerer? in Ant. 165. Diſtrahere induſtriã hominis in plura ſtudia. 1. de Or. 137. Sed Græci viderint: nobis, ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere uoces conceditur. 10 Or. 84. Diſtrahor: tum hoc mihi probabilius, tum illud uidetur: &c. Aca. q. ed. j. l. 2. 125. id eſt, dubius & anceps ſum. Fit ut diſtrahatur in deliberando animus, afferatq. ancipitẽ curam cogitandi. 1. Off. 15. In deliberando ſæpe animi in cõtrarias partes diſtrahuntur. Tuſ. 5. 44. Indiuiduũ corpus eſt, quod dirimi, diſtrahiq. non poteſt. de Nat. d. 65. Diſtrahi a cõplexu ſuorũ. pro D. ſua, 75. Diſtrahi a me non poſſet. 1. ad. Q. fr. 52. Vt ab ea nullo modo diuelli, nec diſtrahi poſſint. de Fin. 59. Diſtrahi ab amicitia. pro D. ſua, 13. Vt ab his membra diuelli ac diſtrahi poſſe diceres. pro Syl. 44. Ideo, quod omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarũ, aut puniendorũ maleficiorũ cauſa reperta ſunt. pro Cęc. 4. Si funus id habendũ ſit, quo nõ amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas. pro Quint. 29.

Diſtractus.

Diſtracta & extincta vis: pro D. ſua, 53. id eſt diſſipata. Ambitionis labore vita diſtracta. de Or. 143. Vos ancipiti contentione diſtracti, de imperio dimicaretis. pro Pom. 5. Sed diligentius nobis eſt uidendum, ne diſtracti pares eſſe aduerſario non poſſimus. 8. At. 46. in ep. Cn. Põpeii. Diſtracti ac diſſipati iacent. 2. de Leg. 41. Qui non idem conſilium, quod tu, ſecuti ſunt, eos video in duo genera eſſe diſtractos. Or. 211. Obſecro te Cicero, ſuſcipe curã & cogitationem dignissimã tuæ uirtutis, ut Cæſarem & Põpeium perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas. 8. Att. 57.

Diſtractio.

Nullam enim nobis cum tyrannis ſocietas eſt ſed potius ſumma diſtractio eſt. 3. Off. 39. Diſtractione humanorum animorũ diſcerpi & dilacerari deum. de Nat. 7.

Diſtribuo.

Fuiſti igitur apud Mar. Leccam ea nocte Catilina, diſtribuiſti partes Italię, ſtatuiſti quo quemq. loco proficiſci placeret. in Cat. 99. Sane cõmode Põpeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarũ. At. 111. Nõnullos ſcribis ſuis, filio, cohortiq. diſtribuit. in Ver. 148. D. deus cęlum æqualiter circum mundũ. de Vni. 45. Diſtribuere in partes xii. j. Tuſc. 106. Diſtribuere partibus. j. de Or. 53. Diſtribuere cõmode ipa peregrinationis. At. 2. 16. 7. Meministis me ita diſtribuiſſe initio cauſam in crimen, cuius, &c. pro Roſc. Am. 72. Pecuniæ maximæ diſtribuuntur. ep. 183.

Diſtribuens.

Ex armamentis publicis, arma Populo Rom. C. Mario Conſule diſtribuente, dantur. pro Rab. 94.

Diſtributus.

Eſt enim animus in partes diſtributus duas quarũ, &c. Tuſc. 185. Cauſarum diuiſio in duas partes diſtributa eſt. ad Her. 3. Oratio quæ eſt in ius religionis & in ius Reip. diſtributa. pro D. 219. Vt urbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum, diſtributumque erat, incenderent. in Cat. 111. Totam Italiam fac ut in animo & memoria tibi diſtributam comprehenſamque habeas. de Pet. Conſ. 20. HS quadraginta millia nummum in ſingulos iudices diſtributa. pro Clu. 58. Athenienſes unde fruges & leges ortæ, & in omnes terras diſtributæ putantur. pro Fla. 159. orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello. Seruio, lib. 4. j. 7.

Diſtribute.

Sed quia profitentur ipſi illi qui eos ſcribunt, ſe neque diſtincte, neque diſtribute, neque elegãter, &c. lectionem ſine ulla delectatione negligo. 2. Tuſc. 10. Sin diſtributius tractare quis volet, partiat̃ in aium & corpus & extrãeas res licebit. 2. de In. 252

Diſtributor.

Hoc certe uideo quod indicant tabulæ publicę, uos rogatores, uos diſtributores, uos cuſtodes fuiſſe tabularum. in Pi. 28.

Diſtributio.

Diſtributio, eſt in contentione oratio frequens cum raris &

breuibus interuallis acri vociferatione 3. de Her.116.Diſtributio,exornationis ſpecies.4.ad Her.203.3.de Or. 113. Diſtributio diuiditiuv in coumerationem & espoſitionem.ad Her. 1.17. Cæli diſtributio ,& certarum rerom notatio,docet vnde fulmen venerit.de Diu.117.Diſtributio ſenſuum.de Fin.lib. 5.29.Itaque mihi certum eſt,hanc eamdem diſtributionem inuidiæ & criminum ſic in defenſione ſeruare, &c.pro Clu. 1. Aberrare a diſtributione.de Petit. Conſ. 32. Nam aut temporum ſeruantur gradus,aut generum diſtributiones.Part.a 3n.

Diſtringo.

At ille vt iogreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauit que ſe illum ſtatim interſecturum.3.Off.153. Qui velit vno ſuffragio duas in Rempub.ſicas diſtringere.de Pet. Cnnſ.9.

Diſtrictus.

Diſtrictus a cauſis & iudiciis.2 .ad Q.fr.38.Diſtrictus.n.mihi videris eſſe,qnod & bonus ciuis & bonus amicus es.ad Cælium li. 2.27.Hoc eſt,ita in anguſtum redactut,vt neſcias quo te vertas.Ambitionis labore vita diſtricta.3.de or.4.Propterea quod eos intelligere videbam, me hoc iodicio diſtriſtum atqoe obligatum futurum.2.Vet.16. Diſtricta tenentur a paocir ſuffragia de har.reſp.56. Diſtrictos in Remp. gladios retudimus. in Cat. 49.Sic.n.habeto,numquam me a cauſis & iudiciis diſtrictiorem fuiſſe.ad Q.fr.2.16.11. Hoc eſt,impeditiorem & occopatiorem Nō.n.fortaſſe ſatis,quę diſtrictius dicunt, intelligis.2.Phil.52.

Diſturbo.

Cuncta diſturbat ac diſſipat ignis.de Nat.d.2.29.Pontes diſturbat,ciſtas deiicit.ad Her.4.Qui fidem lædit,quantum in ipſo eſt,diſturbat vitæ ſocietatem . pro Sex. Roſc. 37. Diſturbaui rem,totamq. vobis integram reſeruaui. 11.fam.36. Simia & ſortes ipſas,& cetera quæ erāt ad ſortē parata , diſturbauit,& aliud alio diſſipauit.de Diu.96.Domum alicuius diſturbare.5. Phil. 376.Tollere ac diſtorbare iudicium ambitus. pro Syl. 10. Vi & armis diſturbare iudicia. pro Syl. 53. Diſturbare ac peruertere legem aliquam coocione.pro l.Agr.99.Diſturbate parietes.Pa vad.35 Quam porticum pro amore quam habetis in Rempu. & ſemper habuiſtis,non modo ſeotentiis, ſed,ſi opus eſſet , manibus ueſtris diſturbare cuperetis.pro D.ſua,80. Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur,diriperetur.pro D.ſua,87.Et iā ſe videre diſtrahi a complexo ſuorum,diſturbari tecta,diripi fortunas.pro D.ſua,75.Huc etiam niſi venirem , fabros ſe miſſurū, & domum meam diſturbaturum eſſe dixit.in Ant. 198.Diſturbata porticus Catuli , quę reficiebatur, & ad tectum iam pene peruenerat.Att.55.

Diſturbatio.

Sed utilitatis ſpecie in Rep.ſæpiſſime peccatur , ut in Corinthi diſturbatione noſtri.3.Off.60.

Dithyrambus.

Dithyrambus,verſus ſpecies.3.de Or.102.

Dithyrambicus.

Dithyrambici poetæ.Or.141.

Ditio.

Ditioni,iudicio,poteſtati aliquorum permittere & condonare gentes,nationes, prouincias, regna.2.de L. Agr. 48.Contra nutum ditionemque alicuius reſpirare ſi fas eſt.pro Quint. 63. Nationes,quæ in amicitiam Pop. Rom.ditionēq. eſſent.in Ver. 65. Populi Romani vectigalibus atq. oībus copiis ipſum Populū Romanū coerceas?opprimas? redigas in iſtā Decemuiralem ditionem & poteſtatem?2.de L.Agr.74.& 4.Phil.261. Bellandū eſſe duxit , ſed totā Galliā in noſtrā ditionem eſſe redigendā. de Prou.Conſ.29. Cadere ſub imperium,ditionemq. alicuius. pro Font.2.Sub imperium ditionemq. Populi Romaoi vrbes aliquas ſubiungere. 3.Verr.37.Ditione ac numine deorū geruntur res.2.de L.25.Quę in eorum regno ac ditione ſunt.in Ver.213. In ditione ac poteſtate alicuius eſſe . pro Quint. 4. Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione.con.Rul.74.

Ditior, Dito, *Vide Diues.*

Diu.

Quid.n.eſt hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremū? p Marcel.16.Quę ſigillatim ac d.collecta ſunt,uno tēpore vniuerſa perdamus.1.in Ver.40.id eſt,per multos annos.vis improborū d. collecta & inueterata, tacito odio iā erūpebat in actum.pro D.ſua, 225.Copias,quas d.ſimulatione Reip.cōparabant, ſubito ad patrię periculū cōuerterunt.Brutus Cic.11.13.12.De Capua multū eſt ac d.conſultū,con.Rull.83.Oia iā ex eo, quæ d.cupio,cognoſcā.de.Or.96.Hæc videamus,quæ nunc d.multumq defenſa ſunt.Acad.q.ed.1.l.2.121.Sed hæc ſatis d.multumq. defleta ſūt. in Ant.248.D.multumq. dubitare. in Or. 1. Neq. d.nox illa extitit,de Diu.101.Satis d.fuit in miſeriis Iudices,ſatis multos annos ex inuidia laborauit.pro Clu.159.Libri Oratorii d.ac multū in manibus fuerunt.At.61. Sæpe & d.ad pedes iacuit ſtratus. pro Quint.64. Hęc d.multum, & multo labore quęſita , vna eripuit hora.pro Syl.54.Nec ea quiſquā,niſi d.multūq. ſcriptitarit, conſequetur.de Or.97.Arma ſenectutis,artes, exercitationeſq. uirtutum,quæ in oī ætate cultæ,cū multū diuq. vixeris , mirificos afferunt fructus.de Sen.8.Ille uult d.viuere,hic d. vixit quā quam o dii boni,quid eſt in hominis vita diu? de Sen.63.

Diutius.

Didicit apud Philonē tandiu, ut cōſtaret diutius didiciſſe neminē.4.Ac. 124.Nam etſi Seruio Tullo regnante viguerunt, tū multo d. Athenæ iam erant, quā eſt Roma ad hodiernum diem. de claris Or.19.D. enim iā in hoc deſyderio eſſe nō poſſum,&c. de Am.86.D. manare, quā natura ſtare potuerunt. 1.de L. 1.Nō obtundam d.aures ueſtras.6. Ver.97. Potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut d. tacitus ſuſtinere?7. Ver. 141.Catonē induxi ſenē diſputantē,quia nulla uidebatur aptior perſona,quæ de illa ætate loqueretur,quā eius qui & diutiſſime ſenex fuiſſet,& in ipſa ſenectute præ ceteris floruiſſet . de Amic. 3.Vt te quā diutiſſime iucunda opinione oblectarem . ad Q. fr. 29n.Mitto aurū coronarium,quod te diutiſſime torſit.in Pi.71.

Diutinus.

Tantus ardor occupauit animos hominū libertatis deſyderio, tædioque diutinæ ſeruitutis . ad Brut. 11. 14 . Multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diutino.Off.13.

Diuturnus.

Diuturnus error.1.Of.158.Diuturnus & deſperatus morbus. pro Syl.57.uſus.de Amic.71.eſſe.2.Phil.108.pro,diu uiuere. Obſeruatio diuturna.2.de Diu.42. Perpeſſio diuturna ac voluntaria rerum arduarum ac difficilium,honeſtatis & utilitatis cauſa. 2.de Ino.142. Quā non eſt facilis uirtus,quā vero difficilis eius diuturna ſimulatio:Att.7.121.9. Bellum diuturnum . pro Lege Manil.25.ſilentium pro Marc tēpur.Acad.q.ed.1.lib.2.2.Nec ſimulatum quidquā poteſt eſſe diuturnum.2.Off. 61. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam uidetur, in quo eſt aliquid extremum.de Sen.63. Quas quidē ſic auide arripui,quaſi diuturnā ſitim explere cupiens.de Sen. 24. Hoc non poteſt in delectatione eſſe diuturna.de Or.152.Pace diuturna ſe recreare. de Prouinc. Cōſul 4.pro L.Man.31.diuturnioribus moleſtiis cōflictatus ab aliquo.6.ſa.44.

Diuturnitas.

Diuturnitas belli.1.de Nat.d.7.dominationis & victoriæ diuturnitas.Att.7.140.1.Pacis diuturnitas otiū confirmauit. 1. de Or.8.diuturnitas maximos luctus vetuſtate tollit. 5. fa. 46.Imperii diuturnitati modus ſtatuēdus.pro L. Man.17.Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatē gloriæ.Att.115.Nihil eſt.n.tā inſignē nec tam ad diuturnitatē memoriæ ſtabile, quā id in quo aliquid offenderis.1.de Or. 64.Negat Epicurus diuturnitatem tēporis,ad beate viuendū aliquid afferre.de Fin.83. Ac.q.ed.1. l.2.111.Quod mors ſenſu careat,dolor in lōginquitate leuis, in grauitate breuis ſoleat eſſe,ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio conſoletur. 1.de Fin. 63. Semper.n.in his ſtudiis laboribuſq. viuenti non intelligitur quando obrepat ſenectus , ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit : nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur.de Sen.35.Temporis diuturnitate non confirmaretur opinio , nec una cum ſeculis ætatibuſque hominum inueterare potuiſſet.2.de N.d.4. diuturnitate non vaneſcere animi labes,nec manibus vllis elui poteſt.2. de Leg.26.

Diuaricor.

In ea Sopatrum hominem tum domi nobilem , tum ſummo magiſtratu præditum,diuaricari ac deligari iubet.6.Verr.78.

Diuello.

Nemo eum a me diuellat ac diſtrahat . pro Planc. 281.Eaque eſt ſumma ratio & ſapientia boni ciuis,cōmoda ciuiū defendere, non diuellere , atq. oēs æquitate eadē continere.2.Off. 122.Eſt iſtud quidē honeſtum, verū hoc expedit : res a natura copulatas audebit errore diuellere.Off.3.98.Quanquā a Polemonis & Peripateticorū & Antiochi finibus nō facile diuellor.Ac.q.ed.1.l. 2.29.Magno dolore a re diuellor.in Cat.109.A quibus cū ſummo dolore diuellitur.pro D.ſua,233.pro Planc.65.Iam ob conglutinatio recens,ęgre,inueterata facile diuellitur.de Sen.66. Cū tot.rerum tanta varietate diuellerer.in Ver.232.Neq. diuelli ab eo poſſunt.in Cat.109.Vt ab ea nullo modo nec diuelli,nec abſtrahi poſſint.de Fin. 1.39. Vt ab his membra citius diuelli & diſtrahi poſſe diceres.pro Syl. 178. Affinitas filiis iſtius viuis diuelli non poterat.pro Quint. 4.

Diuulſus.

Conſenſus ordinum eſt diuulſus.de haruſp. reſp.Diſſolutam

&

& diuulſam rem cōglutinare.1 de Or.93.Aliqua diuulſa & qua
ſi diſcerpta contrectare.de Or.154.

Diuendo.

Hic permittit ſua lege,ut Decemuiri bona Pop. Rō. poſſint
diuendere.1.de L.Agr.4.

Diuenditus.

Ciuibus Romanis omnibus crudeliſsime denudatis ac diuen
ditis,celerius Aſia exceſſiſſet,quam,&c.12.fam.32. in ep. Lent.

Diuerto.

Diuerti ad illum,de quo tecum mane.Att.222.Clodius Ari
tia rediens,diuertit ad Albanum.pro Mil.111.Sed redeamus ad
illud unde diuertimus ep.199. Hortenſius uenerat,& ad Teren
tiam ſalutatum diuerterat.Att.10. 207. 6. Cum diuertiſsem a
Cumis in Veſt ano. 15. Att. 5. Cū inquit. in caſtellum Luceiū
ueniſſes,& domum regis hoſpitis tui diuertiſſes. pro Deiot. 11.
6.Verr.21.Cimō imperauit uillicis ſuis,ut omnia præberētur,
quicumque Laciades in uillam ſuam diuertiſſet.Off.2.95.Tam
quam in Pontinum diuerteris.2.de Or.160. Diuertere ad ami-
cos.in Ver.79.ad cauponam,uel ad hoſpitem diuertere.1.de Di
uin.52.de Fin.5.3.Diuertere in tabernam.1.de In.131.Diuerte
re in uillam 2.Off.95. Nuntiant ſe,Pompeii conueniēdi cauſa,
diuertiſse Maſſiliam.in Ant.258.Locus ei publice, quo diuer-
teretur,datus eſt.5.Ver. 63.Suſpicari debuit Clodiū ad uillam
ſuam diuerſurum.pro Mil.78.

Diuerſor.

Omnes ad eam domum,in qua iſte diuerſabatur profecti ſunt
3.Verr.48.A Liſone uero *Lilybetano* primo homine, apud quē
diuerſatus es, &c.6.Verr. 33. Vedius diuerſatus eſt Laodiceæ
apud Pompeium.Att.89.Inuita eum per literas,apud me diuer
ſetur.13.Att.3.Cum Athenis apud eum diuerſarer.5. Tuſc. 33.
Att.6.112.5.Hac te in domo tādiu diuerſari non pudet.in Ant.
173.*Diuerſari laute*.3.Verr 44.

Diuerſor.

Caupo nō multo poſt clamauit hoīem eſſe occiſum,cū quibuſ
dā diuerſoribus illū,qui ante exierat,cōſequitur.2.de Inu.132.

Diuerſorium.

Diuerſorium flagitiorū,& officina nequitiæ. pro Roſc. Am.
79.Nam & uilla & amœnitas illa, commorationis eſt, non di-
uerſorii.Leptæ,lib.6.19.2.Ex uita iſta diſcedo,tamquam ex ho
ſpitio,non tanquam ex domo:commorandi enim natura diuer
ſorium nobis, non habitandi dedit.de Sen.76.M. Varro uoluit
uillam illam eſſe ſtudiorum ſuorum,non libidinum diuerſoriū.
in Ant. 181.Ne ego multo libentius emerim diuerſorium Tar
racinæ,ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim.Fabio Gallo,li.7.24. 8.
Eius falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio, ſi,
&c.6.fam.51.52.Cogito in hortis Craſſipedis,quaſi in diuerſo
rio cœnare.Att.4.81.2.Requieſcam in Cęſaris ſermone, quaſi
in aliquo peroportuno diuerſorio.2.de Or.129.Qui hoc diuer
ſorio ſermonis tam libenter te acquieturum eſſe dicebas. 2. de
Or.160.Diuerſoria apta.11.Att.8.

Diuerſoriolum.

Niſi quod Sinueſſanum diuerſoriolum contempſiſti. ad Cor
nificium.lib.12.20.1.Att.14.305.1. Accepi VII. Calendarum
in diuerſoriolo tuas literas.epiſt.196.& Att.225.

Diuerticulum.

Aliud fraudis & inſidiarū in eodem ueſtigio diuerticulum
reperit.pro Roſc.Com.3.Ne diuerticula peccatis darentur. in
Part.75.Quos tu mæandros,dum omnes ſolitudines perſeque
ris,quę diuerticula,flexioneſque quæſiſti? in Piſ.41.

Diuerſus.

Certa igitur cum illo qui a te totus diuerſus eſt.Acad.q.ed.
1.lib.2.93.de Epicuro.Ab adiunctis longe diuerſus. in Top. 26.
Diuerſa & diſſimilis pars.de Inu.48.Cæſaris autem longiſſime
diuerſa ratio. in Ant.204. Hoc eſt diuerſum a reliquis.de Opt.
243. Quod ex aliquo diſiunctio diuerſoque monſtro ſignifica
tum caueremus.de har.249.Variæ & diuerſæ,& in omnem partē
diffuſæ diſputationes.de Or.148.Separatim ſunt aliæ cuiuſque
generis & diuerſæ præceptiones.de Inu.63. Duo maxime inter
ſe diuerſi.in Som.Scip.21.Quæ commodis,utilitate, & prope
natura diuerſa ſunt,uoluntate coniungere difficile eſt. ad Q.fr.
1.1.54.Varia & diuerſa genera bellorum.pro Pomp.9. Hęc ui-
dentur eſſe a propoſita ratione diuerſa.de claris.Or. 170. Lon-
ginqua & diuerſa loca.pro L.Mā.32.Corinthus duo maria ma
xime nauigationi diuerſa pene cōiungit.contra Rul. 83. Varia
& diuerſa ſtudia.1.de Or.137. Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſsi
mili ratione.in Cat.106.Qui cum diuerſos inter ſe aditus ha-
beant,in exitu coniunguntur & confluunt.6. Ver. 104. Sunt ea
quidē innumerabilia, quæ a diuerſis emebantur non inſciente
te.2.Phil.95.Confluxerūt.n.& Athenas, & in hanc urbē multi
inquinate loquentes ex diuerſis locis.de Cl.Or.140. Vt cū duo
bus in locis diſiunctiſsimis, maximeq. diuerſis, uno cōſilio,ab
unis hoſtiū copiis bellū terra, mariq. gereretur. pro L. Man.5.

Diuortium.

Nam ſi res ſuum nomen & proprium uocabulum non habet,
ut in uxore diuortium,neceſſitas cogit,quod non habeas aliun
de ſumere.de Or.157. Si culpa factum eſt diuortium, pro libe-
ris nihil manere oporteret.Top.122.Ecce autē ſubitum diuor-
tium,diſcedit a Melino Cluentia.pro Clu. 20. Lentulus cū Me
tella fecit diuortium.Att.206.Antonius cum mima fecit diuor
tium.2.Phil.79.Valeria ſine cauſa diuortium fecit, nuptura D.
Brut.8.fa.17. Sed quid eſt quod audio Spinterem feciſſe diuor
tium?Att.203.Mater,quę,ſi iudicaretur certis quibuſdam uer-
bis fieri cum ſuperiore diuortium,in concubinæ locum ducere
tur.de Or.100.Inde ad Amanum contendi,qui Syriam a Cili
cia aquarum diuortio diuidit.At.1.7. 8.& 5.39. Diuortio facto
quomodo dos reddenda.Top.9.Itaque apud ceteros,nouis in-
ter propinquos ſuſceptis inimicitiis, ſæpe fieri diuortia atque
affinitatum diſſidia uidimus.pro Clu.151. Hæc autem ut ex ap
penino fluminum,ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctri-
narum facta diuortia.3.de Or.40. Eſt diuiſus aquarum diuor-
tiis.ad Cęl.2.9.6.

Diues.

Diues,fortunatus,opulentus.Off.48.Contrarium, pauper,
humilis.Dicitur,cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter uiuen-
dum facile contentus ſit:qui nihil quærat, nihil appetat,nihil
optet amplius.Parad.54.Rectius enim appellabitur diues, qua
Craſſus,qui niſi,eguiſſet, numquam Euphratem nulla belli cau
ſa tranſire uoluiſſet.de Fin.105. Animus hominis diues,non ar
ca appellari ſolet,quamuis illa ſit plena:dum te inanem uideo,
diuitem non putabo.Parad. 124.P. Craſſus tum cognomine di-
ues,tum copiis,functus eſt Aedilitio maximo munere.2.Off.83
Diues de ſcurra multo facilius ſit,quam paterfamilias.pro Qu.
32.Ex pauperrimo diues factus,in Vatin.13. Neminē eſſe diui
tē,qui nō exercitum alere poſſit ſuis fructibus.Para.124.Impro
bi & auari,&c.non modo non copioſi ac diuites, ſed etiam ino-
pes ac pauperes exiſtimandi ſunt.in Parad.66. Solos ſapientes
eſſe,ſi mendiciſsimi ſint,diuites.pro Mur. 138. Ex mēdicis fieri
repente diuites.in Ant. 216. Inde ille licētior & diuitior fluxit
Dithyrambus.4.de Or.

Ditior.

Ditior mihi & affluentior uidetur eſſe uera amicitia.de Am.
107.Vt quiſque quod plurimi eſt,poſſidet, ita ditiſsimus haben
dus eſt.Parad.125.

Dito.

Si contigerit ea uita ſapienti,ut omnium rerum affluentibus
copiis ditetur.Off.31.

Ditatus.

Vrbs triumphis ditata.ad Her.40.

Diuitiæ.

Diuitiæ atque ornamēta ingenii alicuius.de Or.98. Diuitiæ
expetuntur tum ad vſus uitæ neceſſarios,tū ad perfruēdas uolu
ptates.off.1.37.Opportunæ diuitiæ ut utare,opes ut colare,ho
nores ut laudere.de Am.21.Diuitiarū fructus eſt in copia. Par.
60.Quantū cuiq. opus eſt,ad id accōmodatur diuitiarū modus.
Parad.56.Diuitias cēſuit Diogenes nō cā modo vim habere, vt
quaſi duces ſint ad uoluptatē,& ad ualetudinem bonā, ſed ēt ut
ea contineāt.de Fin.l 3 39.Diuitias orationis habere.4.fam.10.
Omitto diuitias,quas cū quiuis quāuis indignus habere poſsit,
in bonis nō numero:quod enim eſt bonū,id non quiuis habere
pōt.Tuſ.5.34.Diuitiarū propriū eſt,contentū eſſe rebus ſuis. Pa
rad.66.Hoīes diuitiis affluentes de Amic.105.Augere diuitiis
aliquē,& fortunis locupletare.2.de L.Agr. 71. Qđ ſi aſſequor,
ſupero Craſſū diuitiis,atq. oīum uicos & prata cōtēno.Att.1.9.

Diuexo.

Diuexare agros ciuium.13.Phil.399. Alteri ſe Brutus obie-
cit,impetumque furentis,atque omnia diuexare & diripere cu-
pietis,uitæ ſuę periculo colligauit.11. Phil.290.

Diuiduo.

Ariſtoteles bona diuidit tripertito.5.Tuſ.57. Inde ad Ama-
num contendi,qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit,
qui mons erat hoſtiū plenus ſēpiternorū. Att.5. 39. Diuidere
ęqualiter in duas partes.1.de L.10.aliquid in omnes prouincias.
pro Syl.32.Diuidere cauſam aut proponere.de Orat.116. Am-
bigue dicta diuidere & explanare oportet. de Orat. 207.

Genus uniuerſum in ſpecies certas partiri ac diuidere. in Or. 95. Diuidere ineleganter genus aliquod. de Fin. 70. Diuidere legē aliquam naturali norma. de Leg. 175. Scatus pater eius nummos vobis diuidere ſolebat. Att. 1. 59. & 13. 58. Diuidere ſententiam. 1. fam. 53. pro Mil. 11. Tabulas diuidere paſſim, & peruulgare, atque edere populo. pro Syl. 32. Diuidere uiritim. Tuſ. 3. 41. Quæ ad faciendam fidem pertinent, ea in confirmationem & in confutationem diuiduntur. Part. 232. In naturam & mores diuidebantur. 1. Academ. quæſtionum, 30. Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententiam diuideretur. 1. ſam. 5. Diuiditur ſententia, cum una re plures cōplectente ſententias, de ſingulis ſeparatim refertur. Omne animal ſecari ac diuidi poteſt. 3. de Natura deorum, 38. Si ea prædia diuidentur, quæ ipſe Cæſar uendidit, quæ tandem in eius conditionibus eſſe poterit auctoritas? 13. fam. 17. Tollit definitiones: nihil de diuidendo ac Epicurus partiendo docet. 1. de Fin. 16. In diuidendo maximū uitium eſt præterire aliquid. Off. 1. 17. In diuidendo uitioſum eſt partem in genere numerare. Fin. 2. 14.

Diuidens.

C Flaminio Trib. plebi, quoad potuit, reſtitit, agrum Picenū & Gallicum viritim contra Senatus auctoritatem diuidenti. de Sen. 10.

Diuiſus.

Fluuius diuiſus æqualiter in duas partes, latera hæc inſulæ allluit de Leg. 170. Religio in ſacra & in auſpicia diuiſa. de Nat. d. 60. Diuiſa ſententia, eſt poſtulāte neſcio quo, &c. pro Mil. 10.

Diuiſio.

Diuiſio, eſt per quā aperimus quid conueniant, quid in cōtrouerſia ſit, &c. 1. ad Her. 4. Quid. n. non honeſtum uerbum eſt diuiſio? At ineſt obſcœnum. cui reſpondet Intercapedo. 9. f. 53. Cauſarum diuiſio in duas partes diſtributa eſt. ad Her. 3. Diuiſio trium regnorum, cœli, maris, & inferorum. de Nat. d. 39. Quadripartita fuit diuiſio tua, primum ut uelles docere deos eſſe, deinde quales eſſent, tum ab iis mundum regi, poſtremo cōſulere eos rebus humanis. Hæc, ſi bene memini, partitio tua fuit. 3. de Nat. d. 8. Diuiſio eſt, quæ rem ſemouens a re, utranque abſoluit ratione ſubiecta, &c. 4. ad Her. 212. Diuiſionis utilitas. pro Quint. 19. Duo placet eſſe Carneadi genera uiſorum. In uno hac diuiſionem, alia uiſa eſſe quæ percipi poſſint, alia quæ percipi non poſſint. 4. Acad. quæſt. 176. Quæ diuiſione tripartita duas partes abſoluerit. Off. 54. Diuiſionum definitiones. Top. 13.

Diuiſor.

Tantum quiſque habebat poſſeſſor, quantum diuiſor reliquerat Antonius. in Ant. 198. In furis ac diuiſoris diſciplina edocatus. 5. Verr. 137. Vt ego nuper Nummium diuiſorem, ut Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo martio nomen inueniſſe. 2. de Or. 142. Quam tibi commodum eſt unam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. pro Planc. Nucula & Lento, Italiæ diuiſores. in Ant. 233. Conſul aūt ille deterioris hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negotium dicitur, & domi diuiſores habere. Att. 1. 44. id eſt, qui pecuniam populo diuiderent. Diuiſores omnium tribuum noctu ad iſtum uocati. in Verr. 70.

Diuiduus.

Ea ea materia quæ indiuidua eſt, & quæ ſemper unius modi, ſuique ſimilis: & ex ea quæ ea corporibus diuidua gignitur, tertiā materiæ genus ex duobus in medium admiſcuit, &c. de Vniu. 28. Diſſolubile & diuiduum eſt omne animal mortale. 3. de Nat. d. 20. Quod diuiduum eſſet in corpore. de Vniu. 27.

Diuino, Diuinus. *Vide Diuus.*

Diuitiæ, *Vide Diues.*

Dium.

Illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam intercolumniis, in ſylua denique diſpoſita ſub dio uidimus. 3. Verr. 34.

Diuortium, *Vide Diuerto.*

Diurnus, *Vide Dies.*

Diuus.

Quæ diuo cuique decoræ grataeque ſint hoſtiæ ſacerdotes prouidento. 2. de Leg. 17. Eſt ergo flamen diuo Iulio M. Antonius. de Leg. 173. Itaq. & in noſtro populo, &c. idq. euenit non temere, nec caſu, ſed quod præſentiam ſæpe diui ſuam declarant. 2. de Nat. d. 4. Diuorū iras augures prouidento. 2. de Leg. 18. Diuis aliis alii ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto. 2. de Leg. 17. Quibus diuis creuerint procuranto aruſpices. 2. de Leg. 18. Diuos, & eos qui cæleſtes ſemper habiti colunto, & illos quos in cælum merita vocauerunt Herculem, Liberum, Aeſculapium, Caſtorem, Pollucem, Quirinum. aſt olla propter quæ datur homini aſcēſus in cælum, mentem, uirtutem, pietatē, fidem. 2. de Leg. 16. Ad diuos adeunto caſte. de Leg. 173.

Diuinus.

Homo diuinus dicendo. 1. de Or. 22. Nec Pherecides potius diuinus habebitur, quam phyſicus. de Diu. 103. Idibus Maii Senatus frequens diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. ad Q. fr. 2. 9. 2. Diuinus ille cæli ſenſus in celeritate tanta cō ſeruari quomodo poteſt? de Nat. d. 1. 25. Diuina quædam & inaudita auctoritas atque uirtus alicuius poſt reditum ad Quirites, 6. Diuina bonitas erga homines. de Nat. d. 2. 44. Cæleſtis & diuina legio. 5. Phil. 184. Diuina illius in me liberalitas. 1. fa. 45. Diuina memoria. 4. Aca. 4. Diuina ſolertia. de Natu. d. 1. 38. Qui ſunt igitur reliqui, quos ſors diuina delectet? in Ant. 188. Homo, diuinum atque cæleſte animal. de Vniu. 43. Conſilium diuinum. pro L. Man. 5. Qui nullam uim cæleſtem exiſtimat, ſi nu menue diuinum. pro Mil. 117. Diuinum & fortuitum, opponuntur. 7. fam. 14. Diuinæ cuiuſdam uirtutis eſſe uidetur. 1. ad Q. f. 25. Cum numini diuino omnes naturæ, cœlum, ignes, terræ, maria, parerent. de N. d. 1. 17. Quendam e cælo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum putent. 1. ad Q. fr. 6. Diuinam uim in ratione eſſe poſitam ait Chryſippus. de N. d. 1. 29. Ariſto. &c. cenſebat habere aliquid in animis præſagiens atque diuinū melancholicos. 1. de Diu. 139. O diuina Senatus frequentis in æde Bellonæ admurmuratio? 7. Verr. 33. Sine aliquo afflatu diuino nemo unquam fuit uir magnus. 2. de N. d. 125. Homo diuina & incredibili fide. pro Mil 70. Diuina tua mente proſpexiſti. 12. fam. 27. in ep. Leni. Omnis mundi vis, diuina natura cōtinetur. de N. d. 2. 22. Quaſi diuino conſilio illi negotio præpoſitum eſſe. 13. fam. 8. Diuino ingenio eſſe. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 108. Diuini animi hominum. de Amic. 12. Diuini viri. 14. Att. 27. Diuina animantia inſita cælo ſydera. de Vniu. 47. Hæc in te Sulpici diuina ſunt. de Or. 95. Hoc loco Chryſippus æſtuans, falli ſperat Chaldæos, cæteroſque diuinos. de Fato, 23. Diuinas eſſe quatuor naturas cenſet Empedocles, ex quibus oīa conſtare vult. de N. d. 1. 22. Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. 6. Ver. 15. Nefas eſſe duxi, &c. ut dei uis diuinis in Rempub. meritis ſileretur. 11. ſam. 11. Diuinis laudibus ornauit res noſtras. 1. ſam. 26. Itaque appropinquante morte multo eſt diuinior. 1. de Diu. 111. Quid hoc ſomnio dici diuinius pōtēt. de Di. 202. Diuiniſſima dona habēt formæ ab vno pictore vno abſolutæ die. 2. de Leg. 44.

Diuino.

Quod futurum eſt latrocinium tribunorum non diuino. ad Q. fra. 307. Quantum diuino. 8. f. 27. in ep. Cælii. quantum cōiectura aſſequi poſſum. Non equidem hoc diuinam, ſed aliquid tale putaui fore. Att. 257. Diſciplina veſtra, quaſi diuinarem, videatur prorſus poſſe. 2. de Leg. 51. Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum, ſic, &c. ep. 45. Cuius ſermone ita tum cupide fruebar, quaſi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto, fore vnde diſcerem neminem. de Sen. 12. Veteres ut ſapere, ſic diuinare regale ducebant. de Diu. 99. Diuinare, conicere, augurari. in Verr. 112. Diuinare arte. de Diu. 1. 105 augurio. 1. de Diu 1. 77. coniectura. Diu. 1. 105. Sed ego a principio cum diuinare de belli diuturnitate poſſem, &c. Bru. 18. 7. Diuinare futura. ep. 79. Morientes diuinare. de D. 94. Nemo diuinare poterat te poſtulaturum. ad. Qu. fr. 11. Diuinare mentis incitatione diuina. de Diu. 1. 77. Diuinandi ars in iis eſt, qui nouas res coniectura perſequuntur, ueteres obſeruatione didicerunt. Diu. 1. 10. diuinandi ars qua ratione effecta. diu. 1. 26. diuinandi genera duo: alterum artis, alterum naturæ. diu. 1. 10. Diuinādi genera duo, vnum artificioſum, alterum naturale. Diu. 2. 20. diuinandi genera nō naturalia, ſed artificioſa quæ dicantur. diu. 1. 64.

Diuinans.

Eſt profecto quiddam in barbaris gentibus præſentiens atq. diuinans. 1. de diu. 85. Nam cum mihi quædam caſu uiderentur ſic euenire, vt prædicta eſſent a diuinantibus, dixiſti multa de caſu, &c. 2. de diu. 70.

Diuinatio.

Diuinatio rerum futurarum eſt. diu. 2. 16. Diuinatio, eſt præſenſio & ſcientia rerum futurarum. diu. 1. 1. Diuinatio, eſt earū rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio atq. præſenſio. diu. 8. & 2. 10. Diuinatio certe eſt, ſi aliquid ita eſt prædictū præſenſumq., vt cum euenerit, ita cadat vt prædictum eſt, neq. in eo quidquā caſu & fortuito factum eſſe appareat. diu. 1. 105. Diuinatio Latine, μαντικὴ dicitur. de Nat. d. 1. 39. Diuinatio quæ fit ſine ratio-

ne

ne ac ſcientia,duplex erat,una furoris,altera ſomniorum. Diu. 1.3.Diuinatio quarum rerum ſit.Diu.2.6. Diuinatio ad nullam earum rerum adhibetur, quæ ſenſu accipiuntur. Diu. lib. 2.7. Diuinatio animi eſt integri, non uitioſi corporis, Diuin. lib. 1.73. Diuinatio artificioſa quomodo efficiatur. Diuin. 1.107. Iam iſta diuinatio eſt,qua ſi licet,uti,uide ne mea coniectura ſit multo verior.pro Clu.37. Nec nos quidem noſtra diuinatio ſallet.6.f.19.Poſtridie autem eius diei, &c.apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium, &c. Q.fr.3.18.1. Diuinatio opinabilis coniectura,nititur, vltra quam progredi non poteſt.Diu.1.26.& 2.42.Diuinationis ars quomodo ſit effecta.2.de Nat.d.124.Diuinationis genus arte carens eſt, cũ quis non ratione aut coniectura obſeruatis ac notatis ſignis, ſed cõcitatione quadam animi,aut ſoluto liberoque motu futura præſentit.Diu.1.33.Diuinationis non unum genus eſt. Diu.1.3.Diuinationis genera.de har.reſp.16.Diuinationis genera duo,vnũ particeps artis,alterum arte carens. Diu. 1.33. Diuinationis officium,ſecundum Chryſippum,eſt prænoſcere, dii erga homines mente qua ſint,quidque ſignificent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur.Diu.2.101. Quare, quando ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prędictis conſtitui apud te auctoritatem augurii & diuinationis meę, debet habere fidem prædictio noſtra. ep.83. Diuinationi Latini a diuis, Græci a furore nomen duxerunt. Diu.1.1.Diuinationem, quam Gręci μαντικὴν appellant, eſſe cẽſeo, & huius hanc ipſam partem quæ eſt in auibus cæteriſque ſignis diſciplinæ noſtræ.2.de Leg.33.Diu.1.1.ideſt,præſenſionẽ & ſcientiam rerum futurarũ. Diuinationem definit Chryſippus vim cognoſcentem & videntem,& explicãtem ſigna, quæ a diis hominibus portenduntur. Diu. 2. 101. Diuinationem eſſe hac Stoicorum ratione concluditur.Diu.1.73.Diuinationem furorіa, Sibyllinis maxime verſibus contineri priſci arbitrati ſunt. Diu.1.4.Diuinationem nullam eſſe probatur remotione partiũ Diu.2.9.Nec enim diuinationem, quam probatis, ullam eſſe arbitror,fatumque illud etiam, quo omnia contineri dicitis,contemno. Acad.quæſt.edit.1.lib.2.126. Poteſt autem quis,cum diuinationem habeat,errare.de Diu.95.Xenophanes diuinationẽ funditus ſuſtulit.de Diu. 81. diuinationem quandam inter homines uerſari,uetus opinio eſt.Diu.1.1.Caſu, non diuinatione mea factum eſt.6.fam.13.De diuinatione Appius cum calũniam inraſſet,contendere auſus non eſt.ep.117. Eorum adducã, ut nihil diuinatione opus ſit.pro S.R. 34. Diuinatione opus nõ eſt in iis rebus,quæ arte tractantur.Diu.2.7. Neſcio qua diuinatione animi permotus.3.fam 52. Coniecturæ diuinationum.1. de Diu. 132. Diuinationum opportunitates ex locis ipſis, qui a quibuſque incolebantur,olim ductę.Diu.1.79.Diuinationum ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta fuit.Diu.1.78.

Diuinitas.

Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam videtur, alterum humanitatis.de Or.116.Diuinitatem dedit ſoli & lunæ,reliquiſque ſideribus, animoque pręterea.de Nat.d.1.20. Diuinitatem tribus putat ſtellis errantibus Heraclides Ponticus. de N.d. 1.26.Diuinitatem omnem tribuit aſtris Cleanthes.de Nat.d.1. 28. Diuinitatem omnem menti tribuit Ariſtoteles. de Nat.d. 1.24.Theophraſtus diuinitate loquendi nomen inuenit. Orat. 202.Ex diuinitate ſua animum genuit deus.de Vniu.33.& 2 de Or.164.Ex diuinitate animos hauſtos,aut acceptos,aut libatos habemus.2.de Diu. 39.

Diuine.

Præclara igitur conſcientia ſuſtentor, cũ cogito me de Rep. aut meruiſſe optime,cum potuerim: aut certe numquam niſi de ea diuine cogitaſſe. Att.10.9.Satis eſt non modo plura,ſed etiã pauciora diuine præſenſa & prędicta reperiri.1.de Diu. 202.

Diuinitus.

Quę diuinitus accidunt.de Or.87.& Part. 237. Aliquid ad nos diuinitus delatum. de Or. 102. Multa memini diuinitus a Platone diſputata.de Or. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidiſſe.5.Verr.153.Att.1.11.15.1. de Or.14.Ille locus inductus eſt a me diuinitus.1.Att.41.ideſt, diuina quadam ſolertia.Diuinitus inuenta & inſtituta.pro D. ſua, 1.Pompeius loquitur diuinitus.Att.32. Diuinitus mereri de aliquo.poſt redi.in Senatu, 27.multa prouidit diuinitus.pro Syl. 174.Diuinitus ſcripta.1.fam.38.pro,diuino quodam ingenio.

Diuulgo.

Diuulgare librum.Att.12.254.1.& 258.4.Inimici hanc rem ſermonibus diuulgare uoluerunt. pro Font. 178. Hunc librum etiam ſi minus ueſtra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt.Or.207. Non ſupprimenda res erat, ſed diuulganda.ad Brut.91. Quam multa ſeria, nec tamen ullo modo diuulganda.2.Phil.34. Quare uiſum eſt occultius agendum,neque vllo modo diuulgandum. ad App.Balb.6.12.8.

Diuulgatus.

Cuius primum tempus ætatis palam fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum.poſt reditum in Senatu, 8. Te adipiſcendi magiſtratus leuiſſimi & diuulgatiſſimi, ſi ita adipiſcare ut pleriq., præpropera feſtinatio abducet a tantis laudibus. 10. fam.58.

Do.

Do hoc naturę meæ. 14. Att.24. ideſt, in hac re naturæ meæ obſequor. Sed do hoc uobis & concedo, eſſe multos, &c.5.Verr. 188. Familiariter me in eorum ſermonem inſinuo ac do. con. Rul.68.Eſt tuum,eſt ingenii,prudentiæque tuæ. do tibi hoc & concedo.5.Ver.13.Quod tu mihi das.Acad.q.ed.1.lib.2.63.hoc eſt,concedis,ut ſit in diſputando.Cognitionem Conſulibus dat lex.Att.16.343.3.de har. reſp.12. Tulliola tibi diem dat,ſponſorem appellat.Att. 1.19.Hæc turba & barbaria forenſis dat locum uel uitioſiſſimis oratoribus.de Or.94.Hodie non deſcendit Antonius.cur?dat natalia in hortis.2. Phil. 39. Dat amico ſuo cuidam negotium,qui tum magiſter erat eius ſocietatis,vt diligenter caueret.in Verr.de har.reſp.13.Operas in ſcriptura pro magiſtro dat.ad Silium,lib.13.87.4.Verr.123. Hoc etſi multis modis reprehendi poteſt, tamen accipio quod dat,mihi enim ſatis eſt,ipſi non ſatis.2.de Fi.132. Is, hac regia cauſa excepta,ceteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. Quod dat accipimus. Leot.1.1.6.Sibi enim hæc geſta, mihi conſeruatæ Reip.dat teſtimonium.Att.2.16.12.& lib.7. 122.8.Id quoq. damus,& libenter quidem.de Nat. d.1. 62. Quid conſilii datis? 4.Acad.149.Vos autem quid mali datis? de Nat.d.1.85.Videamus partes,quarum eſt aſpectus illuſtrior, quę quo ſunt excelſiores,eo dant clariora indicia naturæ.5.de Fin.48.Re & ueritate nobis milites ſine ulla recuſatione,ſummo etiam cum ſtudio, nomina dant.in Phil.Hoc eſt, ſeipſos ſcribendos offerunt,& curant nomina ſua in ſcribenda. Si ſe dant, &c.accipio quod datur & ad id unde aliquis flatus oſtenditur, uela do.2.de Or.100.Libenterque ſe cum his congregant,dantque ſe ad ludendum.5.de Fin.76. Dant ſeſe in fugam iſtius præclari Imperatoris nocturni milites.in Verr.Vnum omnia poſſe, diſrumpuntur ii, qui me aliquid poſſe doluerunt. multa mihi dant ſolatia. Att 4.46.de claris Or.6.Nullas dant uias nobis ad ſignificationum ſcientiã 2.de Diu.153. Tarde tibi redditurо dabam familiari homini ac domeſtico.Att.112. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scæuolæ P. F.qui quamquam nemini ſe ad docendum dabat, tamen,&c.de claris Or. 169. Denique etiam ſermonis anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. pro Scat.17. Is cœnam iſti dabat apud uillam in Tindaritano. 6.Verr.43.Sed uide audaciam, etiam Hircio cœnã dedi ſine pane.ad Pætum,lib.9.20.6 L.Scæuola nemini ſe ad docendum dabat.de Cl.193.Cum rotam uiderat, tunc incipere ner arbitrabatur:dabat ſe labori atque itineribus 7. Verr. 22. His ego duobus generibus facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuandas dedi.Att.6.113.7.Dedi Antiocho operam diligẽtius,ut cauſam ex eo totam cognoſcerem.Acad.q.ed.1.lib. 2.11,& 17. Iam Clitomacho Philo ueſter operam multos annos dedit. 4.Acad. 34.Dedit operam,ut Haleſinus ad ſe Dio continuo ueniret,&c. 4.Verr.12. In quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus,ut,&c.1. Tuſc.12. Non reddit quę dedi eius filio mutua, & utitur exculatione temporis. Att.10.203.3.pro L.Agr.82.Sapienter igitur,quod manus dediſti, quoque etiam ultro gratias egiſti.Att.16.333.1.& 2.56. Sed maxime eorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti.pro Deiotaro,pro Planc.81.& pro Ligario,23.1.de Or. 17. Qui ad meam gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti. de Pet. 11. Cicero ſe ad dicendum dedit.de Leg. 158. Mulieri crudeliſſimę ſeruum fideliſſimum non in quæſtionem tulit, ſed plane ad ſupplicium dedit.pro Clu.144. Dedit diuinitatem ſoli & lunæ,&c.de N.d.1.30. Qui ut aliud nihil,hoc tamen profecit,dedit illi dolorem. Att. 7. 43.Annis enim fere cccc x.poſt Romam conditam Liuius fabulam dedit. 1.Tuſc. 3. Brut. 36. Ad hanc conuerſionem, quæ pedibus & gradu non egeret, ingrediendi membra nõ dedit deus. de Vniu. 198. Ac binas quidem tuas Beneuenti accepi:quarum alteras Funiſulanus multo mane mihi dedit:alteras ſcriba Tullius.Att.5.91.1.Sub. literas. Nam qui non pœnam confeſſioni, ſed defenſionem dedit,is,&c.pro Mil.12.Iniuria tua dedit mihi reditum glorioſũ, non exitum calamitoſum.Parad. 126. Oculos autem natura nobis,ut equo & leoni ſetas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.3.de Or.123. Cohors tota illa tua,quæ plus mali Siciliæ dedit, quam ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent.

ſent.4.Verr.27. Quo tempore quidem ſigni ſatis dedit, ſi quid eſſet quod poſſet, dicere, ſe tacere non poſſe.3.Verr.49.Dedit ſe in conſuetudinem, ſic ut prorſus una uiueret.in Piſonem,54.4.Verr.122. Is bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit.4.Verr.112.Cui magnam dedimus pecuniam mutuã.Att.11.211.3.Ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti.6.Verr.61.Scilicet verba dedimus:decepimus; ignorabat legio Martia quærta, neſciebant ueterani quid ageretur.13.Phil.372.Cõſules Plãcum dederunt.Att.263.ideſt, iudicem uel arbitrum.Itaque ipſi (ne dicam mihi) populo Rom.pœnas dederũt: me ſaluum adhuc Reſpub.conſeruauit.12.Phil.336. Si rationem hominibus dii dederunt,& malitiam dederunt.de Nat.d.75.Dederam Epheſo pridie, has dedi Trallibus.Att.75. Ne tuum quidem teſtimoniũ (quod ei ſæpe apud me dederas) veritus, ſuperbum ſe præbuit in fortuna.Att.8.14.pro D.ſua,102.7.in Verr.124.pro Flacco,7.2.Phil.30.& 14 393.Sed me illorum ſententię minus monebant, minus multa dederãt illi Reip.pignora.Att.8.253.5.Quare quoniam hoc a me ſic petis, vt quæ tua poteſtas eſt, ea neges te inuito vſurũ, puero quoque hoc a me dabis, ſi tibi videbitur.Att.14.321 4.Sed ſiquid res dabit tibi facultatis, id me maxime conſolari poterit.Att.11.215.4.Dabimus hoc Pompeio.Att.1.9.Hec eſt, Pompeii cauſa faciemus.Atq. hoc dabitis, ut opinor.de Fin.82.Dabitis enim profecto.Acad.q.ed.2.lib.1.28.pro, permittetis, concedetis Da hoc illi mortuæ, da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ, ut ſi qua re opus ſit, opera & conſilio tuo uti poſſit Sulp 4.19. Sane ſi nudus es, da iugulum.2.Tuſc.30. Certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P.Clodio, nõ ſemel ab illo, neque tum primum petitũ.pro Mil 13.Da melius 16.Att.36. Sed da mihi nunc, ſatis me probas?Ac.40. Vnum inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui uel ad ſtatuam,&c.5.Verr.155.Quare da te homini:complectetur mihi crede.2.fam.15.ideſt, inſinua te in eius amicitiam.Da quæſo te huic etiam generi literarum.Ac.quæd.edit.2.lib.1.9.Quare da te in ſermonem,& perſice & conſice. Attic.1.13.30 Cum familiariter me in eorum ſermonem inſinuarem ac darem, celabar, excludebar.pro L.Agr.16 Date nobis hanc, ut ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini.1.de Or.49.Vt ab urbe diſceſſi, nullũ adhuc intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum darem.Att.7.132.1.ad Quint.fr 2.15.7.Nõ habui, cui potius id negotii darem, quam tibi Ruffo, lib.5.20.8. Qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriã fecit. Att.l.10.198.3.poſt redi.in Senat.6.pro Rab.Poſth.21.p Marc 2.& pro Syl.54.Off 2.102.6.f.52.& 13.25.domitius, quod per ceremonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt, ut id, &c.quoad liceret, populi ad partes daret.2.de L.Agr.32.Cuius igitur audita uirtus dubitationis locum non daret? pro Corn. Balbo, 11. Qui negare noluit eſſe in eodem numero Syllam, qui plus ſpei Gallis daret. pro Syl.29. Quærebant quę in uerba Recuperatores daret.5.Verr.57.Egi uehementer cum his, ut hoc mihi darent.6 fam.30.31.ideſt, hoc mihi permitterẽt. Permiſſum eſt iis, ut dum ipſi uenirent, darent negotium, qui Aſiam obtinerent. Lentulus Cic.12.14.10.Nõ committam, ut ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi.2.de Or.129. Ne me dem incertæ & periculoſæ fugæ.Att.116.An iis me dem, qui potiuntur?Att.109.Negas ſine deo poſſe quidquam: ecce tibi e tranſuerſo Lãpſacenus Strato, qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris.Acad.q.ed.1.lib.2.112.& 1.Phil.1. Atticę, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.Att.16.336.10.In uiam quod te des hoc tempore, nihil eſt. Terentiæ, lib.14.19.Quinetiam neceſſe erit cupere, & optare ut quam ſæpiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tamquam anſas ad reprehendendum.de Amic.53. Ad extremum det manus, uinciq. patiatur: ut is qui illuſus ſit, plus illuſiſſe uideatur.de Amic.82.Sermoni reliquo demus operam ſedentes.2.de Leg.1. Quam igitur ſententiam demus?1.de Leg.84.Quæſo a uobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc ueniã, accõmodatam huic reo,&c. pro Archia, ideſt, Indulgeatis, concedatiſque mihi hoc, ſi forte peccauero.Video ut ſe huic dent, ut daturi ſunt.At.138.Et cum cum multos dies aures meas Acutilio dediſſem, cuius ſermonis genus tibi notum eſſe arbitror,&c. Att.1.11. Ea uero ipſa nulla ratione melius frui potui, quã ſi me ad totam philoſophiã pertractandam dediſſem.de Nat.d.1.8. Ego ſic hoc optimum factu iudicarem, P.C. Catilinam morte multari, unius uſuram horæ gladiatori iſti ad uiuendum nõ dediſſem.in Cat.21.Si te ad ius reſpondendum dediſſet.de Leg.158. Quinetiam memini, cum in accuſatione ſua Q. Gallio crimini dediſſet, ſibi eum uenenũ parauiſſe,&c.de claris Or.151. Eloquentia uarietate, copia, quã ſe cumque in partem dediſſet, omnium fuit facile princeps.3.de Or.34.Qui uxori ſuæ Cluentiæ cum ipſe poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori.pro Clu.22.Lęlius ſi digito quem attigiſſet, pœnas dediſſet.5.Tuſc.77.Literas ad te numquam habui cui darem, quin dederim.Cornificio, lib.12.19.4.3.in Verr.18.;14.fa.10.in Cat.211. Neque ſermonibus vulgi dederis te, neque,&c.in Som.Scip.27.Poſtremo cum,&c. dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanis haſce adoleſcentiæ cupiditates, reuocet ſe aliquando,&c.pro Cæl.33. Qui tantis de rebus huic mandata dederit.Attic.7.132,7.Qui dederit ſe motibus animi, iniuſte uixerit.de Vniu.55.Quis enim tibi dederit aut deum omnia poſſe, aut ita facturum eſſe ſi poſſit?Acad.q.ed.1.lib.2.47. Obliuiſcemurque quæ virtuti ipſi principia dederimus.de Fi.115. Tu ad me uelim proximis literis, ut ſe initia dederint, perſcribas.Att.3.65.10.Dare aliquem ad alterius iniurias.5.Verr.80.Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur.Att.15.325.6.Ad ſalutem communem aliquid dare.6.Verr.46.Aliquid uitio.ep.119.animum ſuum mœrori.3.Att.10. Arbitrum illum adegit, quis ſibi dare facere oporteret ex fide bona.3.Off.86.auctoritatem alicui.3.Phil.133 & 8.237. Audaciam.pro Ligar.14. Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.12.fam.39.in epiſto. C. Trebonii. ideſt, in hoc tibi aſſentari, uel, hoc aſſentationis cauſa tibi dicere. auctorem.3.Attic.30.bellum.11.Phil.304.Maius mihi dare beneficium nullum potes.ad Rutil.L.13.9.7.Dare beneficium, necne, in noſtra poteſtate eſt.Off.1.73.calamitatem criminis.7.Verr.59,& 102.Cauſã dicendi iuſtam & neceſſariam.de har.reſp.8.Ceruices.pro Roſ.Am.18.pro Sext.77.5.Phil.195 & 12.359. Itaque mihi videris, Latine docere Philoſophiam, & ei quaſi ciuitatem dare; quę quidem adhuc peregrinari Romæ uidebatur.3.de Fin.61.Hoc eſt, ciuem facere.Concionem alicui.4.Att.8.pro Flacco,13.Cogitandum alicui.14.Att.28.Cognitionem rei alicuius.16.Att.48.Cognitorem.2.ad Her.53.Conſiliũ fidele deliberanti.Off.1.77.Conſilium uerum dare gaudeamus libere.de Amic.48.2.fam.13,& 44. Conſulatum.pro Mur.1. Contentionem reiectionis.in Vati.21.Crimen ſuſpicioni.12.Phil.305.deſ. oſionẽ pro Mil.11.delationem.1.in Verr.10,& 27. demonſtrationem.Top.11.Documenta.pro Mil.17.epiſtolã de phaſelo.1.Att.23.Excuſationem.6.Verr.111.Expectationem.2.Att.31.pro Mouere expectationem.alicui facultatem ſui irridendi.Diuin.2.30.5.Phil.167.gladiatores.In Vat.Gloriam.in Piſ.50.hæreditatem,3.Ver.82.Honorem, poteſtatem, auctoritatem, & ornamenta alicui.in Verr.252.10.fam.11.imperium.5.Phil.196,& 11.303.in cuſtodiam.7.Verr.55.in Cat.77.& 81,& 3.Phil.130. In quęſtionem.pro Roſc Am.72.Iudicium alicui.1.Verr.19.& pro Cæc.6.13.fam.14.hoc eſt, iuriſdictionem.lętitiam alicui pro Planc.83.Laudi, uitio, contraria.Off.1.101.1.Tuſc.7.pro Clu.39.Legem & diſciplinam viuendi populis.3.de Leg.8.Librum perſerẽdum ad aliquem.Att.2.16.1.& 7.135.2. Pueris licentiam ludendi.1.Off 26,& 145.pro D.ſua,37. Litem.pro Roſc.Com.2.Is quęrit ex me cum conſueuiſſem Siculis locum gladiatoribus dare.Att.2.16.10. Quacumque enim imus, quacumque mouemur, uidetur, quaſi locum dare & cedere.2.de Nat.d.119.locum reſpondendi.3.de Nat.d.25.mancipio.13.Att.64. Mandata alicui ad aliquem.Att.8.33.5.Phil.182.& 8.249.Materiam inuidiæ.11.Phil.305.Materiam ſermonis.1.ad Q.fr.37. Alicui medicamentum.Off.3.124.Aeſtiuos menſes rei militari, hybernos iuriſdictioni.Att.75.Mercedem.pro D.ſua,23.pro, dare pœnas Mentem.pro Mil.68.ideſt, in animum immittere. Merita.Læl.26.Munus gladiatorum alicui.pro Sext.107.ideſt, in eius memoriam.Munus populo.ad Q.fr.327. operam funeri.15.Att.3.Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnũ.1.Off.177.Hoc eſt, liberis procreandis. Liceretur is quem Cæſenniæ dare operam nemo miraretur, ſibi emere nemo poſſet ſuſpicari.pro Cæc.12.Operam rebus diuinis.2.de Leg.28.Operam ualetudini.1.de Or.138.Optionem.Acad.q.ed.1.l.2.20.Off.3.127.partes.pro Rab.Poſth.2.Patronum alicui.de Or.134.Perniciẽ, mœrores, luctum, exitium, exil.ũ alicui in uerſu.de Nat.37.Alicui plauſum multiplicem.Cat.59.4.Att.3.& 3.ad Q.fr.10.Pœnas temeritatis ſuæ.Att 9.181 3.Poteſtatem & fortunã aliquid faciendi.3.Phil.149.Poteſtatem ut quid fiat.3.Att.29.Poteſtatem, honorem, auctoritatem, ornamentum.7.Verr.67.pro Do.ſua,98.Præcepta in Piſ.46.Præſidium.11.Phil.303.primas, ſecundas, tertias alicui rei.3.de Or.117.8.Phil.243.principatum alicui τὰ πρωτεῖα δίδωσι,Off.2.97. Nam ſi omnes atomi declinabunt, nullæ umquam cohęreſcent, ſiue alię declinabunt, aliæ ſuo nutu recte ferentur, primum erit hoc quaſi prouincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur.1.de Fin.30.rationem.3.Verr.65.Rationem ſui conſilii.4.ad Her.136.Reditum regis Conſuli.pro Rab.Poſth.5.Recordationes.5.fam.38.ſe ad aliquam

aliquam rem faciendam.de Nat.d.3.15.Att.30.Se ad defendendos homines.1.Verr.3.Se ad lenitatem.ep.202.Se ad legendos libros.de Nat.d.1.7.Se alicui. 2. de Or. 159. pro Mil.72.& pro Rab Poſthu.2.& 5.Se fugæ.7.Att.64.Se gemitui lamētabili,imbecillo,abiecto,flebili.Tuſ.2.50.Se hiſtoriæ.Att. 2. 13.2.Se in conſpectum alicuius.7.Verr.69.1.de Diu.75.Se in tormenta.5. Tuſc.59.Se iucunditati.1.Off. 171. Se petitioni. 13.fam.21.Se philoſophiæ excolendum.4.Tuſc. 135. Se populo ad coronam. 5.Verr.40.pro Seſtio, 107.in Piſ.51. Se prouinciæ vel rei militari, atque ibi piratarum contumelias perpeti. de har.reſp.38. Se rei familiari,vitæque ruſticæ.pro S.R.21. Se amicorum ſalutationi.7.fam.49.Se ſomno.1.Tuſc. 184. Se uadem ad mortem pro amico.de Fin. 2. 66. Se uoluptatibus . de Sen. 39.Senatum alicui.de har reſp.1.Sermonem alicui.9.fam 6.Signum.3.Phil. 148 pro,oſtēdere uel probare. Addo etiam illud, multa iam mihi dare ſigna puerum & pudoris & ingenii. 3.de Fin.7.Significationem.Top.11.Or.83.Virtutis ſpecimen. 1. Verr.15.Studium ſuum artibus.4.fam.9.tabellam de aliquo.pro Flac. 76.Tu autē ſępe dare tabellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ,& portus,& noſtrarum diœceſium. Att.5.103.4.Tempus ad ludum ætatis.pro Cæl.33.Teſtes.pro Quint. 50.6.Verr.42. & 7.129.& 130.Teſtimonium dignitati alicuius .pro Planc.41. ueniam ad ignoſcendum.in Piſ.79. Alicui uenenum . Off.1.61. pro Clu.35.Veritati vel amicitiæ.15.fam.26. Veſtitum & arma 10.Phil.283.Vicarium. 11.Phil.380.Vitā.2.Phil. 32.Vitio,uel culpæ.pro Roſc.Am.28. Vrbem diripiendam. 14. fam 20.Quo io mouere ita ſe tractauit , ut accepiſſe ab eo beneficiū uideret, non dediſſe.ad Brut.13.13.3. Aiebat illum primo ſane diu multa cōtra,a d extremū aūt manus dediſſe,& affirmaſſe nil ſe cōtra eius uoluntatē eſſe facturū.Att. 2.37.3. Nō hoc idē iuratum dicere auditūs,ſibi illū negotiū dediſſe,atq. imperauiſſe ut Cēturipinis,in ciuitate totius Siciliç multo maxima & locupletiſſima omne argentū cōquireret, & ad ſe cōportari iuberet.56.Verr 45. Deos gallis ſignum dediſſe cantaudi.Diu.2.44.Quamquam.n. quod præſens tamquam io manu datur, iucundius , eſt tameo hæc in poſterum gratiora. 2. off.88.Datur mihi epiſtola a ſororis tuæ filio.Att.217.Datua opera de illo.10.Att.49. Hoc etſi multis modis reprehendi poteſt,tamen accipio quod datur.de Fin.82.Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur.2. de Fin. 135.Is accuſatur,ficti teſtes in eum dantur.6.Ver.89.1.de Fin. 100.Si dabitur quies.2.Att.50. Quęnam voquam ob mortem myrtili pęnis luendis dabitur ſacietas ſupplicii . 3. de Nat. deo. 131. Hæc detur cura Cenſoribus. 3. de Leg. 67.Hoc eſt , negotium hoc illis cōmittatur. Detur id uobis.de Nat.d.1.55. ideſt,concedatur. Veritus eſt ne ſibi crimini daretur,eas , &c.10 Ver.78.Commoda quibus utimur,lucemque qua fruimur,ſpiritumque quem ducimus,ab eo nobis dari atque impertiri uidemos.pro Roſc.Am.78.Animadoerti P.C. dici iam a quibuſdā exornari ēt nimiū a me Brutū, nimium Caſſium ornari.Caſſio uero ſententia mea dominatum & principatum dari.11. Phil. 315.Et tamen quid attinet luxurioſis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos,&c.2.de Fin.37. Is ſe in cruciatum dari cupit,dum hac de re quæratur.pro Roſc. Am. 71.Dari in ſeruitutem.ad Octa.48.Ea litera de accuſatore ſolet dari iudici.Part. 241.id eſt,transferri in iudicem. Neque iis a Senatu reſponſum dari patiatur.Att j.13.10.Sed tum dari foras ſcripta,cum utrique noſtrum uidebitur.13.Att.27.Eſt.n. quatenus amicitiæ dari uenia poſſit.de Amicitia.55.5.de Fin.132.2.Off.81. Virtuti opera danda eſt.de Am.70.Dāda palma docto oratori.3.deOr. 79.Quantum autem cōſuetudini famæque dādum ſit,&c. Tuſc. j.97.Ceteris autem,ſi errorem ſuum depoſuerint,& in Reipub. gratiam redierint,ueniam & impunitatem dādam puto.8.Phil. 255.Conuenit autem cum in dando munificum eſſe,tum in exigendo non acerbum.Off.2.93.Veſtorio dandi dies.Att.4.86.j. Ingredientibus conſyderandum fuit quid ageremus; nunc quidem iam quocumque feremur,danda nimirum uela ſunt.in or. 41.Vt tu dandis recipiendiſq.meritis,quod quiſq. minus per ſe poſſet, id acciperet ab aliis,uiciſſimq. redderet.de Am.26.Epiſtola quā de nocte daturus eram. Att.122. Siquis eum pulſaſſet, edixit ſe iudicium iniuriarum non daturum,&c.4.Ver.47.Spero celeriter eum pœnas daturum. Lētulus Cic.l.12.14.13.Quāobrem opinione celerius confido ſceleratiſsimum latronē pœnas daturum.Lentulus Senatui,l.12.15.18.Non intelligunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda, quod nulla utilitate obiecta delectentur animi,atque ipſa ſcientia , etiam ſi incommoda datura ſit ,gaudeant.3.de Fin.93.

Datus

Quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, diaiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quę recta eſſent , ſed facere nolle.de Sen.59. Huic quę que ergo a maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. 2. Off. 97. Eodem igitur die Tyriis eſt Senatus datus frequens.ad Qu fr.lib.2. 15.2. Virtutum amicitia adiutrix a natura data eſt, non vitiorum comes.de Amic.70. Data 111.Cal. Quintil, 166. Data eſt mihi facultas,ut meo arbitratu facerē.1. de Fin. 110. Quod nō prius quam datum,adeptum ſit.4.fam.16.in ep.Ser. Sulpitii.Tantum boni a diis immortalibus oblatum & datum . pro L.Man. 35.Et tamen ab illo aperte,tecto,quidquid eſt datum, libenter accepi. Att.9. Ne legi quidem quidquam per Tribunum pleb.laxamenti datum eſt.pro Clu.71.Ego plane uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.1. de Leg.80. Non M. Attilium,qui ad ſupplicium eſt profectus, ut fidem hoſti datam conſeruarem.de Sen.68.2.de Fin.102. 1. Off.61.Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto prouinciam datam.6.Verr. 46.Datum iij. Idus Iunii.Terentiæ 3.lib.14. Datum pridie Idus Iunii.ad Tironem,lib.16.10.10.Datum ad iij.Non. Octub. Theſſalonicæ.ep. 234.Hoc tantum boni quod a diis immortalibus oblatum & datum eſt.pro Pomp. 13. Ne Marco quidem Seio uirio datum eſt, quod in caritate aſſe modium populo dedit.2.Off.85.Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negant a me datum. 2. Phil. 41.Alterū Conſulatum a Rep. ne data quidem occaſione repulimus. Att. 7.136.3.Data opera paraui.8.fam.1. in ep. Cæl. Apud amicos multa depoſita,multa aliis data atque donata 6. Verr.31.Accepi literas tuas Corcyrę datas.ep.58. Itaq. ut cōperi legatos,&c. atque huic eſſe ad Catilinam datas literas, &c.3.in Cat.51.Accepi literas tuas datas Placentiæ.ad Q.fr.2.16.3.

Datum.

Hoc quidem eſt nimis exigue , & exiliter ad calculos uocare amicitiam,ut par ſit ratio acceptorum & datorum. de Amic.52.

Datio.

Cuius iudicium legumque datio , captorum agrorum ipſius uirtute cognitio tollitur.pro L. Agr.63.

Doceo.

Docilem autem non cum polliceor me demonſtraturū, ſed tū cum doceo & explano.2.de Or.45. Quamobrem uos hoc doceo Sulpici,ut in dicendo iraſci,ut dolere poſſitis , &c.de Orat.126. Optimus eſt enim Orator, qui dicendo animos audientium & docet,& delectat,& permouet. Docere,debitū eſt: delectare,honorarium:permouere,neceſſarium.de Opt.gen. Or.148.Tyrannio docet apud me.2.ad Q fr. 13.5. domi meæ. Docet me eiuſmodi rem & factum ſimul Sex.Næuii,quod ſi ſolum proferretur ſatis eſſe deberet. pro Quint. 14. Altera quę docet & explanat quid faciendum fugiendumque ſit.Off.20.Neque ſolum viui atque pręſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atque docent , ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequontur.j.Off.218.1 de Diu.7.Docui literis, hoc fieri non poſſe.At. 257.Quis enim de iſto genere non docuit, non inſtituit,non et ſcriptum reliquit ? 3.de Or. 82. Iam uoideo magiſtro tuo,qui te tanta mercede,quantam iam proferam , nihil ſapere docuit. 2.Phil.35. Deinde nos idem iſte Mithridates docuit , id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus.pro Pomp.7. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. 9. fam.53.Docebo hæc omnia eſſe uera.5. Ver.103. Et docebo ſus(ut aiunt)oratorem eum,quem eum Catulus nuper audiſſet, &c.2.de or. 129. Aut ſi qua eſt ars ſalis, eam tu nos potiſſimum docebis.pro Q. Rab.49.de Or.128.Nihil arbitror fore quod reprehēdas;ſi qua eruot,doce me.Att.118. Sed ut doceam Rullum poſthac in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe & ſuis factis taceri uelit. de L.Agr.Quid nunc te aſine literas doceam?non opus eſt uerbis, ſed fuſtibus.in Piſ.57. Anne eas quidem uires ſenectuti relinquimus,ut adoleſcentulos doceat,inſtituat, ad omne officii munus inſtruat?de Sen.26.Equidem ſoleo dare operam , ut de ſua quiſque an me ipſe doceat. de Or. 118. Producā etiam Coſſanos municipes illius ac neceſſarios, qui te nunc ſero doceāt.7.Ver. 119.In quo cum doceret eos, qui,&c.Or.100.De rationibus prouinciæ quid uellem fieri , ut is uos doceret & commonefaceret. Metellus Cic.5.3.Ne literas quidem ullas accepi , quę me docerent quid ageres,aut ubi te uiſurus eſſem.Appio Pulchro,lib.3. 6.15.Conciliare,docere,mouere.de Or.119. Docere,suadere,inculcare.Or.95.Docere an habeat dignitatem.Or 80.Erudire atque docere aliquem.Off. 31. Docere aliquem de re aliqua.pro Roſc.Am.65.Docere,delectare , permouere animos audientiū. de Opt.234.Docere argumentis & rationibus. Dio.2.21.Quid eſt enim aut tam arrogans,quam de religione,de rebus diuinis, cæremoniis,ſacris,Pōtificum collegium docere conari ? pro D. ſua,26.Docere de diuidendo ac partiendo.lib.1.de Fin.36.fabu

lam.

lam. Tuſc.4.52. Iudicem de iniurijs fuiſ. 6. Verr.101. Docere atque erudire iuuẽtutem. de Diu.109. Docere mercede. de Or.95. Auctoritas eorum qui ſe docere profitentur. de Nat. d.1.8. A peritis doceri. 3 Off.19. Doceri de aliqua re. de Cl.182. Vſq. adeo autem ille pertimuerat, ut mori mallet, quam de his rebus Syllam doceri. pro S. R.15. An ſum etiam nunc vel Græce loqui, vel Latine docendus? de Fin.2.12. Aut docendus is eſt, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, &c. 2. de Or.40. Docendi iuris ciuilis ars quædam eſt, quam qui ignorant, ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, diſpartiuntur id in infinita. 2. de Leg.45. Tradere artem docendi. pro Flac. Vicodum eſt enim docendi cauſa verbo minus uſitato. Tuſc. 4. 13. Iurecconſulti ignoratione docendi (nam non ſolum ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam etiam ars docẽdi) quod poſitum eſt in vna cognitione, &c. de Leg.179. Ad docendum ſe dare. Brut.169. Vir inſtituendo docendoque prudens. de Cl.194. Natura impellimur, ut prodeſſe uelimus, quamplurimis, in primiſque docendo, rationibuſque prudentiæ tradendis, &c. de Fin.104.

Doctus.

Dicam enim tibi Catule, non tam doctus, quam (id quod eſt maius) expertus. de Or.115. Doctus ad legem. pro Mil.7. Ex diſciplina Stoicorum doctus. de claris. or.48. Doctus & perturbatus homo. 2. de Or.15. M. Gratidius doctus Græcis literis. de Cl. 179. Literarum Græcarum doctus. 1. Off.3. Doctus re.13. fa. 28. Simonidem arbitror, (non enim poeta ſolum ſuauis, uerumetiã ceteroqui doctus ſapienſque traditur) quia, &c. 1. de Nat.d. 42. Gens humana atque docta. 1. de Diu.2, & 3. Quid mihi nũc uos, inquit Craſſus, tamquam alicui Græculo otioſo & loquaci, & fortaſſe docto atque erudito quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de or.1.51. Veniunt etiam qui me audiant, quaſi doctum hominem: quia paulo ſim, quam ipſi, doctior. 9. f. 47. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro, ſic. i. vt doctum hominem a non indocto, paululum diſſidere. Cornifi.12.17.3. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, ni ſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis docto homine uoluptatibus. 2. off. 3. Itaq. tum ſint docti a peritis, facile deſiliunt a ſententia. 3. Off.19. Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex. &c. ad quam nõ docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. pro Mil.7. Docti exemplis domeſticis. de Nat.d.2.6. Minus docti. Acad.q ed 2.l.1.6. pro, io docti. Magnũ adiumẽtum attulimus hoĩbus noſtris, ut nõ modo Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti, aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendũ & ad iudicandum. 1. Off.3. Doctorum atque prudentium reprehẽſio. in Or. 1. Ita & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegãs doctrina fuit. in Or.7. Hæc apud doctos ſemidoctus percurro. de Or. 124. In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibuſque diſſenſio. de claris Or.98. Antiquiſſimum e doctis genus poetarum. Tuſ.148. Adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis atque artibus præditi. pro Cæl. 17. Ea quæ ſcribo, neq. ab indoctiſſimis neque ab doctiſſimis legi uellem. de Or. 111.

Docte.

Docte & perite facere. 10 Saluſt. 1. Tum ad te ludibunda d. & delicate detulit. 3 de Or.121. Nihil mihi tam deeſſe, ſcito, quã quicum hęc familiariter docteque rideam. 12. fam 44.

Docilis.

Docilis ad aliquam diſciplinam. 7. fam. 38. Docilis auditor quomodo fiat. 1. de Inu.33. Docilis eſt is, qui attente vult audire. ad Her.1.6. Docilem, non cum polliceor me demonſtraturũ, ſed cum doceo & explano. de Or.116. Iubent enim exordiri ita, vt eam qui audiet, beneuolum nobis faciamus, & docilem & attentum. 2. de Or. 45. O medicum ſuauem, meque docilem ad hanc diſciplinam. ad Trebat.7.21.5. Dehinc ad hanc eneruatam muliebrẽq. ſententiã ſatis docilẽ ſe Epicurus prębuit. 2. Tuſ.23.

Docilitas.

Prioris generis eſt docilitas, memoria, quas uirtutes qui habent, ingenioſi uocantur. de Fin.133. Ii perfecto genere humanę docilitatis atque ingenii, diſſipatos unum in locum congregauerunt. pro Sext.21.

Doctrina.

Præcipit ratio atque doctrina. 2. de Or.60. Doctrina dicendi in tres partes diſtributa eſt. Part. 230. Doctrina ea quæ uel uitioſiſſimam naturã excolere poſſit. 1. ad Q. fr.5. Doctrina nihil primum inuenit. 3. ad Her.131. Nam & ſi a prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime Philoſophia delectauit, &c. Sulpit.4.4.14. de Fin.5. 6. & Tuſc. 2. 25. Doctrina liberalis & digna homine nobili. Acad. lib.2. 1. Doctrina mediocris. lib. 1. de Fi.6. Doctrina non moderata nec mitis, ſed paulo aſperior & durior, quam aut ueritas aut natura patiatur. pro Mur. 55. Rerũ honeſtarũ doctrina. 1. off.209. Subtilior doctrina. 2. de or. 142. Ab aliis rerũ, ab aliis uerborum doctrina quæritur. in Or.9. Doctrina vetus, eadem & recte faciendi & bene uiuendi magiſtra 3. de Orat. 32. Ego quoque in adoleſcentia diffiſus ingenio meo, quæſiui adiumenta doctrinę. pro Mur.58. Doctrinæ fructus percipere. 9 fam.11. Doctrinæ poſtreſſio, oratorum eſt. 3. de Or.67. alias, profeſſio. Ingenii & doctrinæ princeps Plato. Q. fr.3.43. Studium doctrinæ atq. humanitatis. pro Cæl.42. Studia doctrinæ unnquam intermittere. in Or.19. pro Roſ Amer. 26. Doctrinæ quanta uis. 3. de or. 78. Eiuſmodi definitio genere ipſo doctrinam redolet, exercitationemq. pene puerilem. 1 de orat. 60. Doctrinam ſumere. pro Sex.103. pro, docendum ſuſcipere. Tradere doctrinam aliquam, 1. de or.104. Doctrina quę bona ſunt, meliora fieri poſſunt. 3. de Or.57 A doctrina mediocriter inſtructus Bru.225. Quod ſi indocta conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandem arte & doctrina poſtulari putamus? Or.212. Doctrina & ingenius abundare. 3. de or.34. Res quæ doctrina aliqua continentur. or.110. Homo omni doctrina eruditur. lib.1. de Fin. 11. Doctrina atque optimarum artium ſtudiis eruditi. 1. ad Qu. fr.17. Exquiſita doctrina, ſummique ingenii philoſophi. 1. de Fin.1. In doctrina atque arte multo plus eſſe pręſidii, quam in natura. 3. ad Her.130. An tu exiſtimas aut ſuppetere nobis poſſe quod quotidie dicamus in tanta uarietate rerum, niſi animos noſtros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam poſſe contentionem, niſi eos doctrina eadem relaxemus? pro Archia, 6. Educatione doctrinaq. puerili liberaliter inſtitui. 3. de Or. 69. Omni doctrina & uirtute ornatiſſimus homo. 5. Ver. 176. Summatim percipi ſine doctrina poteſt ius ciuile. 1. de Or. 131. Etiã illud adiũgo, ſępius ad laudem atque uirtutem, naturam ſine doctrina, quam ſine natura ualuiſſe doctrinam. pro Archia, Hęc nõ aliqua mihi doctrina tradita ſunt, ſed, &c. de Or. 105. Doctrinarum notæ in ſermone Cic. Or.81. Studioſus doctrinarum olim. Sulp. lib.4.3.11. Malis ſtudiis, maliſque doctrinis repente totas ciuitates euerteret. 2. de Leg.63. Græcis doctrinis eruditi. de claris Or.126. Vellem equidem doctrinis fuiſſes inſtructior. lib.1. de Fin.20. Qui in artium ſtudiis liberaliſſimis ſunt doctrinisq. verſati. de Or.85.

Documentum.

Homo omnium ſcelerum flagitiorumque documentum. pro Dom. ſua.96. Id eſt, ſceleratiſſimus. Virtutis, antiquitatis, & prudentiæ documentum. pro Rab. Poſth. 17. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna uoluit, quod eſſet uictis extimeſcendum. 11. Phil.292. Et in poſterum documentum ſtatuere, ne quis talem amentiam uellet imitari. ad Bru.15.15. Habeat me ipſum ſibi documento, quem Equeſtri ortum loco Conſulem videt. pro L. Agr.17. Iam ab adoleſcentia dederas documẽta maxima, quã contemneres populares inſanias. pro Mil. 105.

Doctor.

Doctor alicuius diſciplinæ. de Or.19. Sed a Stoicis uel principibus eius diſciplinę, Poſidonii doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panætius. 1. de Diu.11. Doctor ſapientiæ. Off. 1. Auctoritas doctoris ſumma. 1. Off 1. Libri iuris ciuilis quamquam plurimi ſunt, doctorem tamen lumenque deſyderant. 7. fam. 36. Iudicem me eſſe, non doctorem uolo. Or. 207. Cũ Cleanthe doctore ſuo. 4. Aca.258. Artifices dicendi & doctores, Græci. 1. de or.13. Neque disiuncti doctores, ſed iidem erant uiuendi pręceptores atque dicendi. 3. de or.32. De qua nihil rhetorici iſti doctores in pręceptis ſuis reliquiſſent. 1 de Or.43.

Dochimus.

Dochimus autem e quinque ſyllabis, breui duabus longis, breui, longa: ut eſt hoc, amicos tenes. in Or.127.

Dodrans.

Qu. Frater, qui Argiletani ædificii reliquũ dodrãtẽ emit, &c. Att.1.9.11.

Dogma.

Sententiis enim iam hoc me dogma dicere. 4. Tuſc. Scelus, inquit, dicebas eſſe Luculle, dogma prodere. de Fin. 33. Vt prouerbia nonnulla ueriora, ſint quam ueſtra dogmata. de Fin.86. Sapientię uero quid futurum eſt? quę neque de ſeipſa dubitare debet, ne ſuis decretis, quæ philoſophi uocant δόγματα: &c. Acad.q. ed.1. lib.2.27.

Dolatus, *Vide Dolo.*

Dolens, Dolenter, Doleo, *Vide Dolor.*

δολιχὸν πλάειν ἐμμαίνοντες, hemiſtichiũ Homericũ. 16. At. 16

Dolium.

Dolium.

Num igitur qui hoc ſentiat, ſi ia potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? de claris Or. 159.

Dolo.

Quis robur illud cecidit? quia dolauit. de Diu. 126. Dolare orationem. 2. de Or. 29. Dolare opus aliquod. 2. de Or. 29. Non enim eſt e ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus. 4. Acad. 180. pro homine, qui nullis rebus mouetur.

Dolor.

que collegiſti Luceio,l.5.13.5.Libertis lautis, ſeruiſq. nihil de
fuit,nā lautiores e.accepti. Att.13.298.4. Accurate elegāterq.
dicere.de Cl.or.48. Cauſam pro aliquo polite eleganterq. dice
re.de Cl.172.Tractantur iſta ingenioſe, diſputantur ēt e.Acad.
q.ed.1.l.2.78.E.explicare aliquid.Tuſ.1.45. Neq. diſtincte,ne-
que diſtribute,neque e.neq. ornate ſcribere.2.Tuſ. 10. e.adole-
ſcentiam traducere. pro Planc. 25. Hoc ipſum elegantius poni,
meliuſque potuit.2.de Fin.160.Audio illum omnium fere Ora
torum Latine loqui elegantiſſime.de Cl. 136. De Cęſare. Tibi
is exponet qui & optime omnia nouit, & elegantiſſime expedi-
re,& deferre ad te poteſt.ad Brut.151.

Elimo.

Velim σχόλιον elimes ad me, oportuiſſe te id facere Att. 16.
334.4 Rationes latiore ſpecie nō ad tenue elimatę.4.Aca.119.

Elinguis.

Elinguis curia.poſt redit.in Senat.5. Præſertim cū Fannius
nunquam ſit habitus elinguis. de Cl.or. 51. Conuicit, & elin-
guem reddidit,pro Flac 17.

Eloco.

Nunc uero hoc magis,quod illa gens eſt victa,quod elocata,
quod ſeruata.pro Flac.54.Xenon ad ſe pertinere negabat fun-
dum elocatum eſſe dicebat.5.Verr.

Elocutio, *Vide Eloquor.*

Elogium.

In quem illud elogium vnicum,plurimę conſentiunt gentes
populi primarium fuiſſe virum.Cat.57. Si illud cenſorium elo
gium Appii Cla.& L.Piſ.quo vſus eſt quiſq. corā p lege, palā
uniuerſis recitarem, nonne tibi viderer æternas inurere macu-
las?in Sal.274.Solonis quidē ſapiētis elogiū eſt, quo ſe negat
uelle ſuā mortē dolore amicorū,lamentiſq. uacare.de Sen.66.
Vnum etiam eſt quod me maxime conturbat,&c.quod elogium
recitaſti de teſtamento Cn.Egnatii,&c.pro Clu.106.Hæc res ti
bi fluctus illos excitauit:at hoc nuſquam opinor ſcriptum fuiſ-
ſe in illo elogio, quod te Conſule in ſepulchro Reip. inciſum
eſt,Velitis iubeatis.in Piſ.57.Non elogia monumentorum id ſi
gnificant,uelut hoc ad portum,uno ore cui plurimæ conſentiūt
gentes,populi primariū fuiſſe uirū.2.de Fin. 95. Quid procrea
tio liberorum,quid propagatio nominis, quid adoptiones filio
rum,quid teſtamentorum diligentia,quid ſepulchrorum monu
menta,quid elogia ſignificant,niſi nos futura etiam cogitare?i-
ter.

Tuſ.26.Elogia,teſtificationes ſunt de aliquo ſiue honoris, ſiue vituperationis cauſa,teſte Quintiliano.

Eloquor.

Omne quod eloquimus,fit vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe de or 123.Nullū eſt periculū, nequid tu eloquare niſi prudenter.de or.102.Cōpoſite,ornate,copioſe eloqui oratoris eſt.1.de Or.86.Eloqui copioſe,modo prudenter,melius eſt,quā vel acutiſſime ſine eloquentia cogitare.Off.1.219. Præclare eloqui cogitata mentis.de Cl.or.137.Fieri autem poteſt, ut recte quis ſētiat,polite eloqui non puſſit.1.Tuſc.10. Memini in Senatu diſertum conſularem ita eloqui,hanc culpam maiorem, an illam dicam?ep.149.Eloqui rem aliquam per continuationem ad Her. 30.Veretur quidquam aut facere aut eloqui, quod parum viſibile videatur.de Fin. 74. Eloqui in verbis proprie dicitur.Part.2. Exercitatio celeritatem eloquēdi incitat. Or.92.Eloquendi genera duo.Part.9.Tu qui in iſto eloquendi, & exprimendi genere ſuperaſti,a me petis? Q.fr.3.21.5. Dominio rerum eloquendi vis quam eſt præclara,quamque diuina?2.de Nat.d. 112.Vis eloquendi maxima ſoli oratori tribuitur. in Or. 34. Vterque ſi ad eloquendum uenerit,non plus quam ſemel eloquerctur. 3.Off. 81.De venditore & emptore.

Eloquens.

Eloquens is eſt qui & humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperate poteſt dicere.in Or.54.& 55.Eloquens etiam is erit,qui ad id quodcumque decebit, poterit accommodare orationem.in Or. 67.Conformatio eſt, &c. cum res muta aut informis fit eloquens & formata.ad Her.4.237.Eloquens eſſe aliquis poteſt.1.de Or. 47.& 48. Eloquens ſine philoſophia effici non poteſt.Or.7.Eloquens nemo factus victoria.Brut.12. eloquens quis futurus ſit.or.37. eloquens omnibus rebus debet excellere.or.139. eloquens ſit temporum perſonarumque moderator.orat.67.Græce ab eloquendo rhetor, Latine eloquens dictus eſt.ora.202.eloquenti neceſſaria dialectica.ora. 61. Nec timuiſſem ſine iſta philoſophia rhetorem, quamuis eloquentem. de N.d.26.Diſertos me cognoſſe nōnullus, eloquentem adhuc neminem.1.de Or.47. Antonius diſertos ait ſe uidiſſe multos, eloquentem omnino neminem. in or. 9. eloquentes & in dicendo ſuaues atque ornati.7.de or.27. Atque illud eſt probabilius neque tamē verum,quod Socrates dicere ſolebat, omnes in eo quod ſcirent,ſatis eſſe eloquentes.1.de or.33. eloquentiſſimi paucitas.1.de or.10.L.Craſſus homo eloquentiſſimus. pro Cęc.39.

Eloquentia.

Eloquentia nihil eſt,niſi copioſe loquēs ſapiētia.in Part.42. ad Brut.33.Pacis eſt comes otiiq. ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis, quaſi alumna quædam eloquentia.de Cl. ur. 22.eloquentia,doctrinæ,ciuilis pars præcipua.1.de Inu.9. eloquentia a dialectica quid differat.ur.61.Part.42.eloquentia boni ne an mali plus adferat.1.de or.18. eloquētia & gratia plurimum poſſunt in ciuitate.pro Q.1.eloquentia, vna quædam de ſummis virtutibus.3.de or.31.Abundans ſonantibus verbis, vberibuſq. ſententiis eloquentia.1.Tuſc.99.eloquentia C. Cælii.Brut.85. eloquētia ex quiſq. rebus conſtat.Brut.12.ex verbis & ſentētiis conſtat eloquentia.de Opt.gē.or. 143. Vt hominis decus ingenium:ſic ingenii ipſius lumen,eſt eloquentia.de Cl.or.29.Multitudo & forum cui nata eloquentia eſt.de Cl.or.191.Eloquētia cum prudentia & probitate iungenda.3. de or. 31. eloquentia, lumen ingenii.Brut.29. Eloquentia ſine ſapientia pernicioſa.2 de or.4.Eloquentia facultate præclara,arte mediocris. 2.de or. 27.eloquentia populo non minus, quam doctis probanda eſt. Brut.95.eloquentia Athenis ſero prodiit. Brut. 18.& 19.Hęc ars quæ vocatur eloquentia,ſiue ars, ſiue ſtudium,ſiue exercitatio,ſiue facultas a natura profecta. 1. de Inu. 2. Eloquentia res vna omnium difficillima.Brut.12. eloquentia primas tenuit ſēper vrbanis pacatiſque rebus,ſecundas iuris ſcientia.or. 78. De commutatione ſic, Poſſitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.in Top.44. eloquentię defenſio.or.78.effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.2.Tuſ. 2.eloquentiæ qui fructus ſit.1.de ur.26.1.de Inuent.7.eloquentiæ membra quinque. 2. de or. 44. eloquentię partes ſuſcipere. pro Sext.2. eloquentiæ perfectæ ſpeciem animo videmus, effigiem auribus quærimus.Or.5.eloquentiæ ſtudium ex plurimis artibus ſtudiiſque collectum eſt.1.de Or.9.Athenis ſtudia eloquentiæ viguerunt.de Or.85.eloquentiæ uis quanta ſit.3.de or.43. eloquētiā a philoſopho,ſi afferat non aſpernerer:ſi non habeat, non admodum flagitem.l.1.de Fin. 12. eloquētiam veram & perfectam cur nemo aſſequatur.or.6.Quid tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad ſalutem hominum, & ad conſeruationem datā,ad bonorum,peſtē perniciēq. cōuertere?off.2. 72. De quo dū diſputarem,tuam mihi dari velim eluquentiam. de N.d.55.Cōtentio orationis maiorem vim habet ad gloriam,ea eſt.n.quam eloquentiam dicimus.Off. 24. Stoici eloquentiam virtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt. or. 148. Aut eloquentiam ſiue quadā vi maiore fluere.Tuſc. 1.51. Tu autem eluquentiā ab elegantia doctrinæ ſegregandam putas. de Or. 85. Prudentiam cum eloquentia iungebat Ariſt.1.Tuſc.11.Ex eloquentia natum eſt artificiū,non ex artificio eloquentia.1.de or.71.eloquētia nemo vnquā floruit ſine oī ſapiētia.2.de or.4.In eloquētiā non ſunt oia pro Q.54.Quid.n.eloquētia laudabilius & pſtabilius,vel admiratione audiētium, vel ſpe indigētium, vel eorū qui defenſi ſūt gratia?Off.48.Perſuadere eloquentia aliquid alicui. in Or.54. Num eluquentia Platonē ſuperare poſſumus?Tuſ.1.21.Eloquētia illi ipſi qui conſecuti ſunt tamen valere ſe diſſimulant,propterea quod prudētia hominibus grata,lingua ſuſpecta. or. 210.

Elocutio.

Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.1.de Inu.13.1.ad Her.3.Elocutio ad cōmodum oratoris accommodata,tres in ſe res debet habere, elegantiam,compoſitionem,dignitatē.ad Her.4. 159.oratio,quę, niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanem quādā habet elocutionē & pene puerilē.1.de Or.11.Circuitio.eſt oratio rem ſimplicem aſſumpta circūſcribēs elocutione.ad Her.4.198.

Eluceo.

Amicitia magis elucet inter æquales.de Am. 83. elucet animi excellētia,magnitudoq. in deſpiciēdis opibus. 1.Off.27.elucet ingenium in eo.pro Cęl.35.ex animo elucebit omnium cōſtantia omniſque moderatio.1.off.143. Nemo. n.ſtudet eloquētię noſtrorū hominum, niſi ut in cauſis atque in foro eluceat.2. de ora. 30. in ipſo ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. off.21. Nunc autē opto ut ab iſtis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.ad Caſſ. 12. Hoc in genere eluceat oportet omnis eloquentiæ magnitudo.Or.209. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. 1. de Diu. 109 ex quibus proprium quid ſit eluceat.Part.233.Si qua ſignificatio virtutis eluceat. de Amic. 45.Tenuitas hominis eiuſmodi eſt,vt diſſimulari nō queat.atq. eo magis eluceat,quo magis occultatur. pro Roſ.Am.52.Quare ſi modo aliqua Reſp.in qua honos elucere poſſit,&c.Plā.10. 10.4.eaq. in maximis ingeniis maxime elucere.de Fin.4.3.exiſtimant quaſi lumen aliquod elucere ſanctitatem tuam. epiſt.7. Quid eſt igitur ubi elucere poſſit prudentia? pro Funt.278.

Elucens.

Inter flammas circulus elucens ſplendidiſſimo candore. in Somn.Scip. 12.

Elucubror.

Nihil habeo quod ad te ſcribam, quinetiam eam epiſtolam, quam eram elucubratus,ad te non dedi. Att. 7.58.

Elucubratus.

Deinceps inde multę,quæ non minus diligenter elaboratas etiam quā elucubratas afferebamus.de Cl.ur.173.

Eludo.

Quaſi rudibus Iſocratis eludit oratio.de Opt.244.Sed quod idem iuris ciuilis eſt,ſperuitis,& ſcientia illa eluditis.de Leg.l. 2.54.Sed uos ab illo irridemini, & ipſi illū viciſſim eluditis.2. Acad.124.Pueri quos adhuc eluſit.in Ver. 58.Quandiu nos ētiam furor iſte tuus eludet?in Cat.1. Magnas accuſatoris minas,magnamq. iudicii expectationē ad noſtrum arbitrium libidinēq. eludere.2.Ver.19.Rempu.in ſuis cogitatis & furoribus eludere. pro Mil.24.Noſque ab iſto nebulone facetius eludemur.pro R. Am.76. Te uero Cęcili quemadmodum ſit eluſurus, quā omni ratione iactaturus, videre iam videor.1.Ver.24.

Eludens.

Quæ eſt iſta ars coniectoris,eludentis ingenio? 2.de Di.121.

Eluſus.

Nihil queror de Dolabella, qui tum eſt impulſus,eluſus,inductus.2.Phil. 85.

Elugeo.

Patriam eluxi iam & grauius & diutius,quam vlla mater vnicum filium.ad Papirium,lib.9.47.

Eluo.

Eluere maculas furtorum ſuorum, ſanguine ſociorum.7.Ver. 94.pro Sex.53.Eluere ſordes. 8.fam. 42. in ep.Cæl.Eluere uitæ ſordes & animi labes.in Salluſt. 1. Vt Centurionū legionis Martiæ Brūdoſii profuſus ſanguis eluatur, num elui prædicatio crudelitatis poterit?12.Phil.327.Animi labes,nec diuturnitate uaneſcere,nec manibus ullis elui poteſt,2.de Leg.261. Philip. 15.

Eluuio.

Collectis cæteris cauſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis. 2. Off. 22. Propter eluuiones exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt. in Som. Scip. 24.

Eluuies.

Idcirco tu illam labem atque eluuiem ciuitatis ſine ſumma tui peruenire potuiſti? pro D. ſua. 43.

Emancipo.

Cum illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, vt eum, &c. cauſam apud ſe dicere iuberet. 1. de Fin 18 Nam adoptatum, emancipari ſtatim, ne ſit eius filius qui adoptari. pro D. ſua. 30.

Emancipatus.

Ita ſenectus nimis honeſta, eſt, ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuū retinet, ſi nemini emancipata, eſt ſi vſque ad extremum ſpiritū dominatur in ſuos. de Sen. 33.

Emano,

Sub platano umbrifera fons vnde emanat aqua. 2. de Diu. 95. Nam fere omnis ſermo ad forenſem famam ab his emanat auctoribus. de Petit. 207. Ea quo emanant qui communes appellantur loci Or. 201. Mala iſtinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil eſt. Attic. 139. 1. Ea generibus emanant partes. 1. de Or. 91. Ab Arceſila recentior Academia emanauit. de Or. 149. Atque alii quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerunt. 2. de Inu. 126. Quæ fama non idcirco ſolum emanarat, in Verr. 76. Sed quod metuat ne emanet, id eſt ne malum habeat. 1. de Leg. 61. Tu tamē eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando cōcerpito, nequando quid emanet: ego item tuas. 10. Att. 41. Quæro ex quo ille fonte Senator emanet. pro Cæl. 41. Vereri te arbitror, ne per nos ſermo hic tuus emanet. de Cl. Or. 185. Denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. ep. 1 15. ego etiā ſi omnia quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. pro R. Am. 2. Scripſi equidē olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita cōpreſſerā, ut nunquā emanaturā putarē. Attic. 3. 16.

Emathium.

Emathio Attici, platanisque caue putes quidquam eſſe præclarius. 2. de Leg. 6.

Emax. *Vide emo.*

Emblema.

Emblema uermiculatum, de Or. 94. Hoc eſt, arte & uariis coloribus diſtinctis compoſitum. Scaphia cum emblematis Lilybæi empta. in Ver. 208. Cùm inſpiciendum popoſciſſes, auulſo emblemate remiſiſſe. 6. Verr. 40. Auellere uel detrahere emblemata. 6. Ver. 40. Illigare & includere emblemata in aureis poculis. 6. Verr. 46.

Embœnetica.

Embœneticam facere. 8. fa. 3. in epi. Cæl.

Embolium.

Σ'μβόλιον in librum inducere. 3. ad Qu. fr. 16. Embolium nouum cogito. Att. Sororis embolia. pro Sext. 101.

Emendo.

Ita rurſus remittit, vt me roget, vt annales ſuos emendem & edam. Att. 2. 31. 7. Emendare antiquitatem. in Or. 86. Conſilium aliquod emendare. pro Mur. 55. Cōſuetudinem uitioſam & corruptam, pura, & incorrupta cōſuetudine emēdare. de Cl. or. 141. Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſic corrigi & emendari continentia. 3. de Leg. 44.

Emendatus.

Emendatus ita debet eſſe tertius annus, vt ne minimam quidem rē quiſquā poſſit ullam reprehendere. 1. ad Q. fr. 31. Emendata & Latina locutio. de Cl. Ora. 139. Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maxime. 1. Acad. 19. Vt cum emendati mores amicorum ſint. Læl. 54.

Emendate.

Perficiendum eſt, vt pure & emendate loquentes, quod eſt latine, verborum præterea & propriorum & tranſlatorum elegantiam perſequamur. de Opt gen. or. 143.

Emendator.

Emendator & corrector. 2. Phil 60. Emendator ſermonis. de Cl. or. 140. o præclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem noſtræ ciuitatis. pro Cornelio Bal. 14.

Emendatrix.

Emendatrix uita poetica. 4. Tuſc. 113. Quoniam uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. 1. de Leg. 43.

Emendatio.

Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris, & emendatio. 4. de Fin. 37.

Ementior.

Non enim furatus eſt ciuitatem, non genus ſuum ementitus pro Corn. Balb. 3. Æſchines legationē ementitus eſt. pro Planc. 25. Quantum ſit ementita opinio, apparet. Tuſc. 203. Alii ementiti ſunt in eos, quos oderant. in Part. 27. ego hæc omnia Chryſogonum feciſſe dico ut ementiretur, ut malum ciuem Roſcium fuiſſe fingeret. pro Roſc. Am. 75. Emētiri aliquid & criminari. 4. Verr. 62. Ementiri auſpicia. 5. de Diu. 29. 2. Phil. 88. Ementiri auctoritatem Senatus. pro D. ſua. 40. Quod ſi aut quantā uoluntatem habent ad hunc opprimendum, &c. tantum haberent aut ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii, &c. pro Fōt. 25. Quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? pro D. ſua. 62.

Ementiens

Videmus hæc ſigna numquam fere ementientia. 1. de Diu. 15.

Ementitus.

Quod me de emētitis auſpiciis putares eſſe dicturū. 2. Phi. 88.

Emereor.

Annuæ enim mihi operæ ad 1 1 1. Calend. Sextiles emerētur. Att. 6. 113. 9.

Emeritus.

Reliqua uide, & quātum fieri poteſt, perſpiciamus, etſi annorum tempus prope tamē emeritum habebamus. 6. 40. Tanquam emeritis ſtipendiis libidinis. de Sen. 44.

Emergo.

Nunc emergit amor, nunc deſyderium ferre non poſſum, &c. Att. 9. 36. id eſt, ſe iterum profert, cum antea qua compreſſus fuiſſet. Ex quo magis emergit quale ſit decorum iſtud. Off. 22. Iam iſta feruens quæ tum hic delitescit, tum ſe emergit, & fertur illuc, compreſſa atque illiſa morietur. de haruſp. reſp. 3. Vt ſe oſtēdens emergit ſcorpius alte. 2. de Nat. d. 166. Hoc uno modo iudices ſæpe multorum improbitate depreſſa ueritas emergit, & innocentiæ defenſio interclusa reſpirat. pro Clu. 145. Quamuis ademerſæ ſint leges, quāuis tremefacta, libertas tamen emergunt hæc aliquando. eff. 37. Qui ſemper premuntur, & numquā emergunt. Quiſque temporibus a noſtro aſpectu obliteſcant, rurſuſque emerſi errorē incutiāt rationibus experaibus, &c. de Vniu. De deorum cōcurſionibus. Dionyſii equus emerſus ex flumine. de Diu. 1. 53. Qua ex uita emerſit, totumque ſe eiecit atque extulit. pro Cœl 43. emerſerā cōmode ex Antio in Appiā ad Tres Tabernas ipſis Cerealibus, cum in me incurrit Roma uenient Curio meus. Att. 2. 27. 1. Meum conſilium reprehendo, quod nō aliqua ratione ex hoc negotio emerſeram. Att. 75. Incommoda ualetudo, quam emerſeram. 5 Att. 12. Cum ille in agro Nolano immolaret, ante Pigtorium, ab infima ara ſubito anguis emergeset, &c. 1. de Diu. 125. Legi etiam ſcriptum eſſe auē quādā quæ platalea nominaretur, eam ſibi cibum quærere aduolantem, ad eas aues quæ in mari mergerent: quæ cū emerſiſsēt, piſcēq. cepiſsēt, uſq. eo premere earum capita mendicus, &c. de Nat. d. 185. Quibus temporibus ſtellæ a noſtro aſpectu obliteſcant, rurſuſq. emergant. de Vniu. 201. Cū uiriditas herbeſcens e uaginis emerſerit. de Sen. 88. Cum tā multa ex illo mari bella emerſerint, tā multa porro in Pontum inuecta ſint, &. 6. Ver. 114. Hac autē is incredibile eſt, quantum ciuitates emerſerint. Att. 6. 24. Id eſt, recreatæ ſint. Mithridates non ſe Cappadociæ latebris occultare uult, ſed emergere e patrio regno. pro L. Man. 4. emergere ex alio. de Fin. 4. 53. ex aqua. de Fin. 110. ex iudicio peculatus. 3. de Verr. 7. ex mendicitate. in Vatinium, ex aliquo negotio. Att. 5. 97. 3. ex paternis probris ac uitiis. 5. Ver. 138. Qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi nō lōge abſunt a ſummo, vt iam iamque poſſint emergere, quam ſi etiam tum eſſent in profundo. 3. de Fin. 74. Idem poſteaquam reſpirare uos a metu cædis, emergere auctoritatem veſtrā a fluctibus illis ſeruitutis, reuiuiſcere memoriam ac deſiderium mei uidit, uobis ſe cœpit ſubito fallaciſſime venditare de har. reſp. 44. Equidem multos & uidi in hac ciuitate, &c. emerſiſſe aliquando: & ſe ad frugē bonā, ut dicitur, recepiſſe, graueſque & illuſtres fuiſſe. pro Cœl. 20. Sed quoniam emerſiſſe iam e uadis, &c. perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. pro Cæl. 39.

Emerſus.

Ecæno emerſus homo. in Vatiniū. 13. Subito ſum uiſus emerſus ex flumine. Di. 2. 107. ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum

prorum emerſus homo.pro Sex.1 5. Emerſi deorum orbes erro- rem incutiunt rationis expertibus.de Vniu.47. Σ μεταιχμίοις agere. 13.Att 67.

Emetior.

Ego voluntatem tibi profecto emetiar, ſed rem ipſam nondū poſſe uideor.de Cl.8.id eſt, emulate præſtabo.

Emigro.

Emigrare domo.4.Verr.62.Emigrare e vita.2.de Leg.77.

Emineo.

Eminet animus maxime in contemnendis doloribus.2. Tuſ. 107.Illi quorum eminet audacia atque proiecta eſt, a conſiliis malitiæ deſeruntur.pro Clu.145.Inter omnes, in omni genere dicēdi, vnus eminet Demoſthenes.in or. 56. Quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſcōditur, eo magis eminet & apparet.prō Roſc.Am.73.Toto ex ore crudelitas eminebat.7.Verr.126. Aliter, emanabat.Si iam tum cum erit incluſus in corpore, eminebit foras,& ea quæ extra erunt contemplans, quammaxime ſe a corpore abſtrahet.de Somn.Scip.32.Cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli poſſet officere.de Diu. 99. Sententiarum ornamenta ſunt illa quidem permulta, ſed quæ emineāt pauciora.Or.204.Ne poſſit ars eminere.ad Her.26.ideſt, apparere.Quo magis id quod erit illuminatum,extare atque eminere uideatur.3.de Or.57.

Eminens.

Eminens effigies uirtutis.3.Tuſc. 6. Eminens e mari globus terræ. 1.Tuſc.106.Nihil inciſum angulis, nihil anfractibus nihil eminens,nihil lacunoſum.2.de N. d. 67. Illud video pugnare te,ſpecies ut quædam ſit deorū,quę nihil cōcreti habeat,&c. nihil eminentis,ſitque pura,leuis perlucida.1. de N. d.100. Animaduerti columellam non multum e dumis eminentem. Tuſc. 241.Leuiter eminentes genæ.2.de N.d.125. Oculi eminentes. in Vatinium,2.Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant, & ea quę ſunt eminentia & prōmpta ſumenda.2.de or.119.

Eminentia.

Nam ſi tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ullam ſoliditatem,nec eminentiam, quid intereſt utrum de Hippocentauro,an de deo cogitemus?3.de Nat. d.146. Quam multa uident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non uidēmus?Acad.q.ed.1.l.2.21.

Eminus.

Nec enim excurſione,nec ſaltu,nec eminus haſtis, aut cominus gladiis vteretur.de Sen.8.

Emitto.

Septima(oratio)qua Conſulem emiſi.2.Atti.3.ideſt, expuli. Et etiam ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus. Volumnio,lib.7.34.3.Emitte aculeos in hominem & in reum. pro Cęl.21.Emittat ad me publius qui obſignent, &c. Attic.2. 27.1.Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen.2.de Diuin.64. Emittere de manibus.pro Cæl. 52. Emittere fulmina dicitur Iupiter.Diu.2. 33. Emittere arcu ſagittas,aut tela.de har.reſ. 1. Emittere uocem cum querimonia. 3.Ver.64.ad Q.fr.1.2.1.Nihil facilius emittitur,nihil citius excipitur,nihil latius diſſipatur.pro Planc. 47. Cui hunc repente carcere emitti iuſſerit quæram.7.Verr.20.pro Planc.25.Emitti e cuſtodia.Tuſc.1.106.Emitti e vinculis.Tuſc.1.61.

Emiſſus.

Emiſſus etiam ille auctor tuus prouincię, cum ſtupri Bonæ deæ puluinaribus intuliſſes.in Piſ.75.Sed tanquam a magiſtratu,aut ab aliqua poteſtate legitima,ſic a deo cum ita arq. emiſſus exierit.1.Tuſ.117.Vt abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe uideatur.1.in Cat.20.Lacus emiſſus.Att.4.84 .5 Ratio ſimulatq. emiſſa eſt,adhęreſcit.2.de.Or.18. Cum illuc ex his uinculis emiſſi feremur.Tuſc.164.Facete dicta, ſtatim ut emiſſa ſunt,hærere debent.de or.159.

Emiſſio.

Emiſſio fœminæ anguis,mortem afferebat Graccho. de Diu. 221.Vt enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent,quo ſunt contenta atque adducta uehementius,ſic uox,&c.2.Tuſc.49.

Emiſſarius.

Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. 4.Verr.14.Perſuaſerat nonnullis inuidis meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore.Mario,l.7.7. Hunc prędcurſorem habere ſolebat & emiſſarium.in Ver.257.Gelido nequiſſimus HS. M.dabat nullo aprico horto,nullo emiſſario,nulla macceria, nulla caſa. ad Tiron.16.24.Dubitaturum quemquam exiſtimas, quin illa emiſſarius hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit?5.Ver.77.

Emiſſitiæ.

C.uero Gracchus ruinis & emiſſitiis,quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues, nonne omnē Reip.ſtatum permutauit?3.de Leg.20.

Emo.

Emi eam ipſam domum millib.nummum xxxv. ep.63.Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit. 3. Off. 15 cc.iugera de Mar.Pilio emit. Att. 215, emerat de Coſconio & Pomponio beſtiarios.ad Q.fr.2.10.5.in Piſ.27. Att. 2.29.3. Cum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem uerſuram facere potuiſſet, ille ſe interpoluit. Att. 268.Prope dimidio carius emere aliquid, quam æſtimatur.pro Diuā,89.Bene emere.1.Att.8.emere de aliquo pro Roſc. Am. 3.emere magno.5.Verr.56 Hinc natum eſt, Malo emere, quam rogare.6.Ver.11.Mihi Philotimus dixit,ſeſe CCL emere de Canuleio diuerſorium illud poſſe,minoris etiam empturum, ſi Veſtinum rogaſſem.Att.158. Bona huius de L. Sylla duobus millibus nummum ſeſe emiſſe dicit Chryſogonus.pro Sest. Roſc.19. Suum eſſe, ſeque ſibi emiſſe. pro Cæc. 14. Quanti quanti bene emitur qđ neceſſe eſt.12.Att. 30. Ex his princeps emitur ab inimicis meis. de Senect.18.emerentur mihi annuę operæ ad id tempus.6.Att. 25. Quid erat quod emendum diſceſſu noſtro putaremus?3.ad Q.fr.33.Oppianicum iudici ad emendas ſententias, pecuniam dediſſe iudicatum eſt.pro Clu.81.

Emptus.

Emptus de lapide Trib. pleb. in Piſ. 27. Emptus pacificator. 10.Att.1.ideſt,pretio inductus, vt de pace ageret emptos pecunia.16.Att.37.Emptum,conſtupratumque iudicium. Att. lib. 1.13.5.Reliqua quæ ex empto aut uēdito,aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.3.de N.d. 106.

Emptio.

Emptio conſtituta. 1. Att. 63. ea emptione nos bene emiſſe iudicati ſumus. Att. 8. Hac emptione facta, pecunia ſoluitur a Cæſennia.pro Cæc.12.Quid Cæſar iſtæc habet conditiones, aut emptiones ob haſtam,&c.Att.12.4.

Emptor.

Fundus,cuius iſte emptor fuit mandato Cæſennię. pro Cæc. 288.Nequid omnino,quod uenditor norit,emptor ignoret. 3. off.67.pro Cæc.14.Omnino vllius rei nemo fuit emptor,cui defuerit hic uenditor.in Ant. 178. Tuſculano emptor nemo fuit, ad Qu.fr.307.emptores bonorum vt carnifices. pro Quint. 29.

Emptionalis.

Quod quidem ſi inter vos ſenes emptionales venale proſcri pſerit.Cælius ad Cic. 7.30.1.

Emax.

Non eſſe cupidum, pecunia eſt;non eſſe emacem,vectigal eſt. in Parad. 64.

Emolumentum.

Fructus atque emolumentum.5.Verr.195.emolumentum aliquod,decor ipſius honeſtatis.lib.1.de Fin. 28. Cuius mors emolumentum tibi factura ſit.de Fin. 77. Pluſque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quam in his rebus emolumenti quæ pariuntur iniuria.1.de Fin.82.ob aliquod emolumentum ſuum, cupidius aliquid dicere.pro Fonteio,24. Si propter ſuum quiſque emolumētum ſpoliet alterum, neceſſe eſt, &c.off. Proponere emolumentum alicui.pro Font 15.vt & nobis honori,& amicis utilitati,& Reipub.emolumento eſſe poſſitis.de or. 87. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem,improbi ſæpe paruo.pro Mil. 14. Si id tibi eſſe emolumento ſciam.ep. 100.Sine præmio & emolumento facere quippiam.or.140. Laus ſuſcepta ſine emolumento ac præmio.2.de or.188.Et emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant. de Fi.3.54.Emolumēta rerum fallacibus iudiciis uident, pœnam legum non vident, off. 59.Emolumentis & commodis omnia metiri. off.3.21.

Emorior.

Scæuola qui excogitaſſet naſci prius oportere, quam emori. de or.106.vt eſſet inſitum militibus noſtris aut vincere aut emori.3.off 56.Emori cum pernicie Reipub.Tuſ.151. Quorum lana emori non poteſt.in Parad.20.Emori miſerabiliter. Tuſc.1.70. Emori nolo:ſed me eſſe mortuum nihili æſtimo.Tuſ. 1.14. Sententia epicharmi.Pro Pompeio emori poſſum.ep.26.

Emporium.

Cum per emporium Puteolanorum iter facerem.Att.5.89.3

8

Emptio,

Emptio, emptor, *Vide, Emo.*

Emungo.

Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat. ad Her. lib.4.139.

En.

En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. pro Deio.11. En cui tuos liberos cōmittas. 3.Ver.65. en cur ceteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. pro Sext.50. en cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit. alias hem. in Ant.187. en ego tot teſtimoniis reſtitutus, &c. Poſtquā. 201. en hic ille eſt de illis maxime qui ridere atque obiurgare me ſolitus eſt, quod, &c. Cæſari, l.13.16.2. en hoc illud eſt quod ante dixi, mulier abundat audacia, &c. pro Cluent.146. en inter pretes fœderum. in Verr.246. en quod Tindaritani libenter prę dicent.7.Verr.96.

Enargia.

Ἐνάργεια Græcis Latini perſpicuitas, aut euidentia. Aca.q. ed.1.lib.2.18. Ἐνάργεια nihil clarius. Acad.q.ed.j.l.2.18.

Enarro.

Nam ſępe ſatis eſt quid factum ſit dicere, non ut enarres quē admodum ſit factum. j. de Inu.41. Cumque Senatui ſomnium ennarrauiſſet, pedibus ſuis ſaluum reuertiſſe. j.de Diu. 96. Nulla dicendi aut ſcribendi tanta uis, tantaque copia, quæ non dicā exornare, ſed enarrare. C.Cæſar res tuas geſtas poſſit. p Mar.2.

E naſcor.

Ex multis meis miſerrimis curris eſt una enata. Attic. 11. 210.1.

Enato.

Reliqui habere ſe uidentur anguſtius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. 5.Tuſ.126. Hoc eſt, euadūt, ſeſe explicant.

Enauigo.

E quibus tanquam e ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio. 4.Tuſc.26.

Enectus.

Enectus fame.2.de Diu.58. Mento ſummo aquam attingens ſiti enectus Tantalus.j.Tuſc.8. Auis fame enecta in offam pulsis inuadit.de Diu.123. ea parte animi, quæ uoluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluēti.1.de Diu.56. enectā prouinciam cuipiam trādere. Att.84. Nonnullæ etiam ualetudinis ſignificationes, ut hoc ipſum, pleni, enectiue ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur.2.de Diu.109.

Eneruo.

Sed tamen ut uos uidetis, non plane me eneruauit, non afflixit ſenectus.de Sen.28. tātum abeſt ut eneruetur oratio compoſitione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poſſit. Att.31.

Eneruatus.

Languidus, & eneruatus Philoſophus.1. de or.182. ego autē uſque eo ſum eneruatus, ut hoc otio, quo nunc tabeſcimus, malim ἀντιπαρατάσσεσθαι, quā cum optima ſpe dimicare.2. Att.33. eneruatus reus. in Piſ.65. eneruata oratio. in or.134. Mollis & eneruata ratio & oratio alicuius.4. Tuſc.59. eneruata & muliebris ſententia.2.Tuſ.23. eneruati & exangues homines. pro Sext.18.

Engonaſis

Id autem caput Attingens defeſſa uelut mœrentis imago uertitur. Quam quidem Græci Engonaſin uocitant, genibus quia nixa feratur. de N.d.155.

Enim.

Empedocles autem multa alia peccans, in deorum opinione labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe uult.1.de Nat.d.43. At enim, ſi, &c. in Verr.106. Attendite enim diligenter.4. Verr.58. Moriendum enim certe, eſt, & id incertum an eo ipſo die de Sen. 67. Neque enim quod ſentio, libet dicere. Terra enim profecto quoniam mundi para eſt, pars eſt etiam dei.1.de N.d.36. Att. 12.236.3. Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum uita, &c. 3. de Or. 30. Nec enim vmquam ſum aſſenſus illi ueteri laudatoq. prouerbio, quod monet mature ſieri ſenem, ſi diu uelis eſſe ſenex. de Sen.29.

Enimuero.

Hic enimuero tu exclamas, hominem improbum, &c.5.Verr. 117. e. ferendum hoc non eſt.3.Ver.46. e. inquit, &c.1.de Or.80. E. iſte ſidere ac mirari.5.Verr.50. Ille e. negat.6.Verr.26. Hoc e. nunc diſcere aueo, hoc ego quid ſit interpretari nō poſſum. Att. 247. Illi e. ſe oſtendunt quod uellet eſſe facturus.7.Verr.80. E. ſi unus homo, &c. quanta tamen pecunia, &c. ad Q.fr.295.

Enitto.[1]

Fruges tamen ipſę ſuapte natura enitent.3.Tuſc.19. At Craſſi magis enitebat oratio. de Cl.Or.113. Cum illę (Athene) non ſolum in Græcia, ſed prope cunctis gētibus enitebant. pro Flac. 13. In quibus hoc non maxime enitiut, quod tibi omnes dant, acumen quoddam ſingulare.2.de Or.69. Quo quidem in bello uirtus enituit egregia M.Catonis proaui tui. pro Mur.29. Ac ſi par in nobis huius artis atque in illo picturę ſcientia fuiſſet, fortaſſe magis hoc ſuo in genere opus noſtrum, quam ille in ſua pictura nobilis eniteret. 1. de Inu. 125. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicę nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes. Atti.2.26.5. Non poſſe vnā nominibus elocutionis partibus enitere. ad Her. 255. Quare mihi videntur poſtea cætera ſtudia recta atque honeſta per otiū concelerata ab optimis enituiſſe, &c. 1.de Inu.7.

Eniteſco.

Quæ cum ſumma laude prodita, vetuſtate quotidie magis eniteſcit. ad Her.38.

Enitor.

Tantum enitor, vt amicis non deſim. ep. 14. Vt plurimis proſimus, enitimus. Acad.2. Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua. Att.16.49. Illud pugna & enitere, ne quid temporis nobis prorogetur. Appio, lib.3.10.10. Tu nunc omni amore enitere, vt nos cura tua & prouidētia iuues. Atti.9.188.4. Qui quidē certe enitar, vt, &c. Att. 255. Augit vnus Milo: ſed velim finem afferat Conſulatus, in quo enitar non minus, quam ſum enixus in noſtro. Q.frat.3.37. Sed tamen enitar, etſi minus mihi multa occurrerent.4.de Fin.42. Nunc tamen tanto pręmio propoſito enitar multo vigilantius. Somn.Scip.18. Quod vt enitare, contendaſque, vel potius vt perficias, &c. vehementer te etiam atq. etiam rogo. Dolabel.l.9.13 8. Qui ſtadium (inquit) currit, enitā & contendere dēt quam maxime poſſit vt vincat.3.Off.55. Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt, ſed potius eniti & efficere, vt amici iacentem animum excitet. de Amt.52. Elaborare & eniti alicuius cauſa. de Peti.208 eniti in re aliqua de Or.163. Quantum viribus eniti, conſilio prouidere, auctoritate mouere potuero, &c. Plancus Cic.10.4.6. Nihil prætermiſi quantum facere, enitique potui, quin, &c.2.Phil.45.

Enixe.

Meam cauſam Senatus palam, Equeſter ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni proprie enixeque ſuſceperant. pro Seſtio, 30.

Eno.

Enare e concha.3.de Fin.97.

Enodo.

Contraria legis enodabimus voluntatem, eamque trahemus ad cauſæ noſtrę commodum. ad Her.9. In enodandis autem nominibus, quod miſerorum ſit elaboratis.3.de Na.d.84.

Enodatus.

Præcepta magna conquiſita cura perſpicue conſcripſit, atque enodata diligenter, expoſuit.2.de Inu.125.

Enodatio.

Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum? 3.de Nat.d.43. Ea eſt inſita, & ante percepta cuiuſq. formæ cognitio enodationis indigens. in Top.15.

Enodate.

Hęc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius, vos ignoſcetis. de Fin.5.23. Quę illius erunt, leuiter attingendo, ſua diligenter & enodat narrando.1.de Inu.42.

Enouo.

Enouare aliquid ne obſoleſcat. Acad.l.1.8. id eſt, exercere ne id deſuetudinem & obliuionem abeat.

Enſis.

Anſaque funeſtum prima eſt fabricarier enſem.2.de Natu. d. 238. Ἐντάφιον.12.Atti.39 Ἔντεχνα & acuta.7.fam. 55. Ἐντελέχεια continuata quædam motio & perennis. Tuſ.1.19.

Enthymema.

Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant. &c. in Top.27. De verſibus quos tibi a me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modo tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat: ſed abeſt etiam ἐνθουσιασμὸς non enim ſumus omnino ſine cura, &c.3.ad Q.fra. 25. ἀντιπαρατάσσεσθαι.2.Att.33.

Enucleo.

Hæc nunc enucleare non ita neceſſe eſt, id eſt, preſſe & ſubtiliter

eer diſputando exquirere. Tuſc. 5. 18. Nec quidquã in amplificatione nimis enucleandum eſt. in Part. 31.

Enucleatus.

Eſt enim plenius quam hoc enucleatum: in Or. perf. 49. Et ex omni parte cauſę ſeptum, acre, acutum, enucleatum in vnaquaque re cõmorans. 3. de Or. 19. Enucleata ſuffragia. pro Plãc. 8.

Enucleate.

Q. Mutius enucleate ille quidem, & polite, &c. de Cl. Or. 59. Eleganter enucleateque dicere. in Or. 15. Qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere. de Fin. 105. e. diſputare. Tuſc. 4. 26. Præterea de aqua de uia nihil prætermiſi quadã epiſtola, quin enucleate ad te perſcriberem. ad Quint. fr. 3. 19. 2. Nihil ſubtiliter dici, nihil preſſe, nihil enucleate, quo fieri aliquid poſſit limatius. de Cl. Or. 17.

Enudo.

Et rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ. 1. de Leg. 20.

Enumero.

Non faciam vt enumerem miſerias omneis. Att. 41. Quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo. Seruio, lib. 13. 20. 5. Dicere atque enumerare cauſas omnes. pro Roſc. Am. 31. Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum enumerare, aut conſequi poſſe. poſt reditum ad Quir. 3. Enumerare poſſum ad eum pallum capeſſendum. pro Sex. Roſc. 40. Pretium enumerare. pro Roſc. Am. 79. Dixi iam antea me non omnia iſtius, quę in hoc genere eſſent, enumeraturum. 4. Ver. 57. 6. Verr. 44.

Enumeratio.

Enumeratio eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiſcendi cauſa vnum ſub aſpectum ſubiiciūtur. 1. de Inuent. 109. & 2. ad Her. 85. Enumeratio apud Oratores, eſt in qua pluribus rebus expoſitis, & ceteris infirmatis, una reliqua neceſſario confirmatur, &c. 1. de Inu. 61. Eſt autem vtilis, ad perſuadendum ea quę acciderunt ferri & poſſe & oportere, enumeratio eorum qui tulerunt: &c. Tuſc. 4. 52. Enumeratio exemplorum (in conſolando) non vt animum maleuolorum oblectet, affertur, ſed vt ille, qui mœret, ferendum ſibi id cenſeat, quod videat multos moderate & tranquille tuliſſe. Tuſ. 3. 51. Sed eſt iniqua in omni re accuſãda prætermiſſis bonis malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio. 3. de Leg. 22. Verum cum habeam rem non dubiam, ſed apertam atque manifeſtam, enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria. pro Clu. 51. Enumeratio cui, & quando vtilis. Part. 32. Enumerationis initium a diuiſione ſumendum. 2. ad Her. 86. Quam multi iam Oratores commemorati ſunt, & quandiu in eorum enumeratione verſamur? de Cl. Or. 71. Enumeratione quando vtendũ, eamque non debere plures, quã tres partes habere. 2. ad Her. 17.

Enuntio.

Sed enuntiant euentura, niſi prouideris. Diu. 1. 30. Qui ſociorum conſilia aduerſariis enuntiarit. contra Rull. 85. Coſſinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo & nõ leuis, & amãs tui viſus eſt, & talis, qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. Att. 1. 14. 14. Ac ſi quæritis plane quid ſentiam, enuntiabo apud homines familiariſſimos, quod adhuc ſemper tacui, & tacendum putaui. 1. de Or. 58. Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe, ſed optimę mentis cogitata iam pridem maturo tempore enuntiare. 10. fam. 14. Enuntiare commiſſa. Tuſc. 2. 28. id eſt, arcana fidei noſtræ commiſſa. Græci id ἐξαγγέλλειν dicunt. cõſilia amicorũ aduerſariis. pro Roſc. Am. 64, & 69. Hoc eſt, retegere. myſteria dicendi. 1 de Or. 100. Orationem. ad Her. 3. 116. Adhibenda enim Geometria eſt, quoniam quibuſuã quiſquam enuntiare uerbis, aut quem ad intelligendum poterit adducere, hæc ipſa de vita & moribus & de expetendis fugiendiſq. rebus. 1. Acad. 10. Quod ita enuntiatur: deſcendit in Academiã Plato. de Fato, 144. Nempe fundamentum dialecticæ eſt, quidquid enuntiatur (id autẽ appellatur ἀξιώματα qđ eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum. Aca. 23. Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo commutatoque uerbo res eadem enuntiatur, ornatius. 3. de Or. 92. Multa genera ſunt enuntiandi, ſed nullum diſtortius, quã quo Chryſippus utitur. de Fato 25. Cõtinuatio eſt orationis cõtiãdæ acceleratio clamoſa. ad Her. 20.

Enuntiatus.

Grauiſſimæ ſunt ad beate viuendum, breuiter enuntiatæ ſententiæ. 2. de Fin. 35.

Enuntiatum.

Nec ſi omne enuntiatum aut verum aut falſum eſt, ſequitur ilico cauſas eſſe immutabiles. de Fato, 41.

Enuntiatio.

Omnis enuntiatio aut uera aut falſa eſt. de Fat. 144. Explicãda vis eſt, ratioq. enuntiationum, quę Græci ἀξιώματα vocant quæ de re futura cum aliquid dicunt, deque eo quod poſſit fieri, aut non poſſit, quam vim habeant, obſcura quæſtio eſt. de Fato, 1. Enuntiationes contrarias Epicurei nec veras, nec falſas eſſe dicunt. Fat. 28.

Eo.

Sed ego eo uolo adeſſe, quod, &c. 9. Att. 67. Non eo dico, quo mihi ueniat in dubium. pro Quint. 3. Nunc mi Capito, &c. eo plus apud hominem facillimum atque humaniſſimum Plancũ eniti
ere, &c. Att. 16. 343. 4. Eo feci, non quod, &c. ad Heren. 17. 11. Att. 47. eo fuit mirabilius, quod ab eo non expectabatur. 4. Aca. 3. eo ſeparãda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi, &c. 5. de Fin. 38. Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta uehementius. 2. Tuſc. 97. Cum eo tu haberes legiones. ad Brut. 3. Sed eo te non interpellaui, ne, &c. de Or. 160. Res erat & cauſa noſtra eo loci, ut erigere oculos, & uiuere uidere
ẽ, quiſquis, &c. pro Seſt. Neque nunc muto, ſi tu in eadem es ſententia. Marionem ad te eo miſi, ut aut tecum ad me quamprimum ueniret: aut ſi tu morarere, ſtatim ad me rediret. Tironi, li. 16. 3. 3. Sed uſque mihi temperaui, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid conſulatu meo efficerem. ep. 147. Hoc eo pertinet, ut nihil exiſtiment tam eſſe difficile, quod, &c. ad Trebatium, lib. 5. 10. 9. Neque ego hæc eo profero, quo conferenda ſint cum hiſce, de quibus nunc quærimus. pro Roſc. Am. 30. id eſt, ad eum finem. eo redactæ res erant, ut nulla amplius ſpes eſſet. Vindemiolas meas eo reſeruo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem Att. 5. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaque eo me ſeruaui. 5. Att. 31. id eſt, ad id tempus. Hæc ad te eo pluribus ſcripſi, ut intelligeres, &c. Seruilio, lib. 13. 70. 3. Sed hęc quę ſcripſi, eo ſpectant, ut, &c. ad Qui. Valerium, lib. 13. 4. 7. Sed eo uidiſti multum, quod præſiniſti, quo ne pluris emerem. ad Marium, lib. 7. 3. 1. Si non ad extremum, ſed uſque eo, quo opus erit, proſequemur. ad Her. 1. 14. Eoque deum eſſe mundum. de Nat. d. 2. 22. pro, quamobrem, uel atque ob id.

Eo *celerius*.

Quanto magis, &c. eo celerius. &c. Att. 30.

Eo *magis*.

Ille confidebat, & eo magis, quod, &c. Att. 19. 172. 3. Meminiſti enim profecto (ut opinor) Attice, & eo magis, quod P. Sulpitio utebare multum, cum, &c. de Amic. 2. Nec eo magis lege liberi ſunto. 3. de Leg. 14. Idemque hoc amicis eius & defenſoribus uidebatur, atque eo etiam magis, quod iſte, &c. 4. Verr. 50. Quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod, &c. de Amic. 7. id eſt, præſertim. In magnis animis id pleruq. cõtingit, eo que magis, ſi, &c. Off. 15. Eo maxime, quod, &c. Att. 177.

Eo *minus*.

De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. Vatinius Cic. 5. 10. 1. Alii capti, alii interclusi non ueniunt in dubium de uoluntate, eo minus ſcilicet, cum ſe expedierint. Att. 11. 223. 3.

Eo *ſæpius*.

Quod eo ſępius teſtificor, ut, &c. de Or. 160.

Eodem.

Res eodem loci eſt quo reliquiſti. 1. Att. 27

Eo.

Dolabellæ & prima illa actio, & hęc contra Antonium concio, mihi profeciſſe permultum uidetur. prorſus ibat res. Att. 14. 318. 6. Celeriter iiſti & rediſti. 2. Phil. 85. Quacunque iuit, ergaſtula ſoluit. ep. 174. De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Lentulo, lib. 1. 2. 4. I lictor, colliga manus. pro Clu. 92. Prætor decreuit, ut ſi iudicatum negaret, in duplum iret. pro Flac. 156. Quoties Senatus Decemuiros ad libros ire iuſſit? de Diu. 1. 82. Ire ad quietem. Diu. 1. 55. Quod quidem, ut res ire cępit, haud ſcio an aliquando futurum ſit. de Amic. 104. Ire cubitum. Diu. 2. 95 pro Roſc. Am. 38. In quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus. ad Q. fr. 3. 19. 6. Ire & proficiſci in exilium. in Catilinam, 101. Att. 10. 205. 7. Equidem antequam legi tuas literas, in hominem ire cupiebam. Att. 2. 22. 2 Dicebat iſte, niſi cum muliere decideretur, in poſſeſſionem ſe ire iuſſurum. 3. Verr. 89. Ire in ſubſidium. Att. 8. 161. 2. Incipit res melius ire quam putaram. Att. 14. 313. 2. Is dixit ſe nobiſcum ire non poſſe. Att. 168. Paſſim atque ordinatim ire. Brutus Cic. 11. 13. 4. Ire pedetentim, & ſedato niſu. Tuſc. 2. 43.

ea antiqua tragœdia Pacuuii. Ire perreximus. Acad.q.ed. 2. lib. 3. id eſt, iuimus uel perreximus, Græco pleonaſmo dictū *ἱέναι ὠχόμεθα*. Mitamue ad arma contra iſtum hominem Lan place nos iſſe? 3. Verr. 79 pro Rab. 31. Diu. 2. 18. Ibatur in eam ſententiam: cum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. ad Q. fr. 2. 5. 5. Eſt enim ita decretum vt ad ſaga iretur, ibitur. 6. Phil. 210. Si poſt Cal. Ian. in conſilium iretur. in Verr. 82. Dicam Senatui non placere in Hiſpanias iri. Att. 155. Item ante non eſſe itum obuiam, ne tum quidem eum iri maxime debuit. Att. 2. 16. 9. Poſteaquam itum eſt ad arma. ep. 162. De te in conſilium iturum putaſti. 3. Verr. 34. Nauigio eſſe te iturum trans mare, credere nō poſſum. Att. 10. 198. 1. Dixit tamen, ſiquis eorū qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iturum. 11. Phil. 299 In conſilium ituri iudices triginta duo, ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. pro Clu. 42, & 66. Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros. Lentulo, lib. 1. 2. 7.

Iens.

Cęſar dixit mihi a ſe Scæuolam hinc euntem eſſe conuentum de Or. 109. Tantum illud ſeruemus, ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. Att. 105. Si me rectis ſenſibus euntem dii immortales, vt ſpero, adiuuerint. 13. Phil. 380.

Itus.

Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? Att. 15. 334. 3.

Itio.

Dare itionem domum. 1. de Diu. 120. Quæri quid cogitem de obuiam itione. Att. 13. 297. 3. De obuiam itione ita faciam ut ſuades. Att. 11. 224. 1.

Ito.

Te ad cœnas itare deſiſſe, moleſte fero. ep. 141. Σ᾽ αλος ep. 9. f. 3. Σ᾽ παγωγή, Latina inductio. Top. 21.

Ephemeris.

Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. pro Quint. 39.

Epicus.

Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici quod magis eſt tractatum a Latinis, ſuum quodnis eſt diuerſum a reliquis. de Opt. gen. Or. 141. Itaque licet dicere & Ennium ſummum epicum poetam, ſicut ita videtur, & Pacuuiū tragicum, & Cæcilium fortaſſe comicum. de Opt. gen. Orat. 32. *ἐπιγεννηματικὸν* Græci dicunt poſterum quodammodo, & conſequens. de Fin. 3. 26. Epidaurus, oppidum. de N. d. 76. ep. 55.

Epidicticon.

Dulce igitur orationis genus & ſolutum & effluens, ſētētiis argutū, verbis ſonās eſt in illo epidictico genere. Or. 20. & 120.

Epigramma.

Callimachi quidem epigramma in Ambraciotā Cleombrotū eſt. 1. Tuſc. 131. Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis. pro Arch. 19. 1. Tuſc. 131. Tū epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi. 6. Verr. 113. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus. Att. 1. 11. 23.

Epilogus.

Peroratio quę epilogus dicitur. de CLoc. 65. Num etiam rhetorum epilogum deſideramus? 1. Tuſc. 101. Epilogo diſerto criminans. 4. Att. 36. Patronuſve cauſæ in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exilium, publicationem bonorum, &c. 4. de Fin. 38. In epilogo miſericordiam mouet Orator. 2. de Or. 154. Concluſiones apud Græcos *ἐπίλογοι* nominantur. ad Her. 3. 85. Vt miſerabiliores epilogos poſſim dicere. pro Planc. 68.

Epiphora.

Veruntamen Balbus ad me ſcripſit tanta ſe epiphora oppreſſum, vt loqui non poſſit. Tironi, lib. 16. 32.

Epiſcopus.

Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat Epiſcopum, ad quem delectus & ſumma negotii referatur. Att. 7. 39.

Epiſcopius.

Quinto Nonas conſcendens ab hortis Cluuianis in phaſelū epiſcopium. Att. 14. 314. 1. Id eſt, nauē exploratoriā. Σ᾽ πισημασία populi. 14. Att. 4. Σ᾽ πισημασίας auferre. 1. Att. 44.

Epiſtola.

Epiſtola Anacharſis miſſa ad Hannonē. Tuſc. 5. 66. Epiſtola breuis, & plenior, opponuntur. 11. f. 19. 20. Epiſtola ea quæ volu minis inſtar erat ſæpe legenda. 10. Att. 7. Epiſtola *ἴωλος*. 9. ſam. 3. Epiſtola non erubeſcit 5. fa. 27. Epiſtola grandis. 13. Att. 29. grauis & plena rerum. 4. Att. 40. Quid ſimile habet epiſtolā aut iudicio, aut concioni? ep. 139. Epiſtola nihil habebat quod non vel in concione recte legi poſſet. 7. f. 35. Epiſtola pondus habēs. ad Brut. 30. Id eſt, de rebus magnis & grauis ſcripta. Epiſtola hodierna. 12. Att. 40. Olbienſis. 2. ad Q. fr. 11. id eſt, Olbia data. puſilla. ad Brut. 31. Att. 6. 1. 12. 2. recens. 12. Att. 44. Epiſtola reddita eſt mihi, illum eſſe cum. ad Brut. 16. in ep. Bruti. ſub. qua ſcribit illum eſſe cum. Epiſtola librarii manu eſt. 4. Att. 39. ſub. ſcripta. ep. miſerabiliter ſcripta. 10. Att. 30. Hæc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit, quam, &c. ep. 252. ep. tua bellum *ἀκμεταλλευτὸν* habet 5. Att. 46. ep. tua numquam mihi aut intempeſtiua, aut loquax viſa eſt. 4. Att. 34. ep. 102 ita me pupugit, ut ſomnum mihi ademerit. 2. Att. 36. Illud quod eſt epiſtolæ proprium, ut is ad quē ſcribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermitte odum eſſe non puto. Q. fr. 1. 1. 56. epiſtolæ aliquid committere. 6. fam. 7. epiſtolę cuique antiquiſſimę primum reſpondebo. 9. Att. 29. Et nunc epiſtolæ literis his reſpondebo. Att. 1. 15. 1. epiſtolę maximę relcripſi: audi nunc de minuſcula. 3. ad Q. fr. 8. epiſtolam abſtuli, aperui, legi. 5. Att. 21. epiſtolam complicare. 12. Att. 2. Epiſtolam quandam concludis hoc modo. 9. Att. 40. epiſtolam innocentem conſcindere. 7. f. 35. epiſtolam conſciſſam doles. 7. f. 45. Da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum. Att. 2. 29. epiſtolam hanc dictaui ſedēs in rheda. 5. Att. 31. epiſtolam dictare, & dare ſua manu, contrarla. 10. Att. 6. Longiorē epiſtolam facere. Att. 6. 116. 6. Habes epiſtolam plenam feſtinationis & pulueris, reliquæ ſubtiliores erunt. Att. 5. 101. 3. In eandem epiſtolā plura prętereà conieci. 7. ad Att. 51. Quintus Cicero puer legit, ut opinor, epiſtolam inſcriptam patri ſuo. Att. 93. epiſtolam oſculari. 3. fam. 45. epiſtolam paulo grauiorem per lectionem releuare. 1. ad Att. 24. epiſtolam lucerna ſcribere. 8. Att. 7. epiſtolam ſoluere. 15. Att. 11. epiſtolam hanc fama ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura. 1. ad Quint. fr. 1. Confeſtim ad eam, cuius cauſa uenerat, deducitur, eique epiſtolam tradidit. 2. Phil. 84. i. reddidit. Si quid erit epiſtola dignum, ſcribam ad te. 10. Att. 14. In epiſtola diem nō adſcribis. 3. Att. 37. ep. interiore hoc ſcribis. 3. ad Q. fr. 12. Nec ſine epiſtola, nec cum inani epiſtola uolui illum ad te uenire. 15. Att. 5. epiſtolę Ciceronis. 16. Att. 15. epiſtolæ domeſticę. ad Brut. 30. id eſt, domo miſſæ & de rebus domeſticis ſcriptæ. epiſtolæ duæ in eandem rationem ſcriptæ. 1. Att. 19. epiſtolæ familiares & ſeueræ. 2. fam. 6. epiſtolæ humanitatis ſparſæ ſale, & inſignes amoris notis. 1. Att. 24. epiſtolæ inanes. 8. Att. 51. iniquę, contrariæ, contumelioſę. 3. ad Q. fr. 42. Epi. noſtrę debēt interdum hallucinari. 3. ad Quint. fr. 25. Extant epiſtolę & Philippi ad Alexandrum, &c. 2. Off. 68. epiſtolę plenę omnium in me proborum. Att. 20. epiſtolæ offendunt non in loco redditæ. 11. fam. 27. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo quæ me magnopere delectāt: vnum familiare & iocoſum, alterū ſeuerum & graue. 2. fam. 5. epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras: ſed unum illud certiſſimum, cuius cauſa inuenta res ipſa eſt, ut certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet, quod ſcire aut noſtra, aut ipſorum intereſſet. 2. fam. 5. Ea epiſtolarum mearum inconſtantia, puto te mentis meæ motum uidere. 3. Att. 9. 10. epiſtolarū negligentia. 1. Att. 13. epiſtolas longiores facit non loquacitas mea, ſed beneuolentia. 6. fam. 14. epiſtolas uerbis quotidianis texere ſolemus. 9. fam. 48. Pluribus epiſtolis literas tuas accepi. 3 ad Q. fr. 6. Non epiſtolis, ſed uoluminibus te laceſſerem. 12. f. 62. epiſtolis tam longis te non obtunderem. 8. Att. 3.

Epitaphium.

Vetus illud *ἐπίγραμμα* quemadmodum ſcripſiſti, uel *ἐπιτάφιον* putabo. Att. 196. Videturne omnem hic beatam uitam in una uirtute ponere? quid uero in epitaphio, quō idē 5. Tuſ. 51.

Epitome.

Timide fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. de Diu. 139. Tamẽ omnem eorum importunitatem ex intimis menti bus euelliſſet uis orationis tuæ. 1. de or. 114. Euellere aliquem ab errore. off. 3. 111. ſibi capillum luctu. 3. Tuſc. 105. ex animis conatur cognitionem deorum. de Nat. d. 1. 24. omnes radicum fi bras. Tuſc. 3. 1. Linguam alicui. pro Sext. 91. opinionem aliquã ex animi hominum. pro Clu. 2. Inſerere nouas opiniones, euelle re inſitas. in Or. 52. Radices. Att. 10. 203. 4. ſibi ſcrupulum ex ani mo. pro Roſc. Am. 4. ſignum. Diu. 2. 53. Verſabatur mihi tempus illud ante oculos, cum ille aut lictores dimitteret, aut euellere tur ex complexu meo. Att. 3. 49. 2. Euelli ex ordine. 4. de Fin. 126. Quæ rurſus dum ſibi euelli ex ore nolunt. de Fin. 4. 74. Euel li iuſſit haſtam. de Fin. 85. Conſules non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. pro Sext. 26. Quæ euellenda & extra henda penitus, non circuncidẽda, nec amputãda ſunt. Tuſ. 4. 47.

Euulſus.

Euulſus ex omni memoria. 5. fam. 9. Exciſa enim eſt arbor, nõ euulſa; itaque quam fruticetur vides. 3. Tuſc. 105. 25. Att. 9. Hæc tibi lingua excindenda eſt, qua vel euulſa, &c. 3. de Or. 3.

Euulſio.

Qui primus purgationes alui, dentiſque euulſione inuenit. 3. de Nat. d. 76. De Aeſculapio.

Euenio.

Id euenit ob eam rem, quod, &c. Att. 16. 333. 22. Nihil ut ple runque euenit, præter opinionem accidet. pro Planc. 262. Quo ta enim quæque res euenit prædicta ab his? de Diu. 219. Alia Romæ, alia Tuſculi euenit ſæpe tempeſtas. de Diu. 120. Quare euenit ut, &c. 1. de Inu. 76. Vtu hoc euenit, &c. 5. de Fin. 7. Forte euenit, ut in Priuernati eſſemus. 2. de or. 223. Incommoda, quæ eueniunt improbis. de Fin. 60. Euenit ut moreretur ille. 1. Tuſc. 24. Quod eueniet, ſi facies, &c. de Inu. 46. Vt ea res mihi magi ſtratuique meo, populo, plebique Rom bene atque fæliciter eue niret. pro Mur. 1. Idem ego ſum precatus, ut ea res nobis fauſtę, fęliciter proſpereque eueniret. in Cat. 124. Timebã enim ne eue niret ea quæ acciderunt. Tor. nip. lib. 6. 21. 2. Nam ſi id culpa ſe nectutis accideret, eadem mihi uſu eueniret, &c. Cat. 7. At certe ei melius eueniſſet. Tuſc. 1. 69. Si quid eueniſſet poſtea frandis aut uitii. de Vnin. 57. Quibus utinam ipſis euenirent, ea, quæ tũ homines precabantur. pro Sext. 19. Ex quo uereor ne idem eue niat in meas litteras. 2. fam. 18. Sin tale aliquid euenerit, ut ex tinctæ potius amicitię, quam oppreſſæ uideantur. de Am. 66. Quęri ſolet, quid ex quaque re eueniat, euenturũque ſit. de Inu. 51. Si euenerit quid eiuſmodi ut accerſamur. 10. Att. 3. Dies de ficiat, ſi uelim numerare, quibus bonis male euenerit: nec minus, ſi commemorem, quibus improbis optime. de Nat. d. 76. Vt cum euenerit, ita cadat ut prędictum ſit. 1. de Diu. 103. Auſpiciorũ, quę ſibi ſecunda euenerint, &c. Diu. 1. 27. Nam quid homini põt turpius, quod uero miſerius, aut acerbius uſu uenire? quod tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri poteſt? pro Q. 27. Nihil iam neque opinantibus aut patientibus nobis, adueniet euenire poteſt, in quo, &c. Brutus Cic. 4. 4. Bene euenire alicui. Tuſ. 1. 80. Euenire præter ſpem. Tuſc. 3. 28. Velim tibi pro ſpere euenire quæ facta ſunt. ep. 44. Omnia fere contra, ac dicta ſunt, eueniſſe. 2. de Diu. 79. Ex quo euenturum noſtri putant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. de Nat. d. 49. Vt prædi ci poſſit quidquid cuique euenturum, & quo quiſque fato natus ſit. de Diu. 60. Neſcire ea quæ euentura ſunt, melius eſſe quam ſcire. de Diu. 130.

Euentus.

Euentus, eſt alicuius exitus negotii. 1. de Inu. 59. Euentus di citur, cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, ut uel aliter cadere atq. euenire potuerit. Diu. 2. 11. Aruſpicum diſciplinam & euentus ac res comprobauit. Diu. 1. 35. Fatalis euentus de haruſ. reſp. 5. Euentus atque exitus rerum. 6. fam. 4. Harum rerum non ſolus

euentus atque perpeſſio , ſed etiam expectatio indigna homine libero eſt.pro Rab.93.Cum etiam ipſe caſus euentuſque rerum non duces ,ſed comites eius conſiliorum fuerint. pro Corn.Balbo,6.Significatione euentus.de Diu.82.Spei fructum rei conuenit & euentui reſeruari.14.Phil.388. Ad omnem euentum paratus ſum.Toranio,lib.6.21.3. Quemuis euentum fortius feram, quam hunc dolorem.Att.9.173.14. Dicendi euentum non ſatis ex ſententia procedere.1.de Or. 61. Conſilia ex euentu,non ex voluntate a pleriſque probari ſolent. Att. 141. Spem maleficii præſentis in incerto reliqui temporis euentu collocare.pro Q. 56.Euentus aduerſi,ſecundi.Diu.2. 62. Euentus proſperi.Diu. 2.62.Conſilia primum,deinde acta, poſtea euentus expectatur. 2.de Or. 34. Mihique a peritis in Aſia prędictum eſt , fore eos euentus rerum qui acciderunt.1.de Diu.103.Euentus humanos ſuperiores, quam ſuum animum aſſe ducere . Tuſc. 4. 51. Si ab adoleſcentia ſciſſet quos euentus ſenectutis eſſet habiturus . 2. de Diu.33. Vt enim quiſque optime dicit , ita maxime dicendi facultatem, varioſque euentus orationis hominumque pertimeſcit. 1.de Or.59. Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur,per ſe ipſa maxima eſt.2.de Leg. 77. Qui ſciunt quid aliis acciderit,facile,ex aliorum euentibus,ſuis rationibus poſſunt prouidere.ad Her. 26.

Euentum.

SI cuinſque facti & euenti cauſa ponetur. In Part.Euentorum cauſæ magis mouent,quam ipſa euenta.9. ad Att 11.Cauſarum cognitio,cognitionem euentorum facit.Top.226.Vt a continentibus tuis ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorũque noſtrorum.5.fam. 32. Si euenta quęrimus quæ exquiruntur auibus.de Diu.Tu me & alias nonnumquam , & paulo ante adhortatus es,aliorum facta & euenta conquirerẽ. in Hortẽſio. Ex aliorum factis aut dictis aut euentis.de Or.Te ex euentis noſtris communibus admonendum puto . ad Lentul.1.7.31. Hoc plerumque facimus,vt conſilia euentis ponderemus, & cui bene quid proceſſerit,multum illum prouidiſſe : cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.pro Mil.122.Non euentis , ſed factis cuiuſque fortunam ponderari,dicere audes?in Piſ. 78. Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur.de Diu. 119. Rerum magis euentis moniti,quam ratione docti.Diu. lib. 2.4.ad Brut.23.

Euerro.

Etenim quam tu domum,quam vrbem adiiſti , quod fanũ denique, quod non euerſum atq. exterſum reliqueris? 4.Verr.37.

Euerriculum.

Inde euerriculum malitiarum omniũ iudicium de dolo malo,quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit &c.3.de N. d.55.Quod umquam Iudices,huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit?6.in Verr. 46.

Euerto.

Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus, iidem illam euertimus. ad Brut.15.13.Pręcepta quę didiciſti,quæ probas, fũditus euertunt amicitiam.2.de Fin.128. Huius vita & mores omnem commendationem ingenii euertunt. de Cl. 164. Sed hunc funditus euertit bonis.pro S.R.37.3.in Verr.66.& de Prou. Conſ.7.Scipio ſolus Carthaginẽ euertit.de har.reſp.244.Ille unus duo firmamenta Reip.per me vnum conſtituta euertit . Att.1.13.6. Ir,quantũ in ipſo fuit,Remp.euertit.ad Att.261.4. de Fin.107. Funditus euertiſti ciuitatem.pro D.ſua,22.Tuſc.3. 3. Aut nauem euertat gubernator,an paleæ,iu re aliquantum,in gubernatoris inſcitia nihil intereſt.in Parad.23. Quaſi virtutis lumẽ extinxeris,& virtutem penitus euerteris.de Fin. 91. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit.de Or. 99. Sua conſit mare,aduerſaria euertere.Or. 208. Ciuitates miſeras funditus euertere.in Piſ.68.Vt retineamus definitionem, quã Philo voluit euertere.4.Acad.39.Totam euertere dialecticam. 4. Acad. 274.Ideſt,corrumpere.vniuerſas familias.de Fin.l.1.35.leges.4. Verr.32. Ne per ſummam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere.Ver.3.95.Euertere rationem.1.de Fin. 30.e.ſocietatem inter homines. Off. 3. 35. Spoliatum iam & exultantem euertere.pro Mil.42. Neque illi quidquam delibe ratius fuit,quam me,quacumque ratione poſſet, non iudicio atque diſceptatione,ſed vi atque impreſſione euertere . ad Metellum,lib.5.2.23.Euertere vitam.4.Acad.62. Id totum euertitur eo delectu rerum conſtituto.lib.1.de Fin.28. Quę antẽ domus tam ſtabilis,quę tam firma ciuitas eſt,quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti?de Amic.23. De euertendis autem diripiendiſque vrbibus ualde illud conſiderandum eſt , nequid temere,ne quid crudeliter fiat.1.Off.125.

Euerſus.

Affligitur aliquis, euerſus . pro Q.11. Euerſos fortunis . pro Flac.8.Vrbs excisa & euerſa.pro.Sext. 10.Euerſum a te puerum patris bonis eſſe dixerunt.3.Verr.66. Euerſam in perpetuũ prouinciã nos inueniſſe ſcito.Att. 76. Euerſæ funditus prouinciæ. 1.Verr.5.Euerſis omnibus rebus.6.fam.55.

Euerſio.

Euerſio illius execratę columnæ.in Ant.153.Euerſio omni vitę.Acad.q.ed.1.lib.2.90.Quæ ſine dubio vitæ ſunt euerſio.de Fin.5.25.Exciſionem,inflammationem, euerſionem,depopulationem,uaſtitatem tectis & agris inferre. de har. reſp. 3.Rerum publicarum euerſiones.de Sen. 36.

Euerſor.

Euerſor ciuitatis.pro D.ſua,79.euerſor imperii.pro Do.ſua, 133.Συμμενῶτua conſilia. 8. Att.23.Συγγενεια 3.fam.20.Συγγενέσ-τερος.13. Attic. 26.

Eueſtigio.

Sed repente eueſtigio ex homine, &c.factus eſt Verres,&c.in Ver.56.Eueſtigio eo ſum profectus prima luce. ep.56.

Euidens.

Atque vt eſſet menſura quædã euidens , quæ in iſtis octo curſibus celeritates,tarditateſq. declararet. de Vni. 39. Siquid eſt euidens,de quo inter omnes conueniat. 3. de Nat. d.11.Narrationes euidentes.in Top.52.ideſt, dilucidæ. Perſpicuæ & euidẽtes res.4.Acad.85. Plerique definitiones euidentium rerũ non improbant.Acad.5. Quid enim eſt hoc illo euidentius?2.de N. d.7.Quod in homine multo eſt euidentius. de Amic.26.

Euidentia.

Propterea quod nihil eſſet clarius ἐναργείᾳ vt Græci, perſpicuitatem aut euidentiam nos,ſi placet,nominemus,fabricemurque,ſi opus erit,verba,&c.Acad.q.ed. 1.lib.2. 18.euidentia nulla oratio illuſtrior ſecundum philoſophos quoſdam . Academ. quæſt. ed. 1. lib. 2. 18.

Euigilo.

Tanta autem induſtria eſt, tantumque euigilat in ſtudio,ut non maxima ingenio,&c.grata habenda uideatur . ad Brut.33. Aut in quo euigilarunt curæ & cogitationes meę? Para. 20.euigilata tuis cogitationibus conſilia.9. Att.50.

Euinco.

Qui tam nefariis criminibus , tã multis teſtibus euictus,ora iudicum aſpicere , atque os ſuum Pop. Romano oſtendere auderet. 2. Verrem .

Euiſceratus.

Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis.Euiſceratus latere pendens. 1. Tuſc.172.in Piſ.34.Euiſcerata,inanima , cum animali ſono.2. de Diuin. 198.

Euito.

Periculoſam & grauem illam dimicationem euitarent . Cælius ad Cic.8.5.2. Ne vitationem quidẽ doloris ipſe per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit , nec ſic etiam euitare poſſet. 5.de Fin.34.Eſt enim uarius & multiplex vſus amicitiæ , multęque cauſæ ſuſpicionum offenſionumque damnantur , quas tum euitare,tum eleuare , tum ferre ſapientis eſt . de Amic.74.Hæc omnia vidi inflammari:Priamo vi vitam euitari.13.de Or.120. Quidam codices habent eripi . Vt verſum fugimus in oratione, ſic hi ſunt euitandi continuati pedes. in Or 112.

Euitatio.

Euitatio incommodorum . ad Her. 6. Εὐλογία 13. Att. 18. Εὔλογον.13.Att.5.& εὐλογώτατον.7. Εὔλογον τοῦτο. 15. Att.3. Εὔλογον eſt 14.Att.50.

Eumolpidæ.

Eumolpidę noſtri quid agẽt,& ſacra illa myſteria, ſi quidẽ ſacra nocturna tollimus?2.de L.37. Εὐμολπιδῶν πάτρια. 1. Att.16.

Eunuchus

Eunuchi e Syria & Aegypto.Or.210.

Euoco.

Euocat ad ſe Centuripinum magiſtratum , & Decemprimos, &c.4.Verr.117. Iuuenes ſtant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant.2.de Or.192.Tuas Numeſtio literas dedi,ſic te his euocabam,ut nihil acrius,neque incitatius fieri poſſet . Att.2.39.1. 10.Att.24.Meſſana literas dedit,Dionem euocauit. in Verr.81. De teipſo inquam Labiene quæro , cum ad arma Conſules ex Senatuſcõſulto euocaſſent,&c.pro Rabirio, 14. euocare animã a negotio.1.Tuſc.27.ideſt,retrahere. Euocare mentem ab oculis.3.de Nat.d.27. Magiſtratus & Quinqueprimi accitu iſtius euocantur.

euocantur. 5. Verr. 56. euocari ex inſola Cyprios non licet. 5. Att. 48. Sterni triclinia etiam in ſoro iubebat, euocari homines honeſtiſſimos, &c. 5. Verr. 53. Ad euocandam interceſſionem interpellantibus. 8. fam. 34. in ep. Cæl.

Euocatus.

A deo euocatus atque emiſſus. 1. Tuſc. 117. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam euocatus eſt, quod auctor iniuriæ illius fuiſſe argueretur. 3. Verr. 60. Venit vel rogatus vt amicus: vel acceſſitus vt ſocius: vel euocatus vt is qui Senatui parere didiciſſet. pro Deiot. 8. Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus, nullius oratione euocata. pro Deiot. 28. Indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non inuitatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam. 1. de Fin. 82. Non ex pulſi, ſed euocati e patria. 8. ad Att. 5. 10. fam. 63. in ep. Galbæ. Euocati milites. 15. fam. 13.

Euocatio.

Euocationes hominum. ad Her. 16.

Euocator.

Principem coniurationis, euocatorem, & ſeruorum & ciuium perditorum exire patieris? in Cat. 20. Euocatorum firma manus ep. 244. Antonium præfectum euocatorum miſi ad te, cui ſi videbitur, cohortes traderes. 3. fam. 15.

Euolo.

Conſul exanimatus euolat e ſenatu. pro Sext. 8. Quorum animi ſpretis corporibus euolant atque excurrunt foras. Diu. 1. 96. Ex quercu glandifera euolauit nuntia fulua Iouis. 1. de Leg. 2. Tantus curſus verborum fuit, & ſic euolauit oratio, 3. de Orat. 77. Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremque ſubierunt. de prouinc. Conſul. 11. Euolarat iam e conſpectu fere fugiens quadriremis. 7. Verr. 70. Confringat iſte ſane vi ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, euolet ex veſtra ſeueritate. 3. Verr. 8. Euolare ad belli aut fugæ ſocietatem. Att. 9. 168. 4. Iſte qui ſua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua euolare ſi poſſet. 3. Verr. 47. Quem illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, euolare altius certe noluerunt. Lentulo. l. 1. 7. 26. Euolare tamquam e cuſtodia, vinculiſque corporis dicitur animus in morte. Læl. 13. Somn. Scip. 9. Liceat ex hac flamma euolare. in Ant. 193. Eripi atque euolare ex inſidiis aliquorum. pro Mur. 74. Quin hinc ipſe euolare cupio. ep. 109. Vbi enim id quod intus eſt, atque noſtrum, impune euolare potest, contraque nos pugnare, fit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus. pro Deiotaro, 21. Euolare rus ex vrbe, tamquam ex uinculis. 2. de Or. 13. Itaq. tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. de claris Or. 148.

Euoluo.

Euolui volumen epiſtolarum tuarum. 9. Att. 38. euolue diligenter eius eum librum qui eſt de animo. 1. Tuſc. 22. Vterq. noſtrum ad ſuum ſtudium libellos, quos vellet, euolueret. in Top. 1. Euoluere aliqua. de Or. 162. pro explicare. Quare ego nunc nequeo totos euoluere curſus. in Arat. Deliberationem aliquā totam accuratius euoluere in literis. Att. 9. 181. 13. Reliquum eſt igitur crimen de veneno: cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. pro Cæl. 44. 3. de Or. 116. Inuolutum euoluere. in Top. 5. His autē de rebus ſol me ille admonuit, vt breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitans, me quoque hæc præcipitem pene euoluere coegit. 3. de Orat. 116. Euoluere naturam omnium rerum. Acad. q. ed. 1. l. 1. 104. Si quis voluerit animi ſui complicatam notionē euoluere. 3. Off. 99. In euoluendis poetis tempus conſumere. de Fin. 1. 56. Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumētis diſſimulationis tuæ, nudatumque perſpicio. 2. de Or. 190.

Euolutio.

Quid hiſtoriæ cognitio? quid poetarum euolutio? quid tanta tot verſuum memoria voluptatis affert? 1. de Fin. 9.

Euomo.

Apud quem euomat virus acerbitatis ſuæ. Læl. 73. In me abſentem orationem ore impuriſſimo euomuit. 5. Phil. 177. Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam peſtē euomuerit, foraſq. proiecerit. in Cat. 16. Eademq. hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere implere, eaſque cum ſtomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex his quæ ſint eſculenta. 2. de N. d. 186. Non timeo Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum euomere videar, quam verius. pro Mil. 59. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vticanorum centum talenta euomere non poteras. in Piſ. 99.

Ex.

Ex adoleſcentia. 7. fam. 31. C. Piſo ex aduerſariis pecuniam non peteret. pro Q. Roſc. 46. Ex aere oritur æther, & contra. 2. de N. d. 60. Simulachrum ex ære. in Verr. 216. Statua ex ære facta. in Ver. 119. Ex qua ætate, qui exercerentur, laude affici ſolēt. Off. 41. Ex aliis cognoſcere aliquem. Q. fr. 1. 2. 8. ex aliquo audire. pro D. ſua, 76. ex aliquo ſcire, ex aliquo quærere. ep. 137. Ex aliquo bene ſperare. 13. fam. 59. ex animo & ſimulate. 2. de Nat. d. 249. contraria. ex animo amicus, vereque beneuolus. 11. Phil. 314. Te autem alienum hominem ament ex animo. Q. fr. 1. 1. 2. Niſi tu eo, qui ex animo conſtet. de N. d. 1. 69. ex animo credere alicui. 10. f. 46. in ep. Planci. equidem dicam ex animo quod ſentio. in Piſ. Huic tu libro maxime velim ex animo, ſin minus, gratiæ cauſa, ſuffragere. Cornific. 12. 42. Ex ante diem Nonarum Iuniarum, vſque ad pridie Cal. Septemb. Att. 3. 58. 1. Ideſt, ex tempore ante diem, &c. Ex aqua oritur aer, & contra. 2. de N. d. 60. ex intima arte depromere. 13. fam. 12. ex arte dicere multo maximum: de arte loqui, minimum eſt. 1. de Inu. 13. ex arte ſcribere. ad Her. 25. Alexander ex eo auro buculam faciendam curauit. de Diu. 90. Poculū ex auro. in Verr. 214. ex auctoritate alicuius quid gerere. pro D. ſua, 72. & 76. & 10. Phil. 281. Domus mea ædificatur ex auctoritate ſenatus, pecunia publica. de har. reſp. 247. Sumptus ex Cal. April. ad HS. I. a a x. accommodetur. Att. 251. Res ex Calen. Ianu. agitata, paulo ante cōfecta eſt. in Ant. 205. Tribuni militares ex Cal. Ian. nō iudicabunt. in Verr. 71. ex Cal. Ian. quoad perfecta res eſt, de me retuliſti. pro Do. ſua, 117. Vereor ne ex Cal. Ian. magni tumultus ſint. ep. 259. ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilaui. in Ant. 262. ex aliqua cauſa gigni omne quod gignitur, neceſſe eſt: nullius enim rei cauſa remota reperiri origo poteſt. de Vniu. 3. ex cibariis alicuius tractari. 4. Ver. 8. Ex commentariis agere. 5. Phil. 171. Ex conductione in fundo eſſe. pro Cæc. 68. Tantum eos ex vetere coniuratione odium continebat. pro D. ſua, 131. Ex iuriſperitorum conſilio & auctoritate reſtipulari ab aliquo, vt, &c. pro Roſc. Com. 32. ex conſuetudine omnium aliquid facere. pro Q. 17. Qui cum vnum iam & alterum diem deſideraretur, neque in his locis vbi ex conſuetudine quærebatur, inueniretur, &c. pro Clu. 18. Cotta ex conſulatu profectus eſt in Galliam. de Cl. 194. ex contrario. 9. ad Att. 27. in ep. Balbi & Oppii. ex ſuperiorum temporum conuitiis, ex præſenti ſilentio, quid ſenatus ſentiret, ſe intelligere dixit. ad Q. fr. 306. Quem vnum ex cunctis delegiſſetis. 2. de L. Agr. 36. Diē ex die expectabam, vt ſtatuerem quid eſſet faciendū. Att. 7. 144. 3. ex ea die ad hanc diem quæ feciſti, in iudiciū voco. 3. Verr. 22. Ex ea die Septentriones venti fuere. Att. 138. Nec vero vſquam diſcedebam ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati ſumus. in Ant. 153. ex hac die biduo ante in Piſ. 48. Facis ex tua dignitate, & ex Rep. Brut. 2. 1. ex dignitate tribuere alicui. Lentulo. l. 5. 8. 11. Spurius doctus ex diſciplina Stoicorum. de Cl. 173. Quæ ex empto aut vendito, cōducto aut locato fiūt. de N. d. 75. Quæſiuit ex eo, placeretne iudices a prætore legi. Att. Cum autē ex eo quæreret quid videret. Negotia mea quæ ſunt in Achaia, ex eo quod hæres ſum M. Mindio. 13. fam. 45. ex euentu, non ex voluntate conſilia probari ſolent. 9. Att. 57. in ep. Balbi & Oppii. Ex noſtris euentis communibus te admonendum putarem. 1. f. 29. Summa erit hæc, ſtatues vt ex fide, fama, reque mea uidebitur, ad Att. l. 5. 95. 3. Pater ſæpe ex filio eſt nominandus. Off. 65. Ex formula pro Quint. 15. ex fortuna non ponderanda fides. in Part. 64. ex recenti foſſione videmus terram calentem fumare. de Nat. d. 2. 19. ex magna hominum frequentia dicere iubebat, ſi quid quæreret. de Or. 93. ex funeribus unctura ſeruilis tollitur, omniſque circumpotatio Lege x. 11. tabul. 2. de Leg. 56. ex hominum genere conſecratos coli lex iubet, velut Herculem, ut indicet omnium quidem animos immortales eſſe, ſed fortiū bonorumque diuinos. 2. de Leg. 28. Multa ſunt ex eodem genere. 3. Verr. 67. ex maxime raro genere hominum iudicare debemus, & pene diuino, eum qui grauem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia præſtiterit. de Amic. 57. ex tot generibus animal nullum eſt. de Leg. 160. ex Græco conuerſa oratio. de Opt. gen. Or. 244. & 245. Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, ad quem, &c. pro Sex. Roſc. 21. ex hoc pendere totum negotium, ut plurimum la criſiat. ep. 177. ex hoc quod probat, numquam me monebit. de Nat. d. 1. 33. ex uirtus quæ conſtat ex hominibus tuendis. Offic. 32. ideſt, ex ſocietate gñis humani. Futurus ſum extra vrbē ex Idib. Ia. Att. 67. ex igne diuinæ animationis maxime ſpeciē faciebat. de Vni. 43. Tres legatos ex iis qui priuati ſūt. ep. 1. Honeſtū illud maxime perlucet ex iis quas commemoraui virtutibus. Off. 39. ex illis laborat Reſpub. pro Roſc. Am. 89. Voluiſti ex improuiſo, ſi quæ res natæ eſſent, ex urbano edicto decernere. 3. Verr. 78.

Verr.78. Ex alterius inſcitia prædari. Off. 66. Nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum. 1.off.153. Ex inſidiis capi. 3.off.134. Teſtis eſt Phalaris, &c. qui non ex inſidiis interiit, ſed ut quem modo dixi Al. 2.2. Off. 35. Quibus ex inſtituto veterũ vtimur pro Latinis. de Fin.3.4 Ex inſtitutis pontificum & aruſpicũ illud mutandum non eſt, quibus hoſtiis immolandum cuiq. deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis. 2. de L. 30. Ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo regustandus eſt. Att.4. 86.2. Aulus vnus ex meis intimis. ep.203. Is non eſt ex illis. ep. 203. Ex vnius iudicio factum alterius conſyderare. pro Sexto Roſ.36. Tantum metuo, ne tibi iſtic artificium tuũ parum proſit. nam ut audio, iſtic Non ex iure manu conſertum, ſed magis ferro Rem repetunt. Trebat.7.13.5 id eſt, quod nos diceremus per iuſtitiam. Eum ego ex iure meum eſſe aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu conſertum voco. pro Mur.22.1. de or. 2. Ex iure ciuili ſurculo defringendo uſurpare poſſeſſionem amiſſam. de or.153. Ex labore in febriculam incidit. 10. fa. 44. in ep. Planc. ex latronibus principatum deferre. 2. Phil. 32. Ex legatione Roma decedens. de Vniu.1. ex lege iurati iudices, legibus obtemperare debent. 1. de Inu.84. ex lege repetere ab aliquo pecuniam. 1.Verr.10. Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſine munere decuriæ, neque ex lege ſediſſet. pro Clu.83. ex legibus omnes Reſpublicæ optime adminiſtrantur. 1. de Inu. 83. Totam Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. Att.207. Somnia quæ Magi Cyro interpretati ſunt e Dionyſii Perſici libris. de Diu.90. Ex literis alicuius aliquid cognoſcere. Att. 18.157.1. Veterem ex tuis literis cõplexus ſum. Att.280. ex literis Pompeii non dubitabam, quin, &c. Att. 128. Ex literis meis mihi honor tributus fuerit. 15. fam. 24. Ex literis tuis intellexi. ep.34. Ex tuis literis epiſtolam miſi ad Appium. 2. fa.27. Ex literis alicuius aliquem in amicitiam recipere. Att. 34. Atque hoc poteris ex ſuperioribus meis literis recordari. Att. 276. Tu ex meis literis quando reſpondeas meditare. Att. 258. De quibus ante ad te falſum ex Torquati literis ſcripſerã. Att.111. Ex loco deiectus. pro Cæc.63. Ex Macedonia triumphare. in Piſ.43. Eaque me ex tuis mandatis monuit. ep.31. Ennius in ſepulchro Scipionum conſtitutus ex marmore. pro Archia, 190. Ex me agnoſco. pro Planc.28. Expoſui, te ex me detuliſſe, ecquid, &c. 12. Att.10. Ex me doluiſti. 16. fam 27. id eſt, ego tibi ſuã cauſa dolorẽ. ex ep. Ciceronis filii. Quãdo ex me quæſieras. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 69. Ex memoria vobis Quirites quid Senatus cenſuerit, exponam. 3. in Cat. 58. Ex morbo infirmus. 8. Phil. 237. Ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina quidpiã videre. 2. Phil.78. Zeuxis, quem ego ex ſuis ciuibus, & ex multis aliis quotidie magis cognoſco nobiliorem eſſe prope, quam ciuitatem ſuam. ad Qu.fr.300. Ex natura ſua ceteros fingere. pro Roſc. Am.15. Qui ex numero ciuium dementia aliqua depulſi, hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt, eos, &c. 4. in Cat.93. Homo ex numero diſertorum poſtulabat, &c. 1. de Orat.82. ex hoc eſſe hunc numero, quem, &c. pro Arch.188. Multi boni uiri cum ex occulto interueniſſent, pecuniaque obſignata, quæ, &c. pro Clu. 36. Si ex odibus, non ex veritate cauſa pendetur. pro Quint.1. Ex communi quadam hominum opinione dicere. de Or. 92. ex opinione hominum atque fama aliquid ſcribere. Caſſio, lib. 1x. 4. 6. Quæ mihi iſte uiſus eſt ex alia oratione declamare. pro Sex. Roſ.32. ex alterius oratione aliud excipere, atque ille vult. 2. de Or.151. ex oratore arator factus. 3. Phil. 139. Vt quiſque ætate & honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine. 6. Verr. 125. pro L. Agr. 54 ex ore alicuius loqui. de Inu.44. Non ex pactione verborum, ſed ex malitia & perfidia dii hominibus iraſci ſolent. pro Q. Roſ.52. ex parte aliqua uectigalis. 5. Vers. 85. Grandis natu parens adductus ad ſupplicium, ex altera parte filius ille, &c. hic, &c. 3. Verr. 53. Rhetoricam quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ. Or. 207. ex eadem parte eodem in genere. de Inu.45. Si ex omni parte eiuſdem modi ſint. Acad. q. ed. 2. lib. 2. 59. ex magna parte. 11. fam. 8. in ep. D. Bruti. Ex ſua quiſque parte. 3. Ver. 86. Laborare ex pedibus. Pæto, li. 9. 55. id eſt, podagra. Non ex pactione verborum, quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam, &c. pro Roſc. Com.27. Si uobis ex omni populo deligendi poteſtas eſſet. con. Rull.70. ex præceptis ſapientum viuere. Tuſc.225. ex prouincia & imperio tuo nihil mihi gratius facere potes. 13. fam. 88. ex ea prouincia cõplures cõdẽnati qui ibi Prætores fuerãt. 4. Ver. 111. Excedere ex pueris. pro Archia, 2. Amor enim (ex quo amicitia eſt nominata) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. de Amic.26. Ex quo mihi eſt odium in illum. 12. Phil. 331. Portendi, monſtrari, prædici, ex quo oſtenta, monſtra, portenta prodigia dicuntur. de Nat.d. 2.5. pro vade. Habuiſti in tua poteſtate, ex quo uel ex ſobrio, uel certe ex ebrio ſcire poſſes. Pæto, li.9.

12.2. Accepi tuas literas, ex quibus cognoui, &c. Att.125. Ex officii ratione, atque ex omnium conſuetudine factum alicuius cõſyderare. pro Quint. 8. Quanquam hæc quidem res non ſolum ex domeſtica ratione eſt, attingit enim & bellicam, &c. Off. 16. ex re & ex tempore hæc melius conſtitues. 12. fam. 45. id eſt, vt res ſe dabit, vel, vt res & tempus requirent. Ex aliqua re ſpectare aliquem. Tuſc. 234. ex omnibus rebus nudos. pro Roſc. Am. 85. Demetrius & ex Repub. Athenis, quam optime digeſſerat, & ex doctrina nobilis & clarus. pro C. Rab.14. Si minus id commodo Reipub. facere poſſes, ſiue nõ exiſtimare ex Repub. eſſe. Brut. 5.1. Si tu arbitratere vtile fore, & ex Rep. eſſe, perſequere bello Dolabellam. Bruto, ex reis & rebus numerare argumenta. 2. de or.74. Nõ ex reis, ſed ex rebus numerare cauſas. de or.121. Quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam ne tu ex reis eximere, ſi ego nõ adfuiſſem ad diem. 4. Ver.69. ex ſitibus patriis optima colunto. 2. de Leg. 24. Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios miſſis. 11. Att.6. Nihil ex ſacro, nihil de publico attigi. in Verr. 131. Vinculorum id eſt aptiſſimum, quod ex ſe, atque de his quæ aſtringit, maxime unum efficit. de Vniu.197. Vnaquæque ex ſe, & ex ſua natura ſimpliciter conſideratur. 2. de Inu.20. De conſtitutione. Ex ſe nihil firmi dare ad reculationem. de Inu. 45. Quæque ipſa ex ſe generata ſtirpibus continentur. de Nat.d.31. ex ſe propoſitio intelligi dicitur, cum approbationis non indiget. de Inuen.55. Ipſum ex ſe ſua ſponte moueri. de Nat.d.32. Idq. mihi eo magis eſt, cordi, quod ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. de Amic.14. Hoc eſt, inter omnes ætates, vel a prima ætate huc uſque. Cum propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex Senatuſconſulto Numantinis dediſſet, &c. 1. de Ora.89. ex animi ſententia. 3. off. 145. 1. Tuſ. 31. Hæc ex ſententia confecta ſunt. Gaſſio, lib. 12. 10. 4. Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. Att. 80. Quid enim conſcendens nauem ſapiens, num comprehẽſum animo habet, atque perceptum, ſe ex ſententia nauigaturũ? Aca. q. edit. 1. lib. 2. 91. Nos te, tuumq. exercitum expectamus: ſine quo, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi uidemur fore. Bruto. 9. 4. ex illius ſermone ad te ſcribã plura. epi.32. ex ſomno excitare aliquem. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 84. ex magna ſpe deturbatos iacere. 5. fam. 16 ex ſponſo agere. pro Quin. 17. Fuit eodem ex ſtudio uir eruditus apud patres noſtros Q. Tubero. pro Mur.141. Aliqui ex ciuilibus ſtudiis atque ex obtrectatione domeſtica inimici. pro Font.279. Noli, inquit, ex taciturnitate noſtra Lupe, quid aut probemus aut improbemus, iudicare, ad Q. fr. 306. Qui ex te illa cognoueram. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 37. ex te nos duplex afficit ſolicitudo. de Cl. Orat. 190. C. Marium cum faſcibus laureatis quærere ex te quid triſtis eſſes. 1. de Diuin.165. Pæto, lib. 9. 17. 1. ex Reipublicæ tempeſtate ſententiam aliquam tamquam aliquod nauigium atque curſum moderari, non eſt inconſtantis. pro Cornelio Balbo, 50. Affectio eſt animi, aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio, &c. 1. de Inu. 53. Illud egregium Sextii, & ex tempore, Manus laua, inquit, & cœna. 2. de or. 136. Quos credimus expedire rem, & cõſilium ex tempore capere poſſe. 2. off. Att. 10. 192. 5. Tuſc. 128. Audimus alium non ab initio feciſſe, ſed ex tempore aliquo confeciſſe. 3. Verr. 41. De tabularum confectione loquitus. Ex tempore dicere. pro Arch.13. & pro Flac. 28. ex eo tempore res eſſe in uadimonium cœpit. pro Quint.21. Si quis antea iudices mirabatur, &c. ex hoc tẽpore miretur potius. pro Sext.3. Infinito ex tempore non ut antea ab Sylla & Pompeio Coſs. con. Rull.77. Vnius generis quæſtiones ſunt hæ omnes, in quibus officiũ ex tempore quæritur. 3. off. Ex teſtamento iuberi, & ex plebiſcito vetari aliquid facere. ad Her. 5. Ex teſtamẽto iurare. 3. Verr. 86. ex triente fœnus beſſibus factum. 4. Att. 37. Ex turri alta concionari. Tuſc.139 Populus Rom. ex tantis uectigalibus iã pridem uix poteſt alere exercitum. Parad. 124. Aenigma Opiorum ex Velia. Att.159. Ex ueritate cauſam pẽdere. pro Quint. 3. Ex umbraculis eruditorũ otioque doctrinam non modo in ſolem atque puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciẽque perduxit. 3. de Leg.16. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed ualde ex uoluntate. in Piſ.36. Duo conſules erãt ex illius uoluntate. in Verr.65. ex ſua uoluntate facere ſibi pecuniam. 2. de Leg. Agr. 67. Ex ſua uoluntate nanciſci ſortem. 3. Verr.73. Temperantia conſtat ex prætermittẽdis uoluptatibus. de Nat.d.67. Ex urbe abeſſe. pro Planc.33. exire ex urbe. Sulp. 4.1.10. Ex uſu quidpiam dicere. or. 89. ex communi utilitate leges interpretari, nõ ex ſcriptione quæ in literis eſt. 1. de Inu. 83. Ex uulneribus mortuus. 10. fam.76. in ep. Poll. Meum erga te amorem perſpicere ex uultu & oculis & fronte. Att. 14. 311. 1.

Exactio, Exactus, *Vide Exigo*.

Exacuo.

Exacuit tua merita ſolicitudines tuas. 10. fa. 50. in ep. Planc. Cohortari & exacuere aliquem. Att. 12. 46. Cultumque deorum & puram religionem ſuſcepe ſit, & exacuerit illam, ut oculorum ſic ingenii etiam ad bona deligenda & reiicienda contraria. 1. de Leg. 46. Mucronem in aliquem exacuere. 3. de Leg. 31. Nec magis ad eos deterrendos qui non poſſent, quã ad vos qui poſſetis exacuendos, accommodaui orationem meam. 1. de Or. 65. Exaduerſus. de Diu. 101. pro, e regione, exaduerſo.

Exædifico.

Exædificare atque efficere Capitolium. 7. Verr. 38. Nun grauere exædificare id opus quod inſtituiſti. 1. de or. 79. Nauis publice, gratis coactis fabris, operiſque imperatis, exædificari atque effici potuit. in Verr. 125.

Exædificatus.

Dimẽſa & exædificata animo domus. Att. 2. 4. 1. In noſtris ſedibus exædificatũ tẽplũ licentiæ. de L. 178. Ne exædificatũ quidem hunc mũdum diuino cõſilio exiſtimo. Aca. q. ed. 1. l. 2. 117.

Exædificatio.

Exædificatio hiſtoriç poſita eſt in rebus & uerbis. 2. de or. 34.

Exæquo.

Exæquat omnium dignitatem pecunia. Att. 4. 84. 7. Iſte omnia iura prętio exæquauit, omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit. 4. Verr. 86. Vt longitudo & plenitudo harum, multitudinẽ alterius aſſequatur & exęquet. ad Her. 32. Sed uereor, ne quia complures tibi pęcipue commendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. 13. fa. 58. Exæquare omnia. 3. de Fin. 16. Qui in amicitiæ neceſſitudine ſuperiores ſunt, exæquare ſe cum inferioribus debent. de Amic. 109. Exæquare vnum cum alio. in Arat. Superiorem eſſe contra improbos minus eſt negotii, quam bonis exęquari. Poſt quam. 18. Pauci pluribus exæquati non poſſunt. ad Her. 30.

Exaggero.

At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, &, vt ais, id verbis exaggero. pro Planc. 37. Mea autem ratio in dicendo hęc eſſe ſolet, vt boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, &c. 2. de or. 161. Vt grauitatem, dignitatemque uirtutis exaggerent. Tuſ. q. 5. 63. Et cum ipſe ſextulam nimium ſuam exaggeraret, nomine hęredis arbitrum familiæ herciſcundæ poſtulauit. pro Cæc. 13. Veritus es, niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. 1. de or. 127. Exaggerare & amplificare orationem. de or. 152. Exaggerare rem ſuam familiarem omni ratione. off. 1. 129. pro augere.

Exaggeratus.

Xenocratem illum grauiſſimum philoſophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuantem cetera. 5. Tuſ. 73. Exaggeratus virtutibus animus. in Parad. 52. Oratio altius exaggerata. de Cl. or. 33. Benignitate deorum auctas exaggeratasque fortunas non vna pene deleuit. in Cat. 91.

Exaggeratio.

Exaggeratio quam altiſſima animi. 2. Tuſ. 107.

Exagito.

Quod apud Lucilium ſcite exagitat in Albutio Scęuola. Or. 2 10. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum uocem. Att. 3. 6. Inuenti ſunt qui hanc dicendi exercitationem exagitarent & contemnerent. 3. de or. 34. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ: tota uita in eiuſmodi ratione uerſata reperiebatur. pro Clu. 81. Quonã igitur modo audiret Phryx Athenis, cũ ẽt Demoſthenes exagitetur vt putidus? or. 199. Inſectãdis vero exagitãdiſq. nummariis iudicibus oẽs oĩbus ſtudiis hac fautoribus illius victoriæ *παρρησίαν* eripui. 1. Att. 11. 13.

Exagitatus.

Diſputationibus aliquorum exagitatus. in or. 7. Omnes Pompeianorũ colonorumq. diſſenſio delata ad patronos eſt, cum iã inueteraſſet, ac multos annos eſſet exagitata. pro Syl. 45. Qui cauſam Senatus exagitatam concionibus improborum, ſic ſua diligentia multitudini commendauit, vt nihil tã populare, quã veſtrũ nomen: &c. poſt reditum in Senatu, 18. Spoliati & exagitati aratores. 5. Ver. 63. Non ſolũ arationes, ſed ẽt ſedes ſuas patrias iſtius iniuriis exagitati reliquerant. 5. Ver. 37. Nec in hunc locũ niſi multis exagitati ſeculis reuertũtur. de Somn. Scip. 131. Res exagitatę, & in ſummã inuidiã adductę. Lẽtulo, l. 1. e. 12. vt in rebus multo antequã tu profectus es ab ipſo rege, & ab intimis Pompeii clã exulceratis, deinde palam a cõſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis, ita uerſamur. ep. 2.

Exagitator.

At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratus vnum. in Or. 24. *Ἐξαιρέσιμοι* dies. 4. Verr. 90.

Exalbeſco.

Equidẽ & in vobis animaduertere ſoleo, & in meipſo ſæpiſſime experior, ut exalbeſcam in principiis dicendi, & tota mente atque omnibus artubus contremiſcã. 1. de Or. 60. Exalbeſcere metu. 3. de Or. 121. 5. de Fin. 53. Tremere & exalbeſcere obiecta re terribili. 4. Acad. 89.

Examen.

Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet. de har. 249. Examina apum fingunt fauos. Off. 31. de Sen. 50. 1. de Fin. 2 19. Cat. 50. Examina ſeruorum. de haruſp. reſp. 23.

Examino.

Sed ego hoc meis ponderibus examinabo. pro Planc. 64. 4. Tuſ. 69. Diligenter examinare verborũ omniũ pondera. in Or. 14. Ad ea probanda, quę non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. 2. de Or. 87.

Examinatus.

Cũ. n. ſui ſimilẽ & leuitatẽ adeptus eſt, tãquã paribus examinatus põderibus, nulla in parte mouetur. Tuſ. 1. 36. i. libratus ęqua lance.

Exanguis.

Ille exãguis & ęſtuans e curia ſe repẽte proripuit. de har. reſp. 1. Extremo ſpiritu exanguis & confectus. pro Sext. 20. Hõ eneruatus atque exanguis. pro Sext. 18. Ille furens & exanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo, quis eſſet qui plebem fame necaret. ad. Q. fr. 2. 8. Exanguis & mortuus concidiſti. in Piſ. 70. Aridum & exangue genus dicendi. 4. ad Her. 158. Exangues homines. pro Sext. 18. Ne denique ẽt exanguiũ corpore mortuorum, ne mœror parentum ac propinquorum, &c. 7. Verr. 101. ad Q. fr. 2. 7. 3. Lachrymę peredere humore exangues genas. 3. Tuſ. 45.

Exanimo.

Tulliæ meæ morbus me exanimat. Att. 173. Me quidem iudices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio, aſſiduæ, &c. pro Mil. 71. Te metus exanimant iudiciorum atque legum. Parad. 21. Aduentus Philonis exanimauit omnes, qui mecum erant. Att. 162. Denique vt exanimarentur, priuſquam ſe victos faterentur. Tuſ. 243. Graui uulnere exanimari. 2. de Fi. 80.

Exanimatus.

Milo nullo metu perterritus, nulla conſcientia exanimatus. pro Mil. 45. Hæc vbi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædes contendit. 3. Ver. 46. Adoleſcentulus in initio dicendi ſic exanimatus ſum, vt, &c. de Or. 65. Exanimatus ſum tuis litteris; 8. fa. 45. in ep. Cęl. Att. 10. 200. 1. & 11 114. 5. Meam mẽtem ſępe domum reuocat exanimata vxor, metu abiecta filia. in Cat. 118. Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuiſſe? 9. fam. 39. Exanimatum pendere animo. Tuſc. 4. 18. Itaque illum iniuriæ metu, conſcientiaq. peccati mutum atque exanimatum ac vix viuum relinquo. 4. Verr. 137. Exanimati omnes & ſuſpenſi ſomus. 6. fa. 5. Nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. 3. de Or. 23.

Exanimatio.

Exanimatio eſt metus ſubſequẽs, & quaſi comes pauoris. Tuſ. 4. 10. Exanimatio humilis atq. fracta. Tuſ. 4. 11. Sic cauebimus, ne in perturbationes atq. exanimationes incidamus. 1. Off. 183.

Exantlo.

Tot non ad Troiam belli exantlauimus annos. 2. de Diuinat. 98. 2. Tuſ. 30. Quod cum exantlauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. 1. Tuſc. 107.

Exantlatus.

Credoque Clitomacho ita ſcribenti, Herculis quẽdam laborem exantlatum a Carneade. Acad. q. ed. 1. l. 2. 99. Quæ corpore exantlato atque animo pertuli. Tuſc. 179.

Exardeo.

Exarſi non ſolũ præſenti iracundia, ſed, &c. ep. 15. Excepi flammã, & pro patria ſolus exarſi. de har. 42. Hõ ut hęc audiuit, exarſit ad id quod nũquã viderat. in Ver 89. Exarſit bellũ ſubito. pro Ligar. 2. Exarſit dolor, vrgere illi vt non loco mouerent. ad Q. fr. 2. 8. Hic cum homini & vehementi & diſerto, &c. quaſi quaſdam verborum faces admouiſſet, non tulit ille, & grauiter exarſit, &c. 3. de or. 3. i. iratus eſt. Ex multis vitiis repente iſta importunitas inaudita ſceleris exarſit. pro Syl. 56. Is in cauſa Bruti exarſit incredibili dolore. ad Brut. 90. exarſit iracũdia ac ſtomacho. 4. Verr. 33. Tota Italia deſiderio libertatis exarſit. 10. Philip. 283. Pręlagitio ſi exarſit acrius, furor appellatur. 4. de Diu. 215.

Hodie

Hodie longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. 4. Phil. 263. In omni genere amplificationis exarſimus. in Or. 55. Ipſi enim ſponte veſtra exarſiſtis ad libertatis recuperandę cupiditatem 11. Phil. 290. Contra quorum diſciplinam, ingenium eius exarſerat. 5. Tuſc. 121. Propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum, tempus illud exarſerat. pro Rab. Poſth. 9. Niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit. Lęl. 65. Quod earum pars appulſu ſolis exarſerit. de Nat. d. 1. 19. Nunc vero ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ, vereor ne exarſerint. Att. 2. 36. 2.

Exardeſco.

Ex quo eorum exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia. de Amic. 83. Exardeſcit ira, libido concitatur. Tuſcul. 2. 50. Admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. Læl. 59. Iracundia exardeſcere. Lentul. 1. 9. 77. Vt enim nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni, ignem concipere poſſit: ſic nulla mens eſt tam ad comprehendendam vim oratoris parata, &c. 2. de Or. 103.

Exareo, & Exareſco.

Sic omnis fructus repreſſus, exuſtuſque flos ſiti veteris vbertatis exaruit. de Cl. or. 8. Huic erat illa opinio quotidie recēs: quę tum denique non appellabatur recens, cum vetuſtate exaruit. 3. Tuſc. 64. Itaque exaruerunt, uix iam vt appareant. de Cl. Or. 41. Exaruerunt omnes. in Piſ. 64. 1. de Diu. 70. Aliquando Reip. rationes, quæ malitia nocentiū exaruerunt, virtute optimatum reuireſcūt. ad Her. 24. Deinde ipſa illa, ſiqua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Pæto, lib. 9. 44. Atque hęc ita multis cum lachrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miſeria non exaruiſſe. Att. 10. 205. 8. Vides enim exaruiſſe iam veterem vrbanitatem. Curioni, li. 7. 54.

Exaro.

Quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, vt pop. Rom. totique Italiæ ſuppeditare poſſent. 7. Ver. 78. Soſtratus & Numenius, &c. cum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant, &c. 5. Verr. 46. Nonne plus lucri nomino eripitur, quā quantum frumenti omnino exararant, &c. 5. Verr. 73. & 4. 36. & 5. 46. Hę literę, Indices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. 5. Verr. 36.

Exaro, *per translationem.*

Exaraui ad te harum exemplum in codicillis. 9. fam. 60. Ante lucem cum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucem dedi. Att. lib. 13. 30. ad Cornificium, lib. 12. 20. 3. Hæc, cum eſſem in Senatu, exaraui. ep. 196. Vndecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaraui, egrediens e uilla ante lucem. Att. 12. 1. Itaque ſtatim nouum præmium exaraui. Att. 2. 55.

Exaratus.

Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe, deū dicam, an hominem? 2. de Diu. 39. & 121. de Tagete loquitur. Cū multa in eo loco ſepulchra fuiſſent, exarata ſunt. 2. de L. 54.

Exaturo.

Cum eius cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos, animumque exaturare vellent: poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt. 7. Verr. 53. Hæc habui quę edi, quęque exaturata libido hauſit. 5. Tuſ. 143. de Sardanapalo.

Exaudio.

Quę exaudio, diſſimulare non poſſum. 4. in Cat. 86. Sed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos. in Or. 109. Multa exaudiunt in eo genere exercitati. Aca. 6. Vt idem omnes exaudiant, uoce clariſſima dicam. pro Syl. 25. Exaudire aliquid. 11. Phil. 303. & 316. Hinnitum equi exaudire. 1. de Diu. 126. Maxima uoce, ut omnes exaudire poſſint, dico. pro Syl. 173. Voces aliquorum exaudire. 1. in Cat. 16. Dic, oro te, clarius: uix enim mihi exaudiſſe uideor. 4. Att. 26. Exaudiſſe uideor neſcio quid in ſtrepitu. 13. Att. 61.

Exauditus.

Nū qui clamor exauditus ſit? ad Her. 7. Crepitus exauditus, ad Herennium, l. 2. 38. Vox naturæ exaudita. 1. de Fin. 108. Clamores exauditi. Attic. 1. 9. 6. Exauditos putem ſonitus noſtros vſque iſtuc. 1. Att. 31.

Excæco.

Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus, ſi, &c. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 67.

Excandeſco.

Id poſtquam reſciit, excanduit, & me cauſam inimicitiarū quærere clamitauit. Cælius Cic. 8. 37. Hæc nullam habent uim, niſi ira excanduit fortitudo. 4. Tuſc. 33.

Excandeſcentia.

Excandeſcentia, eſt ira naſcens, & modo exiſtens, quæ θύμωσις Græce dicitur. Tuſc. 4. 16. Libidini ira, excandeſcentia, odiū, inimicitiæ, diſcordia, &c. 4. Tuſc. 16.

Excarnifico.

Anaxarchum Democritum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. 3. de Nat. d. 61.

Excauo.

Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, &c. 6. Verr. 54.

Excedo.

Finibus prouinciæ meæ nūquā exceſsi. ep. 165. Abiit, exceſſit, euaſit, erupit: &c. 2. in Cat. 25. Quid, cū cupiditatis dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus ex cōſciētia peccatorū, ti mor? in Parad. 51. Annos quinq. & xxx. natus, exceſſit e uita. de Cl. 39. Pridie quam exceſſit e uita. Lęl. 11. Tuſc. 1. 18. & 47. Off. 1. 113. de Fin. 3. 48. Vt primū ex pueris exceſſit Archias, atque, &c. pro Arch. 2. Vos fortaſſe ſapientius exceſſiſtis vrbe, quā liberaueritis. ad Att. 281. ad Brut. 15. 6. Sed ad eos, ſi placet, qui uita exceſſerunt, reuertamur. de Cl. Or. 142. 9. Phil. 258. Tuſc. 1. 25. Eius. n. partis erat exēplar Salluſtius, quo tū in imam voraginē cœtus olim uitiorū exceſſerat. in Salluſt. 11. Niſi prius ſibi reſpondiſſet, quā ex illa circunſcriptione excederet. in Ant. 218. Turpe mihi ipſi uidebatur, in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus excederet. 1. Phil. 6. Sic in omni mundo partes omnes collocatę ſunt, ut nulla pars huiuſce generis excederet extra de Vniu. 19. Quo quidem tēpore cū is exceſſiſſet, qui cædi & flāmæ uobis authoribus reſtiterat, &c. poſt red. in Senat. 5. Cū animus Eudemi ex corpore exceſſerit. de Diu. lib. 1. 58. Si te forte hoc delectat, poſſe animos, cū e corporibus exceſſerint, in cælū, quaſi in domicilium ſuum peruenire. 1. Tuſc. 21. de Amic. 12. Excedere ex ephebis. 2. de Or. 177.

Exceſſus.

In his & exceſſum e uita, & in uita manſionem, &c. 3. de Fin. 91. Certe non longe a tuis ędibus inābulans poſt exceſſum ſuum Romulus, Proculo Iulio dixerit, ſe deū eſſe. 1. de Leg. 2. Neque exceſſu uitę ſic deleri hominem. 1. Tuſc. 23.

Excello.

In iocis, longe aliis mea ſentētia excellis. de or. 228. Zeuxis longe cæteris pictoribus excellebat. de Inu. 61. Quidquid excellit, iuſtā habet uenerationē. de Nat. d. 1. 34. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur. Telmeſſus in Caria eſt, in qua urbe excellit Aruſpicum diſciplina. 1. de Diu. 150. Qui in aliqua arte aut facultate excellit. de Or. 103. Vt. n. quiſque ſibi plurimū confidit, &c. ita in amicitiis expetendis colendiſq. maxime excellit. de Amic. 29. Igitur oraculū illud nunc minore gloria eſt, quia minus oraculorum ueritas excellit. 1. de Diu. 69. De oraculo Delphico. Attici in eo genere prętet cęteros excellunt. 2. de Or. 120. Non. n. dubito, quin, cum hæc, quæ excellunt, me noſſe uideas, non exiſtimes, mediā illam partē & turbam flagitiorum tuorum mihi eſſe inauditā. in Piſ. 74. Qui excellunt ſingulis uitiis, aut pluribus. 1. de Leg. 39. Prę ſertim cum & ipſe in eo excellas. 1. Aca. 6. 1. de or. 109. de Cl. or. 113. Non. n. tu poſſis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſsimos perducere. de Amic. 63. Eſt. n. in uirtute multis aſcēſus, uti is gloria maxime excellat, qui uirtute plurimum præſtet. pro Planc. 49. Sed ab ea una uirtute quę cæteris excellat, omnes nominatæ ſunt. Tuſ. 174. Si quærimus quod unū excellat, ex omnibus docto oratori palma danda eſt Or. 156. In oratoribus uero Gręcis quidē, admirabile eſt quātū inter omnes unus excellat. in or. 4. Quidquid eiuſmodi eſt, in quo non poſſunt plures excellere, in eo fit plerunque tanta contentio, ut difficillimum ſit ſanctam ſeruare ſocietatem. Off. 1. 39. Longe aliis excellere in aliqua re. 2. de or. 119. Aliquem pluribus rebus excellere. de Cl. or. 41. Excellere animo. 4. de Fi. 47. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius, &c. pro l. Man. 27. Excellere conſilio. Att. 1. 12. 8. Excellere dicendo. de Petit. Conful. 36. In aliquo genere uirtutis Brut. 1 1. x 1. 7. In ſcientia, pulchrū. 1. off. 18. ingenio, ſcientiaq. Aca. q. ed. 1. l. 2. 4. ingenio, uirtute. Tuſ. 1. 29. inter aliquos. de Inu. 42. magnitudine animi. off. 1. 89 ſapientia. Tuſc. quæſt. 4. 21 Vt inter quos poſſet excellere, cum iis ſe pateretur æquari. 1. de Inu. 5. in or. 4.

Excellens.

Ars & uenuſtas excellens. pro Arch. 13. Vt igitur in formis & figuris eſt aliquid perfectum, & excellens, cuius ad excogitatã ſpeciem, &c. in or. 5. Excellens amicitiæ gloria. de Am. 5. Excellens in aliqua arte. de Cl. or. 189. Muliebris formæ pulchritudo excellens. 2. de Inu. 112. Excellens & ſingularis ſcientia. Sulp. 4. 3. 14. Excellens omnibus uir. 3. de Fin. 13. Vir excellens omni genere laudis. 1. Acad. 9. M. Petrei excellẽs in amore Reip. uirtus. p Sext. Roſc. 5. Excellens in omni genere uirtus. Tuſ. 148. inter tos æquales unus excellens Galba fuit. de Cl. or. 187. Pie, ſancteque colimus naturam excellentem atque præſtantem. 1. de Nat. d. 77. Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eũ liberalitate deuinctum. ad Lentulum. lib. 1. 7. 9. Virum excellentem pręclare tum illi homines florem populi eſſe dixerunt. de Cl. or. 169. Animo & uirtute excellenti homo. pro Arch. 11. Excellenti gratia homines ad conficiẽdas centurias. de Petit. Conſul. Dii immortales rerum omnium prœſtantia excellentes. 2. de Diu. 193. Nam nec iſtos excellentes uiros, nec multos alios præſtantes ciues Reſ. perdidiſſet. de Cl. or. 244. Ingeniis excellentibus præditi homines ſpe gloriæ excitantur. 2. de Fin. 122. Atq. haud ſcio an pietate aduerſus deos ſublata, fides etiam & ſocietas generis humani, & una excellentiſſima uirtus iuſtitia tollatur. 1. de Nat. d. 7.

Excellentia.

Nobis autem perſonam impoſuit natura, magna cum excellẽtia, prœſtantiaque animantium reliquorum. 1. off. 137. Excellentia & magnitudo animi. 1. off. 25. 4. de Fin. 47. Hominis excellentiæ conſentaneũ. 1. off. 135. Sæpe enim excellentię quædam ſũt, qualis erat Scipionis in noſtro (ut ita dicam) grege. off. 19.

Excellenter.

Quę magno aĩo, & fortiter, excellenterque geſta ſũt. 1. off. 89.

Excelſus.

Amplus & excelſus animus. 1. de Inu. 120. Ad omnes uirtutes magnus & excelſus homo. pro Mur. 55. Grandis & quodammodo excelſus orator. in or. 64. Excelſa humanitas. 3. Att. 34. Ii, quos nihil excelſum magnificumque delectat. de opt. gen. or. 247. Animi excelſi atque inuicti magnitudo ac robur. off. 4. In excelſum collocare ſimulachrum aliquod. 3. in Cat. 64. Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. in Verr. 217. Te natura excelſum quendam uidelicet, & altum, & humana deſpicientem genuit. 2. Tuſc. 8. Excelſo eſſe animo. 12. fam. 55. Oſtẽdebat autem Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum, illuſtri & claro quodam loco. in Somn. Scip. 5. omnino illud honeſtũ, quod ex animo excelſo magnificoque quęrimus, animus efficitur, in corporis uiribus. 1. off. 211. Statua quæ ad opis per te poſita in excelſo eſt. 6. Att. 15. Atqui excelſo loco ſuperiorẽ ſe fore putabat Milo. pro Mil. 111. excelſo & illuſtri loco ſita eſt laus tua. 2. fam. 6. Hæc erat poſita Segeſtæ ſane excelſa in baſi. 6. Ver. 66. Septa marmorea facturi ſumus, eaque cingemus excelſa porticu. Att. 4. 86. 6. Excelſi colles. in Arat. Ibes ſunt aues excelſæ, cruribus rigidæ. 1. de Nat. de. 72. Parem, aut excelſiorem fuiſſe. ad Heren. 18.

Excelſe.

Omnia profecto, cum ſe a cœleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius, magnificentiuſque & dicet & ſentiet. in in or. 65.

Excelſitas.

Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo, quam uoluptas. 3. off. 19.

Exceptio, Exceptus *Vide excipio.*

Excerpo.

Omnibus in unum coactis ſcriptoribus, quod quiſque commodiſſime præcipere uidebatur, excerpſimus, & ex uariis ingeniis excellẽtiſſima quæque libauimus. 1. de Inu. 124. De aliquo numero aliquid excerpere. 2. de or. 26. Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolum ex malis eligere minima oportere, ſed ẽt excerpere ex his ipſis ſiquid ineſſet boni, &c. 3. off. 4.

Excetra.

Hæc dextra Lernã terrã mactata excetra Placauit. 2. Tuſ. 37.

Excido.

Ex utero elapſũ excidit animal. 2. de N. d. 192. Excidit de manibus gladius. in Piſ. 5. Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de or. 85. Quoties iã tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties uero excidit caſu aliquo, & elapſa eſt? in Cat. 11. pro D. ſua. 80. Quæ pueris nobis ex commentariolis noſtris inchoata atque rudia exciderunt. 1. de or. 3. Excident gladii, fluent arma de manibus. 12. Phil. 324. Neque enim uerendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. de Am. 52. E mundo excidere ſol uidetur. Attic. 9. 181. 6. Capras autem in Creta feras, cum eſſent confixæ uenenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamus, uocaretur, quam cũ guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore. 2. de N. d. 189. Ex iſto ore religionis uerbum excidere aut elabi poteſt? pro D. ſua. 234. Confeſſi ſunt ſe accepiſſe literas, ſed excidiſſe in uia. ad Atticum. 23.

Excido, *pro obliuiſcor alicuius rei.*

Iſti color immutatus eſt: uultus, oratio, mens denique excidit. 3. Verr. 99. Quod uerbum tibi nõ excidit fortuitu. 10. Phil. 272. Verbum ecquod unquam ex ore huius excidit unde quiſquam poſſit offendi? pro Syl. 54. Excidit e manibus uictoria. ad Brut. 10. 3. Sed ea iam mihi exciderunt. Att. 137. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi iſta exciderant. 2. de Leg. 74. Quæ cogitatio, cũ mihi non omnino excidiſſet, &c. ui tamẽ, &c. Luceio, lib. 5. 13. 3. Vt illa ad alios dicta & pręcepta excidãt. 3. Tuſc. 121. Sed plane te intelligere nolui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam literis ſcripſiſſes. Att. 86.

Excido.

Domus inimicorum ſuorum oppugnauit, excidit, incendit. pro Sextio. 82. Lucum excidere. Treb. 7. 21. 3. Malum excidere. ad Brut. 16. 14. Ex animo triſtiſſimum tẽpus excidere. de Prouĩ. Cõſ. 36. Hoc eſt, memoria euellere. Vrbes excidere, p D. ſua. 48. Eadẽq. rõne nec lapides ex terra exciderentur ad uſum uitæ neceſſarii, &c. ſine hominum labore & manu. 2. off. 17. Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua uel euulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. 3. de or. 3. Mali excidẽdi cauſa. ad Brut. 4. 4. Africanus in excidẽda Numantia Reipublicæ profuit. off. 15.

Excîſus.

Exciſa eſt arbor, non euolſa. 15. Att. 9 5. Verr. 98. Exciſa & euerſa vrbs. pro Sex. 28. 1. Off. 208. 4. Phil. 161. Opus ingens multorum operum penitus exciſum. in Verr. 246.

Exciſio.

Exciſio tectorum. pro D. ſua, 113.

Excindo.

Curiam inflammari, excindi, funeſtari. pro Mil. 119. Vrbem unam mihi amiciſſimam declinaui, quæ ſe vel potius excindi, quam e ſuo cõplexu, vt eriperer, facile pateretur. pro Planc. 79.

Excindens.

Belliq. maximũ cõficies, Numãtiã excindens. Somn. Scip. 6.

Excio.

Idcircone ſtga ſumpſimus? arma cepimus? inuentutem omnẽ ex tota Italia exciuimus? 12. Phil. 329.

Excito.

Quę in multitudine habetur oratio, ea ſępe vniuerſam excitat gloriam. Off. 43. Ars in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus? 3. Philip. 138. Nunc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? pro Mil. 13. Vapores e agris tepefactis, & ex aquis excitat ſol. 2. de Nat. d. 176. Senatum ad priſtinam ſuam ſeueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. 1. Att. 41. Promiſſis eum ſuis excitauit abiectum, & ſimul ſaluti deſperare uetuit. pro Clu. 53. Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ conſtantiæque meæ, quę ad hanc experientiam excitauit. ep. 154. cum valde tuę literę excitarunt. Att. 96. Sed de Parthorũ tranſitu, rumores varios ſermones excitarunt. Cælius ad Cic. 8. 10. 4. excutient tibi iſtam verborum iactationẽ, & te ex ſomno ſæpe excitabunt. pro Syl. 18. Excita, compella, loquere. 13. Att. 30. excita ex ſomno tuas literas. ep. 262. Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoq. ad memoriam rerum noſtrarum excitarem. Top. 221. excitarem te illinc. 2. Att. 4. Sapientia ardentes amores & excitaret ſui, ſi videretur. 2. de Fin. 44. 1. Off. 24. Facies honeſti, quæ ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſui. Off. 4. Quæ ſcripſit grauis ille Poeta, ut noſtros liberos ad laborem & laudem excitaret. pro Planc. 49. Quæſo, inquit, ne me e ſomno excitetis. Som. Scip. 8. excitaſſe ad experientiam. Plancus ad Cic. 10. 18. 10. ad ſpem. pro Planc. 45. Summã hominum admirationem e. de Cl. Or. 183. afflictum. 1. fam. 40. A mortuis dicendo aliquem. e. 1. de Or. 157. excitare, & in ſpem cogitationemque meliorem animum amici iacentem inducere. de Amicit. 52. de Cl. Or. 7. excitare & inflammare animos imperitorum. de haruſp. 37. Genus belli eſt eiuſmodi, quod maxime veſtros animos excitare atque inflammare debet. pro l. Man. 5. Bellum ciuile tantum & tam luctuoſum excitare. pro Mar. 10. excitare clamorem vulgi & imperitorum. 5. de Fin. 112. ep. 140. in Or. 124. Cunctantem & diffidentem auctoritate ſua excitare. Torquato, lib. 6. 13. excitare fletum alicui. pro Sextio, 105. Excitare

citare fluctus in ſimbulo.3.de L. 31. Memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitare.pro Seſtio,8. excitare alicuius memoriam charam alicui.Orat.200. Ab inferis mortuos excitare. in Orat. 47. in Topic. 22. 7. Verrin. 101. 2.in Catil.40. Motus in animis hominum dicendo excitare uel ſedare.1. de Orat.102. Ad decus populum languentem labentemque excitare. 1.de Or. 201. Excitare omnes rationes fortitudinis ac patientiæ. de Fin. 4.26.Excitare reum conſularem,& cicatrices aduerſas ſenis iudicibus oſtendere.de Or.129. & 126. Excitare ſe ad omnes partes bene audiendi. 1.ad Q.fr.2.Sepulchrum e lapide excitare.2. de Leg. 105. Hoc igitur cognito , dicendum eſt quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atq. excitare poſſimus.2.Off.28.Suſpicionem aliquam literis & nuntiis excitare.pro Seſt.33.Ab inferis locupletiſſimos teſtes excitare.de Cl. 195.Teſtes ex annalium monumentis excitare.2.de Fin.56.Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis meæ. pro Rab. P.130.Atque hæc non eo dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitaſſe,ſed potius ut currentem incitaſſe videatur . Q.fr. 1.1.66.7.Verr.73.Excitantur ſpe gloriæ, quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem.5.de Fin.63.Hoc. eſt,animantur & commouentur.Nam vt tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commouentur,ſæpe improuiſo, nulla ex certa ratione , obſcura aliqua ex cauſa excitantur,ſic,&c. pro Mur. 35. Alacritate & quaſi lætitia ad canendum galli victores excitantur.2.de Diu.84.Principiis autem a natura datis , amplitudines quædam bonorum excitabunt.4.de Fi.29.Reliquit eiuſmodi viſa, quibus ad actionem excitemur.4.Acad.187. Tum uidi,ac multo ante proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ.de haruſp.reſp.3.Nec vides iſtorum ipſorum charitate, ad huius ſalutem defendendam maxime ſtimulari me atque excitari.pro Plancin.56.Neceſſe eſt,&c. perterritum de ſomno excitari,furere etiam ſæpe vigilantem.2.Phil.78.Nec e lapide excitari plus,nec imponi,quam quod capiat laudem mortui inciſam. de Leg.183.Ita vero C.Marius excitandus erit ab inferis , qui, &c.pro Font.281. Appetitus omnes contrahendi ſedandiq. ſunt, excitandaque animaduerſio,&c.1.Off. 144. Illuſtranda & excitanda philoſophia.1. Tuſc. 9. In excitando autem & in acuendo plurimum valet,ſi laudes eum quem cohortere.15. fam. 53.Omnia dicendo excitanda ſunt,nihil adiuuante natura.de or.125. In eorum qui audiunt mentibus ſedandis aut excitandis.de Or. 86. Sunt igitur inſidiæ,tendere plagas,etiam ſi excitaturus non ſis,nec agitaturus?3.Off.83.

Excitans.

Idem inquam ego recreaui afflictos animos bonorum,vnumquenque confirmans,excitans. Att. 1.it.13.

Excitatus.

Excitatur ad cauſam.pro Seſt. 76. Magnus clamor concionis excitatus eſt.Or.218.Excitatus humo.2.de Nat. d. 210.Tantus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus.pro Seſtio,25.& 1.nf. 137.Acutus & excitatus ſonus.in Somn.Scip.17.Erectior Senatus erat, non ſententiis ſolum noſtris,ſed etiam cohortationibus excitatus.Brut.2.Excitatus pietate ad accuſandū.pro Clu 137. Tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum eſt.Off.49.Ciuitas ad arma repente eſt excitata.Diu.1.51. Siquod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum , id ſe non aqua , ſed ruina reſtincturum . pro Mur. 49. Vt exiſtimares aut me tam improuidum , qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem deſciſcerem,&c.Cæl.lib. 2. 29. Sunt ea quidem magna , ſed magnis excitata ſunt præmiis ad memoriam hominum ſempiternā.pro Rab.P.129.in Top.4.Excitatos ex ea media Academia miſi.9.fam.14.His locis in cognitione defixis,& in omni re ad dicendum poſita excitatis.Or.124.

Excipio.

Omnes idem ſentiunt:cum omnes dico, eos excipio, qui,&c. lib.A.215.Hoſce ego homines excipio, & ſecerno libenter.4.in Cat.87.Qui negat quidquam eſſe quod percipiatur,is nihil excipit.Aca. 8. Linguā ad radices eius hærens excipit ſtomachus. de Nat.d.53.Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos,& præteruolat numerus.Or.216. Excipiunt iracundiā in tuis laudibus.1.ad Q.fr.1.8. Non enim vt tum me a Rep. mœſtum domus excipiebat,quæ leuaret: ſic nunc domo mœrens ad Remp.confugere poſſum,vt in eius bonis acquieſcam.ep.51.Ex vſu dicunt & ex Repub.quod in altero vocalis excipiebat. in altero erat aſperitas.de Or.212.Excepi de antiquis, præter Xenophontem, neminem.1.de Diu.145. Cum in me illa flamma illorum temporum coniiciebatur,excepi, & pro patria ſolus exarſi, de haruſp.42.Excepi tua cohortatione,& mea affirmatione tibi recepi.10.fa.13.in ep.Planc. Omnem vim improborum excipi meo corpore.pro D.ſua, 125. Interim me Quæſtorem Siciliēſis excepit annus.de Cl.Or.194. Bruſus legiones cōſcripſit nouas, excepit veteres.I.A.136.Democritus ita eſt auſus ordiri,hæc loquor de vniuerſis, nihil excepit de quo non profiteretur . quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa?4. Acad.130. Ille onera multorum huius amicorum excepit vnus. pro Rab. Poſth. 25. Patria eſt illa,quæ nos genuit,& illa quæ excepit.de Leg.170.Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit , diffidentemque rebus ſuis cōfirmauit,&c.pro lege Man.15.Roſcius ſua omnia tibi conceſſit, ex omnibus rebus ſeipſum nudum , neque præterea quidquam,excepit.pro Sex.Roſc.42.Miſſum ab Antonio ad me cum literis exceperam. Plancus Cic.10. 23.12.Id vero per te exceperamus negotiatori,&c. Att. 6.111.12.Omnino excipiam hominem. Att. 10. 202. 3. Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni conſequentes.Cato 17. Nam ſi ſolos eos diceres miſeros quibus moriendum eſſet : neminem tu quidem eorum qui viuerent,exciperes.1.Tuſ.15.Naturale quod animus arriperet aut exciperet extrinſecus ex diuinitate, unde, &c. 2. de Diu.39.Nominatimque lex exciperet,ut ad templum, monumentumque noſtrum capere liceret.ad Q. fr.1, 1.39. Edixit ita ut me exciperet,& illum nominatim.11.Att.14.At eo tempore ipſo miſit qui rumores Africanos exciperent , & celeriter ad ſe deferrent.pro Deiot.17.Grauem figuram exceptat attenuata.ad Her.27.Timen ne illum aliquorum furor excipiat.Brut.91.Cū rei expoſitio magnam excipiat offenſionem.de Inu.49.Aut hoc contendat nunquam eſſe factum, aut omnia tela excipiat neceſſe eſt.4. Verr. 128. Iſti bonorum emptores arbitrantur nos hic tales uiros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint.pro S.R.44.omnes ita de tua uirtute, integritate,humanitate commemorant,ut in tuis ſummis laudibus excipiant unā iracundiam. Q.fr.1.1. 55.Nullum meum minimum dictum,nō modo factum pro Cæſare interceſſit , quod ille non illuſtri gratia exceperit. Lentul.1.9.89.o terram illam beatam,quæ hunc uirum exceperit,pro Mil. 122. Excipere aliquem cum literis . ep. 157.Sine nomine,& nominatim aliquem.Att.11.215.3.contraria.aliquid memoria dignum Ex ſermone alicuius.1.de or.48. Ex alterius oratione aliud atque ille uult. de or. 134. dolorem. Tuſ.2.11.dolores pro patria.de Fin. 3.35.Quamuis excipere fortunam,ſubire uim atque iniuriam.de Prouinc.77.Fugientes.3. in Cat.53.Impetum alicuius.pro D.ſua,60.actionis iniquitatē. Part.54.Labentem,fulcire,& ſuſtinere.pro Rab.Poſth.27.Labores magnos de Cl.or. 231. Omnes labores te excipere uideo:timeo ut ſuſtineas. Terentiæ,lib.14.6.Excipere occupationes.7. fam.57.grauiſſimas plagas.Tuſc. 2. 41. Sanguinē patera de Cl. or.21. ſemen ſparſum dicitur terra . Cat. 47. Quæ matres nihil aliud orabant,niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret.7.Verr.92.Et rurſum, cum omnia tela undique eſſe intēta in patriam uiderem, ſubire coegit,atque excipere unum pro uniuerſis.de Prouinc.Conſul.18,& 34.Excipere uerba alicuius mandareque literis Diu.2.39.Aduerſarium attente audire, atque eius non ſolum ſententias, ſed etiam uerba omnia Excipere.2.de or.81.Vim frigorū, hyememq. excipere.pro Rab. Poſth. 26.Fortiter excipere uulnera. Tuſc.2.55.& 5.58. Craſſus poſteaquam uidit illum excepiſſe laudem,ſurrexit,&c.Att.1. 19.Vitam & uirtutem Herculis corpore eius ambuſto immortalitas excepiſſe dicitur.pro Seſt.126. Excipitur ab hominibus eiuſmodi clamore,ut ei Lampſaceni periculi ſimilitudo uerſaretur ante oculos.7.Verr.74.Nihil eſt autem tam uolucre, quam maledictum:nihil facilius emittitur,nihil citius excipitur , nihil latius diſſipatur.pro Planc.47. Admoniti ſumus ut caueremus ne exciperemur a Cæſare,quod is in eadem loca,&c.8.Att.35.poterat enim ſine nomine res excipi. Att. 174. Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis , aut caueri , aut excipi poſſit.pro Cæc, 300.Hic facit ut mihi excipiendus ſit , cū teruncium nego ſumptum factum.Att.81.Subeunda pro patria pericula, uulnera excipienda.pro Seſt.17.Quos dolores , quas moleſtias excepturi ſint.de Fin.1.26.Eumque , niſi in nauim ſe contulerit , exceptū iri puto.7.Att.62.id eſt,interceptum iri vel interclusum.

Excipiens.

Nihil eſt quod diuturnitas temporum , excipiente memoria,prodendiſque monumentis, efficere atque aſſequi poſſit.de Diuinat. 98.

Exceptus.

It,hac regia cauſa excepta, cæteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit.Lent.lib.1.1.6. Vbi eſt igitur exceptū fœdere Gaditano , nequem Populus Rom. Gaditanum recipiat ciuitate?pro Cornem.25. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum eſt de quibus cauſis aut magiſtratum capere non

liceat

liceat,aut iudicem legi,&c.pro Clu.95.Excepta dicuntur, quæ
in fœderibus & in legibus cauta ſunt nominatim.Deniq. ei,qui
profitetur,&c.nullum poteſt eſſe genus orationis,quod ſit exce
ptum.de Or.114. Niſi ſi quid ex prętereunte viatore exceptum
eſt,nihil ſcire poſſumus. Att. 29.Sane ſum commotus : quod ſi
ita eſſet,non modo iter meum interclu ſum,ſed me ipſum plane
exceptum putabam.Att.8.34. Duos conſules improbos nũquã,
excepto illo Cæſonio,tempore fuiſſe.Poſtquam. 205.Vos autẽ
hortor,vt ita virtutẽ locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt,
vt ea excepta , nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis.de Amic.
86.Excepto in hac lege ſacrificio ſolenni ac publico. 2.de L.35.
Mihi ſolitudo iucundior eſt,quam ſermones eorum qui frequẽ
tant domum meam,excepto vno,aut ſummum altero.5.fam.62.
Excepti altera patria , in altera nati ſumus.2.de Leg.4.Claſſis
diſſipata eſt,onerariæ oẽs ad vnã a nobis ſunt exceptę . ep.190.
Omnes,exceptis Craſſe vobis duobus.de Or.88.

Exceptio :

Quod ſi exceptio facit ne liceat,ibi ineſſe eſt licere. p Corn.
61.Exceptio in interdicto.7.fam.26.Vt illi,vnde peteretur,ue-
tus atq. vſitata exceptio daretur , cuius pecunię dies fuiſſet.de
Or.98.Si Iudices , id quod Epaminondas ait legis ſcriptorem
ſenſiſſe, adſcribat ad legem , & addat exceptionem hanc,&c.1.
de Inu.72. Et tamen quid attinet luxurioſis vllam exceptionẽ
dari,&c.2.de Finib.37.1.de Or.82. De Bibuli edicto nihil noui
præter illam exceptionem,&c. Att.6.111.25. Agit is,cui manus
præciſa eſt,iniuriarũ:poſtulat is, qui cum agitur , a Prætore ex
ceptionem,extra quam in reum capitis præiudicium fiat. 2. de
Inu.164. Homines vt cibo vtantur non neceſſe eſt, niſi cum illa
exceptione extra quam ſi nolint fame perire. de Inu. 83.Cũ ex-
ceptione laudari.1.ad Quint.fr.28. Vt petitor rurſus cum pete-
ret,ne exceptione excluderetur.de Or.98. Prætor interdixit ſi-
ne vlla exceptione,tantum vt vnde deiecißet , reſtitueret . pro
Cæc.289.Tametſi recte ſine exceptione dixeram . in Verr.252.
Sine ulla exceptione communitas.de Amic.54. Quotieſcumq.
filium tuum video,polliceor ei ſtudium quidem meum , & ope
rani ſine vlla exceptione aut laboris,aut occupationis , aut tem
poris:gratiam autem & auctoritatem cum hac exceptione , quã
tum valeam,quantumque poſſim.6.fam.15.Numquam ego cui
quam tã pręciſe negaui, quã hic mihi plane ſine vlla exceptio-
ne præcidit.de Or. 121. Optimæ leges hac lege ſine vlla exce-
ptione tollentur . con. Rull. 70. Sunt in tota lege exceptiones
duæ,excipit enim,&c.con.Rull. 62.Exceptiones in iure poſtula
ri.2.de Inu. 163. Exceptiones prætoriæ in priuata actione fiũt.
1.ad Her.23. Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excludun
tnr actiones.2.de Inu. 162.

Exceptans .

Et uideat aliquem ſummis populi beneficiis vſum , barbatu-
los mululos exceptantem de piſcina.in Parad.48.

Excito, *Vide Excio* .

Exclamo.

Exclamant,quaſi mente incitati.Acad.q.ed.1.lib.2.15.Hic cũ
exclamaſſet Lælius,&c.de Som.127. Non enim poſſum quin ex
clamem,ut ait ille in Trinũmo. 2.de Or.22.4.Acad.29.Aliquẽ
nominatim exclamare.2. Phil. 49. Itaq. mihi licet exclamare,
vt Statius in Synephebis,pro deum,&c.de N.d.4. Qui volũt ex
clamare maius toto corpore , atq. omnibus vngulis, ut dicitur,
contentioni vocis aſſeruiunt.2. Tuſc. 96.

Exclamatio.

Exclamatio eſt,quæ conficit ſignificationem doloris aut indi
gnationis alicuius,per hominis,aut vrbis , aut loci, aut rei ali-
cuius compellationem:hoc modo,Te nunc alloquor Africane,
cuius,&c.ad Her.4.166.Exclamatio,figura dicẽdi.3.de Or.115.
Acutas vocis exclamationes uitare debemus.ad Her.20.

Excludo.

Craſſus treis legatos decernit,nec excludit Pompeium.ep.2.
Gallinæ ex ouis pullos excludunt.de Or.150.2. de Nat.d.98.id
eſt,pariunt,emittunt.Sed partim odio inducti me excludunt,&
aperte vindicem coniurationis oderunt.5.fam.15. ideſt,recipe
re nolunt.Excluſit illum a Rep.diſtraxit, ſegregauit non ſolum
ſcelus illius,ſed etiam,ut mihi videtur , fortuna quædam Reip.
5.Phil.185. Quos,cum maxima bella inferrentur, mœnibus ex
cluſerunt.pro Corn.Balbo,31.Quod anno ante frater Metellus
& concors etiam tum Senatus Principi Cn.Pompeio,ſententiã
dicenti,excluſerat,acerrimeque vna voce ac mente reſtiterat.de
haruſp.reſp.41.Excludite eorum cupiditatem Iudices,veſtra ſa
pientia.pro Cæl.16.Ratio quæ vitia , culpamque excluderet.3.
de N.d.57.Excludere ab hæreditate.pro Clu. 23.aliquem a ne-
gotio.5.Ver.14.amicitias.de Amic. 49.conſuetudinem.5.Phil.
177.Exercitum e.7.Verr.68. Sed neſcio quomodo ipſæ illæ ex
cludere me a portu & perfugio videntur. Luceio,lib.5.15.6.Eo
tibi celerius agendum erat,vt te mecum coniungeres, priuſquã
Cæſar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere poſſet.
8.Att.45.in ep.Cn.Pompeii.Eiicere nos magnum fuit,exclude
re facile eſt.14.fam.7. a conſilio publico ſpem pacis.de Cl.Or.
184.auribus omnem ſuauitatẽ.pro Cæl. 32. ſuos ab vſu rei ſuæ
familiaris.Off. 1. 131. Qui honores Decemuiratus excluditur
nominatim.con. Rull.78. Amicitia plurimas res continet:quo
quo te verteris,præſto, eſt nullo loco excluditur . de Amic. 21.
Prętoriis exceptionibus multę excluduntur actiones.2.de Inu.
162.Anguſtiis temporis excluduntur omnes.3. Verr.105.Quæ
enim ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent,ea temporibus his
excluduntur.Att.9.172.4.Petitor rurſus cum peteret, ne exce-
ptione excluderetur quod ea res in iudicium antea non veniſ-
ſet.1.de Or.82.Ne partu eius ab hæreditate fraterna excludere
tur.pro Clu.24. Excludi breuitate temporis ab aliquid faciẽdo
Acad.q.edit.1.lib.2.50.Excludi ab omni doctrina , rerumq. ma
iorum ſcientia,&c.1.de Or.24.Excludi Cappadocia.Att.5.108.
3.Domo & cubiculo excludi.Quint.fr. 1.1.38. Præmiis & ho-
noribus excludi . pro Corn. Balbo , 17. Aliquem verbo exclu-
di . pro Cæc. 330.

Excludens.

Nec excludens ab eius uſu ſuos , potiuſque & amicis impar-
tientes & Reip.Quint. fr. 19.

Excluſus.

Excluſus ab Antiochia.12. fam. 28. in ep.Lentuli.ideſt,non
receptus.Excluſus criminatione.pro Syl.30.Vt homo Conſula
ris excluſus miſer puncto tẽporis ſpoliaretur beneficio & ęqui
tate legis tuæ.in Vatinium,21.4. Acad. 97. Cum vagus & exul
erraret, atque vndique excluſus Oppianicus , &c. pro Clu.138.
Dolabellam a Rhodiis excluſum.Brut. 91. Nullius inopiam ac
ſolitudinem domo tua & cubiculo eſſe excluſam.Quint.fr.194.
Pacis ſpem a publico cõſilio eſſe excluſam uidemus . de Cl.Or.
196.Excluſa ſpe pacis.6.ſam.54.Hi,poſtquam temporibus Po-
puli Romani excluſi,per Senatum agere quæ voluerant , nõ po
tuerunt.6.Verr.53.Ex ouis pulli orti,relinquunt matres, a qui-
bus excluſi fotique ſunt.2.de N.d. 93. Qui regionibus,excluſi,
intra præſidia aliena veniſſent.Att. 127. Aut temporibus exclu
ſi,aut voluntate ſua feriati.3.de Or. 33. Ab extremo complexu
liberum excluſæ matres.7.Verr.92.Itaque excluſis tuis vocibus
ad te milites miſi.2.Phil.81. In ſocios vero iniurioſum eſt,iis
præmiis excluſos eſſe eos,quæ patẽt ſtipẽdiariis. pro Corn.59.

Excogito.

In quo,tuo conſilio egeo,etſi nihil excogitas. Att.281.Exco-
gitauit aliquid,eadem dicit quæ Stoici.4.Acad.125.Ad hęc igi
tur cogita,mi Attice,vel potius excogita , quemuis euentũ for-
tius feram,quam hũc dolorem.Att.9.16.excogitare ingeniis ali
quid.2.de Leg.14.diligenter & caute.6. Verr. 129.2.de Fin.86.
Mira quædam genera furandi.4.Verr.93. Quæ tua ratio ſit,Ca
lene,non poſſum,in Ant.217.Vita qua nihil beatius excogitari
poteſt.de Nat.d.12.Quid enim mali aut ſceleri fingi,aut excogi
tari poteſt,quod non ille conceperit?2.in Cat.30.Motus animi
atque ingenii celer ad excogitandum.de Or.94.

Excogitatus .

Ratio excogitata Larini eſt:res tranſlata Romã. pro Clu.27.

Excogitatio.

Quid illa vis,quæ tandem eſt , quę inueſtigat occulta , quæ
inuentio atque excogitatio dicitur? Tuſc.1.50. Difficilis exco-
gitatio . 2. de Orat. 65.

Excolo .

Excolit doctrina vel vitioſiſſimam naturam . 1. ad Q.fr.5.pro
Archia,9.Excolere officium.1. Off.8. A propenſis in hanc partẽ
vehementer excolimur & amamur.ad Quint.fr.317.Nihil tam
horridum,tam incultum,quod non ſplendeſcat oratione,& tam
quam excolatur.in Parad.3.An victus hominum Athenienſium
beneficio excoli potuit,oratio nõ potuit?in Or.16.Demus ergo
nos huic philoſophiæ excolendos.Tuſ.4.69.

Excultus.

Animus excultus & acies curata.5.Tuſ.55.Humanus animus
ſi eſt excultus,fit perfecta mens.Tuſc.236. Excultus doctrina.1.
Tuſc.4.Caiuſque Tuditanus cum omni uita atque uictu excul-
tus atque expolitus,tum eius elegans eſt habitum etiam oratio
nis genus.de Cl. Or. 48. Quibus rebus exculta hominum vita
plurimum diſtat a victu beſtiarum.off.35. Exculti ex agreſti im
manique vita ad humanitatem,& mitigati ſumus.2. de Leg.36.

A quibus

A quibus mãſuefacti & exculti, a neceſſariis artibus ad elegãtiora deſfluximus. 1. Tuſ. 97. Ingenia diſciplinis exculta. in Or. 27.

Excors.

Aperte adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. de Amic. 82. Quæue aous tam excors inueniri poteſt, quæ extimeſcat? de Nat. d. 2. 4. Quis eſt enim tam excors, quem iſta moueant? Tuſc. 1. 9. Hoc eſt, ſtolidus. Tam autem eras excors, vt tota in oratione tecum pugnares. 2. Phil. 42. Neque tu eras tam excors, tamque demens, vt neſcires hunc Clodium eſſe qui contra leges faceret. pro D. ſua, 38. Hoc qui non videt, excors: qui cum videt, non decernit, impius. 5 Philip. 167. An quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde priuatus eſt? 1. de Diu. 116. Et quemquam putas fuiſſe tam excordem, qui viuis his, ſtante vrbe & curia, rediturum me, ſi viuerem, non putaret? pro Plancio, 58. 2. de Nat. deor. 7. Excordes, vecordes, concordes. Tuſc. 1. 16. excordes dicti, quaſi ſine corde, hoc eſt animo, quo ſapimus.

Ex crucio.

Excruciat animum libido. 1. de Fin. 40. Conficior enim mœrore mea Terentia: nec meæ miſeriæ magis excruciaot, quam tuæ veſtræque. Terentię, lib. 14. 3. 1. Omni ſupplicio necatum excruciauit pro L. Man. 6. Non loquor plura, ne te quoque excruciem. Att. 170. Excruciari conſcientia animi. de Fin. 2. 44. Excruciari timore pœnæ. de Fin. 2. 44.

E xcruciatus.

Socium atque amicum ſummo excruciatum ſemiuiuum reliquit. 3. Verr. 30.

Excubo.

Excubo animo, nec partem vllam capio quietis. Tuſc. 2 t 4. 9. Att. 47. Qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum poſſit accidere. Tuſc. 4. 29. In fano Paſiphaæ ſomniandi cauſa Lacedęmonii excubabant. 1. de Dio. 157. Quantum potero Quirites, excubabo, vigilaboque pro vobis. 6. Phil. 216. Ex quo intelligi poteſt, curam Reip. ſumme defendũdæ iampridem apud noa excubare. Planc. ad Senat. lib. 10. 17. In agro armatos excubarę. 1. de Diu. 183.

Excubiæ.

Si hęc arma, ſi Capitolinæ cohortes, ſi excubię, ſi vigiliæ, ſi delecta iuuentus, &c. pro Mil. 50. Excubiæ miſeræ, flebiles, vigiliæ, noctes acerbæ, cuſtodia infœlix. pro Planc. 81. Cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui. 7. Phil. 232. Excubias & cuſtodias polliceri. pro Mar. 9.

Excudo.

Librum tibi celeriter mittam de gloria. Excudam aliquid αἰρακλείδειον, quod lateat in theſauris tuis. Att. 15. 46.

Exculpo.

Tamen neſcio quid e quercu exculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri. Att. 13. 283. 6.

Excurro.

Ego, dum panes & cætera parantur, excurro in Pompeianum Att. 10. 206. 5. In cãpo excurrit virtus. pro Mur. 16. Habeor propinquam prouinciam, quo facile excurrunt. in Verr. 110. Euolant atque excurrunt foras animi. 1. de Diu. 185. Excurremus Legati ad Piſonem. Att. 1. 1. 6. Mandani vtrique, vt ante ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire poſſem. 3. ſam. 19. Excurrat aliquis qui hoc tantum domeſtici mali filio ſuo nunciet. 3. Ver. 46. Ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat lõgius, vt membris diſtinguatur. 3. de Or. 105. Hoc eſt, ne longis diuagationibus obruatur. Ad aliquem excurrere. Appio, lib. 3. 7. 9. Ex aliquo loco excurrere. 2. pro L. Agr. 86. Cupio excurrere in Græciã. Att. 231. Quid eſt cur claudicare aut inſiſtere orationem malint, quam cum ſententia pariter excurrere? in Or. 97. Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. de Cl. Or. 148.

Excurrens.

Summa excurrens D C C C X X. ad Att. 71. Mutila ſentit quædam, & quaſi decurtata: quibus tamquam debito fraudetur, offenditur. productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia: quæ magis etiam aſpernantur aures. in Or. 103. Excurrentia appellat verba, quæ vltra rhythmum legitimum adducuntur.

Excurſio.

Cum vna excurſio equitatus, perbreui tempore totius anni vectigal auferre poſſit. pro L. Man. 10. Sed hæc fuerit nobis tãquam leuis armaturæ prima orationis excurſio. Diu. 2. 20. Nec enim excuſione, nec ſaltu vteretur, ſed, &c. de Sen. 17. Heluetii ſine dubio ſunt in armis, excurſioneſque in prouinciam faciunt. Att. 1. 14. 2. Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrociniis. pro Deiot. 15. Infeſta excurſionibus Barbarorum via. de Prouin. Conſ. 3.

Excurſor.

Petit Næuius Turpio quidam illius excurſor & emiſſarius. 4. Verr. 14. Eſt igitur Quirites, Populo Romano, victori omnium gentium omne certamẽ cum excurſore, cum latrone cum Spatarco. 4. Philip. 162.

Excuſo.

Viris bonis me nimis excuſo. Att. 9. 185. 6. Quod te excuſas: ego vero & tuas cauſas noſco, &c. 11. Att. 15. Sed ipſum volumẽ, quod tibi miſi, facile, vt ego arbitror, me excuſat. ep. 111. Cum eum gregales requirerent, excuſauit Veſpa Terentius, quod eũ brachium fregiſſe diceret. de Or. 132. Atticæ meæ velim me ita excuſes, vt omnem culpam in te transferas. Att. 15. 330. 4. Vt excuſet morbi cauſa in dies ſingulos. 12. Att. 14. A quibus illuc eũtibus, mandem ut me excuſent? Att. 183. Planco Collegæ mandaſti, ut te mihi p literas excuſaret. Brut. l. 11. 15. 1. Propinquitatem excuſare. 8. Phil. 235. Excuſare ſe in aliquo. 2. ad Quint. fr. 4. Is cum morbo impediretur, ſtatuerat ſe excuſare. pro Ligario 140. Varroni memineris excuſare tarditatem literarum mearũ. Att. 249. Sunt item lecti iudices, qui fortaſſe excuſabuntur. in Ant. 192. Sed cura ut excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. Att. 12. 240. 2. Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, indies ut excuſer videbis. Att. 190. Excuſetur eſſe Areopagites. 5. Phil. 173. Quidam excuſari ſe arbitrantur, quia non ſine magna cauſa peccauerint. de Amic. 108. De me excuſando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. Att. 12. 241. 2.

Excuſans.

Cui tamen Lælius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed maiori filiæ detuliſſe. de Cl. Or. 52.

Excuſatus.

Me vehementer excuſatum volo. 3. Verr. 72. Martianus ad me ſcripſit, me excuſatum eſſe apud Apuleium a Torquato & Strabone. Att. 190.

Excuſatio.

Me neque honoris, neque ætatis excuſãtio vendicat a labore pro Syl. 172. & in Piſ. 87. Cum ad iudicii moram, familiaris funeris excuſatio quęreretur. pro Rab. 5. Deo ne excuſatio quidẽ eſt inſcientiæ. 3. de Nat. deor. 67. Quibus ſi nihil aliud reſponderem, &c. iuſta eſſet excuſatio. Or. 210. Nemini ciui ulla, quominus abeſſet, ſatis iuſta excuſatio viſa eſt. in Piſ. 87. Excuſatio legationis obeundę. 9. Phil. 261. Defendit aliquem neceſſitatis excuſatio. pro Rab. Poſt. 16. Nobis in ſcribendo atque in dicẽdo, neceſſitatis excuſatio non probatur. de Or. 219. Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Læl. 36. Quærenda eſt excuſatio ad Brutum. Att. 195. Sapiens & probabilis excuſatio. Att. 8. 16 n. 2. Turpis excuſatio eſt, & minime accipienda cum ceteris peccatis, ſi tum ſiquis contra Remp. ſe amici cauſa feciſſe fateatur. de Amit. 38. An poteſt vlla eſſe excuſatio Conſuli male ſentienti? in Piſ. 81. Moroſitas tamen & hęc vitia, quæ dixi, habent aliquid excuſationis, nõ illius quidẽ iuſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur. de Sen. 90. Vix mihi tenuis quædam uenia dabatur excuſationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi Quęſtor fuiſſet. de Or. 126. Morbi excuſationi pęna addita eſt. pro Mur. 130. Excuſationem anguſtiarum tui temporis accipio 16. fam. 29. ex ep. Cic. filii. Excuſationem tuam accipio, ſed accipio ex ea parte, quatenus, &c. 4. ſam. 10. Accipio excuſationem tuam de Sempronio. ep. 199. Cum Metellus excuſationem oculorum a me non acciperet. 2. de Or. 153. Accipere excuſationẽ, & accipere cauſam. 5. Philippic. 173. 12. ſam. 54. Afferre excuſationem ceſſationis. epiſt. 145. Sed vtriuſque rei excuſationem, tuæ vitæ conſuetudo dat. 6. ſam. 19. Nam Sappho, quę ſublata de Prytaneo eſt, dat tibi iuſtam excuſationem, prope ut concedendum atque ignoſcendum eſſe videatur. 6. Verr. 111. Excuſationem non habet ſtultitia. 1. de Or. 62. Sed ego Att... [illegible] non ignoſco qui habet excuſationem uel pietatis, vel ętatis, uel neceſſitatis. pro Cæl. Qui habent legitimam excuſationem, exilii cauſa ſolum vertiſſe. 5. Phil. 174. Nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modo probabilem, &c. 8. Att. 40. Ego autẽ præteriti temporis excuſationem affero. Plancus Cic. 10. 4. 1. Dubito, an excuſationem aliquam ad Silium pararem. 12. Att. 35. Probare excuſationem. in Orat. 135. Excuſationem hanc apud eum relicturus eram. 9. Att. 13. Conſenſio non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. de Am. 40. Cum excuſatione errare poſſem. 11. ſam. 49. in ep. Matii. Deprecari excuſatione ſummæ ſtultitiæ,

ſtultitiæ, ſommæ improbitatis odium. pro Cæc. 18. Defendere excuſatione adoleſcentiæ, vitia alicuius. pro Cælio, 34. Excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quam aſſiduitate literarum. 16. f. 34. ex ep. Ciceronis filii. Quibus in ſimili excuſatione non ſit ignotum. de Inu. 74, & 75. Stuporis excuſatione ſe defendere. de haruſp. reſp. 4. Excuſatione temporis vtitor, ſi, &c. 30. Att. 37. Vti excuſatione valetudinis. 1. P. 82. Vtendum etiã eſt excuſatione aduerſus eos, quos inuitus offendas, quacumq. poſſis, &c. 2. Off. 100. Iuſta & idonea vſus es excuſatione intermiſſionis literarum tuarum. 16. fam. 34. ex epiſt. Ciceronis filii. Illæ valent apud me excuſationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia noſtra. pro Syl. 35. Nullæ iſtę excuſationes ſunt, meus amicus eſt, &c. pro Mur. 195.

Excutio.

Nihil eſt Glaucia quod metuas; non excutio te; ſiquid forte ferri habuiſti, non ſcrutor. pro Roſc. Am. 59. Totum genus maledicti excuſſit calamitas. pro D. ſua. 59. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus. 12. Phil. Qui ſi attulerit nervos & induſtriam, mihi crede, excutient tibi iſtã verborum iactationẽ, & te ex ſomno ſæpe excit. bout. pro Syl. 17. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ ſit in ea ſpecie forma & notio boni viri. 3. Off. 107. Excutere aliquem. 1. ad Q. fr. 8. Imperatores excutere. 2. de L. Agr. 64. Delicias & ineptias alicuius excutere. pro Cæl. 56. Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus. 1. Tuſc. 181. & 4. 30. Excutere vnumquemque. ad Q. fr. 1. 16. Excutere voces. 2. Phil. 81. Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis, aſpicitur, nõ attrectatur; procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. pro Planc. 24. id eſt, non accurate æſtimatur. Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur. pro Mur. 27. Tabellarii ſexcentis locis excutiũtur. 10. famil. 68. in epiſt. Aſinii Pollionis. Hoc igitur probe ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, vt ſciatur quid ſit carere. 1. Tuſ. 239. Explicando, excutiendoque verbo. in Part. 68.

Excuſſus.

Dimittere excuſſum & exhauſtum aliquem. de har. reſp. 34. Tu adeo mihi excuſſam ſeueritatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant? Dolabellę, lib. 9. 10. 4. Noli aculeos orationis meę qui recõditi ſunt, excuſſos arbitrari. pro Syl. 35.

Execo.

Ipſe armarii fundum execuit, & nũmos abſtulit. pro Cl. 143. Nõ minus probãda medicina, quę ſanaret vitioſas partes Reip. quã quæ execaret. Att. 2. 16. 13. Execare peſtẽ Reip. pro Sex. 19.

Exectus.

Nam Stratonem quidem iudices, in crucem actum eſſe execta ſcitote lingua. pro Clu. 148. Nam vetus hæc opinio Græciã opplevit, ſcilicet exectum Cælum a filio Saturno. 2. de N. d. 91. Neruis vrbis omnibus exectis &c. pro L. Agr. 90.

Exectio.

Exectio linguæ. in Verr. 53. Cum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines quonam modo fieri potuiſſet. pro Clu. 143.

Execror.

Execratur apud Ennium Thyeſtes, primum vt naufragio pereat Atreus. Tuſc. 261. Alii Sacerdotem execrabantur qui Verrem tam nequam reliquiſſet. in Verr. 101. Cui quod in me eſt, execrabor hoc quo lucet, quidquid eſt, de N. d. 2. 48. Tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur, &c. in Piſ. 25. Vt optet, ut execratur. Or. 109. Odiſſe aliquem, et peſtẽ exoptare, & eum execrari. in Piſ. 76. Recte Socrates execrari eum ſolebat, qui primus vtilitatem a natura ſeiunxiſſet. 1. de L. 49. Itaque accepimus Socratem execrari ſolitum eos qui primũ hæc natura cohærentia, opinione diſtraxiſſent. 3. Off. 14. Execrandus & deteſtabilis hic populo eſt. 2. Phil. 75.

Execratus.

Execratæ columnæ euerſio. in Ant. 153.

Execratio.

Vbi ſedes? vbi execrationes? vbi dextræ, complexuſque? 7. Ver. 82. Thyeſtea iſta execratio eſt. in Piſ. 83. Habet etiam Cãpana lex execrationẽ in concione cãdidatorum, 6, &c. Att. 2. 44. Cautione, fędere, execratione aliquẽ deuincire. p Seſtio, 15. Exercitus malis ominibus atq. execrationibus duo vulturii paludati. pro Sex. 60. Quod Athenis execrationibus publicis ſancitũ eſt. 3. off. 71.

Executio, *Vide Exequor*.

Exedo.

Lacerat, exedit animum, planeq. conficit. 3. Tuſc. 24. de ægritudine. Aegritudines exedunt homines. 5. Tuſc. 13. Exedunt animos mœrores, conficiuntque curis. 1. de Fin. 46. Cor eſt in carie iam abſcedet, dius id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet. de Diui. 116. Quibus ſollicitudinibus con. m animi noctes atque dies exeduntur. de Fin. 1. 40.

Exeſus.

Si ędes exeſæ corruerint, viſiumne fecerint. in Top. 8. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis fere. 5. Tuſc. 48.

Exedra.

Tamẽ ego illa moueor exedra. 5. de Fin. 4. Cum dedita opera quieſcentibus aliis in eam exedram veniſſet, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet, &c. 3. de Or. 10. Itaque ille alter, aut ipſe eſt homo doctus, & a ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcũ iam in exedra helluatur. de Prouinc. Conſ. 12. Nam cum feriis Latinis ad eũ ipſius rogatu, arceſſituq. veniſſẽ, offendi eũ ſedẽtẽ in exedra, & cũ Caio Velleio Senatore diſputãtẽ. 1. de N. d. 23.

Exedria.

Exedria quædam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculani, &c. 7. fam. 42.

Exemplum

Exemplum, eſt alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propoſitio. Exemplum rem ornatiorem facit, cũ nullius rei, niſi dignitatis cauſa ſumitur: apertiorẽ, cũ id, quod ſit obſcurius, magis dilucidum reddit; probabiliorem, cum magis veriſimilem facit. ad Her. 128. Exemplum eſt, quod rem auctoritate & caſu alicuius hominis, aut negotii confirmat aut infirmat; horum exempla & deſcriptiones in pręceptis elocutionis cognoſcentur. de Inu. 65. Animale exemplum. 1. de Inu. 113. Exemplũ generatũ eſt pro æterno ſecutus. de Vniuerſ. 7. Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis? in An. 186. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen Reip. diceres intueri. pro Seſtio, 14. Cum eſſet ille vir, ut ſcitis, exemplum innocentiæ. 1. de Or. 116. Peremptum eſſet mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuiſſet Senatus. de har. reſp. 249. In hoc ego reo, ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimeſcam? pro Flac. 19. Perſpicuum exemplũ. 1. de Inu. 100. Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi ad imitandum. pro Mur. 61. Exemplum tranſlationis in cauſa nobis poſitum ſit huiuſmodi, cum, &c. de Inu. 69. Athenienſium renouaui vetus exemplum. in Ant. 153. Vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum. in Salluſt. 272. Exemplum vitioſũ. 2. ad Her. 84. Exempli cauſa paucos nominaui. in Ant. 246. Verum quia in alicuius libris, exempli cauſa id nomen inuenerant, putarunt, &c. pro Mur. 130. Vt certum quiddam & breue exempli cauſa ponamus. in Verr. 55. Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latius. in Off. pro Roſc. Am. 46. In qua muliere etiam nũc quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. pro Sex. Roſc. 23. Itemque cætera huius exempli dona ſunt. de Leg. 179. Ne periculoſam imitationẽ exempli, reliquis in poſterum proderetis. pro Flac. 151. Ad exemplum amiſſi imperii, portari in triumpho Maſſiliam uidimus. Off. 38. Ad exemplum factus eſt mundus. de Vniu. 15. Quod ſi illi e conſpectu noſtro ſe abſtulerunt, ad exemplum facti reliquerunt. in Ant. 182. Liberaſti ciuitatem metu, neque ſolum ad tempus maximam utilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum facti. ep. 134. Primum igitur, quoniam omniũ maiores Criſpus Salluſtius ad unum exemplum & regulam quærit, uelim mihi reſpondeas, &c. in Salluſt. 2. Atque earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis, quod ſummi puerorum amores ſæpe una cum prætexta, &c. de Amic. 33. Literarum quarundam exemplum componere. pro L. Agr. 57. Simile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplũ ſeueritatis tuæ, & ideirco Teuxin elicere omni ratione noluiſſe. ad Q. fr. 1. 39. 7. Verr. Aut ſi aceruos ſe dicant tritici habere, & eorum exemplum in pugno non habeant. ad Her. 26. Hoc intereſt inter exemplum & teſtimonium: exemplo demonſtratur id quod dicimus, cuiuſmodi ſit: teſtimonio, eſſe illud ita ut nos dicimus, confirmatur. ad Her. 24. Cæſaris literarum exemplum tibi miſi. Att. 7. 141. 4. Fortitudinis & iuſtitiæ exemplum ab aliquibus petere. 3. Off. 10. Nec uero ab his iuſtitiæ, tamquam a ſapiente petitur exemplum. Off. 55. Perſpicuo & grandi uitio præditum poſuimus exemplum. de Inu. 58. Proferre ac dicere exemplum. de Cl. 45. Non enim aliquod propoſuimus exemplũ, cuius omnes partes exprimerentur. de Inu. 62. exemplum in aliquem ſtatuere. 5. Verr. 180. Vniuſcuiuſque rei exemplum ſupponere. 2. de Inu. 137. Exemplum præclariſſimum uindicandæ religionis ſuſtulerunt. ep. 13. Cuius auctoritate & exemplo num quam

eſt

eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis. pro Corn. Balb. 24. De Romulo. Diuinare autem moriētes, etiam illo exemplo confirmat. Poſſidonius, quo affert Rhodium quendā, &c. de Diu. 94. Hæc fere ad eas literas, quas eodē exemplo binas accepi. Cornificio, lib. 12. 19. 13. Itaque noli uereri, ne tibi ſuccenſuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad cæteros. 12. fam. 63. Exemplo eodem dare plures epiſtolas. 7. fa. 34. Miſi ad Cæſarem eodem exemplo literas. ad Q. fr. 2. 14. 4. Eodem exemplo ſæpius tibi huius generis literas mittam. 13. fam. 46. Et tamen id ueteri exemplo atque inſtituto optimi cuiuſq. faciebant. pro Syl. 176. Auctoritate & exemplo alicuius facere aliquid. pro Cor. 61. Se exemplo feciſſe. 4. Verr. 70. Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo: Pompeius mare tranſiit. Att. 138. Quod exemplo fit, iure fieri putatur. 4. fa. 7. Tamen hæc in imitatione, atque in exemplo pertimeſcēda uidentur. pro Flac. 151. Id ut perſpiciatur aut ſcribamus, aut in quolibet exemplo de iis, quæ propoſita ſunt, hoc quidē exerceamus. de Inu. 56. Literas ad Senatum quo exemplo miſeram. 5 f. 22. in epiſt. Vatinii. Pernicioſe merentur de Repub. uitioſi principes, quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem: neque ſolum oſſunt, quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſque exemplo, quam peccato nocent. 3. de Leg. 19. exemplo nouo, contra leges ipſorum. 12. fam. 35. Hoc minimū ut ſequamur, quoniam .xc. medimnas duximus, accedant eo nouo peſſimoque exemplo ad HS. xc. millia. 5. Verr. 96. Nullo exēplo. de Sen. 41. Itaque pulcherrima illa & maxime naturali carēt amicitia, per ſe & propter ſe expetenda: nec ipſi ſibi exemplo ſunt, hæc uis amicitiæ qualis & quanta ſit. de Am. 68. More exēploque Sullano uincet. 10. ad Att. 18. ideſt, imitabitur Sullæ uictoriam. Definitiones & exempla. 3. de or. 115. Exempla clara & illuſtria. Diu. 2. 6. exempla commentitia. Diu. 2. 21. Exempla cuiuſ rei cauſa in diſciplinis aſſumantur. 4. ad Her. 142. Exempla a teſtimoniis quid differant. 4. ad Her. 142. Superioris generis huiuſmodi exempla ſunt: omniane officia perfecta ſint, nūquid, &c. off. 2. exempla literarum. 4. Ver. 131. Neque eum uirum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur, &c. pro Deiot. 19. exempla teſtimoniorum ſimilia. 4. ad Her. 141. Monumentum rerum geſtarum, uetuſtatis exempla, oratori nota eſſe debent. or. 101. Sed hæc uideri poſſunt obſcuriora, cum ſine appoſitione exemplorum leuius diſputantur: uita atque factis illuſtranda ſunt ſummorum uirorum hæc, quę uerbis ſubtilius, quam ſatis eſt diſputari uidentur. Parad. 10. exemplorum & noſtra plena eſt Reſpub. & omnia regna. 2. de Leg. 33. Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio, ſumma cum delectatione & auctoritatem orationi affert & fidem. in or. 66. Hiſce ego rebus exempla adiungerem, niſi cernerem, &c. de or. 100. exempla urbis corrumpere. pro Deiot. 23. exempla maiorum noſſe debet Senator. 2. de Leg. 36. Cum ego meorum factorum exempla ex ſummis uiris petam. de Prouinc. 73. exempla poſui ex iure ciuili. Top. 225. eorum igitur quę conſtant, exempla ponemus, horum quæ dubia ſunt, rationem afferemus. de Inu. 55. Et propoſuit illi exempla ad imitandum. in Ant. 215. Si exempla ſequimur, a Demoſthene ſumamus. de orr. 209. Suppeditant autem & campus noſter & uenandi honeſta exempla ludendi. 1. off. 146. Hæc cum grauiter, tum ab exemplis copioſe. Brut. 103. exemplis crudeliſſimis interemit. 14. Phil. 390. Exemplis domeſticis docti. de Nat. d. 2. 6. Habet autem ut in ætatibus auctoritate ſenectus, ſic in exemplis antiquitas, quæ quidem apud me ipſum ualet plurimum. in or. 96. Imagines enim illæ feruntur ex optimis natura principiis, & ueritatis exemplis. off. 65. Quæ tu Craſſe ſine definitionibus & exemplis effudiſti. de or. 162. Sed exemplis grandioribus decuit uti de Diu. 88.

Exemplar.

Exemplar eius chirographi Titio miſi. Planc. Cic. l. 10. 1. 17. Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. de Or. Eius enim partis exemplar erat Saluſtius, quo, &c. in Saluſtium, 274. Falcula exemplar antiquæ religionis. pro Cæc. 190. Domeſticū te habere dixiſti exemplum ad imitandum. eſt illud, &c. ad imitandū vero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quam tibi. pro Mur. 61. Ad exemplar propoſitum deficiebat imaginis ſimilitudo. de Vniu. 41. Vrgebar ab eo cui miſi, & non habebam exēplar Att. 57. Exemplar imitatus, idne quod unum & idem, & ſemper ſui ſimile, an id quod ortum dicimus? de Vniu. 7. Sui aliquod exemplar intuetur, qui amicum intuetur. de Amic. 22. Ex literis quas Paſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar miſi. Aſinius Pollio Cic. lib. 10. 31. 17. Exemplar ſibi eam ſpeciem proponet. de Vniu. 5.

Exeo.

Domo eius emigrat, atque adeo exit. 4. Verr. 62. Qui iā una domo iam capi non poſſint, in alias domos, tamquam in colonias exeunt. 1. Off. 80. Quanta ſeueritas in vultu, quantum pondus in verbis quam nihil non conſideratū exibat ex ore. de Cl. Or. 144. Libri quidem ita exierunt, &c. vt in tali genere, ne apud Græcos quidem ſimile quiddam. Att. 13. 271. x. ideſt, editi ſunt, & in lucem emiſſi. Cum omnes boni perſpicerent ad iſtum non modo illos nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierant, reuertiſſe, &c. 4. Verr. 43. Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. 2. de Or. 146. Vt tandem e tot miſeriis atque ærumnis exiremus. Inuenti ſunt Senatores qui C. Verre Prætore vrbano ſortiente, exirent in eum reū quē in cognita cauſa condemnarent. 2. Verr. 24. In quo ſcriptū erat, vt, &c. cuius nomen exiſſet, ut is haberet ſacerdotium. 4. Ver. 88. Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet, &c. Attic. 1. 14. 3. Exeat ex hac cauſa: denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. 8. fam. 14 in ep. Cæl. Aequo animo e uita, cum ea non placeat, tāquam e theatro exeamus. 1. de Fin. 39. Tuſc. 1. 106. Exire a patria in Piſ. 86. O hominem ridiculum, qui ſe exire ære alieno putaret poſſe, cum venderet aliena L. 11. Phil. 299. e. de balneis. 2. de Or. 183. e. de naui. 14. fam. 14. e. de uita. Læl. 14. Domo e. Lent. l. 1. 9. 19. e. patriciis. pro D. ſua, 30. e. portu. 7. Verr. 79. Ex animo hoc mihi exire non poteſt. 3. de N. d. 5. Ex Italia ad bellum ciuile Cælio, lib. 2. 15. 10. ex vrbe. Sulpitio, lib. 4. 1. 10. In aliquam prouinciam legatum e. in Vatin. 9. 7. familiar. 32. e. in ſolitudinem. 1. Off. 165. e. Roma. pro Planc. 43. e. dicitur liber. 6. fam. 26 30. in epiſt. A. Cæcinnæ. e. libros illos. 13. Att. 26. ideſt, diuulgari, foras dari. Ego etiam ſi omnia quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. pro Roſc. Am. 2. Exiſſe de poteſtate, quod Græci dicunt ἐξεστηκέναι, & αὐτοὺς ἑαυτῶν ἔξω καθεστηκέναι, & μὴ ἐν αὐτοῖς, & μὴ παρ᾽ ἑαυτοῖς εἶναι Tuſc. 4. 64. Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrænati feruntur aut libidine aut iracundia. Tuſc. 3. 9. Qui exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicūtur, quia non ſunt in poteſtate mentis. Tuſc. 3. 9. Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate, ideſt de conſilio, de ratione, de mente 4. Tuſc. 137. & 3. 17. Primum enim ego illas Caluo literas miſi, non plus quam has nunc legis, exiſtimans exituras. 15. fam. 53. i. in manus hominum venturas.

Exiens.

Quinto autem anno exeunte, cum eſſet ex illo ſomnio, &c. 1. de Diu. 50. ideſt, ſub finem quinti anni.

Exitus.

Expoſui breuiter conſulatum meum, audi nunc, &c. in Piſ. 81. De Oppio bene curaſti, quod ei DCCC. expoſuiſti. Attic. 5. 9 t. 5. Hoc de quo modo expoſuit Antonius. de or. 93. Quam orationem in Originibus ſuis expoſuit ipſe Cato. 1. de Or. 116. Is ſermonem expoſuit nobis de amicitia. de Amic. 3. Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia. pro Mur. 69. Hæc erat illis prima a Platone tradita, cuius quas acceperim diſputationes, ſi vultis, exponam. 1. Acad. q. 47. Exponã igitur generatim argumenta eorum. Acad. q. ed. 1. l. 2. 44. Quod tibi planius ut exponam, paulo altius repetam. ep. 10. Sũmam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi ſi potero, breuiter exponam. Lentul. 1. 9. 32. Quam ſpem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam iudices exponam. 2. Ver. 10. Exponam vobis breuiter quid hominis ſit. 4. Verr. 92. Ab initio res quemadmodum geſta ſit, vobis exponemus. pro Roſc. Am. 8. Apud eoſdem, qui magiſtratu abierint, edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint, deque iis Cenſores præiudicent. 3. de L. 67. 3. in Cat. 56. Ex memoria aliquid exponere. 3. in Cat. 58. Planius aliquid. Lentul. 1. 9. 10. Artes rhetoricas. e. 3. de Or. 43. Crimina alterius e. pro Cæl. 6. Conſilium profectionis & reuerſionis ſuę e. 1. Philip. 1, & 4. e. diſciplinam ſapientię. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104. Facinus alicuius manifeſto deprehenſum atque cõpertum e. pro Clu. 32. Difficile eſt formam e. optimi. Or. 100. Aduehere frumentum & exponere. 3. Off. 67. Tũ hoc non in poſtremis, de quo cœperam exponere. ep. 14. Equidem ſoleo, quod vno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluſimis verbis exponere de Fin. 93. Exponere alicuius mandata. 2. de Fin. 94. 3. Off. 135, 2. de or. 27. e. multa memoriter, obſcura dilucide. de Fin. l. 4. 1. Narrationẽ e. in or. 121. e. & numerare pecuniam. Att. 70. e. præcepta diligenter enodata. de Inuen. 63. Præmium ſceleris e. pro Quint. 49. Reddere exponere rationem alicuius rei. pro Cælio, 27. Rem geſtam breuiter exponere. pro Mil. 17. Sententias cuiuſdam diſputationis ſuo arbitratu in aliquo libro exponere. de Amic. 3. Exponere pluribus verbis, quod uno non poſſis. de Finib. 3. 12. Explicare uitam alterius; atque eam in animis iudicum, & in oculis, conſpectuque omnium exponere. 1. Verr. 15. Vitam ſuam exponere iuuentuti ad imitandum, in Ant. 182.

Hoc in ſermone cũ a me exponeretur, quæ mea expectatio fuiſſet orationis tuæ, uiſa eſt tua oratio non iniucunda ep. 59. Quo circa melius eſt rationes referri, cauſamque exponi Cenſoribus 3. de Leg. 40. Si mandata ſint exponenda in ſenatu ab imperatore. de Or. 113. Si exponenda narratio eſt. Or. 17.

Expoſitus.

Ille noſter ſermo, qui eſt expoſitus in Bruto. Or. 198. Expoſita ante oculos cauſa. pro Roſc. Am. 20. Expoſita domus cupiditati & voluptatibus. pro Quint. 63. Prompta, expoſitaque fides. pro Cæc. 57. Aut libertas parata eſt uictori, aut mors expoſita victo. 8. Phil. 253. id eſt, certa & parata. Cum tibi expoſita eſſet omnis ad prædandum Pamphilia; contentus his tam opimis rebus non fuiſti. 3. Verr. 66. Vita innocentium ſi ingeniis hominũ etiam inſonum ſit expoſita, cõquerenda eſt conditio communis periculi. in Part. 24. Cum eſſent triclinia ſtrata, argentum expoſitum in ædibus. 6. Verr. 29. Expoſitum factum ad imitandum 2. Phil. 109. Quam rationem ſic intelliges expoſitam, ut ab ipſis non ſoleat accuratius explicari. lib. 1. de Fin. 11. Poſt autem aliquanto toto Vulturtii iam iudicio expoſito atque edito ſurrexit. in Cat. 113. Quaſi eximio prœmio ſceleris expoſito. pro Q. 13. Colores pictori ad uariandum expoſiti. 3. de Or. 120. Actiones ab aliquo expoſitæ. 1. de Or. 91. Capita multa expoſita, nec explicata. de Cl. 179. Dicta expoſita & demonſtrata omnia. pro Clu. 83. Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. Att. 1. 1. t 3. Ab hoc abaci uaſa omnia ut expoſita fuerant, abſtulit. in Verr. 207. expoſitis nominibus tot uirorum atque tantorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 14.

Expoſitio.

Expoſitio eſt, cum res, quibus de rebus dicturi ſumus, exponimus breuiter & abſolute. 1. ad Her. 18. Perſpicua & dilucida expoſitio. ad Her. 36. Sẽtentiæ ſuę expoſitio. 3. de Or. 113. Expoſitio vitioſa eſt, cum ab aliqua, aut a maiore parte ad omnes cõfertur id, quod non neceſſario eſt omnibus attributum: &c. 2. ad Herr. 65. Narratio defenſoris ſimplicem & dilucidam expoſitionem habere debet. ad Her. 6. Iunctę autem & duplices expoſitiones ſummi boni, tres omnino fuerunt. 5. de Fi. 35. Ergo hæc quoque ab ultimo repetitione in expoſitionibus magnopere ſuperſedendum eſt. 2. ad Her. 70.

Exporto.

Exportauit Syracuſis magnã vim mellis. 4. Ver. 127 Qui frumentum in fame exportare auſus eſt. pro Flac. 13. Ex prouincia ſecum exportare. 7. Verr. 16. Exportare ex oppido. 6. Verr. 68. Aſia fertilis multitudine earum rerum quæ exportantur. pro Pomp. 6. Cum frumentum quotannis ex Italia, atque ex omnibus prouinciis exportaretur. pro Flac. 160. Ex Italia Ieroſolymã aurũ quotannis exportari ſolere. pro Fla. 52. Vt inde aurũ exportari argentumq. prohiberes. in Vat. 31. Exportãdum in vltimas terras portentum. 3. Verr. 28. Per iſtos, quæ uolebat, in nauẽ clã imponenda, occultę exportanda curabat. 6. Verr. 20.

Exportatio.

Iam vero & earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio certe nulla eſſet. 2. off. 17. His exportationibus quæ recitatę ſunt. 4. Verr. 133.

Expoſco.

Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnãte hoc imploro & expoſco. pro Mil. 70.

Expoſtulo.

Queruntur omnes liberi populi, regna denique iam omnia de noſtri cupiditatibus & iniuriis expoſtulant. 5. Verr. 178. Facilis a te exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulem. epiſt. 61. Virtutes autem noli uereri, ne expoſtulent & querantur ſe a beata vita eſſe relictas. 5. Tuſc. 21. Ex oratione vonis alium expoſtulare. pro Planc. 47. Expoſtulare aliquem cũ alio. pro Plan. 47. De aliqua re cum aliquo expoſtulare. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 17. Vix mediusfidius tu Fanni a Ballione, aut aliquo eius ſimili hoc expoſtulare auderes, & impetrare poſſes. pro Roſc. Com. 29. Iracundius & uehementius expoſtulare. pro Syl. 33. Sed locus uidetur eſſe tecum expoſtulandi. Salluſtio, li. 2. 16. 10. De qua alienum eſt mihi tempus tecum expoſtulandi, purgandi autem mei neceſſarium. ep 41.

Expoſtulatio.

Cum eſſet expoſtulatio facta. pro Clu. 52. Nunc cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ. ep. 35. Bonorum expoſtulatione flagitabar, improborum conuitia ſuſtinere non poteram. pro D. ſua, 13. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Põpeio. ad Q. fr. 2. 1.

Exprimo.

Qui iura non vtilitate communi, ſed literis exprimis. pro Cæc.36.Hæc verba ipſa Platonis expreſſi, igit,&c.de Diu.93. Et cum in ius ipſum eduxi, expreſſi vt conficere tabulas ſe negaret.5.Ver. 92. Sanequam eos ſermones expreſſit qui de eo tum fuerant,cum Romæ eſſemus:Cælius Cic.8. 1.7.Atque hanc ſpeciem Praxitelès cęlauit argento,& noſter expreſſit Archias verſibus.1.de Diu.134.Filius liberalitate uitã patris expreſſit.pro Roſc.Poſt.3. Hanc legem a natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.de Or.212.Ille vir quem noſtris libris ſatis diligenter,ut tibi quidem videmur,expreſſimus. Att.124. Nemo ſuperiorum non modo expreſſerat,ſed ne dixerat quidem, poſſe hominem nihil opinari.Acad. q. ed.1.l.2.69. Exercitatio qua illũ, quem ante delegeris, imitando effingas atque exprimas. 2.de Or.51.Cur non ipſius confeſſionem multorum oculis,facinoris denique uoce tanti ſceleris crimen expreſſerit?de Diu. 97.Aliquem ſatis diligenter libris ſuis exprimere. Att.155.2.Bellum aliquod e.pro Archia,15.pro mandare literis.Exprimere & effingere formam alicuius.ad Her.39.e. quandam formam dicẽdi Or.117.e.formam reipub.& temporum. ep.43.e.verbis & vultu liberalitatem.13.fam.12.Mores alicuius oratione e.2.de Or.98. De aliquo orationem e.pro Rab.Perducl.reo, 4.e.pecuniam ab aliquo.5.Verr.72.Att.244.4.e.quidquã ab aliquo. 10.Att.49. e.ſenſa.1.de Or.17.e. quædã verba imitando. de Diu.97.e.vim Græcorum poetarum.Acad.q.ed.2.lib. 1. 8. hoc eſt,ſententiam interpretari.Vocem alicuius exprimere.Attic. 2. 36.7.In libris Platonis fere omnibus Socrates exprimitur.de Orat.144.Vnde illud ex ore aliquo quaſi imago exprimatur.3.de Or. 23. Nolo exprimi literas putidius,nolo obſcurari negligentius.de Orat. 146.Nec tamẽ exprimi verbum e verbo neceſſe erit, ut interpretes indiſerti ſolent.3. de Fin.23.Acad.q.ed.1.l.2.31. i. exponi. An de tabulario incenſo longa oratio eſt exprimenda?pro Rab. Poſth.91.Perfecti Oratoris ſpecies exprimenda eſt. Orat.202. Omnis uis ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt mentibus, aut ſedandis aut excitandis,exprimenda eſt.de or. 86.Extorquẽdum eſt inuito,atque ingratis:quod non debet; eripiendum atque exprimendum eſt:&c.pro Quint.26.Tu qui omnes iſto eloquendi & exprimendi genere ſuperaſti 3.ad Q.fr.29.Ad ſenſus animi exprimendos oratio reperta.4.Acad.q.136.

Exprimens.

Geſtus ſcenicus verba exprimens.de or. 163. Poeta fingendo exprimen Scyllam aut Charybdin.de haruſpic.258. Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens verba, non exprimens. 3.de orat. 122.

Expreſsus.

Nubium cõflictu ardor expreſſus.2.de Diu.64. Lex eſt iuſtorum,iniuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam,& rerũ omnium principem expreſſa naturam,ad quam leges hominum diriguntur.de Leg.lib.2. 11. Expreſſa in huius moribus natura, vitaque,perſona illa lutulenta, inuiſa, &c.pro Roſc. Com.12. Res ſolida & expreſſa,non adumbrata. Tuſc. 190. Hoc auſpiciũ diuini nihil habere poteſt quod tam ſit coactum & expreſſum. de Diu.123.Bellum Mithridaticum totum ab hoc expreſſum eſt pro Arch.189.Vitium imitatione ex aliquo expreſſum.3.de or. 27.Species deorum.quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi,nihil expreſſi,nihil eminentis.1.de N.d. 100. Omnem illius,meũque ſermonem, omnibus verbis expreſſum tibi ſtatim mittam. Att.9.188.4.Sed nos veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus utimur.3.off.91 Effigiem uirtutum noſtrarum ſummis ingeniis expreſſam & politam relinquere.pro Archia, 22.Fateantur in perſona Mæandrii expreſſam eſſe faciem ciuitatis. pro Flac. 157.Iã igitur eſt perſpicuum,&c.nullam pecuniam ſtatuarũ nomine niſi ui expreſſam & coactam.4.Verr.120.2.de Diu. 111. Vt effictos noſtros mores in alienis perſonis,expreſſamque imaginẽ noſtrã vitæ quotidianæ videremus.pro Roſc.Am. 27. Expreſſæ formulæ.pro Roſc.Com. 14. Sonus erat dulcis literæ neque expreſſæ neque oppreſſæ. Off.72. Literæ lituræque omnes aſſimulatę,expreſſæ,de tabulis in libros transferuntur. 4. Verr. 137.Hæc ſunt iudicia ſolida & expreſſa,hæc ſigna probitatis.pro Plãc. 24.Materiam quandam ex qua omnia expreſſa atque effecta. 1. Acad. q.41.Quę modo expreſſa ad verbũ dixi.Tuſ. 3.37.Habuit enim ille permulta maximarum nõ expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum pro Cæl.8. Expreſſa ſceleris uectigalia extant pro Sext Roſc.38.Cum iidem fabellas Latinas ad uerbum de Græcis expreſsas non inuiti legant:1.de Fin. 3. Multas imagines fortiſſimorum uirorũ expreſſas ſcriptores nobis reliquerunt pro Arc. 188. Hęc profecto uides quanto expreſſiora, quantoque illuſtriora futura ſint. Lentulo, lib. 1. 22.

Expreſſe.

Conſcripta expreſſe oportet ponere exempla. ad Her.4.149.

Exprobor.

Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobant.de Amic. 62. Exprobrare & obiicere caſus bellicos. 3.Verr. 103. Languorem & ſoporẽ alicui exprobrare.in Salluſt. 9.Vitia aduerſarios exprobrare.2. de or.168.Neſcio quomodo illæ ipſæ literę quaſi exprobrare mihi uidẽtur quod in uita maneam ep.71.Non enim exprobrandi cauſa,ſed cõmonẽdi gratia dicã.pro Roſ.Am.26.ideſt, non ut tibi obiiciam turpitudinem.

Exprobrans.

Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt,non commemorare qui contulit.de Amic. 62.

Expromo.

Sed ego ueſtram crudelitatem expromo?pro Do.47. Audacius abſens aliqua expromit.Luccio,lib.5.27. In me inimico crudelitatem exprompſiſti tuam. pro Mil. 108. Sed iã exprome,ſi placet,leges iſtas de religione. de L. 173. Expromã primum illa inuidioſa Acad.q.ed.1.l.2.133.Expromere apud ipſos.1.ad Q.fr. 22.e.crudelitatẽ in aliquo. pro Mil. 26. Odium alicuius e.Att. 2.27.2. Apud eos quod ab iis didicerimus expromere. Quint. fr.1.1.43.Conferre cauſas, & quid in quanque ſententiam dici poſſit expromere.2.de Diu.115. Expromere ſupplicia in ciues, quæ conſtituta erant in conuictos maleficii ſeruos.7.Verr.109. Vim eloquentiæ expromere.in Orat.68. Quorum omnis induſtria uitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. 2. in Catil. 43.

Expugno.

Ratione expugnare aliquid.4.Verr.91.ideſt,conuincere.Caſtella expugnare.de claris Or.138. Hoc ſe Atulo tamquam aliqua machina admota,ſperabat ſe capere Aſinii adoleſcentiam, & fortunas eius expugnare poſſe.pro Clu.27. Expugnare honorem vel magiſtratum.3.Verr.30.ideſt,per gratiam obtinere.cupiditate & allegationibus legationem aliquam expugnare. 3. Verr.30.Vtrum hic tibi L.Herenni adulter,an amator,expugnare pudicitiam,an explere libidinem voluiſſe videatur?pro Cæl. 38. Sapientis animus numquam uincitur, nec expugnatur. in Parad. 33. Nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit. 2. Verr. 3.

Expugnatio.

Ipſorum aduentus in vrbes non multum ab hoſtili expugnatione differt.p L.Man.8.Nocturnæ expugnationes. Att.11.229. 3.Vt urbium expugnationes recordentur. de Sen.12.

Expugnator.

Expugnator pudicitiæ.3.I Ver.5.Vrbis expugnator. de Inu.59

Expulſio, Expulſor, Expulſus, Expultrix,

Vide Expello.

Expurgo.

Sermonem expugnare.de claris Or. 140.

Exputo.

Quæ mens eum,&c.auocarit,& ad cognitionem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione transtulérit,exputare non poſſum.Plãcus ad Cic.10.54. Hoc eſt,apud me perpendere & ratiocinari.

Exquilina.

Exquilina porta.in Piſ.43.ideſt,quę in exquilias ducit.

Exquiro.

Cum ex te cauſam vniuſcuiuſque diuinationis exquirerem. 2.de Diu.68.Exquirere auctoritatem.in Vat. 18. Cauſas alicuius rei exquirere.2.de Nat.d.139.Exquirere ea conſilia, quę ad pacem & concordiam ciuium pertinent.Fat. 1.De aliquo exquirere.pro Deiotaro, 29. Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere.Att.13. 280. 1. Noli exquirere facta Verris ad antiquæ religionis rationem. 6. Verr. 9. Et complures iam menſes Athenis hęc ipſa te ex Antiocho uideamus exquirere.5. de Fin. 14.Exquirere honores alicuius.3. Phil. 133. Honores ſingulares exquirere.4.Phil.155.Mores teſtium exquirere. pro Flac.9: Nihil certi exquirere. Att.7.131.5. Officium ex tempore exquirere.3.Off.40. Quid in omni munere uitæ optimum & uerisſimum ſit,exquirere.1.de Fin.19.Quid in aliquo peccatum ſit,exquirere.in Verr. 202. 1. Off.206.Palam pretium exquirere. 4. Verr.92.Exquirere pretium alicuius rei.5. Verr. 59. Non nimis ab aliquibus quidquam exquirere.Att. 7.136. 4. Religionis rationem

tionem exquirere. 6. Verr. 9. Agitare & exquirere rationes. 5. Tuſc. 94. Exquirere uerba interdicti. pro Cæc. 295. Omnia uerba alicuius ſeotentiæ exquirere. pro Cæc. 42. Sed ſoli ſumus, licet uerum exquirere ſine inuidia. Diu. lib. 2. 21. & offic. 1. 183. Omiſſis auctoritatibus exquirere ueritatem. pro L. Man. 36. Neque nos ſtudium exquirendi defatigari relinquemus. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 8. Ne exquirendo audire tam multa poſſunt. de Nat. d. 1. 68. Non ſum in exquirendo iure Augurum curioſus. pro D. ſua, 31. In uero exquirẽdo cogitatio maxime uerſat. 1. off. 183.

Exquirens.

Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meũ iudicium interponens, ſed exquirens tuum. Att. 8. 147. 14. Multũ vna eramus, maxime nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad pacem & ad cõcordiam ciuium pertinerent. de Fat. 3.

Exquiſitus.

Exquiſita doctrina & ſingularis alicuius induſtria. de Cl. or. 21. Exquiſita doctrina philoſophus. 1. de Fin. 1. Munditia odioſa & exquiſita nimis. off. 1. 181. Exquiſita ratio & doctrina. ad Nigidium, lib 4. 13. 11. Lautum, elegans, exquiſitum, ſumptuoſum nihil apud aliquem præter libidines eſſe. in Piſ. 52. Non eſt exquiſitæ artis præſcribere, ſed mediocris ingenii iudicare. de or. 324. Iudicio exquiſito uic. 1. off. 186. Multæ, & hę quidem reconditæ & exquiſitæ literæ alicuius. de claris oc. 136. Rationes exquiſitæ. 1. de Fin. 46. Reconditæ & exquiſitæ ſententię. de cl. oc. 149. Argumenta philoſophorum exquiſita. 1. de Diu. 9. Verba bene ſonantia, non ad ſonum exquiſita. oc. 212. Gracchus ſemper habuit exquiſitos e Græcia magiſtros. de Cl. 53. Nec vero agnorabat ſe ad ſupplicia exquiſita proficiſci. 3. off. 136. Conſulta & exquiſita ad quempiam deferre. 1. de or. 130. Rationibus exquiſitis aliquid confirmare. 1. de Fin. 46. Accuratius & exquiſitius dicendi genus. de claris oc. 155. Exquiſitius & minime vulgare. de Clar. 195. Verbis exquiſitiſſimis aliquos laudare. 4. Philip. 156.

Exquiſite.

Deque eo crimine accurate atque exquiſitẽ diſputauiſſet. de claris or. 151. Accurate, exquiſiteq. facere aliquid. de cl. or. 190. Rationes a philoſophis exquiſitius colliguntur. 1. Tuſc. quęſt. 288. Qui videretur exquiſitius, quam vulgus hominum, ſtuduiſſe literis. de Cl. 195.

Exſacrifico.

Exſacrificat hoſtiis balantibus. 1. de Diu. 76.

Exſaturo, *Vide, Exaturo.*

Exſcribo.

Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. 4. Verr. 137. Perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. 3. Verr. 69. Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. epiſt. 256.

Exſibilo, *Vide Exibilo.*

Exſicco, *Vide Exicco.*

Exſuſcito, *Vide Exuſcito.*

Exta.

Acutiſſima exta gallinacei. 2. de Diu. 44. Exta pecudũ, aut monſtra, aut fulgura interpretantium. de Diu. 18. Per exta inuẽta præſenſio. in Top. 41. Vnde tales diuinationes extiſpicia appellarunt ab extis inſpiciendis. 2. de N. d. 247. Cum puerorum extis deos manes mactare. in Vatinium, 10.

Extabeſcö.

Extabuit macie corpus. 3. Tuſc. 45. Etenim videmus cæteras opiniones fictas atq. vanas diuturnitate extabuiſſe. de N. d. 2. 4.

Extempore, *Vide, Ex.*

Extenſus.

Cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, viſum, inquiebat, huiuſmodi. 4. Acad. 260.

Extentus.

Per ſtatuas vero cum dixit, & extento brachio paululum etiã de geſtu addidit, vehementer riſimus. 2. de or. 134.

Extenuo.

Neque vero verbis auget ſuum, ſi quo forte fungitur, ſed extenuat. 2. Off. 103. Nam locupletiſſimi cuiuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. 4. Ver. 96. Vehemẽter crĩm extenuare. ad Her. 2. 34. Extenuare crimẽ. 7. Ver. 81. E. verbis bellicas laudes, aut munus aliquod. pro Mac. 3. E. & diluere moleſtias. Tuſc. q. 3. 31. Dẽtibus autem in ore conſtructis manditur atque, ab his extenuatur & molitur cibus. 2. de N. d. 201. Poſteaquã extenuari ſpem noſtram & euaneſcere vidi. Att. 3. 53. 1. Summa autem laus eloquentię eſt, amplificare rem ornando, quod valet non ſolum ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum atque abiiciendum. 3. de Oc. 58. Hoc extenuando, maleficii magnitudinẽ ſimul adaugere. 2. de Inu. 178.

Extenuatus.

Exin mari finitimus aer die & nocte diſtinguitur: iſque tum fuſus & extenuatus ſublime fertur, tum autẽ concretus in nubes cogitur. 2. de N. d. 145. Recurri ad meas copiolas: ſic enim uere eas appellare poſſum: ſunt extenuatiſſimę, & inopia omniũ rerũ peſſime acceptæ. Brutus Cic. 11. 12.

Extenuatio.

Significatio & diſtincte conciſa breuitas, & extenuatio. 3. de Orat. 112.

Exterebro.

Itaque ex eo auro quod exterebratum eſſet, buculam curaſſe faciendam. 1. de Diu. 46.

Exterſus.

Euerſum atq. exterſum relinquere fanũ aliquod. 4. Verr. 37.

Extermino.

Exterminare aliquem ex communitate hominum. off. 3. 39. Ex numero hominum aliquem eiicere, & ex finibus humanæ naturę exterminare. 13. Phil. 342. Auctoritatem aliquorum e ciuitate exterminare. de prouinc. Conſul. 2. A ſuis diis penatibus ciues exterminare pro Seſtio, 23. Prohibere vti vrbibus peregrinos, & eos exterminare. 1. Off. 61. Expellere, exterminare, & eiicere ex vrbe virtutem. pro Mil. 78. Ex eodem tempore tantæ diſcordię ſecutæ ſunt, vti & tyranni exiſterent, & primates exterminarentur. 2. off. 118. pro Flac. 19. Venire in ciuitatem, & De ciuitate exterminari. pro Cornel. Balbo, 41. contraria. Eiicere aliquem ex vrbe, & illum exterminari velle. 3. in Cat. 50. Exterminari oppidis & agris. in Piſ. 77. Exterminari ſedibus. 2. Phil. 69. Idem C. Marcellum exterminandum ab illa vrbe curauit. pro Sext. 4. Neque tamen iſtas quęſtiones phyſicorum exterminandas puto. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 118.

Exterminatus.

Protagoras ab vrbe atque agro exterminatus eſt. 1. de Nat. d. 44. Exterminata reſp. & reuocata. poſt red. in Senatu. 31. Itaque neque Repub. exterminata, mihi locum in hac vrbe eſſe duxi. poſt red. ad Quir. 11. Huius uirtute reges exterminati ſunt. pro Flac. 19.

Exterminator.

Tamen obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui. pro D. ſua, 109. id eſt euerſoris & expugnatoris.

Externus.

Nec enim ille externus & aduentitius habẽdus eſt tepor, ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. 2. de Nat. d. 201 Externa & aliena religio. 6. Verr. 102. Quod externum, id omne eſt in caſu. de Fin. lib. 2. 74. Externo corpore mens cingitur. de N. d. 1. 20. Inanimum eſt enim omne quod pulſu agitatur externo. in Somn. Scip. 32. Virũ igitur cenſemus, &c. an, vt Democritus cenſet, externa & aduentitia animos pulſatis. de Diuin. 180. Externi mores pro Ligar. 6. Externa cõmoda. in Top. 48. Externorum ſenſuum quiuis ſuſpicionem conflare poteſt. 2. ad Her. 39. Rerum externarum, & ad corpus pertinentium domina fortuna. 5. Tuſc. 39. Externarum rerum ſpecies. 3. ad Her. 108. Apud externos populos valere opibus & gratia, vehementer vtile eſt iis qui honeſte multum poſſe volunt. 2. off. 94. Canũ amor in dominos, odium in externos. 2. de N. d. 237. Homines externos non egere, ornamento eſt Reipub. 2. off. 94. Si conferre volumus noſtra cum externis. de N. d. 2. 6. Externis hoſtibus magis, quam domeſticis laboramus. Mac. 4. 9. 15. In externis locis minor eſt ad facinus verecundia. ep. 54.

Extero.

Atque omne quod accipit, cogit & confundit, vt facile & calore quem multum habet exterendo cibo, &c. 2. de N. d. 205.

Exterreo.

Et dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. 2. Off. 52. Exterreri aſpectu. 1. de Diu. 134.

Exterritus.

Talia commemorat lachrymans exterrita ſomno. 1. de Diu. 72. Quibus exterriti homines. de N. d. 2. 11. Quæ illi exterriti ſomnio ad coniectorem mane deferant. Diu. 2. 100.

Exterus.

Exterus hoſtis atque longinquus. 2. in Catil. 47. Exteræ nationes. pro Lege Manil. 45. 6. Verr. 55. pro Fonteio, 21. ad Octa. 41.

Extimeſco.

Extimeſco.

Cur non extimeſcam opinandi temeritatem? Acad.q.ed.1.L.2.77. Quod igitur adoleſcentes, & ii quidem non ſolũ indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcẽt? de Sen.68. Vt aut caſus aut ictus extimeſcant. de Nat. d.2.43. Aduentũ alicuius extimeſcere. Pæto, lib.9.26.9. De fortunis cõmunibus e. de Fato, 42. e. deos. Tuſc.3.34. e. fatum. Fat.15. e. formidines. 5. de Fin.54. e. imbecillitatem, fragilitatemque humani generis. Tuſc.5.2. e. infidelitatem amicitiarum. 1. Tuſc.5.46. Periculum maius ab Antonio, quam ab vllis nationibus extimeſcendum eſt. 7. Phi.218. Extimeſcenda non ſunt portenta, quę quondã credebantur apud inferos. de N.d.2.4. Intelligebant eas nequaquã pro opinione vulgi eſſe extimeſcendas. 3. Tuſc 98.

Extimus, *Vide Extra.*

Extinguo.

Gratiã autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio. ad Lent. 1.1.12. Inuidiam extinguit mors. pro Corn. Balb.11. Religionem extinguit cupiditas. 3. Verr. 33. extinxit Cenſuram de haru. reſ. 34. Eum qui ędem Nympharũ incendit, ut memoriã publicæ recẽſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. p Mil.55. Vt ſi poſſet, quæ antea ſcripſerat, ea plane extingueret. 4. Ver.124. E. & funditus delere aliquid. de har. reſ.5. Animum extinguere. de Sen.61. Extinguere bellum. 10. fam.49. in ep. Plan. ad Brut. l.15. t2.2. Extinguere ciuitatem. 4. ad Her. 201. Non poſſe Verrem teſtes interficiendo, crimina ſua extinguere. 7. Ver.80. Extinguere familiariter. de Am.34. Furorem alicuius extinguere, & audaciam opprimere. 6. Phil.216. ignem, flammam, incendium. Nigidio, lib.4.13.7. Extinguere & delere improbitatem alicuius. 1. Ver.14. iudicia. pro Milo.78. Potes igitur dicere, &c. cum eorum nominibus in ſtatuarum inſcriptione poſitis omnem te ſperabas inuidiam atque infamiã tuam extinguere poſſe? 4. Ver. 122. Inimicitias in fortiſſimis viris non ſolum extinguere, ſed etiam ad amicitiam, conſuetudinemque traducere de prouin. conſul. 27. extinguere leges. 3. pro L. Agr.4. Extinguere lumẽ animi dicitur uoluptas. Cat.37. Extinguere memoriam rei alicuius. pro Mil 55. Motus animorum inflãmare & extinguere. 1. de or.32. Qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere conati ſunt. 4. in Cat. 79. Potentiam alicuius extinguere & opprimere. pro Roſc. Am. 21. Reliquias belli extinguere. Furnio, lib.10.25.1. rumorem. Att.15.3. Alicuius non ſalutem modo extinguere, ſed etiam gloriam per iudices infringere. pro Mil. 4. Extinguere ſenatum. in Piſ.43. creata & concepta. 7. Verr. 13. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetuſtate extinguitur. ad Her.4.189. Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, vt cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur: Senes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita ui, conſumptus ignis extinguitur. de Sen.65. Morte omnis ſenſus extinguitur. 2. de Fin. 161. Sermo, &c. & obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. in Somn. Scip.27. Animus & mens, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguntur ſenectute. de Sen.32. Extingui & opprimi antequam plane exortum & natum ſit. 2. pro L. Agr. 88. Cauſam diſſenſionis naſcentis extingui ſumme ſtudui epiſt. 179. Extingui obliuione poſteritatis dicitur ſermo de aliquo. Somn. Scip. 27. Extingui homini ſuo tempore optabile eſt. de Sen.78. Nolite hunc natura ipſa occidentem uelle matutius extingui vulnere ueſtro. pro Cæl.54. Deficere ſol hominibus & extingui uiſus eſt. in Somn. Scip. 26. Quæ ad extinguendas belli reliquias pertinent. ep.159.

Extinctus.

Verum igitur, ſi tum eſſet extinctus, a bonis rebus an a malis diſceſſit. 1. Tuſc.135. in Somn. Scip.9. Etiam ſi morbo extinctus eſſem. pro Sextio.40. Vir egregius, coniunctiſſimusque mecum cõſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo reip. tempore extinctus, & auctoritatis & prudentiæ ſuæ triſte nobis deſyderium reliquerat. de claris or.1. Sin autẽ iam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, diſſidium exſtiterat. pro Cæl.48. id eſt, abolita. Extincta diſciplina Pythagoreũ, quæ aliquot ſecula uiguerat. de Vniu. 1. Extincta diſſenſio pro Marcel. 19. Virtus extincta. 3. de or.1. Extincta uox Hortenſii fato ſuo. de cl. or.184. Corynthum Patres ueſtri totius Græciæ lumen extinctum eſſe uoluerunt. pro L. Man.6.4. de Fin.108. Extinctum maledictũ. pro D. ſua.72. Principium extinctũ, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. in Somn. Scip. 31. Audetiſne excitare tanti flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, ſed repreſſam ue inflate? pro Cæl.57. Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi & extinguimur. de Nat.3.... Cum duo fulmina noſtri imperii ſubito in Hiſpania. Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent, &c. pro Corn. Bal.17. Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſę uideantur. de Am. 66. Id eſt, defunctæ, non repentinæ, abruptæ. Omnes ciues ſic exiſtimant, quaſi lumen aliquod extinctis ceteris elucere ſanctitatẽ, & prudentiam, & dignitatem tuam. Sulp.4.3.7.

Extinctor.

Extinctor belli. pro Cæl.45. Belli domeſtici. de har. reſ. 45. coniurationis. pro D. ſua. 78. Ne extinctor patriæ, ne proditor appellet. pro Syl.67. Nõ extinctor, ſed auctor incẽdii in Piſ.20.

Extinctio.

Nam ſi ſupremus ille dies nõ extinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius? 1. Tuſc.191.

Extirpo.

Niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur. de Amic.44. Vitia ex naturalibus cauſis nata extirpari ac funditus tolli non poſſunt. de Fat. 6. Perturbationes extirpandas putamus. 4. Tuſc.64.

Extiſpex.

Artificioſa diuinationis illa tere genera ponebas extiſpicũ. 2. de Diu.40.

Exto.

Apparet atq. extat, vtrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus. 1. de Or.37. Sed is ambitus extat, &c. 15. fam. 28. Extat que id quod mihi oſtenderas quibuſdam literis, hoc te ſtudioſiorum, &c. ad Rufum, lib.5.25. Cædium & libidinum iudicium extat, & ad inſignem memoriam turpitudinis, & pene ad iuſtum odium noſtri imperii. de prouinc. Conſ.5. Extat memoria, ſunt tabulę publicæ redargue me ſi mentior. pro Clu. 49. Non item in oratione ut in uerſu extat numerus. in Or.117. Extat officiũ. de Amic.24. Quę, vt ſcis, extat oratio. Ipſius Appii extat oratio de Sen.15. Scriptum extat in iiſdem literis. 7. Ver.116. Nullum ſenatuſconſultum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit. ad Lent. lib. 1.7.12. Extant epiſtolę Philippi ad Alexandrum. 2. off. 68. Vbique huius fortitudinis extant exempla. pro Corn. 27. Prę teritarum rerum monumenta certa in literas extant. 1. de Inu.56. Multa extant in me tua merita. pro Planc. 1. Demadis ſcripta nulla extant. de claris or. 17. Grauiora iudicia de potentiſſimis hominibus extant uoces, quã tabellę. 3. de Leg. 50. Qualex tibi ſæpe ſcripſi, Conſules extiterunt. ad Brut. Hoc eſt, ſeſe eo pacto geſſerunt. Aliquid extabit, ne tibi plane ceſſaſſe uideamur. Att.1.22.1. Dum id ſenatuſconſultum extabit, officiũ meum in te obſcurum eſſe non poterit. ad Metellum, lib. 5.2.21. Extabit opera peregrinationis huius. 15. Att. 27. Noſtrum ſtudium extabit in conueniendis magiſtratibus & ſenatoribus. ad Lentulum. lib.1.8.14. Multum autem fluxiſſe uideo de libris noſtris, &c. Vnde hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium extitiſſet. de Nat. d.1.5. Neque unquam ex illo delendi huius imperiũ tam ſceleratus impetus extitiſſet, niſi, &c. pro Cæl. 10. Alioqui multa extarent exempla maiorum. 2. de Leg. 98. Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus. 1. de Inu. 85. Sed quod literis extet. 1. Tuſc. 38. Curabo ut huius peregrinationis uliquod tibi opus extet, Att.2.19.3. Hæc cum ſint, omnia, tamen extent oportet expreſſa ſceleris ueſtigia, &c. pro Roſc. Am.68. Quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere uideatur. 3. de or.67. Sine diuinatione nõ poteſt officium & munus diuinationis extare. de Diu. 130. Officium & munus oculorum ſine oculis extare non poteſt. 1. de Diu. 123. Clarorum uirorum atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere. pro Planc. 54. In optimis quibuſque honoris certamen & gloriæ: ex quo inimicitias maximas ſæpe inter amiciſſimos extitiſſe. de Amic. 33. Extitiſſe hunc qui poſt eos diſciplinam renouaret. de Vniuerſ.1. Ego multos homines excellenti animo ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope diuino, per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor. pro Archia poeta, 11. Tum te repente lætum extitiſſe. Diu. lib.1. 54. id eſt, apparuiſſe, ſeu emerſiſſe flumine.

Extollo.

Percuſſum ipſa Reſp. manibus ſuis extollit. pro Do. ſua, 92. An quiſquam in potiundis uoluptatibus gloriando ſe & prędicatione extollit? in Parad. 17. Vos meam fortunam deprimitis, ueſtram extollitis. in Piſ.32. At hercule egregia facta ſuorum te extollunt. in Saluſt. 275. Dum Planci in me uerbis meritũ extollerem, me arcem ex cloaca facere dixiſti pro Planc.279. Extollere ad ęquitatem animi. 6. fam. 39. Laudando aliquem extollere. Cornificio, lib.12.25.16. de haruſp. reſp. 44. Animum extollere. in Parad.43. Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreatã ſe erigere

re debebat. pro Planc. 27. In gremiū ſuum liberorū ex ſe genus extollere, in or. 87. Iacentem nō modo extollere, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem. pro Marcel. 4. Quamobrem ut ii qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debet in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere. de Amic. 63. Vnius in alterum meritum uerbis extollere. pro Planc. 77. Alte pugionem extollere. 2. Phil. 49. Sic urgetur, ne nequeat ſe extollere. 2. Tuſ. 93. Erigere extollere oites. 5. de Fin. 70.

Extorqueo.

Ille ea tamen exorabat quæ uolebat auferre, tu extorques. ad Octauium. 46. Auxilium extorquet inueterati doloris. Tuſc. 3. 31. A Cæſare per ordinem talenta Attica L. extorſiſti. Att. 6. 112. 4. 5. Ver. 151. Quoniam extorſiſti ut faterer. Tuſc. 1. 13. Qua qui apud te C. Cæſar utetur, ſuam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. pro Ligario. 10. Extorquebit uerita ne repugnetis. pro Clu. 3. Extorſiſſet mihi fortuna proprium cōſilium. 10. fam. 73. in epiſt. Lepidi. Poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla ui a miſeris extorquere potuit, cohortes in hyberna miſit. de prouinc. Conſ. 5. Extorquere arma e manibus iratorum ciuium. de Cl. or. 4. Hoc eſt uim torquere afferre ſenſibus, extorquere ex animis cogitationes uerborū. 2. de Fin. 23. Extorquere de ocl ex manibus regiis. 7. Verr. 144. pro Clu. 40. in Piſ. 3. 2. de or. 60 Extorquere hæc conantur nobis metu. 11. fam. 48. in ep. Matii. Extorquere & eripere pecuniā ab .. pro Clu. 62. 2. de L. Agr. 33. Sententias de manibus ui quadam orationis extorquere. 2. de or. 41. Veritatem extorquere. in or. 91. Extorquere uocem & ſimulationem. 6. Phil. 215. Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo. Cat. 77. Extorquere ferrū alicui de manibus. in Cat. 104.

Extortus.

Pecunia omnis ab eo extorta atque erepta eſt. pro Clu. 34. Extorta eſt confitenti ſica de manibus. pro Mil. 14. Vi & metu extortum frumentum. in Piſ. 68.

Extorris.

Hinc centū patres familias extorres profugerunt. 5. Ver. 101.

Extra.

Senſibus & animo ea quæ extra ſunt percipimus. 2. de Nat. d. 221. Eminere foras, & ea quæ e. erunt, contemplari, & quam maxime ſe corpore abſtrahere. in Somn. Scip. 33. Vt nulla pars huiusce generis excederet e. de Vniu. 19. ex quo intelligitur eſſe e. diuinum animū humanos unde ducatur, &c. de Diu. 95. id e. cauſam eſt. pro Cæc. 303. e. collegium ſacerdotum ne quiſquam ſacra, quę publice conſtituta eſſent, noſſet. 2. de L. 31. e. coniurationem hanc eſſe ſe ſcire dixiſſet. pro Syl. 29. Nemo eſt e. iſtā coniurationem perditiſſimorum hominum, qui te non metuat. in Cat. 100. Cęcilii iam me hercle, hoc e. hanc contentionem, certamenque noſtrum, familiariter tecum loquar. 1. Ver. 20. Et in corpore & e. eſſe quædam bona. 2. de Fin 109. e. culpam eſſe. 7. Verr. 204. Se e. omnem culpam & cauſam poſuit. de Vni. 57. e. ducem paucoſq. preterea. ep. 96. e. fatū nihil fieri. 2. de Di. 37. e. forū, uadimoniū promittere. 5. in Ver. 77. Hoc ſeparatū quiddā eſt e. illud. de Inu. 54. Sed me hercule mi. Pęte, e. iocum moneo te. Pęto, lib. 9. 24. 8. Sed me hercule, e. iocum, homo bellus eſt Trebatio. lib. 7. 16. 3. Sed me hercule, e. iocum, ualde mihi tuæ literæ facetæ, elegantéſque uiſæ ſunt Volumnio. lib. 7. 30. Ciuis eſt nemo tanto populo, e. contaminatam illam & cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attingerit, &c. pro D. ſua. 83. e. me. de Diu 94. id eſt, præter me cauendum eſt etiam ſi ipſe ædifices, ne e. modum ſumptu & magnificentia prodeas. 1. off. 195. e. ordinem, nomen alicuius delatū accipere. 2. de Inu. 162. Imperium e. ordinem alicui dare. in Ant. 236. Quo ille auctore e. ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque geſſit. pro D. ſua. 15. e. ordinem uocari. 5. Verr. 8. Cum iudex eſſe, clam, atque e. ordinē accepiſſe confeſſus eſſet. ſaluum eſſe non poſſe, &c. pro Clu. 68. Solane uita beata relinquitur e. oſtium limenque carceris? Tuſc. 230. e. periculum eſſe pro Quint. 48. e. periculū huius belli fortuna ſit. ad Att. 21. 130. 2. Nullus eſt numerus e. poeticos. or. 215. e. portam Collinam ædes honoris eſt. de Leg. 282. exceptio, e. quod in reum capitis pręiudicium fiat. de Inu. 264, & 248 Habeo. ἀνδυσωπήτως, e. quam ſi ita negotium geſtum, eſt ut eo ſtari non oporteat, ex fide bona. 6. Att. 13. e. quod ſerui poſſet, nihil relictum erat. de Vniu. 23. e. ruinam eſſe. Att. 21. 49. e. tumultum Gallicum, Italicumque. 5. Phil. 202. e. uniuerſa quid poteſt? 4. Acad. 104. Sum futurus e. urbem ex Idibus Ianuarii. de Nat. 67.

Extraordinarius.

Extraordinarius honor. ad Brut. 22. Extraordinarius reus. 8. f. 18. in ep. Cęl. Periclo Conſulatus extraordinaria. de cl. or. 120. extraordinarium ſemper imperium populare atque uentoſum. eſt. 11. Phil. 301. ad Brut. 56. in ep. Brut. pro D. ſua. 218. Summa abſtinentia munus hoc extraordinarium traducemus. Att. 5. 14. Præſidium extraordinarium dare. 11. Phil. 303. Extraordinariæ pecuniæ. pro Roſc. Com. 2. 4. Verr. 123. Extraordinariæ poteſtates. pro Seſt. 51. De extraordinariis poteſtatibus libertatem adimere. pro D. ſua, 17. Vt omnia ſemper quæ iucunda uidentur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed, &c. 7. Verr. 29. Honoribus extraordinariis contentus. ad Br. 11. 10 ep. Brut.

Extrarius.

Cum ipſam rem, quam nos feciſſe confitemur, iure factam dicemur ſine ulla aſſumptione extrariæ defenſionis. ad Heren. 9.

Extraneus.

Cauſa extranea. ad Heren. 3. 92. Cognomine extraneo demōſtrare id, quod ſuo nomine appellari non poteſt. ad Heren. lib. 4. 196. Res extraneæ. ad Heren. lib. 4. 196. Extranea bona. ad Heren. 34. & 16.

Exterior.

Atque ita cum alterum eſſet exteriorem amplexus orbem, &c. de Vniu. 32.

Extremus.

Februarios menſis extremus anni. de Leg. 181. Manus extrema non acceſſit operibus eius. de Cl. Or. 65. id eſt, non recognouit opera ſua. Extrema & prima nox. in Arato, 10. Pars extrema & concluſio muneris & negotii. ad Qu. fr. 1. 1. 68. Itaque in ea dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt. de Nat. d. 39. Extremum, ultimum, ſummum, finis. lib. 1. de Fin. 9. Quid ſit extremum, quid ultimum bonorū, quod omnium philoſophorum ſententia tale debet eſſe, ut ad id omnia referri oporteat, ipſum autem nuſquam lib. 1. de Fin. 23. Extremum eſt, congruenter naturæ cōuenienterque uiuere. de Fin. 3. 21. Aliquid extremum atque perfectum. de Nat. d. 2. 25. Extremum omnium appetendorum cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta de Fin. 5. 37. Summum atque extremum bonorum omnium. 1. de Fin. 83. Conſtituebāt, extremum eſſe rerum expetendarum, & finem bonorum, adeptū eſſe omnia e natura & animo & corpore & uita. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 24. Extremum & ultimum bonorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 25. Cuius diſputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum. de Amic. 13. Sed hoc extremum eorum eſt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 88. Extremum eſt, quod te orem, ſi putas rectum eſſe, & a te inſcipi poſſe, &c. 11. Att. 36. Extremum expetendi Acad. q. ed. 1. lib. 2. 29. Extremum malorum. lib. 2. de Fin. 9. Extremum omnium malorum. Tuſc. 2. 14. Cęlum extremum atque ultimum mundi eſt. 2. de Diu. 237. Extremum nihil a natura inuentum. 3. ad Her. 131. Nullius rei principium eſt, cuius non ſit extremum de Nat. d. 1. 26. Extremum omnium rerum mors. ad Toranum, l. 6. 21. 5. Supplicium extremum. 7. Verr. 133. Primum, &c. deinde, &c. poſt, &c. tum ad extremum, &c. de Or. 116. Partit. 241. & de Or. 123. Ad extremum manus dare. Att. 2. 51. Cui conſuli nō animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Att. 278. Ad extremum omnis mundus ignoſcet. de Nat. d. 49. Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. in Ant. 256. Extremū adeſſe mihi uideor, nec ulla fore conditio pacis. 11. Att. 53. Extremum concluditur. 11. Att. 31. Spiritum extremum filiorum excipere. 7. Ver. 92. Habet extremum quod finitum eſt. 2. de Diu. 154. Quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinſecus. de Diu. 2. 80. Quod non habet extremum, infinitum ſit neceſſe eſt. de Diu. 30. Eſt id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. de or. 138. Ionie oratio, quę eſt in extremo illo libro. Qu. fr. 310. In extremo ſpiritu. 2. de Fin. 159. Hoc eſt, uſque ad mortem & extremum ſpiritum. Bonis uiſtbus eſſe extremo tempore ætatis. de Senect. 27. Vt in extremo tertio ſcribis. de Diu. 1. 8. Off. 3. 12. id eſt, in fine tertii. Extrema hyeme apparauit. pro L. Man. 25. In Cappadocia extrema. ep. 244. In extrema fortuna ſtare. in Salluſt. 9. Quod vero in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti &c. de Or. 88. In extrema parte & concluſione muneris ac negotii tui diligentiſſimus ſis. Qu. fr. 299. In extrema fere parte epiſtolæ. Att. 88. De furto, ſi non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem aut media, aut aliqua denique parte quæſtionis, uerbum fecit nullum. pro Clu. 56. Extrema pueritia miles fuit imperatoris. pro L. Man. 16. Sed in ea Pōpeii epiſtola erat in extremo, ipſum maon Tu, cēſeo, Luceriā uenias: nuſquā eris tutius. 8. Att. 1. In extremo pinā qđ ſētio. 11. fa. 28,

In extremo ſtomachatus ſum iucundiſſimis tuis literis. 10.fam. 57. Extrema belli ciuilis, & Initia, contraria. 4.fam.25. Et natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent. Somn.Scip.17. Extrema belli perficias. 10.fam.39. Ad extrema deſcendere. Pollio Cic. 10.76. Extrema quædam loqui. 15.Att.37. Literæ quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. Att. lib.14.305.1.7.fam.13.& 10.67.in ep.Pollionis.ideſt, in fine literarum Extremis duntaxat lineamentis deum fingeret. de N.d.1.87. His miſeris & extremis temporibus.11.Att.1.

Extimus.

Orbis cæleſtis extimus, qui, &c. de Somn.Scip. 128.

Extremo.

Quod enim ſcribis extremo, uide ne, &c. Att.12.251.1. Legitur & extremi.

Extremitas.

Extremitas, uulgo ſuperficies, Græce ἐπιφάνεια. Acad.q.ed.1.lib.2.107. Mundi extremitas paribus a medio radiis attingitur. de Vniu.21. Ora & extremitas regionis. 2.de Fin.163. Si animus extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit. de Vniu. 34. In extremitate nulla omnino craſſitudo ineſt. Acad.q.ed.1.lib.2.107. Ille omnem infinitatem peregrinabatur, ut in nulla extremitate conſiſteret. Tuſ.250.

Extraho.

Radicitus ex animis hominum religionẽ extraxit Epicurus. 1.de Nat.d.84. Extrahere aratrum. 2. de Nat.d. 120. Extrahere ex animis aſſenſionem. 4. Acad. 194. Tollere atque extrahere cupiditates radicitus. 2. de Fin. 24. Rem aliquam ab aduerſariis, uariis calumniis extrahere. Lentulo. lib.1.8. Telum e corpore extrahere. pro Roſ.Am.11. extrahere urbem ex periculis. pro Sext. 7. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. pro Clu.28.

Extractus.

Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt. Quint.fr.2.5.

Extrico.

De Dioniſio tuo adhuc nihil extrico. ep.65.

Extringo.

Deinde cũ paulum digitos extinxerat, Aſſenſus huiuſmodi. 4.Acad.260. Vetus codex legit conſtrinxerat.

Extrinſeco.

Quia nullæ cauſæ accedat extrinſecus. de Diui.137. Nullum eſt corpus, quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecus, ideſt, quaſi ferendi & patiendi neceſſitatem. 3.de Nat.d.20. Corporũ adiumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa in ipſis eſt. 4.Tuſc.93. Adhibita eſt igitur ars quædam extrinſecus ex alio genere quodam. 1.de or.92. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis uidemus, auſtro ſudorem uidetur imitari. 2. de Diu.86. Alii loci aſſumũtur extrinſecus. Top.5. Extrinſecus autem aſſumuntur, cum ea quę ſunt foris, neque inhærent, in rei natura colliguntur. de or.123. Quod habet medium, id cernitur ex alio extrinſecus. de Di.129. Imagines uniuerſum mundum complectentes extrinſecus. de N.d.25. Ducunt extrinſecus ſpiritum pulmones & cor. 2.de N.d.204. Extrinſecus loci qui ducantur. Top.5. Et nunc quidem quod ea tuetur, ut de arte potiſſimũ loquar, eſt id extrinſecus. 5.de Fin,70. Animos hominum quadã ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos. de Diu.95. Non aliũ de pendere, nec extrinſecus, aut bene aut male uiuendi ſuſpenſas habere rationes. 5.fam.36. Cum Annibal columnam aureã uellet auferre, dubitauit utrum ea ſolida eſſet an extrinſecus inaurata. 1.de Diu.87. Iniecta extrinſecus præſagitio, atque incluſa diuinitus, ineſt animis. 1.de Diu. 115. Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus. 4. Acad.125. Vt ſi quis exalbeſceret, uel ipſe per ſe motu mentis aliquod, uel obiecta terribili re extrinſecus. 4.Acad. 89. Nullæ imagines obrepunt in animos dormiẽtiũ e. 2.de D.205.e. alicũ de aliquid quęrere. 2.de or.174. Extrinſecus argumenta quando ſumantur. 2.de or. 89. Extrinſecus ſumpti loci. 2.de or.89.& 93. Hæc quæ ſunt extrinſecus. de Fin. 141. Extrinſecus quę bona ſunt, ueram laudem non habent. 2.de Or.186. Veſtiuit extrinſecus animum deus, & circundedit corpore. de Vniu.26.

Extrudo.

Ego autem cum ad me de Ciceronis abs te diſceſſu ſcripſiſſes, ſtatim extruſi tabellarios, literaſque ad Ciceronẽ. ad Brut. 30. ideſt, ad te properare coegi, feſtinanter miſi. Nam te in uiã, ſimulac perpaululum guſtaris, extrudam & eiiciam. 2.de or.130. Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. Trebatio, lib.7.6.4. Pollicẽ, ſi adhuc non eſt profectus, quãprimum fac extrudas. Terentiæ, l.14.16.i. cogas diſcedere, uel urgeas eius diſceſſum. Itaque non modo domo tua Chelidonem in Prętura extrudere noluiſti, ſed, &c. 7. Verr. 31. Sed quoniam furore illo extrudimur, Brunduſium pergere cogito. Att. 252. Sed iam extrudimur, non a Planco, &c. uerum ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. Att. 3.54.a. Qui tamquam extruderetur a Senatu in Macedoniam, & non contra prohiberetur proficiſci, ita cucurrit. 10.Phil.176.

Extruo.

Ad cælum tamen extruxit uillam in Tuſculano uiſceribus ærarii. pro D.ſua.95. Age nũc Luci noſter, extrue animo altitudinem excellentiamque uirtutum. de Fin.5.64. Cum nobis immortale monumentum ſuis pene manibus Senatus populuſq. Romanus extruxerit. 14.Phil.406. Aceruum magnum ad pedes alicuius extruere. Att.17.1. Extruere ædificium in alieno. pro Mil.56. Fundare & extruere diſciplinam. 4.de Fin. 1. In quibus oportet uerba ſicut a poetis in quendam extruere numerũ. ad Her.4.198. Extruere ſepulchrum altius, quam, &c. Plato uetat. 2.de Leg.105. Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur. 5. Tuſ. 45. Permutationes ad hunc Tuſculanum montem extruendum. in Piſon.38:

Extructus.

Extructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. in Piſ.53. Vſque ad illum ad Cyro extructum rogũ 3.de Fin.60. In ea poſſum intueri domum meam euerſam non ab inimico meo, ſed ab hoſte communi, & ab eodem extructam & poſitam in oculis ciuitatis, &c. pro D.ſua.77. Caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis. de Sen.40.

Extructio.

Extructio tectorum. 2.de Nat.d.255. Eoſque nec inhumatos eſſe, &c. ſed contectos publicis operibus, eaq. extructione quæ ſit ad memoriam æternitatis ara uirtutis. 14.Phil.408.

Exturbo.

Itaque quæro qui ſint iſti optimates qui me exturbent, cum ipſi domi manent. Att.8.60. Multa conuenerunt quæ meam exturbarent mentem. ad Q.fr.1.58. Exturbare aliquem bonis patriis. 4.Ver.32. ex numero uiuorum. pro Quint.18. Hominem e ciuitate. pro Mur. 43.e. homines e poſſeſſionibus. pro Syl. 53. Deiicere Senatum a gubernaculis, populũ e naui exturbare. pro D.ſua.20. Exturbari præcipitem e prouincia. 6.Verr. 59. Exturbari & expelli ex agris. pro L.Agr.83. Miſerũ eſt numeris omnibus exturbari. pro Quint. 63. Cicero iudicium ſuum dixerit in exturbando Antonio. Brut.287.

Exturbatus.

Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia iubet. pro Clu. 10.

Exul.

Venit exul ad Antiochum Epheſum Hannibal Carthagine expulſus. 2.de or.42. Exul eſt ipſum per ſe nomen calamitatis, nõ turpitudinis. pro D.ſua.56. Exul eſſe non poſſum, dum, &c. ad Brut.47. in ep.Brut. cum uagus & exul erraret, atque vndique excluderetur. Oppianicus. pro Clu.138. Nam eadem uideo, ſi uicerit, & impetum in priuatorum pecunias, & exulum reditum, & tabulas nouas, &c. 10. Att.10. Vt exules Byzantium reducerentur. pro D.ſua.223. Vi eiecto exules reducere. ad Her. lib.2.83. Caſſio, lib.12.1.4. pro Sext. 48. 10.fam.71. in ep. Pollionis. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, exules reſtituuntur. ep. 283. 1.Phil.2. Exulibus reditum pollicetur. 10.Att.44.

Exilium.

Exilium utrum in malis numerandum, necne Tuſ.5 76. Exilium quando turpe. pro D.. ſua. 56. Terribile exilium illis quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe ducunt. in Parad.20. Exilium tolerabile. 7.fam.10. exilii cauſa ſolum uertiſſe aliquem, nec poſtea eſſe reſtitutum. 5.Phil.174. Nam quod ad exilium attinet, perſpicue intelligi poteſt, quale ſit. exilium enim, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portuſque ſupplicii. pro Cæc. 72. Fugam meditari, & exilium cogitare, in Cat.16. Iam uero exilium, ſi rerũ naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum a perpetua peregrinatione differt? in qua ætates ſuas nobiliſſimi philoſophi conſumpſerunt. Tuſcul. 5.76.& 77. Exilium credo quod in maximis malis ducitur. 5.Tuſc.149. Neſcis exilium eſſe pœnam ſibi parad.38. Cum homines uincla, neces, ignominiaſq. uitant, quæ ſunt legibus conſtitutę, confugiunt quaſi ad aram in exilium, &c. pro Cæc. In exilium aliquem eiicere. 2. In Cat. 33. Ibi igitur in exilium miſer. pro Mur.145. in Cat.16. Recta pergere in exilium. 1.in Cat.17. profectus eſt in exilium. Tubulus ita

tim.de Fin.76. In exiliũ proficiſci. 1.in Cat. 15. In exiliũ pulſus aliquis.2.de or. 30.Tũ amittitur hæc ciuitas denique, cũ is qui ꝓfugit,receptus eſt in exiliũ, hoc eſt in aliã ciuitatẽ. ꝑ Cæc.73. Qui Romã in exiliũ uenillet,cui Romę exulare ius eſſet. 1.de or. 36.Quos leges exilio affici uolunt,ea ules ſunt, ẽt ſi ſolum non mutarunt.in Parad.38.De exilio quendam reducere.2.Phil.35. Ab illo patriæ proditores,de exilio reductos eſſe.At.151.In exilio eſſe.3.de Nat.deo.115.Exilio Themiſtocleo mori. 10.Atti. 24.Multare exilio maleficium,pro Cæc.72. Et cum lege retineretur,ipſe ſe exilio bene multauit.pro Syl.55.

Exulo.

Familiaris tuus de re priuilegium tulit,ut ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. Parad. 121. Rem publicam diſceſſu alicuius exulare.in Parad.37.Romæ exulare ius eſſe alicui. 1.de Or.86.Sin autem nulla ſit,hunc tamen aptiſſimum eſſe ad exulã dum locum.ad Metel.lib.4.8.5.

Exulans.

Rex Pruſias,cum Hãniball apud eum exulanti depugnari placeret,negabat ſe audere,quod exta prohiberent.2.de Diuin.78. Nam iure exulantẽ cõſolari non oportet.Tuſ.5.77.Aut Aeetã, de quo paulo ante dixi,aut Telamonem pulſum patria exulantẽ atque egentem,&c.3.Tuſc.68.

Exulcero.

Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur,sed cum congregabilia natura sint fingunt fauos.1.off.219.

Faux,*Vide Fauces.*

Fax.

Nonne Senatui prouidendum fuit,ne in hanc tantam materiam seditionis illa funesta fax adhæresceret?pro D.sua.11. Sed quæ prouincia est,ex qua illa fax excitare non posset.incendiū. 7.Phil.219.incendiorum Antonii fax Clodius.2.Phil.64. Diana facem iacit a læua.Acad.22.Dextra ardētem facem præferebat.in Verr.117.Cui tu adolescentulo,&c. ad libidinem non facem prætulisti in Cat.9.Cælestes faces oisæ Romæ. Diu. lib. 1. 82.de Nat.d.2.11.Neque paruis in rebus adhibendæ sunt hę dicendi faces.1.de or.113.Dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrētur off.1.53.Inuidię faces.pro Mil. 74.Nuptiales faces.pro Clu.11.Faces uerborum.3.de or.3.Visæ sunt nocturno tempore faces.3.in Cat.63.Faces quibus incensa L.Bellieni domus deflagrauit.2. Phil.93. Malleolos ad incendē dam urbem facesque comparare.in Cat.103. Ego faces iam accensas,ad huius urbis incendium extinxi.in Pis.80. Si te in capitolium faces ferre uellet Lælius.35.Cum ardentes faces in uicinorum tecta iactas.de harusp.152. Aut cum tectis sceleratas faces inferebas.Parad.35. Cum ardentes faces furiis Clodianis ministrabas.in Pis.85.Cū facibus in tecta nostra immissi. Att. 14.306.2.Facibus corporis inflammari solemus ad omnes ferę cupiditates.Tusc.1.37.

Faxit,*Vide post Facio.*

Febris.

Febris ara Romæ in Palatio.2.de Leg.29.Febris fanū in Palatio.3.de Nat.d.45. Quartana fæbris discessit. Att.8.150.3.Si cum biduū cibo se abstinuisset,subito febris discessit. Att. 272. Sicut uene sic mouentur,ut habes febrim : sed potius illo modo, Non ei uenę sic mouentur, ut is febrem non habet? de Fato. 24. Cum decimum iam diem grauiter intestinis laborarem,nec pro barem me non ualere,quia febrim non habebam, fugi io Tusc. 107.Qui æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primus releuari uidentur, deinde multo grauius,uehementiusq. afflictantur.in Cat.103.Aegypta mihi nuntiauit te plane febri carere & belle habere.ad Tironem.lib.16. 13.1. Ex quo sudore cum cohorruisset,cum febri domum redit. de or. 143. Cogooui ex eo,quod ita scripseras te Romam uenisse cum febri. Att.7.2. idest,febre laborans. Inest enim uelle carendo, nisi cum sic tam quam in febri dicitur Tusc. 167. Incommoda ualetudine emerseram,ut pote cum sine febri laborassem.Att.7.120.7.Tertianarum febrium & quartanarum reuersione & motu quid possit esse constantius?3.de Nat.d.17.

Febricula.

Febriculam habere.Att.6.48.& 13.1. Qui ex labore in febrī culam incidi assiduam,& satis molestam.Planc.Cic.10.44.Diē tum ex quadam epistola tua,quam incipiente febricula scripseras,mihi notaueram.Att.7.30.

Fecialis.

Feciales oratores,indices fœderum, pacis belli, induciarum fuuto.2.de Leg.18. Habemus hominem in fecialium manibus educatum,&c.7.Ver.39.

Fecialis.

Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius feciale, & multa sunt iura communia. off.74. Belli quidem æquitas sanctissime feciali populi Romani iure perscripta est.1.off.74.

Fel.

Fel gallinaceum, &c. quid habet naturale, quod declarare possit,quid futurum sit?de Diu.2.22.

Feles,*Vel Felis.*

Feles,canis,crocodilus.Tusc.243.Qui canē & felem,ut deos colunt.de Leg. 162.Crocodillum & ibim & felem non uiolari ab

ab Aegypto.de Nat.d.17.& 60.Poſſum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere:ſed nolo eſſe longius 1.de Nat.d.

Felicitas,Feliciter, Felix, *Vide Fœlix.*

Femen.

Quid Agrigento?nonne eius P. Scipionis monimentum ſignũ Apollinis pulcherrimum,cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum , ex Aeſculapii religioſiſſimo fano ſuſtuliſti?6.Verr.83.Redundare pedibus, feminibus,cruribus.1.de Nat.d.138.

Femur.

Frons nõ percuſſa,non femur,pedis(quod minimum eſt) nulla ſupploſio.de Cl.or.152.

Feneſtra.

Non eas partes,quæ quaſi feneſtrę ſunt animi.1.Tuſ.74.Feneſtrarum anguſtias quod reprehendendis,ſcito te κύρου παιδείαν reprehẽdere.Att.2.28.1.Feneſtris animi nihil ſentire queat mẽs, niſi id agat & adſit.Tuſc.1.39.

Fera .

Fera & immanis belua.Acad.q. ed.1.lib.2.99. Id ne ferę quidem faciunt,ut ita ruãt atque turbentur,ut earum motus & impetus quo pertineant,non intelligamus. lib.1.de Fin.27.Ferarũ natura non eſt illa quidem deprauata mala diſciplina, ſed natura ſua.de Fin.2.29.excitare & agitare feras.3.off.89. In feris iuſtitiam bonitatem,æquitatem ineſſe non dicimus: ſunt enim rationis & orationis expertes.Off.1.75. Noluerunt feris corpus obiicere,ne beſtiis quoque,quæ tantum ſcelus attigiſſent , immanioribus vteremur.pro Roſc.Am.43.Feris beluis utamur,domitis & condocefactis.2.de N.d. 121.

Ferinus .

Nam fuit quoddam tempus,cum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur,& ſibi victu ferino vitã propagabant: nec ratione animi quidquam, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant.1.de Inu.3.

Ferus .

Quem ego ferus ac ferreus e complexu dimiſi meo. ad Q.fr. lib.1.51.Ferus & agreſtis homo.pro Roſc.Am. 45.Hoſtis nimis ferus & immanis.in Ver.119.Quæro cur tam ſubito manſuetus in Senatu fuerit,cum in edictis tam fuiſſet ferus?in Ant.188.Immanis & fera bellua.2.de N.d.240. Gens immanſueta atque fera.1.de Leg.36.Fera agreſtiſque vita.de Or. 87.Beſtiæ feræ. de Amic.68.Varia genera beſtiarum, uel cicurum vel ferarum. de Nat.46.Mores feros,immanemque naturam alicuius oſtendere pro Roſc.Am.22. Gentes feras armatas in Italiã adducere.Tuſ. 154. Deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos. 1. de Inuent. 4.

Feritas.

Feritas atque agreſtis immanitas.1.de Diu.107.feritas & immanitas belluę in figura hominis.Off. 38.Magnitudo animi,remota communitate coniunctioneque humana, feritas ſit quædam & immanitas. Offic. 32. Ex feritate ad manſuetudinem traducere.pro Sext.79.

Feralia.

Eodem enim die video Cæſarem a Corfinio poſt meridiem profectũ eſſe Feralibus, quo Canuſio mane Põp. Atti. 8.166.3.

Ferax,Ferculum,*Vide Fero.*

Fere.

Ex victoria bellica non fere quęquam eſt inuidia ciuium cõſecuta.pro Sext.42. Quam f.omnium cõſtans & moderata ratio vitæ,&c.pro Clu.34. Omnes f.familiares Cæſaris me colunt & obſeruant.ep.87.Nec f.cuncta barbaries.de Nat. d. 1.57.Hæc f. de moribus.1.Acad.55.Vt f.dicitis.1.de Nat.d.17.Quemadmodum ducatur honeſtum,ex quo aptum eſt officium,ſatis f. diximus.1.Off.87.Hæc f.dicere habui de natura deorum. 3. de Nat. d.70. Aetates noſtræ nihil aut non fere multum differunt. de Cl.Or.77.Nam etiam ab orationibus diſiungo me f.referoque ad manſuetiores muſas,&c.1.fa.51.Eadem f. hora. Att.14.318. 1.Pater meus hic f.ætatẽ egit in literis. de Leg. 169. Cum ſępe multa narraret,tum memini,&c,in eum ſermonem illum incidere,qui tum f multis erat in ore.de Amic.2.Hęc erant f.quę tibi nota eſſe uellem.12 .fam.10.Vt f.fit.2.de Inu.131.Hoc iam fere ſic fieri accepimus,ut,&c.pro Pomp.8. Quod f. fieri ſolet,probabile eſt.1.de Inu.62.Hæc habebam f.quæ te ſcire vellem. 1. Att. 13.Nec adhuc fere inueni , qui nõn, &c. Att.7.126.1. Fere non difficile eſt inuenire quid ſit cauſæ adiumento,&c.ad Her.2.60. Hora fere nona Att.7.135.3.Idem illo fere biduo productus in concionẽ.in Piſ.81.Et qui ſuos caſus aliter ferunt,&c.nõ ſunt vitioſiores,quã fere pleriq. qui auari auaros, glorię cupidos,glorioſi reprehendunt.3.Tuſ.125. Scripſit igitur his fere verbis.4. Acad.184. Sæpe ex ſocero meo audiui , cum is diceret ſocerum ſuum Lælium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari. 2. de or.13. Hæc fere ſunt illa epiſtolam Att. 98. E Pompeiana naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium v 1. Iduum , hora fere tertia.Att.235.Declaratur autem ſtudium bellicæ glorię,quod ſtatuas quoque uidemus ornatu fere militari.1.off.190.

Feriæ.

Nec vero tam Deniales , quę a nece appellatæ ſunt,qua reſidentur mortui,quam cęterorum cęleſtium quieti dies feriæ nominarentur,&c.de Leg.lib.2. 51. Tantum tribui doctrinę temporis,quantum mihi pueriles ætas & forenſes ferię conceſſerũt. de or.150.Feriæ nouendiales, quæ fuerũt Tuditano & Aquilio coss. ad Q.fr.325. Quærit ex proximo vicino,num feriæ quędam piſcatorum eſſent.off. 63. Feriarũ dies mihi additos uideo. 13.Att.57.ideſt,diutius feriari mihi licet. Feriarum feſtorumq. dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum , in ſeruis , operum & laborum : quas compoſitio anni conferre debet,& perfectionem operum ruſticorum. 2.de Leg. 30. Ferias triduum habendas cenſet Cotta,& porco fœmina piaculum pati,ſi in mari mortuus eſſet.2.de Leg.53.Ferias & ceremonias ſacris patrisfamil coniungi põtifices voluerunt,2.de Leg. 47.Imperare ferias.1.de Diu.165.Feriis iurgia amouento,caſque in famulis operibus patratis habento.2.de Leg.16.Cum feriis Latinis ad C.Cottam familiarem meum veniſſe, &c.1.de Nat.d.12. 8.fam.15.in epiſt.Cæl.

Feriatus.

Feriatus voluntate ſua a negotiis publicis.3. de or.33.Ne putes in Aſia feriatum illum a ſtudiis futurum. 12.fam.39.in ep. C. Trebonii. Deum feriatum volunt ceſſione torpere Epicurei.1.de Nat.d.142.

Ferinus,*Vide Fera.*

Ferio .

Feriunt enim aures hominum cum illa quę iucunda & grata,tũ etiam illa quæ mirabilia ſunt, in uirtute laudari.2.de or. 188.Ideone ego pacem Pyrrhi diremi , ut tu amorũ turpiſſimorũ quotidie fœdera ferires?pro Cæl.44. Puto te in hoc riſiſſe aut in gemuiſſe,ut frontẽ ferias. Att.lib.1.Quo minus patent multa in eorum uita,quæ fortuna feriat. Off.15. Ferire & repellere adverſarium.2.de Or.40.Ferire fœdus cum aliquo.de Inu. 73.Hoſtem pro Corn.Balbo,41.parietem. pro Cæl. 50. Binis aut ternis verbis.Or.219. Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum,fędera feriebantur prouinciarum.pro Do.ſua,99.Inſtat,ut ſecuri ambo feriantur.in Verr.91.Cato, 38. His autem ſpectris, etiam ſi oculi poſſent feriri,animus qui poſſit nõ uide. 15.f.44.

Feritas,*Vide Fera.*

Ferme.

De me poſſum quidem quod Platinus pater in Triniſmo , Mihi quidem ætas acta ferme: eſt tua iſtuc refert maxime.ad Brut. 1.4. Sapientis enim cogitatio non f. ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos. Tuſcul. 249. Vt eo nihil f.quiſquam poſſit addere. de Cl. or.176.Quod f.dirum in tempus cecidere. de Diu. 84.Hæc exornatio in coniecturali conſtitutione cauſæ f.ſemper neceſſaria eſt.ad Her. 37.

Fero .

De Lentulo ſcilicet fero ut debeo. Att.58. Balbum vero qui eſt iſtius rei(quemadmodum ſcribis) adiutor, in oculis fero.ad Quint. fratrem, lib. 3. 7. & 6. Philipp. 211. Ideſt, ualde diligo. Nam iſti uix ſunt digni,quibus alteri Ceſænam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. te (vt dixi) fero in oculis.Tironi,lib.16.27.4. Sed noſti genus dialogorum meorũ, vt in Oratoriis quos tu in cælum fers.Att.4.40. Sapientia tua, qua fers iniuriarum,lætitia.Memmio,lib.13.1. 1. Cum ad illud prandium crudior veniſſet,& vt ętas illa fert,ſibi tum non peperciſſet, &c. pro Clu.134. Ad me, vt tempora noſtra,non ut amor tuus fert,vere perſcribe.ad Quin. fr.1.4.5. Si ita commodum veſtrum fert.pro L.Agr.77.Nos,ut opinio,& ſpes,& coniectura noſtra fert,firmiſſima beneuolentia hominum muniti ſumus.Atti. 2.40.3.Hoc ſi vobis verſutius,quam mea conſuetudo defendendi fert, videbitur,&c.pro Cæc.61.Fert εὐκόλως 13.Att.26.Terra fruges fert.1.de Leg.183.id eſt,gignit,parit,producit.Vereor,ne grauioribus vtar uerbis,quam natura mea fert.pro Qu.33.Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent.in Som.Scip.17.id eſt,natura comparatum. Nemo ue

ſtrum

ſtrum, vt mea fert opinio, ignorat. pro Clu. 34. 6. In Verrem, 26. ad Seruilium, lib. 13. 67. 4. Is præ ſe probitatem quandam fert. Acad. q. 45. Fidenti animo (ſi ita res fert) graditur ad mortem. 1. Tuſ. 178. In hac cauſa Piſo, amicitia P. Clodii doctus, operã dat, vt ea rogatio, quam ipſe fert, & fert ex ſ. c. & de religione antiquetur. Att. li. 1. 8. 6. pro Syl. 49. poſt red. in Senatu, 9. 3. off. 148. Vt ſe fert ipſe. 8. fam. 8. in ep. Cæl. Vt eorum fert vſus. de. or. Vos autem iudices, de hominum fortunis ſententiam fertis. pro Clu. 117. Appollinem ex hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. de Nat. d. 71. Hanc conditionem miſero ferunt, ut optet utrum malit, ceruices, &c. pro Roſc. Am. 18. Tironi, li. 16. 11. 4. pro Domo ſua, 41. & 7. Phil. 218. Vt ferunt fabulæ. 3. Off. 48. Princeps Thales unus e ſeptem, cui ſex reliquos cõceſsiſſe primos ferunt, &c. 4. Acad. 210. Qui ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore. Tuſ. 4. 35. Obiurgari moleſte ferunt, moleſtiam capiunt, dolẽt. de Amicitia, 113. Att. 6. 46. Iuuat me, hæc præclara omnia artificum, quæ iſti ad cælum ferunt, Verris æſtimatione ſic concidiſſe. 6. Ver. 11. Præpropera feſtinatio abducet a tantis laudibus quibus te omnes in cælum iure & uere ferunt. Furnio, l. 10. 26. 5. 1. Tuſc. 67. Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. 7. Verr. 145. Ita ſui periculi rationes ferunt ac poſtulant. 7. Verr. 82. Veterrima quęque (ut ea uina quæ vetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuauiſſima. de Amic. 60. Grauioribus verbis per literas accuſaſti me, quam tua conſuetudo ferebat. Brut. 9. 2. Sed cogitãdi non ferebat laborem. de Cl. or. 189. Nihil de iudicio ferebat, ſed pęnam ambitus ferebat eam, quæ fuerat nuper ſuperioribus conſtituta. pro Syll. 47. Cato facile ſenectutem ferebat. de Sen. 77. Ita tempus ferebat. Att. 8. 153. 3. Cum ut abſentis ratio haberetur, ferebamus. 7. Att. 25. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 4. Ver. 58. Hominem, ut ferebant, acerrimum. de or. 88. Ferebãt in oculis hominem quidam boni uiri, & de me optime meriti: &c. de haruſp. reſp. 45. Hoc ab illo prædone ereptum eſſe grauiter & acerbe homines ferebant. 3. Ver. 108. 1. Verr. 2. pro Planc. 1. Tum ferebant ui magna, tum ferebantur. de Vniu. 61. Quo in loco conditionẽ tuli, ſi uellet, &c. pro Quint. 58. 7. Att. 50. & 16. 15. & lib. 10. 101. 2. Ego fructus ex Repub. magna acerbitate permixtos tuli. pro Planc. 279. Si neque pro, eo ot debui, grauiter moleſteque tuli. epiſt. 49. Tuli grauiter & acerbe, me, &c. in Verr. 55. Iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam numquam obſcure tuliſti. in Parad. 58. pro Cluent. 41. 9. Att. 19. Ita fortuna tulit. Pulchro, lib. 4. 13. 5. Quã tum libido tulit, tantum relictum eſt. 5. Verr. 49. Quantum uoluntas tulit. 7. Verr. 47. Simios, non femiſſis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4. 1. off. 57. Atti. 9. 181. 5. Is auctorem Senatus extinctum læte atque inſolenter tulit. 1. Phil. 56. Qua humanitate tulit contentionem meam. 3. fam. 43. Non quin rectum eſſet: ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Att. 7. 67. Quos tandem fructus huiuſce neceſſitudinis ĩ iſtius imperio tulit? 7. Ver. 97. Deinde quod Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, ut non ſuſtulerit horum nexa. pro Cæc. 304. Hæc ætas primum Athenis oratorem prope perfectum tulit. de Cl. or. 168. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Att. 4. 84. 6. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertũ Bonę deæ acceſſiſſes, exulares. Parad. 39. pro D. ſua, 21. Mulieri crudeliſſimę ſeruum fideliſſimum nõ in quæſtionem tulit, ſed plane ad ſupplicium dedit. pro Clu. 144. 1. de or. 215. Sub. Oppianicus. Tales innumerabiles noſtra ciuitas tulit. 1. Tuſc. 161. Lętitiam autem apertiſſime tulimus omnes. Att. 14. 308. 6. Qui ab eo partẽ prædę tulerunt. pro Sexto Roſc. 36. Ex his Cotta & P. Sulpitius cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. de Cl. or. 95. Rationes meæ ita tulerunt. Metel. 5. 56. Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum. Att. 2. 12. Sæpe ſupra feret, quam fieri poſſit. or. 109. Tolerabilius feret incommodum, qui cognouerit neceſſe eſſe homini tale aliquid accidere. Tuſc. 3. 47. Si veſtra voluntas feret. pro Lege Man. 50. Non ferent, inquam, oculi Saxam, Caponẽ. in Ant. 243. Quẽ ego ſi ferrem iudicem, refugere nõ deberet: &c. pro Roſc. Com. 26. Ferres me, ſi ego idẽ dicerem? 4. Aca. 129. Cognitor ſi fuiſſet tuus, quod uiciſſet iudicio, ferres tuum. pro Q. 52. Neminem adhoc offendi, qui hæc tam lente, quam ego fero, ferret. de Or. 302. Anno proximo P. Scæuola Tribunus plebis ferret ad plebẽ vellent ne de ea re quæri. 2. de Finib. 45. Nondum ſatis huc erat illatum, quomodo Cæſar ferret de auctoritate præſcripta. Att. 69. Pernicioſe etiam Philippus in Tribunatu cũ legẽ agrariam ferret. 2. Off. 107. Si tempus ita ferret. pro Cæc. 55. Catoni, l. 15. 4. 22. Pompeius contendit, ut decem Tribuni plebis ferrẽt, vt abſentis ratio haberetur, quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua. Att. 120. Cum a me quoque id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe, &c. in Cat. 14. Velli ita fortuna tuliſſet, ut, &c. ep. 45. Si res ita tuliſſet. 4. Phil. 161. id eſt, ſi opus fuiſſet. Cumque eſ contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet. ad Lentulum, lib. 1. 9. 79. Tuſc. 2. 1. pro Do. ſua, 76. Hoc eſt, attuliſſet. Si me ſatis nouiſſet, & maior pars Senatus maiores ex me fructus tuliſſet. Pollio ad Cic. 10. 32. 15. id eſt, reportaſſet. Cum ipſe Cõſul eſſet factus, ille repulſam tuliſſet. de or. 134. Tuſ. 5. 40. Timeo quonam modo id factum feras. pro Mil. 116. Vt ſi quis ægre ferat, ſe pauperem eſſe. Tuſ. 211. Quid res, quid tempus, quid cauſa ferat, tu perſpicies. ep. 7. Niſi illud quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. 1. de or. 67. Idemque refert, ut uoiuerſus populus campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat. Att. 1. 13. 8. Timere ſe dicunt, quo modo ferant veterani, exercitum Brutum habere. in Ant. x27. Mulieres autem via humanæ, quæ inimico animo ferant. Att. 211. Qui potentiſſimorum hominũ potentiam numquã tulerim, ferrem huius aſſeclæ? Att. 93. Quæſtus es plures te teſtes habere de Voluſenia, quam quot in ea tribu puncta tuleris. pro Planc. 270. Quam ille grauem ſuum caſum magno animo, quam conſtanti tulerit. Din. 2. 107. An tandem una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, vt nemo vmquam prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit? pro Planc. 269. Quemcumque ſors tulerit, caſum ſubeam. Att. 118. Si occaſio tulerit. ep. 156. Plura dixi, quam opinio mea tulerit, aut uoluntas mea. pro D. ſua, 26. Ferre ad populum de aliqua re. pro Corn. Balbo, 60. 1. Phil. 14. adiumentum, opem, auxilium. pro Syl. 61. aduerſam ęrumnam. ex Terentio. Tuſc. 3. 27. Acerbiſſime ferre aliquid. pro Clu. 29. Aequo animo ferre ac concedere aliquid. de or. 122. Tuſ. 1. 77. Aequo vel iniquo animo. Att. 249. Aperte aliquid pro Planc. 29. Belle aliquid Att. 65. Clementer aliquid. Att. 6. 3. 7. aliquid εὐσχημόνως. 9. Att. 10. aliquid expensũ alicui. 6. Phil. 214. Att. 2. 19. 1. & lib. 7. 133. 16. 3. Verr. 70. Humaniter ferre aliquid. Att. 1. 2. 1. & lib. 4. 84. 12. Leuiter ferre & negligenter deſcendere aliquid. pro Roſc. Com. 9. Leuiſſime aliquid. Radio, lib. 5. 18. 4 Mediocriter aliquid. in Verr. 68. aliquid modice, moderate. Tuſc. 4. 31. aliquid moderate & tranquille. Tuſc. 3. 51. aliquid modice ac ſapienter. Cat. 2. Modice uel immodice aliquid. Tuſc. 117. arma contra patriam. Læl. 34. 000 poterat aſpernari Epicureos. de Nat. d. 1. 79. Atrociter pro Mil. 16. auxilium alicui. 3. de Legib. 32. 2. de or. 110. auxilium cõtra vim. 2. in Cat. 39. calamitatem. pro L. Man. 16. calumniam maximo plauſu. 8. fam. 18. in ep. Cæl. ſapienter cõmonem incertumque caſum. 5. fam. 48. Quem ego meum caſum fortiter ferre uiſus ſum, non quod, &c. de Seneċt. 77. 5. de Fin. 161. Ferre apte & quietẽ quemcumque caſum fortuna inuexerit. 4. Tuſc. 58. Sapienter caſus aduerſos ferre non frangi fortuna, retinere in rebus aduerſis dignitatem. 2. de Or. 189 ferre de aliquo, ſub. legem, uel priuilegium. pro Do. ſua, 34. delicta alicuius. pro D. ſua. 7. Huius deſiderium ferre ciuitas non poteſt. in Ant. 219. Deſiderium coniũctiſſimi uiri atq. amantiſſimi ferre nullo modo poſſem. Lælius, 86. ferre fortiter aliquid, ſi euenerit. 11. Phil. 294. ep. 58. Fortius ferre dolorem. Att. 139. Modice ferre dolorem. Tuſc. 1. 100. Moderate ferre dolorem. de Amic. 7. ferre dolorem mollius. Att. 278. dolorem placide & ſedate. Tuſ. 2. 50. dolorem ſtudio potius & gloria, quam ratione aut ſapientia. Tuſc. 2. 55. Ferre dolorem animo humili imbecilloque. de Fin. 1. 38. ferre quęcumq; eũt, optare optima, cogitare difficillima. 9. fam. 43. extum temeritatis. pro Flac. 81. fructum. pro Cæl. 42. pro, aſferre. fructum pietatis ab aliquo. pro Sext. 58. fructus uberrimos. Tuſc. 2. 10. Quis hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec uidebatur natura ferre, ut accidere poſſet? At. 13. 268. 1. Grauiter ferre de aliquo Att. 106. Acad. quæſt. edit. 1. l. 2. 7. Ferre impune. 13. fa. 101. Iniquo meis incommoda ad Q. fr. 1. 44. inediam biduum aut triduum. Tuſc. 2. 35. modice iniurias fortunæ. de Finib. l. 1. 36. Tuſc. 5. 84. legem ad populum. 1. ad Her. 21. Poſtea dixit etiam in Senatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem Curiatam ferre. ad Lentulum l. 1. 9. 104. Ferre legem in aliquem. in Vatinium, 21. id eſt, in eius gratiã. leges populares. Acad. q. ed. 1. l. 2. 13. lites pro Rab. Poſth. 7. mala ęquo animo. Tuſc. 4. 49. mandata. 8. Phil. 250. fortunã moderate. 5. fa. 64. Id & molliter & ſapienter, ſicut omnia, & ferre, & laturum eſſe certo ſcio. de Sen. 77. Ferre quam leuiſſime moleſtiam. 5. fam. 51. naturam alicuius. 1. Phil. 21. nomen alicuius. Off. 3. 96. opem atq. auxilium afflictæ Reipub. Att. 8. 158. 1. opẽ ſalutemque indigentibus. de Fin. 2. 96. Pacate & moderate ferre ep. 78. Quam humaniſſime ferre peruerſitatem alicuius. ad Q. fr. 300. placate atq; remiſſe. 6. fam. 44. Grauiſſimas plagas excipere, & ferre ſilentio. Tuſc. 2. 41. Exiſtimato me ſtultitiæ meę pœnam ferre grauius, quam eueniti. Att. 3. 48. 6. pro Dom. ſua, 103. Patienter ferre potentiam alicuius. ep. 9. Præ ſe ferre magnam ſpeciem doctrinæ ſapientięque. Tuſc. 3. 2. Præ ſe ferre ſpeciem boni uiri. Off. 2. 55. Ferre pręſidium labenti & inclinatę Reipublicæ.

libere.ad Brut.18.principatum.13.Phil.380.proſcriptionem de aliquo.pro Seſt.54. Quęſtionē de morte alicuius f. pro Mil.15. Mediocriter ferre quippiam.5.Verr. 79.Acerbas res f. 2. de Or. 116. Immoderate res aduerſas & ſecundas ferre, leuitatis eſt.1. Off. 127. Aduerſas uero res ferre difficile eſſet ſine eo qui illas grauius etiam, quam tu, ferret.de Amic.21. Ferre ſalutem alicui. pro Arch.1.ſe obuiam alicui. pro Planc. 73. Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre.pro Dom.ſua, 37.in Piſ. 45. Ita exiſtimabam tempora Reipub.ferre.in Piſ.80.Ferre tribum in comitiis.pro Seſt.99.Ferre non potuit ea uulnera. ad Brut.7. Diſſidium aliquod acerbiſſime tuliſſe.Att.4.7.2. Permoleſte tuliſſe. in Verr. 223. Quod ſcribis libenter repulſam tuliſſe eum qui cum ſororis tuæ filii patruo certaret, magni amoris ſignum. Att.5.107.3.Aut te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. pro Plancio,44. Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe credi tis?pro Mil.108.Vitis quæ natura caduca eſt, & niſi fulſa ſit, ad terram fertur: &c. de Sen. 48. Neuius non faceret? qui vſque eo feruet, ferturque auaritia, ut de ſuis commodis nolit aliquā partem amittere.pro Quint. 21. Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum cum exul eſſet, ſe, &c.de Amic. 49. Cum enim fertur quaſi torrens oratio.de Fin.lib.2.3. Si ornate locutus eſt, ſicut fertur, & mihi uidetur phyſicus ille Democritus.de Or.89. Quorum ingeniis hęc feruntur, ab his populi Rom.fama celebratur.pro Arch.190. Eius ſcripta quędam feruntur.de Cl. 167.vt temporibus illis ferebatur.de or.88. Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus ſum.Q.fr.lib. 2. 8. 5. At iſte operta lectica latus & per oppidum.in Ant. 180. Ne infinite feratur ut flumen oratio. or. 219.ferri ad gloriam.3.Tuſc.5.ad terram.Cat.48.omni impetu ad uoluptatem.off.1.147.cęcum & precipitem.pro Plan.4. Quā cęcam crudelitate & ſcelere ferri uidetis.pro Cluen. 59. Ferri cupiditate pecuniæ.Tuſc.3.4.mago curſu & ſonitu.or.205. Indiuidua & ſolida corpora cenſet Epicurus ferri ſuo deorſum pondere ad lineam.lib.1.de Fin. 14.Ferri e regione.Fat. 35. gloria.in Piſ.46.in cœlum.4.Phil.156. in medium mundi locum grauitate & pondere(ut terra & aqua)Tuſc. 1. 33. Ferri leges in priuatos homines maiores noluerunt.3. de Leg. 38. Ferri in ſublime. Tuſc.1.33.Ferri in terram & mare ſuopte nutu & pondere ad pares angulos(ut facit aqua & terra).Tuſc. 1.33. Ferri magna incitatione. Acad.q.ed.1.lib.2.74.iudicio multitudinis.Off.1. 165. libidine uoluptatem.Tuſc.3.4.Rapide f. in Or.71.Conſtituendi autem ſunt qui ſunt in amicitia fines, & quaſi termini diligēdi, de quibus tres uideo ſententias ferri, quarum nullum probo.de Amic. 50.Nimium ſibi ſumit, nec eſt ferendus.3.in Cat. 66. Nihil mihi indignius ferendum uidetur.in Ver. 219.Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum, &c. quod ferendum eſt molliter ſapienti.de Sen. 5. Reliquas quoque partes ęgritudinis utiles eſſe dicunt: Miſericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum ſubleuandas non fuit ea cauſa Iudices, non fuit, cur ſibi cenſeret Pompeius quæſtionem ferendam. pro Mil.15. Illa ſuperiora quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli.in Cat. 101. De hoc igitur latum eſt, ut quæreretur.id eſt, ut iudicium exerceretur. Si fidem non ſeruabis, ita laturus ſum, ut, &c.Att. 37. De te ſententiam laturus eſt. 3. Verr. 37. Quid id impediſſet, grauiter moleſteque laturos? Poſtquam. 210.non illi uos de unius municipis fortunis arbitrantur, ſed de totius municipii ſtatu, dignitate, commodiſque omnibus ſententias eſse laturos.pro Clu.155.nam illud ualde leue eſt ac nugatorium, ea de re denuntiatum eſse ueteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſses. Brutus ad Ant.11.2.7.

Ferens.

Seruus per circum cum uirgis cæderetur, furcam ferens ductus eſt.1.de Diu.Quod is, L. Scribonio quæſtionem in eum ferente, populi miſericordiam concitaſset, &c.1.de Or. 115. Non modo nullo Pop.Rom.ſtudio, ſed nullo ferent ſuffragium libero.in Piſ.45.

Latus.

Lex per vim lata.pro Sextio,29.Pœna lata. pro Corn.Balbo, 26.num igitur ulla quæſtio de Africani morte lata eſt? certe nulla.pro Mil.104.num quæ rogatio lata? num quæ noua quæſtio decreta? pro Mil.105.Illud una datum eſt annorum x. imperiū, & ita latum placet.Att. 106.nihil unquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſse dico.pro Cor.61.

Latio.

Mihi in animo eſt legum lationem expectare.ad Att. lib. 3. 68.1.pro Mur.4.

Lator.

M.Cicero legis ambitus lator.in Ant. 253. Lator legis Semproniæ.in Cat.120.Suffragii lator in iſta tua proſcriptione.pro D.ſua, 223. Itaque iſti rationi neque lator quiſquam eſt inuentus, neque author unquam bonus.2.de Leg. 21. Ferretne ciuitas ulla latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet? 3.de Nat.d.130.

Fatorius.

Tutila XII.Tab. & circunſcriptio adoleſcentum lege latoria. 3.Off.80.

Ferax.

Ferax ingenium.in Or.27 Feraces agri.5.Verr.86.Feracior & uberior locus in philoſophia nullus eſt quam de officiis. 3. off. 7.Ingeniis nihil feracius.in or. 27.

Fertilis.

Aſia opima eſt & fertilis, & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellit pro Pomp. 6. opima & fertilis Syria.pro D.ſua,18.Agri iucūdi & fertiles.con. Rul.74.Agri lati & fertiles.in Verr.174.Agri optimi & fertiles contra Rul.76.Agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt, imitari debemus.1.off.72.Vberrimus, maximeque fertiles agros incolere.1.de Diu.155. Proferre poſſum multos agros fertiles, alios aliorum fructuum.2.de Nat.d. 197.

Fertilitas.

Fertilitas agrorum.Diu.1.110.Fertilitas barbara.Tuſc.2.32. id eſt fœcunditas: εὐτεκνία cui otium & fuga laborum idonea eſt.

Ferculum.

Cauendum eſt ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe uideamur: &c. 1.off.182.

Ferox.

Nimium uehemens feroxque natura homo.in Vatin. 2. Ferocem fortaſſe ac arrogantem & infeſtum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum. Att. 10. 38. Reddit hominē ferociorem impotentioreq. uictoria.Mar.4.31.

Ferocia.

Infirmitas puerorum eſt, ferocia iuuenum.de Sen. 83.Qui cōperit eius uim & effrēnatam illam ferociam. 6. de Repub.Impetum gladiatoris ferociamque comprimere.de haruſp.reſp. 1. Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociā ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.pro L.Agr.89. Quos illorū animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? con.Rul.85.

Ferocitas.

Ferocitas iuuenum.de Sen. 30. Ferocitas Troianorū. de Diu. 105. Tantę ferocitatis uictorem extimeſcere. pro Deiotaro, 19. Ferocitatem tuam iſtam comprimerem & audaciam frangerem. in Vatin.1. Victoriæ ferocitatem extimeſcere.pro Marcel.9.Reprimere ferocitatem alicuius.2.off.57.Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſoleant, &c.1.off.128.2.de Diu.123.

Ferociter.

Aſpere, ferociter, & libere maledicta in aliquem dicere. pro Planc.27.Multo ferocius inquit.ad Q.fr.2. 15.2.

Ferrum.

Aes atque ferrum, duelli inſtrumenta ſunt, non fani.2.de L. 72.obſiſtere ferro nequis accedat.pro Cæc.17. Ferrum conferre cum aliquo.pro Font.2.Elicere ferrum e terrę cauernis, rem ad collendos agros neceſſariam.2.de Nat.d.154. In ferrum atque in uincula coniecti.7.Verr. 84. In ſeruorum ferrum & manus incidere.1.Tuſc.136.Ferrum recipere.pro Sext.69.Inſtructi, & certis locis cū ferro homines collocati.pro Cæc. 20. Inopia potius quam ferro cōficeretur.11,fam.17.in ep.D. Bruti.Cum ferro aliquem aduenientem inuade.pro Cæc.18.Igni. ferroque, patriæ minitari.14.Phil.383.Fero vel veneno aliquem tollere.3.de Nat.d. 61.Vulneratus ferro Phrygio.pro Roſc.Am.24.

Ferreus.

Quid filium venuſtiſſimum, mihique dulciſſimum, quē ego ferus ac ferreus e complexu dimiſi meo? ad Q.fr.lib.1.3.5. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tā inhumanus, præter vnum te, &c.7.Verr.94.Ferreus qui fratris chariſſimi præſentis mœrore non mouer.4.in Cat.75.Ferreus eſſem, ſi te non amarem.ad Trebonium,lib.15.21.8. Quis tam eſset ferreus, qui eam vitam ferre poſset? Lęl.73.Ferreus ſcriptor.1.de Fin. 8.Ferreum os.in Piſ.50.pro, impudens. O te ferreum, qui illius periculis non moueris.Att.13.285.1.

Ferramentum.

Quæ molitio, quę ferramenta, qui uectes, quæ machinę, qui miniſtri tanti numeris fuerunt? 1.de Nat.d.15. Vt materię, ferra-

menta,& cetera generis eiuſdem.Top.30.Sed munere ſeruili ob tulit ſe ad ferramenta proſpicienda.pro Syl.41. Cethegus dixit ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe.in Cat.55.

Fertus.

Frugifera & ferta arua Aſiæ tenet.in or.93.

Ferueo.

Aeſtu feruet pelagus.3.de or. 86. Vſque eo feruet ferturque auaritia,ut de ſui commodis nolit aliquam partẽ amittere, &c. pro Quint.21.

Feruens.

Aqua denique feruenti a Rubrio ipſo Philodamus perfunditur.3.Verr.46.Nam fortis animus & magnus in homine nõ perfecto, nec ſapiente feruentior plerunque eſt.1.off.70.

Feruenter.

Quod Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit,magna illo fama ſurrexit, & dę damnatione ferventer loqui eſt cęptum.Cęlius Cic.8.19.

Feruentiſsime.

Feruentiſſime concerpitur Curio.8.fam.16.in ep.Cæl.

Feruidus.

Natura ignis tota feruida eſt, & aliis naturis impertit uitalẽ calorem.de Nat.d.31.Iam uero reliqua quarta pars mundi, ea & ipſa tota natura feruida eſt.de Nat.d.20.Hoc eſt ardens maxime Feruidum quoddam & petulans & furioſum genus dicendi. de Cl.Or.130.Apii Claudii uolubilis,ſed paulo feruidior erat oratio.de claris or.55.

Feruor.

Sed erat tamen quidam feruor ætatis. Cat. 41. Feruor concitatioque animi.Tuſc.4.18.Maris feruor.de prouinc. Cõſul.24. Iracundia eſt feruor quidam mẽtis.1.de or. 111.Oceani feruor. de Nat.74. Feruor ille mundi purior,aptior eſt ad ſenſus commouendos,quam hic noſter calor,&c.de Nat.d.2.14.

Ferus, *Vide Fera.*

Feſſus.

Feſſus bello.Diu.1.85.Plorando feſſus ſum. Hirtius Ciceroni,in ep.Att.15.26.Et niſi de uia feſſus, eſſet continuo ad nos uenturum fuiſſe.Acad.q.ed.2.lib.1.1.Ne & feſſum de uia,&c.arctior quam ſolebat ſomnus complexus eſt.Somn.Scip.3.Inedia fluctibuſque feſſum recreare.pro Planc.21.

Feſtino.

Ad reliqua enim feſtinat animus.2. Phil.63.Ad ſingulare alicuius factum feſtinat oratio.1.Phil. 2.Sed lucet, urget turba,feſtinat Philogenes.Att.92.Eros autem feſtinauit ut ad me literæ Dolabellæ perferrentur,non de re mea(nondum enim meas acceperat)ſed reſcripſit ad eas,&c.Att.14.319. 1. Plura ſcripſiſſem,niſi tui feſtinarent.ep.197. Solent nautę feſtinare quæſtus ſui cauſa.ep.159.

Feſtinans.

At ile properans feſtinanſque.9.Phil.260.Hæc feſtinans ſcripſi.Att.94.

Feſtinatio.

Quid hæc tanta celeritas feſtinatoique ſignificat? pro Roſc. Am.59.Mea autem feſtinatio non ſolum uictoriæ auida eſt,ſed etiam celeritatis.in Ant. 184.Tempus pacis,an belli:feſtinationis,an otii.3.de or.117.Feſtinationis plena epiſtola & pulueris. Att.5.101.3.Ignoſcere feſtinationi alicuius.Luccio.lib.5.12.3. Quæ cã cur Romã properaret?cur in noctem ſe coniiceret?quid afferebat feſtinationem?pro Mil.37.id eſt,quæ cauſa feſtinationis.Cuius feſtinationẽ mihi tollis,quoniã de ætate polliceris, uel potius recipis.Att.13.261.2. Præriperæ feſtinatione deorũ immortalium beneficium. Att.14. Ventis remiſque in patriam omni feſtinatione properare.Cornificio, lib. 12.54. In feſtinationibus non ſuſcipiendæ nimię celeritates.1.off.182.

Feſtinanter.

Illud mihi a te nimium feſtinanter dictum uidetur ſapientes omnes ſemper eſſe beatos,neſcio quo præteruolauit oratio. 5. de Finib.134.

Feſtinus.

Feſtino enim ſimillimus decurro.Att.142.

Feſtus.

Quid quæris?reſtitutus eſt mihi dies feſtus?12. Att. 4. Iidem diem feſtum nomine Verris agerent.in Verr.235.Marcellea tolluntur quem illi diem feſtum cum recentibus beneficii M.Marcelli debitum reddebant,tum generi,nomini,familiæ Marcello ſum maxima uoluntate tribuebant.6.Verr. 36. Cum diem feſtũ Iudorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent, celeberrimum & ſanctiſſimum,&c.in Verr. 235. Quem Tyberina diſſenſio feſto illo die tanto gaudio affecit.de Fin.141.Acti & inſtituti dies feſti. pro Mil.73.Feſti atque ſolennes dies ſunt aduentu redituque alicuius celebrati.in Piſ.40.Aduentus alicuius dies feſtos agere. pro Sextio.114.Syracuſani anniuerſarios dies feſtos agunt. 6. Ver. 99.Celebrare dies feſtos ludorum. pro Archia. 9. Senatus fuit frequentior, quam putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos.ad Q.fr.2.5.1.Quod facere ante niſi ludis publicis, aut feſtis diebus non ſolebat.pro Clu. 23. Dies illis pro feſtis, pene funeſti extiterunt.de haruſp.249.

Feſtiuus.

Nunc denique materculę ſuæ feſtiuus filius.pro Flac.70. Egilus homo.2.de or.153.Puer feſtiuus Anagnoſtes noſter deceſſerat. Att.1.13. Acroama feſtiuum.6.Ver.43. De Græcis autem dulcem & facetum,feſtiuiq. ſermonis,&c.ſocratem accepimus. 1.off.151.Itaque libris me delecto,quorum habeo Antii feſtiuam copiã.2.Att.18.Nonne igitur ſunt iſta feſtiua? Parad.123. pueris iis,quibus nihil põt eſſe feſtiuius.6.fa.12.Quid iſto feſtiuius fore arbitramur,qui eſt tuus natura filius,&c.5. Verr.137.

Feſtiuitas.

Feſtiuitas,ſplendor,concinnitudo in oratore.1.de Inu.37.In illo genere perpetuę ciuitatis ars non deſyderatur.2.de or.121. Moriar,ſi,pręter te quemquam habeo reliquum, in quo poſſim imaginem antiquæ & uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. 9. fam. 32.Sermonis feſtiuitatem debet habere narratio,ad Her. 1. 14. feſtiuitate & uenuſtate coniuncta uis dicendi.1. de or.126. Feſtiuitate & uenuſtate coniuncta vis dicendi.1.de or.126. feſtiuitate igitur & facetiis,inquam, C. Iulius L.F. & ſuperioribus & æqualibus ſuis omnibus præſtitit.de cl.or.91.Gorgias his feſtiuitatibus(ſic enim ipſe cenſet)inſolentius abutitur. in or. 201.

Feſtiue.

Quamquam a te actam fabellam uideo eſſe feſtiue, nullo modo probaui.ad Qu.fr.2.16.13.At quam f.crimen contexitur.pro Deiot.12.Belle & f.dicere.2.de or. 51. Diſſoluere f. aliquid.2. de Diu.51.Soles enim tu hęc f.odorari.Atti. 4.34.Tradit f.elementa loquendi Dialectica.4.Acad.165.

Fex, *Vide Fæx.*

Fibra.

In extis fibra quid ualeat.1.de Diu.28.Non ſolum ramos amputare,ſed etiam radicum fibras euellere.3.Tuſc.71. Deinde te peſactum uapore & complexu ſuo diffundit & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem:quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit.de Sen.47.

Ficte,Fictilis,Fictor,Fictris,Fictus,

Vide Fingo.

Ficus.

Terra quæ ex fici tantulo grano tãtos truncos ramoſque procreat.de Sen.88.Homini enim Phrygi qui arborem fici unquã uidiſſet,fiſcinam ficorum obiecisti.pro Flac. 32. Quo in genere eſt illud Siculi,cui cum familiaris quidam quereretur,quod diceret,uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu:Amabo te inquit, da mihi ex iſta arbore,quos ſeram ſurculos.2.de or.154.

Fidelia.

De eadem fidelia duos parietes dealbare. Curius ad Cic. 7. 30.4.id eſt,Eadem re duplicem inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri.

Fides.

Fides(hoc eſt,templum fidei)conſecrata ab Attilio Calatino.de Nat.d.2.44.Fidei & mentis templa in Capitolio dedicauit.M.Aemilius Scaurus.de Nat.d.2.44.

Fides.

Fides,eſt dictorũ conuentorumque conſtantia & ueritas. off. 1.35.Fides eſt arma opinio. Part. 6. Fides appellata a fiendo quod fiat quod dictum eſt.off.1.35.Fides in quo cernatur.Part. 41.Fides quibus rebus fit. Part. 3. Fides ἔτυμον quod haberet. 16.f.19.Adhibenda fides ſomniantiũ uiſis non eſt.2. de Diu. 182.Dolus malus & fides bona.in Top.34.Si fides Saturnio data eſt,non eam Rabirius,ſed C.Marius dedit: idque uiolauit, ſi in fide non ſtetit.pro Rabirio.Poſth.96.Nulla fides quæ infideli data ſit.de or.144. Conſyderandum eſt, quanta Cęſari fides ſit habẽda. Att.119.Fides iuſtitia in rebus creditis. in Part. 41.Fides in dando conſilio.11.fam.51.optima & ſpectatiſſima tua fides.pro Flac.78.Fides ſoluta.10. fam. 43. in epiſt. Planc. Fides ſtabilis,amicitiæ firmamentũ.Lęl.58.Fides ſceleratæ conſeſſionis.10.Attic.7.Fides & religio iudicis.pro Roſc. Com.16.

Fides

Fides iuſiurandi ſæpe eſt cū hoſte ſeruanda.off.3.144.Me in hāc mētem impulit Pompeii fides,quā de me Cæſari dederat, & fratris mei quā Pōpeio.ep.12 Fides rerum contractarum.Off.1.23. Teſtimoniorum fides & religio.pro Flac.7. Quia his niſis, inter quæ nihil intereſt,æqualiter omnibus abrogatur fides. Aca.10. Res eos iampridem,fides deficere nuper cœpit.2.in Cat.32. Tū cum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, Romæ ſolutione impedita fides concidit.pro L.Man. 12. Nec enim ulla res uehementius Rempub.continet,quam fides.Off.2.124. Si eſſet in iis fides,in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. ep.3. Pugnat hinc fides,illinc fraudatio.2.in Cat.44. Virtus,quæ uetat ſpectare fortunam,dum præſtetur fides.de Diu 124. Fidei illius obſide eo uterer.10.fam.35.in ep.Plan. Narratio, eſt fundamentum conſtituendæ fidei.in Part.232.Quint. Sceuola fidei bonæ nomen exiſtimabat manare latius,idque uerſari in tutelis fiduciis,mandatis,rebus emptis,uenditis,conductis,locatis. off.66. Fidei plenus.de Sen.1.Optimę fidei alicuius ſalutem urbis & ciuium commendare.pro Flac.78. Committere fidei alicuius, & eius poteſtati permittere.pro Fonteio,25.Iura fidei magiſtratuū commiſſa ſunt.1.off.163. Sed ueſtrę ſapientiæ tamen eſt Iudices,&c.alieno dolori potius,quam noſtræ fidei conſulendi. pro Cælio,15.Credere fidei alicuius.pro Flac.36. O conſtantiā promiſſi,& fidē miram.Att.66.Fidem orationi abrogat meditationis & artificii ſuſpicio.1.ad Her.17.Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuſiurandi,reſponde.pro Roſc. Com. 26. Aca.q.ed.1.lib.2.35.Aliquid de poſſeſſione detrahere, & fidem acquirere.in Cat.38.Adiungere fidem & auctoritatem rebus cōmenticiis nullam debemus.2.de Diu.169.Acad.q.ed.2.lib.1.29. Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumque prolatio ſumma cum delectatione & auctoritatem orationi affert & fidē. in or.66.Teſtimoniorum fidem & religionem unquam iſta natio coluit.pro Fla.148.Oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat,id eſt incorruptis atq. integris teſtibus.1. de Fin.107. Conſtringi fidem religione potius quam ueritate Græci noluerunt.pro Corn.Balbo, 8. Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti. de Clar. 45. Suſpicio inimicitiarum derogat fidem in teſtimonio dicendo.pro Font.179.pro Quint.50.& pro Fla. 6.fidem Dolabellę ſanctiſſimi uiri deſerere homo pius non poteſt. 13.378.Introduxi Vulturcium ſine Gallis: fidem ei publicā iuſſu Senatus dedi &c.3.in Cat.53.de fin. 78. Dare fidē & uiolare, & in ea non ſtare.pro Rab.perduel.reo. 21. Meam erga te fidem & beneuolentiam expertus es ep.l.4.5.2. fidem facit neceſſitas. Top.39.Nutus tuus non facit fidem.Att.7.138.1.Probat, fidem facit oratio.de Cl.181.Hæc & multa eiuſmodi dicens, fidem faciebat. Brutus,102. Non facies fidem, ſcilicet cum hæc diſputabis.in Piſ.92.Et tibi fidem faciemus, nos ea fœdera, quæ tibi putemus eſſe utilia.9.Att.28.in epiſt. Balbi & Oppii. fac fidem te nihil niſi populi vtilitatem quærere.2.de Leg.Agra.35. Quoniam minorem faceret fidem oratio mea.in Cat.811.Multaque facimus euſque,dum aſpectus fidem faciat ſui iudicii. 4. Acad. 40.Quod niſi mihi fidem feciſſet,non feciſſem id,quod dicturus ſum.Att.6.13.fidem facere non poteſt ueritas ſine veriſimilitudine.1.ad Her.16. Argumentatio,eſt ratio rei dubiæ fidem faciēs. Top.221.fallere fidem hoſti datam.1.off.61.13. Phil. 378. frangere fidem,perfidioſum & nefarium eſt.pro Roſc.Com.9. Populus tibi maximam fidem rerum ſuarum habet.in Ver.266.fidem habemus iis,quos plus intelligere quā nos arbitramur, quoſque & futura proſpicere credimus,& cum res agatur,in diſcrimenq. uentum ſit,expedire rem,& conſilium ex tempore capere poſſe. off.2.46.Quaſi uero non ſpecie viſa iudicentur, quæ fidem nullam habebunt,ſublata veri & falſi nota.4.Acad.q.107.Habere fidem orationi alicuius.de Inu.56.Quare debet habere fidem noſtra prędictio.ep.83.Nunc uero quam habere auctoritatem, aut quam fidem poſſunt?pro flac.16. fidem alicui habendam nō eſſe. Att.217.Suſpicio artificii imminuit & oratoris auctoritatem,& orationis fidem.2.de or.85.fidem alicuius implorare.Aca.q.ed. 1.lib.2.81.Peto a nobis,ut eum in noſtram fidem accipiatis.pro Archia,23.Capere in fidem deuictas bello nationes. 1. Off.54. Sed cum te ea adoleſcentia tua in amicitiam & fidem meam contuliſſes.7.fam 31.Conferre ſe in fidem & clientelā alicuius. pro Sexto Ro.36.Poſt mortem autem Craſſi,eo mihi etiam dignior viſus eſt,quem in fidem atque amicitiam meam reciperem. 13. fam.30.In fidem ſuam aliquem recipere,& commendatum habere.ad Att.lib.15.328.3.fam.71.90.off.1.53.6.Phil. 212. Ille tamen dolet,dubitans utrum morem gerat Lepiæ, an fidem infirmet Silio Mandibili.Att.15.43.Fidem qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium. pro Roſ.Am.65.Quod autem in ſenatu pluribus uerbis diſſerui, in eo uelim fidem meam liberes. 12.fam.12.id eſt,præſtes quod de te pollicitus ſum. Hermippus ab Heraclide petiit ipſe tamen ruſtici ſatisfacit, abſentibus & fidem ſuam liberat pro Flac.38.Fidem iuſiurandumque negligere.de haruſp. 251.Fidem obligare.5. Phil.201.Fidem publicam poſtulauit:reclamatum eſt.2. Att.61. Porrigere fidem, & ſpem ſalutis ſupplici oſtendere.7.Verr.119.Fidem quamcumque ei dederit,præſtabo.5.ſam.27.Vt ei fidem meam præſtarem.Att.82. Si rex amicis tuis,qui pecunias ei credidiſſent, fidem ſuam præſtitiſſet.epiſt.7.5.12.Phil.226.Fidem alicuius præſtare. 1.fami. 35. Qui fiduciam accepit, debet fidem præſtare.Top.224.2.de Diuin.118.3.de orat.74.Nihil debet,qui conſilium dat,præſtare præter fidem.Att.256.Fidem prodere.Acad.q.ed.1.lib.2.25. Fidem uenalem proponere.4.Verr.55.Vti ne propter te, fidem tuam captus fraudatusq. ſim. off.65. Recipere fidem de aliquo, & eam ſeruare.Att.2.56 Nam cum,&c.Gabinii, quandiu incolumis fuit,leuitas,poſt damnationem calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet:&c.pro Arch.6.Fidem reuocare.pro Mar. 13.Tū quæro,ſeruariſne in eo fidem. in Vat.11.id eſt, an feceris quod dixiſti.Non tenuit omnino colloquium illud fidem. 13. Phil.339.Dicæarchus iiſdem rebus fidem tribuit.1.de Diu.10. id eſt,auctoritatē Fidem noſtram facile tuebere huius pecuniæ permutatione.11.Att.1.eſt enim fides, proprium verbum debitorum. Tribuere fidē teſtimonio alicuius. pro Syl.7.Aca.q.ed. 2.lib.1.30.Fidem ſuam & famam tueri.ad Attic.lib.11.210.1.id eſt,ſeruare illæſam famam locupletis debitoris. Qui fidem uiolat,oppugnat omnium commune præſidium.pro Sex Roſ.37.o fides alma,apta pennis,& iuſiurandum Iouis. Qui igitur iuſiurandum uiolat,is fidem uiolat:quam in Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi(vt in Catonis oratione eſt) maiores noſtri eſſe uoluerunt.3.off.142.Adeſt uir ſumma auctoritate & religione & fide,L.Lucullus,qui ſe non opinari,ſed ſcire: non audiuiſſe,ſed uidiſſe:non interfuiſſe,ſed egiſſe dicit.pro Archia, 5. A fide abducere aliquē. p Sl.64.fide aliquē attingere.7.Ver.67 Bona fide in gratiā redire.3.f. 28. Sed qū ſuſpicaris minus fide certa eos tibi uiſos,tanq̄ procurator ſic agas,rogo.8.f.36.in epi. Cęl.Fide colitur ſocietas.pro Qu.13.Is tibi optima fide omnia ſua conceſſit.pro Sext.Roſcio,42. Fide cenſores legem cuſtodiunto.3.de Leg.11.Iudicia de fide mala,& iudicium de dolo malo.de Nat.d. 75. Quoniam de fide reſpondiſti, nolo audire de motu.Part.130. Illius fide ac potius perfidia deceptus ſum.pro Roſc.Am.65.Ea fide bona multa.6.Att.13.Ex fide bona quibuſdam iudiciis additū.Top.34.Ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt: ep.227.Municipia,quę in fide mea erant,pro Planc.280. Eorūque preces & uota de meo reditu exaudiens,Dyrrhachium,quod erat in fide mea,petere contendi.pro Planc.78. & 79. In fide alicuius aliquid eſſe.Silio,lib. 13. 88. In fide & clientela alicuius eſſe.pro Roſ.Am. 56.Ciuitatē in Catonis fide locatam funditus perdidiſſem.6.Att.6.Eſt ex municipio Attellano, quod ſcis eſſe in fide noſtra.ad Q.fr.2.15.7.id eſt,cuius ſumus patroni.fregit fœdus Gabinius:Pilu tamen in fide manſit.pro D.ſua,52.In fide pop.Romani perpetuo manere.7.Verr.67. Semper in fide quid ſenſeris,non quid dixeris,cogitandum.Off.1.61.Qua fide mecū uiuant 1j.9.fam.38.Cures ut ſatiſdetur fide mea. Sulp. liu. 13. 49.Sequi bona fide aliquid.Att.6. 111. 25.Suſtentare fide amicos.pro Rabitio Poſthumo,3. id eſt ſponſione.Securus Hermippus Temnum proficiſcitur, cum iſte ſeſe pecuniam, quam huius fide ſumpſerat,a diſcipulis ſuis diceret Fufiis perſoluturum.pro Flac.37.Theſſalonicam fide tua uenire iuſſiſti.in Piſ.65.

Fidens.

Qui fortis eſt,idem eſt fidens:nam confidens. mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur.3.Tuſc.23. Qui eſt fidens, is profecto non extimeſcit. Tuſc. 3. 12. Bene ſibi fidens puer Attic.6.117.5.Hæc ſunt opera magni animi & excelſi, & prudentia conſilioque fidentis.1.Off.113. Animo fidēti gradi ad mortem.1. Tuſc.178.Tum Calchas hæc fidenti uoce eſt locutus. 2.de Diu. 97. Iſtum enim uictorem magis relinquendum puto,quam uictum & dubitantem magis,quam fidentem ſuis rebus. Att. 10.197.3. Iſtiſne fidentes ſomniis non modo Epicurus & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt,&c.1.de Nat.d.127.

Fidenter.

Fidenter agere rem aliquam.Aca.q.ed.1.2.25.Tum ille ſ.homo peritiſſimus confirmare, ita ſe rem habere ut reſpondiſſet. 2.de Or.130.Timide fortaſſe ſignifer euellebat, quod f. infixerat.2.de Diu.102.At ille non pertimuit, ſaneque f. iſtis quidem ipſis uerbis,inquit.2.de Fin.36.Tum Velleius f. ſane, ut ſolent iſti,nihil tam uerens, quam ne dubitare aliqua de re uideretur. de Nat.d.1.14.Paulo uellem fidentius reſpondiſſes.de Finibus, 69.Att.88.Fidentius ſcribere alicui. Att.6.17.

Fidentia.

Fidentia eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit. 2. de Inu. 242. Et ſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, non temere aſſentiens. metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Tuſ. 4. 66. Audacia non contrarium eſt fidentiæ, ſed appoſitum & propinquum, & tamen uitium eſt. de Inu. 83.

Fidelis.

Firmus & fidelis amicus. pro Cæl. 40. Amicitia fidelis. de Amic. 49. Fidelis beneuolentia. 9. fam. 35. id eſt, uerus, non fictus amor. Fidelis & uera comprehenſio. 1. Aca. 60. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt. Ttroni, lib. 16. 23. Fidelis homo. 14. fam. 12. Seruus egregie fidelis. Quin. fr. 1. t. 13. Fidelis alicui. de haruſ. reſp. 26. Fidelis in amicitiis. 2. de Fin. 63. Fidelis officiis. 5. Ver. 145. Deiotarus fidelis populo Romano. in Ant. 237. Fidele conſilium & ſalutare. 6. fam. 19. 13. ſa. 84. Fidele conſilium deliberanti dare. cont. Rul. 67. Alicui minus fidele conſilium dare. pro Clu. 68. Nemo credit ei niſi quem fidelem putat. pro Roſ. Am. 66. Animo fideli in dominũ ſeruus. pro Mil. 21. Familiaritates Græcorum parum fideles. Q. fr. li. 1. 1. 24. Fideles literæ. 3. Att. 32. Aut ſiquem tuorum fidelium voles, ad me mittas. ad Seruium, lib. 4. t. 10. Quam potuit urbem eligere aut opportuniorem ad res gerendas, aut fideliorem, aut fortiorũ virorum, aut amiciorum populo Rom. ciuium. 3. Phil. 127. Fideliſſima coniux. 1. ad Quin. fr. 51. Gratia fideliſſima mihi coniunctus homo. pro Mil. 56. Deiotarus, quem unum habemus in orbe terrarum fideliſſimum huic imperio. de haruſ. 25. Maſſilienſes fortiſſimi & fideliſſimi ſocii. pro Font. 3. Sunt fideliſſima & maxima auxilia Gallorum. ad Brut. 10. 3.

Fidelitas.

Vbi me non ſolum amicorum fidelitas, ſed etiam uniuerſę ciuitatis oculi cuſtodiũt. in Ant. 243. Non illi erga patriam fidelitas defuit. Pl. Cic. 10. 17. 4. Ego enim Brunduſii quæſiui ea Phania, cuius mihi uidebar & fidelitatem erga te perſpexiſſe, & noſſe locum, &c. 3. fam. 12. In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet. Atti. 9. 67. Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt, quod prorſus credo, &c. ad Q. fr. t. 2. 4. Quo tempore ego maxime operam & fidelitatem deſyderaui tuam. ep. lib. 16. 31. 14. Prædicat uitam meam, quæ amicorum fidelitate conſeruata ſit, &c. pro Pl. 58. Et is, vt opinor, tibi in Alexandrino bello quantum ſtudio & fidelitate conſequi potuit, non defuit. epi. 3 10. Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate. 5. Verr. 62. Fidelitate nouarum neceſſitudinum contra ueterum perfidiam me muniendum putaui. 4. ſam. 45. Fidelitate & beneuolentia alieni ſatisfacere. Sul. lib. 13. 38.

Fideliter.

Vnde in iſtum locum fideliter veniſ 16. fam. 23. Hæc præſcripta ſeruantem licet grauiter, magnifice, animoſeque uiuere, atque etiã ſimpliciter, fideliter, & uitæ hominum amice. 1. off. 131. Mercedes prædiorum, quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit. Att. 15. 329. 14. Fideliter ualetudini inſeruiẽdo. 16. fam. 22.

Fidus.

Cum uero tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio, &c. 2. de Nat. d. 236. Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiæ fida cuſtodia. 2. de Fin. 1. Fidæ familiaritates amantium nos amicorum. 2. off. 42. Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum cum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quoſq. infidos. de Amic. 49. Mutina, colonia noſtra fidiſſima. in Ant. 205. Mea Terentia fidiſſima atque optima uxor. ep. 14. 4. 16.

Fidiſſime.

Nec me iſta terrent, quæ mihi a te ad timorem fidiſſime atq. amantiſſime proponuntur. Cæl. lib. 2. 15. 12.

Fiducia.

Stabilis beneuolentiæ fiducia in vita tyrannorum eſſe nõ poteſt. de Amic 48. Siqua enim ſunt priuata iudicia ſummę exiſtimationis, & pene dicam capitis, tria hęc ſunt, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. pro Roſ. Com. 9. Inde tot iudicia de fide mala, tutelę, mandati, pro ſocio, fiduciæ, reliqua, quæ ex empto aut uendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. 3. de Nat. d. 106. Per rationem fiduciæ fraudare quempiam. pro Cæc. 5. Si tutor fidẽ preſtare debet, ſi ſocius, ſicui mandaris, ſiqui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. in Top. 21. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie, ac poſſides? pro Flac. 157. Pecuniam adoleſcentulo grãdi fœnore, fiducia tamen accepta, occupaſti. pro Fla. 40. Fiducia amicitiæ noſtræ. 6. ſa. 48. in ep. Bithynici. id eſt, fretus amicitia noſtra. Fiducia armorum nihil eſt quod nos terreat. 11. ſam. 6. in epiſt. M. Bruti & Caſſii. Nihil eſt, quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbes. ad Quin. fr. 214. facere fiducia alicuius quod facimus. 7. Verr. 139. In arbitrio rei uxoriæ hęc verba maxime excellunt, melius, ęquius, in fiducia, vt inter bonos bene agier. 7. ſam. 2. Habeo hominem prępotentem, cuius fiducia prouinciam ſpolio. 2. Ver. 25.

Fides.

Cedit clara fides Cylenia. in Arat. Vt epularum ſolenniũ fides & tibiæ indicãt de or. 161. Contentæ & incontentæ fides. 4. de Fin. 121. Ponendæ ſunt fides & tibiæ. in Hortenſio. 3. de ora. 109. 4. de Fin. 122. Ceciniſſe fidibus præclare dicitur Epaminondas. 1. Tuſ. q. 4. Seuera illa Lacædemon neruos iuſſit, quod plures quam ſeptẽ haberet in Timothei fidibus, inde demi. de Leg. 177. Diſcedebant fidibus antiqui. de Senec. 24. Iam neruos in fidibus aliis pulſis reſonare alios. de Diu. 115. Ex neruorum ſono in fidibus, quam ſcienter ii pulſi ſint, intelligi poteſt. de Cl. 192. Omnes uoces ut nerui in fidibus ita ſonant, ut a motu animi ſunt pulſę. de or. 163. Aut is, qui fidibus utitur, explere numeros & conficere uerſus? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24. ψάλτρια fidicinis.

Fidicula.

Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? 2. de Nat. deo. 27.

Fidicen.

Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Pęto, lib. 9. 22. 9. 2. de Na d. 33. Concedam non modo animantem & ſapientem eſſe mundum, ſed fidicinem etiam & tibicinẽ, &c. 3. de Na. d. 29.

Fidiculanius.

Fidiculanius Falcula homo cuiuſmodi. pro Cæc. 20. C. Fidiculanius Falcula, bis accuſatus & abſolutus. pro Clu. 83.

Fiducia, Fidus, *Vide Fides*.

Fidulus.

C. Fidulus atratus. in Vatin. 24.

Figo.

Zeno quidem non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæteroſque figebat maledictis, ſed, &c. de Nat. d. 1. 66. Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. 2. ſam. 9. Veruntamen, ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua Siculi ciues Romani, cuius rei uiuo illo mentio nulla. Attic. 14. 308. 2. Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Rom. reſeruares. in Verr. 238. Amicitiis parcere, & aduerſarios figere in or. 48. Traball clauo figere beneficium. 7. Ver. 43. id eſt, indiſſolubi. Aſt tu ſcripſiſti ad me quoddam caput legis, Clodium incuriæ poſte fixiſſe, ne referri, neue dici liceret. Att. 3. 55. 10. Tabulę figuntur, imunitates dantur. ad Caſſium, lib. 12. t. 4. Tela deorum in impiorum mentibus figuntur. de haruſp. reſp. 36. Aſſentiri etiam nos Ser. Sulpitio clariſſimo uolui, ne qua tabula poſt Idus Martias ullius decreti Cæſaris, aut beneficii figeretur. 1. Phil. 2. & 2. 93. Aut dubitare utrũ mucrones in ciue, an in hoſte figantur. 14. Phil. 389.

Fixus.

Bonorum omnium coniunctione, & auctoritate Conſulatus mei, fixus & fundatus uidebatur. ad Att. lib. 1. 40. 18. De ſtatu Reip. Tu naufragio expulſus, uſpiam ſaxis fixus aſperis, Euiſceratus, latere penderes, &c. in Piſ. 34. Verum illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum firmum, fixũ fuiſſe uis, deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri poteſt. 4. Acad. q. 255. Stabile, fixum, & ratum decretum. 4. Aca. q. 54. Dixilli quippe iam fixum & ſtatutum eſt. pro Mur. 57. Stabile & fixum bonum. 5. Tuſc. 57. Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod iã ſatis fixum uidebatur. Att. 8. 166. 4. Studium ſatis alicuius, & teſtimonium dignitatis in monimentis publicis fixum. pro Sext. 111. Arma parietibus fixa. 2. de Diu. 128. Fixa ſunt hæc mala. ad Terentiam, lib. 4. 4. 3. 14. ſam. 10. id eſt, ita confirmata ut mederi iis non poſſimus. Memini enim & illa ſuperiora, quę abs tua uoluntate profecta ſunt, ad meam dignitatem augendam & ornandam, quæ perpetuo animo mea fixa manebunt. Lepidus ad Cic. 10. 35. 7. Eeaque ſcuta, quæ fuerant ſublime fixa, ſunt humi inuẽta. de Diu. 122. Cuius ego nuper in Macedonia uidi ueſtigia, non impreſſa leuiter, ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam illius prouinciæ ſempiternam. pro Sext. 5. Si cui quid ille promiſit, id erit fixum. 1. Phil. 12. Quamobrem illud maneat, ac fixum, ſit, quod neque moueri, neque mutari poteſt. pro Rab. poſthu. 15. Conuellere aliquid fixum. pro Clu. 99. Animis fixum tenere aliquid. pro Corn. Balb. 55.

Figulus.

C.Figulus,L.Iulius c o s t. pro Sylla.52.

Figura figuro. *Vide Fingo.*

Filia, *Vide Filius.*

Filicatus.

Minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe,quã filicatas aliorũ pateras arbitramur?de off. 117.

Filius.

Lex ut condemnaretur filius,aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet.de N.d.78.Filius diſſolutus.Tuſ.4.35.Filius familias. pro Cæl.28.Hortenſius filius fuit Laodiceæ. Att. 93. Effigies probitatis paternæ,filius.2.de Fin.94. Imago animi & corporis,filius.Cæc.6.6.31.Filius obſequio,conſilio parens.1.ad Q. fr.51.Pietate filios,conſiliis parens,amorem frater in me inuẽtus eſt.poſt reditum.in Senatu.33.Filius ſimillimus patris.10. Att.1.Filius teſtamenti.2.Phil.80.Si de filii tui dignitate eſſet actum,ambabus certe nihil facere potuiſſes.10. fam.22.in ep. Planc.Qui tibi loco filii per ætatem eſſe poterat. pro D. 29. Et huic terræ filio neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audeo.Att.1.8.8.Cn.Octauius,tuus familiaris,ſummo genere natus, terræ filius, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe crebro ad cœnam inuitat.7.fam.19.Filio, hæreditatis loco, eam poteſtatem quaſi iuſtam & legitimam tradidit.2.de Nat.d. 63.Equitis Romani eſſe filium criminis loco poni.pro Cæc.38. Neque enim conuenire filium eſſe barbatum, cum in omnibus ſuis pater imberbis eſſet.3.de N.d.62. Patriam eluxi grauius, quam filium unicum ulla mater.9.fam 7. Probum filium ex patre improbo naſci.pro Roſ.Com.18. Filii iuſta uxore nati.Tuſ. 3.69.Acerbum eſt,parentum ſcelera, filiorum pœnis lui. Sed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes reipub.redderet.ad Brut.27.

Filiolus.

Filiolo me auctum ſcito ſalua Terentia.Att.1.2.11.

Filia.

Filia ſingularis.12.Att.98.Quid,quod eodem tempore deſydero filiam?qua pietate,quo modeſtia, quo ingenio effigiem oris ſermonis,animi mei?1.ad Q fr.51. Tum deſpondit ei filiã ſuam illã,quam ex genero ſuſceperat. pro Clu. 142. Is ex C.Fadii filia liberos habuit.Att.258.

Filiola.

Mea chariſsima filiola.ep.235. Nam cum dies ueniſſet rogationi ex S.C.ferendę,concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinę,duce filiola Curionis, ignominioſæ dictum, pro filio Filiola tua gratum mihi fecit,&c.Att.6.112.1. Filiolã ſuam tertiam,quæ tum erat admodum parua,ea oſculans, animum aduertit triſticulum.1.de Diu.166.

Filum.

Sed aliud quoddam filum orationis tuæ expetimus. Læl. 25. Tenue argumentandi filum. in or.68.Hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui leuidenſe,Craſſo filo,cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.Dolabellæ, lib.9. 22.Hæc formanda filo ipſo & genere orationis.de cl.or.152. omnes etiam tum retinebant illũ Periclis ſuccũ,ſed erant paulo uberiore filo.de or.117.

Fimbriæ.

Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, cerusſatæque buccæ dignæ Capua, ſed illa vetere. In Piſ. 19.

Findo.

Terras findunt radices arborum. In Arato, 14. Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus,& diuiſus æqualiter in duas partes,latera hæc alluit,rapideque dilapſus,cito in unum confluit,&c.de L.10.

Fiſſum.

Fiſſum familiare & uitale.Diu.2.24. Vnde porro iſta diuinatio?quis inuenit fiſſum iecoris?quis cornicis cantum notauit?3. de Nat.d. 10. Quid fiſſum in extis, quis fibra ualeat accipio.de Diu. 1. 15. Non placet Stoicis ſingulis iecorum fiſſis intereſſe deum.de Diu.2.12.

Fiſſio.

Cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum.2.de Nat.d.237.

Fingo.

Cum ſibi fingit aliquid,& cogitatione depingit. Acad.q.ed. 1.lib.2.48.Fingit & creat natura homines imitatores & narratores facetus.2.de Or.121.Ex materia quam fingit, formatque effectio.Acad.q. 4. Moderatur & fingit non modo mentem & voluntates,ſed pene uultus eorum apud quos agit actor.3.de Leg. 58. Fingit & terminat uocem immoderate profuſam lingua. 2. de Nat.d.212.Et qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil utũtur,tamen vtrum ſciant pingere,an neſciant, non obſcurum eſt. de Or.91.Qui utilitatis cauſa fingunt amicitias. Lęlius,47.Apũ examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cũ congregabilia natura ſint,fingunt fauos.1.off.219. Cauſam finxit calamitatis.Diu.1.30.Vis quę finxit & fabricata eſt hominẽ. 4.Aca.q.152.Ad honeſtatem finxit te natura.pro Mur. 55. Qui cum ego colloquar,nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam.Att.1.13. 1. Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe:qua potiſſimum ſententia melius eliget diſciplinam?4. Aca. q. 209. Suſcipe pauliſper meas partes, & eum te eſſe finge qui ſum ego.Pulchro,lib.3.49. Fingite igitur cogitatione imaginẽ huius conditionis meę, ſi poſſim efficere ut Milonem abſoluatis.pro Mil.59.3.de Nat.d.63.Quod ſi uultum tibi, ſi inceſſum fingeres,quo grauior viderere,nõ eſſes tui ſimilis. 2.de Fin. 64. Homines antiqui,qui ex ſua natura ceteros fingerent. pro Roſc. Am.15.Vt ad errorem multitudinis, religionis ſimulachra fingerent.Diu. 1.89. Verba, ſicut mollisſimam ceram, ad arbitrium noſtrum fingere & formare.3.de or.97.1.Acad.q 9.Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt, fingere & accommodare.in or.13.Fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum uoluptate corporis,quanta percipi poſſet maxima.de Sen. 37.Fingere ſibi aliquid cogitatione.3.de Nat.d 33. Crimen fingere. 5. Verr.120.E cera aliquid fingere.6.Verr.25.Faciem, uultum,ſonum uobis non poſſumus fingere. 1.de or. 63. Futura ex euentis fingere.Cæc.6.19.Nec ſibi fingere ullum moleſtiam, nec alteri quærere.de Nat.d.1.40.Fingere mores.Acad.q.ed.1.lib.2.104. Fingere & conſtruere nidos volucres uidemus.2.de or. 13. Summum oratorem fingere.in or.4. Inſtitutis Peripateticorum commode fingere orationem. de claris or. 149. Fingere ſeipſum.6. Att.32. noua uerba.de Fin. 4. 5. uitam ex uirtute.de Fin. 4.29. Hoc ego Labeonem credo illi retuliſſe,aut finxiſſe,dictum,non ab adoleſcente prolatum.11.fam.32.in ep.D Bruti.Ipſa delinatio ad libidinem fingitur.lib.1. de Fin. 15. Suis cuique Fortuna fingitur moribus.10 Parad.43.nihil tam flexibile,& quod magis ipſius arbitrio fingeretur. de Cl.190. Hoc intelligerem quale eſſet,ſi id in cereis fingeretur,aut fictilibus figuris. 1. de Nat.deu. 96.Iſque animo paulumper,& cogitatione fingatur.Tuſ.5.50.Fingi,gignique multa poſſunt in agris propter fœcunditatem. 1.de Diu. 155. Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potisſimum pingi,& a Lyſippo fingi uolebat.Luceio, lib. 5. 12. 23.Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt? pro D. ſua, 59. Quid enim nobis duobus iudices,laborioſios,quid magis ſollicitum,magis exercitu dici aut fingi poteſt,&c.pro Mil.3.Nihil fingi poteſt mali quo non vrgear.11.Att. 32. Fingi maleficiũ nullum poteſt,quod ille,&c.pro Roſc.Am.68.

Fictus.

Hic homulus ex argilla & luto fictus. in Piſ.92.Hos delectat aſſentatio, his fictus ad ipſorum uoluptatem ſermo cum adhibetur,orationem illam uanam teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant.de Amic.80. Fictus teſtis ſubornari ſolet & imponi falſæ tabulæ. pro Cæc. 52. Hæc cauſa a te per ſummam cauſam ficta eſt.pro Quint.33.Fabula ficta & commentitia.3.off.50. Picta & ficta imago.Luceio,lib.5.12.14.Ficta religio. Lentulo, lib. 1.4. 4.Tota res ficta pueriliter.lib.1.de Fin.25. In amicitia autem nihil eſt fictum,nihil ſimulatum:& quidquid eſt,id eſt uerum & uoluntarium. de Amic. 26. Eſt enim boni uiri,quem eundem ſapiẽtem licet dicere,hęc duo tenere in amicitia. primum nequid fictum ſit,neve ſimulatum,&c.de Amic. 58.nihil eſt in animis, quod ea terra natum aut fictum eſſe videatur. Tuſc.162.In ſpecie fictæ ſimulationis pietas eſſe non poteſt de Nat.d.1.3.Ficto officio,ſimulataque ſedulitate coniunctus.pro Cæc.10.Commẽtitii & ficti dei.de Nat.d.40. Quidam ſunt ita habiles, ut nõ nati,ſed ab aliquo deo ficti eſſe uideantur. 1.de or. 57. Fictę & adumbratæ res.de Amic.79.fictę & commentitię res.pro Mur.25. Ficta exempla.1.de Inu. 121.ficta omnia celeriter tamquam floſculi decidunt.off.2. 61. Quę tam antiquis hominibus attribuerem,ea viſum iri ficta eſſe.3.ad Q.fr.27.In qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt. Læl.79.

Fictor.

Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores fictoreſque voluerunt.2.de Nat.d.110.

Fictrix.

Eius autem vniuerſę fictricem & moderatricem, diuinam eſſe prouidentiam.3.de Nat.d.134.

Ficte.

Nam vt vetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me ut cauerẽ,

necui

necui ſuſpicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. Appio Pulchro,l.3. 15. Ius a maioribus noſtris qui non ficte & fallaciter populares,ſed vere & ſapienter fuerunt,ita comparatum eſt,&c. pro Domo ſua , 61.Ficte aut ſimulate in aures inſuſurretur . 1. ad Q.fr.9.Ficte & ſimulate loqui. Q.fr. 1.1.18.

Figmentum.

Tantum eſt flumen grauiſſimorum , optimorumque verborum , &c. tam ſine figmentis , fucoque puerili , ut mihi , &c. 2. de Orat. 101.

Fictilis.

Summanus,qui tum erat fictilis.de Diu.83. Vrna fictilis. in Parad 12.Figurę fictiles.1.de N.d.96.Quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem?6. Att.12.

Figura.

Figura conglobata.Acad q.ed.1.lib.2.109.Figura rotunda & ſphærica ſola omnes alias complectitur.de Nat.d.2.34.At figura quæ vaſtior elephanto.de Nat.d.1.69. Tacita corporis figura coniecturam affert.pro Quint.Roſ.48.Figura , forma,& ſtatura corporis noſtri ad naturam apta.5.de Fin.31.& Tuſc.1.34.Figura formę non ab hominibus peruenit ad deos . de Nat. d.1.63. Quod ſi omnium animantium formam vincit hominis figura , deus autem animans eſt: ea figura profecto eſt quæ pulcherrima ſit omnium.1.de Nat.d.67.Eum multo magis figura & lineamēta hoſpitæ delectabant.in Verr.126.Figura mēbrorum & totius corporis.Tuſc.1.45.Negotii figura.1.de Inu. 58.Figura orationis in dicendo commutanda.4.ad Her.159. Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. 1.de orat. 57. Figura uocis & quid,& eius ſpecies.3. ad Her.112. Habilem & aptā ingenio humano figuram corporis natura dedit.1.de Leg. 39. Exprimere quandam formam figuramque dicendi. 2. de Or.55.In quam figuram cadere poſſit mundus.de Nat.d.1.18.Himera in muliebrem figuram habitumque formata.4.Verr.60. Qui intemperate vixerit,eum ſecundus ortus in muliebrem figuram transfert. de Vniu.57. Principio corporis noſtri magnā natura ipſa uidetur habuiſſe rationem,quę formam noſtram, reliquamque figuram in qua eſſet ſpecies honeſta , eam poſuit in promptu. 1.off. 176. In quo neque figuram diuinam , neque ſenſum quiſquam ſuſpicari poteſt.de Nat.d.1. 22. Eſſe aliquem humana ſpecie & figura,qui tātum immanitate beſtias vicerit. pro Roſc. Am.38. In figura hominis feritas belluæ.3.off.40. Figuræ cæreę aut fictiles.de Nat.d.1.49.Hominum figuræ.de Diu.137.Figurę orationis tres.3.de Or.110.& 117 Simillimæ figurę. de Vniu.51.Rerum formas & figuras ex atomis fieri ſine follibus & incudibus. de Nat.d.1.39.In figurās moribus ſuis ſimillimas ferarum & pecudum transferetur.de Vniu.57.Figuris dicendi abutuntur multi.4.ad Her.156. De figuris deorum ac locis multa dicuntur.de Nat.d.1.2.Ex ſolidis figuris globus,ex planis circulus præſtātiſſimus.de Nat.d. 2. 34.

Figuro.

A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes,hunc ea forma figurauit , qua vna omnis forma reliqua concluditur.de Vniu.22.Quæ etiā ſi eſſent, quæ nulla ſunt,&c. formare,figurare,colorare,animare non poſſent.de N. d.1.77.

Figuratus.

Corpus figuratū ita eſt,vt excellat aliis.5. de Fin.31.De corpore hominis.Corpus vnum ſimplex ita figuratum,ut tēperatione naturæ vigeat & ſētiat.1.Tuſ.35.Quid de bubus loquar?quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata.2.de Nat.d.237.

Finis.

Quid eſt enim in vita tantopere quærendum , quam quid ſit finis,quid extremum,quid vltimum , quo ſint omnia bene uiuēdi recteque faciendi conſilia referenda, quid ſequatur natura ut ſummum ex rebus expetendis , quid fugiat ut extremum malorum,lib.1.de Fin.9.Finis bonorum.Acad.q. ed.2.lib.1.14.apud Ariſtotelem eſt τέλος τῶν ἀγαθῶν.Finis bonorū eſt,quo omnia, quę recte fiunt, referuntur, neque id ipſum vſquam refertur . de Fin.2.4.Finis bonorum ad quem referuntur , & cuius cauſa ſunt facienda omnia 1.de Leg. 40. Finis bonorum Peripateticis & Academicis idem fuit, nempe adipiſci quæ eſſent prima in natura,quæque ipſa perſeſe expetēda,aut omnia,aut maxima.Acad. q.ed.2.lib.1. 16.Sit iam aut finis omnino deplorandi,aut moderatio quędam.10.Att.7.Diſcordiarū finis ſit aliquando.de har. reſp.42.Dicendum eſt etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe:cuius finis eſt vſus.1. Off.192.Neque neceſſe eſt edilſcere a nobis,quæ finis funeſtæ familiæ , quod genus ſacrificii, &c.2.de Leg.51. Officium & finis oratoris . 1. de Inu.10.Finis viuendi eſt optimus,cum integra mente , cæteriſq; ſenſibus opus ipſa ſuum eadem quę coagmentauit , natura diſſoluit.Cat.66.Finis & officii differentia.1.de Inu. 10. Aequitas finis eſt in iudiciali genere.2.de Inu.137.Quē ad finem?ad quid? 5.Verr.122.Excruciem ne me?quid aſſequar? deinde ad quem finem?Pæto,lib.9.61. Quem ergo ad finem putas cuſtodiendam illam ætatem fuiſſe?pro Cæl. 39. Piratam viuum tenuiſti,quam ad finem?7. Verr.60.Vſque ad eum finem,dum poſſint ſeipſa defendere.2.de N.d.97.Ad eum finem lecta oratio , quem memoria poſſem comprehendere.1.de or. 74.Ad finem referri omnem rationem oportet.2.de Inu. 137. Ad illum finem referenda eſt vulgaris liberalitas , vt facultas ſit qua in noſtros ſimus liberales.1.Off.78.Illud cuius cauſa facere debemus, finem appellabimus.1.de Inu.10.Tributorum finem vnius imperatoris præda attulit.2.Off.113. Etiam ſi ille dies vitæ finem mihi allaturus eſſet.in Ant. 205. Controuerſiæ iudiciariæ finem aliquando conſtituere.3.Verr.3.Nullum finem facio , mihi crede , Caſſi de te cogitandi.ep.193.Finem feci eius ſcribendi.Brut.90.Fecit finem vitæ & victoribus & victis diem dies.7. Verr.62.Sed ut extremū habeat aliquid oratio mea , & ut ego ante dicendi finem faciā , quam vos me attente audiendi , concludam illud de optimatibus.pro Sext.26.Acad.q ed.1.lib.2. 58. Non faciam finem rogandi.Att.164.Si ne tum quidem finē vitiorū faciet . de Vniu. 57.Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ faciamus.in Verr.132.Facere finem libidini & impudentiæ. 5. Verr.122.& 6.12.Finem ſcribendi facere.de or.129.Solicitudinis finem quā primum facere.Planco,lib.16.342.2. Finem inter nos ſcribendi,de his rebus fieri tempus eſt. 10. Att.20.Cogitanti fore aliquando finem huius lucis. Tuſc. lib. 2. 7. Stipendiorum finem patris victoriam ac triumphum fuiſſe.pro Mur.11. Viuendi finē habeat neceſſe eſt,qui finem habet motus.in Somn.Scip.30.Ingrediens intra finē eius loci quē oleæ terminabāt . pro Cæc.16. Reperire finem malorum. ep.153. Finem & exitum alicuius rei reperire.pro Clu.4.Reperire finem ſolicitudinis . Plancus Cic. 10.32. Quorum alter finem veſtri imperii non terræ,ſed cęli regionibus terminaret.in Cat.119. Finem & modum transeunt appetitus.1.Off.143.Fines magis agrorum ſunt,quam vrbis.Top. 21.Nempe fines conſtituendi ſunt , ad quos & bonorum & malorum ſumma referatur.Acad.q.ed.1.li.2.120. Conſtituendi autem ſunt qui ſint in amicitia fines & quaſi termini diligendi.de Amic.50.Prorogatio finium imperii de Prouinc. Conſ. 23.Fines bonorum malorumque conſtituere.Acad.q.ed 1.lib.2.104. Conſtituere ſibi certos fines terminoſque , extra quos egredi non poſſit.pro Quint.19.Regiones ſuas fineſque uix defendere in Or.79.Cum fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat.in Piſ.38.Ciuitatum aliquarum fines incolere.Q.fr.1.3.7. Pangere fines.in Piſ.28 Præſcribere fines. Qui. fr. 1.1.10.& 17. Proferre fines officiorū.pro Mur. 59. Propagare & regere fines. pro Mur.19.Nec Manilia lege ſinguli , ſed ex his tres arbitri fines regemus.de Leg.lib. 1.43. Fines in vrbe non reguntur.Top. 10.Terminare fines agri.1.Off.50.3.in Cat.70. Verecundiæ fines tranſire.5.Iam.29.Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtiū pro Deiot.15.Finibus regundis arbitrum adigere.Top.21.Arceri otii finibus videbam non poſſe. de haruſp.reſp.3.Continetur ſuis finibus exiguis Latina lingua. pro Archia poeta , 17.Opiniones de finibus bonorum & malorum.Tuſc.245. Quæſtio de finibus bonorum & malorum ab eo proficiſcitur,quod naturæ aptum eſt & accommodatum, quodque ipſum per ſe primum appetitur.de Fin.lib.5. 20. De finibus nata cōtrouerſia,in qua uſucapionem x11. tabulæ inter quinque pedes eſſe voluerunt.1.de Leg.42.Craſſus vero mihi noſter viſus eſt orationis facultatem non illius artis terminis,ſed ingenii ſui finibus immenſis pene, deſcribere.1.de or.107.Obtinuiſti prouinciam iis finibus,quos lex cupiditatis tuę,non quos lex generi tui pepigerat.in Piſ.87. Comites autem duntaxat finibus his pręſtabis , quos ante præſcripſi.ad Quint.fr.291.finibus domeſticis ſe tenere.7.Att.42. finibus ſuarum rerum ſe continere . offic. 1. 129. Quid in hac Reipub.&c.iiſdemne ut finibus nomen ſuum,quibus uita terminaretur?Tuſc.1.27.

Finio.

Cupiditates ſatietate ſua, non diuiſione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus.de fin.1.53.Nequid accedat tēporis ad id quod tu mihi & Senatuſconſulto & lege finiſti.M.Narcello, lib.15.7. 4.Modum ſepulchris nouis finiuit Demetrius.2.de Leg.103.i: ſtatuit,prefixit.Curſus annuos ſacerdotes finiunto . 2. de Leg. 31.finire dolores morte.1.de finib.75.1.Tuſcul.186.Sententiæ verbis finiantur.3.de orat.106.Ratione componantur uerba & finiantur . in orat.93.

Finiens.

Marcoque Marcello coſ. finienti prouincias Gallias Cal. Martii,reſtitit. Att. 8. 147. 5.

Finitus.

Deinde in ore ſita lingua eſt,finita dẽtibus.de N.d.56. Quod finitum eſt, id habet extremum. Diu. 2.80. Quęſtionum genus finitum temporibus & perſonis,Part.235.

Finite.

Ergo & auarus erit,ſed finite:& adulter, verum habebit modum:& luxurioſus,eodem modo.2.de Fin.48.

Finitor.

Quæſtori permittant:finitorem mittant: ratum ſit quod finitor vni vili,a quo miſſus erit,renuntiauerit . pro Leg. Agr. con. Rull.45.Delecta finitorum iuuentus. con.Rul.45.

Finitimus.

Mari finitimus eſt aer.2.de Nat. d. 145. Aegritudinis finitimus eſt metus.4.Tuſc.103.Oratori finitimus poeta eſt. 1.de or. 36.Huic generi hiſtoria finitima eſt.or.102. Pertinacia perſeuerantiæ finitima eſt. 2. de Inu. 244. Finitima uicinitas.Brut.80. Finitimum ac domeſticum bellum.pro Planc. 57. ideſt ſociale. Cui generi finitimum eſt illud,&c.Top.228. Regnum Ariobarzanis,quod finitimum eſt veſtris vectigalibus . pro Leg.Man.2. Arpini ſunt finitimi Atinatibus.pro Plãc. 263. Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus.2.de or. 99. Vt cuius pater,cum cæteri deficerent finitimi ac vicini, ſingulari extiterit in Rempub.noſtram officio & fide,&c.pro Syl.43.Ita enim finitima ſunt falſa veris.Acad.q.ed.1.lib.2.63. Finitima oppida.7. Verr.53.in Top.18.Eſt autẽ cauendum , ne dum hæc genera cõſectemur, infinitima & propinqua uitia veniamus. ad Heren. 27. Inferre bellum finitimis ſuis Boſphoranis ſimulauit. pro Leg. Manil. 5.

Fio.

Nihil fit quod fieri non poteſt.Diu.2.46. Quæ ſit aperta eſt, vt mirer veteres non eſſe commotos,præſertim cum, vt ſit,fortuito ſæpe aliquid concluſe,apteque dicerent.in or. 102.Fit concurſus ad aliquem.10.Phil.273. Senſu enim amiſſo fit idem quaſi natus non eſſet omnino de Amic. 13. Obuius fit ei Clodius expeditus in equo.pro Mil. 106. Obuiam mihi fit tabellarius. Att.16.337.1.Fit obuiam caſu ei multitudini C. Curio.2.Verr. 32. Quod præmonui,fit, vt Cęſar cõmittere pręlium nolit. Att. 13.Et ſæpe fit,ut de eadem re aliud alii iudici videatur. ad Her. 9.Fit ſæpe,vt ij qui debent,&c.16.Att.4.pro accidit.Ita fit verũ illud quod initio dixi, amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe. de Amic.58.Quid fiet artibus?Acad.q.ed.1.l.2.97.Quid fiet de illo,& Quid fiet me.6.Att.12. Quid fiet Tulliola mea?14.f. 21.Quid fiet puero miſero?14.fam.5. Subito conſilium cepi,vt ante quam luceret,exirem,ne qui cõſpectus fieret. 7.Att.36.Cũ ei magnum conuitium fieret cuncto a Senatu.ad Plancum,l.10. 26.3. Contraque accidere in Spondeo & Trochæo , quod alter ex longis conſiaret,alter e breuibus fieret.in Or.111.Tertius vero ille finis teterrimus , ut quanti quiſque ſe ipſum faciat,tanti fiat ab amicis.de Amic.52.Nequid detrimẽti fiat, dabitur a me opera.Plancus ad Cic.10.11.8.Peto igitur a te maiorem in modum,quod ſine tua moleſtia fiat,vt,&c.13.famil.5. Non leuiſſima de re fieri ſolent capitalia de Nat.d.1.11. Fieri deſierunt cõuentus.1.Att.66.5.Verr.36.Demonſtrabant, de re iudicium fieri oportere,&c.pro Quint.16.23.24.25.pro Roſc.Am.16.4.in Verr.109.Fieri fletum gemitũque.pro Roſc.Am. 14.Fieri poteſt, vt recte quis ſentiat,& id quod ſentit , polite eloqui non poſſit. Tuſc.1.5.Neque fieri poteſt,ut.de Amic. 65. enim nihil fieri poteſt,nihil accidere,nihil euenire, niſi quod ab omni æternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore , quæ poteſt eſſe fortuna?2.de Diu.18.Homo fieri nec doctior, nec ſanctior poteſt. 6. Att.11.Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt?pro Domo ſua,59.Moriar,ſi fieri quidquam poteſt elegantius. 5. Attic.41. Neque quidquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt.de Amic.49.Fieri nihil poteſt miſerius, nihil perditius,nihil fœdius.8.Att. 28. Nec poteſt fieri me quidquam ſuperbius. 3.fam.18. Quod fieri nullo modo poteſt. Acad. quæſt. ed.1,lib. 2.51.Quod fieri non potuit, numquam factum. Diu. 2.38.Honorificentius fieri non potuit de aliquo , quam fecerim. Att.12. 241.14. Cætera noli putare amabiliora fieri poſſe vlla litore,proſpectu maris,tum his rebus omnibus.12.Att. 13. Nihil fieri poſſe te iucundius.1.ad Qu.fr.18.De rationibus referendis nõ erat incommodum te nullam referre,quam tibi ſcribis a Bibulo fieri poteſtatem.ad Caninium, l. 2.16.4.Fieri temere rato caſu & volubilitate fortunę.de Diu.2.14.

Firmanus.

Firmani, ad oppugnandum Antonium pecuniam polliciti. 7.Philip.231.

Firmus.

Firmus ab equitatu.10.fam.31.in ep.Planc.Domitius non ſatis firmus eſt ad caſtra faciẽda.Att. 8.161.1.Firmus in cauſa.pro Mil.70.Rumor firmus. ad Att. 11. 52. Firma & fidelis amicitia. pro Cæl.40.Firma & perpetua amicitia . de Pet. 209. Firma & conſtans aſſenſio.Acad.q.ed.2.lib.1.30.Valens & firma ciuitas. de haruſp.reſp.56.Quę autem domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas,quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? de Amic.23.Sed cum ea,quẽadmodum ſpero,ſatis firma ſit,&c. 6.fam.51.Firma manus euocatorum. 15.fa. 13.Firma & ſtabilis opinio de aliqua re.de cl.Or.56.Verum illud certum,comprehẽſum,perceptum,ratum,firmum fixum fuiſſe vis. 4. Acad.q.255. Deinde accuſatorem firmum,verumque eſſe oportet.1.Verr.16. Itaque ſenatum ſua ſponte bene firmum , firmiorem noſtra auctoritate feciſtis.in Ant.208. Non ſatis firmam puto rationem, quæ a te affertur.de Nat.d.1.44.Te penitus rogo,ne tam longæ nauigationi & uiæ per hyemem niſi bene firmum committas.Tironi,li.16.12.2.Iudicabis hoc quod dico firmum fore. Att.254. Ibi te vt firmum offendam mi Tiro effice.Sed confido,ſi diligentiam,quam inſtituiſti,adhibueris, cito te firmum fore.Attic.16, 20.1.Tenere aliquid firmum.in or.140.Attic.16.333 14.Ideſt, certum.Firmo animo quid facere.16.ſam.27.ex epiſt.Ciceronis filij.Firmo animo quid ferre.7.ſam.33. Satis firmo corpore nondum eſſe. Matio,lib.11.27. 1. Sunt igitur firmi & ſtabiles & conſtantes eligendi;cuius,&c.de Amic. 55. An tu commentariis & chirographis,&c. acta Cæſaris firma erunt , quę ille in æs incidit?1.Phil. 12. Argumenta firma ad probandum de claris orat. 148.Neque ulla officij præcepta firma,ſtabilia, coniuncta naturę tradi poſſunt. 1. off. 10. Firmę veræque aſſenſiones.de Vniu. 37.firmæ literæ.7.Att.66. firmos ad tuendas noſtras res efficere.11.fam.7.in ep.D.Bruti.Ideſt, animo bene præparatos & cõfirmatos.firmos omnino & duces habemus ab occidente,& exercitus.Bruto, lib.1.10.8. Diſcedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferẽdum,quam uenerat,de Fin. 4.43. Mihi placebit,ſi firmior eſſes,ut te Leucadem deportares.16.ſam. 1.Siquid eſt firmius quod ſperemus.14.ſam. 6. Vtrum tandem tibi ad defenſionem firmius fore putaſti?7.Verr.60. Firmiorem partem ſequi.8. fam.41.in epiſt.Cęl.In firmiore ſpe eſſe.Att.8. 157.2.firmiores in ſententia pro Corn. Balbo, 50. Firmiores uideas apud eos opiniones eſſe de beſtijs quibuſdam.de Nat.d.1.57.Firmiora uidentur eſſe quæ nuntiantur.12.fam.8.ideſt,certiora.Firmiſſima beneuolentia.2. Att. 66. firmiſſimã ſpem habere. 6.famil.17.Vt porro firmiſſimum hoc eſt afferri uidetur.Tuſc.1.25.Firmiſſimæ copię genere,numero & fidelitate.10.fam.20.in ep.Plãc.Firmiſſima pręſidia uitę ſine metu degendæ.1.de Finib. 55. Firmiſſima quæque initio collocanda.2.de or. 171. & 172. Ex infideliſſimis firmiſſimos redderem.15. fam.23.

Firme.

Quæ firme a me,&c.pro Arch.192. Aſſeuerare aliquid firmiſſime.Att 11.205.7. Qui hac exaudita quaſi voce naturæ, ſic eam firme grauiterque comprehenderit.1.de Fin. 107.Satis firme animo concipere & comprehendere aliquid . 2. de Fin. 9.Suſtinere firme aliquid.3.de fin.48.

Firmiter.

Firmiter & conſtanter manere in aliqua re. Acad.quæſt.edit. 1.lib. 2. 43.

Firmitas.

Firmitas animi,turpitudinis verecũdia, &c.Tuſc.q.l.5.55.2. de fin.52.Cõſtãtia & firmitas nec animi , nec orationis requiritur. Att.12.49.Aca.q.ed.1.l.2.38.Gladiatoria totius corporis firmitas.2.Phil.74.Tuſc.q.l.5. 30. Aliquid firmitatis nãciſci.Bruto, Li.11.10.Itaq.ut quiſq. minimum firmitatis habeat,minimumq. virium,ita amicitias appetere maxime.de Amic.43. Nõ ſatis firmitatis habeat.de Amic.18.Ad firmitatem uitæ nihil pertinet. de Nat.d.1.70.Sed noui firmitatem tuam,in Ant.159. Quæ ille propter firmitatem στερέμνια appellat.de Na.d. 13. Firmitatem tamen & conſtantiam,ſi modo fuit aliquando in nobis, eãdem cognoſces,quam reliquiſti.Dolabellæ, lib. 9.20. Quid igitur loquar de firmitate ſapientis?Acad.q.ed.1.lib.2. 61. Firmitate exiguus,vniuerſus exercitus numero ampliſſimus. 10. famil.52.in epiſt.Planc.

Firmitudo.

Firmitudo animi,10.ad Att.1.& 6.fam.25. Vocis firmitudo. ad Her.3.112. Minus firmitudinis habere. 2. de Inu.163. Non

quod

quod ab iſto ſalus data quicquam habitura ſit firmitudinis. 12. Att.31.tum nihil plus, quam quod firmitudinem grauitatemq. animi tui perſpexi.ad Luceium,lib.5.37.2.de Inu.139.

Firmo.

Firmat & auget etiam latronum opes iuſtitia.2.off.57.Cõtra arma Antonii præſidia firmaui.Atti.279.Tabulis hoc Cenſorũ, memoria moliorum firmabo ac docebo.de haruſ.reſp.27. Qui filium ſuum vita priuauit,ut in cæteris imperium firmaret.pro Syl.23.tantum enim abfuit,ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem.12.fam.33.in ep.Lentuli. firmare animum ad dolorem ferendum.Tuſ.2.26.firmare laborare corpora iuuenum. Tuſ.61.Præſidia alicuius firmare.Bru.23.firmare principia belli.12.Phil.325.Prouinciã pace præſidiiſq. firmare.Lẽt.l.1.7.14. Ratione vim & naturam fati & diuinationis firmare. de Fat.17. Oratio in qua remiſſio lenitatis quadam grauitate & contentione firmatur.2.de or.117.Inu.55.Firmantur multa iureiurando. 2.de Leg.14.Nam a principio clamare agreſte quiddam eſt,& illud idem ad firmandam uocem eſt ſalutarem.lib.3. de or. 126.

Firmatus.

Animus adoleſcentis nondum conſilio & ratione firmatus pro Clu.9.Vetus opinio & omnium gentium firmata conſenſu. 1.de Diu.1.Stirps uirtutis firmata.pro Clu.63.Sed eſt iam una uox omnium magis odio firmata.quam præſidio. Att.2.34.6. Eximiæ uirtutes firmata iam ætate extiterũt.pro Cęl.34.ideſt, prouectiore.Collegia mediuſfidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato,quod coeant de hominum locupletiſſimorum bonis,præda pręſertim populari, & ſpe largitionis oblata.pro D.ſua.37.

Firmamentum.

Firmamentum eſt firmiſsima argumentatio defenſoris, & aptiſſima ad indicationem. de Inu.46.Firmamentum ac robur. pro L.Mau.5.Firmamentum accuſationis quęſtionem efficit. 1.ad Her.29.firmamentum autem,quod contra ad labefactandã rationem refertur,ſine quo accuſatio ſtare nõ poteſt.Partit.56. Venio nunc ad Mar. Catonem,quod eſt firmamentum ac robur totius excuſationis.pro Mur.137.flos Italię, firmamentum imperii noſtri, ornamentum dignitatis. 3. Verr. 132. Ordo,cæterorum ordinum firmamentum. pro Lege Manil. 11. Flos equitum Romanorum,ornamentum ciuitatis, firmamẽtũ Reip. Publicanorum ordine continetur.pro Plan.19. Stabilitatis conſtantiæque eius,quam in amicitia quærimus, firmamentum, eſt fides.de Amic.58.In quo non habeas firmamenti quod ſatis eſſe poſſit.de Petit.Conſ.20.Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falſitas habet,ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe dẽt.pro Clu.2.Quodque maximum argumẽtum eſt,&c.id illi firmamentum eſſe diſciplinæ putant. Tuſc. 4. 6.Ponere firmamentum in aliquo teſte.pro Flac.7. Firmamenta Reip.conſtituere.1.Att.57.

Fiſcus.

Tollere fiſcum.5.Verr.158. Ex fiſco in ciſtam pecuniam transferre.5.Ver.170.Inſtabat iudicium:ei quoque negotio fiſci Sicilienſes minabantur.2.Verr.15.Reperiebam fiſcos complures cũ pecunia Sicilienſi a quodam Senatore ad Equitem Romanorũ eſſe translatos,&c.2.Ver.14.

Fiſcina.

Homini Phrygi,qui nunquam arborem fici viderat, fiſcinam ficorum obiecisti.pro Flac.32.

Fiſſio,Fiſſum, *Vide Findo.*

Fiſtula.

Fiſtola paſtoritia.Attic.1.44.Seruus cum eburnea fiſtula,qui inflaret eum ſonum,quo dominum ſuum excitaret.3.de or.125. C.Marius fiſtulas,quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Opt.Max. templis ac ſedibus,præcidi iuſſerat.pro Rab.97.

Fiſtulator.

Sed fiſtulatorem domi relinquetis.3.de or.125.

Flabellum,Flabilis, *Vide Flo.*

Flacceſco.

Dein cum otioſus ſtylum prehenderat,motuſque omnis animi tamquam uentus hominem defecerat, flacceſcebat oratio.de claris or.47.ideſt,nullas habebat dicendi uires.

Flagellum.

Porcia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit,hic miſericors flagella retulit,pro Rab.perduel.reo.7.

Flagitium

Dedecus & flagitium magnum eſt.1. Off. 115.flagitium in obſcœnitatem.9.famil.51. O pręclaram emendatricem uitæ Poeticam,quę Amorem flagitii & leuitatis auctorem, in cõcilio deorum collocandum putet.Tuſc.4.58.Flagitii nihil diximus.9.fam.53.Tantamne fuiſſe obliuionem,inquit,in ſcripto pręſertim,ut legens quidem umquam ſenſerit, quantum flagitii commiſiſſet?de claris or.215.Id erat meum factum, flagitii ſcilicet plenum & dedecoris.Att.256.Et tamen ſpes quædã me obtentabat. fore ut aliquid conueniret potius, quam aut hic tãtum ſceleris,aut ille tantum flagitii admitteret.9. Attic. 37. Quę libido ab oculis, quod facinus e manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit? 1. in Catil. 9. flagitium admittere.Att.9.181.6.Amittere rei militaris flagitium.pro Clu.100.Stupra vero & adulteria & omne tale flagitiũ nullis aliis illecebris excitari niſi voluptatis.de Sen.36.Qui pręeſſe agro colendo flagitium putes.pro Sex.Roſc.16.flagitia Democriti.1.de Nat.d.89.Vitia atque flagitia domeſtica.1.Tuſ.113. Quaſi uero ipſe non propter libidinem tãta flagitia & faciat & dicat.Tuſ.4.61.Scelera & flagitia facere.pro Roſc. Am.15.Illum ante occultaſſe ſua flagitia,ſed planũ facturum, ab eo maleficiũ non abeſſe.ad Her.7.Ita dies breuitas conuiuiis, noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.7.Ver.211

Flagitioſus.

Flagitioſa & calamitoſa fuga.8.Att.2.f.litura. 3. in Ver.651 Poſſeſſio f.pro Roſc.Am.14.f.vita.2. de Fin. 149. Neque minus turpe aut flagitioſũ eſt.Brut.91. An eſt aliquid per ſeipſum flagitioſum,etiam ſi nulla comitetur infamia?2.de fin. 97.flagitioſæ libidines.4.Ver.93.Verbis flagitioſa dicere,quæ turpia non ſunt,reprehendunt & irident Cynici.1.off.177.Itaque uideas rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos.de Amic.44.

Flagitioſe.

Flagitioſe deſciuit a Stoicis propter oculorum dolorem.5.de fin.161.f.& turpiter dicta.2.de or.215.factum f.ad Her.1.7. Hortẽſius f.& turpiter fuit cum gladiatoribus.Att.6.36.f.imparatus. 7.Att.50.f.obire legationes pro Fonteio,20.Hoc initio eſt ſumma cum auctoritate uſus,patres conſcriptos iudicia male & f.tueri.2.Ver.28.Impure ac f.viuere.3.de Fin.59. flagitioſiſſime ſeruire aliorum amori.in Cat.70.Habet enim nihil quod in offenſione deperdat,ut turpiſſime flagitioſiſſimeq. diſcedat.in Ver.39.

Flagito.

Vtrum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare, tametſi cauſa poſtulat: tã quia poſtulat,non flagitat,præteribo.pro Qu.7.flagitat abs te filium. 7.Ver.100.pro Sex.19.Dicendum eſt id quod ille me flagitat,Laterenſem,&c.pro Pl.4.id eſt,a me obnixe contendit. Quæ tempus & neceſſitas flagitat apparare.5.Phi.203. Te abeſſe mea cauſa moleſte fero.tua,gaudeo.ſed flagitat tabellarius.15.fam.47. Quid acta uita,quid ſtudia tua a te flagitant,videbis. Figulo,li. 4.13.10.Hæc ſunt illa quæ me ludens Craſſus modo flagitabat. de or.125.Num a te ipſo inſtituta,me frumentum flagitabant? pro D.ſua,12,Vt primum libere Senatus haberi potuit, ſemper flagitaui,ut conuocaremur.5.Phil.186.Tamen in tanto conuentu nemo erat, quin reliquos non deſyderaret ſolum, ſed etiam poſceret & flagitaret.7.Verr.58.A philoſopho,ſi afferat eloquẽtiam,non aſperneri ſi non habeat, non admodum flagitem.de fin,52.Tamen ego expectatione promiſſi tui moueor vt admoneam te,non vt flagitem.ep.129.Flagitare arma,ſaga, bellum. 7. Phil.230. Implorare & flagitare auxilium Conſulis. pro Rabirio perduel. reo, 6. Etiam atque etiam inſtare, urgere, inſectari, poſcere, atque adeo flagitare crimen. pro Planc. 38. Flagitare Senatus inſtitit Cornutum,ut referret ſtatim de tuis literis a Plancum.li.10.16.3.Flagitare in aliquo damnationẽ in Piſ.75 mercedem gloriæ.Tuſ.1.28.Munus.ep.129. promiſſum ab aliquo per literas.ad Appium,lib.3.11. 14. quęſtionem ſceleris.in Vatin.21.Non admodum quid.1.de Vniu. 24. ſalutẽ alicuius. poſt red. in Senatu. 2. Inſtare & flagitare teſtes. pro Font.1.Iam diu a te poſtulatur vel flagitatur potius hiſtoria. 1. de Leg.4.Quę quia rurſus in meo reditu facta erat durior,a meo aduentu fore utilitatem boni uiri dictitabant,annona flagitabatur.pro D.ſua.13.&14.Phil.404. Admonitum te, non flagitatum uenimus.3.de or.11.

Flagitans.

Ecce iiſdem auctoribus,Pompeio principe, qui cupientem Italiam,flagitantes uos,populum Ro.deſyderantem,non auctoritate ſua ſolum,ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitauit,reſtituti ſumus.de haruſp.reſp.41.

Flagitator.

Nam hunc qui negel,uideo flagitatorem non illum quidem

tibi moleſtum,ſed aſſiduum tamen & acrem fore. de Cl.9.

Flagro.

Flagrat bello tota Italia Att.7.5.flagrant conuiuia ſtupris & flagitiis.6.Verr.62.Conſules flagrant infamia. Att.4. 53.Itaque a pop.Romano contemnimur, diſplicemur, graui diuturnaque iam infamia flagramus.2.Ver.27. flagrabāt uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris: pro Cæl. 8. Ibitus Rhegynus amore flagrauit. Tuſc. 4.60. Immortalitatis amore flagrauit.pro Marcel. 16 Cum inuidia & infamia non recenti, ſed uetere ac diuturna flagraret.in Verr.67.Non dici poteſt quā flagrem deſyderio urbis.Att.lib.7.124.1.Mulier ita flagrare cœpit amentia,ſic inflammata ferri libidine,ut eam,&c.pro Clu.9. Cupiditate flagrare.1.de Or.65.6. Verr.66.flagrare inuidia.pro Clu. 107. flagrare incredibili dicendi ſtudio. 1. de Or. 8. Att. 13. 278. 6.

Flagrans.

Flagrans cupiditas.4. Tuſc.67.Cato recentibus præceptorum ſtudiis flagrans.pro Mur.139.os flagrantis mulieris. de haruſp. reſp.252.Non uidit bello flagrantem Italiam,non ardentem inuidia Senatum.de or.143.Dionyſium flagrantem deſyderio tui mitto ad te.Att.5.98.1.Neque facile eſt,ut oderit eum quem tu uelis, niſi teipſum flagrantem odio ante uiderit.2. de or.102. Atqui eos omnes, quos commemoraui, his ſtudiis flagrantes ſenes uidimus.de Sen.45.oratoria ſtudia,quibus etiam te incendi,quamque flagrantiſſimum acceperam.de Fato,5.

Flagrantia.

Flagrantia oculorum.pro Cæl. 38.

Flamen.

Cæſaris flamen Antonius.2.Phil.106.Cum M.Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret,quod erat flamen Carmentalis.de cl.or.27.Quirinalis flamen. de haruſ.reſp.40.L.Lentulus flamen Martialis,de haruſp.reſp.246.1.de Diu. 167.Eo die Miloni iter erat Lanuuium ad flaminem prodendū, quod erat dictator Lanuui Mil. pro Mil.206.Pulſant aliquem ab regione Aquilonis flamina.2.de Nat.d. 164.in Arato,3. Diuiſque aliis alii ſacerdotes,omnibus Pontifices, ſingulis flamines ſunto.2. de Leg.17.Flamines ex patriciis creari ſoliti pro D.ſua,30.Cur non inaugurabātur duam flamines inaugurabantur.in Ant. 180. Itaque populus Rom.breui tempore neque regem ſacrorum, neque flamines,neque ſalios habebit.in Ant. 181.

Flamma.

Flamma quod bene loquitur,non moleſte fero.15.Att.6.flamma,nomen proprium.Quę flamma eſt, per quam non incenderint et,&c.Tuſc.2.54 Ardor animi non ſemper adeſt,iſque cum conſedit,omnis illa uis & quaſi flamma oratoris extinguitur.de Cl.122.flamma temporis.pro D.ſua,54.Prius undas flammamque,ut ait poeta neſcio quis.in Ant. 127. Incidi in ipſam flammam ciuilis diſcordiæ.16.fam.12.Ita fiebat,ut,dum minus periculi uideretur,abeſſem,in flammam ipſam uenirem. 16.Att.19. Magnus leo tremulam quatiens e corpore flammam. de Nat. d. 47. Flammam a ſapiente ore in ardente opprimi. 2. de or. 122. flamma amoris turpiſſimé flagrare.7. Verr.72. Sulpitius autem qui in eadem inuidiæ flamma fuiſſet.3. de or.7. flamma ſe eripere. Brut. 46.

Flammula.

Cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. 4.Acad. 141.

Flammeus.

Dextrorſum orbem flammeum Radiatum ſolis liquier curſu nouo.1.de Diu.80.flammeæ natura ſunt ſtellæ. 2.de Nat.d.88.

Flammatus.

Principio ætherio flammatus Iuppiter igni Vertitur,&c.1.de Diuin.30.

Flammifer.

Fer mi auxilium,poſſem abige a me, Flammiferam hanc uim quæ me excruciat.Aca.q.ed.t.l.2.81.

Flatus, *Vide F o.*

Flauus.

Flauum mare.4.Aca.189.

Flebilis, Flebiliter, *Vide Fleo.*

Flecto.

Imbecillitatem animorum uarietas opinionum torquet, & flecti quocunq. cœpit.1.de Leg.33.Mēbra contorquet & flectit quo uult omne animal.1.de Diu.196. Qui teneros & rudes cum acceperunt,inficiunt,& flectunt ut uolunt.1.de Leg.70 Si te Luculli oratio flexit, quæ eſt habita memoriter, &c. 4. Aca. 154. Mentes ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum,ad noſtrum imperiū nomenque noſtrum flexerunt.pro Cor.Balb. 31. Ex Oppii ſermone intellexi,quæ iſtorum oīa eſſet:ſed ut eam flectas,te rogo. Att.15.226.2.Flectere aliquem oratione.2.Phil. 26. Teneros & rudes animos flectere & inficere. 1.de Leg. 70. Commutare, & ol ratione flectere animos.2.de or. 117. Fata flectere. 3. in Cat. 64 Flectere aduerſus alios iudicium ſuum.ad Brut.51.in ep.Bruti.Sed Lentulum flectere moleſtum uidebatur.5.Att. 96. 1.Naturam ſuam verſare & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere.pro Cæl 9 Flecti animo atque frangi. pro Syl. 13. Quod,qui nauigant,maxime animaduertunt, cum in flectendis promontoriis uentorum mutationes maximas ſæpe ſentiant. 2.de Diu 74.

Flexus.

Flexi fractique motus.5.de Fin.62.Flexus ſonus. 3.de or.120.

Flexus.

Pons Tiretius qui eſt Minturnis,in quo flexus eſt ad iter Arpinas.&c Att.16.337. 1. Flexus ætatis in Proœmio de or. 2.pro Cæl.59.Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multiſque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus. 2.de Nat.d.219.

Flexio.

Virilis laterum flexio.in or. 33. Flexiones deorſ.de Vniuerſ. 45.Alii legunt, Fuſiones. Cum alteri obiicit uocis flexiones. in or 32. Quos tu mirandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula,flexionesque quæſiſti?in Piſ.41. Cum flexionibus modorum ceruices oculoſque pariter torqueret.2. de L.38.

Flexibilis.

Flexibilis ætas.ad Brut.59. Flexibilis & commutabilis tota materia rerum.3.de Nat.d.69.Mollis,tenera,& ita flexibilis oratio,ut ſequatur quocunque torqueas.in or. 29. Nihil fallax,nihil non flexibile ad bonitatem. Att.10.37.Vocis genera permulta,canorum fuſcum,lene aſperum,graue acutum,flexibile durū. 2.de Nat.d.110.Quid enim poteſt eſſe tam flexibile,tam deuiū quam,&c.Lælius, 77. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile,aut flexibile,quam voluntas erga nos,ſenſuſque ciuium.pro Mil.22.Nihil tam tenerum, quam illius comprehēſio uerborum,nihil tam flexibile, nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur.de Cl.or.149. Nihil eſt tam tenerum, tam flexibile,neque quod tam facile ſequatur, quocunque ducas, quam oratio.3.de or.97.Flexibiles hominum uoluntates.2.fa.12.

Flexuoſus.

Iter flexuoſū habet auditus, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret.2.de Nat.d.215.

Flexanima.

Sed tantam uim habet illa quæ recte a bono poeta dicta eſt flexanima,atque omnium regina rerū oratio,vt,&c.2.de or.201.

Flexiloquus.

Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen impleuit partim falſis,ut ego opinor:&c.partim flexiloquis & obſcuris,ut interpres egeat interprete.2.de Diu. 172.

Fleo.

Flebat vterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filii morte de patris filius. 3.Verr.53.Flere ac lamentari omnes lapides coegiſſet.1.de Orat. 127. Eum quem fleas flentem dimiſeras. 1.ad Quint.fr.49.

Fletus.

Fletus muliebri ingenio additus eſt. Tuſc.q.2.44 ex Pacuuio. Aſſiduus fletus, quotidianæ querimoniæ. pro Clu. 12. Quod Amerinis uſque eo uiſum eſt indignum, ut orbe tota fletus gemituſque fieret.pro Roſc.Am.14.Lugubris lamentatio, fletuſque mœrens.1.Tuſc.26.Fletus ſermonem meum interpellat. 12. Att.17.In fletum adducere.14.fam.3 Recordatione alicuius fletum populo mouere.de or. 104. Non modo unam lachrymulam, ſed multas lachrymas & fletum cum ſingultu uidere potuiſti. pro Planc.62.Id quod ego maximo cum fletu legi. ad Terentiā, lib.14 2.4 Non poſſum præ fletu diutius in hoc loco commorari.Att.175.Non ſine magno fletu legerunt.10.Att 30.Vt primū fletu repreſſo loqui poſſe cœpi.Somn. Scip. 10. Quid eſt enim fletu muliebri uiro turpius?Tuſc.lib.2.50.Mulierum fletus & lamentationes fieri ſolitas pro hiſce rebus.6.Verr.42.

Flebilis.

Flebilis gemitur.2.Tuſc.97. Flebilis ſpecies.11.Phil.293.Vigiliæ flebiles. pro Planc. 81. Reſonando multum flebiles uoces re fert.2.Tuſc.57.

Flebiliter.

Nec tam flebiliter illa canerentur.Tuſc.1.69. Perquam flebiliter Vlyſſes lamentatur in uulnere.Tuſ.185. Vide quam nō flebiliter reſpondeat.2.Tuſ.67.

Flo.

Belle nobis flauit ab Epeiro leniſſimus Auſter mitia. Attic. 7.122.1.

Flatus.

Vnde aliquis flatus oſtenditur, uela do. 2.de Or.100. Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri.in Arato, 21. Nam & cum proſpero flatu eius utimur,ad caitus prouehimur optatos, & cū reflauerit,affligimus.3. Off. 26.De fortuna. Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus igues.in Arato, 13.

Flamen, *Vide poſt Flagrantia.*

Flabilis.

Nihil eſt in animis ne humidū quidem, aut flabile,aut igneū. 3.Tuſc.53.id eſt,aereum.

Flabellum.

Cuius lingua,quaſi flabello ſeditionis,illa tum eſt egentium concio uentilata.pro Flac.43.

Floccifacio.

Miror te nihildum cum Tigellio, uel ut hunc ipſum,quantum acceperit,prorſus aueo ſcire,nec tamen floccifacio. 13. Att.65. Totam denique Rempub.flocci non facere. Att.4.36.

Floccifacteon.

Quare,ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis:& iſtos Conſulatus,non floccifacteon.1. Att.23.

Flos.

Flos ætatis,adoleſcentia.Top.16.Flos & robur ciuium.in ur. 19.Flos equitum Romanorum.pro Planc.Flos Italiæ,firmamentum imperii,ornamentum dignitatis.3.Phil.131.Nobilitatis & iuuentutis flos.2.Phil.56.Orationis flos.in Parad. 3. Flos & color pigmentorum.de Cl. Or.165. Delibatur flos populi. de Cl. Or.29.Flos populi M.Cornelius Cethegus.Brutus, 29. Aſpiciant hunc florem legatorum, & laudatorem Flac.ex uera & integra Græcia.pro Flac. 159. Virum excellentem præclari tum illi homines florem populi dixerunt. de Cl. Orat. 29. Aetatis flore, non uirtutis ſpecie collecta gratia. 2. Phil. 30. Quam multas ante hunc in ipſo Græciæ flore Piſiſtratus ac Phalaris, ac Apollodorus,pœnas ſuſtulit,&c.3.de Nat.deorum, 118.Lectiſſimi flores omni tempore anni.6.Verr. 95. Varietas florum. de Sen.50. E floribus afflantur ſuauitates odorum. de Sen. 55.

Floſculus.

Ficta omnia celeriter tamquam floſculi decidunt. 2. Offic. 61.Floſculos undiq. omnes carpere atq. delibare.pro Sext.103.

Floridus.

Expones quæ ſpectet florida & uaria, Tuſc.quæſt. lib. 3. 37. At eſt floridior,ut ita dicam,quam Hyperides. quam Lyſias.de Cl.Orat.157.

Floreo.

or.151. Argumenta reuocētur oportet ad genus & ad naturā uniuerſam.de Or.121.Neq. uero ſine Philoſophorum diſciplina genus & ſpeciem cuiuſque rei cernere,neque eam definiendo explicare,nec tribuere in partes poſſumus.Ora.198. Aetatis degende genus ſibi id conſtituere quod maxime adamauerimus. 1. Off. 164.Orationes,aut aliquid id genus ſcribere. Att.13.269.1.Nō in omnem cauſam,ſed in omne genus cauſæ incidunt. de Inuē. 69.Idem genus vniuerſum in ſpecies certas partietur,& diuidet. Or.207.A genere ducere argumentum.in Top.19. Diuitiæ genere,non numero cernuntur.Tuſ.232. Qui diligenter omnium cauſarum vim & naturam cognouerit cum genere primo,tum ēe forma eas intelligat diſſidere.de In.75.Qua de re & de hoc genere toto pauca cognoſce.ad Qu.fr.300.& Tuſc.171. Tuum conſilium Brute de toto genere belli,&c.Bru.91. De toto aliquo genere diſputare.2.Off.89.Lex ſcripta uel de genere omni, uel de parte quadam.de Inu.80. Nihil eſt quod de ſuo genere in aliud genus trāsferri poſſit.4.Acad.q. 92. A perfecto qui abſunt, non genere differunt, vt ab Actiu Terentius,ſed in eodem non ſunt pares.de Opt.143.In ea uarietate oratorum fere melius a deteriore facultate magis quam genere diſtinguntur.3.de Orat. 20. Oratorem genere non diuido,perfectum enim quæro.de Opt. 243.Licinius genere toto ſtrudior.de Cl.176.Implicari aliquo certo genere curſuque viuendi.off.24. In omni genere aliquem delectare.Att.16.333.13.Innumerabiles enim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſyderem.Q.fra. 6. 5. Quo in genere Athamantem furere dicimus.Tuſcu.192.Tota domus in omni genere diligens.Att.197. Quo in genere magno ſtudio efferimur.Att.5.Quo in genere eſt gloria.de Inu. 83. Qui in aliquo genere inconcinnus eſt,is ineptus dicitur.de Or.210.In hoc genere & fuimus ipſi,& alii complures.pro Plan.268.Quæ & in ſuo genere eſſent,& in alieno.Ac.q.ed.1.l.2.47.Quę ſint in gñe contrario.Acad.q.ed.1.li.2.86 In hoc genere te eſſe commodiorem.1.ad Q fr.30.In omni genere & uarietate artium excellere.pro Cornelio Balbo,10.In hoc toto genere plura facere, quā ſcribere audeo.ep.57.In genere iſto.pro D.ſua,12.id eſt, in iſta re.In genere aliquo peccare.4. Verr. 6. In ſuo genere perfectum eſſe voluit,quicquid genuit natura.5 Tuſ.53.Prudētia tua, quā in omni genere iudico ſingularem. Attic.98.Bellum genere ipſo neceſſarium,magnitudine periculoſum,&c.pro Pomp.9. Formæ dicendi ſpecie diſpares genere laudabiles. de Or. 146. Suo proprio genere ſaporis,non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur mel.3.de Fin.53.Non ſum tam inſolens in dicendo,ut omni ex genere orationem aucuper.pro Scat, 21. Num ex iudicum genere & forma.in Ant.197.Ex quo genere hæc ſūt.de Or. 158. Ex genere quę ſumitur argumentatio,comm.de tractatur. Cic. in Top.10.2.de Ora.90.Top.7.Sed ex æſtimatio genere ualet, non magnitudine.de Fin.lib.3.28. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitioſa eſt.off.45. Genere nouo literarum uti. ad Cæſarem,lib.13.10.7.Aqua pluuia vltimo genere ea eſt,quę de cælo veniens,creſcit imbri:&c.in Top. Veſum id fit non genere,ſed gradu de opt. 142. Genera & partes generibus ſubiectę: de Or.123.Definita genera non ſolum numero,ſed etiam paucitate.2.de Or.79.Semper eum duo genera lenonum & latronū delectarūt.in Ant.206.Genera in iure ciuili perpauca. 1. de or. 94.Varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum.2.de Na.d. 143.Genera dicendi ſingulis ætatibus ſingula.2.de or.51.Generum infinitæ quæſtiones.de or.114.Generum uniuerſæ quæſtiones.de Or.151.In certa genera quod diffuſum & diſſipatum eſt, cogere,& ad artem facile redigere.2. de or.78.In genera digerere omne ius ciuile,& eorum generum quędam membra diſpertire.1.de Or.94.In genera quædam patria aut inchoata ſunt animantia omnia,nulla ex parte perfecta.de Vniu.13.Vt intelligatis eum Romæ quæſiſſe non modo genera furandi,ſed etiam nomina.in Ver. 112. Ex tot animantium generibus atque naturis. de Leg. 160. Generibus ac modis diſceptationum omnium explicatis.3.de or.65.Res aliquas uerbis deſignare,generibus illuſtrare,partibus diſtribuere.de or.94.

Genus, *Pro familia gente, ſeu ſtirpe.*

Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientię ſtirpe generatim. de Cl 183.Hominum genus in ſexu conſideratur,uirile an muliebre ſit.de Inu. 50. Generis atq. ſeminis Romani propria eſt uirtus.4.Ver.161.Contempſiſti L.Murenæ genus, extuliſti tuum. pro Mur.3.Natio Græcorum,&c.a genere iſto,&c.in illo numero,&c.pro Fl.147. Serui tuæ familię & genere & nomine continentur.pro Cęc.296.Cum multo eſſet inferiore genere.de Pet. Conſ.8.Quidam malo genere natus.2.de orat.158. Qui nobili genere nati ſunt.7.Ver.141.Aliquis genere ac nobilitate ſuę ciuitatis facile primus.pro Sext.Roſ.20.

Generoſus.

Generoſus ortus amicitiæ.de Amic.29.Voce,motu,forma & magnifica & generoſa quodam modo.de Cl.189.Virgo generoſa & nobilis.in Parad.23. Quod natura ipſa,& quędam generoſa uirtus ſtatim reſpuit. 2. Tuſ. 23. Nil generoſum ſapit atque magnificum.lib.1.de Fin.14.O generoſam ſtirpē.de cl.or.212. Ciuili generoſa ſtirpe profectus.de Diu.84. Cumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo atque potenti.3.Off.115.

Generalis.

Cum de genere negotii controuerſia eſt, conſtitutio generalis uocatur.1.de Inu.15.Generalis conſtitutionis *partes* ſingulę quomodo tractandæ.2.de Inu.166.Generalis conſtitution*is* ſpecies.1.de Inu.21. Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate uerſatur:&c.1.off.135.

Generaliter.

Nam tempus quidem generaliter definire difficile eſt. 1. de Inuen.55.

Generatim.

Vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur, ſi inimici vlciſcēdi, ſi metus,ſi gloriæ,ſi pecuniæ,ſi deniq., ut omnia generatim amplectamur,&c.2.de Inu.133.Nulli fuerūt qui illa artificioſe digeſta,generatim componerent.1.de or.92.Quid auaritiæ, quę criminibus infinitis implicata eſt,ſummam nunc explicem? generatim ea,quę maxime nota ſunt,dicam.in Piſ.68.Ergo ab uniuerſa prouincia, generatimque a ſingulis eius partibus non ſolum diligitur,ſed etiam exornatur.4.Verr.121. Sed hæc Craſſus aliquando nobis expediet,& diſponet deſcripta generatim.1.de or.78. Exponam igitur generatim argumenta eorum:quoniam ipſi etiam illa ſolent non confuſe loqui.4.Aca.86.Nam aut publice ciuitates iſtos honores habent,aut generatim homines,ut aratores,mercatores,nauicularii.4. Ver.95. Me diſceſſiſſe ab armis nunquam pœnituit,&c.ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata.Att.11.10.Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim atque uniuerſe loquar.7.Ver.11.Infinitum mihi uidetur id dicere,in quo aliquid generatim quæreretur,&c.2.de or. 24.Orator percurret oēs locos,vtetur aptis generatim.or.201.

Genero.

Hominem generauit & ornauit deus.1.de Leg.40. Semperne fuerit mundus,nullo generatus ortu,an ortus ſit. de Vniu. 195. Populus Romanus a Marte generatus.4.Phil.155. Quēadmodum quiſque generatus,quemadmodum educatus.in Parti.44. Homines hominum cauſa generati.1.off. 34. Neque enim ita generati a natura ſumus, vt ad ludū & iocum facti eſſe uideamur. 1. off. 144. Initia unde omnia ſint orta, generata, concreta. Tuſc.242.

Generator.

Generatores ſuos optime noſſe poterant priſci, qui ſe deorū progeniem eſſe dicebant.de Vniu.57.

Gener.

Is abiecta toga ſe ad generi pedes abiecit. Att. 55. Cum ſoceris generi non lauantur.1.Off.180.5.Tuſ.11.

Gens.

Ea gens,quæ illum locum accolit,propter magnitudinem ſonitus,ſenſu audiendi caret.Som.Scip.19.Gens Clodia.pro Sex. 69.pro,miniſtri ſeditionis Clodianæ.Nulla gēs tam fera,nemo omnium tam immanis, cuius mentem nō imbuerit deorum opīnio.Tuſ.1.25.Gens humana.de Fin. 5. 60. Gens humana atque docta. Diu. 1. 2. Gens immanis ac barbara. Diu. 1.1.Gens nulla eſt,quæ non ſignificari futura,& a quibuſdam intelligi prædiciq. poſſe cenſeat. Diu.1.1.& 2.Gens nulla prædiorū. pro Corn. Balb.46.Gens Valeria.pro Flac.146. Societas propior eſt eiuſdē gentis,nationis,linguæ,qua maxime homines coniunguntur.1. Off.78.Qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in veſtigiis huius vrbis collocarent.in Cat.121.Gentem relinquere.pro Dom. ſua, 97. Et ne opprimerentur ſi qui ex Cilicum gente in armis eſſent.ad Senatum,lib.15. 1.9. Nihil ulla in gente omquam turpius factum.8.Att.5. Exterę nationes & gentes. pro Font.281. Gentes orarum vltimæ.de Nat.d.1. 83. Quippe res eſt in manibus,tu autem abes longe gentium. Att. 92.Maiorum minorum gentium eſſe.Acad.2.Dii maiorum gentium. Tuſc. 154.Patricii minorum gentium.ep. 139. Cleanthes quaſi minorum gentium Stoicus.de Fin. 32. Temperantiam in auribus omnium gētium ac nationum eſſe poſitam.1.ad Q.fr. 6. Vbicumque terrarum & gentium.7.Verr. 112. O dii immortales, ubinam gentium ſumus.1.in Cat.6.Deum non curare ſingulos homines, nec ciuitates,nec nationes,& gentes.in Cat.121.

dedis.in Orat.17.Germaniſſimus Stoicis.Aca.q.ed.1.lib.2.123. idest, ſimillimus.

Germanitas.

Si fraterne, ſi pie, ſi cum dolore faciunt, moueant te horum lachrymę, moueat pietas, moueat germanitas, valeat illa vox quę vicit.pro Lygario,20. Qui poſt patris mortem, primam illā ætatulam ſuam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit : quorū intemperantia expleta, in domeſticis eſt germanitatis ſtupris voluptatus.de haruſp.reſp.38.

Germane.

Germane fraterneque reſcribere.ad Q.fr.2.36.

Gero.

Immanitatem beluæ gerit in figura hominis.l.3. Off.108. Veteres inimicitias cum Cæſare gerebant. 1. Verr. 17.pro Cælio, 24.&pro Corn.Balbo,48. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis. 1. Off.174.& 161. Rempub.ſolus gerit, orbemque terrarum gubernat. pro Roſc. Amer.78.Marcello,lib.15.11.4 poſt red.ad Quiri.17.Se ita gerit,ut ſibi iam Decemuir eſſe uideatur.pro L.Agr.57. Ille ualde ſe honeſte gerit.Attic. 6.11 t.12.Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet,ut nullius teruncius inſumatur in quemquam.Att.77.Nunc ita nos gerimus,ut,&c.Att.136.Utilitatem quandam, quo magis expetatur, quæ ſe gerit amicitia & bona exiſtimatio.2.de Inu.138.Vos etenim iuuenes animū geritis muliebrem.1.Off.87. Et hi qui ſuum negotium gerūt otioſi, &c. ſine amicitia uitam eſſe nullam ſentiunt. de Amic. 72. Qui ita ſe gerunt,ita uiuunt,ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas.de Amic. 17. Qui magna fide ſocietatem gerunt.pro Quint. 2. Stoicis, quibuſcum bellum gerebat, opponeretur.2.de Fin.69. Illi ſeptem ex mediocrium offitiorum frequentia,ſimilitudinem quamdam gerebant ſpeciemque ſapiētum.3.Off.20. Illud pulcherrimum factu, quod ex auctoritate ſenatus geſſi.pro Domo ſua,132. Quadriennio poſt factus ſum Prætor:quem magiſtratum geſſi,coss.Tuditano & Cethego.de Sen.9.pro Seſtio, 68. Tu tuum negotium geſſiſti bene. pro Qu. Roſc.50.Caſſius inſecutus hoſtes rem bene geſſit.Att. 78.Et ſi me ab eo quaſi ὑποθήκας afferes, quemadmodum me gerā. Att. 33.Geram tibi morem, & ea quæ uis, ut potero, explicabo.1. Tuſc. q.15. 2. de Fin. 47. Si turpiſſime ſe illa pars animi geret, quam dixi eſſe mollem,&c.2.Tuſc.84.Ita gerito,regito,gubernato omnia noſtra 16.Att.4. Quonam modo me gererem & aduerſus Cæſarem, uſus conſilio tuo ſum. ep. 181. Si ipſe negotiū meum gererem,nihil gererem niſi conſilio tuo. Att. 13.261.1. Vt ſuis munitus,tuto in foro magiſtratum gereret. pro Seſtio, 20.Quæ pro ſalute gentium ſummo labore geſſiſſet. de Fin.lib. 2.97.In priuatis rebus ſi qui rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet ſui quæſtus aut commodi cauſa, uerum etiam negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabāt. pro Roſc.Am.65. Tu quid ego priuatim negotii geram, interpretabere in minuendo honore Senatorio.6.Verr. 22. Qui mihi,qualcumque res gerat,tuendus eſt.ep.14.Nunc autem homines in ſpeculis ſunt: obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſq. ueſtrum gerat in retinenda religione, conſeruandiſque legibus.2. Ver.28.Natura nos docuit non negligere,quemadmodum nos aduerſus homines geramus.Off.20. Vt recte præcipere videātur qui monent,ut quanto ſuperiores ſimus, tāto nos geramus ſummiſſius.1.Off.128.Priuatim aliquid gerere. 5.de Fin.101.amicitiam.3.fam.27.Animum laude dignum. Parad.47.bellum denuntiatum ante & indictum: quod Græci dicunt ἐκ προρρήσεως πολεμεῖν.Off.1.55.bellū rebus repetitis.Off.1.53.de Senect.16. Nam affectionis ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere coniecturam de Nat.d.65 Gerere conſulatum. Acad. q. ed.1.l.2.2.de L. Agr.22.dictaturam.Off 3.152.duumuiratum Capuæ. pro Sex. 14.Imperium.3.fa.20.Inimicitias graues cum aliquo.6.1.Verr. 37.Sed quamuis ingrate & impie neceſſitudinis nomen repudiaueritis,tamen inimicitias hominum more gerere poteratis. pro Deiot 21.Gerere labores.6. Phil. 215. mentem iniuratam.Off. 3.145.morem cupiditati.pro Quint.5.negotium. pro Sylla,44. Acad.q.ed.1.lib.2.2.Male negotium.2.in Cat.41.Neque tamē te impedio,quo minus ſuſceptum negotium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cęſaris, qui tibi rem magnam difficilemq. commiſit, gerere poſſis. epiſt. 204. Gerere poteſtatem.ad Her. 18 4.Verr.96. Vt ſapiens velit gerere & adminiſtrare rem.3. de Finib.104. Gerere & adminiſtrare rem aut negotium aliquod. 2. de Inuent. 55. Ex ſententia rem aliquam gerere. Lentulo, lib. 1. 7.18. Feliciter & ex ſententia rem Curioni, lib. 2. 6. 7. Palam rem aliquam 6.Att.16. 335.6. Gerere res uehementer arduas,plenaſque laborum & periculorum. Off. 1.65. Gerere res

laude

Gentiles.

Tum etiam gentilis Brute M. Pennus.de Cl.174.Pherecides Syrus primum dixit animos hominum eſſe ſempiternos. antiquus ſane.fuit enim meo regnante gentilis. 1. Tuſc. 31.Reſponde mihi nunc tu Verres,quem eſſe huic tuum pene gētilem Verrutium putes.4.Verr.138. Gentiles ſunt qui inter ſe eodem nomine ſunt.non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt.ne id quidem ſatis eſt.Quorum maiorum nemo ſeruitutē ſeruiuit, abeſt etiam nunc.Qui capite nō ſunt diminuti.in Top. 14. Homines deorum immortalium quaſi gentiles.de Vniu.Qui tales creantur,ut deorum immortalium quaſi gētiles eſſe debeāt. de Vniu. 53.Si furioſus eſt,agnatorum, gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto.de Inu.8o.

Gentilitius.

Multi ſunt etiam in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco anniuerſaria factitarint. de haruſp. reſp. 29.

Gentilas.

Cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii eiuſdē hominis hæreditatem,gente ad ſe rediiſſe dicerent,nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum?t.de Or 86.De gentilitatibus controuerſiæ apud centūuiros dirimebantur. t.de Or.84.

Geographia.

De Geographia dabo operam ut tibi ſatisfaciam: ſed nihil certi polliceor,Att.2.19.3.

Geometres.

Quomodo aut geometres cernere poteſt quæ aut nulla ſunt, aut internoſci a falſis non poſſunt?4.Acad.q.46.

Geometra.

Geometræ,muſici,grāmatici,&c.de vin.90. & de Diuin.110. & de Fat.134.Geometræ cum aliquid docere volunt, ſi quid ad eam rem pertinet eorum, quę ante docuerunt, id ſumunt pro cōceſſo & probato:illud modo explicant, de quo ante nihil ſcriptum eſt.Tuſc. 5. 14. Geometrę profitentur ſe non perſuadere, ſed cogere Acad.q.ed.1.li.2. 107. Geometræ ſolent non omnia docere,ſed poſtulare ut quædam ſibi concedantur, quo facilius quę uolunt explicent.Off. 2.41.

Geometria.

Geometria apud Grçcos in ſummo honore fuit; itaque nihil Mathematicis illuſtrius.Tuſc.1. 4. Diſcere geometriam ab aliquo.1.de Fin.31. Tractauerit geometriam Euclides & Archimedes.3.de Or.72.In geometria,lineamēta, formæ,interualla,magnitudines.1.de Or.92.Quę in geometria deſcribuntur,Mathematicorum ſunt,non Auolorū.2.de Diu.31. Democritus homo eruditus,in geometriaque perfectus,l.t.de Fin.16.

Geometricus.

Socrates interrogat quędam geometrica de dimenſione quadrati.1.Tuſc.89. Si uelim geometricum quiddam aut phyſicū, aut dialecticum explicare.1.de Diu.183. Geometricæ rationes nim adferunt in docendo.Acad.q.ed.1.lib.2. 107. Ita faciles interrogationes ſunt,ut gradatim reſpondens eo perueniat,quaſi geometrica didiciſſet.1. Tuſcu. 88. Γεωμετρικῶς me refelleras. 12. Attic. 7.

Gerens, *Vide Gero.*

Germani.

Germani a Cæſare domiti.de prou. Conſ. 26. Germanorum fœdere cautū erat,ne quis ex eis ciuis Romanus fieret.pro Cor. Balbo,24.Coniuges,germani,parentes,&c.in Part 46.

Germanus.

Germanus frater.pro D.ſua, 91. C. Fannius frater germanus Q.Ticinii.in Verr.102.L.Cicero frater noſter, cognatione patruelis,amore germanus. 5.de fin.1.Soror germana.pro Mil.54. Cum præſertim uirgo germana fratrem complexa teneat. pro Fonteio, 283. Niſi forte iure germanum Cymber occidit. 11. Philipp. 290. Clodius cum ſorore germana ſtuprum nefarium fecit. de Diu. 89.

Germanus, *pro Candido, ſincero, ac vero.*

Germana ironia.de claris or.164.Memoria literaturæ germana.in Part.15.Hęc eſt mea germana patria.hic enim ortus ſum. 2.de Le.2.Negotiatoris germani eſt ſub luſtrum cenſeri. Att.1. 13.11.Sed nos ueri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.3 Off.91. Germani Attici.de Or. Germani Campani.2.de L.Agr.95. Luperci germani. pro Cæl. 19.Magiſtri germani alicuius artis.2.de Or. 88. Cū mutila quædam & hiantia locuti ſint, &c.germanos ſe putant eſſe Thucy-

laude dignas. Acad. q. ed. 2. liu. 19. res magnas & ſalutare. Off. 2. 21. res magnas & maxime utiles. off. 1. 95. Excellentius ſe in Repub. g. pro Sextio, 83. Qui hic poteſt ſe g. non perdite? Att. 136. Se g. pro ciue. pro Archia, 8. Patere obſecro te pro Rep. uideri geſſiſſe ſimulatem cum patre eius. Att. 14. 3 in. 3. Quid negotii geritur, in quo ille tot & tales uiros defatigat? de uiu. 130. & pro Quint. 7. Nihil enim Romę geritur, quod te putem ſcire curare. ep. 131. Hæc dum Romę geruntur, interea, &c. pro Quint. 4. Res quæ libidine, non ratione geruntur. pro Quint. 8. Sapientia omnes res humanæ geruntur. 2. de or. 187. Quæ gerantur accipies ex Pollione. ep. 5. Res quaſi gerantur, ſub aſpectum pene ſubiicere. de or. 161. Ita facta demonſtres, &c. ut iis qui audiunt, tum geri illa, fierique uideantur. 2. de or. 133. Aſpe gerendi abeſſe. 5. de Fin. 95. Quæ cura exuſcitat animos, & maiores ad rem gerendam facit. off. 3. Ceres a gerendo dicta. 3. de Nat. d. 44. Male gerendo negotio. in Cat. 109. Quanquam te ita gerere uolo, quæ per exercitum gerenda ſunt. ep. 8. Neque enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putaui, pręſertim cum, &c. pro Cæl 24. A rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? de Senect. 14. Viri fortes quorum opera eximia in rebus gerēdis fuit. pro Sext. Roſc. 41. orbatus gerendis negotiis. 5. de Fin. 95.

Gerens.

C. Marius ſextum iam Conſulatum gerens. pro Sext. 11. Bene gerens ſui negotii. pro Quint. 42.

Geſtus.

Vtrique a me mos geſtus eſſe uideatur. Att. 2. 31. 6. Geſtus eſt mos & uoluntati & dignitati tuæ. pro Mur. 44 A principio quemadmodum res geſta & contracta ſit, eaponam. pro Quint. 3. geſta res expectatur, conatus tantum audiuntur. 12. fam. 16. Rempublicam ab aliquo bene & fęliciter geſtam eſſe. 5. Phil. 193. Comitia armis ſeruilibus geſta. 3. de Leg. 64. Nemo non quaſi mercedem rerum geſtarum deſyderat gloriam. off. 12. Maxime ii res geſtas audire & legere uolunt, qui a ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. de Fin. 137. Thucydides res geſtas & bella narrat. or. 199. Sic innumerabiles paribus in locis eſſe eiſdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingeniis, formis, ætatibus, eiſdem de rebus diſputantes, &c. 4. Aca. q. 215.

Geſta.

Tune auſus es iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, non uita, tanto ſupercilio, non enim poſſum dicere tantis geſtis, cū Gabinio conſociare cōſilia peſtis meæ? &c. Poſt red. 202.

Geſtus.

Vox & geſtus ſubito ſumi, & alicunde arripi non poteſt. de or. 107 Sedatus & conſtans geſtus. ad Her. 21. Miror eorum impudentiam qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. pro Quint. 25. Non eodem tempore & geſtum & animam ageres? pro Q. Roſc. 48. Agere geſtum humeris. pro Rab. Poſth. 21. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat: nam extenſis digitis aduerſam manum oſtendebat, ac uiſum dicebat huiuſmodi eſt. Acad. q. 36. Si utemur amplificatio paulo tardiore, & conſyderatiore geſtu conueniet uti. ad Her. 12. Cum extenſo brachio paululum etiam de geſtu addidit. de or. 131. De geſtu intelligo quid reſpōdeas. in Vat. 36. Nunquam agit hunc uerſum Roſcius eo geſtu quo poteſt. de or. 152. Gratificatur mihi geſtu accuſator, ſignificat enim, &c. pro Cæl. 57. In geſtu nec uenuſtatem conſpicuam, nec turpitudinem eſſe, ne aut hiſtriones, aut operarii eſſe uideamur. ad Her. 3. 119. In geſtu, motuque uitium caueatur. 1. off. 181. In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius. 2. de Nat. d. 218. In uita quæ omni geſtu moderatior, omni uerſu aptior eſſe debet, &c. in Parad. 31. Qui in geſtu ſemel peccarit, non continuo exiſtimatur ne ſcire geſtum. de or. 95. Summotum actorum geſtus. 1. de or. 63. Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non uacant. 1. off. 181. orationis geſtus Græci σχήματα appellant. in or. 46.

Geſtio.

Deinde eſt ipſius negotii geſtio pertractanda. de Inu. 66. Negotiis autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotii geſtione cōſyderātur. 1. de In. 54.

Geſtio.

Geſtio ſcire iſta omnia. Att. 4. 80. 1. Geſtit animus. Att. 2. 22. 5. Antonius ſenatum delere geſtit. in Ant. 194. Contrectatione uaccæ geſtit taurus, & equæ equus. 1. de Nat. d. 104. Animi forēſibus negotiis defeſſi geſtiunt, ac uolitare cupiunt. 2. de or. 24. Parietes mediusfidius C. Cæſar, ut mihi uidetur, huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt. pro Marcello, 6. id eſt, quaſi geſtu uidētur tibi parietes gratias agere. Aut uoluptate nimia geſtiūt, quorum omnium uultus, uoces, motus, ſtatuſque mutātur. 1. or. 143. Si in Capitolium inuehi uictor cum inſigni illa laurea geſtiret. de Prou. 76. Nil erat quod Zeno mutare geſtiret. de Fi. 101. Nihil eſt præterea cur aduenientibus te offerre geſtias. 6. ſa. 13. Quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur. 2. de Fin. 22. Geſtire alacritate futili. Tuſc. 4. 29. Geſtire inſolenti alacritate. Tuſc. 5. 32.

Geſtiens.

Lætitia geſtiens. 4. Tuſ. 21. Elatus inani lætitia, exultans & temere geſtiens. Tuſc. 15. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac cōſolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac geſtientes comprimimus. 2. de Nat. d. 222. *De eloquentia.*

Geſto.

Idque caput fixum geſtari iuſſit in pilo. 11. *Phil.* 192. *Γεροντικώτερον* eſt memoriola uacillare. 12. Att. 1.

Gigas.

More Gigantum bellare cum diis, quid aliud eſt niſi naturæ repugnare? de Sen. 6. Cum Titanis & Gigantibus bella geſſerūt dii. 2. de Nat. 52.

Gigno.

Gignis nobis nouas præceptiones. ad Her. 24. Quæ terra gignit, maturata pubeſcunt. 1. de N. d. 8. Ii dii, qui utilitates quaſque gignebant. de Nat. d. 2. 45. Multa nobis blandimenta natura genuit. pro Cæl. 32. Qui non illuſtrauit modo, ſed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. de claris or. 138. Ad maiora enim quędam nos natura genuit & conformauit, ut mihi quidem uidetur. 1. de Fin. 18. Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit de Nat. d. 68. Cum deus animum ex ſua mente & diuinitate genuiſſet. de Vniu. 199. Piſces, ut aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. de Nat. 72. Etiā eſt maxime artificioſum, alio tempore utātur ea facultate, non tum cum parere ipſi & gignere & proferre debent. ad Her 4. 144. Vt idem deus urbem hanc gentibus, non huic ubi genuiſſe uideatur. 14. Phil. 405. Filius mihi gignitur. 2. de or. 77. Omne quod gignitur, ex aliqua cauſa gigni neceſſe eſt. de Vniu. 3. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanimata, ut aurum, argentum, ut ea quæ gignuntur e terra. off. 2. 14. Placet Stoicis, quę in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari. 1. off. 34. Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur. 4. Tuſc. 43. Tum opiniones ueræ firmæque gignuntur. Tuſc. 200. Diſtinctio inter ea quę gignuntur, & ea quæ ſemper ſunt eadem. de Vniu. 35. Gigni & propagari initiis ſui generis ab ſe nolebat Verres. 7. Verr. 141. Gigni nihil poteſt ſine cauſis. de Vniu. 5. Plato ideas gigni negat. or. 297. Quid, quod non intelligunt ſeminum uim, quę ad gignendum procreandumque plurimum ualeat, funditus tolli, mediocris erroris eſſe? 2. de Diu. 141.

Genitor.

Genitor Saturnius 2. de Diu. 98. Genitorem & effectorem ſui imitantes. de Vniu. 59. Quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. de Vniu. 35. De anima.

Genitrix.

Nona ſuper tremulo genitrix clamore uolabat. de Diu. 131.

Genialis.

Lectum illum genialem, quem biennio filię ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, iubet. pro Clu. 10.

Genitiuus.

Genitiuorum pluralium neutrorum ſecundæ declinationis ſyncopa. or. 88.

Genuinus.

Dentibus in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur atque mollitur cibus. eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas: intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. 2. de Nat. deo. 102.

Glabrio.

M. Glabrio pontifex. de haruſp. reſp. 10. M. Glabrio Prætor, quo tempore Verres accuſatus eſt. 2. Verr. 3.

Glacies.

Glacies calore liquefacta dilabitur & diffunditur. de Nat. 31.

Gladius.

Gladius diſtrictus. Off. 2. 34. Vt ſi gladium paruo puero dederis. pro Sext. 7. Fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina appenſum demitti iuſſit. Tuſc. 5. 45. Diſtringere gladium. 3. Off. 153. Educere gladium e uagina. 2. de Inu. 131. Gladium hoſti in pectus infigere. Tuſc. 4. 39. Recondere gladium in uaginam. de Inu. 63. 64. Gladium uagina uacuum in urbe non uidimus. pro Marc. 10.

Mar. 10. Suo, quemadmodum dicitur, confici gladio. pro Cęc. 301. Et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehenſus es. 2. de Orat. 91. Stricto gladio inſequi aliquem. 2. Philip. 44. Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatũ tamen iri diceret. Att. 1.11.4. Gladio nos ruſtice uelit ἀντιμυκτηρίσαι. 15. fa. 49. in ep. Caſſii. Gladii fulgentes. Tuſc. 2. 51. Gladiorum ſumma impunitas. 10. fam. 3. Gladiorum magna eſt licentia. 4 fam. 32. Mucrones gladiorũ a iugulis noſtris reiecimus. 3. in Cat. 49. Ex ędibus Cethegi maximum ſicarum numerum gladiorumque extulit. in Cat. 112. Iidem gladios in rempub. diſtrictos retudimus. 3. in Cat. 49. Eductus gladius. Att. 56.

Gladiator.

Qui a ſcurris potius ſemper gladiator, quam ſcurra appellatus ſit. in Verr. 180. Cędem enim gladiator quęrit. ad Caſſium, lib. 12. 3. Bonus gladiator rudem tam cito accepit. 2. Phil. 82. Iſte, qui adeſt, Magnus uocatur: homines eiuſmodi, alter plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur, &c. pro Roſc. Am. 10. Vt nobili ne gladiatori quidem hęreret. pro Qu. 46. Gladiator vetulus Næuius. pro Quint. 15. Gladiatori & militi armorum ars ludicra prodeſt. 2. de Or. 47. Quem gladiatorẽ non ita appellaui, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed ut appellant ii qui plane & Latine loquuntur. 7. Phil. 128. A gladiatore ceſſiſſe laniſta videtur. pro Roſc. Am. 70. Cum buſtuario gladiatore decertare. in Piſo. 14. Athletæ & gladiatores. in Orat. 133. Sicarii & gladiatores homines. pro Roſc. Am. 6. Gladiatores Cæſaris quomodo Pompeius diſtribuerit. 7. Att. 48. Cal. Iunii eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, uenit obuiam tuus puer. 2. Att. 1. Gladiatores, pro gladiatorum certaminibus. Familiæ gladiatorum. pro Syl. 40. Gladiatorum ſpectaculum crudele & inhumanum. Tuſc. 2. 36. Gladiatorum & beſtiariorum vindex. 2. ad Q. fr. 19. Gladiatoribus autem Fadium quemdam militem Pōpeianum, quia, &c. auctore ſeſe nolebat, & ad populum confugerat. 10. fam. 71. in ep. Pollionis. Gladiatoribus, id eſt, die quo gladiatorum ſpectaculum exhibebatur.

Gladiatorius.

Gladiatorius ludus. in Cat. 31. Gladiatoria totius corporis firmitas. 2. Phil. 74. Gladiatoria iracundia. Tuſc. 2. 19. Pugna gladiatoria. pro Mil. 71. Certamen gladiatorium. 2. de Or. 173. Gladiatorium mortis genus. 11. Phil. 300. Gladiatorium id quidẽ: quamquam in eis ipſis videmus ſæpe conſtantiam. 4. Tuſc. 73. Si virgo veſtalis huius propinqua locũ ſuum gladiatorium cõceſſit huic, &c. pro Mur. 67. Gladiatorii caſus. 5 fam. 37.

Glans.

Quid enim hunc perſequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? de haruſp. reſp. 4.

Glandifer.

Quare glandifera illa quercus ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis, &c. 1. de Leg. 3. Glandiferæ & fructuoſæ arationes. 2. Philip. 100.

Glarea.

Eo loco puluis non glarea iniecta eſt. ad Q. fr. 3. 8. Γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te hæc. 6. fam. 10. & 2. ad Q. fr. 40.

Glauce.

Glauce, mater tertiæ Dianæ. 3. de Nat. d. 41.

Glaucia.

C. Glaucia, hō impurus, ſed tamen acutus. pro Rabirio Poſth. 9. Glaucia, ſtercus curiæ. 3. de Or. 89. C. Marium idem & laudauit & vituperauit. de haruſp. reſp. 47. Primus tulit, ut comperendinaretur reus. 3. Verr. 17. A C. Mario cum Saturnio in Capitolio interfectus. pro C. Rabir. 14. in Cat. 60. & 8. Phil. 244.

Gleba.

Nam priuſquam in eos iniecta gleba eſt, locus ille vbi crematum eſt corpus, nihil habet religionis. iniecta gleba tumulis, & humatus eſt, gleba uocatur: ac tum denique multa religioſa iura complectitur. 2. de Leg. 52, & 53. Adimere glebam de aliquorum agris. 3. de Leg. Agr. 2. Agri glebam poſſidere. 5. Verr. 22. Non ita dicimus ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut, &c. 2. de Na. d. 117. Vinces profecto non fuiſſe armatos eos, qui, &c. non eſſe arma ceſpites, neque glebas. pro Cæc. 45. Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris? pro Cæc. 44. Perexigue & γλίσχρως præbere, minutatimque. 16. Attic. 2.

Gliſco.

Ad iuuenilem libidem copia uoluptatum gliſcit illa, ut ignis oleo. in Hortenſio.

Iobulus.

In P. Globulum meũ neceſſariũ fuiſti gratioſior. pro Flac. 59.

Globus.

Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic. n. ſphærã interpretari placet) ex planis, circulus uel orbis, qui, &c. de Nat. d. 34. Globus terræ e mari eminens, fixus in medio mũdi vniuerſi loco. Tuſc. 1. 55. Globus terræ duabus oris diſtantibus habitabilis & cultus: quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, altera auſtralis, ignota nobis, quam vocãt græci ἀντάζονα. Tuſ. 1. 55, & 56. Homines. n. ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio uides, quæ terra dicit. in Somn. Scip. 11. In cælo animaduerſi globi. 1. de Diu. 158. Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincebant. in Somn. Scip. 13.

Globoſus.

Globoſus eſt mundus. 2. de Nat. d. 88. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant: cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. de Vniu. 22. Globoſus turbo. 2. de N. d. 128. Mundi uolubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poteſt. 2. de Nat. d. 35. Terra ſolida & globoſa. 2. de Nat. d. 142. Saxum globoſum, ad Heren. 13. Globoſæ ſtellæ & rotundæ. in Somn. Scip. 11.

Glomero.

Omnia fixa tuus glomerans determinat annus. 1. de Diu. 36. Atque hæc uetuſta ſeclis glomerata horridis Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori. 2. Tuſc. 45.

Gloria.

Gloria eſt, cuius gradibus homines uidentur in cęlum aſcendere. pro Mil. 74. Gloria, eſt frequens de aliquo fama cum laude. 2. de Inu. 244. Gloria, eſt illuſtris ac peruagata multorum & magnorum uel in ſuos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. pro Marcel. 15, & 16. Gloria, eſt ſolida quędam res & expreſſa non adumbrata: ea eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute. 2. Tuſc. 3. Fructus ueræ uirtutis, gloria. in Piſ. 44. Ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt gloria. pro Mil. 74. Oſtentatio & gloria. pro Rab. Poſth. 23. Gloria in rebus maioribus adminiſtrandis adiuuat plurimum. Off. 2. 43. Gloria virtutem neceſſario conſequitur. Tuſ. 1. 75. Summa igitur & perfecta gloria conſtat ex tribus his: ſi diligit multitudo: ſi fidem habet: ſi cũ admiratione quadam, honore nos dignos putat. 2. Off. 43. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, moleſtiæ habeat, quam voluptatis. Tuſ. 5. 74. Habet formam honeſtatis & ſimilitudinem gloria. 5. de Fin. 121. Gloria etſi nihil in ſe habeat cur expetatur, tamen uirtutem tamquam vmbra ſequitur. Tuſc. 1. 98. Gloria bellica. Off. 1. 89. Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis eſt expetenda? de Or. 2. 202. Gloria militaris. Tuſc. 2. 35. Gloria popularis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 4. Gloria, quia recte factorum plerumque comes eſt, non eſt a bonis uiris repudianda. Tuſc. 3. 3. Gloria ſolida quædam res eſt & expreſſa, non adumbrata. Tuſc. 3. 3. Quæ gloria tua eſt. 7. fam. 25. id eſt, gloriæ cupiditas. Vera, grauis, & ſolida gloria. 5. Phil. 200. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Offic. 2. 61. Ea autem eſt gloria & laus recte factorum & magnorum in remp. meritorum. in Ant. 158. Gloria nominis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 132. Gloria & magnificentia verborũ. de Fin. 4. 49. & 3. 8. Optima hæreditas a parentibus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis rerumque geſtarum. Off. 1. 169. Gloriæ alienæ hereditatem cernere. 9. fam. 28. Cupidus gloriæ & altiſſimus animus. 1. Off. 94. Splendoris & gloriæ cupidus. 1. Off. 65. Glorię cupiditas cauenda: eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet eſſe contentio. Off. 1. 97. Vita breuis, curſus glorię ſempiternus pro Seſtio, 38. Quod genus eſt tandem illud oſtentationis & glorię. pro Rab. 128. Gradus gloriæ diſpares, honorum pares ſunt. pro Plãc. 49. Neque enim ullam mercedem tanta uirtus, præter hanc laudis gloriæque deſiderat. 5. Phil. 189. Glorię ſeges. pro Mil. 27. Gloriæ uis. pro Archia, 19. Vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commẽdando propriam ingenii glóriam conſequatur. 5. fam. 32. Gloriæ atque laudi præcipue inuideri ſolet. 2. de Or. 114. Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deeſſe putarem. Appio, lib. 3. 7. 15. Ad gloriam curſus unus Reip. bene gerendæ. 10. fam. 5. Ad gloriam & ſplendorẽ in imperio & dignitate omnia reuocare. pro Flac. 21. Ad gloriam popularem fertur optimus quiſque. Tuſc. 3 Gloriam alicuius amplificare. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 5. Non modo non ęternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.

Som.

Som.Scip.24.Gloriam populi ſui augento. 3. de Leg. 9.Capere maximam gloriam ob amicitiam ſumma fide ſeruatã.de Amic. 25.Aeternam gloriam conſequi.Planc.10.14.4.Propriam ingenii gloriam conſequi. Luceio,lib.5.12.22. Qui ſimulatione & inani oſtentatione,& ficto non modo ſermone, ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe ,rentur, uehementer errant. off.2.61.Illi eam gloria cõſecuti ſunt, quæ uix cælo poſſe uideatur,&c.in Ant.181.Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt,tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt.in Piſ.50.Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis,periculiſque aditis,non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.1.off.94.Intelligẽdum eſt igitur,nec gloriam popularem ipſam per ſe expetendã, nec ignobilitatem extimeſcendã.Tuſc.5.74.Cn.Pompeius maiorem dicendi gloriam habuiſſet, niſi, &c.de cl.or.159. de Pet. Conſ.1.Gloriam imitantur ingenia prẹclara.ad Brut.38.Gloriã uero non modo non minui,ſed etiã augeri arbitramur,&c. Aca. q ed.1.lib.2.6.¦Gloriam te tibi ſoli non quęrere, ſed ea tibi eſt communicanda mecum,prodenda liberis noſtris. 1.ad Q.fr.33. Qui ob amicitiam ſumma fide ſeruatam, maximam gloriam ceperit.de Amic.101.Leuis eſt animi, lucem ſplendoréque fugientis,ueram, gloriam,qui eſt fructus ueræ uirtutis, repudiare.in Piſ.44.Gloriam ſuperiorum uincere.Acad.q.ed. 1.lib.2.1.Gloria efficere aliquem. Tuſc.1.28.13.fam.18. Clarus gloria,& auctoritate grauis.2.de or.84.Gloria parta non delectari, ſed totã abiicere atque deponere.2.de Or.116. De gloria parta dimicare.1.ad Q.fr.32. De gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον,quod lateat in theſauris tuis.15.Att.46. De gloria librum ad te miſi.Att.255.Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. p Arch.15. Gloria ſe & prẹdicatione efferrẽ.in Parad.17.Eſſe gloria admirabili.2.Att.54.Si modo eſt aliquis fructus ex ſolida ueraque gloria. ad Brut.6.Excellit maxime gloria is,qui uirtute plurimum præſtat. pro Planc.49. Falſa gloria Philoſophiam exornare.2.Tuſc.q.9.Fama, gloria, doctrina,plurimis artibus, imperio & laude bellica floruit Græcia.pro Flac.50.Hic in maxima gloria eſt. off.69.Illi nõ heroes ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt. Att.226.Sit in æterna gloria Marius.4.in Cat.93.¦In maxima & gratia futurus ſit & gloria.4.in Cat.93.Omnes incenduntur ad ſtudia gloria. Tuſc.1.3.Magna apad omnes gloria nomẽ Annibalis. 2.de or. 42.Vt igitur nunc minore gloria eſt.Diu.1.36.¦gloria aliqua iuſta & merita prouocabimur.12.fa.30.in ep.Lentuli. Quæ poteſtates,quæ gloriæ,quæ amicitiæ, quæ inimicitiæ, &c.lib.3.ad Heren.106.

Gloriola.

Hiſce eſi ornes gloriolæ inſignibus ad Cæſarẽ, l. 7.15.Et noſmetipſi uni gloriola noſtra perfruamur.ad Luceium,l.5.35.

Glorioſus.

Fuga nobis glorioſa,patrię calamitoſa.1. de Diu.104.Cuius mors ita glorioſa fuit,ut eam concupiſceret filius.de Diu.91.Cũ eſſet propoſita aut fuga turpis,aut glorioſa mors. 2. de Fin.156. Magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis. pro Flac.41.Præpotens & glorioſa Philoſophia.1.de or.95.Glorioſum & inuidioſum.1.Phil.25.Quod glorioſum,id laudabile. Tuſc.5.33.glorioſum nobis ad me memoriæ immortalitatẽ.3.de L.21.Quod eſt populari fama glorioſum.de Fin.2.41.Magnificum illud ẽt, Romaniſque hominibus glorioſum, ut, &c. 2. de Diuin. 8. Charum eſſe ciuibus,bene de Repub. mereri,laudari,coli, diligi,glorioſum eſt.in Ant.159. Mihi exire domo mea ad priuatũ dolorem luctuoſum fuit,ad rationem Reip.glorioſum. de har. reſp.46.Mihi uero glorioſum, te iuuenem Conſulem florere legibus.ad Dolabellam,lib.9.14.6. Niſi forte quod glorioſum ſit in uulgus,id honeſtum uelimus dicere. Acad. q.ed.1.lib.2.130. Deforme eſt,cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.1.off.161.In priuatis glorioſa multo magis in regibus eõ memorabuntur.pro Deiot.19.Glorioſa conſilia.8.Att.41. Illuſtria & glorioſa facta 1.de Fin.57. Vt non ſolum glorioſis conſiliis utantur,ſed etiam paulu ſalubribus. Att.8.160.5. Longum eſt perſequi cæteros,idque Reipublicæ præclarum,fuiſſe tã multos,tum multo ipſis glorioſius eſt.2.Phil.49. Glorioſiſſimę Carthaginenſium claſſes.7.Verr.76.

Glorioſe.

Exordiri nõ glorioſe.2.de or.18. Quid ergo attinet g. loqui, niſi conſtanter loquare? 2.de Fin.142. Quoniam hæc plauſibilia non ſunt,ut in ſinu gaudeant, g. loqui deſinant.3. Tuſc.44. G. mentiri. pro Mil.¦53.Satis g. triumpharem. ad Cœl.l.2.11. 6.De ſeipſo glorioſius loqui. pro Dom.131.Quod per ſe ipſos confici potuit, glorioſiſſime & magnificentiſſime confecerunt. Attic.123.

Glorior.

De tuis diuitiis intolerantiſſ me gloriaris. in Vat.22. Vt in multis epiſtolis ad amicos tuos gloriaris.5.Verr.150.Quaſi uero togatus,& nõ armatus,ea quæ gloriaris,cõfeceris. Salluſt. in Cic.271. Quibus rebus quis in ſeipſo gloriatur, eaſdem in aliis reprehendat non concedit. pro Lig.12. Propter uirtutem iure laudamur,& in uirtute recte gloriamur. 2. de Nat. d. 155. Quidam nominibus ueterum gloriantur.or.213.Is mihi etiam gloriabitur,ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutũ. in Piſ. 1.Vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier.Cat.74. Cum quidam omnes prouincias ſe peragraſſe gloriaretur. 2. de or.143. Licet enim mihi,Marce fili,apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ,& factorum imitatio pertinet.1.off.110.Gloriari contra aliquem.5.Toſc.40 Gloriari contra fortuna. Tuſc. lib.5.21.De rebus ſuis geſtis gloriari.pro Dom.72.Quis aut de Miſera uita poſſit gloriari,aut non de beata? 3.de Fin.43. Equidem poſſe uellem idem gloriari quod Cyrus, ſed tamen hoc queo dicere,non me quidem his eſſe uiribus,&c. de Sen.28.Nõ pudet philoſophum in eo gloriari. Tuſ.1.41.Gloriari in facinore.12.fa.48.in ep.Matii.id eſt,ob facinus.Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari.2.off.17. Non enim mihi uideor inſolenter gloriari.Att.1.11.13. Ne nimis gloriari uidear.de har. reſp.14.Et ſua concio riſit hominem,quomodo ipſe gloriari,ſolet,ducentis confixum ſenatuſconſultis. de har. reſp.245.Quæ cũ diceres,&c.tu ipſe mihi gloriari uidebare.de Fin.75.Beata uirgo glorianda,& prędicanda,& prę ſe ferenda eſt.5. Tuſc.71. Et eſt in aliqua uita prędicabile aliquid & gloriandum, ac præ ſe ferendum.7.Tuſc.70. Defendendi cauſa hæc, non gloriandi loquor. pro Cœl.47. At de ſe ipſe nec mentitur in gloriando. de Cl.or.170.

Glorians.

Quod & non prædicanti tamen facile quidem crederem, ſicut mali ędificii domino glorianti ſe architectum non habuiſſe.1.de Nat.d.97.

Gloriatio.

Ea qua efficitur,gloriatione,ut ita dicam, dignam eſſe beatã uitam.3.de Fin.43.Virtus digna eſt gloriatione ut eſt, tantumque præſtat cæteris rebus,&c.de Fin.

Glutidę.

Familiam glutidarum aruſpicinæ nobilitate pręſtantem. de Diuinat.99.

Glutinator.

Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus,&c.Att.4.18.

Glycon.

Tibi Glycona medicum Panſæ, qui ſororem noſtri Achilleos in matrimonium habet,diligẽtiſſime cõmendo.ad Brut.15.

Gnarus.

Gnarus & prudens impendentiũ malorum.pro Sext.6. Reip. gnarus Siſenna.de cl.or.122.A quo cenſet eum, &c. uberem & fœcundum fuiſſe, gnarumque, quibus orationis modis quoque animorum partes pellerentur.in Or.8. De Pericle.

Gnatus.

Aetas gnati non eſt ad præcepta. pro Planc.48.

Grabatus.

Deos immortales concurſare omnium non modo lectos uerum etiam grabatos,& his obiicere viſa,&c.2.de Diu.93.

Gracilitas.

Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis,procerum & tenue collum,&c.de Cl.or.173. Habet enim certos ſui ſtudioſos,qui non tam habitus corporis opimos, quã gracilitates conſectentur. de Cl.or.32.

Gradatim, Gradatio, *Vide Gradior.*

Gradus.

Atque P. Clodio gradus ad Remp. hic primus eſt aditus ad popularem iactationem & aſcenſus. de haruſp. reſp. 3. Gradus Aurelius. p Flac.52.Quæſtura,primus gradus honoris. in Vat. 168.Quartus autem gradus eſt eorum qui,&c.de Nat.d.32. Senatorius gradus.pro L. Man.42. Et gradus unus in ea uia,quæ eſt hinc in Indiam.de Fin.99.Aetatis gradus.Appio, lib.3.11. 9.Stabilis & non expers dignitatis gradus.in or.125.10.fam.11. Fortunæ gradus.pro Corn.Balbo,13.Summus honoris gradus. 10.Phil.271.Imperii gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus.4.Verr.2.Qui primas erat officii gradus, ſeruatus eſt a procuratore diligenter.pro Q.42.Petitionis gradus inter æqualea 5.Phil.158. Inferior gradus aut interitus aut ſeruitutis. de har.

58. Ad altiorem gradum aſcendere. 2. Off. 90. Ad gradum honoris amplioris ollis is primus aſcenſus eſto. 3. de Leg. 6. Fateor me ad iſtum gradum ſapientię non ueniſſe. Marius ad Cic. 11. 74. Pater facilem huic gradum conſulatus adipiſcendi reliquit. pro Mur. 13. Aſcendere unum gradum dignitatis. pro Mur. 51. Quin prodis mi Spuri, ut quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem? 2. de Or. 138. Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur, hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cetera iactum intelligitis. 2. de L. Agr. 49. Obtinere ſummum & altiſſimum gradum ciuitatis. 1. fam. 22. Suum cuique honorem & gradum reddere. pro Roſc. Am. 85. Mihi uenit in mentem, multum fore ſermonem, me iudicium iam de cauſa publica feciſſe, qua deſperata, quaſi hunc gradum mei reditus eſſe, quod mulieres reuertiſſent. ad Att. 7. 64. Qui non honoris gradum ſpectat ut ceteri. pro Mil. 17. Tenere gradum Conſularis dignitatis. 3. Off. 135. Cuius ætas a ſenatorio gradu longe abeſt. pro Pomp. 15. Qui eſſet eo, quo ego ſum, gradu, Senatus populique iudicio collocatus. Brut. 90. Fortis uero animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur, ſed præſenti animo uti & conſilio. 1. Off. 113. 16. Att. 40. pro, animo conſternari, ac uelut a ſtatu mentis dimoueri. De gradu dignitatis dimoueri. 2. Tuſc. 51. id eſt, ab exiſtimatione priſtina deiici & deturbari. Gradu oratores, non genere differunt. or. 142. Omni gradu ampliſſimo digniſſimus, & ſui ordinis facile princeps. Trebiano, lib. 6. 35. Pedibus & gradu, aut ingrediendi membris non eget cæli conuerſio. de Vniu. 25. Gradu aliquo eſſe. 6. Phil. 216. Vt ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos uideatur potius, quam ad inferos perueniſſe. 2. Fi. 21. Aliqui ex infimo genere & fortunæ gradu. pro Corn. 58. Quos populus Rom. in hoc gradu collocauit. Acad. q. edit. l. l. 2. 6. In altiſſimo dignitatis gradu collocati ſumus. Poſt reditum in Senatu, 1. Locari in ampliſſimo gradu dignitatis. pro Mur. 27. In altiſſimo dignitatis gradu locatus. 1. Phil. 11. Poni in altiſſimo gradu præter ſpem alienis opibus. pro Sext. Gradu pleno ingreſſus. 12. fam. 39. in epiſtol. C. Trebonii. An in illa querela miſera quidem & luctuoſa, ſed mihi pro gradu, in quo me s. p. q. r. collocauit, neceſſaria: &c. 2. Phil. 33. Vno quoque gradu de aua ritia alicuius commoueri. in Vatinium, 107. Aliud alio melius fit non genere, ſed gradu. de Opt. 143. In cauſis tres ſunt gradus in Part. 54. Gradus illi Aurelii tum noui quaſi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos accuſator concitatis hominibus compleuit. pro Clu. 37. Gradus iudiciorum tres. Part. 54. Neceſſitudinum gradus non iidem erunt qui & temporum. 1. off. 81. In ipſa communitate ſunt gradus officiorũ ut prima diis, &c. ſecunda parentibus, &c. tertia patriæ debeatur. off 224. pro Deiot. 18. Oratorum & doctorum gradus. de Cl. Or. 46. Gradus peccatorum in vno furto. in Vat. 286. Societatis hominum plures ſunt gradus. 1. Off. 78. Deinde reliqui gradus. de Fin. 177. Quẽ admodum ſcalarum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinę periculum ſtruas, non aſcenſum pares, &c. pro Fl. 160. & in Ant. 197. Gradus eiuſdem templi tollebantur. pro Sext. 87. Gradus templorum ab infima plebe cõpleti erant. 4. Att. 3. 6. fam. 27. in ep. A. Cæci. Temporum gradus ſeruantur. in Part. 7. Aedificare gradus. pro Clu. 74. Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. de Cl. or. 124. Cum gradus Caſtoris conuelliſti. pro Dom. 224. Gradus iſta res non habet. de Fin. 144. Videat ne ignoret & gradus, & diſſimilitudines, & uim, & uarietatem Atticorum. de Cl. 191. Per honorum gradus ad ſummum imperium efferri. 1. in Cat. 10. Orator omnes ſonorum tum intendens, tum remittens, perſequetur gradus. or. 32. Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus perſequamur. de Cl. or. 175. Eius operæ a gradibus clamorem ſuſtulerant. 2. ad Q. fr. 3. Multis ille quidem gradibus officiorum erga Rempub noſtram ad hoc regium nomen aſcendit. pro Deiot. 18. Magiſtratum gradibus aſcendere. de Cl. or. 154. Extremum omnium multis gradibus aſcendere. 5. de Fin. 73. Quibus tanquam gradibus in cælum mihi uideor aſcendiſſe. pro D. ſua, 58. Vt ſibi locus ſit, his gradibus aſcenſus etiam ad ciuitatem. pro Corn. Balbo, 63. Eſt quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquã ſonorum gradibus deſcenditur. de or. 164. Nam a beatis ad uirtutem, a uirtute ad rationem uideo te ueniſſe gradibus. 1. de Nat. deor. 122.

Gradior.

Fidenti animo (ſi ita res fert) gradietur ad mortem. 1. Tuſ. 99. Alia animalia gradiendo, alia ſerpendo, alia uolando, alia nando, ad paſtum accedunt. 2. de Nat. d. 91.

Gradiens.

Serpentes quaſdam gradientes eſſe. Tuſc. 235.

Greſſus.

In greſſu cauendum, ne aut tarditatibus utamur mollioribus, aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates. Officiorum, 1. 181.

Gradatio.

Gradatio eſt, in qua non ante ad conſequens uerbum deſcenditur, quam ad ſuperius conſenſum eſt: &c. ad Her. 4. 184. Eſt etiam gradatio quædam & conuerſio, & uerborum concinna trãſgreſſio. 3. de Or. 115.

Gradatim.

Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus a te ad cauſam facti, tum receſſus. Dolabellæ, lib. 9. 30. Minutatim & gradatim addere aut demere. 4. Academic. 91. Hinc gradatim aſcendere uocem utile & ſuaue eſt. de or. 164. Aſcendere gradatim ab humilioribus uerbis ad ſuperiora. in Part. 29. gradatim aſſequi honores. Poſt reditum in Senatu, 4. Deducere gradatim ad pauciores, poſtremo ad ſingulos uniuerſitatem generis humani. 2. de Nat. d. 144. Minutatim & gradatim interrogare. 4. Acad. 165. Video te gradatim iſthuc peruenire. de Nat. deor. 1. 62. Redire gradatim ſurſum uerſus. in or. 74. gradatim reſpondere. Tuſc. 1. 46.

Gramen.

Tua ſint Puteolis gramina. 2 de Fin. 134.

Gramineus.

Graminea haſta. 6. Verr. 111.

Grammatica.

Verba quibus ex inſtituto ueterum pro Latinis utimur, ut ipſa philoſophia, ut rhetorica, grammatica, dialectica, &c. de Finib. 3. 2.

Grammatica, *orum.*

In grammaticis poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi quidam ſonus. 1. de Orat. 92.

Grammaticus.

Quoniam grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolueris, magna me moleſtia liberaris. 7. Att. 19, 10. Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur, &c. 2. Tuſcul. 17. Sunt enim exploratores, ut grammatici poetarum. 1. de Diu. 189. Hanc hypallagen Rhetores, metonymiam grammatici uocant. 1. de or 6.

Grammaticus.

Hæc quæ ratione uitare poſſimus, in arte grammatica dilucide diſcemus. ad Her. 4. 160.

Grandis.

Hic & bella gerebat ut adoleſcens, cum plane grandis eſſet. de Sen. 79. Amplus, grãdis, ſubtilis, & elegãs cauſidicus. in or. 16. Maxime oium grandis tragicus orator Sulpitius. de Cl. or. 106. Patella grandis. in Verr. 210. Pater grandis natu. in Verr. 238. & pro Quint. Roſc. 51. Videras enim grandis iam puer. in Piſ. 98. Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate prouectus. de Sen. 80. Grandis natu eubulida. 7. Ver. 100. de Cl. Or. 38. Cubiculum grande & altum Qu. fr. 3. 17. 4. Grande pondus argenti. pro Cæ. 9. perſpicuum & grande uitium. de Inu. 58. Grande uas & maius opus. in Verr. 210. Grande conuitium ei fecerunt. 16. Att. 25 Sicque agro grande uectigal imponitur. con. Rull. 77. Ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandem ſane fuiſſe. Cat. 76. Ad Hircium dederam epiſtolam ſane grandem, quam ſcripſeram proxime in Tuſculano. Att. 210. Reliquit hunc annos xv. Natum grandem autem & nubilem filiam. pro Clu. 8. Is regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. pro R. Poſth. 2. Nicenſes ei grandem pecuniam debent. ep. 226. & in Verr. 70. 8. Att. 52. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamẽ accepta, occupauiſti. pro Flac. 40. Homo macie grãdi torridus. 2. de L. Agr. 91. Grandi pecunia facta redemptio eſt. 2. Verr. 11. pondere grandi & præclaro opere hydria. 6. Verr. 26. Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. de Nat. d. 76. Ipſe grandi ſponſione uictus eſt. ad Her. 31. His duabus rebus duæ res grandes ſunt attributæ. de Inu. 82. Verbis grandes erãt, crebri ſententiis. de Cl. or. 14. Quid expectas quam mox ego Luſcium & Manilium dicam ordine eſſe Senatores: ætate, grandes natu natura, ſanctos & religioſos pro Roſc. Com. 16. pinna duabus grandibus patula conchis. de Nat. d. 50. Grandibus literis P. Africani nomen erat inciſum. 6. Ver. 66. Grandior oratio. 3. de Orat. 84. Orator quo grandior ſit & quodammodo excelſior. in Orat 64. Genus dicendi grandius. 2. de Orat. 183. Legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad Con-

ſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem uerebantur. 5. Phil. 198. Grandiorem & pleniorem uocem ſubſellia deſyderaot. de claris or. 160. Meliores & grandiores fœtus edit ager. 2. de or. 72. Grandiores ſunt omnino libri, quam erant. Att. 217.

Granditas.

Granditas uerborum Demoſthenis Platone. Brut. 62.

Grandiloquus.

Quid tãdem iſti grandiloqui contra, hæc duo, &c. 5. Tuſc. 65. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla & ſenteo tiarum grauitate & maieſtate uerborũ uehementes, &c. in or. 10.

Grandeſco.

Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. 1. de Diu. 26.

Grando.

Miſta imbri largiſſimo ſubita præcipitans cadit grando. 3. de or. 86. Vredo aut grando ſi quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. 3. de Nat. d. 123. Nimbi, niues, grandines. de Diu. 28. Quæ terreret animos grandinibus, vaſtitate, peſtilentia. de Nat. deor. 2. 10.

Granum.

Tritici grana congeſſerunt in os Midę dormienti formicæ. 1. de Diu. 132.

Graſſator.

Hoc enim modo uiator quoque bene ueſtitus, cauſa graſſatori fuiſſe dicitur cur ab eo ſpoliaretur. de Fato. 51.

Grate, Grates, *Vide Gratia.*

Gratia.

Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas continetur. 2. de Inu. 241. Tollitur beneficium & gratia. de Fin. 89. Gratia & eloquentia in ciuitate plurimum poſſunt. pro Quint. 1. Magna diis immortalibus eſt habenda gratia, quod, &c. in Cat. 99. Gratia mala. in Piſ. 3. Cũ illo magna eſt mihi gratia. Lent. 1. 9. 76. Gratia popularis off. 3. 106 Gratia ficte reconciliata. 3. fam. 51. Si non ineunda, ſed referenda ſit gratia. off. 10. & Attic. 9. Pro beneficiis in te meis nulla mihi abs te relata gratia eſt. epiſt. 62. Gratia pro uictoriæ. 15. f. 38. Gratia ſociorum. 13. fam. 88. Beneficii gratiæq. cauſa concedere aliquid. 5. Verr. 95. Gratiæ cauſa, & Ex animo, opponuntur. 12. fam. 42. Gratiæ debilitas. 6. fam. 39. Debitio pecuniæ & gratiæ diſſimilis. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autẽ & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quo habet, refert. pro Planc. 55. Gratię gradus in comitiis. pro Mur. 45 Beneficii gratiæq. loco petere aliquid. 5. Verr. 164. Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratię irrepat? de haruſ. reſp. 49. Ad gratiam alicuius referri. 2. Phil. 65. Omnibus ſalutis meæ auctoribus, ſi minus ad referendam gratiam ſatisfacere potui, ad prædicandam certe & habendam ſatis ſum facturus. pro Corn. Balbo. 55. Aucupari gratiam alicuius. Lucc 10. lib. 5. 12. 21. Gratiam nullam eſſe tantam, quam non capere animus meus accipiendo poſſit. 2. fam. 9. Gratiam cogitare. 1. f. 28. colligere gratiam ea priuatorum negotiis. 3. de or. 74. ideſt, inire. Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem colligere. ad Q. fr. 2. 16. 11. Commemorare gratiam. poſt red. in Senatu. 20. Nec Pompeii gratiam mihi per hanc cauſam cõciliari puto. pro L. Man. 49. Gratiam conſequi ab aliquo. 5. Phil. 164. Qu. Varius illa ipſa facultate, quancunque habuit, magnam eſt gratiam conſecutus. 1. de or. 58. Gratiam uel ueniam dare. 2. de Diu 9. Debere gratiam alicui. 3. de Fin. 111. Gratiam collectam effundere. 1. fam. 19. Liberales ſumus, non exigamus gratiam, non enim beneficium fœneramur. &c. de Amic. 30. Extinguit gratiam noſtram hominũ ſuſpicio. Lent. 1. 1. 11. Gratiam exulcerare. Brut. 80. Hanc adeo habeo gratiam tibi. Att. 152. Ego uero illi maximam gratiam habeo. Tuſc. 1. 90. Magnam habeo Craſſe huic palęſtræ & Tuſculano tuo gratiam. de or. 93. Philoſophiæ habeo magnam gratiam, &c. ep. 197. Grata tibi eſſe officia mea nõ miror, cognoui enim te gratiſſimum omnium: neo enim tu mihi gratiam modo habuiſti, uerum etiam cumulatiſſime retuliſti. ep. 66. Si feceris id quod oſtendis, magnam habebo gratiam. ep. 74. Dabis mihi igitur ueniam, uel gratiã potius habebis, quod, &c. de Diu. 109. Habere gratiam alicui, reddere quod debeas alicui uoluntate ipſa, meritam alicui gratiam memori mente perſoluere. pro Planc. 273. Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. ep. 116. In gratiam aliquem apud alium ponere. 5. Att. 7. Quem enim ea tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. pro Rab. Poſth. 32. Cum Lucceio in gratiam redi. Att. 1. 9. 11. in Vat. 75. & 234. In gratiam cum uoluptate redeamus. Att. 10. & de Sen. 89. Quumque Pompeius ita contendiſſet, ut nihil unquam magis ut cum Craſſo redirem in gratiam, &c. ad Lent. 1. 9. 80. de Prouinc. Conſ. 15. In gratiam alicuius redire. 8. Phil. 255. In gratiam redire bona fide. 3. fam. 28. Coniunctio mihi ſumma cum Pompeio, ſi placet etiam cum Cæſare reditus in gratiam, cum inimicis pax, cum multitudine ſenectutis otium. Att. 184. Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiã reducat? de Prou. Conſ. 74. pro Rab. 135. Hic me meus animus in Rempub. priſtinus, cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam. de Prouinc. 73. Salluſtium præſentem reſtituere in eius ueterem gratiam nõ potui. 1. Att. 7. Gratiã inire ab aliquo. pro Cæc. 57. Att. 1. 9. 20. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitramur. Sulpitio. lib. 4. 2. 6. Att. 7. 128. 11. Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. in Ver. 151. Inire ſummam gratiam cũ omnibus. Att. 108. gratiam alicuius negligere. pro Planc. 66. Per gratiam legẽ alicui ferre. pro Dom. 63. gratiam perſoluere. pro Planc. 65. Prædicare & habere gratiam. pro Corn. Balbo, 1. Nec bonam gratiam mihi quære. pro Dom. 17. Nam hæc priuatim fortaſſe officiorum memoriam & gratiã quęrunt. pro Planc. ideſt, animũ gratum poſtulant gratiam ueterem reconciliare. 1. Att. 19. gratiam noſtram reconciliatam eſſe dicat, quæ nunquam immutata eſt. 5. fam. 45. Reddere gratiam. 2. off. 101. Cui munus hoc meritum & iuſtam debitamque gratiam refero. pro Corn. Balb. 48. Gratiam nobis neque dii, neque homines retulerunt. 14. fa. 10. O Socratici uiri nunquam uobis referam gratiam. Att. 255. Atque et ſi non parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam, debitãq. referamus. 3. de or. 9. Commode autem quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidiſſe: qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui retulerit, habere: & qui habeat, retuliſſe. off. 2. 101. Referrem gratiam bene merenti. ad Her. 17. Bonam gratiam alicui referre. Att. 2. 24. 2. Cumulatiſſime referre gratiam alicui pro Syll. 203. Huic utinam aliquando gratiam referre poſſimus, habebimus quidem ſemper. ep. 235. Mutuam gratiam referre. in Salluſt. 5. Referre alicui parem gratiam pro beneficio. pro Q. Roſc. 48. Surrexit Clodius: ei tãtus clamor e noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque ore conſiſteret. ad Q. fr. 2. 7. Gratiã referre, pro, referre par pari, & vlciſci. Præclaram pop. Romano gratiam referre. 2. in Cat. 20. Inops ſi referre gratiam nõ poteſt: 2. off. 101. Et ſi nix fieri poſſet, tamen te parem mihi gratiam relaturum. ep. 39. Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor relaturos gratiam eſſe. in Cat. 118. Reticuere gratiam alicui. de Petit. Conſ. 24. Gratiam alicuius retinere. 2. ad Qu. fr. 21. Gratiam & iram a beata immortalique natura ſegregari intelligitur. de N. d. 1. 34. Diis immortalibus & opem & gratiam ſuſtulit. de Nat. d. 1. 74. Gratiam alicuius tenere. 2. ad Qu. fr. 36. Tollere beneficium & gratiam. 2. de Fin. 182. Tribuere gratiam alicuius rei; inuentori. 4. de Fin. 22. A gratia non magis affici, quam Hercules a uoluptate. 5. fam. 29. Illi quorum uita remota ad hoc honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt. pro Dom. 37. Gratia contendimus & rogando, 5. fam. 40. in ep. Lucei. Poſſidonium, ſicut ęquum eſt, cum bona gratia dimittamus. de Fato. 141. Cũ gratia efficere aliquid, Planc. lib. 10. 12. 9. Quem igitur cum omnium gratia uoluit, hunc uoluit, cum aliquorum querela occidere? pro Mil. 31. ideſt, omnium, uoluntate. Cum omni tua gratia. et reſpondi. 10. Att. 48. Quæ tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Sextii gratia literis ſæpe monuiſti. ad Q. fr. 2. 7. 10. Homines excellenti gratia ad conficiendas cẽturias. de Petit. Conſ. 807. Gratia hominum generatas beſtias uidemus. 2. de N. d. 235. Illuſtri gratia beneficium excipere. 1. fam. 51. Gratia fretos. pro Quint. 47. Mecum Cæſar eſt in gratia. ep. 10. Qui in maxima gratia eſt apud omnes. Off. 69. Erat in Syria noſtrum nomen in gratia. 5. Att. 40. Erit nebulo iſte cũ his dynaſtis in gratia. Att. 2. 14. 2. In laude & gratia cum aliquo. 3. Verr. 14. Eſſe in gratia cum aliquo. 2. Verr. 31. In gratiam gratia futurus ſit & gloria. Off. 3. 114. Ac te apud eum, dii boni, quanta in gratia poſui. 5. Att. 20. & 6. 17. Apud Patronem, & reliquos Barones in maxima gratia poſui. Att. 5. 98. 5. Meque apud eum magna in gratia poſuit. Att. l. 6. 112. 1. Cælius Cic. 8. 6. 12. Non enim mihi tam mea ſalus chara fuit, quam pietas erit in referenda gratia iucunda. ep. 21. Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. pro Roſc. Com. 11. Quãquã gratia referri tãta nõ pot, quãta debet, habẽda tñ eſt, quãtã maximã animi nři capere põt. 3. Phil. 125.

Nullam

Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſt. off. 1. 71. In memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obſeruantiam tenet gratia. 2. de Inu. 170. Neque ira neque gratia teneri. de Nat. d. 11. Gratia & cauſa ualere. 13. fam. 10. Vt pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur. in Ant. 191. Actio gratiarum & congratulatio. Bruto, 3. 3. Gratiarum actio uile munus orationis pro tantis beneficiis. 10. fam. 5 1. in epiſtol. Planc. Gratiarum actionem a te non deſiderabam, cum te re ipſa atque animo ſcirem eſſe gratiſſimum. Planco, lib. 10. 19. 2. Gratiarum actione eos magis egere, quam commendatione. 12. fam. 57. Nemo gratiarum immemor eſt gratus inuentur. Poſt reditum in Senatu, 209. Gratiarum reconciliationes. poſt red. ad Quir. 10. Omnes gratias non modo retinendas, ſed etiam acquirenda putant. 1. Att. 5. Item non ago tibi gratias, cui enim re vix referre poſſum, huic uerbis non patitur res ſatisfieri. 11. fam. 21. in ep. D. Bruti. Immortales ego tibi gratias ago, agamque dum viuam: nam relaturum me affirmare non poſſum. Plancus Cic. 10. 11. 1. Maximas gratias & ago & habeo L. Piſ. in Ant. 155. Maximas tibi gratias ago, maiores etiam habeo. pro Mar. 136. Ego uero Auſtro mi-nas gratias ago, qui me a tanta infamia auerterit. 16. Att. 22. Lentulo noſtro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. ep. 17. Egi tibi gratias per literas his verbis, vt, &c. Att. 145. Gratias mirificas tibi apud me egit. 13. fam. 65, & 85. Cui Senatus ſingularibus uerbis gratias egit. pro Syll. 183. Primum quod mihi gratias egiſtis ſingularibus uerbis. in Cat. 119. Gratias tibi agam prope diem, vt confido. 13. fam. 13. Id eſt, ſpero te præſtiturum ea quæ a te peto. Noli expectare dum tibi gratias agam. ad Br. 15. in ep. Bruti. Illi uelim gratias. 10. Att. 49. ſub. agas. Tibi pro tuo beneficio ſummo gratias agant. Att. 264. Gratias tibi apud me ageret. 15. Att. 19. Gratias agere alicui exultantem. Tuſc. 1. 40. Ampliſſimis uerbis gratias agere. 1. Phil. 2. Gratias agere in re aliqua. 2. Att. 62. Incredibiles gratias ſuo & alterius nomine per literas agere. Seruio, lib. 13. 28. 2. Reſp. noſtra iuſtiſſimas huic municipio gratias agere poteſt, quod, &c. 2 de Leg. 10. Maximas gratias nobis & agere & habere debemus. in Ant. 188. Atticam meã gratias mihi agere, de matre gaudeo. Atti. 235. Senatus gratias agendas cenſuit ciuitatibus quæ me recepiſſent. pro Dom. 230.

Gratus.

Gratus eſt, qui in referenda gratia non commodum, ſed eum ipſum cui refert gratiam, cernit. de Leg. 166. Gratus ac memor beneficii. pro L. Agr. 34. Is magnis meis beneficiis ornatus in cõſulatu meo memor & gratus fuit. ep. 214. Tu quam gratus erga me fueris, ipſa exiſtimare potes. Gratus animus & liberalis. Att. 275. Amor tuus, non ille quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus & optatus, dicerem iucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. ep. 71. Nemo gratiarum immemor eſt gratus inuentus. Poſt reditum ad Quirites, 209. Vt erga authores ſalutis voce ſatis gratus iudicarer. poſt redit. in Senatu, 20. Vt tuo beneficio uir gratus & pius eſſe in maximi beneficii memoria poſſim. Att. 147. Iſta ueritas etiam ſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt. Att. 3. 66. 5. Quod approbaris, id gratum acceptumque habendum. Tuſc. 237. Gratum potius diis immortalibus, quam graue uideri uelim. 2. de Leg. 41. Gratum tempus ſeruitutis. 12. fam. 54. Tale enim tuum iudicium non poteſt mihi non eſſe iucundum: quod cum ita ſit, eſſe gratum neceſſe eſt. epiſtolarum, 221. & Att. 14. Facere alicui gratum. Att. 15. 295. 2. id eſt, rem gratam. Deinde etiam gratum ſe facere mortuis, ſi grauiter eos lugeant, arbitrantur. Tuſc. 3. 61. Me & Cæſari, & ſibi vehementer gratum eſſe facturum. Att. 220. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non deſino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumq. grati. pro Planc. 74. Velim hoc, quod loquor, tibi gratum uideri potius quam graue. 2. de Leg. 67. Grato animo proſequi nomen alicuius. 4. Phil. 153. id eſt, eſſe gratum erga aliquem. Virtutem alicuius grata memoria proſequi. 14. Phil. 44. Facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. Att. 183. Gratæ amicitiæ & piæ propinquitates. 10. fam. 51. in ep. Planc. Quæ gratæ cuique diuo ſunt hoſtiæ ſacerdotes prouidento. 2. de Leg. 17. Medicina nec tam multis grata & probata, pluribus etiam ſuſpecta & inuiſa. Tuſcul. 3. 1. Grata tibi eſſe officia mea non miror: cognoui enim te gratiſſimum omnium. 5. fam. 26. Sed quod ſua intereſſe putabant, ſe memores gratoſque exiſtimari, gratias iſti egerunt. 4. Verr. 124. Gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti per uos ſint in me, exploratum habes. Brutus Cice. 11. 10. 1. Cuius officia iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerint, numquam tamen grata grauiora. Sulp. 4. 6. 3. Lucceius homo omnium gratiſſimus mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, &c. ep. 220. Re ipſa atque animo gratiſſimus. Pl. 10. 38. Vt quam gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer. ep. 4. Laus Bruti quæ gratiſſima omnium ciuium memoria incluſa, nondum auctoritate publica teſtata eſt. in Ant. 225. Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. Tibi homini gratiſſimo grata eſſe vehementer gaudeo. 2. fam. 38.

Grate.

Nã & præterita g. meminit, & præſentibus ita potitur, vt, &c. de Fin. 1. 48. Gratius, opportuniuſque acciderit. 6. fam. 27. in ep. A. Cæc. Quid eſt quod aut Pop. Rom. gratius eſſe debeat, aut ſociis exteriſque nationibus optatius eſſe poſſit, aut ſaluti fortuniſq. omnium magis accommodatum ſit? 1. Ver. 4.

Gratioſus.

Potens & gratioſus homo. pro Cl. 99. potens, gratioſus, diſertus homo. pro Cæl. 15. Vir ad ambitionem gratioſus. de Petit. Conſul. 14. Ad reliquum tempus gratioſus. pro Mur. Niſi forte, quod apud publicanos gratioſus fuiſti, in ea re ſpes te aliqua cõſolatur. 4. Ver. 122. & pro Planc. 34. 15. Att. 11. Tum Pythius, ut argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. 3. off. 76. G. in aliquem. pro Flac. 60. Gratioſus Sex. Næuius. pro Quint. 46. Gratioſa cauſa rogationis, pro Planc. 20. Hic Venerius quemadmodum aratores eluſerit, ex una pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite. 5. Ver. 77. Iam vt ego doceo gratioſum eſſe tribulibus Plancium, quod multis benigne fecerit, &c. pro Plan. 37. Vehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore Lent. 1. 3. 2. Nil tibi Conſulatum petenti a me defuit, quod eſſet aut ab amico, aut a gratioſo, aut a Conſule poſtulandum. pro Mur. 6. Splendidi homines & gratioſi. 5. Verr. 29. In ſuis ciuitatibus & municipiis gratioſi homines. pro Mur. 45. Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco. de Cl. 191. Syracuſas cõmodius epiſtolas mittere potero, ſi Valerius interpres ad me nomina gratioſorum ſcripſerit. Att. 26. 31. Iuuentutis & gratioſorum in ſuffragiis ſtudia, propter illius excellentem in eo genere gratiam, noſtram ſuffragationem, &c. epi. 20. Habere in re aliqua ſui cupidos & gratioſos. pro Pl. 37. Cum aduerſario gratioſiſſimo contendere. pro Quin. 12.

Gratis.

Ne gratis in prouincia male audires. in Ver. 100. Nauis mihi conſtat gratis. 7. Ver. 39. Vt æquitatem, modeſtiam, uirtutes omnes per ſeipſas gratis diligant. 2. de Fin. 133. Is repente ut Romã uenit, gratis Prætor factus eſt. 3. Ver. 71. Hic primum queſtus eſt non leuiter Saturius, communem factum eſſe gratis cũ Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fannii. pro Roſc. Com. 16. Habitare gratis in alieno. 2. off. 122. Id me ſcis antea gratis tibi eſſe pollicitum. Qu. fr. 3. 6. Seruire alicui gratis. pro Clu. 56.

Gratuitus.

Gratuita eſt hominum charitas & amicitia. de Natu. d. 1. 86. Id eſt, non ad fructum relata, ſed ad illius commoda qui diligitur: alioqui mercatura eſt, non amicitia. Quid liberalitas? gratuitane eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio benigna eſt, gratuita: ſi cũ mercede, conducta. 1. de Le. 71. Gratuita probitas. 2. de Fin. 159. Comitia ſi gratuita fuerint, plus vnus Cato fuerit, quã omnes leges. 2. ad. Q. fr. 38. & 4. Att. 38. Tunc gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſti? pro Mur. 140. pro Pl. 44. Mercenarios gratuitis anteferre. pro Font. 19.

Gratuito.

Multorum cauſas & non grauate, & gratuito defendere. 2. off. 98. Multis gratuito ciuitatem impartiebantur. pro Arch. 187.

Grates.

Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol. de Som. Scip. 1.

Gratificor.

Gratificatur mihi geſtu accuſator, inſcientem Cn. Pompeiũ feciſſe ſignificat. pro Corn. Balbo. 9. Qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi cui uelle uideantur prodeſſe, non benefici, non liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. 1. Off. 65. Cur tibi hoc non gratificer, neſcio. Valerio Iuriſconſulto. lib. 1. 10. 1. Deque eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari uolunt. 5. de Fin. 39. De pueris. In hanc partem porro tibi tutum erit, ſiquid volueris, gratificari. ep. 115. Quod Pompeio gratificari ſe putãt. Lent. li. 1. 1. 11. Gratificandi honeſte bonis poteſtas, populo tabella detur. 3. de Le. 34. 1. off. 37. In utroque ineſt liberalis gratificandi uoluntas. 2. off. 74.

Gratificans.

Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantẽ, omnino nihil curantem, nihil agentem. 1. de Nat. d. 170. De deo.

Gratificatio.

Conſungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria. pro Murena. 134. 3. de L. Agr. 4. Vos autem quid mali datis, cum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis? 2. de Nat. deor. 85.

Gratulor.

Gratulor tibi affinitate uiri me diusfidius optimi. Cęl. Cic. 8. 13. 1. De Caſſio lætor, & Reipub. gratulor, mihi etiam, qui, &c. ad Brut. 91. Gratulator tibi de iudicio ambitus, neque id, &c. ſed illud, &c. epiſ. 44. Itaque hoc ego mihi gratulor. Marcellus Cic. 4. 11. 5. pro Planc. 74. Qua in re tibi gratulor ita uehementer. Trebiano, lib. 6. 11. 2. Itaque tibi, quod vere facere poſſum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam neceſſe erat diligere, qualiſcunque eſſet, talem habemus, ut libenter quoque diligamus. Trebonius Cic. lib. 12. 16. 4. Gratulor tibi prius, &c deinde ad me reuertar: ego uero uehementer gratulor de iudicio ambitus. Appio Pulchro, lib. 3. 12. 1. Tibi pro opportunitate tẽporis gratulor, quod, &c. Caſſio Proquęſtori, lib. 15. 14. 6. Gratulor tibi, quod &c. pro Do. ſua. 127. Tamen quod abes gratulor. epiſ. 19. Quod mihi de filia & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam. Lent. lib. 1. 7. 36. Quod mihi de noſtro ſtatu, & de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis, minime miramur. Lent. lib. 1. 7. 22. Et ei uoce maxima uictoriam gratulatur in Verr. 69. Illi alacres & læti inter ſe quaſi uiciſſent, gratulabantur. in Ant. 158. Mihi & gratias agebant boni uiri, & nomine tuo gratulabantur. in Anton. 258. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam uero oſculatus, & ipſe mihi gratulatus ſum. ep. 43. Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. Att 70. Cum populus Roman. frequens aduentu meo gratulatus eſt. in Saluſt. 273. Gratulatus ei eſſem, idque me gaudere dixiſſem. 15. fam. 7. Vnum illud neſcio, gratulerne tibi, an timeam? ep. 19. Magis eſt quod gratuler tibi, quam quod te rogem. Att. 1. 254. Aduẽtu alicuius gratulari. in Saluſt. 6. De reditu alicuius gratulari. Att 4. 70. 1. Gratulari diis immortalibus. 15. fam 26. in epiſ. M. Catonis. Nomine alicuius gratulari, 1. Phil. 12. Gratulari re aliqua. 5. Att. 38. id eſt, ob rem aliquam. Te mihi gratulari, quam gratias agere malim. 6. fam. 38. Omnes publice ad me uenerunt gratulatum. in Piſ. 90. Cum uos non modo frequentes, ſed lęto uultu gratulantes uiderit. de or. 123.

Gratulatio.

Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quę ex maximis bellis. de Prouin. Conſul. 21. Exoptatiſſima gratulatio. Att 4. 70. 2 Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. Att. 14. Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Curioni, lib. 2. 6. 1. Fuit enim mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda, & timoris conſolatio grata. 2. Attl. 50. Alter fructus gratulationis eſt, & is quidem exilior, quam ſi ubi te ipſum intuens gratularer: ſed tamen & feci ante, & facio nunc, tibique cum pro rerum magnitudine, quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedentem ſumma laus, & ſumma gratia prouinciæ proſecuta eſt. epiſ. 242. Hic parenti ſuo magno adiumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. pro Mur. 20. gratulationi alicuius ſe offerre. 1. Phil. 12. Id eſt, ei gratulari. Gratulationem quam confirmationem animi tui complecti literis maluiſſem. 6. fam. 18. Cæteris ſemper bene geſtæ, mihi uni conſeruatæ Reip. gratulationem decreuiſtis. 4. in Cat. 91. Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemque donauit. in Piſ. 80. Gratulationem cuipiã facere 4. Att. 8. Nuntiatur mihi maximam gratulationem huic eſſe factam. 2. in Ver. 14. Diana ſumma cum gratulatione ciuium & lætitia reponitur. 6. Ver. 66. Ego tua gratulatione commotus, quod, &c. 5. fam. 14. Gratulatione frui. 10. Phil. 269. Ego uero uel gratulatione literarum tuarum, uel teſtimonii ſententię dictæ, nihil eſt quod me non aſſecutum putem. 5. fam. 25. Conſules epulabantur, & in coniuratorũ gratulatione uerſabantur. pro D. ſua, 89. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. ad Bru. 11. 30. Nos in hominum cętu gratiis agendis vi gratulationibus habendis, in omni ſermone celebramus. pro Mil. 120. Huic igitur dies tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure anteponeſ. pro Mar. 132.

Grauate, Grauadinoſus, Grauedo, Grauidatus, Grauiditas, Grauidus, *Vide poſt hanc uocem.*

Grauis.

Voluptaria, delicata, mollis quæ habetur diſciplina, quam grauis, quam continens, quam ſeuera. 1. 1. de Fin. 29. grauis aduerſarius. 3. off. 115. Nullus cibus tam grauis (ait Cleanthes) quin is nocte & die concoquatur. de Natu. deo. 2. 18. grauis orationis figura qualis, & quomodo tractanda. 4. ad Her. 152. Grauis homo & certus. 6. fam. 41. Homo prudens & grauis. de or. 88. Grauis perſona. Acad q. edit. 1. lib. 2. 6. Grauis ſenectus. de Sen. 4. Vir authoritate grauis. de or. 122. Cato grauis in laudando. de Cl. 170. Grauis ſine arrogantia. de Cl. 191. Vereor ne tibi ſim grauis. in Top. 3. id eſt moleſtus. Nunquam grauis tibi eſſe uolui. ep. 231. Grauis oratio. pro Mure. 36. pro, efficax, uel magni momenti & ponderis. Graue & plenum carmen. 1. Tuſc. 98. Graue dicendi genus. 4. ad Her. 150. Graue & acutum uocis genus. 2. de Nat. d. 110. Nomen noſtrum mihi graue & ſanctum eſt. Poſtquam. 15. Senatuſconſultum uehemens & graue in aliquem. 1. in Cat. 2. Graue aliquid ducere, & leue putare, contraria. 1. Att. 11. Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnũ ab eo, de quo ſe bene meritum putet. Curioni, li. 2. 5. 3. Hoc perquam graue eſt dictu. pro Plan. 261. Graue eſt quale ſit exiſtimare. Att. 11. 222. 4. Etenim in Pop. Romanum graue eſt, non poſſe uti ſociis excellenti uirtute præditis, qui, &c. pro Corn. Balbo, 17. Si tibi graue non erit. 13. fam. 97. Atque in eo cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureum amiculum. de Nat. d. 76. Quod etiã apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur? pro Roſc. Com. 3. Nec fuiſſe ei graue nec difficile, eam cauſam excipere, quæ, &c. de Inu. 78. Quod minime uidetur graue iis, qui minime ipſi leues ſunt. pro Sext. Roſc. Non graue, ſed gratum id potius diis immortalibus uideri uelim. 2. de Leg. 41. Graui fama eſſe. 3. ad Q. fr. 23. Quod Reipub. defuerit tam graui tempore. Att. 228. Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei. ad Curionem, lib. 2. 2. 1. Graues accuſatores eſſe non poſſunt, niſi qui ſunt uoluntarii. 3. de Leg. 40. Graues morti. 5. Att. 39. grauia dictu. Tuſc. 2. 15. Cum grauibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. Off. 21. Compoſito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, preſſa uoce, &c. Poſt red. in Senat. 11. Sed hæc conſolatio leuis eſt, illa grauior. ad Torquatum, libro 6. 3. 7. Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda, quam cetera omnia. 3. Off. 45. grauiorne igitur uobis erit hoſtium uoluntas, quam ciuium? pro Font. 19. Statuit ſibi nihil grauius faciendum, quam ut, &c. pro Clo. 20. Eum in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidem grauiore appellaſſes. 5. Ver. 114. Et hoc in te grauiores, certioreſque teſtes ſunt, quod cetere ciuitates ſuis ſolum incommodis commouentur. 3. Verr. 89. Grauiſſimus & peſtilentiſſimus annus, 5. fam 45. id eſt, in quo eſt ſumma perturbatio temporum. Tempus anni grauiſſimum Qu. fr. 2. 16. 11. Eſt quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquam ſonorum gradibus deſcenditur. de or. 164. Quod mihi grauiſſimum eſſet dicere. pro Plaut. 262. Omnium grauiſſimum & ſeueriſſimum eſſet. de Or. 129. Vocem ab acutiſſimo ſono uſque ad grauiſſimũ ſonum recipere. de or. 107. Quæ mihi ad ſpem obtinendę ueritatis grauiſſima ſunt. pro Deiot. 144.

Grauitas.

In quo grauitas & authoritas eſt, plus pficit ad miſericordiã commouendam. de Inu. 62. Grauitas comitate condita. Cat. 9. Quãta illi fuit grauitas, quãta in oratione maieſtas? de Amic. 78. Tuẽda eſt tibi grauitas. ep. 72. Grauitas iam conſtantis ætatis. de Sen. 30. Grauitas animi atque conſtantia. de Fin. lib. 3. 1. Grauitas & dolor corporis. Tuſc. 3. 3. Grauitas aut tarditas in ſenſibus. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 50. Grauitas & uirtus iudicis. pro Q. 3. Grauitas loci. 11. Att. 43. membrorum, & cruciatus dolorum. 4. de Fin. 30. morbi. de N. d. 75. Grauitas Optimatum nata Tribunorum poteſtate cecidit. 3. de L. 17. Grauitas perſonæ. Tuſc. 2. 4. ſapientis. 4. Acad. 120. uerborum. Off. 2. 189. Tanta cognitio grauitatis & ponderum. 2. de N. d. 254. Exordium ſententiarum grauitatis plurimum debet habere. de Inu. 47. grauitatis cum humanitate ſocietas in oratione difficillima, 3. de Leg. 1. genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum ueterum auctoritate, & eorum illuſtriũ, plus neſcio quo pacto uidetur habere grauitatis. de Amic. 4 Homo grauitati deditus. pro Cæl. 51. grauitatem principium afflixit. 3. de Leg. 20. Grauitatem res habet, cum frequens eſt ordo Senatus. 3. de Leg. 25. Hæc autem genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus, in ſenibus grauitatem nõ habent. de Cl. Or. 182. grauitatem in dicẽdo Africanus habuit. 3. de Or. 16. grauitatem obtinere. pro Quint. 50. Quid eſt quod tantam grauitatem conſtantiamque perturbet? Tuſc. 4. 46. grauitatem

tatem præſtare 5.fam.46.Eandem ſeruare grauitatem. Att.10.192.6.Corpore uix ſuſtineo granitatem cæli huius. 11. Att.45. grauitatem tenere.9.Att.71. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem.Off.23.Non indulgenter, ſed cum grauitate loqui.Att.9.180.6. De ipſa atomo dici poteſt cum per inane moueatur grauitate & pondere, ſine cauſa moueri.de Fato, 38.Sententiarum grauitate, uerborum ponderibus eſt utendum.2. de Orat. 40. grauitate ualetudinis, qua tamen iam paululum uideor leuari.6. fam.6.

Grauiter.

Grauiter accipere aliquid.2.de Or.117.ideſt, Iniquo animo. g.æger.6.Att.19.g.ægrotare. Tuſc. 1. 70. g.ſeuere, priſce agere cum aliquo.pro Cęl.44.g.accuſare aliquem. ep.71.g.conſtituere de aliquo. 12.fam.37.in ep.Lentuli.g. & copioſe diſputare de aliqua re.Tuſc.2.53.g.diſſentiunt inter ſe.12. Phil.38.Eſſe alicui g.inimicum.Lent.lib 1.9. 109. Siquid prudenter, ſiquid g.factum eſt.ideſt, non leuiter ac ſapienter, ſed mature ſapienterq. Vitio mihi dant, quod mortem hominis neceſſarii g. fero.Matius ad Cic.11.28.4.Acad.q ed.1.lib.2.7.& Tuſc.q.3.33.Natura fert ut extrema, ex altera parte g.ex altera autem acute ſonent. in Somn.Scip.17.Quæ quandiu hærebant in uno me, id g.equidem, ſed aliquanto leuius ferebam.de haruſp. reſp. 43. Fratrem laboribus confectum g.ſe habuiſſe.10.fam. 34. Nec uero audiēdi ſunt, qui grauiter inimicis iraſcendum putabunt. 1. Off.123. Thucydides autem res geſtas & bella narrat & prælia, g.ſane & probe, ſed, &c.in Or.16.Dionyſius g. queritur. Att. 204. Si me meis ciuibus ſuſpectum tam g.atque inſenſum uiderem. in Cat. 100.grauius quid conſulere de ſalute ſua.8.fam. 45. in ep.Cæl. Ne grauius dicam.9.Att.11.Nihil grauius dicam. ad Q. fr. 24. grauius iactabitur.de Vniu.57.grauius hæc ſcripſi, quam amor meus in illum poſtulabat.10.Att.21.grauiſſime conqueri de aliqua re cum aliquo. pro Sexto Roſc. 10. grauiſſime autem me in hanc mentem impulit.1.fam.38.ideſt, plurimū ponderis habuit ad me impellendum.grauiſſime, diſertiſſimeque ſcripſiſti.10.f. 22.in epiſtola Planc.

Grauedo.

Grauedo tua mihi moleſta eſt.Att.258. grauedini quæſo omni ratione ſubueni.Att. 16. 36. tu quoniam quartana cares, & non modo morbum remouiſti, ſed ēt grauedinē, &c.Att.10.52.

Grauedinoſus.

Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint.Tuſc.4.21.

Grauor.

De quo legando ſpero Conſules ad Senatum relaturos: qui ſi dubitabunt, aut grauabūtur, ego me profiteor relaturum.pro L.Man.40.Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam dicere.1.de Or. 53. Non eſſem tam inhumanus, uti eo grauarer, quod nos cupere ſentirem.de Or.142. Ne ſi ego grauarer, &c.Top.3.Ego uero non grauarer, ſi mihi ipſe confiderē. de Am.15.Qui grauere ad me literas dare. epi. 102.te rogo ne grauere exædificare id opus quod inſtituiſti. de or.98.Is primo grauari cœpit, quod, &c.pro Clu. 54.

Grauatus.

Iam uero ſemper uiridis, ſemperque grauata Lentiſcus, triplici ſolita grādeſcere fœtu.1.de Diu. 36. In ea non eſſe grauatos homines, prodire hora tertia in campū Martium. pro Mur. 63.

Grauate.

Multorum cauſas non grauate & gratuito defendere.2.Off. 97.g.ille primo: quid multa? impetrat.2.off. 77. Qui erranti comiter monſtrant uiā, benigne, non g. pro Corn.Balbo, 29.Meā facilitatem, laudatote, cum uobis non meo iudicio, ſed ueſtro ſtudio inductus, non g.reſpondero.1.de or. 104.

Grauidus.

Aut cū ſe grauida tremefecit corpore tellus.1. de Diu.38.Nā cum eſſet grauida Auria fratris uxor, & iam appropinquare partus uideretur, &c.pro Clu.23. Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum uicinam, temporibus exactis fugiſſe Delum: atque ibi Apollinem, Dianāque peperiſſe.3.Verr. 32.Vbera grauida uitali rore.1.de Diu.78.

Grauidatus.

Profecto ipſa terra eadem ui continetur arte naturæ: quippe quæ grauidata ſeminibus, omnia pariat & fundat ex ſeſe. 2.de Nat. d. 59.

Grauiditas.

Grauiditates & partus affert luna a ſole illuminata. 2. de Nat. deor. 87.

Gregalis, gregarius, gregatim, *Vide Grex.*

Gremium.

Vt ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur. de Legib. 183. Aetolia procul a barbaris diſiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Græciæ gremio continetur. in Piſ. 99. Cum Quint. Metellus abſtraheretur e ſinu, gremioque patriæ. pro Cæl. 46. Soror in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis conſeneſcebat. pro Clu.10. Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quam in ſermone matris.de Cl. or. 111. Vt cum Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii noſtri relinquere oppidum & arcem munire cōgantur.de Pron.Conſul.3.Puer lactēs in gremio matris ſedēs, mammam appetens.de Diu.126.Hæc ſunt ſepulta in gremio Cōſulatus tui.in Piſ.7.Quæ cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit.de Sen.47.De terra.Liberi e gremiis parentum diripiuntur.ad Her.36.

Greſſus, *Vide gradior.*

Grex.

Grex oratorum.1.Vet.27.totus ille grex Catilinæ.1.Att.31. In hunc igitur gregem P.Syllam ex his honeſtiſſimorum hominum gregibus reiicietis? pro Syl.58.In gregem tuum ueterem te retuliſſes.6.Atti.10. Is iam unus ex illo grege uidebatur.in Sal. 274.Verum ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer.pro Sext.Roſ.33 Greges amicorum.1.de Fin. 101.greges nobiliſſimarum equarum abacti.4. Verr.13. Greges philoſophorum.1.de or.22.Cædit greges armētorum, reliquiq. pecoris quodcunque nactus eſt.3.Phil.146.Poſſum deinceps totam rem explicare, &c. præterea greges equarum eius ictum abigendos curaſſe.3.Verr.19.Idem quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges, ut bos armenta: ſic ego, &c.Att.7. 29. Athenis cum eſſem, e gregibus ephebo rum vix ſinguli reperiebantur.de Nat.d.1.55.formoſi ſcilicet. In his gregibus omnes aleatores, omnes impuri, impudicique uerſantur.in Cat.42.

Gregarius.

At id etiam gregarii milites faciunt inuiti.pro Plan.59.

Gregalis.

Gregales alicuius.de har.reſp.49.pro Sex.96. Quod uos gregales Catilinę de me dicere ſolebatis.pro D. ſua, 59. Gregales cum in campum non ueniſſe requirebant.2.de or.140.Neque P. Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius aut conſiliariis deſignatur.de har.reſp.49.Nos enim plane mi ſuauiſſime Volumni, aut nihil ſumus, aut nobis quidem ipſi diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente uigebamus, amiſſis.7.fam.57.

Gregatim.

Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c. 7.Verr.116.

Grunnitus

At uocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerræ tum cum acuitur, aut grunnitum, cū iugulatur ſus.5. Tuſ.83.

Grus.

Grues cum loca calidiora petentes maria tranſmittunt, trianguli efficiunt formam, &c.2.de Nat.d. 94. grues in tergo præuolantium capita reponunt. Ibidem.

Guberno.

Tormenta gubernat dolor, moderator natura cuiuſque. pro Sylla, 58.Sed hæc fortuna uiderit, quoniam ratio non gubernat. Att.226.Eoque directius gubernant.Acad.17.id eſt, naues.Sed hæc deus aliquis gubernabit.Att.6.114.5 Sed tamen iter meum Reſp.& rerum urbanarum ratio gubernabit.2.fam.54. Fortunæ nos, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus.Attic.8.148.1. Velim totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Atti. 13. 282. 4. Teque hortor, ut omnia gubernes & moderere prudentia tua: Curioni, libro. 2.6.1. Si uero ipſe mundo deus ineſt aliquis qui regat, qui gubernet, qui curſus, &c.conſeruet.1.de Nat.d.73. Clodius contulit ſe ad Milonis competitores, ſed ita, totam ut petitione ipſe ſolus et inuitis illis gubernaret, tota ut comitia ſuis (vt dictitabat) humeris ſuſtineret pro Mil.18. Cum ſolus remp.gereret, orbemque terrarum gubernaret.pro Sex.Roſ.78.De Sylla. Qui inter ſe contenderent, uter potius Remp. adminiſtret, vt ſi nautæ certarent quis eorum potiſſimum gubernaret.1.off.109. Gubernare, regere, moderari.Part.236.aliquem conſiliis. Brut. 10. 3. patrimonium. 10.Att.23.uitam. de Fin. 73. Commune commodum mutuis officiis gubernatur.pro Sext.Roſ.37.Dii quorum ope & auxilio Reſ.gubernatur.pro Rab.perduel.reo.3.Gubernari Remp.

neceſſe

neceſſe eſſet cura atque conſilio unius. de Nat. d. 1. 6. Cæſarem meis conſiliis adhuc gubernatum quidam corruperit. Att. 278.

Gubernator.

Si nauem auri euertat gubernator. Part. 119. Gubernator clauum tenẽs ſedet in puppi. de Sen. 30. Bonus gubernator. 4. Aca. 179. Cuſtos, gubernatorque Reip. pro Rab. Poſt. 20. gubrnatori curſus ſecundus propoſitus eſt. 8. Att. 26. Vt ſiqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, &c. de Sen. 16. Gubernatorem dormientem ea tranquillitas obruere poſſit. 1. ad Q. fr. 4. Nanisque ſciẽtiſſimo gubernatore vtitur. 1. de Inu. 74. Gubernatores cum exultantes loligines uiderint, aut delphinos ſe in portum coniicientes, tempeſtatem ſignificari putant. Diu. 2. 111. Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent. 7. Philip. 234. Quemadmodum gubernatores optimi uim tempeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent. 1. ad Quint. fr. 4.

Gubernatrix.

Cum ciuitatem vel paterno conſilio, vel auitis armis florẽtiſſimam acrepiſſent, iſta præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia, Remp. diſſipauerunt. 1. de Or. 21.

Gubernatio.

Orbis terræ gubernatio, & ſummi imperii procuratio. de or. 154. Vix uidetur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe. 3. in Cat. 63. Nec enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiam eſſe arbitramur. 3. de Fin. 38. Magnã gubernationem tui conſilii, tuæque auctoritatis res deſiderabit. Bruto, 14. 4. Populus numquam hæc a ſummi conſilii gubernatione auferre conatus eſt. in Vat. 36. Et ſi in ipſa gubernatione negligentia eſt nauis euerſa. 4. de Fin. 183. In gubernatione Senatus poſitum tempus. pro Domo ſua, 100. Cupiditas conſilii gubernatione regitur. de Inu. 82.

Gubernaculum.

Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit. 2. de Inu. 136. Accedere ad gubernacula Reip. 1. de Inu. 6. Sedere omni tempore ad gubernacula Reipub. pro Roſc. Am. 30. Vt gubernacula Reipub. prenderem. Brut. 91. Quos tunc ſcripſimus, cum gubernacula Reip. tenebamus. 2. de Diu. 4. Clauũ tãti imperii, tenere, & gubernacula Reip. tractarẽ. pro Seſtio, 15. Tradere oratori ciuitatum regendarum gubernacula. 1. de or. 107. Senatum a gubernaculis deiicere, populum e naui exturbare. pro Domo ſua, 20. Niſi a gubernaculis receſſerint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. 16. fam. 36. ex ep. Q. Ciceronis. Vna pene voce Oratorẽ a gubernaculis ciuitatis repellere. de Or. 24. Nõ abiectis gubernaculis, ſed ereptis de naui exire. 8. Att. 13. E portu ſine gubernaculis egreſſi, tẽpeſtati nos tradèremus. 7. Att. 44.

Gula.

Poſteaquam immenſæ gulæ impudiciſſimi quæſtus ſufficere non potuit. 1. in Saluſt. 8. O gulam inſulſam, pudet me patris. Att. 13. 42. Quẽ obtorta gula in vincula abripi iuſſit. 6. Ver. 20.

Guma.

Compellans gumas ex ordine noſtros 2. de Fin. 41.

Gurges.

Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum Reipub. ſanguinem. pro Domo ſua, 237. Ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ. in Piſ. 31. gurges & vorago patrimonii pro Seſtio, 25. Immenſa aliqua vorago eſt, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. 5. Verr. 18. At videtis quot, & quam multos habeat Antonius. Primum, L. fratrem, quam facem dii immortales. quod facinus, quod ſcelus, quem gurgitem, quam voraginem. 11. Phil. 296. Pater norat hunc gurgitem. de Orat. 129. Rapido cum gurgite flumen. de Nat. d. 47. Fulix fugiens e gurgite ponti. de Diu. 83. Quos tenet Aegæo defixa in gurgite echineis. in Ant. Quæ Charybdis tãtos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum, Brogitarorũq. prædas exorbuit? de har. reſp. 55. Rhenũ foſſa gurgitibus illis redundãs. in Piſ. 97.

Gurguſtio.

Meminiſtine cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Piſone ueniſſem, neſcio quo e gurguſtio te prodire, inuoluto capite, ſoleatum? in Piſ. 9. In tenebris tamquam in gurguſtio habitare. 1. de Nat. d. 17.

Guſto.

Iſtorum omnium ſummatim cauſas & genera ipſa guſtaui. 2. de Or. 84. Cretes, quorum nemo guſtauit umquam cubans. pro Mur. 142. Capræ dictamum quærunt; quam cum guſtauerunt, ſagittæ quibus confixæ ſunt, excidunt. 2. de Nat. d. 95. Iſtorum omnium ſummatim cauſas & genera ipſa guſtaram. de or. 122. Guſtaras ciuilem ſanguinem, uel potius exorbueras. 2. Phil. 79. Nõ guſtarat illam tuam philoſophiam Pompeius. in Piſ. 45. Nondum guſtaueras uitæ ſuauitatem. Tuſc. 1. 97. Fugi in Tuſculanũ, cum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. ad Gallum, libro 7. 87. 2. Quædam de actione breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtarẽ. de Or. 96. Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ, & extrema (ut dicitur) digitis attigiſſent. pro M. Cæl. 20. Quod ſi ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. pro Archia, 12. Nullam partem per ætatem ſanæ & ſaluæ Reip. guſtare potuiſti. Cornificio, lib. 12. 50. Quo minus animus a ſe ipſe diſſidens, ſecumq. diſcordans, guſtare partem ullam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt. de Fin. 1. 41. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, qui quidquam quod ortum ſit, putet æternum eſſe poſſe? 1. de Nat. d. 15.

Guſtatus.

Quinetiam guſtatus qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique & dulcedine præter cęteros ſenſus commouetur, &c 3. de Or. 55. Guſtatus ore continetur. de Nat. d. 55. Pomorum iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus, etiam aſpectus. de Nat. d. 58. Iam guſtatus, qui ſentire eorum, quibus veſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua eſculentis & potulẽtis iter natura pateſecit. 2. de Nat. d. 107. Nihil neceſſe eſt de odoratu & guſtatu dicere. Acad. 6. In guſtatu & odoratu intelligentia, etſi uitioſa, eſt quędam tamen. Acad. q. ed. 1. l. 2. 21.

Guſtus.

Vua & ſucco terræ & calore ſolis augeſcẽs, primo eſt peracerba guſtui, &c. de Sen. 88. Vt quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: ſic libidinoſi, auari, facinoroſi, veræ laudis guſtum non habent. 3. Phil. 120.

Gutta.

T. Gutta de ambitu damnatus. pro Clu. 79.

Gutta.

Guttę imbrium quaſi cruentæ. de Nat. d. 28. Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ, &c. 2. Tuſc. 46. Numerum in cadentibus guttis, quod interuallis diſtinguuntur, notare poſſemus. de Orat. 160.

Guttur.

Vitium ventris & gutturis. pro Cæl. Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. de Diu. 1. 12.

Gymnaſium.

Gymnaſium, quod Ptolemæum vocatur. de Fin. 124. Gymnaſii xyſtique ſigna. 1. Att. 15. Magnam habeo huic palæſtrę & Tuſculano tuo gratiam, & lõgæ Academię illi ac Lycæo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono. de Or. 93. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus. ep. 56. Cum ambulandi cauſa in Lycæum ueniſſemus, (nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt.) de Diu. 81. Laodiceæ in gymnaſio a quodam Leptine eſt interfectus. in Ant. 221. In quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus. 4. fam. 37. in epiſt. Seru. Sulp. Gymnaſia multo ante inuenta, quam in his philoſophi garrire cœperunt. 2. de Or. 12. Clamabunt credo omnia gymnaſia, atque omnes philoſophorum ſcholæ ſua hæc eſſe omnia propria. 1. de or. 29. 1. Acad. 25. Quæ vix in gymnaſiis & in otio Stoici probant. in Parad. 4. Quæ γυμνασιώδη maxime ſunt, ea quæro. 1. Att. 16. γυμνασιώδη ornamenta. 1. Att. 13.

Gymnicus.

Gymnicum certamen. de Inu. 72. Ludi gymnici. 2. Tuſc. 105. Gymnicorum ludorum præcones. 5. fam. 34.

Gymnaſiarchus.

Demoliendum curauit Democritus gymnaſiarchus, quod is ei loco præerat. 6. Verr. 82.

Gynæceum.

Syngrapha H S. centies per legatos viros bonos, ſed timidos & imperitos, ſine reliquorum hoſpitum regis ſententia, facta in gynæceo. 2. Phil. 96.

Gypſatiſſimus.

Medea manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illę vitio verterent, quod abeſſet a patria. 7. fam. 16.

Gyrus.

Ex ingenti quodam oratorem, immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellitis. 3. de Or. 41. Hominem ſecundis rebus effrænatos, ſibique præfidentes, tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. 1. Off. 127.

H

HABENAE .3. de Or.91. Erras, erras: nam exultantem te, & præſidẽtẽ tibi Reprimẽt ualidæ legum habenæ, atque imperij inſiſtent iugo. Quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cũ velis, vel remittas, cõmodiſſimum eſt. de Amic.42. Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem quaſi quaſdam habenas tradidiſſet? 1. de or. 115.

Habeo, pro exiſtimo, duco, iudico, pono, poſſideo, vtor. Item quando referre, facere ac tractare ſignificat Quod me hortaris, vt abſoluam, habeo abſolutum. Poſtquam. 328. Quare habeo gratiam Trebatio familiari noſtro, qui mihi dedit cauſam harum literarum. ad Marium, lib. II. 27. 19. 2. off. 101. Habeo in animo Conſulatũ ſtatim petere. Att. 15. Habeo, inquit, Laida: non habeor a Laide. 9. fam. 61. Habeo etiam illã moleſtiam, quod Dolabella noſter apud Cęſarem eſt. ad Tironem, li. 16. 11. Habeo paululum moræ, dum promiſſa militibus perſoluo. Caſſius Cic. 12. 12. 5. De Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo. 5. Phil. 101. Habeo, inquit, ſententiam tuam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 136. Habeo te chariorem in dies. 10. fam. 50. in ep. Planc. Habes ad omnia. 5. Att. 9. & 6. 16. ideſt, tibi reſpondi ad omnia. Tu velim e Fabio, ſiquem habes aditum, odorere: & iſtũ conuiuam tuum degustes. Att. 4. 77. 6. Habes ex parte dimidia & tertia. 13. fam. 54. Habes hoſpitium, ſine ἐπιχαθυμίαν. 13. Att. 67. Tu ſi literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum. At. 2. 28. 3. Ita in tabulis ſcriptum habes. in Verr. 130. Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias, vt ſi habes iam ſtatutum quid tibi agẽdum putes, in quo non ſit coniunctum conſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. ad Sulp lib. 4. 2. 9. Hoc quid interſit certe habes ſubductum. Att. 83. Omnino præclare te habes, cum, &c. in Verr. 139. Pars animi, quæ ſenſum, quæ motum, quę appetitum habet. de Diu. 95. Habet ille locus auctoritatem pene principis. 1. Att. 25. Non enim bellum neſcio quod habet ſuſceptum Conſulatus cum Tribunatu. con. Rull. 69. Ea nunc magnam affert ſolicitudinem, magnumque habet caſum. Plancus ad Cic. 10. 18. 7. 2. Off. 26. Domitius ſuas XII. cohortes tribus in oppidis diſtributas habet. Att. 129. Quintii conſobrinam habet in matrimonio Neuius, & ex ea liberos. p Quint. 9. Flauius noſter de controuerſia, quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam, ſumpſit te iudicem. ad Brut. 6. 4. Peto igitur a te, vt in ea controuerſia quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in cæteris rebus, &c. Seruilio, lib. 13. 70. 4. Habet amoris declarationem. 15. fam. 52. Habet res deliberationẽ. 7. Att. 14. Habet moleſtia dignitatem. de haruſp. reſp. 38. Verbum ipſum voluptatis non habet dignitatem: nec vos fortaſſe intelligimus. 2. de Fin. 119. Hoc eſt, nullam grauitatem aut potius auctoritatẽ prę ſe fert. Terentia magnos articulorum dolores habet. Att. 1. 12. Triſtitia autẽ, & in omni re ſeueritas habet illa quidem grauitatem. de Amic. 59. 7. f. 56. Habet honorẽ quem petimus, &c. 1. Ver. 40. Scaurus nonnullam habet inuidiam ex eo, quod aliorum bona ſine teſtamento poſſideat. 2. de Or. 156. in Rull. 71. & pro Mur. 79. Id nec habet, nec exhibet cuiquã negotium, quod beatum & immortale eſt. de Nat. deo. 1. 60. Epicurei dictum. Indagatio ipſa rerum tum maximarum, tũm etiam occultiſſimarũ habet oblectationem. 4. Acad. 229. Ille habet opinionem iuſtitiæ. Off 41. 7. Att. 10. Perſona autem non qualiſcumque teſtimonii pondus habet. in Top. 38. 13. fam. 44. Diſſimilitudo locorum, diſſimiles hominum procreationes habet. de Diu. 128. Verum ita res ſe habet. pro Quint. 1. Male ſe res habet, quæ; &c. de or. 137. Male enim ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tẽtatur pecunia. Off. 37. Ea res ſic ſe habet. ep. 33. Sic profecto res habet, &c. de or. 134. Rem vides, quomodo ſe habet. ep. 45. Nęc nauigatio habet quaſdã ſuſpiciones periculi. Att. 253. Ad hanc autem rationem, quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam, vtriuſque, &c. 1. off. 167. Vim in ſe habere vitalem per omnem mundum pertinentem. de N. d. 2. 18. Ab altero propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus. de Amic. 28. Bene habemus nos. Attic. 27. Ex quibus nonnullas ſimultates ſuſceptas habemus. ad Quint. fr. 293. In vnius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima, poſitas omnes ſpes noſtras habemus. Att. 8. 5. Maximam illam voluptatem habemus. de Fin. 50. Quæ non animum meum magis ſolicitum habent, quam tuum. epiſt. 26. Vt aliquod ex te beneficium aut habeant, aut vt habeant ſperant. de Petit. Conſul. 13. Itaque hi conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. in Verr. 230. Eodem temporis puncto nati, diſſimiles & naturas, & uitas & caſus habent. de Diu. 128. Itemque illa, &c. excogitationem non habent difficilem. de Or. 119. Publicanorum familiæ quas in portibus & cuſtodiis habent. pro L. Man. 6. Siculi ad meã fidẽ quã habent ſpectatã iã & diu cognitã, confugiũt. in Ver. 56. Hæc genera dicẽdi in ſenibus grauitatẽ nõ habent. de Cl. 195. Id habent ratum, quod ab eo, quẽ probãt, iudicatũ vidẽt. de N. d. 1. 8. Nam qui ſeptem appellantur, eos, qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientum non habent. de Amic. 6. Pecunias collatas habent. pro Pomp. 7. Quomodo nunc ſe iſtorum artes habent? de Or. 121. Domitii ſe male habent. ep. 124. Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente Rep. cur non abutamur? ad Varronem, lib. 9. 6. 13. Eaque hanc habent, quam probo, varietatẽ. Or. 200. Dolores autem, ſi qui incurrunt, nunquam vim tantam habent, vt non plus habeat ſapiens quo gaudeat, quam quo angatur. 1. de Fin. 95. Neque te in decurionibus habebam. Att. 2. 16. 19. id eſt, non exiſtimabam te decurionem eſſe. Cur hoc nomen in aduerſariis ſcriptum habebas? pro Q. Roſ. 46. Qui ſi erat diuiſor, præſertim eius quem tu habebas reum, cur abs te reus non eſt factus? pro Planc. 45. Intentum enim animum tanquam arcũ habebat: nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. de Sen. 33. Propterea Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. de Amic. 6. Nam iſtum exhæredare in animo habebat. pro Roſc. Am. 31. Att. 1. 12: 15. Videre autem volebam, quod eram poſtridie Roma exiturus, & quod ille in Sardiniam iter habebat. ad Qu. fr. 2. 8. 5. Habebat progreſſus in Stoicis. de Nat. d. 1. 12. Ferebat grauiter illam ſibi ab ipſo prouinciam datam: nec quid faceret habebat. 6. Verr. 45. Reſtitit M. Gratidio, cuius in matrimonio ſororem auiam noſtram habebat. 3. de Leg. 32. Solicitũ aũt te habebat cogitatio tum officii, tum etiam periculi. ep. 96. Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam decimo Cal. Att. 7. 128. 5. in Rul. 18. id eſt, legebamus Nullas adhuc a te literas habebamus, ne, &c. ad Brut. 10. 1. Nos hic, &c. D. Syllã patrem tuum mortuum habebamus. ad Caſſium, l. 15. 45. id eſt, ferebatur apud nos patrem tuum eſſe mortuum. Habebamus annuum tempus emeritum. 6. Att. 40. Sic habebant res de Vni. 55. Octaua oratio, quam habui ad populum poſtridie, quam Catilina profugit. Att. lib. 2. 16. pro D. ſua, 15. Quod multos dies epiſtolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum. ad Q. fr. 3. 17. 28. Itaque habui noctem plenam timoribus ac miſeriis. ad Tironem, lib. 16 20, Chryſippum uero, &c. in honore habui. Att. 7. 12. pro Clu. 147. Habuique in mea poteſtate, quoad bellum fuit. ad Brut. 4. 2. Omnes moleſtias & ſolicitudines, & quibus te miſerrimam habui, id quod mihi moleſtiſſimum eſt, Tulliolamque, quæ nobis noſtra uita dulcior eſt, depoſui & eieci. ad Terentiam, lib. 14. 16. Id eſt, quibus mea cauſa plurimum laboraſtis, & affectę fuiſtis atque oppreſſæ. Ego Planco neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra ante aliquanto quàm tu natus es; &c. 10. fam. 4. Dionyſii equus habuit apes in iuba de Diu. 122. Diſſerendi artem nullam habuit. 1. de Fin. 21. De Epicuro. Diis bellum iſte ſemper habuit indictum, in Verr. 274. Habuit amicitia noſtra conſuetudinem interruptam. 15. familiarium. 38. 1. Phil. 20. Dum forum habuit diis immortalibus ornatum. in Ver. 201. Habuit honorem ut proditori, non vt amico fidem. 3. in Verr. 27. Eloquentia forenſis iactationem habuit in populo. de Or. 198. Deinde aduentus eius in Syriam primus, equitatus habuit interitum. de Prouinc. Con. 71. Terentia minus belle habuit, ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. Dolabella Cic. 9 16. Habuit ſuum negotium Gallus, ut ſcribit. 13. Att. 63. id eſt, ita de hoc laborauit, ut ſi res ipſius ageretur. Tua ætas incidit in id prælium, cuius altera pars ſceleris nimium habuit, altera fœlicitatis parum. off. 42. Fœmina quæ patrem habuit clariſſimum uirum. pro Sext. Roſc. 43. Quæ autem epiſtola pondus non habuit? ad Brut. 14. 1. Qui miſeros publicanos, quos habuit amantiſſimos ſui, tertium iam menſem vexat. Att. 1. 13. 9. Habuit primus annus ſermonem de hac re. 1. ad Q. fr. 30. 7. Att. 10. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo ſermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit e vita. 1. Tuſc. 90. Quintus multum mecum ſermonẽ habuit & perhumanum de diſcordiis mulierum noſtrarum. ad Q. fr. lib. 2. 8. 4. Att. 10. 208. 5. Habuit hanc ſummã orationis. 10. Att. 50. Demoſthenes ſummam prudentiam ſummamque vim habuit dicendi. de or. 92. In illo pœna legitima turpitudinem non habuit. pro Domo ſua, 230. 1. Philip. 16. Profectio voluntatem habuit non turpem, remãſio etiam neceſſitatem honeſtam. pro Ligar. 3. Caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduũ. Catoni, lib. 15. 4. 27. Eo die acerbum habuimus Curionem. ad Lent. lib. 1. 4. 2. ideſt, reſiſtebat nobis, vel aduerſabatur. Tu ex illius honore in eos ipſos qui honorem illi habuerunt, ſupplicia quærebas.

quærebat. In Verr. Spatium etiam deliberandi habuerunt, iquem
potiſſimum uitę curſum ſequi vellent. 1. off. 165. Qui ſummam
ſpem, ciuium, quam de eo iam puero habuerant, &c. de Amic.
10. Quid huic reſpondeas non habebis. pro Mur. 129. Ergo &
auarus erit, ſed finite: & adulter, uerum habebit modum: & luxu
rioſus, eodem modo. 2. de Fin. 48 pro Clu. 37. Et boni ciues mu
re infeſtum habebimus Att. 154. Matrem, meoſque tibi commē
datos habe. Trebonius ad Cic. 12 16. 11. Habe tuum negotium.
12. Att. 29. ideſt, habe in eodem loco, in quo haberes, ſi tuum eſ
ſet negotium: vel exiſtima tuum negotium eſſe: uel, tibi curæ ſit
perinde ac ſi tua res eſſet. Id primum ergo habeto, me, &c. epiſt.
116. Iam iſtuc præ facto habeto. Att 204. Sic habeto mi Tiro, ne
minem eſſe qui me amet, quin idem te amet. ad Tironem, lib. 16.
6. 7. ideſt, ſic intelligere debes. Tu vero enitere, & ſic habeto, nō
eſſe te mortalem, ſed corpus hoc. in Somn. Scip. 28. Tantum ha
beto, ciuem egregium eſſe Pompeium. ep. 22. Tecum habeto. 7.
fam. 45. Tibi habeto iſtam laudationem. pro Flac. 28. Vnū hoc
ſic habeto, &c. ep. 21. De me autem ſic habetote. de Amic. 9. Hoc
eſt, Quod ad me attineat, ita intelligitote. Ipſe Romam venirē,
vt vna eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberem. Att. 12.
64. Quia febrem non haberem, fugi in Tuſculanum. ad Gallum,
lib. 7. 27. 1. Cum ego me non belle haberem. Att. 74. Sed ut quā
facillimos ad te additus haberet. ad Cur. l. 13. 80. Quo mihi cū
Cæſar ad oppidum caſtra haberet, tutum iter eſſe non arbitra-
bar Att. 8. 159. 4. & lib. 9. 187. 1. Cum ille haberet filium delica-
tiorem. de or. 132. Clamare cœperunt, ſibi ut haberet hæreditatē
in Ver. 118. Et cum ad beatam uitam nullum momentū res habe
ret, ad appetitionem autem rerum eſſe in his momenta dice-
ret. 4. de Fin. 78. Itaque cum reſpectum ad Senatum & ad bonos
non haberet, eam, &c. 5. Phil. 199. Quod quidem ni ita ſe habe
ret, ut, &c. de Sen. 75. Nam nihil eſſet in poteſtate noſtra, ſi res
ita ſe haberet. de Fato, 142. Quæ cū ita ſe res haberet, tamē, &c.
in Verr. 133. Vt deos haberemus æternos & beatos, inſculpſit in
mentibus natura. de Nat. d. 1. 33. Cum illud edictum repente ū
berrimum, & quæſtuoſiſſimum naſcitur, ut ante Calen. Sext. om
nes decumas ad aquam deportatas haberent. 5. Verr. 28. Cū dies
quinque ad Cybiſtra Cappadocię caſtra habuiſſem, certior ſum
factus, &c. Att. 5. 39. Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quē tu
me hominem putares? Attic. 93. Quem bonum ciuem ſemper ha
buiſſet, bonum uirum eſſe pateretur. ad Lent. lib. 1. 9. 28. An iſte
vnquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de nobis malam opi
nionem animo imbibiſſet? 2. Ver. 27. Magnum fac habeas animū
& ſpem bonā. ad Qu. f. 1. 2. 27. Omnes centurias multis & variis
amicitiis cura vt confirmatas habeas. de Pet. 209. Peto ut eū cō
plectare, diligas, in tuis habeas. 13. fam. 103. Poſtremo totā ita
iam fac vt in animo & memoria tibi diſtributam comprehen-
ſamque habeas. de Pet. 209. Mearum reliquarum rerum, maxi
meque exiſtimationis meæ procurationem ſuſceptam uelim ha
beas. Paulo, libro 15. 36. de Nat. d. 1. 3 Quis eſt omnium qui mo
do cum muſis, id eſt, cum humanitate & cum doctrinā habeat ali
quod commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quā
illum tyrannum? 5. Tuſ. 49. Orator habeat omnes philoſophiæ
notos & tractatos locos. de or. 207. Habeat mors neceſſitatem
fati. 12. Phil. 341. Scire igitur aueo quomodo res ſe habeat. Att.
117. Præclare enim ſe res habeat, ſi, &c. de or. 94. Alio loco, ut ſe
tota res habeat, demonſtrabitur. in Verr. 3. Quare ſibi habeant
ſapientię nomen & inuidioſum & obſcurum. de Amic. 17. Hi ſe
habeant, quæcunque in equite Romano dignitas eſſe poteſt, eā
ſemper in Marco Cælio habitam eſſe ſummam, hodieque habe
ri ab omnibus. pro Cæl. 38. Sed cum ſacerdotes deorum vaca-
tionem habeant: quanto eſt æquius habere ipſos deos? 4. Acad.
117. Quid in animo habuerim, cū Lernus diſceſſit a me, ea co
potuiſti cognoſcere. ep. 134. Sed tamen diſtinebar, ut uix huic
tantulæ epiſtulæ tempus habuerim. Att. 1. 9. 1. Et quam oratio-
nem Pompeius habuerit tecum, quamque oſtenderit uolunta-
tem, &c. fac mihi preſcribas. Cælius Cic. 8. 1. 8. Habere acerbita
tem. pro Planc. 32. Habere a natura adiumenta rerum gerenda
rum. off. 1. 103. ut ſunt eloquentia, prudentia, dexteritas, conſtā
tia, & animus excelſus. Habere aditum aures. pro Domo ſua, 2.
popularem admirationem. 7. fam. 2. 1. Phil. 4. & pro Marcel. 15.
æs alienum. 6. Verr. 9. 5. fam. 15. æſtimationem. 4. Verr. 91. Sed
plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem
uolunt, quales ipſi eſſe non poſſunt, quæque ipſi nō tribuūt ami
cis, hæc ab his deſiderant. de Amic. 69. Habere amorem erga ali
quem. 9. fam. 29. amorem in Remp. pro Domo ſua, 79. animum
ad audaciam. 5. Verr. 68. animum de Rep. 10. fam. 9. animos ali-
quorum inimicos. in Ver. 273. arma. 1. Phil. 25. aſpectum atque
formam deformem. off. 1. 77. Minimam auctoritatem. 2. de Fin.
92. auctoritatem uetuſtatis. Diu. 1. 33. pro Flac. 31. Is etſi mihi
nuntiauit te plane febri carere, & belle habere: tamen, &c. ad Ti
ronem, l. 16. 13. 1. Habere bellum. 5. Phil. 203. & 11. 298 beneficiū
ab aliquo. pro Sext. 41. & 3. Phil. 131. Iſte Epicratis bona Bidi
nos omnia poſſidere, & ſibi habere iuſſit. 4. Verr. 43. Quarta re
ſtat cauſa, quæ maxime angere, atque ſolicitam habere noſtram
ætatem uidetur, appropinquatio mortis. de Sen. 61. Habere ca
ſtra in templis. ad octau. 45. Prope muros caſtra. 2. de Ion. 214.
cauſam meliorem aut parem. pro Ligar. 6. 13. fam. 80. cauſam
ueram. Att. 9. 188. 7. pro Quint. 59. pro Clu. 66. cathenas. 7. Ver.
86. cenſum. 4. Verr. 91. Antiochum claſſes prohiberet. in Ant.
221. cogitationem de aliqua re. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 61. commen
dationem apud aliquem. 15. f. 37. comitia. in Rull 33. pro Mure.
48. pro Planc. 39. & 2. Philip. 87. comitia conſulibus rogandis.
Diu. 1. 32. coniunctionem gratię cum aliquo. 8. Phil. 47. coniu
ratione. in Cat. 78. conſilium plebis. 1. de Inu. 157. cum aliquo
conſtitutum. 12. Att. 31. cupiditatem honeſtatis. pro Syl. 55. cu
piditates bonitas. de Fin. 2. 20. Cum. n. uirtutis hoc proprium ſit,
earum rerum quæ ſecundum naturā ſint, habere delectum, &c.
3. de Fin. 19. pro Murena, 40. & in Piſ. 7. Habere delectationem
uel ſalutem. 6. famil 42. 1. Att. 14. deliberationes de re aliqua.
1. Phil. 1. depopulationes, uaſtationes, cædes, rapinas. 5. Phil. 81.
dialogū. Att. 28 διαλόγους cū aliquo. At. 70. difficultatē. 13. Att.
45. dignitatē uel opportunitatem. 8. Att. 31. diligentiam. 7. Ver.
34. diſcrimen in alicuius capite. 7. fam. 7. dolorem pro Mur. 80.
dolorem proprium 8. Phil. 246. Hæc autem habere dubia, neque
his ita confidere, vt moueri non poſſint, abhorrere a ſapientia
plurimum. 4. Acad. q. 57. Habere duritiem animi, aut impuden
tiam oculorum. pro D. ſua, 77. ſapientem excuſationem. 8. Atti.
40. duas expectationes. 7. Atti. 51. factionem teſtamenti. Treba
tio, li. 7. 22. 2. facultatem efficiendi. off. 105. 1. fam. 18. falſa pro
ueris. Cat. 62. fidas familiaritates amicorum. off. 2. 42. fidem al
teri addictam pecunia. in Verr. 125. fidem pretio addictam. in
Verr. 124. finem motus. Tuſ. 1. 44. finem uiuendi. Tuſc. 1. 44 παῦ-
λαν ἔχειν ζωῆς fundum conductum de aliquo. pro Cæc. 68. glo
riam. pro Marc 15. gratiam. 3. Phil. 16 pro, gratum & acceptum
eſſe. alicui maximam gratiam. Tuſc. 1. 90. off. 2. 101. gratulatio
nes. pro Mil. 75. Genus autem hoc ſermonum poſitum in homi
num ueterum auctoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo
pacto uidetur habere grauitatis. de Amic. 4. guſtum laudis. 2.
Phil. 120. honorem alicuius. 9 Phil. 257. honorem alieni. 13. fa.
85. & 5. 55. ad Brut. 36. honorem medico. 16. fam. 11. ignominiā
6 Phil. 208. imperium. pro Ligar. 14. impunitatem & licentiam.
pro Mil. 64. in ore & amore. 10. fam. 60. Illa conſolatio quam
ſemper in ore atque in animo debemus. ep. 71. in iudicium. pro
Roſc. Com. 29. in monimentis. pro D. ſua, 108. Oportet igitur
& ea quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu ha-
bere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 44. & Tuſc. 3. 47. Habere in ſe omnes
numeros veritatis. Diu. 1. 24. in ſe omnia præſidia bene beate-
que uiuendi. Tuſc. 5. 16. in ſinu de haruſp. reſp. 47. in ſumptus. 9.
fa. 47. in uirtute aliquid pro Deiot. 26. infamiam. pro Flac. 73.
uidetur iſta res iniquitatem, ſi imperare uelis, difficultatem, ſi ro
gare. in Cat. 119. intelligentiam turis. 9. Phil. 263. Aliique com
plures, Cæſarem iter Capuam. Att. 8. 34. Sub. dixerunt. iter ex
loco aliquo. 3. Att. 2. iudicium de re aliqua. 15. Att. 4. pro Plan.
76. 3. in Verr. 98. & 4. 51. iudicium populi. 1. Phil. 26. laudem. 2.
de or. 186. pro Planc. 54. laudes de aliquo. 13. Att. 51. Docemur
authoritate legum domitas habere libidines, coercere omnes
cupiditates. de or. 101. Habere laudum. 9. fam. 43. malum. 7. Att.
10. mandatum de rebus omnibus. 4. fam. 3. miſericordiam. pro
Mur. 79. eadem monumenta maiorum. off. 1. 79. moram. 6. Phil.
209. naturam & conditionem. pro Marcel. 4. nauci aliquem. Diu.
1. 111. neceſſitudines in aliqua tribu. pro Planc. 31. negotium in
re aliqua. 5. fam. 14. negotium vel controuerſiam. 3. Verr. 18. no
tationem & delectum iudicum. 5. Phil. 173. notitiam aliquam
dei. 1. de Leg. 36. numerum. 7. Verr. 57. omnes numeros. Off. 3.
28. ideſt, perfectum atque abſolutum eſſe. odium in aliquem. pro
Clu. 121. & in Vatin. 4. 3. ad Quint. fra. 38. odium rei alicuius. 5.
Phil. 192. oſtenſionem. de Prouinc. Conſul. 23. onus. 5. Verr 3. &
7. 31. Opinionem aliquam de moribus alicuius habere. de Ami-
citia, 30. 13. Att. 10. ideſt, bene exiſtimare de aliquo. opinionem
rerum. 4. Att. 44. opus magnum in manibus. Acad. q. edit. 2. li. 2.
2. Id ego in eam partem accepi: hęc oppida atque oram mariti
mam illam pro derelicto habere. &c. Att. 8. 145. 2. pacē. 2. Phil.
93 Pecuniam ſibi eſſe in nominibus ille clamat, numeratā in prę
ſentia non habere. 7. Verr. 14. pœnam. in Piſ. 75. portum uel ſcri
pturam. 4. Verr. 123. poteſtatem. 11. Phil 293. id eſt, poſſe. rega
lem poteſtatem. de haruſp. reſponſ. 50. Poteſtatem ſummam. 2.
Verr. 19. pro Roſc. Am. 17. Diligentius habere dico Seruilium
prædam Populi Rom. quam te tua facta notata atque deſcripta.
in Verr.

Ver.87.præſidium ab aliquo.11.1.lib.303.pretium.5.Verr.195. Pro beneficio. Brutus Cic.16.4. pro nihilo.pro D.ſua, 31.& 1. Phil.11.prouinciam.5.Ver.180.3.fam.4.Mortis paternæ de ſeruis paternis quæſtionem habere filio non licet.pro Roſc. Am. 47.Quæſtionem de uiri morte inſtituit. pro Clu. 139. Verberibus ac tormentis quæſtionem habere pecuniæ publicæ.11. Phil. 292.quartanam.8.Att.18.querelam.10.fam.60.1.ad Qu.fr.36. querimoniam.7.Verr.58.rationem abſentis.Att.276.alicuius rationem.4.Verr.2.Quod poſtea quam iſte cognouit,hanc habere rationem cœpit.7.Verr.80.Cum omnibus muſis rationem habere cogito.Att.2.17.4.Verr.136.Rationem habere cum terra. de Sen.46.id eſt, colere terram cum quadam ueluti agriculturæ ratione.Habere dierum rationem.8.Att.29.pro,dies ſupputare. rationem dignitatis.ad Lentul.lib.1.4.5.Deos piorum & impiorum rationem.2.de Leg.13.rationem ſalutis ſuæ explicatam.6. fa.2.rationem ualetudinis.de Fin.2.53.rationem & numerum. 7.Verr.57.pro, numerum meminiſſe.recordationem iuriſiurandi.6.Att.18.religionem.pro Dom.ſua,96.aliquam rem certam. Acad.q.edit.1.lib.2.98.rem communem cum aliquo.ep.144.rē religioni.2.de Diu.130.Sed tamen nec ille qui dixit,iurare poſſet,ita ſe rē habere.neque ego.4.Aca.220.enim quæſtui Remp. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium.2.off. 214.rogationes neceſſarias.6.fam.40.ſacerdotium.4.Verr.88. ſapientiam aut ſanitatem.pro Marcel.19.ſapientiam iunctam eloquentiæ.de Orat.156.Satis ætatis & roboris.pro Roſc. Am. 88.ſatis negotii re aliqua facienda.6.Att.22.ſcholas.Tuſc.1.6. id eſt,diſputationes & controuerſias,quæ in ſcholis inter doctorem & auditorem otioſe agitari ſolent.ſcientiam.2.Phil.35.Longe alites ſe,ac ſenſibus uideatur.4.Acad.181.Quamquam uidebatur ſe non grauiter habere,tamen ſum ſolicitus.Att.7.122.3. Senatum.Brut.115.3.Phil.129.ſeruitutem.4.Att.21.pro,ſeruire.ſignificationem rei alicuius.5.fam.16.Simiam in deliciis.1. de Diu.129.Att.6.111.28.Cum matre ſimultates.pro Clu.69.ſuſceptas ſimultates.1.ad Qu.fr.14.ſummam ſpeciem ac dignitatem.de Pet.Conſ.34.ſpeciem ciuis.11.Phil.292.ſpecimen boneſti.Off.3.10.ſpem ab aliquo.in Piſ.8.ſpem ad uincendum.15. Att.37.Redeamus ad noſtros, de quibus tu bonam ſpem te ſignificas.Att.15.321.3.ſpem de aliqua re.13.fa.89.ſpem facultatū. 5.fam.60.ſpem in aliquo.pro Qu.3.& poſt reditū in Senatu,8. ſpem in manibus.2.Verr.10.In nouis Tribu.plebis intelligo ſpem te.ad Terentiam,lib.14.2.3.ſpem rei alicuius agendæ. 24.fam.12.ſplendorem hominum uoluntateſque.de Petitione Conſ.33.ſtudia innumerabilia.3.fa.36.Hunc filii loco & illius & veſtro iudicio ſubſtitutum nō proinde habere,turpe mihi uidetur.Plancus Cic.10.24.12.ſuſpicionem de aliquo.13.fa.42. ſuſpitionem coitionis.pro Plan.43.tempus diſtributum,ut prima pars,&c.in Vec.73.teſtimonium.5.Phil.191.timorem.pro Mil.2.tribum.6.Phil.212.verba.de or.126.vitam alicuius perſpectam.ep.167.Virtutē in manibus.de Ami.85.virum.3.verr. 43.viſum inſignem & illuſtrem.de Nat.d.1.10.vitam ab aliquo. 2.Phil.72.Vocem uænalem.pro Quint.7.voces.pro Mur.47.Voluntatem ad aliquem opprimendum.pro Font.25.vſum ualere ingenio.13.fam.31.Nam & qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaq. belua uſum habere poſſemus, homines certe fuerunt.2.off.19.vſum in re aliqua.10.Phil.271.Vſum multarum rerum habere.de Ami.6.Qui non intelligit iſtum ſibi quæſtui prædæque habuiſſe bona,poſſeſſiones,fortunas aratorū?5.Verr. 59.nunc quas tu conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? off.69.Eos uoluntatem ſemper eandem, libertatem eandem nō ſemper habuiſſe.pro Sex.18.Neminem omniū tot ac tanta, quā in eſſent in Craſſo,habuiſſe ornamenta dicendi.de or.119.

Habeo, *cum infinitiuo.*

Audire habeo quid hic ſentiat.de or. Neque uero eos ſolum conuenire habeo,quos cognoui,ſed etiam illos de quibus audiui & legi.de Sen.75.id eſt, conueniendum eſt mihi eos. Habeo dicere,quem contra morem maiorum,minorem annis ſexaginta de ponte in Tyberim deiecerit pro Roſcio Am.61. De Alexandrina re,cauſaque regia tātum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſque præſentibus,cumulate ſatisfacturum.Lent.lib.1.11. De repub.nihil habeo ad te ſcribere,niſi ſummum odium omnium hominum in eos qui tenēt omnia.Att.2.38.6.Eo minus habeo neceſſe ſcribere,quid ſim facturus.Att.155.Quid habes igitur de cauſa dicere?in Part.6. Quid habemus igitur dicere de Gaditano fœdere?pro Cornel. Balb. 26. De noſtris ſomniis quid habemus dicere?2.de Diu.203.Quartus,Nilo patre,quem Aegyptii nefas habent nominare.3.de Nat.d.76.Hæc fere dicere habui de natura deorum.3.de Nat.d.70. Non habebimus neceſſe ſemper concludere.Part.234.Ne quotieſcunque potueris dictum dici, neceſſe habeamus dicere.de or.131.Quid enim dicere habeant Acad.q.ed.1.lib.2.41.

Habere, *cum adiectiuis & ſubſtantiuis.*

Non habeo certum 4.Att.52.pro, non certo ſcio.Quantum ex tuis literis habeo cognitum.ep.255. Omnes habeo cognitos ſenſus adoleſcētis:nihil eſt illi R.pub.charius.in Ant.204.Clodii animum perſpectum habeo,cognitum,iudicatū.ad Brut.1.3. Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo.7.Att.58. De quibus habeo ipſe quid ſentiam,non habeo autem quid tibi aſſentiar.de Nat.d.72.Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem.ep.22.Habeo quod uolo.Acad.q.edit.1.lib.2.34.Sed ad hęc,niſi moleſtum eſt,habeo quæ uelim.de Fin.1.21.Eſt enim mihi utendum quibuſdam rebus ex iis libris eſt, quos in manibus habeo.Att.4.83.1.ideſt, quos tracto uel compono. Eum nōdum habes ſatis cognitum.ep.211.Qui ea multo,quam nos,habes notiora.or.207.Quæ habes inſtituta,perpolies.epiſt.69.& 115.Domus tua,& quidquid habes aliud, eſt Cereri conſecratū. pro D.ſua.238.Habet exploratum,fore ſe ſemper, &c. de N.d. 1.37.Quos bonos uiros,&c.ſi ullam aliam probauiſſent,præter eam quę nihil aliud in bonis habet, niſi honeſtum, nihil turpe in malis?3 de Fin.17.Nihil habet negotii.de Nat.d.1.72.Nam priuſquam inſecta gleba eſt,locus ille nihil habet religionis.de Leg.181.Hæc enim fere tū habemus in promptu, Nihil oportere inopinatum uideri.3.Tuſc.92.Quid habemus in rebus bonis & malis exploratiʔ 4.Acad.232.Quorum habetis cognitam uoluntatem in Rempub.in Ant.248.Hæc & innumerabilia quę collecta habent Stoici.de Diu.138.Noſtri nihil in bello ſine extis agunt,nihil ſine auſpiciis domi habent.de Diu.100.Hodie omnes ſic habent perſuaſum,iſtum,&c in Verr.248.Mecum uero habent litium,qui ipſorum diſciplinam ſequor?4.Acad.174. At moroſitas tamen,& ea uitia quæ dixi, habent aliquid excuſationis,non illius quidem iuſtæ,ſed quæ probari poſſe uideatur. de Sen.60.Metuebant eum ſerui,uerebantur liberi, charum omnes habebant;uigebat in illa domo patrius mos & diſciplina. de Sen 33.hæc habui de amicitia quæ dicerem: uos autem hortor ut ita uirtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt. de Am.86. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.ad Brut.5.2.habeas eos a me commendatiſſimos.12.fam. 57. Primum me Conſulem id ſperare deſiſtat: deinde habeat meipſum ſibi documento, quem equeſtri ortum loco Cōſulem uidet,&c.pro L.Agr.17.Perfecta quidem ſapientia ſumus,ſi nihil habeat res uitii.de Amic.36. Dubitas igitur quin nos in hoſtium numero habeat?Att.10.208.6.ideſt, reputet inimicos. hoc opinor primum, ne quotieſcunque potuerit dictum dici neceſſe habeamus dicere.2.de or.135.habeatis ſane uobiſcum iſtū. In Verr.124.Deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide,Mihi ſex menſes ſatis ſunt uitæ, ſeptimū Orco ſpondeo.2.de Fin.38.& 3.58. Vt habeant paratum quid quaque de re dicant de or.122.habere aliquem cognitum.13.f. 33.aliquem ſibi commendatum.13.fam.86.aliquem ſuis copiis deuinctum.pro Cœl.28.aliquem implicatum conſuetudine.6. fam.39.In honore aliquem.7.Att.12.aliquem in loco patrui. 2.Phil.98.aliquem in manibus.1.fam.36.ideſt, colere. aliquem in metu 6.Att.12.aliquem in numero ſapientum.de Nat.d.9. aliquem incluſum 6.Att.27.aliquem iuſtum uel acerbum.1.f.8. Semper in manibus librum aliquem habere.2.Tuſc.106.ideſt,legere & attrectare ſemper eum librum.Aliquem patris loco.ad Brut.17.1.aliquem miſerum.pro Flac.55.aliquem obligatum beneficiis.2.Phil.121.aliquē ſollicitum.6.f.44.Certi aliquid.1. de N.d.22.aliquid cognitū.5.Phil.200.aliquid dimēſum & exædificatum.1.Att.13.aliquid gratū acceptumq.Tuſ.5.34.aliquid in deliciis.Diu.1.67.In ore aliquid in perditis & deſperatis.ad Thermū.lib.13.77.ideſt,pro,perditis & deſperatis.aliquid in maximis rebus & neceſſariis.5.Att.10.aliquid in ſpe.12.Att.41.aliquid perceptum,cōprehenſum,cognitum. de Fin.5.69.aliquid populare.8.Att.11.i.populariter facere. aliquid promptum uultu & lingua.pro Planc.58.aliquid reconditum.in Verr.204.aliquid religionis.off.43.certum de aliquo.12.fam.9.clauſa conſilia.5.in Ver.52.Cognitam amicitiam.de Amic.48.Satis mihi uidebar habere cognitū Scæuolam ex iis rebus, quas,&c.de cl. or.177.Cum exploratum habere cœpero,Cæſarem,&c.Att.275. Quid enim ſtultius,quam incerta pro certis habere,& falſa pro ueris?de Sen.62.Nihil comprehenſi habere,percepti,cogniti,cōſtituti.4.Acad.48.quid a quopiam commendatum.15.fam.15. quid cognitum,perſpectum,iudicatum.ad Brut.1.15.fam.50,& 15.38.quid ſtatuti.12.fam.55.ſpectatam alicuius fidem.1.Ver. 7.Cæſar diutius uelle uidetur eos habere ſolicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictatum.epiſto.90.

Habuiſſe aliquem uinctum, clauſumque cuſtodiis.in Verr. 270.
Habetur iam pro certo.8.fam.11.in ep.Cæl.Imperat Centuripi-
nus,ut is uictu, exercitiſque rebus quam liberaliſſime commodiſ
ſimeque habeatur.7.Verr 56.Habeatur ſane Orator, ſed de mi-
noribus.de Opt.gen.Or.146.Hoc eſt exiſtimetur. Sic habeatur
deorum ortus. de Vniu. 49. Interuenit nonnullorum querelis,
quæ apud me de illo ipſo habebātur.ad Qu.fr.1.2.3. Fides huic
defenſioni non haberetur.6. Verr. Curio miſi,ut medico honos
haberetur.Tironi,lib.16.9.7.Quare ne tibi hunc honorem a me
haberi forte mirere.in Vatinium, 1. Niſi forte Demetrius Pha-
lereus in hoc numero haberi poteſt.Off. 1. 5. Haberi in numero
bonorum uirorum.pro Roſc.Am.69. Haberi in omnes partes di
citur oratio.Tuſc.5.61.id alias dicitur, Dicere in utranque partē
Cum his hæc haberi oratio poteſt.pro D. ſua, Haberi uia & ra-
tione dicitur oratio.de Fin.lib.2.3. Conſecuti ſunt dies Comi-
tiales,per quos Senatus haberi non poterat. ad Qu.fr.2.6.4.An
partus ancillæ in fructu habendus?de Fin.5.Neque enim ille ex
ternus aut aduentitius habendus eſt te por.de Nat.d.2.20.Lege
autem carens ciuitas, eſtne ob ipſum habenda nullo loco? 2. de
Leg.21.Omni pondere honeſtas grauior habēda, quam reliqua
omnia.3.off.45.Quoniam non eſt nobis hęc oratio habenda,aut
cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agreſtium.
pro Mur.138. Quamquam non tam dicendi mihi ratio habenda
fuit,quam audiendi.de Nat.d. 13. Omni igitur hac in re haben
da ratio & diligentia eſt:primum ut monitio acerbitate, deinde
ut iurgatio contumelia careat,de Amic. 75. Iam miſſo officio,
periculi ratio habenda eſt.Att.li.10.197.7. Habenda ratio ualetu
dinis,utendum exercitationibus modicis.de Senect.32.2. de Fi.
103. Voluptas (quæ plurimorum patrociniis defenditur)in re-
bus bonis habenda non eſt.in Parad.17.Nec tamen ut hoc fugiē
dum eſt,ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando & ne
farium,impiumque defendere.2.off.72.Sic habendum eſt,nullā
in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blandi-
tias,aſſentationem.de Amic.76.Quod cum Gracchus pomœriū
poſtea intraſſet, habendi Senatus cauſa,in redeundo, &c. 2. de
Nat.d.9.3.Phil.145.Dum eſſent nonnulli qui ei regi minorem
fidem habendam putarent.Senatui,lib.15. 1.4. Quorſum hæc?
ut intelligatis,ſi uoluptatem aſpernari ratione & ſapientia non
poſſumus,magnam habendam ſenectuti gratiam, quę effecerit,
ut id non liberet,quod non oporteret.de Sen.38.In cenſu habē
do poteſtas omnis exiſtimationis habendæ, ſummæque faciun.
dę Cenſori permittitur.4.Verr.91.Ex literis enim C. Panſæ, A.
Hircii c o s s.C.Cæſaris Proprętoris de honore diis immorta-
libus habendo ſententias diximus.14.Phil.399.Omnia quæ ſe
cundum naturam fiunt,ſunt habenda in bonis.de Sen.91.Equi-
dem etiam illud mihi animum aduertiſſe uideor, &c.te non tam
res geſtas,quam mores,inſtituta, atque uitam imperatorum ſpe
ctare ſolere in habendis aut non habendis honoribus. ad Cato-
nem,lib.15. 4. 45. Octauius omnes bonos ſecum habiturus eſt.
Att.257.Et ita dicam, ut ſi me in ea querimonia, quam ſum ha
biturus de iſtius crudelitate, & de ciuiū Rom.indigniſſima mor
te,&c.7.Ver.58.Hęc ingreſſio mea, aut reprehenſionis aliquid,
aut certe admirationis habitura eſt.Or.197.Quapropter a na-
tura mihi uidetur potius, quam ab imbecillitate orta amicitia,
& applicatione animi magis, cum quodam ſenſu amandi,quam
cogitatione,quantum illa res utilitatis eſſet habitura. de Amic.
26.Hanc præſcriptionem eſſe naturæ: a qua qui aberrauiſſet, eū
nunquam quid in uita ſequeretur,habiturum.4. Acad.154.Pręſertim cum ipſe nō deducendo Falcidium, iudicium feceris,plus
falſam epiſtolam habituram ponderis, quam ipſius præſentis fa
ctam uocem.pro Flac. 72. Is dixit ſe vſque ad Calend.Maias ad
vrbem exercitum habiturum.in Ant.168.Seuerus Antiſtius iu-
diciorum cauſam ſuſcepit, antiquiſſimamque ſe habiturum di-
xit.ad Qu.fr.2.5.5. Mori millies pręſtitit, quam hæc pati, quæ
mihi uidentur habitura etiam vetuſtatem.Att.14.30.5.5.id eſt,
quæ longe etiam ad poſteros memoriam habitura ſunt. Has li-
teras velim exiſtimes fœderis habituras eſſe uim.ad Licinium,
lib.5.8.13.

Habitus.

Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram,habitus eſt indo
ctior.1. Tuſc. 4. Eodemque in genere eſt habitus M. Octauius.
de Cl. or. 173. Hic oratorum in numero eſt habitus.de Cl. Or.
171.Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt.de Cl.173.
Nulla eſt altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. de
Cl.Or.179.Habita de vniuerſitate oratio.de Vni.65.Ratio pro
creandi habita eſt a natura. 3. de Fin. 95. Tum eius elegans eſt
habitum orationis genus. de Cl. 173. Scæuola expoſuit nobis
ſermonem Lælii de Amicitia habitum ab illo ſecum & cum al-
tero genero C. Fannio M. F. paucis diebus poſt mortem Africa
ni.de Amic.3.3.de Fin.3.1.off.188.7.Verr.80. Non ſolum ſibi
poteſtatem datam, verumetiam fidem habitam eſſe meminiſſe.
pro Clu. 128. Dalmatæ ſemper ſunt habiti bellicoſi. epiſt. 67.
Iſque eſt eo numero, qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti
atque dicti. pro Arch. 191. Quæſtiones in Senatu habitæ. pro
Marc.141. Multiſque verbis vltro citroque habitis, ille nobis
eſt conſumptus dies.in Somn.Scip.3.Sapientis eſt habitum tem
pori cedere.ep.54.id eſt, neceſſitati parere.

Hab itus.

Iuſtitia eſt habitus animi, &c. de Inu. 82. Habitus eſt animi
aut corporis conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio: vt virtu
tis aut artis perceptio alicuius,aut quæuis ſcientia.1.de Inu. 53.
& 2. 141. Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmi
tas corporis,procerum & tenue collum,qui habitus, & quæ figu
ra non procul abeſt a vitæ periculo.de Cl.170.Habitus in aliqua
perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit,
quo in genere virtus,ſcientia.de Inu.65. Habitus mentis. Tuſc.
1.65.Habitus naturæ.pro Arch.11. Habitus oris & uultus.3.de
Fin.44.Oris quidem habitus,ad vitæ firmitatem nihil pertinet.
de Nat. deor. 1. 70. Orationis eius tamquam habitus erat non
inurbanus.de Cl.or.185. Inerat in illa magnitudine ætas atque
habitus uirginalis. 6. Verr. 66. Habitus uirtutis per ſe præcla
rus.Academicarum quæſtio.edit.2.lib.1.27.Habitus,ut facile &
cito iraſcatur.Top.22. Natura nunquam ſe deſerit, aut partem
aliquam ſui,aut eius partis habitum,aut vim.de Fin. 113. Quæ
induſtria comparantur, ad habitum pertinent.de Inu. 50. Cum
cum ad rationis habitum perduxerit.de Fin.114. Cum pecudum
exta in eundem habitum ſe coloremque conuerterint. de Diu.
114.Himera in muliebrem figuram habitumque formata.4.Ver.
60. Si habitum orationis & quaſi colorem aliquem requiritis.
de or. 161. Habitu extorum & colore declarari futura. de Diu.
114. Exta quorum ex habitu & colore futura percipiuntur. de
Diu. 107. Prudens ex ipſius habitu, non ex aliqua re externa
iudicandus eſt.de L. 165. Homines ſine doctrina, naturę ipſius
habitu prope diuino,per ſe ipſos & moderatos & graues extitiſſe
ſe fateor. pro Arch. poeta, 11. Cum Quintus Metellus floreret
integerrima ætate,optimo habitu, maximis uiribus, ereptus eſt
vniuerſæ ciuitati.pro Cęl.50.Non habitu ſolido,ſed lineamen
tis duntaxat extremis inſinxiſſet.de Nat.deor.1. 8. Habitus corpo
ris moderati ęquabileſque. de Fin.lib. 5. 32. Qui non tam habi
tus corporis optimos, quam gracilitates conſectantur. de Cl.
Orat.170.

Habitudo.

Corporis bonam habitudinem tumor imitatur. ad Heren-
nium,27.

Habilis.

Natura hominibus figuram corporis habilem & aptam hu-
mano ingenio dedit. de Legib.161. Res aptę, habiles,& ad na-
turam accommodæ. 4. de Fin. 90. Sunt autem ita quidam natu
ræ muneribus in hiſdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati,
ſed ab aliquo deo ficti eſſe videantur.de or. 94. Si mihi calceos
Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamuis eſſent habiles & apti
ad pedem,quia non eſſent viriles.1.de or.118.

Habilitas.

Omitto opportunitates,habilitateſque reliqui corporis, mo
derationem vocis,&c.1.de Leg.40.

Habeſſit, *pro Habeat.*

Separatim nemo habeſſit deos,neve nouos,ſed ne aduenas, ni
ſi publice aſcitos,priuatim colunto.2.de Leg.31.

Habito.

Cuius in ædiculis habitat decem millibus.pro Cęl. 40. Dio
dorus,quem a puero audiui,qui mecum uiuit tot annos, qui ha
bitat apud me. Academic. q. 205. Hic etiam fautores Antonii,
quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores uidebam. 12.
Philip.320.Hoc eſt,quos ſemper intueor.Is Lilybei multos iam
annos habitabat. in Verr. 208. Vbi habitabat olim ſtomachus.
4.Att.46. Diſerti quidem Q.Varius,C.Carbo,Cn.Pompeius,
& ii quidem habitabant in roſtris.de Cl. or. 169. Stulte Aqui
nates,ſed tamen in uita habitabant.in Ant. 180. Apud me habi
tauit,mecum fuit,&c. 7. Verr. 61. Diodorus habitauit apud me,
uixitque.de Claris.orat. 194.& pro Cęl. 48.Neque tamen non
in primis bene habitauit, Attic. Habitare in foro.pro Mur. 18.

Abſueris tandiu, ut cum longo interuallo ueneris, cum iis qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. pro Mur. 128. Illi autem qui hoc ſolum colendum putabant, habitarunt in hac vna ratione tractanda. de or. 123. Habitauerat in tenebris tanquam in gurguſtio. de Nat. d. 1. 47. Alioqui quonam modo ille in bonis hærebit, & habitabit ſuis? or. 27. Eius eſſe filiam quæ cum patre habitaret, propterea quod uirum non haberet. 3. Ver. 43. omnes qui habitarent in Sicilia. in Verr. 168. Cum apud eū non modo Thermis ſæpenumero fuiſſet, ſed etiam habitaſſet, 4. Verr. 58. Si eſſent, qui ſub terra ſemper habitauiſſent bonis & illuſtribus domiciliis, &c. de Nat. d. 137. Habitare apud aliquem. Clu. 24. & pernoctare cum aliquo. 5. Tuſc. 97. Viuere & habitare cum aliquo. Att. 14. 318. 1. in carcere. con. Rull. 86. in domo alterius uel ſua in Salluſt. 274. in oculis. pro Planc. 54. in ſacrario Memmio, lib. 13. 2. 1. in ſubſelliis. 1. de Or. 138. Qui poteſt igitur habitare in beata uita ſummi mali metus? de Fin. 84. Iſte laxe & magnifice uoluit. pro Dom. 236. Habitare melius. de Nat. d. 6. Sumptus unius generis obiectus eſt habitationis triginta millibus dixiſtis eum habitare. pro Cęl. 12. Colitur que ea pars urbis, & habitatur frequentiſſime. in Verr. 228. Habitari ait Xenophanes in luna, &c. Acad. q. 31. Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis. de Somn. Scip. 126. Demigrandum potius aliquo, quam habitandum in hac urbe. pro D. 233. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, nō habitandi dedit. de Sen. 76.

Habitans.

Deinde ſine te. Nam Caſtellum munitum habitanti mihi prodeſſet, tranſeunti non eſt neceſſarium. 3. Att. 47. 2.

Habitatio.

Sumptus unius generis obiectus eſt, habitationis, a xx. millibus dixiſtis eum habitare. pro Cęl. 12. Peto a te, &c. ut ei de habitatione accommodes. Memmio, lib. 13. 2. 1.

Habitator.

Ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac cæleſti ac diuina domo. 2. de Nat. d. 131. Homines incolæ atque habitatores 3. de Nat. d. 210. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. ad Q. fr. 2. 12. Att. 15. 323. 2.

Habitabilis.

Tum & habitabiles regiones, & rurſum omni cultu propter vim frigoris aut caloris uacantes? 1. Tuſc. 73.

Hactenus.

Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem. de Nat. d. 1. 18. Niſi uero hactenus iſta formula teſtimonii atque orationis tuæ deſcribi ac diſtingui poteſt, ut Flac. abſenti aliquid ciuitates tribuiſſe dicantur. Lælio pręſenti, &c. nihil obſignaſſe uideantur. pro Flac. 28. Hactenus aliquid egit, ut, &c. 1. de Diu. 22. Hactenus exiſtimo ueſtram cōſolationem recte adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus quibus leuari poſſent moleſtię tuæ epiſt. 47. Hactenus fuit quod cante a me ſcribi poſſet. 11. Att. 7. ideſt, nihil præterea. Amicitiarum ſua cuique permanat ſtabilis & certa poſſeſſio, &c. ſed hęc hactenus. de Amic. 50. Ergo hæc quoque hactenus; redeo ad urbana. ad Att. 75. 12. fam. 63. Top. 11. 9. Att. 19. Hactenus tibi mando. 13. Att. 63. ideſt, nihil præterea. Hæc artem quidem & præcepta dūtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornētur. de or. 119. Caſtenus mihi uideor de amicitia quod ſentirem potuiſſe dicere. de Amic. 24.

Hædus.

Villaque tota locuples eſt, abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. de Sen. 52.

Hædinus.

Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos. pro Mur. 69.

Hæreditas, Hæreditarius. *Vide poſt Hæres.*

Hæreo.

Hęreo in libris. 13. Att. 53. Hæreo ualde in ſcribendo. 13. Att. 52. ideſt, totus ſum in ſcribendo Tu totus hæres in corpore. de Fin. 87. In hac cauſa mihi aqua hæret. ad Qu. fr. 2. 9. 2. Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, ut aiunt. 3. off. 361. In quo etiam Democritus hæret. 1. de Fin. 30. Tamē infixus animo hæret dolor. in Ant. 172. Hæret illa in Repub. turpitudo. pro Sext. 53. Procliuius currit oratio, uenit ad extremum, hæret in ſalebra. 5. de Fin. 144. Tractum a uenatoribus: qui cum in loca confragoſa inciderunt, inſiſtere coguntur. Sunt autem ſalebræ, fluminum aut uiarum obſtacula, a ſaltu dictæ. Terra nona immobilis manent, ima ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum. de Somn. Scipionis, 18. Hærent mihi uiſceribus. Attic. 6. 211. 16. Et tamen illi Phyſici raro admodum, cum hæſit, aliquo loco exclamant, quaſi mente incitati. 4. Acad. 29. In quo nullo modo crimen non hærebat, ſed uix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. pro Cœl. 11. Hærebat nebulo, quo ſe uerteret non habebat. 2. Phil. 81. Credo quod hærebant in memoria quæcūque audierat aut uiderat. 4. Ac. 5. Hærebant in publicis tabulis reus & accuſator. pro Cl. 35. Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas. pro Cęl. 53. Hoc mihi plane hæſit. Att. 145. Heſerunt mihi illa. 9. Att. 36. id eſt, fixa animo habui. Hærebis, neq. ſolus tantam multitudinem ſuſtinere poteris. 8. Att. 47. in ep. Cn. Pompeii. Hærebit auctoritas. 2. 1. Ver. 2. Verum enim horū dixeris, in eo culpæ crimen hærebit. 5. Ver. 88. Alioqui, quonam modo ille in bonis habitabit & hærebit ſuis? or. 27. Memoria tanto rū periculorum in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hęrebit. in Cat. 94. Itaque uſi eadem ratione, qua ſum paulo ante uſus, hærebitis. 4. de Fin. 110. In multis enim nominibus hęrebitis. 3. de Nat. d. 85. Hi in oculis hærebunt, & cum licebit, in faucibus. 13. Phi. 345. Cauendum enim puto eſſe, ne implicatus hęream. 8. ad Att. 48 in ep. Cn. Pomp. Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. pro Cęl. 10. Ve peccatum hęreat non in eo qui monuerit, ſed in eo qui non obtemperauit. 1. de Diu. 30. Vt uideamus terram penitus defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat. Acad. q. 31. Niſi hæſiſſet in eorum animis. Tuſc. 1. 23. Faceto dictū ſtatim ut emiſſum eſt, hærere debet. de or. 129. Quęrere cœpimus, &c. Hærere homo, auerſari, rubere. 4. Verr. 136. Hærere ad metas, pro Cęl. 59. Incurrere in aliquam rem, & in ea hęrere atq; impediri, de Vnn. 39. Neque poteſt hęrere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Cæc. lib. 6. 16. Via hærere in quo ſenex poterat. pro Deiot. 19. Hærere in iure. 1. de or. 84. pro, apud prætorum tribunalia uerſari. Hęrere in medullis & uiſceribus alicuius. 11. Phil. 26. Aliquid hærere in memoria. in Ant. 195. Hærere in pœnis. pro M. l. 42. hærere in re. 3. ad Quin. fra. 17 hærere in eadem commorarique ſententia. or. 209. Neque tamen cum ſe in media ſtultitia, quo nihil peius, hærere intelligunt, ægritudine premūtur. Tuſ. 205. Maluit peccatum ſuum confiteri, quam hærere in Repub. religionem. de Nat. d. 2. 9. Poteſt hoc homini huic hærere peccatum? pro Roſcio Com. 9. hærere ſuis radicibus. Acad. q. ed. 1. li. 2. 113. Cogitate in his iniquitatibus unum hæſiſſe Apollonium, cæteros ea incommodis pecunia ſe liberaſſe. 7. Verr. 19.

Hærens.

Linguam autem ad radices eius hærens, excipit ſtomachus. 2. de Nat. d. 202. In cæteris ſubuenies, ſi me hęrentem uideris. de Fin. 93. Male hærentes ſcalarum gradus. 6. fam. 27. in ep. A. Cæc. Vitia in aliquo penitus defixa atque hęrentia. de haruſpicum reſpon. 257.

Hæſito.

Dubitant, hęſitant reuocāt ſe interdum. 4. Aca. 96. Quis enim vnquam, &c. hæſitauit ob eam cauſam, quod, &c. de or. 103. Hæſitauerunt in nouis rebus quaſi modo naſcentes. Aca. q. edit. 1. lib. 2. 15. Cum hæſitaret, cum cūctaretur, quæſiui quid dubitaret proficiſci eo, quo iam pridem pararat. in Cat. 34. Aperiēdam eſt igitur quid ſit uoluptas: quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret. 2. de Fin. 30.

Hæſitans.

Carbo hęſitans in maiorū inſtitutis, rudis in iure ciuili. 1. de or. 21. Non multum hæſitans reſpondebo. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 3. Sed ſunt quidam aut ita lingua hæſitantes, aut ita voce abſoni aut ita uultu motuque corporis uaſti atque agreſtes, vt, &c. 1. de or. 57. Hæſitantibus uerbis dicere aliquid. pro D.

Hæſitantia.

Qui propter hæſitantiam linguæ cognomen ex ignominia traxerit. 3. Phil. 135.

Hæſitatio.

Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractuſque uerborum? Appio Pulchro, lib. 4. 12. 3. Noli ignoſcere hæſitationi meę. epiſt. 44.

Hæres.

Auiam tuam Dineam cui tu es hęres. pro Clu. 29. Lucius hęres eſt Marco fratri ſuo. epiſt. 214. Hęres ex parte dimidia eſt & tertia Capito, in ſextāte ſunt hi qui, &c. epiſt. 217. Hęres quod a debitoribus hęreditariis petit, ſibi, non cohęredibus petit. pro Roſc. Comœdo, 32. Hæres poſſitne quod furtum antea factum ſit, recte furti agere. 7. fam. 39. Qui eſſet ſecundum poſthumum & natum & mortuum hæres inſtitutus. 1. de or. 88. pro Clu. 16. Nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum qui ab erant, repentinus hæres ſucceſſerat. 2. Philip. 73. in Verr. 172.

Hæres ſcriptus digitorum percuſſione. Off. 3. 99. Teſtamento facto mulier moritur, facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinnam, ex duabus ſextulis Marcum Fulcinium, Ebutio ſextulā aſpergit. pro Cęc. 12. In his nuper Aonia ea de multorum propinquorum ſententia, pecunioſa mulier, quod cenſa non erat, teſtamento fecit hæredem filiam. 3. Verr. 78. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. 2. Phil. 59. Quem palam hæredem ſemper factitarat, ne nomen quidem præſcripſit. 2. Phil. 59. Inſtituere aliquem ſecundum hæredem. Silio, lib. 13. 62. 1. Heredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium. pro Quint. 8. Cyrus teſtamentum palam fecit, & illum & me hęredem ſcripſit. pro Mil. 36. Poſſetne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim? de or. 99. Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniā a filio, ſiqui natus eſſet: ab ſecundo hærede nihil legat. pro Cluent. 25. Qui patre nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia. in Salluſt. 274. Qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt. 1. de Inuent. pro Clu. 24. Hæredes eiuſdem pecuniæ plures diſſimilibus generibus eſſe poſſunt. 2. de Inu. 16. & 169. Hæredem cauſa iuſtiſſima eſt, ut ſacris patrisfamil. mortui aſtringantur: nulla eſt enim perſona, quę ad uicē eius, qui e uita emigrauerit, propius accedat. 2. de Leg. 46. Poſſeſſio hęredum ſecundorum eſt. 1. de Inuent. 167. Q. Turius, &c. hæredes fecit ſimiles ſui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, &c. Cornificio, lib. 12. 25. 7. Quos tamen ſecundos hæredes ſcire uellem. Att. lib. 15. 322. 5. In teſtamento ſcripſit hæredes ſecum M. Craſſum & Quintum Hortenſium. off. 66. Mulier ab hęredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegit. pro Clu. 24.

Hæreditas.

Hæreditas, eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, &c. in Top. 13. Hæreditas alienæ gloriæ. 9. fam. 28. Ad quem & hęreditas huius glorię, & factorum imitatio pertinet. 1. off. 109. Hæreditas nominis, pecuniæ, ſacrorum. pro D. ſua, 28. Optima hæreditas a parentibus traditur liberis, omnique patrimonio pręſtantior, gloria uirtutis rerſique geſtarum. Off. 1. 169. Hæreditas, quæ pupillo uenit. de Inu. 2. 167. Mihi hæreditas a propinquo uenit. in Verr. 81. Res familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos uenit hęreditas. Off. 38. Authoritatē Senatus extare aditæ hæreditatis ſentio. con. Rull. 74. In partem hæreditatis mulieres uocatæ ſunt. pro Cæc. 287. Eamque poteſtatem quaſi iuſtam & legitimam, hæreditatis loco, filio tradidit. 3. de Nat. d. 63. Hæreditatis ſocietas ſimilima eſt. pro Roſ. Com. 32. Cum ipſe hæreditatem patris non adiſſes. Att. 26. & pro Q. Roſ. 54. Tribus modis, ſacris aſtringi hæreditatē. 2. de Le. 47. Ne patiare Eroté Turiū, Qu. Turri libertū, vt adhuc fecit, hæreditatē Turianā auertēre. ad Cornificiū, li. 12. 25. 57. Ariminenſes a populo Ro. hæreditates capere potuiſſe. pro Cęc. 304. Hodie ex teſtamento creui hæreditatem. Att. 271. Galeonis hæreditatem creui. Att. 178. in Rull. 49. Hæreditatem dare. 3. Verr. 83. Cum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam, teſtamēto exhæres filius. 1. de or. 85. obire hęreditatem. de Leg. Agr. 4. Reddere hæreditatem. de Fin. 77. Lepta ueretur, ne non liceat tenere hæreditatem. Att. 13. 295. 4. Aufidius fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit. Att. 86. Hereditate ita ſoluta eo loco res eſt, quaſi ea pecunia legata non eſſet. 2. de Leg. 48. Hæreditate uenire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt 2. de Inuen. 167. Caducæ hęreditates. 10. Phil. 276. Is adiit hæreditates Romanorum ciuium. pro Arch. 187. Hęreditatum obeundarum cauſam, quibus uos legationes dediſtis. cont. Rul. 72. Quas adoptiones, ſicut alias innumerabiles, hęreditates nominis, pecunię, ſacrorum ſecutæ ſunt. pro D. 28.

Hæreditarius.

Hęreditaria auctio conſtituta. pro Cæc. 9. Hæreditaria cōtrouerſia. Brutus ad Cic. 64. Hæreditaria quęſtura. 5. Ver. 152. Aduentitia atque hæreditaria res. 3. Ver. 90. Quod cognomen habes ex nobis adhuc hæreditarium. de Som. Scip. 5. Multæ domus ſine iure hæreditario. de har reſp. 249. In iſtius lenonis turpiſſimi domo ſimul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ornamentis, capitalia ornamenta ponentur? 6. Ver. 621

Hæreſis.

De hæreſi Veſtoriana, & de Pheriorum more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere. Attic. 14. 26. Poſtulabimosq. ex qua hæreſi ui hominibus armatis deiectus ſis, in eā reſtituare. Caſſio, lib. 15. 44. Cato autem perfectus mea ſententia Stoicus, & ea ſentit quæ non ſane probantur in vulgus: & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, &c. Para. 2.

Halitus.

O ante victrices manus, O pectora, o terga, o lacertorum tori: Veſtrone preſſu quondam Nemæua leo Frendens efflauit grauiter extremum halitum? 2. Tuſc. 37.

Hallucinor. *Vide* Allucinor.

Hamatus, *Vide Hamus*,

Hamus.

Plato eſcam malorum, voluptatem appellat, quod ea videlicet capiantur vt hamo piſces. de Sen. 86.

Hamatus.

Hamatis vncinatiſque corpuſculis. 2. Acad. 217.

Hara.

Epicure noſter, ex hara producte, nō ex ſchola, *&c. in Piſ. 87.*

Hariolus, Hariolor, Hariolans, Hariolatio, *Vide* Ariolus, Ariolor, Ariolans, Ariolatio.

Harmonia.

Proxime autem Ariſtoxenus muſicus, idémque philoſophus, ipſius corporis intentionem quamdam uelut in cantu & fidibus, quę harmonia dicitur, &c. 1. Tuſc. 31. Niſi putamus ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras exiſtimat. 3. de Nat. d. 19. Harmoniam autem ex ſonorum interuallis noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio harmonias efficit plures. 2. Tuſcul. 34. de Vniuerſ. 35.

Haruſpex, Haruſpicina, *Vide Aruſpex.*

Haruſpicinus.

Quod Etruſcorum declarant & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales. 1. de Din. 124.

Haſta.

Haſta, pellis caprina, ſcutulum, calceoli repandi, hoſpitę deæ ornatus. de Nat. d. 1. 57. Rullus in ponto haſta poſita, cum ſuis formoſis finitoribus auctionans. con. Rull. 76. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris, bona, &c. bona inquam Cn. Pompeii, magni voci acerbiſſimæ ſubiecta pręconis. 2. Phil. 75. Eſt enim auſus dicere haſta poſita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorū, & locupletum, & certe ciuium, prędam ſuam vendere. 2. Off. 38. Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio, non illa infinita Pompeii haſta ſatiauit. 4. Phil. 158. Iam intelliges aliā cauſam eſſe haſtę Cæſaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ 2. Phil. 102. Euelli iuſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. 2. de Fin. 155. Tres habet conditiones, aut emptionem ab haſta, &c. 12. ad Att. 4. Haſtam in foro ponere, & bona ciuium voci ſubiicere præconis. Off. 2. 122. Quis haſtam illius venditionis uidit? 2. Phil. 102. Cæſarem putabāt moleſte laturum, verentem ne haſta refrixiſſet. ad Caſſium, li. 15. 46. ideſt, auctio bonorum proſcriptorum in deſuetudinem veniſſet, amiſſo tali patrono. Num obſcure videntur prope haſta præconis inſectari Cn. Pōpeii exercitum, qui vænire iubeant eos ipſos agros, &c. de Leg. Agrar. 3. Eminus haſta, cominus gladio uti. de Senect. 81. Videſne tu illū triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas, ſerpit hic tumor. pro Mur. 42. Haſtam abiicere, eſt cauſæ diffidere, & contentionē relinquere. Tranſlatum a militia. deſperat enim quiſquis arma in bello abiicit, & aut fugam ſpectat, aut mortem expectat. Amētatas haſtas torquere. 1. de Or. 125. Iactare haſtas leniter. de Orat. 138.

Haſtatus.

Quod euelli primi haſtati ſignum nō potuerit. de Diu. 2. 53.

Haſtile.

Cum denique Q. Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, haſtili nixus, & animi vim & infirmitatem corporis oſtenderet: &c. pro Rab. perd. reo, 15.

Haud.

Haud hæres eſt Cluentius. pro Clu. 132. Vide quam philoſophus, h. nos fruſtra exiſtimas. Att. 210. Næ tu h. paulo plus, quā quiſquam noſtrum delectationis habuiſti. 7. fam. 3. ideſt, multo plus. H. poteſt grauioribus a me verbis vulnerari, quam, &c. de haruſp. reſp. 243. Quo quidem me proficiſcērem h. ſane quis facile retraxerit. de Sen. 75. Rem h. ſane Scipio & Læli difficilē admirari videmini. de Sen. 4. H. erat ſane quod quiſquam ratione ac doctrina requireret. 3. Tuſc. 3. Cuius ego ciuitatis diſciplinam atque grauitatem non ſolum Græciæ, ſed ſcio an cunctis gētibus anteponendam dicam. pro Flac. 49. De Maſſilia. Eſt enim amicitia nihil aliud, niſi, &c. qua quidē h. ſcio an, excepta ſapientia, quidquam melius homini ſit a diis immortalibus datum. de Amic. 19. Tibi non minus, h. ſcio an magis etiam hoc faciendum eſt.

eſt. Off. 15. Capeſſentibus autem Rempub. nihil minus quam philoſophis, h. ſcio an magis etiam & magnificentia & diſpicien tia adhibenda ſit rerum humanarum quam ſæpe dico. 1. off. 103. H. ſcio an maximum. 9. ſam. 31. H. ſcio an melius fuerit. de Nat. d. 73. Vir ſapientiſſimus atque h. ſcio an omnium præſtantiſſimus. de Nat. d. 2. 9. Atque h. ſcio anne opus ſit quidem, nihil vm quam omnino deeſſe amicis. de Amic. 206. Quē h. ſcio an recte dixerim principem philoſophorum. de Fin. 125.

Haudquaquam.

Haudquaquam boni eſt, ratione vinctum velle diſſoluere. de Vniuerſ. 51. H. ideſt difficile Craſſo. 2. de or. 78. Quorum pater homo prudens & grauis, h. eloquens, ſaluti Reipub. fuit. de or. 88. Suauitas ſermonum atque morum h. mediocre condimentū amicitiæ. de Amic. 108.

Haurio.

Tum Atticus, Tu quidē de fæce, inquit, hauris. de Cl. Or. 187. hauriſt ex ærario ſumptum, ſuppeditat a ſociis. 2. de L. Agr. 43. Vnus pro omnibus hauſi indigniſſimam calamitatem. pro Do. ſua, 24. ideſt, deuoraui & concoxi. In propagatione vitæ, quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates. Tuſc. 1. 71. Vidi enim, vidi, & illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum in vita, cū Q. Metellus abſtraheretur e ſinu gremioq. patriæ. pro M. Cęl. 46. Non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: uerum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. pro Mil. 7. Luctum nos hauſimus maiorem, ille animi non minorem. pro Sext. 54. Non ut interpretes, ſed ut ſolemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque noſtro quantum, quoque modo uidebitur, hauriemus. 1. off. 11. Equidem uobis fontes, unde hauriretis, putaui eſſe demonſtrandos. de Or. 102. Illa quidem certe, q̄ ſūma ſunt, ex quo fonte hauriā ſētio. p Arch. 188. Quid q̄d inde haurias, purū liquidūq. te haurire ſētias. p Cæc. 300. Quoque affluentius uoluptates vndique hauriat, eo grauius ardentiuſque ſitiētem. Tuſ. 5. 13. Vt ea a fontibus potius hauriāt, quam riuulos conſectentur. 1. Aca. 6. Cum idem quoque hauriſit. Varro ad Ciceronem, Artes, quas cum domo haurire non poſſes, accerſiuiſti ex vrbe Athenarum. de Cl. 187. Quem gurgitem? quam uoraginem? quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem bibere non cenſetis? 11. Phil. 296. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit? de haruſp. reſp. 258. Cęterarum artium ſtudia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur. 1. de or. 7. Qui hoc ſentiat, ſi is potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet. de Cl. oc. 159. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leuiter aſperſus. ad Cæc. 6. 6. 20.

Hauſtus.

Aqua ex puteo hauſta. 2. de Diu. 46. Qui cum vidiſſet hauſtā aquam de iugi puteo, terrę motus dixit inſtare. 1. de Diu. 183. Ex diuinitate, unde omnes animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus. 2. de Diu. 39. Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos. de Diu. 95. Si omnia di ni hauſta e fonte naturę. de Fin. 1. 55.

Hauſtus.

Aquæ ductus, hauſtus, iter, actus a patre, ſed rata auctoritas harum rerum omnium a iure ciuili ſumitur. pro Cæc. 54.

Hebdomada.

Symphoniam Lyſonis uelim vitaſſes: ne in quartam hebdomadam incideres. Tironi, lib. 16. 11.

Hebes.

Hebes acies eſt cuipiam oculorum, corpore alius langueſcit. 4. de Fin. 106. Neque hebes ad id quod melius ſit intelligendū. Cælius Cic. 8. 39. Hebes æque ac pecus. 1. de Diu. 82. Bonorum erat aliquis dolor, ſed hebes. 8. ad Att. 10. Hebes rhetorica forēſis. 2. de Fin. 19. Videſne Epicurum quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici? 2. de Diu. 154. Aliud eſt enim artificem eiuſdem generis atque artis, aliud in cōmmuni uita & uulgari hominum conſuetudine non hebetem nec rudem. 1. de or. 129. Tu quęſo cogita quid deinde: nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. 9. Att. Hebeti ingenio eſſe. 10. Phil. 281. Senſus hebetes, tardi, & pingues. 1. Aca. 45. formoſus, an deformis: uelox, an tardus: acutus, an hebetior: memor, an obliuioſus, &c. 1. de Inu. 52. Epicurus paulo hebetior, &c. de Fin. 68. Spondeus, quod eſt e longis duabus, hebetior uidetur & tardior. or. 125. Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habere. pro Planc. 63. hebetiora quibuſdā vrbibus ac regionibus ingenia, propter cęli pleniorem naturam. de Nat. d. 2. 13. Non dubito quin ea tela leuiora atque hebetiora ſint, quam, &c. de haruſp. reſp. 2.

Hebeſco.

Mentis acies ſe ipſam intuens, nonnumquam hebeſcit. 1. Tuſ. 215. ideſt, deſidior & remiſſior ſit. Hebeſcere & lāguere in otio. 4. Acad. 13. At nos uiceſimum iam diem patimur hebeſcere aciē horum auctoritatis. in Cat. 18.

Hecate.

Quo modo autem potes, ſi Latonam deam putes, Hecatem non putare, quæ matre Aſteria eſt ſorore Latonę? 3. Nat. d. 32.

Hedychrum.

Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis aliquid uideamus & cibi. 3. Tuſc. 79.

Hei.

Hei mihi, non poſſum hoc ſine lachrymis commemorare.

Helluatio, Helluo, Helluor, *Vide Heluo*,

Heluor, Heluatio.

Heluellę.

Fungos heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuauius. ad Gallum, lib. 7. ſam. 47.

Heluo.

Gurges atque heluo. in Piſ. Heluo immanis ſpurciſſimus, itē nequiſſimus. pro D. ſua. Poſt red. in Senatu. 12. ep. 263. Heluo impurus turbat Remp. 1. de L. Agr. 1. Heluo librorum M. Cato de Fin. 3. 6. Meipſum ut contempſit heluo patriæ? pro Sext.

Heluor.

Quibuſcum iam in Orcheſtra heluatur. de Prou. Conſ. 1. Ille gurges heluatus eſt ſimul tecum Reip. ſanguinem. pro D. ſua. 95. Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonii heluabere? ſi ego Conſul Rempub. contra te & gregales tuos defendiſſem, in ciuitate eſſe me noſtes? pro Sext. 96.

Heluatio.

Cur in luſtris & heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Poſt red. in Senatu. 11.

Hem.

Hem, ad quem legatos mittamus? cui bellum moramur inferre. in Ant. 201. Hem mea lux, meum deſyderium. ep. 323. Hem nos homunculi indignamur. 4. f. 17. in ep. Seru. Sulp. Hē Poſthume, tune es Curii filius? pro Rab. 130.

Hemicyclus.

Augur domi in hemicyclo ſedens. Læl. 2.

Hera, *Vide Herus*.

Herba.

Herbam aſperam credo auium congeſtu, non humano ſatu. de Diu. 122. Lepidus in herba recumbebat. 2. de or. 158. Quędā ſtirpes & herbæ, quarū utilitates lōginqui temporis uſu & periclitatione percepimus. de or. 135. Herbis conueſtiri dicuntur prata. Tuſ. 1. 56. Corona ex aſperis herbis & agreſtibus. de Diu. 1. 67. Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. de Amic. 60.

Herbula.

Ceruæque paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula quæ ſeſelis dicitur. 2. de Nat. d. 95.

Herbigrada.

Terrigenam, herbigradam, domi portam, ſanguine caſſam, de Diuinat. 2. 102. de Cochlea.

Herbeſco.

Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem. de Sen. 47.

Herciſcor, *Vide Herciſceor*.

Hercle.

Hercle dederam ad te literas exiens e Puteolano. Att. 238. Et hercle ſine dubio erit ignominia. Thermo, lib. 2. 17. 3. Bene hercle faciūt. 3. de Leg. 2. Nā hercle, inquit Antonius, &c. de or. 121.

Hercule.

Libentius dixerim me hercule, quam mehercules. In or. 89. Et hercule confecta omnia fęda & inhoneſta ſunt. Cælius Cic. 8. 6. 8. Mehercule etiam aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, &c. Att. 5. 104. 3. Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Att. l. 16. 343. 1. Et hercule ita fuit. de Amic. 103. Itaque hercule haud mediocriter de cōmuni quidquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat. pro Qu. 7. Nam hercule, inquit, &c. in Ver. 123. Hercule uerum ut loquar, &c. Att. 26. Mihi mehercule magnæ curæ eſt ædilitas tua. Cæl. lib. 2. 10. 5.

Hercules,

Et hercules. 8. fam. 8. in ep. Cæl. pro me hercules, &c. Plancus Cic. 10. 11. 10. Et hercules hæ quidem extãt. de Cl. or. Si me hercules hoc, quod agis, nunquam, ante, &c. 2. in Cat. 32. Et hercules niſi, &c. ep. 113. Vere me hercules hoc dicam. pro Planc. 52. Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet hercules undique omnes terrores, minę, periculaque impendeant omnia: ſuccurram atque ſubibo. pro Roſc. Am. 18.

Heri.

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum. ad Att. 130. Heri veſpere Hircius apud me fuit. ep. 167. Lepidus ad me heri veſperi literas miſit. Att. 220. Rationes quibus heri uſi ſumus. Tuſc. 222. Here dederam ad te literas exiẽs a Puteolano, diuerteramque in Cumanum. 15. Att. 3. here. pro heri.

Hermæ

Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc me admodum delectant: &c. Att. 1. 5. 4. Signa Megarica, & hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehemẽter expecto. Att. 1. 6. 1. Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos quos uocant, licebat imponi, &c. 2. de Legib. 60. De ſepulchro.

Heros.

Heros ille noſter Cato. Att. 1. 53. Ignari quantum in illo heroe eſſet animi. 4. Att. 16. Noſtri illi non heroes, ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt. 14. Att. 15. Heroum veteres caſus, fictoſq. luctus imitari atque adumbrare dicẽdo. de or. 226. Heroum principes. 2. de N. d. 124. Colloquium cũ heroibus pro re nata non incommodum. Att. 224.

Heroicus.

Medea & Atreus heroicæ perſonæ. 3. de Nat. d. 32. Etiam heroicis ætatibus Vlyſſem & Neſtorem accepimus & fuiſſe & habitos eſſe ſapientes. 5. Tuſ. 10. Quid quęris? heroica. 14. Att. 29. Vetus eſt opinio iam vſque ab heroicis ducta temporibus. de Diu. 80. Quartus ſol, quem heroicis temporibus Acantho Rhodius peperiſſe dicit. 3. de N. d. 39. Ne plus quatuor heroicis verſibus quos longos appellat Ennius. 2. de Leg. 105.

Herous.

Herous numerus grandior, quam ſoluta oratio deſideret. Or. 211. Quare primum ad heroum nos dactyli & anapæſti & ſpondæi pedem inuitat, in qua impune progredi licet duos duntaxat pedes, &c. 3. de Or. 100.

Herus.

Sed heris ſit ſane adhibenda ſæuitia in ſamulos, ſi, &c. off. 37.

Hera.

Numquam hera errans hanc moleſtiam nobis exhiberet. pro Cæl. 41. Voſne velit, an me regnare hera, quidue ferat ſors, virtute experiamur. 1. Off. 60.

Heſperus.

Infima eſt quinque errantium, terræq. proxima, ſtella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinę Lucifer dicitur, cum antegraditur ſolẽ cum ſubſequitur autem, Heſperus. 2. de N. d. 39.

Heſternus.

Heſterna diſputatio. 2. Tuſc. 14. Diſputatio heſterni & hodierni diei. de Orat. 105. Velut a te ipſo heſterno die dictum eſt. 2. Nat. d. 106. Iam enim hoc verbum ſatis heſterno die triuimus. Acad. q. 3. Patefeci in ſenatu heſterna die. in Cat. 105.

Heu.

Heu me infœlicem. Tuſcul. 225. At legatos miſimus, heu me miſerum, cur Senatum cogor, quem laudaui ſemper, reprehendere? 7. Philip. 225. O domus antiqua, heu quam diſpari dominaris domino. Off. 28.

Heus.

Heus adoleſcens. ad Her. 27. Heus, ubi Roſcio, vbi Caſca? pro Mil. 44. Sed heus tu, celari videor a te. quonam modo mi frater de noſtris verſibus Cæſar? ad Q. fr. 2. 16. 14. Et heus tu, ne forte ſis neſcius, Dolabella me ſibi legauit. Att. 243. Sed heus tu, qui κατὰ ... eſſe ſolet. ep. 263. Sed heus tu, quid agis? ep. 100. Sed heus tu, ſcripſeramne tibi me eſſe legatum Pompeio? Att. 87. & 89. Sed heus tu? videſne Conſulatum illum noſtrum, quem &c. Att. 1. 11. 22.

Hexameter.

Quod ſi Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros, ultroſq. variis modis atque numeris fundere, ex tempore. 3. de or. 107.

Hiatus, *Vide Hio.*

Hiberna, *Vide Hybernus.*

Hic, Hæc, Hoc,

Atque etiam hoc, quod eſt partitio, dant Scæuolæ. 2. de Leg. 47. Ad præturam gerendam, hoc eſt, ad Remp. euertendam. pro Mil. Erit tum Conſul Hortenſius in ſummo imperio & poteſtate, ego autem Aedilis, hoc eſt, paulo amplius quam priuatus. 2. Verr. 23. Honos ampliſſimus familiæ veſtrę, hoc eſt, conſulatu parẽtis tui. pro Syl. 178. Hoc eſt de voluntate, &c. in Verr. 56. & pro Quint. 13. At quam crebro vſurpat & conſul & Antonius, hoc eſt dicere & conſul & improbiſſimus. in Ant. 175. Hoc eſt enim dicere, Non es dignus tu, qui habeas quæ tam, &c. 6. Ver. 39. Iſtius ille fundus eſt, quem quadriennium, hoc eſt, ex quo tẽpore fundus venit, poſſedi. pro Cęc. 14. Vſucapio fundi, hoc eſt, finis ſolicitudinis. pro Cęc. In exilium, hoc eſt, in aliam ciuitatem. pro Cæc. Quod ſi a te non impetro, hoc eſt, ſi qua tẽ res impedierit. epiſt. 69. Sin eos diſiungent, hoc erunt inferiores, quod, &c. 3. de Or. 79. Vt enim baliſtę lapidum, &c. ſic vox, ſic curſus, ſic plaga hoc grauior, quo eſt miſſa contentius. 2. Tuſc. q. 97. Hoc commodi eſt, quod ita vixerunt, ut teſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent. pro Roſc. Am. 55. Magnaque cura & ſolicitudine Atticũ & me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſa ſuſceperis, ut eos ſemper a te defenſos velis. Att. 15. 328. 3. Hoc libertatis. 12. fam. 40. in ep. Trebonii. pro, hanc, libertatem. Hoc literarum. 2. fam. 16. Hoc literularum exaraui egrediens e villa ante lucem. Att. 12. 232. 1. Noui eſt in lege hoc, ut qui nummos in tribu pronuntiarit, ſi non dederit, impune ſit. Att. 1. 11. 22. Conſilio ueſtro vtar libẽter, & hoc libentius, quod, &c. Att. 9. 177. 1. Atque etiam hoc magis, quod, &c. Att. Certe hoc maius habes teſtimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam cæteris, conſilia mea volui eſſe nota. Plancus ad Cic. 10. 9. 1. Hoc ſaltem in maximis malis boni conſequamur. 5. fam. 64. Hoc ſcribo parcius, quod, &c. ep. 57. Siue hoc, ſiue illud eſt. 6. fa. 31. Huic illi legato, &c. pro Flac. 42. Hunc iſtum otii & pacis hoſtem. pro Domo ſua, 10. Atque hoc ipſo melior eſt, quam, &c. ep. 48. Hoc ipſo, quod ſolus, atque vnus eſt. de Vniu. 15. Etſi hoc loco non populum metuis, ſed ipſos deos. de Na. d. 1. 59. Hoc poſito, quod ſequitur, uidendum eſt. de Vniu. 11. Cum hæc leges. epiſt. 149. id eſt, quæ ſcribo. Sic Pop. Rom. iucunda ſuburbanitas huiuſce prouinciæ. 4. Verr. 5.

Hiccine.

Hiccine eſt ille, qui vrbem. ep. 13. Hiccine eſt Telamon ille, modo quem gloria ad cælum extulit? 3. Tuſ. 68. Hiccine vir. pro Mil. 121. Hunccine hominem? hanccine impudentiam? hanccine audaciam? in Verr. 248.

Hic.

Hic ego multa ſimul cogitaui. ep. 37. Hic tu miraris? &c. epiſt. 71. Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, ut ſibi ſuas ſegetes, fructuſque omnes, &c. 5. Verr. 57. Hic Catulus, Etſi heri, inquit, &c. 4. Acad. q. 19. Hic o dii, &c. ad Q. fr. 322. Hic tum Fabritius, &c. pro Clu. 29. Hic tum Oppianicus, &c. pro Clu. 58. & 60. Hic vos etiam crudeliores; &c in Piſ. 82.

Hinc.

Hinc a nobis profecti in Cælum reperientur. 1. Tuſcul. 46. Ex hac opinione ſunt illa uaria, &c. hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus, &c. Tuſc. 204. Id fit cum ſpeculorum læuitas hinc illincque altitudinem aſſumpſit, &c. de Vniu. 62. Hinc omnia effingis. de N. d. 14. id eſt ex atomis. Dicit mihi a ſe Scæuolam hinc euntem eſſe conuentum 2. de or. 8. Via quæ eſt hinc in Indiam, de Fin. Hinc homines illuſtres. in Verr. 97. Quidam hinc nati. 3. in Cat. 88. De malis noſtris tu prius audis, quã nos: iſtinc enim emanant, boni autem hinc quod expectes, nihil eſt. Att. 115. Hinc totum odium, hinc omnis offenſio. pro Flac. 43. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum. 2. in Catil. 44. Hinc illæ infinitæ quęſtiones. pro Clu. 55. Hinc ſicæ, hinc uenena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur, hinc expilationes direptioneſque ſociorum. Off. 58. Hinc. n. illæ ſolicitationes, &c. pro Clu. 151. Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam nõ hoſpites, ſed peregrini atque aduenæ nominabamur. pro L. Agr. 92.

Huc.

Huc arripe ad me manibus abſtractum piis. 2. Tuſc. 34. Ne forte aut abſim, cum uenies, aut curſem huc & illuc deterrima oia. Att. 9. 180. 7. Rem huc deduxi, ut, &c. 2. in Cat. 27. Aliquem erectum & celſum huc atque illuc intueri. 1. de Or. 9. Pars quę hominem huc & illuc rapit. in Offic. Huc te pares, hæc cogites, ad hęc te exerceas. epiſt. 8.

Huccine.

Huccine.

Huccine tandem omnia reciderunt? 7. Verr. ta7.

Hilaris.

Epulati eſſemus hilarem in modum. Att. 5. 96. t. Riſi niuem atram, teque hilari animo eſſe & prompto ad iocãdum valde me iuuat. ad Q. fr. 2. t5. 1. Hilari vultu atque læto. 2. Tuſc. 161.

Hilarus.

Dicimus aliquem hilare uiuere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara uita amiſſa eſt? 5. de Fin. 157. Hilara Saturnalia. 5. Att. 41. Nunc tu lege in arcano conuiuis tuis, ſed ſi me amas, hilaris & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint irati ſibi. Att. t6. 7. Literę hilariores, Att. t17. Hilarioribus oculis intueri, &c. in Piſ. 8t.

Hilarulus.

Atticę, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des. t6. Att. 3t.

Hilaritas.

Superciliorum remiſſio, aut contractio, mœſtitia, hilaritas. ad Her. 2t. Sed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. ep. 13 1. Erat in C. Lęlio multa hilaritas. Off. 32. Hilaritas profuſa. Tuſc. 4. t3. Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. de Or. 106. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Attic. 200. Hilaritate quadam conſpergere. Acad. quæſt. edit. 2. lib. 1. 6.

Hilare.

Ego uero atque hilare quidem a te acceptus. 2. de Or. 160. Hilare & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi ſine te omnia muta eſſe. ad Tironem, lib. 16. t2. 3. Quis umquam res, pręter hunc, tragicas pene comice, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope uenuſtate tractauit? 3. de Or. t7. Aut ſi hilarius locuti ſunt. Tuſc. 3. 54.

Hilaro.

Omnes enim iucundum modum quo ſenſus hilaretur, Græci ἡδονὴν Latine uoluptatem uocant. 3. de Fin. 12.

Hilaratus.

Acceſſus ſolis lętificat terram, ut cum cęlo hilarata uideatur. 2. de Nat. d. 547. Periclis ſuauitate maxime hilaratæ ſunt Athenæ. de claris Or. 22.

Hilum.

Num illud quod Siſyphus uerſat Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum? t. Tuſc. 16.

Hinc, *Vide poſt aduerbium Hic.*

Hinnitus.

Cum autem aliquãtum progreſſus eſſet, ſubito exaudiuit hinnitum. 1. de Diu. 126.

Hio.

Indicant orationes illę ipſæ horridulæ Catonis, indicant omnes poetæ, præter eos qui vt uerſum facerẽt, ſæpe hiabãt: &c. in Or. 85. Huic homini, ſi cuius domus patet, utrũ ea patere, an hiare ac poſcere aliquid uidetur? in Verr. t49.

Hians.

Crebrę uocalium concurſiones, quæ uaſtam & hiantem orationem reddunt. ad Her. 27. Nam ipſum Verrem tãtum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio & cogitatione nulla. 4. Verr. 93. Disiuncti atque hiantes concurſus literarum. in Part. t2. Mutila quędam & hiantia loqui. in or. t7.

Hiatus.

Habet enim ille tamquam hiatus concurſu uocalium molle quiddam. in or. 42. Ille Gyges, qui cum terra deſcediſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, &c. Off. 59. Hiatu oris & dentibus ipſis quædam animantes cibum capeſſunt. 2. de Nat. deor. 91. Repentinis terrarum hiatibus. 2. de Nat. deor. 20.

Hiſco.

Reſpondebiſne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis? 2. Phillipp. t07.

Hirſutus.

Hirſutæ ſpinis quædam animantes. 2. de Nat. d. 90.

Hirudo.

Accedit illud, quod illa concionalis hirudo ærarii, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc magno unice diligi putat. ad Att. libro. 1. 43.

Hirundo.

Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt. ad Her. 39.

Hiſco, *Vide Hio.*

Hiſtoria.

Hiſtoria, opus, oratorium maxime. 1. de Leg. 4. Hiſtoria, eſt geſta res, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. t. ad Her. 13. 1. de Inu. 39. Teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis hiſtoria dicitur. 2. de Or. 20. Erat hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio. 2. de Or. 28. Hiſtoria, in qua & narratur ornate, & regio ſæpe aut pugna deſcribitur; interponuntur etiam conciones & cohortationes, ſed in his tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta & acris oratio. or. 202. Hiſtoria primum ab Herodoto & Thucydide ornata eſt. Or. 22. Hiſtoria ab oratione quid differat. Or. 36. Hiſtoria Romana laudationibus eſt facta mendoſior. Brut. 31. Doctum ſane hominem, vt indicat ipſius hiſtoſtoria ſcripta Græce. 4. Acad. 248. Quamquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis quæ facta nõ ſunt. de Cl. t70. Hiſtorię ignoratio turpis. Or. 65. Prima lex hiſtorię, nequid falſi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat, nequa ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, nequa ſimultatis. 2. de Or. 34. Hiſtoriæ leges negligere. 5. fam. 29. 2. de Or. 34. ideſt, a ueritate diſcedere. Hiſtoriæ laudes. 2. de Or. 20. Herodotus pater hiſtoriæ. 1. de Leg. 3. Hiſtoriæ ſtudio ardeo. 16. Att. 34. Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum. 2. de Or. 29. Hiſtoriam Latine ſcripſere Fabius, Cato, Piſo, Fãnius, Vennonius, Antipater, Clodius, Aſellio, Accius, Siſenna. t. de Leg. 4. & 5. Summi oratoris in dicendo eſt ſcribere hiſtoriam. 2. de Or. 28. Hiſtoriam ſcribere quantum opus ſit. 2. de or. 5. Videbam Italici belli hiſtoriam iam pene a te eſſe perfectã. ep. 67. Ab hiſtoria inſtructior. Brut. 83. In hiſtoria leges alię obſeruandæ, aliæ in poemate. t. de L. 3. in hiſtoria pura & illuſtri nihil eſt breuitate dulcius. de cl. Or. 142. alii ſequuntur claritate. In hiſtoria nõ voluptas modo eſt, ſed vtilitas. de Fin. 5. 49. In hiſtoria quæ nam res plus aut minus delectent. 5. fam. 31. Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato otio, nec exiguo tempore abſolui. 1. de Leg. 7. Hiſtoria neque occupata opera, neque impedito animo ſuſcipi poteſt; vtrumque opus eſt & cura uacare, & negotio. t. de Leg. 7. Hiſtoriæ de nobis quid prædicarint ad annos DC. 2. Att. 16. Simiæ Dodoneę improbitatem hiſtoriis Gręci mandatam eſſe demiror. de Diu. 1a2.

Hiſtoricus.

Hiſtoricus, rerum pronuntiator, & rerum explicator. Hiſtoricum genus. de claris O. 157. Philoſophici, poetæ, & hiſtorici. in Top. 42. Hiſtorici Græci. 5. fam. 28. Hiſtorici Latini & Gręci. 2. de Or. 10. Hiſtorica pręcepta. 2. Att. 50. Tua vero nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior: populo vero & ſuffragatoribus obſcurior. pro Murena, t3.

Hiſtrio.

Exibilatur & exploditur hiſtrio, ſi paulum ſe mouit extra numerum, aut ſi uerſus pronuntiatus eſt ſyllaba una breuior aut longior, in Parad. 32. Hiſtrio inexercitatus. Catil. 59. Actio hiſtrioni ſaltatori motus non quiuis, ſed certus quidam datus eſt. 3. de Fin. 37. Nec hiſtrioni ne placeat peragenda eſt fabula, modo in quocumque fuerit, actu probetur. de Senect. 91. Aguntur iſta præclare, & ab Oratore quidem melius, ſi modo eſt Orator quam ab ullo hiſtrione. 4. Tuſc. 86. Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari. t. de Ora. 135. Oculi hominis hiſtrionis. de Orat. t26. Actio ſola per ſe quanta ſit, hiſtrionum leuis ars & ſcena declarat. 1. de Or. 10. Qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenerat comœdos. pro Q. Roſc. 50.

Hiulcus.

Collocationis eſt, cõponere & ſtruere verba ſic, ut neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit. 3. de Orat. 94. Extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas uoces efficit, aut aſperas. in Or. 83.

Hiulce.

Aſpere, vaſte, ruſtice, hiulce loqui. 3. de or. 26.

Hoc, *Vide Hic.*

Hodie.

Per Idus Quintiles, qui dies hodie eſt. in Arat. 260. At hodie penis eſt in obſcœnis. ep. 140. Nonæ ſunt hodie Sextiles, hora nona conuenire cœpiſtis. in Verr. 72. Vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis. Acad. q. 2. Venit paulo poſt Curtius hic ſalutandi cauſa, ſed manſit inuitatus. Trebatium nobiſcum habemus. hodie mane Dolabella multus ſermo ad multum diem. Att. 13. 267. 1.

Att.13.267.t.Hodieq. Volaterrani non modo ciues,ſed etiam optimi ciues,fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. pro D.62.

Hodiernus.

Hodiernus ſermo.1.de Leg.86.hodierna epiſtola.12.At.40. Diſputatio heſterni & hodierni.diei.de Or.150. Nam etſi Seruio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ iã erant,quam eſt Roma ad hodiernum diem.de claris Or.19.Neque a nobis ante hodiernum diem collocatum eſt.in Catil.115. Quod ex hodierno eius edicto perſpicere potuiſtis.in Ant.192. Hodierno mane,in Cat.65.

Homo.

Homo animal prouidum,ſagax,multiplex, acutum,memor, plenum rationis & conſilii, præclara quadam conditione generatum a ſupremo deo. Solum eſt enim ex tot animantium generibus atque naturis,particeps rationis & cogitationis, cum cętera ſint expertia.1.de Leg.16, & 17. Homo ſe non vnis mœnibus circundatum popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius vrbis,agnoſcat.1.de Leg.47. Quoniã homo eſt.10. Att.39.ideſt,errauit vt homo,& nihil noui ei accidit. Si homo vis eſſe,recipe te ad nos.4.Attic.35. Homo in primis acutus.de Nat.d.1.13.Acad.q.edit.1.lib.2,90. Adoleſcens homo.Or.94. Homo amiciſſimus. Acad.q. ed. 1. lib.2.16.Homo apertus,ſimplex,ingenuus,iuſtus.Off.3.74. Acad.q. ed.1. lib.2.102.Homo bellus & humanus.de Fin.2.84. Homo clarus, nobilis.Acad.q. ed.1.lib.2.68.Homo cum hominibus humana ſocietate coniunctus.Acad.q.ed.2.lib.1.16.Homo & ſtudiis iiſdem, & vetuſtate amicitiæ cum aliquo coniunctus. Acad.q.edit.2. lib. 1.1.Homo quaſi contemplator cæli ac deorum, ipſorumque cultor.Tuſc.1. 46.Contemptus & abiectus homo.Lentulo, lib.1.5.13.vigulo, lib.4.13.3.Homo cum primis prudens atque doctus.Diuin.lib. 1.62.Homo doctus,& copioſus,& paratus.Acad. q. ed.1.l.2.59. Democritus homo eruditus, in Geometriaque perfectus.lib.1. de Fin.16.Homo omni doctrina eruditus.lib.1.de Fin.11.homo frugi omnia recte facit. Tuſc.4.29. Homo gratioſus apud aliquẽ de Pet.Conſ.5.gratioſus in foro,nauuſque. de Pet.Conſ.19.illuſtris honore ac nomine.de Pet.Conſ.13. iners atque inutilis. Off.3.38.infans atque impotens.de Fin.1.41.non infans.9.Att. 59.ingenuus & liberaliter educatus. de Fin.3.45. inſolens.ep. 26.inſulſus.Tuſc.1.14.natura leniſſimus. Acad.q. ed.1.lib.2,18. leuis atque fallax.Lxl.77.moderatus & temperans. Tuſc.3.15. homo ad duas res,vt ait Ariſtoteles, intelligendum & agendum eſt natus,quaſi mortalis deus.de Fin.2.34.homo ad ciuilem ſocietatem natus.1.de Leg.47.homo ad tuendos conſeruandoſq. homines natus.de Fin.3. 54.In vnius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris? quæ ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet,paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat.Sulp.ad Ciceronem, lib.4.18.ideſt, humana ſorte & conditione: quaſi dicat mortalis. Eſt enim uis tanta naturæ, ut homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe. 1. de Nat. d. 54.homo nobiliſſimus. Tuſcul. 1.3. homo nouus.de Petit. Conſ. 3.homo qui recte & honeſte curriculum viuendi a natura datum confecerit,ad illud altrum,quo,cum aptus fuerit, reuertetur.Qui autem immoderate & intemperate vixerit,eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet, etſi ne tum quidem finem vitiorum faciet, grauius etiam iactabitur, & in ſui moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur:neque malorum terminum prius aſpiciet, quam illam ſequi cœperit conuerſionem, quam habebat in ſe eiuſdem & unius ſimul innatam.de Vniu.55.& 57.homo qui ſe ipſe norit,aliquid ſentiet ſe habere diuinum,ingeniumque in ſe ſuum, ſicut ſimulachrum aliquod dedicatum putabit, tantoque munere deorum ſemper dignum aliquid & faciet & ſentiet.1.de Leg.45.homo qui nihil timet niſi vel teſtem,uel iudicem, quid faciet in tenebris?quid in deſerto loco,nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atque ſolum?1.de Leg.30. Quid homo quiſquam poſſit?vix iam deus.9.Att.15.homo opinioſiſſimus. Acad.q.ed.1.li.2.131. Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum,& imitandũ deum.de N.d.2.37. homo pars quædam ciuitatis & vniuerſi generis humani ſecundum veteres Academicos. Acad.q. ed.2.lib.1.16.homo eſt mundi pars.de Nat.d.2.14.homo, qui eſt rationis particeps. Off.3. homo nullo modo perfectus, ſed quædam particula perfecti.de Nat.d.2.37.homo valde ſtudioſus & diligens.Acad.q.ed.1.lib.2.90. homo ſumma potentia,ſũmaque fortuna.Tuſ.3.18.homo ſumma prudentia,multa etiam doctrina.ep.36.Summiſſus & abiectus homo.1. Off.174.homo verſutus,obſcurus,aſtutus,fallax,malitioſus,callidus, veterator vafer.Off.3.74.& 2.13.homo voluptarius.Tuſc.2.14.Ita & tulit dolorẽ vt vir,& vt homo maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit.Tuſ.186.homo ad nullam partem vtilis.Off.3.37.Non homo,ſed,litus atq. aer,& ſolitudo mera.1.Att.55,Qualis homo ipſe,talis eſt eius oratio.Tuſ.5.35.Nihil minus hominis, quam nõ reſpõdere in amore iis a quibus prouocere. ad Brut.1.Quædam non hominis,ſed ferę neſcio cuius immanis monſtra.5.Att. 29.Aueo ſcire quid hominis ſit.Att.103. Repẽte Cęſar præter ſpem dixit ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum.ad Sulpitium, lib.4.12.hominis quæcunque eſt definitio,una in oẽs ualet.1.de Leg.22.Duri enim hominis, vel potius via hominis uidetur, periculum capitis inferre multis.off.43.Hominis figura omnium animantium formam vincit de N.1.35.Hominis in primis propria eſt ueri inquiſitio atque inueſtigatio.off.1.21.Ab hominis natura, repetenda eſt iuris natura.1.de Leg 13.Hominis naturæ aptiſſimum, quod uerũ,ſimplex,ſyncerumque.off.1.21.Hominis uitam, cum coniecturis res agitur,quomodo ſpectare oporteat.2.ad Her.34.Hominis utilitati agri omnes & maria parentia.Tuſ.1.57. homini nihil tam tetrum,nihil tam aſpernandum, nihil homine indignius,quam quod ſit turpe.Tuſc.2.48. homini rationem addidit natura,amplius quam beſtiis,qua re gerentur animi appetitus.de Nat.d.2. 14.homini conſtanti nullo caſu contingere poteſt, ut ulla intermiſſio fiat officii.Lxl.8.homini datur aſcenſus in cælum ob mẽtem,uirtutem,pietatem,fidem.2.de Leg.16. Quod homini homine nihil eſſet pulchrius, fortaſſe ſimulachrorum ſuperſtitionem inuenit.de N.d.1.59. Niſi forte regium tibi uidetur ita uiuere,ut non modo homini nemini, ſed ne cupiditati quidem ulli ſeruias.pro Syl.18.Cum perſuaſum ſit nihil hominem aut admirari,aut optare,aut expetere oportere: nullique neque homini,neque perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbere. off.1. 95.Mater,cuius ea ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem appellare poſſit. pro Clu.56. hominem hominis incommodo ſuum augere commodum,magis eſt contra naturam, quam mors,quam paupertas,quam dolor,&c.off.3.26. Mummium cuiuis temporis hominem eſſe. de or.134. An poteram inficiari me eſſe hominẽ, & communem naturæ ſenſum repudiare? pro Do.ſua,232.hominem te & uirum eſſe meminiſſes,ideſt, ut & communem incertumque caſum,&c.5.fam.48.Aequum eſt meminiſſe, & me,qui diſſeram, hominem eſſe:& uos, qui iudicatis, ut ſi probabilia dicentur,nihil ultra requiratis.de Vniu. 9. hominem ſolum erexit natura,cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, &c.hominis oris ſpeciem ita formauit, ut in ea penitus reconditos mores effingeret.1.de Leg.10.hominem ex homine cauere.5. de Fin.62. Inter hominem & beluam quid interſit. off. 1.19.hominem certum de comitibus meis miſi. 8. Att. 1. hominem hunc omnino numerare non decet,quem aſtrorum ordines, quem dierum noctiumque viciſſitudines, quem menſium temperatio, quemque ea quę gignuntur nobis ad fruendum, non gratum eſſe cognot. 2.de Leg.13,& 14. hominem occiderit oportet qui veſtra opera uti velit.1.fam.25. hominem natura non ſolum celeritate mentis ornauit, ſed etiam ſenſus tamquam ſatellites attribuit,ac nuntios, & rerum plurimarum obſcuras ac neceſſarias intelligẽtias enudauit, quaſi fundamenta quędam ſcientiæ, figuramque corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. 1.de Leg.20.hominem ſe prębuit in his malis.15.fam.46.hominem probiorem, meliorem virum,prudentiorem eſſe neminem. 7.fam.14 Quod tuum iudicium niſi mea ſumma beneuolentia erga te, omnibuſque meritis comprobaro, ipſe me hominem non putabo. ad Appium,lib.3. 29.7. hominem te non putabo, ſi hoc feceris.2.ad Q.fr.36.hominem mortuum,inquit lex in duodecim tabulis,in urbe ne ſepelito,neue urito.2.de Leg.53.Quid tum eo differas, qui hoĩem ea hoĩe tollat?off.57.hominem principiũ reliquarum rerum eſſe noluit deus.1.de Leg.22. L. Cęſarem uidi Minturnis ad viii.Calend.Feb.mane cum abſurdiſſimis mandatis,nõ hominem,ſed ſcopas ſolutas, &c. 7. Att.46.Ab homine ignoto & ſordido Gabinio lata lex tabellaria.3.de Leg.32. Loquor autẽ de docto homine & erudito,cui uiuere eſt cogitare. Tuſc.5.79. Quot homines,tot ſententię.lib.1.de Fin.12. Sunt enim quidã homines non re,ſed nomine.off.1.147. homines a beſtiis quid differat. 1. de Iou. 8. homines a feris ſermone potiſſimum differunt. 1.de or.27. Perpetuis curſibus, conuerſionibus cęleſtibus extitiſſe quandã materiam ſerendi generis humani: quod ſparſum in terras atque ſatum, diuino auctum ſit animorum munere.Nam quod aliquibus cohærent homines,e mortali genere ſũpſerunt, quæ fragilia eſſent & caduca: animum eſſe ingeneratũ a deo.1.de Leg.18.homines quibus rebus maxime moueantur. Part.30.homines ſi,quo modo eſt natura, ſic iudicio humani nihil a ſe alienum putarent, coleretur ius æque ab omnibus. 1. de Leg.25.homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt, & diuini generis appellantur, & omnium animantium tenent

principatum

principatum.de Vniu.201.Homines uiſi ſumus.13.Att.67.Homines deorum agnatione & gente tenentur.1.de Leg.18.homines cum diis lege conſociati putandi ſunt: inter quos eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt: quibus autem hæc ſunt inter eos communia,& ciuitatis eiuſdem habendi ſunt.1.de Leg.17.homines quaſi cultores terræ conſtituti.2.de Nat.d.73.homines excellenti gratia.de Pet.Conſ.13.Homines ſibi indulgentes,atque omnia quę ſequantur in uita,quæque fugiãt, voluptatibus & doloribus põderantes, ab omni ſocietate Reip. cuius partem nec norunt vllam, nec umquam noſſe voluerunt, faceſſant.1.de Leg.39.Homines multo magis mala fugiunt, quã bona ſequuntur.Part.49. Immortales eſſe ullos negabant, qui homines aliquando fuiſſent.3 de Nat.d.34.Homines hominum cauſa generati,vt ipſi inter ſe aliis alii prodeſſe poſſint.off.1.33. vnde prouerbium, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον.Homines hac lege ſunt generati, qui tuerentur terrã.Som.Scip.11.Homines humiles,& ampliſſimi uiri.9.ad Att.27. in epiſt. Balbi & Opp. Homines iuſti natura facti ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes.1.de L.34. Homines mediocres, his non ita ualde mouentur.de Nat.d.1.60.homines municipales & ruſticani.de Petit.Conſ.31.Homines perditi.Tuſc.q.lib.2.36.homines perfecti pleneque ſapientes.off.1.69. Homines præſtantiſſimis ingeniis.de Fin.1.44.homines probi non ſolent amicis impendentes calamitates prædicere,quas illi effugere nullo modo poſſint.de Diu.2.41.Homines proterui ac molles.de Fin.5.35.homines ſeueri & graues.off.1.99. Homines tenues.Tuſ.5.73.homines infima fortuna,nulla ſpe rerum gerẽdarum.de Fin.5.49.Ad hominum commoditates & uſus tantam rerum ubertatem natura largita eſt,ut ea quæ gignuntur,donata conſulto nobis,non fortuito nata videantur.1.de Leg.19. Eumque ex numero hominum eiiciendum,ex finibus humanæ naturę exterminandum puto.in Ant.146.Hominum coniunctio & naturalis ſocietas inter ipſos.1.de Leg 15 hominũ a beſtiis differentia. de Fin.2.39 hominum genus ad honeſtatem natum,malo cultu, prauiſque opinionibus corruptum eſt.Part 49.Hominum genus omne inter ſe ſociatum.1.de Leg.34. Hominum duo genera.Part.48. hominum ingenia ad fallendum parata.ad Q.fr.300.hominum interitu ſententiæ quoque non occidunt.de Na.d.1.9.Hominum mos eſt, ut nolint eundem hominem pluribus rebus excellere. Brut.41.Hominum more inimicitias gerere.pro Deiot.21.Stipes ille,qui quorum hominum eſſet neſciremus,niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret de haruſp.rep.4. Non hominum uitia collegi, ſed rerum.14 Attic.17. Homines plurimum hominibus & prodeſſe & obeſſe.off.2.13.An non intelligis quos homines,& quales uiros arguas?pro Rab.Poſth.96.Deus homines humo excitatos,celſos & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem cęlum intuentes,capere poſſent.de Natu.d.54. Homines meliores eſſicit recte viuendi ratio.1.de Leg. 24.Homines ad iuſtitiam eſſe natos, neq. opinione,ſed natura conſtitutum eſſe ius.1.de Leg.22.homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos,ut,&c.5.fam.44.homines tribus modis deorum appulſu ſomniare,iuxta Poſſidonium.Diu.1.58,& 59.

Homuncio.

Deus ille,&c.homuncio hic,&c.Acad.q.34.

Homunculus.

Homunculus humilis.Tuſc.5.47.Sed vt homunculus unus e multis probabilia coniectura ſequens 1.Tuſc.18 & 5.91.Hem, nos homunculi indignamur,&c.4.fam.17.in ep.Ser.Sulp. Diſciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam pasicm! ui nunc ab homunculis deterrimis proteri atque conculcari?4.ad uer.237.Homunculis ſimilem deum fingere.de Nat.d.18.

Homulus.

Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus,ex argilla & luto fictus Epicurus, dare hæc pręclara præcepta ſapientiæ clariſſimo & ſummo imperatori generoſo? in Piſ.46.

Homicida.

Fateor eos plus quam ſicarios,plus quam homicidas, plus ẽt quam parricidas eſſe.in Ant.116.

Homicidium.

Statue,utrum illi,qui, &c. homicidii rei ſunt, an uindices libertatis.in Ant.166.

Honeſtus.

Qui honorem ſententiis & ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus uidetur.de Cl.191. Conuentus honeſtus Syracuſis.5.Verr.116. Numerius Suffetius honeſtus homo & nobilis.pro Mur.142.honeſtus uir 12.fam.56.honeſta ciuitas.5.Ver.55.Ampla & honeſta familia.pro Mur.13. Aequa & honeſta poſtulatio.pro Sex.Roſ.19 honeſta utilitas.3.ad Her 93.Cõuiuium moderatum atque honeſtum.pro Mur.127.honeſtum genus cauſæ.1.ad Her.4.& 1.de Inuen.29.Honeſtum municipium.13.fam.7.Honeſtæ utilitatis ſpecies.3.ad Her.93. Cæſarem honeſtum eſſe cupio.1.fam.17.Cupimus in libera repub. magnum atque honeſtum te eſſe.11.fam.6.in ep.M.Bruti & Caſſii.id eſt, tueri dignitatem tuam.Si minus, cum honeſto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur.16.fam 11.Qui cum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus, &c.5.Tuſc.81. Honeſto & probabili nomine errorem obiici.pro Cęc.198.Moderatori Reipub beata ciuiũ uita propoſita eſt,ut opibus firma, copiis locuples,gloria ampla,uirtute honeſta ſit.8.Att.26.Multa quę honeſta natura uidentur eſſe,tẽporibus fiunt inhoneſta. Off.3.118.Cuius diſceſſus oĩbus honeſtis luctuoſus tandẽ uiſus eſt.Poſtquã 109.Poſt tuũ diſceſſũ is dies primus nobis honeſtiſſimus luceat in Sen Lẽt.l.1.2.8.i. habitus eſt in magno honore. Is pro eorum honeſtate repugnabat,propter quos honeſtiſſimus ipſe inter ſuos numerabatur.pro Sex Roſ.51.Vir honeſtiſſimus, uita ruſtica honeſtiſſima.pro Sext.Roſ.16. Optimi & honeſtiſſimi ciues.de haruſp.157. Quid eſt aliud omnibus omnia peccata & mal. ficia concedere,niſi hoc,hominem honeſtiſſimorum teſtimoniis & uirorum bonorum tabulis non credere?3. Verr.92.

Honeſtum.

Quod aut totũ, aut aliqua ex parte pp ſe petit,honeſtũ nominabimus.2.de Inu 159.Honeſtũ aut ipſa uirtus eſt,aut res geſta uirtute.de Fin.5.61.honeſtum id intelligimus,qđ tale eſt,vt detracta omni utilitate,ſine ullis præmii fructibus,per ſeipſum poſſit iure laudari.3.de Fin.38 Honeſtum etiam ſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit: quodque uere dicimus, etiam ſi a nullo laudetur,laudabile eſſe natura.off.1.23.Omnino illud honeſtũ, quod ex animo excelſo magnificoq. quærimus,animi efficitur, non corporis uiribus.off.1.101.honeſtum omne ſua ſponte eſt expetendum.1.de Leg.36. Nihil honeſtum eſſe poteſt quod iuſtitia uacat.off.1.91 Nihil bonum,niſi quod honeſtum. 10.Att.8. Nihil utile,niſi quod rectum honeſtumque ſit.5.fam.51.Neque quicquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit. de Amic.111.Quid honeſtũ mihi,ſit quid liceat,quid expediat. 14.Att.9.Quidquid honeſtum eſt, id utile cenſuerunt Stoici. off.3.14.Quod honeſtum,id ſolum bonum.Tuſ.5.34.Parad.6. Quod honeſtum eſt,decet.off.1.133.honeſtum quod ducatur a conciliatione naturæ,Zeno ſtatuit finem eſſe bonorum.Acad.q.ed.1.lib.2.125.honeſtum quod ex uirtutibus exoritur, & in his hæret,per ſe eſſe expetendum.de Fin.5.60.Quod honeſtum eſt, ideſt maxime propter ſe expetendum.off.3 41. Quod honeſtũ, id iuſtum.Off.1.13.Quod decorum, honeſtumque eſt, id per ſe nobis placet,animoſque omnium natura & ſpecie ſua cõmonet. off.39. Omne quod honeſtum eſt,id quatuor partium oritur ex aliqua off.1.13.partes uero illę ſunt quatuor uirtutes, iuſtitia, prudentia,fortitudo,modeſtia ſeu temperantia.honeſtum quod proprie uereque dicitur, id in ſapientibus eſt,ſolis, neque a uirtute diuelli umquã poteſt.Off.3.16.honeſtum, etiam ſi in alio cernimus,tamẽ nos mouet,atque illi,in quo ineſſe uidetur, amicos facit.off.1.81.honeſtum & utile pugnare aliquando uidẽtur. 16.Att.19.honeſti forma,ſi oculis cerneretur,ut ait Plato,mirabiles amores excitaret ſapientiæ.off.1.13.Tanta uis eſt honeſti, ut ſpeciem utilitatis obſcuret.off 3.61.honeſto nihil honeſtius. de Fin.4.71.honeſto detracto, quid poterit beatum intelligi? Tuſ.5.34.Recta & honeſta quæ ſint lib.1.de Fin. 19.honeſta in uirtute ponenda,in uitiis turpia.1. de Leg. 34.honeſta & turpia ad naturam ſunt referenda.1.de L.35.honeſtis ſimilia ſunt quædam non honeſta, & bonis non bona,& artificioſis minime artificioſa.Acad.q.ed.1.lib.2.47.

Honeſtas.

O hominem amentem & miſerum, qui ne umbram quidem umquam τοῦ καλοῦ uiderit. Atque hæc ait omnia facere ſe dignitatis cauſa. Vbi enim eſt dignitas, niſi ubi honeſtas? Att.7.130.1.honeſtas cum utilitate in deliberatiuo genere finis eſt. 2.de Inu.157.honeſtas in demonſtratiuo cauſæ genere finis eſt. 2.de Inu.137.honeſtas laudationum finis.Top.49.Part.38. Virtus & honeſtas,& pudor,cũ coſa.eẽ cogebat.p Rab.95.honeſtas in uoluptate cõtemnenda conſiſtit.Aca.q ed.1 l.2.130.oĩs honeſtas manat a partibus quatuor,quarũ una eſt cognitionis, altera cõitatis, tertia magnanimitatis quarta modeſtationis.off.1.ali.

Honeſtas ſola in vita expetenda, vt Zenoni viſum eſt. off. 3.45. pro Archi.10. Honeſtas omni pondere grauior habenda eſt, quã reliqua omnia, quod Ariſtoteli placet. Off.3.45. In officio colendo ſita eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. 1. off. 8. Honeſtas dictorum atque factorum. de Fin. li.2.40. Honeſtas hominis. pro Flac.39. Honeſtas teſtudinis. 3. ad Q. fr.2. Honeſtatis ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt, quod, ut eo potiamur, non parati ſimus & ferre & perpeti. Tuſc. 2. 50. Honeſtatis natura ſumus ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique. Tuſ.2.50. Quam exiſtimationem, quam honeſtatem in iudicium attuli. pro Q. 28. Honeſtatem amittere. pro Roſc. Am.67. Honeſtatem & facultates tuas augeas. 7. fam.23. id eſt, dignitatem. His.n.rebus, quæ tractantur in uita, modum quendam & ordinem adhibentes, honeſtatem & decus conſeruabimus. off. 1. 27. Honeſtatem cum uoluptate, tamquam hominem cum bellua copulare. Acad. q. ed. 1. l.2.130. Auctoritas Senatus, decus, honeſtatem, laudem, dignitatem deſiderat. in Ant. 211. Qui honeſtatem cum primis naturæ commodis coniunctam, ſummum bonum ponunt, inuidioſum uoluptatis nomen fugiunt, ſed in vicinitate verſantur. Acad.q.ed. 1.lib.2.128. Honeſtate una uitam contineri beatam. Tuſc.5.33. Numquam poſſumus niſi in laude, decore, & honeſtate vtilia reponere. off. 72. Honeſtate ſpoliatus. pro Rab. Poſth.28. Cauſa in qua omnes honeſtates ciuitatis, omnes ordines vna cõſentiunt. pro Sext 94. Nolite per deos, &c. cum etiam ceteris ante partis honeſtatibus atque omni dignitate, fortunaque priuare. pro Mur. 78.

Honeſte.

Quibuſcunque rebus honeſte, ac pro tua dignitate poteris. 13.fam.40. Honeſte diſceſſimus. 2. ad Qu.fr.6. Quod qui recuſarent, quamuis honeſte id facerent, ius tamen amicitiæ deſerere arguerentur. de Ami.34. Illi ualde honeſte ſe gerunt. Att.87. Id tectum nunc honeſte uergit in tectum inferioris porticus. Sal in Cic.171. Honeſte uiuere, fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, & vetus Academia ſummum bonum cẽſuit, & Ariſtoteles. Acad.q.ed.1.lib.2.132. Niſi ſapienter, honeſte, iuſteq. uiuatur. 1. de Fin. 69. Meum ſtudium honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tuto in Senatum, aut honeſte uenire potuiſſem. 10. fam. 3. honeſte, id eſt, nihil faciendo quod a dignitate mea eſſet alienum. honeſtius hic, quam Qu. Pompeius, quo, cum in eadem cauſa eſſet, deprecante, accepta lex non eſt. 3. off. 48.

Honeſto.

Quem populus Rom. a porta domum ſua celebritate lætitiaque comitatum honeſtauit. pro Dom. 328. Tanta laus, quanta uos me ueſtris decretis honeſtauiſtis. in Cat. 133. Qui Saturnini ſanguine non modo ſe contaminauerunt, ſed etiam honeſtauerunt. in Cat. 103. Vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honeſtes pro Dom.223. Honeſtare beneficium. de Inu. 76. Honeſtare calamitatem. poſt. redi. in Sen. 21. Honeſtare imperium Romanum. pro D. ſua, 16. Imagine mortem alicuius honeſtare. pro Rab.95. A quibus ſi in forum deducimur, ſi uno ſpatio baſilicæ honeſtamur, diligenter obſeruari & coli uidemur. pro Mur.64. & 69. De candidatis. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. 1. off. 84. Quæcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honeſtandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, &c. 2. off. 18.

Honor, *Vel Honos.*

Laus, honor, gloria. Part. 237. Honos aliud quam dignitas. de prou. Conſ. 39. Honor aliud eſt quam laus. pro Plan. 50. Is autẽ, qui uere appellari poteſt honos, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ uirtutis eſt præmium. 10. fa. 22. Honos eſt præmiũ uirtutis iudicio ſtudioque ciuium delatum ad aliquem: qui eũ ſententiis, qui ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus uidetur. Bru. 154. Is enim denique honos mihi uideri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris uiris defertur & datur. Planco, lib. 10. 10.4. Honos unt res agatur. pro Quint. 5. Honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia gloria: iacentque ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur. 1. Tuſc. 3. Iam tum honos erat eloquentiæ. de Cl. 178. Qui honos apud Græcos maximus haberetur. de or. 305. Vereor ne Cæſari nullus honos a Senatu habeatur. Att. 181. Curio miſi, ut medico honos haberetur. ep. 256. Honor ad maleficium inducit. 2. ad Her. 33. Qui honos apud Syracuſanos eſt ampliſſ. in Verr. 231. Honor contumelioſus. 1. Phil. 15. Cui nullus honos in ſua ciuitate habitus eſt. pro Flac. 35. Viris fortibus honos habitus eſt. pro Sext. Roſ 41. Cetera addit Epicurus: quæ ſi appelles, honos præfandus eſt. 2. de Fin. 26. Honor Senatus. de prou. Conſ. 24. id eſt, qui alicui a Senatu tribuitur. Honor noſter. in Cat. 72. id eſt, a nobis profectus. Honos noſter uiſtor. pro Flac. 80. Honos uſitatus. 15. fa. 27. Honos populi pro Planc. 49. & de haruſp. reſpon. 11. id eſt, qui a populo defertur. Honos uerborum plenu modio. 6. Att. 14. Honos uiri. pro Cæc. 9. id eſt, a uiro profectus. Cum eum uidero, communiter conſtituemus de reditu eius ad petitionem aut ad commendationem honoris. ad Brut. 15. in ep. Brut. Honoris & uirtutis ędes Romæ. 6. Verr. 107. Noſtis extra portam Collinam, ędem Honoris: & aram in eo loco fuiſſe, memoriæ proditum eſt. ad eam cum lamina eſſet inuenta, & in ea ſcriptum, Domina Honoris, ea cauſa fuit ædis huius dedicandæ. 2. de Leg. 54. Quam ob cauſam a Chryſogono tantis pręmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt, nonne ſatis fuit his gratias agi? denique ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? pro Sex. Roſc. 64. Hunc uirum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti, quod nemo niſi aut honeſtiſſimo, aut amiciſſimo facere conſueuit. pro Quint. Roſc. 47. Cur honoris cauſa a te ſunt appellati? 5. Phil. 2. Quæ de uiro fortiſſimo & clariſſimo L. Syl. quẽ honoris cauſa nomino, &c. p Sex. Roſc. 3. Ille qui ſtillantẽ præ ſe pugionẽ tulit, is a te honoris cã nominat. 2. Ph. 50. honoris cã in ſcenã redierãt. 7. f. 2. Magnaq. cura & ſolicitudine Atticum & me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſa ſuſceperis, ut eos ſemper a te defenſos uelis. 15. Att. 30. Honoris cupiditas ignominia ſanciatur. ut noxię pęna par ſit. 3. de Leg. 40. Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris, non diſpoliabuntur honore. in Ant. 194. Nemo ex illo honoris gradu. pro Syl. 183. Quo minus ergo honoris erat poetis, eo minora ſtudia fuerunt. Tuſc. 1. 3. Honoris nomen obtinere. 10. Phil. 272. Quantum honoris ſignificantes literæ. 8. Att. 15. Tantum honoris ei commodes. 15. fam. 93. honoris templum, a Q. Maximo dedicatũ bello Liguſtico, & a M. Marcello renouatũ. de Nat. d. 2. 44. honori alicuius deeſſe. 13. fam. 100. honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, quod, &c. 2. off. 86. Beatus eſſe quibus ea res honori fuerit a ſuis ciuibus. pro Mil. 74. Vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores uel animo uel fortuna, eorum augeant opes eiſq. honori ſint & dignitati. de Amic. 61. 1. off. 193. 9. Phil. 260. 1. de or. 18. honori fore. 3. fam. 34. honorem ab aliquo accipere. 9. Att. 5. honorem augeri cupiam. de har. 257. Honorem alicui dare & deferre. 10. fam. 21. Cur honorem Cæſari datũ deferri patimur? in Ant. 181. Mihi honorem illum non ſolum datum, ſed etiam creditum ac commiſſum puto. in Verr. 242. Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. 9. Phil. 261. honorem eũ deos tibi fortunare uolo. 15. fam. 29. 30. Conſulatum dicit honorem alicui habere. 16. fam. 11. 5. Att. 46. 55. & 13. 85. 3. in Ver. 17. & 6. 81. pro, honorare aliquo pręmio. Adducere aliquid in honorem. ad Gallum, lib. 7. 47. Ornatus ille propter quem aſcendit in tãtum honorem eloquentia. or. 68. Nos autem ridicule ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos pręfandus eſt. Pæto, lib. 9. 54. Recipere honorem ab aliquo. Att. 335. Suum cuique honorem & gradum redditum gaudeo. pro Sext. Roſc. 81. Tribuere honorem alicui. de Fin. 105. Tribuere magnum honorem alicui. pro Planc. 271. Illi quorum uita remota ab hoc honore populari, ab hac illuſtri gratia eſt pro D. 252. Quæ quidem a te in eam partem accepta ſunt C. Cæſar, ut eum ampliſſimo regis honore & nomine afficeres. pro Deiot. 9. Res ſordidas deorum honore afficere. 1. de N. d. 79. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. pro Sext. Roſ. 43. honore augeri. 7. Att. 11. Cum magno noſtro honore a te dictum. 15. fam. 40. in ep. Trebonii. Cum de honore alicuius agitur in ſenatuſconſultis. 15. fam. 28. De honore & gloria dimicare paratiores debemus, quã de cæteris cõmodis. off. 1. 117. Serui apud eũ ſunt in honore & in pretio. pro Sex. Roſ. 47. Hęc ars ſummo in honore ſẽper fuit. 2. de or. 130. honore & gloria florere. pro Sext. 119. In ſummo honore apud Gręcos geometria fuit. 1. Tuſc. 4. de N. d. 1. 12. Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat, ut eũ etiam ediſceremus. de Cl. 176. Gorgias magno in honore fuit. de Cl. 267. Hic dies apud nos in honore eſſe debet. in Catil. 221. Chryſippum libẽter uidi, & in honore habui. Att. 7. 152. 10. Deiotarus honore ampliſſimo ornatur. pro Deiota. 146. nõ ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cẽſu. pro Fla. 157. homines honore uſi. de Inu. 61. i. qui magiſtratum geſſerũt. Quãquam hoc honore vſi, togati eſſe ſolent, cum eſt in ſagis ciuitas. 8. Phi. 254. Vide ne uirtutibus hoĩum iſti honores habeantur, nõ immortalibus. de N. d. 68.

d.68.Huic habiti a me honores nulli quidē Brute niſi debiti,nulli niſi neceſſarii.Attic.283.Nemini vnquam præſenti Puteolani maiores honores habuerunt, quam abſenti M. Cælio. pro Cęl. 3.Semper putaui honores, ſi vulgares eſſent, uiles; ſi temporis cauſa conſtituerentur,leues.1.ad Q.fr.23. Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur, & gratiæ referantur.in Ant.191.Aliquem eſſe diligentem, ut ſibi honores habeantur. ad Qu.Fr.295.Curſus honorum. ep.43. Honorum decurſus.1. de Or.1.Honorum gradus omnibus pares, gloriæ diſpares.pro Planc.49.Honorū uocabula habituros,non dignitatis inſignia. 10.fam.12.Aſcendere ad honores.de Cl.or. 130.Accipere honores extraordinarios.ad Brutum,11.in ep.Brut.Ob hæc beneficia quibus illi obſtupeſcunt,nullos honores mihi,niſi uerborum,decerni ſino.Att.5.49. Ampliſſimos uel maximos honores alicui rei eſſe habitos.de Cl.196.Honores habere.15.fam.22. Mandare honores hominibus nouis.6.Ver.73.Honores ſitire.3. ad Q.fr. 28.Tribuere honores meritis alicuius.ad Qu. fr. 296.Sit modo aliqua reſp. in qua honos elucere poſſit, omnibus mihi crede ampliſſimis honoribus abundabis.ep. 149. Honoribus ampliſſimis prouinciæ affectum.12.fam.54. Honoribus aucti,aut re familiari. de Nat.d.77. Honoribus ampliſſimis & pręmiis decorari.2.de Or.119.Honoribus florere.1.de or. 1. Mores atque uitā ſpectari ſolere in honoribus habendis,uel nō habendis.Ep.246. Poſteaquam honoribus inſeruire cœpi.off.2. 5. Cum honoribus ampliſſimis perſuncti eſſemus.ep.1.6.7.

Honorarius.

Hoc non honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis requirit.pro Cæc.4.Honoraria arbitria.pro Roſc.Com.8.

Honorarium.

Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi?qui honorarii?ſi quidem poteſt ui & metu extortum,honorarium nominari. in Piſ. 68.Docere debitum eſt,delectare honorarium, permouere neceſſarium.or.141.

Honoro.

Nemo enim tum nouitati inuidebat, nemo virtutem non honorabat.1.Phil.259. Amphiaraum ſic honorauit fama Græciæ, deus ut haberetur.1.de Diu.147. Qui me non ſolum meis laudibus ornaret,ſed etiam honoraret alienis.2. Phil.47. Mortem eius non luctu publico ſolum, ſed etiam monumentis eſſe honorandam puto.in Ant.252.Eundem ordinem tenebo in uiris fortibus honorandis.in Ant. 201.& 203.

Honoratus.

Diues,honoratus,incolumis.de Nat.d.77. Qui honorem ſententiis & ſuffragiis adeptus eſt,is mihi & honeſtus & honoratus videtur.de Cl. 191. Metellus ille honoratus quatuor filiis, & quinquaginta Priamus,&c.2.Tuſc.132.Thucydides fuit honoratus & nobilis.or.299. Prefectura honorata & ſuburbana. pro Planc. 262. Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe.1. Off.192. Manent ingenia ſenibus,modo permaneat ſtudium & induſtria, nec ea ſolum in claris & honoratis uiris, ſed in uita etiā priuata & quieta.de Sen. 29.Dionyſius apud me honoratior, quam apud Scipionem Panætius.Att.184.

Honorate.

Quæ de illo uiro Sylla,quæ Murena,quæ Seruilius, quæ Lucullus,quam honorate, quam honorifice, quam grauiter ſępe in Senatu prædicauerunt? 11. Phil. 314. Sic ut nihil fieri potuerit honoratius.16.fa.12.

Honorificus.

Honorificus in aliquem.2.fam.13.Honorifica mētio. 2.Phil. 57.Honorifica in aliquem ſententia.7.Att.6.Decreui etiam imperium,quod quamquam uidebatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium.ad Brut. 15.10.Honorificum Senatuſconſultum.4.Verr.84. Verbum honorificum.in Vat.29.Honorificis uerbis aliquem proſequi.2.Tuſ. 103.

Honorifice.

Itaque in Curiam uenimus: honorifice ſane conſurgitur:nos rogatu magiſtratus aſſedimus.6.Verr.121.Honorifice dicere aut facere.Brutus Cic. 16. 1. Si quid honorifice de te diceretur. 11. fam. 11. Large & honorifice promittere aliquid. de pet. Conſ. 29.Honorate & honorifice multa de aliquo prædicare.11.Phil. 314.Honorifice & large ad ea reſponderi.8.ad Att.37. Reſpondendum honorifice eſſe Marrucinis. in Ant. 213. Publicani tractati honorifice ſunt.5.Verr.141.

Honorificentiſſimus.

Peto a te id,quod facillimum factu ſit;non aſpernante,ut confido, Senatu,ut quam honorificentiſſimum s.c. literis meis recitatis faciendum cures.15.fa.31.

Honorificentius.

Non potuit honorificentius a me fieri de nepote. Att. 191. Nec liberalius,nec honorificentius tractari potuiſſe.Ep. 215. In quo admirari ſoleo grauitatem & iuſtitiam & ſapientiam Cæſaris: nunquam, niſi honorificentiſſime,Pompeium appellat.ad Cælium.

Hora.

Hora ante præſidium meum Pollentiam ueni. Brutus ad Cic. fi. 13. 7. Vt ad tabulam Seſtiam ſibi aſſint hora ſecunda poſtridie.pro Qu. 4. Cum ad te fere hora quinta ueniſſem.in Piſ. 82. Ea res acta eſt, cum hora ſexta uix Pompeius peroraſſet, uſque ad horam octauam.ad Q. fr. 308. Hora nona accubueram. 9. fam.60.Hora fere nona Clodiani conſputare cœperunt. ad Q. fr.308.Nonę ſunt hodie ſextiles,hora nona conuenire rępiſtis. in Verr.72.Cum hora diei decima fere ad ſaxa rubra ueniſſet.in Ant. 175. Fit obuiam ei Clodius hora fere undecima, aut non multo ſecus.pro Mil.106.Neque enim ulla hora tui mihi eſt operis ignota.12 ad Att.7.Vſque ad horam diei decimam. 15. fam. 17.Horam eximere.6.Phil.209.In horam uiuere. 5.Phil.18.Sic tu fortaſſe eris diligens, ut quam ego horam de meis legitimis horis remittam.3.Verr.16.Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.2. Ph. 101. Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur.6. Verr. 85. In hora ternas epiſtolas dare.15. fam.43. Horę,quibus ea pectabam, longæ uidebantur.12.ad Att. 8. Cum horas tres fere dixiſſet, coactus eſt aliquando perorare.4.ad Att.9.Ad horas tres dormiit. 10.ad Att. 44.pro,ad horam tertiam,vt nonnullis placet.Vti ſuis horis. 3. Verr.21.Menſes mihi tres cum eripuiſſetis, &c.ut cum horis noſtris nos eſſemus uſi, in, bis iis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſponderes.3 Ver.20.

Horologium.

Horologium mittam & libros,ſi erit ſudum.Tironi,l.16.24.

Horizon.

Cum enim illi orbes qui cælum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt,qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime nominari poſſunt,&c.2.de Diu. 138.

Hornotinus.

Hæ literæ Indices,L.Metelli,quas audiſtis,hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt.5.Ver.36.

Horologium, *Vide Hora.*

Horreo, *Vide Horror.*

Horreum.

Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atq. horreum Campani agri eſſe voluerunt. 2. de L.Agr. 87.Neque in ſegetibus,neque in areis, neque in horreis, &c. 5. Verr.15.

Horribilis, Horride, Horridulus, Horridus, Horrifer, Horrificus, Horriſonus, *Vide poſt hanc dictionem.*

Horror.

Dii immortales, qui me horror perfudit, quam ſum ſolicitus quidnam futurum ſit? 8 Att. 18. Atticam doleo tandiu, ſed,quoniam ſine horrore eſt,ſpero eſſe ut uolumus. 12.Att. 10. hoc eſt, ſine febri.

Horridus.

Horridus,aſper,durus oratione & moribus.4.de Fin. 126. Deformis atque horridus homo.5.Verr. 38. Vir ut uita, ſic oratione durus,incultus,horridus.de claris or.175.Barba horrida.pro Cæc.44.Aſpera,triſtis, & horrida oratio.or. 198. Non ualde nitens, nec plane horrida oratio.de cl.or. 128. Horrida & inculta uita.pro Roſc.Am.45.pro Quint. 63. Vita horrida atque arida mihi cordi eſt.pro Quint. 17.Horridum corpus. pro L. Agr. 27. Iecur horridum & exile.de Diu.114.Cum eum incultum, horridum,mæſtumque uidiſſet. Poſtquam. 207. Horridæ atque agreſtes aures ſine nitore & palæſtra.1.de Leg. 5. de hiſtoria loquitur. Inculta & horrida ſcripta. 1.de Fin.13.Ita de horridis rebus nitida,de ieiunis plena, de peruulgatis noua quędam eſt oratio tua.3.de or.29. Antiquior eſt eius ſermo, & quædam horridiora uerba.de Cla.170.

Horride.

Horride,inculte dicere,uel uiuere.in or.15.

Horridula.

Horridulæ orationes.in or.48.Quamquam illa tua mihi horridula & incompta uiſa ſunt.Att.2.1.

Horribilis.

Ea auditus eſt ſtrepitus quidam reconditus & horribilis fremitus armorum. de Ar. 248. Iratus animus atque horribilis impetus cuiuſpiam. pro Font. 22 Tũ rutilus, horribiliſq. terris Mars. de Som. 128. Horribilis oratio. p Mur. 68. Horribilis vigilãtia, celeritas, diligẽtia. 8 Att. 24. Horribile eſt q̃ loquãtur, quæ minitentur. Att. 14. 4. Et quod dictu quoque horribile videtur, viuentis ſanguine hauſto. Horribile genus hominum. pro Syl. 44. Illud vero fuit horribile, quod, &c. de or. 107. Horribile aut pertimeſcendum. 5. fam. 65. Horribile eſt cauſam capitis dicere. pro Quin. 81. Hãc tam tetram, tam horribilem, tam infeſtam peſtẽ Reipu. effugimus. in Cat. 99. Horribiles miſeri caſus aliquorum, de or. 143. horribiles formidines. 1. de Fin. 97. horribilia locutus eſt. 6. Att. 46. Hęc ſpem falſa, ſed certe horribilia. Att. 96.

Horrifer.

Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. 1. Tuſ. 107. Horriferum portentum. or. 211. Et magis horriferis Aquilonis tangitur auris. 2. de Nat. d. 164.

Horrificus.

Horrificum bellum. pro D. ſua, 47.

Horriſonus.

Horriſonum fretum. 2. Tuſc. 41. Et magis horriſonis aquilonis tangitur alis. in Arat.

Horreo.

Periculoſe dico, quemadmodum accepturi ſitis, horreo. in Ant. 210. Etſi omnium conſpectum horreo, pręſertim hoc genero, tamen in tantis malis quid aliud uelim, non reperio. Atti. 11. 222. 3. horreo crimen ingrati animi. 9. Attic. 5. Hæc dominatio quorſum eruptura ſit, horremus. Atti. 35. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti uidẽtur, deorum tamen numina horrerent. 1. de Fin. 40. Cum eſſes in imperio, iam tũ iudicium & crimẽ horrebas. in Ver. 250. Quod ſacrificium nemo unquam uir aſpicere nõ horruit. de har. 252. Vt ipſam uictoriam horrerem. 7. fam. 9. Horrere animo. pro D. 241. Imbecillius horrere dolorem & reformidare. Tuſc. 5. 63. Horrere minas alicuius. pro Quint. 62. Quare nomen publicani neq. illi debent horrere, qui ſemper vectigales fuerunt. ad Qu. fra. 296. Horrere diuinum numen. 4. Acad. 218. Quæ ego, cum a te tractantur in cauſis, horrere ſoleo. de orat. 125. Vno tempore florere, deinde uiciſſim horrere terram. 2. de Nat. d. 15.

Hortor.

Iiſdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum. Marcello, lib. 4. 9. 2. Te hortor, currentem quidẽ, ut ſpero. de Fin. 125. Sed quid ego te hæc hortor? &c. ad Q. fr. 1. 27. Sin (quod te iandiu hortor) exieris, exhaurietur, &c. in Cat. 9. Quare quid eſt quod ego te horter, vt dignitati & gloriæ ſeruias? Ep. 133. Magnopere te hortor, pro tuo ſingulari, perpetuoque ſtudio in Remp. vt, &c. Attic. 8. 158. 1. Non hortor ſolum, ſed etiam rogo atque oro. 5. fam. 50. Nam quod addidiſti, uos, &c. id me non modo non hortatur ad diſputandũ, ſed etiam deterret. Proponam tibi claros uiros, quod facere ſolent, qui hortantur. Ep. 133. Quibus auditis, &c. hunc ad perficiẽdum hortatus ſum. pro Archia, 21. Hæc eo ſpectant, ut te horter & ſuadeam: reliqua ſunt quę pertinent ad rogandum. Epi. 204. Pompeium & hortari & orare, & iam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. ad Lentulum, li. 1. 1. 4. Hortari, inquit, quaſi argumentis ſuadere: Monere, quaſi meo iure, & quadam authoritate. Milites hortari ad laudem. de Prouin. 71. Ad pacem quidem hortari non deſino. Att. 7. 133. 4. Hortari de re aliqua. 7. Att. 21. Conſilium, quod hortandi cauſa laudaui. Ep. 256.

Hortans.

Hortante te & authore. 12. fam. 20. in ep. Caſſii.

Hortatus.

Id feci aliorum conſilio, hortatu, auctoritate. Epi. 217. Quod ſi hæc vox huius hortatu, præceptiſque confirmata, nonnullis aliquando ſaluti fuit, &c. pro Archia.

Hortatio.

Quod cum ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratulatione magis utendum eſt. Ep. 133. Tamen mihi grata eſt hortatio tua. 5. de Fin. 10. Si dubitatem, hortatio impellere, admonitio reprimere poſſet. 10. fam. 7. in ep. Planci. Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago, &c. 1. ad Q. fr. 31. hortatione non egere, hortatorem non deſiderare. 11 fam. 89.

Hortator.

Eo accedebat hortator aſſiduus Saluſtius. Att. 1. 7. 1. Adiutor, author, hortator ad aliquid agendum. poſt red. ad Quir. 7. Hortator non faciendi aliquid, & author. pro Roſc. Am. 65. Hortator & magiſter eius ſtudii ſibi fuit domi. 1. de or. 120. Quanquã hortatore non egeris, ipſi enim veſtra ſponte exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem, in Ant. 235. Poſtremo iſto hortatore, authore, interceſſore, ad Syllam legati non adierunt. pro Sex. Roſ. 65. Hortatore te fecimus. 1. de Fi. 108. Hortatores cædis per multi. Att. 10. 195. 11.

Hortus.

Hortum agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Cat. 53. Phædrum tacita, vt hortum ipſe conducat, ſic olitorem cõmouebis. pro Cæc. 45. Tironi, lib. 16. 18. 4. Nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. 16. fam. 24. paterni horti. 13. phi. 372. horti Scipionis. de Nat. d. 2. 8. Nũc domus ſuppeditat mihi hortorum amœnitatem. ad Qo. fr. 320. Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparaſti, quo omnis iuuentus natandi cauſa uenit. pro Cælio, 28 In hortos ad cœnam aliquem inuitare. 3. Off. 75. Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare. Att. 12. 241. 16. Hortis quis nobilis Epicureus Athenis præfuerit. 12. Att. 30. In Epicuri hortis, quos modo præteribamus. 5. de Fin. 6. & 1. de Na. d. 65. Deliciarum cauſa & uoluptatis, &c. quoſdam non in hortis aut ſuburbanis ſuis, ſed cum mitrella ſæpe uidemus. pro Rabir. Poſth. 16.

Hortulus.

Platonis hortuli. 5. de Fin 3. Dictitabat ſe hortulos aliquos uelle emere, quo inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Off. 63. Aſinius autem breui illo tempore, quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portã Eſquilinam perductus occiditur. pro Clu. 25. Mihi quidem etiã Democritus uir magnus in primis: cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. 2. de Nat d. 84.

Hoſpes.

Per dexteram te iſtam oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti. pro Deio. 4. In voluntatibus ſuorum ciuium hoſpes. de ora. Qui nuper Romę fuit Menedemus hoſpes meus. de or. 92. Hoſpes tamen non is, cui diceres: amabo te, eodem ad me cum reuertere. 13. Att. 67. Tanquam hoſpes in aliquo loco peregrinari, errareque. Aca q. ed. 2. lib 1. 7. Pater aderat Dexio Tindaritanus, homo nobiliſſimus, hoſpes tuus: cuius tu domi fueras quem hoſpitem appellaueras. 7. Ver. 85. Hoſpes iſtuc ueniam. 4. Attic. 33. id eſt, rerum omnium ignarus. Quæ fides Labiene, quã potuit ſine Senatuſconſulto dari? adeone hoſpes huiuſce urbis, adeone ignarus es diſciplinæ, conſuetudiniſque noſtræ, ut hęc neſcias? pro Rabir. Poſth. 21. An uero tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe verſaris? pro Mil. 107. Hoſpes municipum. pro Plã. 16. pro eo qui eſt ex eo municipio. Accipere hoſtem. Pæro. 31. 9. 26. 9. Diuertere ad hoſpitem. 1. de Diu. 101. 5. de Fin. 7. Hoſpitem & peregrinum non eſſe aduenientem. 6. Att. 33. id eſt, non aduenire rerum omnium ignarum. Fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hoſpitem in agendo eſſe debere. 1. de Or. 110. Non hoſpitem habuiſſes, ſed contubernalem. 9. fam. 46. Deiotarus Cæſarem eodem tẽpore & hoſtem & hoſpitem uidit. de Diu. 123. Quid autem, &c. cum urbs cuſtodem, non tyrannum; domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe uideatur? 1. ad Q. fr. 7. Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci. 9. fam. 62. Quem te appellem, inquit? at ille, Voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem. 12. Phil. 338. Domus in quam & hoſpites multi recipiendi, & admittendi hominum cuiuſque generis multitudo. off. 28. Nos autem hinc Roma qui ueneramus, iam non hoſpites, ſed peregrini atque aduenæ nominabamur. con. Rul. 92. Deinde caſu ueniunt hoſpites homini. ad Her. 58. An uero Iudices, uos ſoli ignoratis, uos hoſpites in hac urbe verſamini, ueſtrę peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone uerſantur? pro Mil. 24. Binnius quidam caupo multorum hoſpitum. pro Clu. 131. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, vt poſſemus aliquando, qui, & ubi eſſemus, agnoſcere. 1. Acade. 14. Habere hoſpites domi. ad Her. 4. 233. Recipere hoſpites. in Ver. 89. Quamquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hoſpites erunt recipiendi. off. 75. Ex multis hoſpitibus, qui ex Aſia ad me uenerunt, audiui te, &c. 8. fam. 18.

Hoſpita.

At illa, Ego ipſa ſum, inquit, hoſpita. in Ver. 127. Att. 68. Seruilia Dionis hoſpita. in Verr. 213. Contemnere etiam ſignum

illud

illud Himeræ iam uidebatur, quod eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. 4. Ver. 15. & 62.

Hoſpitium.

Hoſpitium auitum. 13. ſam. 59. Atqui, inquit Iulius, non nimium liberale hoſpitium meum diceſ: nam te in uiam, ſimulac per paullulum guſtaris, extrudam & eiiciam. 2. de Orat. 130. Piliæ paratum eſt hoſpitium. Att. 223. Hoſpitium mihi eſt cum eo. 13. ſam. 35. Hoſpitium mihi cum eo intercedit. 13. fa. 96. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitium. Seruio, lib. 13. 20. 1. Vetuſtum hoſpitium. 13. fam. 60. Hoſpitii neceſſitudo ſancte colenda. 13. ſam. 35. Ad hoſpitium præſto eſſe. pro Deiot. 16. Deiotarus, quocum amicitiam Reſpub. conciliauit, hoſpitium voluntas vtriuſque coniunxit. pro Domo ſua, 151. Gaditani cum L. Cornelio publice hoſpitium fecerũt. pro Corn. Balbo, 63. Hoſpitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos feciſſe publice dico. pro Corn. 32. 6. Verr. 127. Decernunt ſtatim, primũ vt L. ſ. fratri hoſpitium publice fieret, quod is, &c. 7. Ver. Renunciare hoſpitium alicui, & domo emigrare. 4. Verr. 62. Tu illius domum inire, tu vetus hoſpitium renouare voluiſti. pro Deiot. 5. Te in Arpinati videbimus, & te hoſpitio agreſti accipiemus. Att. 2. 40. Cæſar a Deiotaro magnificentiſſimo hoſpitio acceptus eſt. de Diu. 125. Optimum quemque hoſpitio amicitiaque coniungi dico oportere. ad Q. fr. 1. 12. Hoſpitio & familiaritate coniunctiſſimi. 13. famil. 58. Hoſpitio tuo dignus. 13. fam. 90. Ex vita iſta diſcedo tamquam ex hoſpitio, non tamquam ex domo: commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. de Senect. 76. Tota familia occurret, hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. in Ant. 244. Dixit hoc idem M. Lucullus, ſe de his Dionis incommodis pro hoſpitio, quod ſibi cum eo eſſet, iam ante cognoſſe. 4. Verr. 15. Clientelæ hoſpitiaque prouincialia. 4. in Cat. 94. Roſcius florens gratia atque hoſpitiis nobiliſſimorum hominum: nam cum Scipionibus erat ei non modo hoſpitium, ſed etiam domeſticus vſus & conſuetudo. pro Sext. Roſc. 9.

Hoſpitalis.

Cimon in ſuos curiales Laciadas hoſpitalis fuit. 2. Off. 95. Iupiter hoſpitalis, ſtator, ſalutaris. 3. de Fin. 101. pro Deiot. 12. Illa ipſa ſedes hoſpitalis in quã erit dedecus. pro L. Agr. 52. Tua hoſpitalis illa Venus. pro Cæl. 48. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iouis hoſpitalis. ad Q. fr. 3 13. Si te palam interemiſſet, Iouis quidem illius hoſpitalis numen, nũquam celare potuiſſet. pro Deiot. 147. Non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliumque deorum ex hoſpitali mẽſa tollere. in Ver. 211. Homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus amiciſſimuſq. noſtrorum hominum fuiſſet. 3. Verr. 44.

Hoſpitalitas.

Recte a Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas: eſt enim valde decorum patere domos hominũ illuſtribus hoſpitibus. 2. off. 94.

Hoſtia.

Hoſtia maxima parentare, pietatis eſſe adiunctum putabat. 2. de Leg. 50. Hoſtiæ cuique diuo decoræ grateque ſint, prouidento. 2. de Leg. 17. Maiores hoſtiæ in foro conſtitutæ ad præconẽ & ad tibicinem immolabantur. 2. de L. Agr. 91. Cum cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent, eligebãtur. de Diu. 101. Immolabant ſtudioſius & crebrius hoſtias Etruſci. 1. de Diu. 153. Præbere hoſtias ad ſacrificium. 2. de Inu. 193. Humanis hoſtiis aras deorum ac templa funeſtare. pro Font. 17. Quibus hoſtiis immolandum, cuique deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maioribus, cui fœminis. de Leg. 175. Cæſis hoſtiis ad ſcelus perficiendum deos placari nõ poſſe. pro Clu. 153.

Hoſtiatim, *Vide Oſtium.*

Hoſtienſis.

Hoſtienſis prouincia. pro Mur. 16. Nam quid ego hoſtienſe commodum querar? 10. Att. 194.

Hoſtilius.

Rex Hoſtilius augurio Actii Nauii, maxima bella geſſit. de N. d. 2. 7. Hoſtilia Romæ Curia. de Fin. 124.

Hoſtilianus.

Et credo in illa militis cauſa ſi tu aut hæredem, aut militem defendiſſes, ad Hoſtilianas te actiones, non ad tuam & oratoriã facultatem contuliſſes. 1. de Or. 126.

Hoſtis.

Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. 1. Off. 57. Quis tam diis hominibuſque hoſtis, qui auderet, &c. in Ant. 172. Iſte non hominibus, ſed virtutibus hoſtis ſemper, fuit. pro D. ſua, 226. Ille te aſpicere non poſſet, inimicus & hoſtis eſſet. 4. Verr. 41. Quotienſcũque diceretur male de ſe quis mereri, ſibique eſſe inimicus atque hoſtis. 5. de Fin. 5. Hoſtis iam capitalis. 2. in Cat. 26. Verres cõmunis hoſtis omnium, prædoque fuit. in Verr. 112, & 263. Hoſtis nimis ferus & immanis. 4. Ver. 36. Cn. Pompeius Clodii hoſtis. pro Mil. 109. & de Am. 103. Si tibi, cui ſum amiciſſimus, hoſtis eſſem, placarer tamen, &c. ep. 42. Atque etiam, ſi quid ſinguli, temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides cõſeruanda. Off. 1. 61. Eumque qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putãt. Off. 46. Ex eo ſibi illum hoſtem. Att. 248. Ideſt, inimicũ, hoſtẽ perpetuũ ex eo monte tollere. 15. f. 17. Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur. Off 3. 146. Hoſtes ſempiterni. 5. Att. 39. Impetus hoſtium reprimere ac retardare. pro L. Man. 8. Equo incitato ſe in hoſtes immittere. 3. de N. d. 10. Hoſtes iudicemur, aut aqua & igni nobis interdicatur. 11. familiar. 1. in ep. D. Brut. Fędere iurauerant Rhodii, eoſdem hoſtes ſe habituros, quos Senatus, populuſque Rom. 12. fam. 33. in ep. Lentul. Hirtius hoſtes proſtrauit, fudit, occidit. in Ant. 263. Memini colloquia & cũ acerrimis hoſtibus, & cum grauiſſime diſſentiẽtibus ciuibus. 12. Phil. 338. Per quem dicimus inimicis quoq. & hoſtibus ea, &c. 1. de Inu. 117.

Hoſtilis.

Hoſtilis in Rempub. animus. ad Brut. 4. 2. Hoſtilis dextra. 2. Tuſcu. 32. Hoſtilis expugnatio. pro L. Man. 8. Hoſtile odium & crudelitas. pro Clu. 8. At hoc ipſum, inquies, inique facis, qui hoſtilis animi in Remp. homines ciues appelles. ad Brut. 8. in ep. Brut. Hoſtili in terra turpiter iacuit inſepultus. 1. de Inuẽn. 119. Hoſtilem in modum cruciati. 7. Verr. 58. Hoſtilem in modum vexari. de Prouinc. Conſul. 70. Homo hoſtilem in modum ſeditioſus. pro Rab. 95. Hoſtilia externaque bella. 5. famil. 29. pro Deiot. 7. Conditiones pactioneſque bellicas & hoſtiles perturbare. 3. Off. 146.

Hoſtiliter.

Ergo Annibal hoſtis, ciuis Antonius: quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur & cogitet? 5. Phil. 181.

Huber.

Huber & fœcundus auctor. in Or. 8. Periclẽ ab Anaxagora fœcundum atque huberem fuiſſe. Or. 198. Ego locũ æſtate vmbrioſiorem vidi numquam, permultis locis aquam profluẽtem, & eã huberem. ad Q. fr. 3. 17. 5. Ad explicandum ornandumque ſint huberes, & ad memoriam firmi atque diuturni animi. 1. de Or. 56. Huberes ſententię. 1. Tuſc. 99. Huberibus ſpicis & crebris ſeges. 1. de Fin. 156. Ars vberior. 1. Tuſc. 11. Nullus feracior in philoſophia locus, nec huberior, quam de officiis. 3. Off. 7. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. de Cl. 185. Democritus huic in hoc ſimilis, huberior in cæteris. 4. Acad. 212. Agro bene culto nihil eſt nec vſu huberius, nec ſpecie ornatius. de Sen. 89. Maiore delectatione, huberiore ſpe commoueri. de N. d. Ager cum multos annos quieuit, huberiores efferre fruges ſolet. de Cl. Or. 9. Huberiores literę. Att. 13. 297. 1. 11. fam. 53. Alibi Pleniores vocantur. Huberiora cibaria facta ſunt caritate. 5. Verr. 186. Ea Cleãthes paulo huberiora fecit. de Diu. 81. Nam ut ſint illa uendibiliora, hæc uberiora certe ſunt, illa, ſcilicet iuriſconſultorum; hęc, ſcilicet philoſophorum. lib. 1. de Fin. 10. Omnia huberiora futura ſunt. ep. 67. Huberrimus fructus. 2. Tuſc. 20. Copia exilis & huberrima. 4. de Fin. 120. Vbi illa huberrima ſupplicationibus, triumphiſque prouincia? in Piſ. 78. Huberrimum & quęſtuoſiſſimum edictum. 5. Ver. 28. Huberrimi, lætiſſimiq. fructus, 2. de Nat. d. 118. Huberrimæ literæ. 4. Att. 50. Vir ornatus huberrimis artibus. de Cl. Or. 187.

Huberius.

Propter beneuolentiam huberius dicere. de Nat. d. 1. 41. Quæ huberius diſputantur & fuſius. de Nat. d. 2. 15. Huberius explicata. 4. Acad. 235. Planius & huberius loqui. ad Appium, li. 3. 11. 3. Atque his libris annumerandi ſunt ſex de R. P. quos tunc ſcripſimus, cum gubernacula Reipub. tenebamus, magnus locus philoſophiæq. proprius, a Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaq. Peripateticorum familia tractatus huberrime. 2. de Diu. 5.

Hubertas.

Omnis enim hubertas, & quaſi ſilua dicendi ducta ab Academicis eſt. Or. 7. Summa hubertas agrorum. pro Põp. 12. Frugũ hubertas, copia, vilitas, &c. ad Quir. poſt red. 15. Hubertas frugum & fructuum. de Nat. 77. in Ver. 199. Hubertas improborum pro Domo ſua, 54. Hubertas in dicendo. de Or. 89. Hubertas in

percipiendis fructibus, vtilitas in vendendis. in Verr.199. Orationis hubertas, oarietas, copia. pro Coro. Balbo, 1.3. de Finib. 15. Tuſc. 1. 104. Fat. 3. Maxima hubertas & varietas pomorum. de Nat. d. 58. Hubertas earum rerum, quas terra procreat. Din. 2.23. nubertatem lactis fœtuſque ſeruanto, idque ne committi poſſit, ad eam rem & rationem curſus anouos ſacerdotes finiun10. 2. de Leg. 17. Aſia fertilis eſt hubertate agrorum. pro L. Man. 31. Ramos baccarum hubertate tocurueſcere. Tuſc. 1. 56. hubertate Platonis completi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 12. Nuper nati mammas appetunt, earumque hubertate ſaturantur. 2. de Nat. d. 97. Bibliothecas omnium philoſophorum vnus x11. tabularum liber & auctoritatis pondere, & vtilitatis hubertate ſuperat. de Or. 101. Satis a Socrate dictum eſt de hubertatibur virtutis & copiis. 2. de Nat. deot. 248.

Huber.

Hic ſilueſtris erat Romani nominis altrix Martia, quę paruos Manortis ſemine natos. Huberibus grauidis vitali rore rigabat. 1. de Diu. 38.

Huc, Huccine, *Vide Hic, aduerbium.*

Hui.

Videbam ſermones, hoi fratrem reliqnit. 6. Att. 43. Sed quis hui nō dicat? Att. 250. Hui quam uelim ſcire utrum, &c. ep. 254. Hui ſi ſcias quanto periculo tuo, &c. Att. 216. Hui tam lōge. 5. Att. 36. Hui totieſne me literas dediſſe Romam, cum ad te nullas datam? Att. 5. 98. 1. Hui uereor ne, &c. 8. fam. 44.

Huiuſce.

Quos tandem fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit? 7. Ver. 97.

Huiuſmodi.

Nec miror, ſed mæreor caſum huiuſmodi. Terentiæ, l. 14. 2. 4

Humanus.

Vt humanus, falli poſſum. 13. Attic. 26. Animus ac liberalis. Part. 231. Tuſc. q. 131. Humanus & ciuilis cultus. 1. de or. 32. Tuus dolor humanus is quidem eſt. 12. Att. 12. humaoa ęquitas pro D. ſua. 1 Gens humana atque docta. de Diu. 80. Gens humana, immanis, & barbara. de Diu. humana ſocietas. Aca. q. ed. 2. l. 1. 16 humanum genus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 16. 4. Verr. 121. Ne munus humanū aſſignatū a deo defugiſſe uideamini. de Somn. Scip. 128. Metum uirgarum Nauarchus oobiliſſimæ ciuitatis pretio redemit humanum. 7. Verr. 91. Deinde totius complexu gentis humanæ. 5. de Fin. 116. homines a fera agreſtique uita ad humanum cultum ciuilemque deducere. de or. 87. Cyrum omnibus in rebus comem erga Lyſandrum & humanum fuiſſe. de Sen. 89. Qui in uita humana, diuina ſtudia coluerunt. de Somn. 129. Aliquis humana ſpecie ac figura, qui immanitate beſtias uicerit. pro Sext. Roſc. Am. 38. Cum humano genere ſocietas quædam elephanto. 7. fam. 4. homines periti & humani. 7. Verr. 56. humana hæc quidem. 15. Att. 26. humana omoia quæcunq. accidere poſſont, tolerabilia ducere. Tuſc. q. lib. 5. 13. & 12. Att. 32. Omnia humana placate & moderate ferre. 6. f. 3. ideſt, omnes humanos caſus. humana ferenda. Att. 15. 329. 13. Sint ſemper omnia homini humana meditata. Tuſ. 3. 27. humanius fieri nihil poteſt. ad Tironem, lib. 16. 1. 4. adoleſcens humaniſſimus & doctiſſimus. pro Cęl. 42. homo doctiſſimus atq. humaniſſimus. in Verr. 223. Hō facillimus atque humaniſſimus. Att. 16. 343. 4.

Humanitas.

Clementia, manſuetudo, humanitas. ad Q. fr. 294. Facilitas & humanitas tua. Seruio l. 13 25. 3. Lepor & humanitas in omni uitæ tempore verſetur. de or. Literæ & humanitas. Seruio, li. 14. 25 3. humanitas & modeſtia. Att. 7. 125. 2. Deeſt illi humanitas Att. 5. 88 6. Tantaque pœna eos afficiamur, quantum æquitas humaoitaſqoe patiuur. off. 36. Tam amans tuorum ac tui, quam communis humanitas poſtulat. pro D. ſua. 132. Nos ei generi hominum præſumus, non modo in quo ipſa ſit, ſed etiam a quo, ad alios perueniſſe putatur humanitas. ad Q. fr. 295. humanitas alicuius. pro Plan. 48. i. humanarum rerum ſcientia. cōmunis humanitas. pro Syl. 48. Politior humanitas. 2. de or. 39. Singularis humanitas, ſuauiſſimi mores. Att. 16. 341. 9. Tanta in Craſſo humanitas fuit, &c. de or. 87. humanitas tua ab omnibus deſideretur. 1. ad Qu. fr. 26. humanitatis eſt uel nō facere quod nō optime poſſis, uel facere quod nō peſſime facias. 2. de or. 48. Humanitatis condimentis multis hæc ſeueritas mitigaretur. 1. ad Q. fr. 16. Hęc in homines alieniſſimos, deniq. inimiciſſimos, uiri boni faciunt, & hominum exiſtimationis, & communis humanitatis cauſa, ut cum ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſius iure incommodi cadere poſſit. pro Quint. 9. Tamen ciuis a ciuibus communis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer, ne, &c. pro Flac. 18. Nemo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. de or. 115. 2. de Diu. 121. Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis auctores. de or. 125. Natura certe dedit, ut humaoitatis oon parum haberes. pro Sext Roſc. Am. 26. Nemo Catone proauo tuo commodior, comior moderatior, fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Mur. 139. Humanitatis ſal. 1. ad Att. 23. Studium doctrinæ atque humanitatis. pro Cælio. 42. pro Archia. 2. Et quoniam, &c. audacius paulo de ſtudiis humanitatis, quę & mihi & nobis nota & iudicanda ſunt, diſputabo. pro Mur. 55. Deinde habebis tecum ex iuuentute optimū quemque & ſtudioſiſſimum humanitatis. de Petit. Conſ. 210. Qui lo hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, uerſari periucunde ſolet. pro Cęl. 42. Magna eſt enim uis humanitatis, multum ualet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicioaibus ipſa natura, &c. pro Sext. Roſc. 38. Quæ niſi naturas hominum, uimque omnem humanitatis cauſaſque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perſpexerit, dicendo quod uolet, perſpicere non poterit. de or. 89. Humaoitati tuæ conſtare uoles. 1. ad Att. 20. Atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humaoitatem informari ſolet. pro Arch. 2. Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent qooddam commune uinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. pro Arch. 1. Cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio. Metello, lib. 2. 5. 25. Humanitatem omnem exuimus. 13. Att. 2. pro Ligario. 8. Ideſt, omnem ſenſum humanitatis, ita ut re nulla commoueamur. Humaoitatem inquinare. pro Deiot. 23. Obtinemus ipſios Cæſaris ſummam ergo nos humanitatem. Figulo, lib. 4. 13. 8. Humanitatem a Græcis ad cæteros homines perueniſſe. 1. ad Qu. fr. 21. Tironem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluū, quam propter uſū meum. Att. 104. Non enim modo id uirtutis non eſt, ſed potius immaoitatis omnem humaoitatem repellentis. 1. off. 90. Humanitatem cuipiam tribuere. 1. ad Qu. fr. 21. Nullum eſt uitę tempus in quo non deceat leporem humanitatemque uerſari. de or. 239. Ab humanitate derelictus. 4. ad Her. 152. Tū humanitate adductus eum defendit. pro Syl. 61. Humanitate tua hunc adoleſcentem comprehenderis. 13. f. 29. Difficillima ſocietas grauitatis cum humanitate. 3. de Leg. 2. Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur. ep. 199. Peterem ueniam errato meo ex intimis veſtris cogitationibus, & ex humanitate communi. pro Syl. 179. In uirtute atque humanitate percipienda. ad Qu. fr. 295. In ueſtra manſuetudine atque humanitate totam cauſā repono. pro Syl. 85. In omni recto ſtudio atque humanitate uerſari. 1. de or. 134. Vir humanitate politus. 2. de or. 84. Humaoitate me eſſe prohibitum, ne, &c. 1. Att. 5. Tum ſine ulla bona arte, ſine humaoitate, ſine ingenio, ſine literis intelligis & iudicas? 6. Verr. 88. Humanitate multa temperatus in ſumma magnitudine animi. 4. Att. 21. humanitate uti. 13. fam. 86.

Humane.

Ille quod Puteolos proſequitur, humane; quod queritur, iniuſte. Att. 15. 330. 2. humaoe facere. 11. fam. 45. Toleranter & humane ferre modum. 2. Tuſc. 110. Non humane de prouincia loquitur. 8. fam. 31. in ep. Cęl.

Humaniter.

Si humaniter & ſapienter & amabiliter in me cogitare uis. 14. Att. 22. in ep. Antonii. Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me miſſo Senatu ueſperi uenit. ad Qu. fr. lib. 2. 5. 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. Att. 1. 6. & 4. 45. Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, &c. docebo profecto quid ſit humaniter uiuere. Mario. lib. 7. 5. 3.

Humanitus.

Siquid mihi humaoitus accidiſſet, multa aotem impendere uidebantur, præter naturam, præterque fatum. 1. phil. 7.

Humatio, Humatus, *Vide Humus.*

Humidus.

Humida aurora. in Arat. Natura animantis uel terrena, uel ignea, uel animalis. uel humida. de. Nat. d. 66. Terrena & humida ſuopte nutu in terram feruntur. Tuſc. 150. Ignem ex lignis uiridibus atque humidis, in loco anguſto fieri iuſſit. 3. Ver. 30.

Humerus.

Segetes pendebaot ab humero. in Verr. 217. Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga declarāt non eſſe ſe ad onus accipiēdum figurata, &c. tum uires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, &c. 2. de Nat. d. 237. Nam ſcutum, galeam, gladium in onere noſtri milites non plus numerant, quam humeros,

ros,

ſor,lacertos,manus.Tuſc.q.182. Quod is C.Sulpicii Galli propinqui ſui Q. Pupillum filium ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet.1.de Or.116. Vix hæc innixa in noſtris humeris cohærebũt de Ar.158.Humeris ſuis aliquem in cælum ferre. 11.Phil.308. Suis humeris pecunias retulerunt. 6. Att. 14. Italia me exulem humeris ſuis reportauit.Saſl.in Cic. 271.De ſumma Reipub.tanetſiquam vos vniuerſam in hoc iudicio veſtris humeris, veſtris inquam humeris Iudices ſuſtinetis. pro Flac. 72. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, cum humeris bouem ſuſtineret viuum.de Sen.29. Totam vt petitionem ipſe ſolus etiam in comitiis illis gubernaret:tota vt comitia ſuis, vt dictitabat, humeris ſuſtineret. pro Mil. 18.

Humilis.

Nemo eſt tam humilis,qui n,&c.de Cl.166. Summiſſus & humilis.Or.203.Animus humilis ac demiſſus.pro Font.19.Att.l.2.36.4.& l.7.126.2.4.ſ.25.Humilis & imbecillus animus. de Fin.59.Quis vnquam apparitor tam humilis,tam abiectus?in Ant.176.Humilis & infirmus homo.1.de Inu.8.Anguſta mens & humilis.Poſt red.in Senatu.7. Oratio humilis & abiecta.in Orat.212.Humilis ſane & minime generoſus, vt ita dicam,ortus amicitiæ.de Amic.29.Humilis ac ſupplex precatio.de Inu.47.Humilis ſepultura.14.Phillip.408.Demiſſus atque humilis ſermo.in Or.114.Vir humilis atque demiſſus.2.Verr.11.Att.9.179.1.Humilis & obſcurus vir.1.de Diu. 146.Nihil io me non modo perfidioſum & inſidioſum & fallax in amicitia, ſed ne humile quidem aut ieiunum debes agnoſcere. 3.fam.40.Humile genus cauſæ.1.de Inu.29.Verbum durum & humile.de Or.190.Qui altiore animo ſunt,nihil abiectum, nihil humile cogitant.de Fi.158. Numquam ego cuiquam tam humili,tam ſordido,tam nocenti, tam alieno,tam præciſe negaui. Att. 8. 148.3. Nihil enim apteſ, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam.de Amic.32.Ab humili duci.Tuſc.2.4.Succumbere doloribus, eoſque humili animo imbecilloque ferre miſerum eſt.1.de Fin.75.Fracto animo atque humili ſupplicare alicui. pro Plãc.40.Homo mediocris,& aut nulla,aut humili aliqua arte præditus.pro Arch.17. Pompeius humili atque obſcuro loco natus.7.Verr.142.Humiles homines,& Ampliſſimi viri, contraria. 9. Att.27.Humiles ac ſupplices preces & conſecrationes 1.de Inu.32.Qui parentibus nati ſunt humilibus. de Amic. 109. Indignũ eſt vinci ab inferiore atque humiliore. pro Quint. 64. Quæ & conſcripta ſunt a multis, & ſunt humiliora quam ea,quæ a vobis expectari puto.de Leg.158.Itaque & arbores, & vites,& ea quę ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt, &c. 5.Tuſc.53.Humiliora verba.in Part. 29. Semper ſtatui,non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores. 14. Attic. 25.

Humiliter.

Humiliter & demiſſe ſentire.5.Tuſ.35.

Humo. *Vide Humus.*

Humilitas.

Humilitas & obſecratio.de Inu.62.Aderit paupertas, ignobilitas,humilitas.Tuſc.q.234. Atque etiam aliorum ea humilitas eſt,vt cibum terreſtrẽ roſtris facile cõtingant, quæ ante,&c. de Nat.d.50.Humilitas hominis.pro Clu.40.ideſt,ignobilitas. nęc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat mortem anteponendam.de Or.104.Nihil, quod humilitatem cuiuſquam grauitas & virtus iudicis conſoletur. pro Quint.3.Quis enim erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?pro Roſc.Am. 80.Is autem humilitatem deſpicere audet cuiuſquam qui ex eadem ſuſtulerit liberos? 13. Phil.361.habet ardorẽ libido,humilitatẽ metus.3.Tuſ.48.Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur.2.Off.63. Sidera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia.5.Tuſc.98.Docet enim ratio mathematicorum quanta humilitate luna feratur, terram pene contingens. 2. de Diuin. 137.

Humor.

Humor allapſus extrinſecus,vt in tectoriis videre eſt, Auſtro ſudorem imitatur.Diu.lib.2.44. Dureſcit humor aquilonibus. de Nat.d.2. 20. aquę ſcilicet. Humor & calor qui eſt infuſus in corpore.2.de Na.d.27.Humor ita mollis eſt,vt facile collidi cõprimique poſſit.de Nat.d.65.Nares habent humorem. de Nat.d.35.Humorem,calorem,viſcerum ſoliditatem,animum ſpirabilem ſumpſimus ab humore, a terra, ab igne,ab aere,quem ſpiritu ducimus.de Nat.d.2.14. Humores qui ex renibus profunduntur.2.de Nat.d.104. Neque dii his eſcis potionibuſque fruuntur, ut nimis acres aut nimis concretos humores colligant. de Nat.d. 37. Humoribus Oceani alitur ſol igneus.de Nat.d.2.29. Aſtra terrenis,mariniſque humoribus longo interuallo extenuatis aluntur.de Nat.d.2.31.

Humus.

Humus ſubacta atque pura.Cat.55. Quos humus iniecta contegeret. 2. de Leg. 89. Humo tegi dicuntur corpora defunctorum. Tuſcul. 1. 29.

Humi, *genitiuus aduerbialis.*

Iacere humi. in Cat. 102. Hoc videtur eſſe altius, quam vt id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus.de or. 144.

Humo.

Simonides quendam mortuum vidit, eumque humauit. 1. de Diu.52.Magorum mos eſt,non humare corpora, niſi a feris ſint ante laniata.Tuſc. 1. 97. Quos cum humare vellent ſui,nequirent obtritos internoſcere vllo modo,&c.2. de or.192. In terram enim cadentibus corporibus, hiſque humo tectis,ex quo dictum eſt humari, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum.1.Tuſ.29. ideſt, humo iniecta tegi.Humandi terra mos Athenis iam a Cecrope permanſit,quam cum proximis fecerãt, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur, vt ſinus & gremiũ quaſi matris mortuo tribueretur,ſolum autẽ frugibus expiatum viuis redderetur.2.de Leg.58.

Humatus.

Locus in quo quis humatus eſt.de Diu.98. Is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris.de Nat.d. 71. Humati quod nunc communiter in omnibus ſepultis dicuntur, id erat propriũ tum in iis,quos humus iniecta contegeret, eumque morem ius pontificale confirmat. 2. de Leg.52.

Humatio.

Humatio ad corpus pertinet, ſiue occiderit animus,ſiue vigeat.Tuſc.1.93.Cuius hoc dicto admoneor,vt aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem. 1. Tuſc.92.

Humifer.

Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum. 1. de Diu.26.

Humus, *Vide poſt Humor.*

Hyades.

Eius caput ſtellis cõſperſum eſt frequentibus: Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſuerunt, a pluendo: ὕειν enim eſt pluere: noſtri imperite Suculas,quaſi a ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatæ.2.de Nat.d.161.

Hybernus.

Refrigeratio ęſtate, & viciſſim aut ſol aut ignis hybernus.de Sen.43.Hyberna legio.4.Att.54.Hyberna nauigatio odioſa eſt Att.248.Hyberna nox.in Arat. Hybernum cubiculum ad Q.fr. 3.17.4.ideſt,aptum ad vſum hyemis.Hyberni mẽſes.Att.5.101.3.Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarũ ſibi hoc remedium comparat.7.Verr. 21.Id maxime fieri hybernis temporibus.de Nat.d.2.19.

Hyberna.

Hyberna maiora de minoribus effici poſſe. 13. Att. 38. Cum hyberna legato præfecto tradidiſſes, euertiſti miſeras ciuitates. in Piſ. 68. In hyberna agri male pacati exercitum deducebam. 5.Att.41.In hyberna exercitum dimiſi. 15. fam. 19. Mittere in hyberna cohortes.de Prouinc.Conſul.5.In hyberna cum equitibus erat iam profectus.12.fam. 31. in ep.Lentuli.In hyberna milites recipere.5.Att.49.In hybernis legiones collocare. Pollio Cic.10.33.8.

Hyberno.

Iam vero quomodo milites hybernẽt, quotidie ſermones proferuntur.pro Pomp.11.Vbi ſis hybernaturus,& qua ſpe,aut conditione,ſcire velim.ep.103.

Hyblenſes.

Iam vero ea Hyblenſium pactionibus intelligetis. 7.Ver.83.

Hydra.

Hic ſeſe infernis e partibus erigit hydra. de Nat.d.48. Hydra tenet ſicau Crateram,coruus adhæret.in Arat.33.Hercules cum pelle & hydra.de Or.113.Y'δραίνλον hortabere ut audias voces potius,quam Platonis.Tuſt. 199.

Hydria.

Hydriæ argenteę ſcyphi complures.4.Ver. 33.Vt quot eſſent renuntiati,tot in hydriam ſortes coniicerentur. 4. Verr.88. 6. Verr.27.In hoc fano loricas,galeaſque æneas,cęlatas opere Corinthio,hydriaſque grandes,&c.poſuerat.6. Ver. 87.Hydrus,oppidum in Apulia.Att.248.& 254.ep.259.

Hyema.

Hyems, incommodum anni tempus. 9. Att. 7. Hyems, certiſſimum ſubſidium eſt nobis, hac infirmitate exercitus, inopia ſociorum. 5. Att. 34. Nunc eſt hyems. ad Q. fr. 309. Summa hyems, tempeſtas perfrigida, imbes maximus. 6. Verr. 77. Nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo. pro Planc. 280. Nō illum vis hyemis retardauit, quo minus, &c. in Ant. 221. Hyemi locus eſt. pro Sext. 9. Tempus quod hyemi ſeneſcenti adiunctum eſt. de Natura d. 2. 36. Hanc uim frigorum hyememque, quam nos vix huius vrbis tectis ſuſtinemus, excipere. pro Rab. Poſth. 26. Falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt: ſimulatque hyemem fortunæ viderint, deuolant omnes. 4. ad Her. 227. Noſtri milites duriſſimis & frigidiſſimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt. 8. ſam. 43. Hyeme omnia. bella inte gentium conquieſcunt. pro Rabir. Poſthumo, 129. Arabes campos & montes hyeme & æſtate peragrant. 1. de Diu. 154. Refrigeratio in æſtate, & viciſſim in hyeme, aut ſol, aut ignis hybernus. de Sen. 86. Hyeme denſior terra. de Nat. d. 2. 19. Aeſtates & hyemes efficit inflexus ſolis curſus, tum ad Septentrionem, tum ad Meridiem. de Nat. d. 2. 36.

Hyemo.

Hoſtes hyemant in Chirethica. Att. 81. Pompeius maximus atque ornatiſſimus hyemauit in Gallia M. Fonteio imperāte. pro Font. 5. ad Quin. 3. 19. 6. Non ſpero te iſthic libenter hyemare. Att. 80. Vbi pyratæ quotannis hyemare ſolent. in Verr. 224. Facies me certiorem quomodo hyemaris. Att. 89. Cupio ſcire ubi ſis hyematurus. epi. 99. Quoniā ſcribis hyematurum te in Epiro. Att. 252.

Hyemalis.

Hyemalis nauigatio, & minime portuoſa. Toranio, libro 6. au. 1. Nudi hyemalem vim perferunt ſine dolore. 5. Tuſc. 113. Arboreſque vt hyemali tempore, &c. tempeſtiue cædi putant. de Diuin. 115.

Hymellus.

Non ab Hymello, ſed ab area Syra philoſophiam hanc habemus. 2. ad Quint. fr. 24.

Hymettus.

Vel ſe ex hymetto afferre voluiſſe diceret. de Fin. 88.

Hymnis.

Vt illud in ore habeant ex hymnide. de Fin. 69.

Hypallage.

Hypallage rhetoribus eadem quæ grammaticis Metonymia. orat. 50.

Hyperatticus.

Quamquam vereor ne cognomine tuo lapſus, hyperatticus ſis in iudicando, &c. Att. 238.

Hyperbolus.

Hyperboli Athenienſis improbitas. Brut. 119.

Hyperbole.

In hoc genere oratoribus & philoſophis conceſſum eſt ut muta etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendę rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur, & multa mirabilia alia. in Top. 22. Exemplum hyperboles. Attic. 9. Non dico hyperbolicos. Quint. fr. 316.

Hypodidaſcalus.

Sella tibi erit in ludo, tamquam hypodidaſcalo proxima, eā puluinus ſequetur. epiſt. 138.

Hypomnema.

Multum mihi enim eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. ad Tironem, lib. 16. 30.

Hyponacteus, *Vide Hipponacteus.*

Hypotheca.

Hypothecæ commiſſæ. 13. ſam. 78. Velim cures vt aut de hypothecis decedat, eaſque procuratoribus Cluuii tradat, aut pecuniam ſoluat. ad Thermum, lib. 13. 78.

Hypotheſis.

Definitum eſt quod hypotheſim Græci, nos cauſam poſſumus nominare. in Top. 42. Hypotheſim autem hanc habent, eamque præ ſe ferunt, virum clariſſimum interfectum, totam Rempub. interitu illius perturbatam. Att. 14. 320. 2.

I

I Litera, iota. 3. de Orat. 26. Quare Cotta noſter, cuius tu illa lata Sulpiti nonnumquam imitaris, vt iotam literam tollas, & e pleniſſimum dicas, non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari.

Iacchus.

Iacchus quid aget, & auguſta illa myſteria, ſi quidem ſacra nocturna tollimus. 2. de Legibus, 35. Vt ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam? 6. Verr. 119.

Iaceo.

Iacet igitur tota concluſio. 2. de Diu. 159. Quod quæris quid hic agatur, tota Capua & omnis hic delectus iacet. 7. Att. 65. Iacet in mœrore meus frater. 10. Att. 10. Cn. autem noſter (o rē miſeram) vt totus iacet. ad Att. 115. Iacet ille nunc proſtratus Quirites, & ſe perculſum atque abiectum eſſe ſentit. in Cat. 16. Quē locum volo tibi eſſe notum, iacet inter Apenninum & Alpes, impeditiſſimus ad iter faciendum. Brutus ad Cic. 11. 13. 5. Cur tam diu iacet hoc nomen in aduerſariis? pro Quint. Roſc. 46. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet? pro Roſc. Com. 1. Iacet res in controuerſiis. pro Quint. 45. Honos alit artes: omneſque incenduntur ad ſtudia gloriæ: iacētque ea ſemper quæ apud quoſque improbantur. Tuſc. 1. 5. Iacent beneficia. 6. Phil 213. Nunc iacent pretia prędiorum. pro Roſc. Com. 20. Iacent ſuis teſtibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, niſi de Cyro auditum eſſet, rediturum fuiſſe. pro Mil. 35. Cū pater Curio mœrens iacebat in lecto. 2. Phil. 62. Cum leges in ciuitate nihil ualebant, cum iudicia iacebant. Off. 121. Multi uiri antiqui his recentibus Mariis commemorandis iacebant. pro Mur. 14 Illi quorum ſæpe ac diu ad pedes iacui ſtratus, obſecrans, &c. pro Quint. 18. 6. ſam. 46. Mater mihi ad pedes miſere iacuit. in Ver. 262. In eodem ſilentio multa alia officia Oratorum iacuerunt. 2. de Or. 35. Quod priora tempora in ruinis Reipub. noſtris iacuerunt. ep. 72. Cum C. Marius ſeptimum annum poſt Præturā iaceret. Off. 66. Abſens nō in obliuione iacuiſſet, ſed in aſſidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuiſſet. 3. Ver. 72. Et ut ſcias me ita dolere, ut non iaceam. 12. Att. 30. ideſt, ut non langueam otio. Iacere afflictum & exanimatum. Tuſc. 2. 48. Iacere humi non modo ad obſidēdum ſtuprum, uerumetiam ad facinus obeundum. in Cat. 18. Te nunc mea Terentia ſic uexari, ſic iacere in lachrymis & ſordibus, idque, &c. ad Terentiam, lib. 14. 5. Ab hoc igitur quiſquam bellum timet, qui antequam nos id coacti ſuſcepimus, in pace iacere, quā in bello uigere maluit? 10. Phil. 279. Iacere in ſordibus ac luctu. in Piſ. 98. Iacere in tenebris. 3. Vers. 5. Maximas uero uirtutes iacere neceſſe eſt uoluptate dominante. 2. de Fin. 185.

Iacens.

M. Furius ad pedes uniſcuiuſque iacens. Q. fr. 312. Si iacens id nobiſcum ageret, audirem fortaſſe. 12. Phil. 321. Homo afflictus & iacens. de haruſp. reſp. 46. Animum abiectum & iacētem erigere. de Amic. 52. Sed cura, ſi me amas, ut ualeas, ne ego te iacente, bona tua comedam. ad Papirium, l. 9. 48. Cum uerba iacētia ſuſtulimus e medio. de Or. 189.

Iacio.

Iacis adulteria. pro Planc. 24. pro, obiicis. Id quod iacis obſcure. 1. Att 22. pro, quod ſignificas. Deinde id quod proponendum fuit, iacit ad extremum. Part. 234. Sed tamen nonnullos interdū iacit igniculos viriles. 15. Att. 44. Vocibus inſtat, & aſſiduas iacit ore querelas. 1. de Diu. 13. Ab utroque portus cornu moles iacimus. 9. Att. 187 2. In quo templo quātum in me fuit, ieci fundamenta pacis. 1. Phil 2. Quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam: & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci ſalutis tuæ. Appio, lib. 10. 29. 2. Caſus quidam iecit caput meum in mediam contentionem diſſenſionemque ciuilem. epiſt. 12. Iupiter in medium mare fulmen iecit. 2. de Diu. 33. Iecissem ipſe me potius in profundum, ut ceteros conſeruarem, quam, &c. pro Sext. 37. Cū etiam aduerſarius telum nullum iecerit. pro Quint. 2. Iacere contumeliam in aliquem. pro Sill. 17. Iacere crimen. pro Quint. 5. Iacere facem. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 82. Iacere & immittere iniuriam in aliquem. in Parad. 35. Iacere lapides. pro Mil. 109. Iacere ſaxa. pro Cæc. 296. In quē ſcyphum de manu iacere conatus eſt. 6. Verr. 20. Iacere talos. Diu. 1. 14. & 2. 67. Terrores iacere & denuntiare. Att. 2. 60. Iacere teſſeras. Diu. 2. 67. Iacere uocē uel ſuſpicionē. pro Flac. 5. Niſi forte cui cauſæ fundamēta iaciunt nō uidetis. pro Flac. 147. Vtetur utroque, ſed altero in narrando aliquid uenuſte, altero in iaciendo, mittendoq. ridiculo. in Or. 484.

iacto.

Cum ardētes faces in uicinorum tecta iactas,&c.de har. 252. Hic qui ſe magnifice iactat atque oſtentat,&c.in Ver.209.Att. 28.ad uer.30.Miſeros illud nolunt,niſi ſi forte iactant. de ora. 130. Qui ſe inſperatis pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque ia ctant.in Cat.108.Superioribus inuidetur ſæpe uehementer, & eo magis,ſi intolerantius ſe iactant.2.de ora.115. Legē uſuariam alimentariamque iactauit.8.fam.16.in epi. Cæl. In eoque ſe in eôcinne iactauit,nihil ei noui accidiſſe. Attic. 22.Hæc tu Eruci tot & tanta ſi nactus eſſes in reo,quandiu diceres? quo te modo iactares? tempus hercule te citius, quam oratio deficeret. pro Roſ.Am.54.Iactare ceſtus.Tuſc.2.49.Iactare haſtas leniter. de or.138.Minas iactare, pericula intendere, formidines oppone re.pro Quint.26.Iactare ſe.de Cl.184.id eſt,frequenter mouere & agitare. In quo enim maxime conſueuit iactare ueſtra ſe ora tio.de Fin.1.28.Iactare ſe de re aliqua.6. Verr. 40. Iactare ſe in cauſis Centumuiralibus.de Or.99.In concione ſe iactare. Att. 2.16.9.Cum ipſe in illa ratione iactaret.pro Flac.156. Iactare ſe in ratione populari.pro Sext.99.ſe in re aliqua.2.Att.4. ſe in conſtanter & turbide.Tuſc.4.18 ſe magnificentiſſime.Att.2.36. 4.Seſe, & in alios cæco impetu incurrere.1.de Fin. 69. & oppo nere terrorem alicui.pro Sext.14.Si quando iactor in turba, nō illum accuſo,qui,&c.pro Plan.262.Forenſi labore iactor. Q.fra. 326.Iactatur domi ſuę uir optimus,& homo honeſtiſſimus:pro ſe quiſque manus affert. 3. Verr. 46. Qui in hac tempeſtate po puli iactamur & fluctibus.pro Planc.261. Cum æſtu febrique ia ctantur. in Cat.23.Iactantur enim uoces, quæ perueniunt ad au res meas.in Cat.121.& Att.6.Non iactātur uulgo, ſed inter pau cos ſecreto narrantur.8.fami.3.in ep.Cæl. Iactabatur enim illis temporibus nummus ſic, ut nemo ſcire poſſet quid haberet.3. off.105.id eſt,fluctuabat æſtimatio nummi. Pompeius clamore conuitioque iactatus eſt.ad Lent.lib.1.5.10.Iactabitur grauius. de Vniu.57.Cum naues aduerſa tempeſtate in alto iactarentur. de Inu.74.Iactari fluctibus.in or.57.Att.1.13.10. Exultare im moderateque iactari.Tuſ.183.de Diu. 93.Iactari magna tempe ſtate.Tuſc.5.3.Ne putemus patronum tuum in hoc crimine cer uiculam iactaturum,& populo ſe ad coronam daturum. in Ver. 258. Curionem iactaturum ſe dupliciter.8.fam.31.in ep.Cæl.

iactus.

Quę eſt unquam iacta non ſuſpicio, quę tamen ſolet eſſe fal ſa, ſed iracundiæ uox aut doloris? pro Flac. 5. Iactum præclare fundamentum quæſtionis.de Nat.d.1.32. Sed attendite animos ad ea quæ conſequuntur: hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.2.de L.Agr.47. Iactam & immiſſam a te in me nefariam iniuriam ſemper duxi.Parad.35. Sed paulo ante iacta ſunt fundamenta.Acad.q.edit.1.lib.1.361 Tenebam memoria nobis Conſulibus ea fundamenta iacta ex Cal.Ian.confirmandi Senatus.Lent.lib.1.9.40.

iactus.

Iactus fulminum.3.in Cat.63.2.de Diu. 31. Quid eſt tam in certum,quam talorum iactus?tamen nemo eſt quin ſæpe iactās, Venereum iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac ter tium.2.de Diu.94.& 127.3.de Fin.83.

iactatus.

Multis uexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis. pro Quint. 18. Declaratur utrum hoc declamatorio ſit opere iacta tus.de or.91.Equitas multis iniuriis iactata atque agitata. pro Quint.5. Res peruulgata atque in manibus iactata & excuſſa. pro Mur.190.

iactatio.

Iactatio,eſt uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. Tuſ. q.lib.4.16.Atque hic eſt primus aditus ad popularem iactationē de haruſp.39. Inſolentiam & iactationem hominum fere. Attic. 10.121.6. Eloquentia forenſis iactationem habuit in populo. or.198.Si ea illa iactatione curſuque populari bene geſta Rep. referunt aſpectum in curiam.de Prouin.77. Actio modica iacta tione corporis.in ora. Quo tandem animo me eſſe oportet,pro pe iam ex magna iactatione terram uidentem,in hunc cui uideo maximas Reip. tempeſtates eſſe obeundas?pro Mur.3. Optimis hercle temporibus tum,cū homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate atq. innocētia tuebātur.pro Cl.76.Iactatione cer borum & denuntiatione periculi terrere aliquem.11.fam.32. Ia ctationes animorum incitatæ, & impetu inconſiderato elatæ Tuſcul.5.12.

iactura.

Quæ iactura,qui ſumptus.pro Flac.148.Si qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando.Att.196.Fuit tamen retinendi or dinis cauſa facienda iactura.Att.13.Non ſolum huius dignita tis iactura facienda eſt,ſed,&c.pro Planc.260. In unius mulier culæ animula iactura facta eſt.4.fam.18.in ep.Seru.Sulpitii. Cū tanta ſit nobis iactura facta iuris.Att.251.Iactura immanis.Off. 2.82.Ad iacturam reliqua ſtruentur.3.ad Q.fr.33.Concedā hoc ipſum,ſi uis,etſi magnam iacturam cauſæ fecero.de Diu.115.Ia cturam criminum facere.3.Verr.22. Equi pretinſi iacturam face re.off.70.Iacturam rei familiaris facere.2.de Fin.66.Quos dicis iacturam ſuarum tribuum feciſſe.pro Plan.270.Tu illā iacturam æquo feres animo.Att.208. Prouincia ſumptibus & iacturis ex hauſta.Att.84.

iaculum.

Si Annibal ad portas ueniſſet,murumque iaculo traieciſſet, de Fin.111.Solem præ iaculorum multitudine & ſagittarū um bra non uidebitis.Tuſc.170.

iaculor.

Quo in bello magnam conſequebare laudem equitando, ia culando,omnia tolerando. off. 42. Quis eſt enim qui totum diē iaculans,non aliquando colliniet?2.de Diu.94.

iam.

Iam a prima adoleſcentia delectarunt. Lent.lib.1.9. 94. Iam a principio Romani nominis.pro Cor.61.Iam a principio uidē dum eſt,&c.Or.216.Iam ab illo fonte & capite Socrate.de orat. 88.Omnia quæ per hoc biennium agitata ſunt, iam ab eo tem pore,quo L.Catilina conſilium iniuit,&c.in hoc tempus erum punt.pro Mur.143.Iam ab illo tempore cum tu Cumanum mihi obuiam veniſti.Cæl.lib.2. 15. 9. Comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.4.Verr.90.Nuper quidem cum te iam aduentare arbitraremur,repēte abs te in menſem quintilem reiecti ſumus. Att.2.Dierū iā amplius L.interuallo nihil a te literarum. Q.fr. 323.Iam antea petiui abs te.Att.16.342.1.off.38.Veſtrum iam conſilium eſt,non ſolum meum,quid ſit nobis faciendum.Teren tię,lib.14.14.1.De me autem (ut iam cum utroque loquar) ſic habetote.de Amic.9.Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iā dimenſam & exędificatam animo habebas, M. Fonteius emit H S. ccccxc111. Att.4.Iam id porro utrum libentes,an inuiti da bant? 5.Verr.98. Sed quid Tulliola mea fiet?iam id uos uidete: mihi deeſt conſilium. Terentiæ,lib.14.4.7.Iam in illo, tempore, cum,&c.in Ver.79.Iam illud cuius eſt non dico audaciæ,ſed ſtul titiæ?clivi Capitolini mentionem facere?in Ant.164. Iam illud uidero; ſed primum illud tenebo.pro Fla.44.Iam iura legitima ex legibus cognoſcere oportebit.de Inu.70.Iam ortum ipſi agrā colæ ſuccidiam alteram appellant.de Sen.53. Iam quid ego cō memorem,&c.de Diu.85.Iam quid id ad Prætorem. uter poſſeſ ſor ſit?3.Verr.81.

iamdiu.

Cur iſto modo oracula Delphis non eduntur?non modo no ſtra ætate,ſed iamdiu,&c.de Diu.132. Nam iamdiu propter hye mis magnitudinem nihil noui ad nos adferebatur.Cælio,lib.2. 13.3. Ebutius iſte,qui iamdiu Cæſēniæ uiduitate alebatur.pro Cæc.287.Carthagini male iamdiu cogitanti.de Sen.17.Quorū ego iam ?te iamdiu manus contineo.in Cat.101. Soluere pecu niam alicui iamdiu debitam.pro Fl.157.Per eos ipſos deos, de quorum religione iamdiu dicimus.in Verr.224.Nam cum iam diu diligerem. M. Anneum, tum uero poſteaquam mecum fuit, neminem pluris facio.ep.224.Iamdiu expectans Varro.1.Acad. 5.Vt te quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem. ad Caſſium,lib.15.14.3. Idem iamdiu non facit. 1. de Diu. 66. Conuentus, qui initio celebrabantur, iamdiu fieri deſierunt. Attic.19. Iamdiu flagitat. 5.Verr.14.Res iamdiu geſtæ, & a me moria noſtra remotæ.de Inu.51.Iamdiu ignoro quid agas.epiſ. 99.Nā iamdiu nihil noui ad nos afferebatur.epi.25. Poſtulatur a te iamdiu hiſtoria. de Leg. 156. Quærenti mihi iamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem,&c.Figulo,li.4.13.1.Sentis enim cre do me iamdiu quod τέλος Græcus dicat,id dicere extremū, &c. de Fin.95.Iamdiu hæc tractantur a Gręcis.1.Acad.36.

iamdudum.

Iamdudum aliquē expectare.2.de or.16. Ἐμπεριπατήσομαί σοι iamdudum,& facerē diutius,niſi me lucerna deſereret. 7. Attic. 30.Iamdudum te illud hortor.in Cat.9. Ea quam iamdudū tra ctabamus,ſtabilitas.de Amic.Iamdudū uereor ne,&c.6.Ver. 97. Vides ſudare,me iamdudū laborantem quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt,& te non offendam.Pulchro,lib.3.12.8.

iam iam.

Iam iam intelligo Craſſe quid dicas.3.de or.51. Iam iam Do labella neque tui,neque tuorum liberorum miſeret.Att.

Iam iamque.

Illum ruere nuntiant iam iamque adeſſe. Att.7.138.2. Eadem quotidie, quæ iam iamque contrita ſunt, Att.195. Vt iam iamq. poſſint emergere. 3.de Fin. 74. Vos expectani, Brutum quidem iam iamque. ad Caſſium, lib. 11.17. Tibi iam iamque faciendum eſt. ad Brut.14.3. Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. Att.7. 139. 3. Cogitandum eſt iam iamque eſſe moriendum. Tuſc.151. Iam iamque uideo bellum. 16. Att. 26. Te iam iamque uiſurum me putarem quotidie. 12. Att.8.

Iam inde.

Iam inde a Conſulatu meo teſtis. 14. Phil. 395. Iam inde a patre atque maioribus, &c. pro Flac.42. O iura præclara, atque diuinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus noſtris comparata. pro Corn. Balbo, 53. de Prouinc. Conſul. 17. Patronus alicuius iam inde a patre atque maioribus. pro Flac.157. Iā inde ab adoleſcentia. de or. 101. Eſt enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Ariſtotele conſtituta. in or.70. Iam inde ab ortu. de Nat. d.50. Ac tibi iam inde præſcribo, ne tuas ſordes cū clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas. in Vatinium, 10. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a Quæſtura mea Siciliensi. ad Acilium, lib.13.39.1.

Iam nunc.

Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum me delectant. ad At.1.5.2. Iam nūc mente & cogitatione proſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint. 1. Verr. 22. Quæ cum cogito, iam nunc timeo. 1. Verr. 23. Iam nunc, pro, iam tunc. in Verr. 61.

Iam olim.

Iam olim principio illud ſtatueram.

Iampridem.

Nihil iam ſub pridem admiratus magis. ep. 44. Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam uiſere. Att. 25. Nam in me quidem iampridem effectum eſt, quod futurum fuit. or. 206. Iampridem ſcito eſſe, cum putem, &c. 12. Att. 27. Quod ſi timor veſtræ crudelitatis non eſſet, eiecti iampridem hinc eſſemus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 17. 3. 4. Verr. 19. in Catil. 1. 1. Acad. 21. Iampridem inſtitui, &c. Acad. 39. De fundo Fruſinati redimendo iampridem intellexiſti voluntatem meam Att. 11. 221. 4. Alter iampridem princeps iuuentutis, celeriter, ut ſpero, ciuitatis. ep. 43. Iampridem non ita de tempore remoto. in Verr. 69.

Iam tandem.

Redditæ mihi iam tandem ſunt a Cæſare literæ. Terentiæ, l. 14. 23. 1. pro L. Age. 100.

Iam tum.

Quæ iam tum, cum aderas, offendere eius animum intelligebam. Att. 6. Qui omnes in iudiciis publicis iam tū florente Rep. floruerunt. pro Clu. 86. Ita ſe iam tum geſſiſſe pro eius iis temporibus quæ tu criminaris. pro A. Licinio, iam tum cum bello fugitiuorum tota Italia arderet. 7. Verr. 6.

Iam vero.

Probabilia orator, iam uero etiam probatus. de Cl. Or. Iam uero ipſa terra ita mihi parua uiſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi punctum eius attingimus, pœniteret. in Somn. Scip. 13. Iam vero narrationem quod iubene veriſimilem eſſe & apertam, & breuem, recte nos admonent. &c. 2. de or. 46. Iam vero origines eius, &c. de Cl. or. 170. Iam vero priuatim plurimi, &c. in Verr. 132. Iam vero venæ & arteriæ micare non deſinunt, &c. de Natura d. 2. 18. Iam vero virtus Cn. Pompeii, &c. pro Pomp. 9.

Iam vſque.

Vetus opinio eſt iam vſque ab heroicis ducta temporibus, &c. 1. de Diu. 1.

Iambus.

Iambus Archilochi. 16. Att. 18. Hypponactis iambus. de Nat. d. 78. Iambus pes, duplex or. 109. Iambus pes nimis e vulgari ſermone. or. 111. Iambus pes in uerſum maxime cadit. or. 112. Iambus in oratione uitioſus, ſi extremus ponatur. or. 113. Nam cum ſint numeri plures, iambum & Trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles. 3. de or. 100.

Iambicus.

Iambicus uerſus orationi ſimillimus. or. 112.

Iamblichus.

Iamblichus Arabum Philarchus. 15. fam. 2.

Ianua.

Ianua clauſa ſubito ſe aperuit. de Diu. 152. Ianua animi, uultus & frons eſt. de Petit. Conſul. 29. Q. Mutii ianua & veſtibulū quod quotidie frequentia hominum celebratur. 1. de or. 99. Seruis ſuis Rubrius ut ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterēt, imperat. 3. Verr. 46. Eam vrbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauiſſet: qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia. pro Mur. 31. A ianua quære aliquem. 2. de or. 153. Itaque quam quam qua noluī ianua ſim ingreſſus in cauſam, ſperare videor, tantum abfuturam eſſe orationem meam, &c. pro Planc. 6. Ab hoc aditu, ianuaque patefacta peruenire ad ea quæ cupimus. 1. de or. 102. Ianuæ nominantur fores in liminibus profanarum ædiū. 2. de Nat. d. 50.

Ianitor.

Ianitor carceris aderat. 7. Ver. 91. Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. 5. Verr. 7. Ianitores ducentos in annos ſingulos conſtituiſ, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. con. Rul. 72. Ianudæ augures. de Diu. 99.

Ibi.

Demaratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas cōſtituit. Tuſc. 149. Nemoque eſt quin vbiuis, quam ibi ubi eſt, eſſe malit. ep. 78. Ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus eſt. pro Dom. 237. Vt ibi eſſe malis, vbi, &c. quam iſtic. ep. 17. Et armatos ibi fuiſſe. pro Cæc. 19. Qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat. pro Pompeio, 10. Atque ibi perpotauit uſque ad veſperum. In Ant. 175. Rediit ad milites, ibi illa peſtifera concio Tyburi. in Ant. 250. Ibi tum Cæcinnam poſtulaſſe, &c. pro Cæc. 19. Quid tu ibi tum, quid facis? 5. Verr. 118.

Ibidem.

Deinde ibidem. Aca. 12. Deinde ibidem homo acutus. de Fin. 51. Quod ibidem recte cuſtodiret poterunt, id ibidem cuſtodiant. pro Quint. 15. Quare cum in quamdā tabernam diuertiſſent, ſimul cœnare, & in eodem loco ſomnum capere voluerunt, cænati diſcubuerunt ibidem. 2. de Inu. 131. Mors ibidem eſt. Tuſc. 251. Ibidem eſt repente mortuus. de Nat. d. 1. 8. id eſt, eo loco. Hic ibidem, &c. pro Sext. Roſc. 20. Ibidem illico puer ac ecum epiſtolis. pro Arch. 29. In naui ibidem. 2. de Inu. 236. Vt certo tempore anni, ut ibidem in Sicilia, denique ut lege Hieronica venderent. 5. Verr. 12. Ibidem opperiar. de Inu. 43. Læſit in eo Cæcinnam; ſubleuauit ibidem. pro Cæc. 17.

Ibis.

Crocodilum, aut ibim, & felem non uiolari ab Aegypto. de Nat. d. 1. 57. Ibes Aegyptiæ. de Nat. d. 51. Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, cum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro. 2. de N. d. 71.

Ibicus.

Maxime vero omnium flagraſſe amore Rheginum ibicum apparet ex ſcriptis. Tuſc. 4. 60.

Iccirco, *Vide Idcirco.*

Ico.

Tu ſcilicet homo religioſus & ſanctus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti. in Piſ. 21. L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. pro Corn. Balbo, 27.

Ictus.

Ictus Summanus cælo. Diuinat. lib. 1. 15. Cum Ptolemæus telo venenato ictus eſſet. de Diu. 136. Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. pro Sext. 8. Quamquam grauiter cernimus ictum. Tuſc. quæſt. lib. 2. 44. ex Pacuuio. Vos me primū ictum pro vobis fumantemque uidiſtis. de haruſp. 254.

Ictus.

Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ. ad Her. 29. A beſtiis ictus, morſus, impetus. 2. off. 26. Nec vllum habet ictum, quo pellat animum ſtatus hic non dolendi, de Fin. 2. 19. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed, &c. de L. Agr. 23. Video enim utrumque cominus ictu cecidiſſe contrario, ſemper L. Brutum & Aruntem. Tuſc. 4. 39. De quibus copioſe *Liuius*, & Plutarchus. Cum ego vna cum Repub. Conſulari ictu concidiſſem. Poſtquam. 15. Phaeton ictu fulminis deflagrauit. 3. Off. 116. Vulnus in latere quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari. pro Mil. 114. Ictu cominus & coniectione telorū magnas ſæpe copias pulſas eſſe. pro Cæc. 32. Centaurus ictus corpori infixit meo. Tuſc. 173.

Id, *Vide Is.*

Idcirco, *ſiue Iccirco.*

Si autem id actum eſt, & idcirco arma ſunt, vt, &c. Att. Iccircò Indices, quia verā cauſam habebam, breui peroraui. de Inu. 59. Iccirco nemo ſuperiorū attigit, vt iſtu tolleret. in Ver. 101. Ego, qd̄ exiſtimabā diſperſos nos, &c. idcirco ad L. Domitiū literas

miſ

miſi Att. 159. Reperietis idcirco hæc in vno homine pecunioſo tot conſtituta, ut ceteris formidines ſimilium incommodorum atque exempla periculorum proponerentur. 7. Verr. 18.

Idem, Eadem, Idem.

Amicus eſt tamquam alter idem. de Amic. 211. Ipſe ille animus idem meus. poſt red. in Senatu, 30. Caninius idem tuus, & idem noſter. ep. 126. Non idem iudicum comeſſatorumque conſpectus. pro Cælio, 54. Idem ego ille, &c. idem inquam ego. Att. lib. 1. 11. 13. Idem hic Sopater. in Verr. 128. Hic idem, id eſt Serato. de Nat. d. 9. M. Marcellus ille quinquies conſul, idem imperator, idem augur optimus. de Diu. 124. Idem, qui ſemper fueris, iucundus es. in Verr. 243. Verum ea lege quam idem iſte de Macedonia Siriaque tulerat. pro D. ſua, 55. Idem iſte ſapiens. Tuſc. 142. Nemo poteſt, qui non idem prudens ſit, iuſtus eſſe. Off. 40. Iſte omnium turpiſſimus eſt idem, qui ſemper in Republica fuit. Att. 9. 180. 2. Non idem eſt ſeruulus quod familia. pro Cæc. 43. Perpetuus & idem ſpiritus. in or. 59. Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtylus. de Cl. or. 173. Mercurius is qui ſub terris habetur idem Trophonius. de Nat. d. 70. Vna domus erat, idē victus, iſque communis. de Am. 85. Præclara eſt æquabilitas in omni uita, & idem ſemper vultus, eademque frons, ut de Socrate & de C. Lælio accepimus. off. 18. Vultus ſemper idem, vox, oratio ſtabilis, & non mutata. pro Mil. 119. Vultus Socratis ſemper idem. Tuſc. 197. Si me Pop. Rom. incitatus iracundia aut inuidia, e ciuitate eieciſſet, idemque poſtea mea in Remp. beneficia recordatus, ſe collegiſſet, &c. pro Dom. ſua, 68. Idem mœſtitiam meam reprehendit, idem iocum. in Ant. 68. Vir innocentiſſimus idemque doctiſſimus. 3. de Nat. d. 125. Eadem Aſia, atque idem iſte Mithridates nos docuit, &c. pro D. ſua, 7. Aſia iſta referta, & eadem delicata. pro Mur. 128. Non eadem eſt fortuna & conditio earum rerum, quas geſſi, & illorum qui, &c. in Cat. 70. Splendida & grandis, & eadem in primis faceta & perurbana commē dabat oratio. de Cl. or. 48. Cum adhuc ei propter vim aduerſariorum non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuerit. pro Quint. 5. Quæſtio eadem in coniecturali conſtitutione, quæ iudicatio. de Inu. 46. Non quod res alia eſſet, imo eadem. pro Cluent. 34. Tua tum eadem uirtus fuit, quæ priuato quondam tuo proauo. de haruſp. 148. Eadem utilitatis quæ honeſtatis eſt regula. Offic. 66. Qui non tum hoc, tum illud (ut in pleriſque) ſed idem ſemper animos hominum eſſe diuinos. de Amic. 12. Nihil eſt idem quod eſt aliud. Acad. 21. Hoc eſt idem quod illud. de Fin. 66. Viſum que genere idem eſt. de Inuen. 51. Cum quæritur idemne ſit, an aliquid interſit? 3. de Orat. 64. Si quæratur idemne ſit pertinacia & perſeuerantia in Partic. 47. Imperii noſtri, terrarumque illarum idem eſſet extremum. de Prouinc. Conſul. 27. Idem Q. Cornelio uidebatur, genus dicendi iuriſconſultorum. 7. fam. 33. Finitimus oratori poeta, multis ornandi generibus ſocius, ac pene in hoc quidem certe prope idem nullis ut terminis circunſcribat aut definiat ius ſuum. de Or. 91. Nunc iſta habet iuris idem quod ceteræ, nihil præcipui. Att. 6. 113. 11. Quid enim ſors eſt? idem propemodum quod micare, &c. 2. de Diu. 187. Quod idem in ceteris artibus nō contingit. 3. de Fin. 39. Quod idem uideo tibi placere. Att. 12. 250. 2. Quod idē Peripatetici non tenent. de Fin. 99. Tam hercule eſt vnum, quam quod idem tu lege una tuliſtis. pro D. ſua. 123. Idem ualet ac ſi pater iudicaret. pro Syl. Quibus hoc præcipiendum uidetur, unum ſcilicet & idem quod ceteris omnibus, ut, &c. 2. in Cat. 39. Quod etiam ſi uerbo differat, re tamen eſt unum, & idem in omnibus cauſis ualet. pro Cæc. 296. Cedo nunc eiuſdem illius inimici mei de me eodem ad uerum populum in campo Martio concionem. pro Sext. 93. Nos einſdem linguæ ſocietate coniuncti ſumus. or. 164. ideſt, nos eaſdem lingua ſumus. Eiuſdē unius aut plurium uerborum. ad Her. 33. Huic eidem Sopatro iidem inimici. 4. Verr. 48. Eidem illi decimo. in Verr. 166. Vt me quē boni conſtantem ſemper, ut ſpero, exiſtimaſſent, eundem oc im probi quidem crudelem dicerent. pro Syl. 14. Eſt mos hominū, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. de Cl. ora. 172. Eundem aliquem eſſe qui fuerat. in Verr. 76. Hunc etiam Romulū, quem quidem eundem eſſe Quirinum putant. 2. de Nat. d. 90. Per eundem me. in Verr. 230. Oratorem quidem non facio eundem quem Craſſus. de or. 103. In cauſis perpetuum & eundem ſpiritum ſine ulla commutatione obtinere. or. 206. Te, &c. eundem te, &c. Att. 52. Et te eundem vinctum dedamus. in Verr. 221. Beneficentia quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licere. 1. off. 32. Eandem ſuam cauſam uidebat eſſe, quam illorum qui innocentes peribant. 1. Verr. 93. Hoc dico, eandem fuiſſe P. Communio cōtrouerſiam cum Staleno, quæ nunc mihi eſt cum Actio. pro Clu. 38. Dianam & Lunam eandē eſſe putant. 2. de Nat. d. 99. At quam Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam uidiſſe dicis, hodie monſtrant eandem. 1. de Leg. 3. Libera quam eandem Proſerpinam uocant. in Verr. 215. Nec tuam rationem eandem eſſe duco, quam meam. Att. 159. Tu iure eandem ſororem & uxorem appellare potes. pro D. ſua. 231. Vnum & idem uidetur eſſe atque id quod de me ipſo nominatim tuliſti. pro D. ſua. 41. Vt ſcias me intelligere, primū idē eſſe dico uoluptatem quod ille ἡδονήν. 2. de Fin. 20. Hoc idē ualere dēt, ac ſi pr indicaret. pro Syl. 196. Vt ei cū M. Curio conſeſſore eodem & colluſore, facillime conuenire poſſit. in Ant. 197. Næ ego (inquit) Irratus qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. 2. de Natu. d. 1. Vno & eodem ſtatu. in or. 6. Quā ego, ſi mihi per Seruium liceat, pari atque in eadem laude ponam. pro Mur. 15. Eadem illa nocte. in Verr. 70. De eodē & altero. Top. 218. Comparatio de eodem & alio. in Top. 45. Vnum quod ſemper eſſet in eodem æque, & idem in omnibus, atque uno modo celeraret. de Vniu. 201. Vno eodem tempore. in Verr. 222. Id eſt, vno & eodem. Iidem abeunt qui uenerant. de Fin. 107. Sed quomodo iidem dicitis non omnia deos perſequi? iidem uultis, &c. 3. de Nat. d. 135. Videmus quoſdam qui iidem ornate & grauiter, iidem verſute ac ſubtiliter dicerent. in or. 11. & 12. Non iidem erunt neceſſitudinum gradus, qui & temporū. off. 12. Iidem illi qui ſolent, &c. epiſt. 177. Duo muſici, qui erant quondam iidem poetæ. 3. de or. 95. Peripatetici noſtri qui quondam iidem erant qui Academici. 3. off 15. Cauſæ ſimillimæ inter ſe, uel potius eædem. de Cl. 195. Eadem poſtulantur a nobis, quæ ab ampliſſimis ciuibus. Attic. 110. Hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis. Aca. 34. Hos eoſdem motus, &c. Tuſcu. 191. Eoſdem eſſe oratorios numeros qui ſunt poetici. in or. 110. Itaque uiros fortes eoſdem bonos eſſe uolumus. off. 13. Ad cauſas ſimillimas inter ſe, uel potius eaſdem noui ueniebamus quotidie. de Cl. ora. 180. & 181. Ab hiſce iiſdem permotionibus. de ora. 89. In iiſdem illis locis. 5. Ver. 38. In templis iiſdem, probauit at eiſdem erat uerius: nec tamen eiſdem, Opimius: male ſonabat iiſdem. 2. or. 89. Serui eiſdē moribus ſunt, quibus & dominus. in Ver. 161.

Identidem.

Appellare nomen alicuius identidem. 2. de Inuen. 180. Identidem dicere. 2. de Fin. 119. Idque prouidit natura: ut identidē fieri poſſit, cum maxima celeritate. de Nat. d. 55. Nunc identidem noſmetipſi nobis inſiſtemus. ad Her. 41. Identidem quærere. pro Roſ. Am. 41. In motu identidem reciprocando. de Nat. d. 64. Recitabat ue identidem Pompeii teſtimonium. pro Rab. Poſth. 21. Identidem ſe ipſe reuocans. pro Dom. ſua, 141. Reuoluor identidem in Tuſculanum. Att. 211. Neque eodem identidem reuoluamur. ad Her. 11. Scindens dolore identidem intonſam comam. Tuſc. 104.

Ideo.

Hæc ideo diligentius inducitur præſcriptio, vt aperte, &c. 1. de Inu. 37. Sed ueſtræ ſapientiæ eſt Iudices, non ſi cauſa iuſta uiris fortibus oppugnādi M. Cælium, ideo nobis quoque nos cauſam putare eſſe iuſtā alieno dolori potius, quam ueſtræ fidei conſulendi. pro Cæl. 15. Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres auferre poſſet. 6. Verr. 7. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod, &c. epiſt. 9. Ideo quod, &c. in Ver. 191. Mihi tecum per certatio non eſt ideo quod, &c. de Inu. 44.

Idiota.

Ea contemnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt. in Piſ. 50. Idiotarum diuitiæ. pro Sext. 95. Quumis noſtiū, quos iſte idiotas appellat. in Verr. 200. Sed plane animi ſui cauſa, ludos nobis idiotis relinquet. in Piſ. 52.

Idolum.

Sed ſi in inſulam Britannicam cœpero cogitare eius idolum mihi aduolabis ad pectus. ad Caſſium. li. 15. 16. 5. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur, quorum incurſione non ſolū uidemus, ſed etiam cogitamus. lib. 1. de Fin. 16.

Idoneus.

Idoneus ad aliquid agendum. de Fin. 139. Non eſſent ad ullā cauſam idonei iudices, ſi, &c. pro Clu. 21. Idoneus ad ſolariū. 4. ad Her. 155. Auctor idoneus Q. Ennius. de Cl. 169. Idoneus locus. 1. de Leg. ideſt aptus, conueniens & quaſi opportunus. Nemone horum idoneus tibi uiſus eſt, ut eum eo dedicationem communicares? pro Domo ſua, 214. Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo quem imitarere. 5. Verrinorum, 33.

Pompeius idoneus non eſt qui impetret. pro Pomp. 24. In occaſione commoditas ad faciendum idonea. de Inu. 66. Lex apta & idonea ad iubendum & vetandum. de Leg. 171. Idonea mihi C. Lælii perſona viſa eſt, quæ de amicitia loqueretur. de Amic. 96. Eſt enim ratio menſque ſapientis ad iubendum & deterrendum idonea. 3. de Leg. 15. Res eſt idonea, de qua quæratur. Aca. 5. Hæc res non eſt idonea dignitate tua. ad Her. 17. Idonea tempeſtas. ad Q. fr. 2. 8, 6. Falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio. Leptæ, lib. 6. 19. t. Idoneum tempus, locus opportunus. de Inu. 48. Serui conſcii, tempus idoneum. pro Sext. Roſc. 41. id eſt, accommodum. Cum ſtatim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. ad Her. 1. Minus idoneum hominem præmio afficere. pro Cor. 56. Et rem idoneam de qua quæratur, & homines dignos quibuſcum diſſeratur, putant. 4. Acad. 36. Res quę ne laude quidem ſatis idonea affici poſſit. Brut. 91. In amicitiis eligendis negligentes eſſe, nec habere quaſi ſigna quædam & notas, quibus eos qui ad amicitiam eſſent idonei, iudicarent. de Amic. 55. Non mihi ſatis idonei ſunt auctores hi, qui a te probantur. 8. Att. 53. Idonei atque integri homines. 1. Verr. 5. Imagines ad monendum idoneę. ad Her. 32. Ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneę. Att. 26. Idonea verba. ad Her. 1. Sic fit ut modeſtia hæc, quam ita interpretamur, ut dixi, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 1. Off. 199. Indigniſſimum eſt vos idoneos habitos, per quorum ſententias talis iniuria decernetur. pro Sext. Roſc. 19. Inſtruar etiam conſiliis idoneis ad hoc noſtrum negotium. Att. 5. 93. t. 3. Verr. 58. 5. de Fin. 106. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. 2. de Off. 77. In deligendis idoneis iudicium & diligentiam adhibere. Off. 46. Cum minus idoneis verbis vti conſueſcerem. 1. de or. 75.

Idonee.

Exordium, eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. 1. de Inu. 29. H'δονὴ Latine lętitie, eſt geſtientis animi elatio voluptaria. de Fin. 3. 29. H'δονὴν ἢ ἀναγνωσίαν τοῦ καλοῦ parari. 15. fa. 48. in ep. Caſſii.

Idus.

Sed omnia licet concurrant, idus Martiæ conſolantur. Att. 14. 5. Idus Martiæ memorabiles. ad Brut. 34. Iduum Martiarum ſtulta eſt iam conſolatio. 15. ad Att. 9. illo die fuit interfectus Cæſar. Idibus Martiis ſeruitutem a ſuis ciuibus repulit Brutus. ad Brut. 32. Modo numeret idibus. 14. Att. 44. Nam hęc idibus mane ſcripſi. ep. 2.

Iecur.

Cerebrum, cor, pulmones, iecur. de Nat. d. 31. Iecur horridum & exile. Diu. 2. 13. Iecur nitidum atque plenum. Diu. lib. 2. 25. Caput iecoris. de Diu. 15. Quædam a medio inteſtino uſque ad portas iecoris (ſic enim appellatæ) ductæ viæ. 2. de N. d. 103. Tū iecore opimo farta & ſatiata affatim. Tuſ. 180. Singulis iecorum fiſſis non intereſſe deum. 3. de Diu. 10.

Iecuſculum.

Iecuſcula muſculorum bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpē veſiculas. 2. de Diu. 49.

Ieiunus.

Amicus ieiunus. Appio, lib. 3. 10. 24. Ieiunus animus atq. inanis maleuolentia. 2. fa. 38. Ieiunus homo. 10. fa. 42. in ep. Planc. Ieiunus dixit. 12. Att. 26. Ieiunus ita fuiſſem, vt ne aquam quidē guſtarem. 7. fa. 46. Frigida & ieiuna calumnia. pro Cęc. 45. Ieiuna concertatio verborum. Solinaga cognitio & ieiuna uideatur. Off 32. Miſera & ieiuna plebecula. Att. 13. Humile aut ieiunum. 3. fam. 4. Ieiunum id quod geſſi. 15. fam. 22. id eſt, parui momenti. Quidam nimis ieiuno animo & anguſto. 14. Phil. 396. Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. ora. 106. Theodorus in arte ſubtilior, in orationibus ieiunior. de Claris or. 23. Quod ſiquis erit qui ductus opinione vulgi aut Antoniū ieiuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet, &c. 3. de or. 10.

Ieiune.

Quæ ſępe cadunt in cauſas, ſed ieiune aguntur. in Orat. 64. 4. Acad. 199. Satura ieiune dicere. Or. 208. Etenim videmus iiſdē de rebus ieiune quoſdam & exiliter diſputauiſſet, ut eum, &c. 1. de Or. 27. Ieiunius dicere aliquid. 3. de Fin. 15.

Ieiunitas.

Ieiunitas, & ſiccitas, & inopia. de Cl. or. 191. Cauenda eſt oratori inopia & ieiunitas. de Cl. or. 182. Ieiunitas bonarum artiū eorum, qui de dicendi ratione ſcripſerunt. 2. de or. 7. Et cum obruerentur copia ſententiarum atque uerborum, ieiunitatem & famem ſe malle, quam ubertatem & copiam dicerent. 2. Tuſ. 2. Alii in eadem ieiunitate concinniores. or. 198. Quod ἡγεμονικὸν vocant, id dico principatum. de N. d. 2. 21.

Igitur.

Ieiunas igitur huius multiplicis & æquabiliter in omnia genera fuſæ orationis aures ciuitatis accepimus. in or. 57. Habes igitur Tubero, quod accuſatori maxime optandum, confitentem reum. pro Ligar. 1. Ordiamur igitur a ſenſibus. Acad. 6. Quid ergo eſſet id? riſum credo. quale igitur viſum? Acad. 19.

Ignarus, *Vide Ignoro.*

Ignauus.

Vt enim ſit in prælio, ut ignauus miles ac timidus ſimulac viderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat. 2. Tuſc. 93. Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidem a Philoſophis ἀργὸς λόγος. de Fat. 146. Iners, ignaua, & ſomniculoſa ſenectus. de Nat. d. 55. de Sen. 84. Ignauum & iners interrogationis genus. de Fat. 42. Pœna ignauis ab imperatoribus conſtituitur. pro Cæc. 93. Indignum eſſe ab homine ignauiſſimo uirum fortiſſimum Aiacem eſſe necatum. 1. de Inu. 105.

Ignauia.

Inertia, ignauia, deſidia, luxuria. ad Her. 2. Propter ſe autem uitanda ſunt non ea modo quæ his contraria ſunt, ut fortitudini ignauia, & iuſtitiæ iniuſtitia. 2. de Inu. 143. Sub. contraria eſt. Nec tua ignauia ēt ineſtiam afferret. 12. ep. 46. Vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. de Amic. 43. Recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignauiam. ep. 27. Ignauiam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodiis tegere. pro Rab. Poſth. 95. Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignauiamque vituperari, nec fortitudinem, patientiamque laudari ſuo nomine. 1. de Fin. 77.

Ignaue.

Sed hoc quidem in dolore maxime eſt prouidendum, nequid abiecte, nequid timide, nequid ignaue, nequid ſeruiliter, muliebriterue faciamus. 2. Tuſc. 94.

Ignauiter.

Rure iam redierim, quæris an ego, cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Att. 15. 325. 1.

Ignis.

Ignis principium uniuerſi ſecundum Parmenidem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 109. Quod aſtrorum ignis & ætheris flamma conſumat. de N. d. 49. Ignis elicitur conflictu lapidum atque tritu. de Nat. d. 2. 19. Ex quo ignis erumpit. ad Qu. fr. 2. Ignis in aquam coniectus, continuo extinguitur & refrigeratur. pro Q. Roſc. 47. Ignis omnibus rebus uitalem impertit calorem. de Nat. d. 38. Ingis & aer omni impulſu facillime pellitur. 3. de N. d. 21. Ignis & aer ſurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſubuolant. Tuſc. 1. 33. Ignis artificioſus. de N. d. 2. 41. Et uiciſſim aut ſol, aut ignis hybernus Cat. 43. Nullus ignis ſine paſtu aliquo permanere poteſt. de N. d. 2. 29. Cum ignis oculorum cum eo igne, qui eſt ob os offuſus, ſe confudit & contulit. de Vniu. 61. Ob ignis periculū, ne homo in urbe ureretur, uetuit lex XII. tabularum. 2. de Leg. 53. Nulla materia niſi admoto igni, ignem concipere poteſt. de or. 125. Ignem foci publici ſempiternum in urbe uirgines Veſtales cuſtodiunto. 2. de Leg. 17. Ignem & terram iungebat Deus, mundum efficere moliens. de Vniu. 15. omnem uim eſſe ignem, de Nat. d. 66. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmēta circundare, ignem ſubiicere cœperunt. 3. Ver. 48. Et quāquam tum propter multorum delicta, &c. tamen cum odium nō reſtinxeretis, huic ordini ignem nouum ſubiici non ſiuiſtis, pro Rab. Poſth. 9. Pati ab igne, ignem capere. off. 11. De Heraclito, & de calore, & de igne, qui permanere non poteſt, niſi alatur, & omnem ignē paſtu indigere. de N. d. 66. Ethereo flāmatus Iuppiter igni. de or. 125. Ab igni formari terram ſenſit Parmenides. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 109. Igni vacuum videri nihil poteſt. de Vniu. 15. Cælū, ignes, terræ, maria, naturæ omnes parent diuino numini. de N. d. 1. 17. Ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas uocatis. Som. Scip. 21. Subditia ignibus efferueſcunt aquæ. de Nat. d. 2. 20.

Igniculus.

Igniculus matutinus. 13. Attic. 1. Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos literis appellato ad Treb. l. 15. 50. Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi extinguantur a natura dati. 1. de Leg. 25. Quorū ſimilia ſunt prima in animis quaſi virtutum igniculi & ſemina. 5. de Fin. 15. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibuſque deprauatis ſic reſtinguimus, vt nuſquam naturæ lumen appareat. 3. Tuſc. 3. Reliqua pars epi-

ſtolæ illa namque in vtramque ſed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles. Att. 15. 44. id eſt, inuitamenta quędam, vel incentiua virtutis homini innata.

Igneus.

Ardor igneus. ad Her. 34 Ignea natura, ætherea. 2. de Nat. d. 46. Pars ignea. Tuſc. 156. Igneũ fulmen. Top. 226. Genus igneũ, de Nat. d. 30. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. 2. de Nat. d. 34. Calidum illud atque igneum, in omni fuſum eſt natura. de Natu. deo. 2. 21. In animis nihil eſt igneum. Tuſ. 162. Ad igneam vim omnia referebat Heraclitus, 3. de Nat. d. 24. Cor animantis euulſum, ita mobiliter palpitabat, vt imitaretur igneam celeritatē. de Nat. d. 2. 18. Quaſi quodam igneo motu uenę & arteriæ micare non deſinunt, de Nat. d. 2. 18. Igneæ formæ in æthere curſus ordinatos deſiniunt. 2. de Nat. d. 74. Tota ignea & calida eſſe ſidera Cleanthes affirmat, de Nat. d. 2. 2. 8.

Igneſco.

Ex quo euenturum noſtri putant id, de quo Panętium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. 2. de Nat. d. 88.

Ignitus.

Inflammatus & ignitus furor. pro D. ſua, 109. Ignifer in Ara.

Ignobilis.

Si quis aſit hoc uno nititur, quod ſit ignobilis, procedit, &c. Part. 233. pro Clu. 40. Non ignobilis dicendi magiſter Demetrius Syrus. de claris or. 174. Inglorius atque ignobilis ſenex. 3. Tuſ. 96. Qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. pro Cęc. 8. Quid Cyreneum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? 1. Tuſ. 164. Non ignobilis ex familia mulier. 7. Ver. 23. Ignobili loco natus. pro Clu. 89.

Ignobilitas.

Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo. 5. Tuſc. 43. Ignobilitas per ſe non extimeſcenda. Tuſc. 5. 74. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Tuſ. Ignobilitatis fructus Romæ. pro Clu. 89. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt. pro Sex. Roſ. 33. Obiicere ignobilitatem generis alicui. pro Mur. 14. De ignobilitate & nobilitate generis. in Ant. 186.

Ignominia.

Itaque cum omnis ea iudicatio uerſetur tantummodo in nomine, animaduerſio illa, ignominia dicta eſt. 4. de Rep. Ignominia ſanciatur honoris cupiditas, vt noxiæ pœna parſit. 3. de Leg. 40. Labes, ignominiaque mortis. pro Rab. perduel. reo, 20. Ignominia nominis. Tuſ. 5. 77. Ignominia Senatus. de prou. Cōſ. 13. id eſt, a Senatu inuſta. Omnia alicuius uitæ ornamenta per ſummum dedecus & ignominiam diripi. pro Q. 12. Ferre ignominiã & infamiam ſine dolore. Tuſc. x 18. Calamitatem ad quempiam per ſummam iniuriam ignominiamque peruenire. in Verr. 199. Oſtendi graues te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potēs & nobilis a te ignominia affectus eſſet, & hercle ſine dubio erit ignominia. Thermo, lib. 2. 17. 3. Qui ignominia noſtrum affecerit. pro Sex. Roſ. 66. Cũ ignominia & dedecore perire. 2. de Diui 33. Damnatione, ignominiaque digni. Att. 7. 123. 8. Notare aliquem ignominia. 7. Phil. 231. Dedecore macula, turpiſſimaque ignominia notetur. pro Quint. 66. Imponere iniuriam alicui ſine ignominia. pro Quint, 64. Ignominiis omnibus appetitus. pro Quint. 65.

Ignominioſus.

Dominatio ignominioſa. in Ant. 190.

Ignoro.

Non enim ignoro, &c. de Nat. d. 75. At uero tu ſolus ignoraſti tu, &c. pro Mil. 107. Quod quidē tu minime omniũ ignoras. orat. 219. Si ita putes, & cauſam & me vehementer ignoras. pro Rab. 127. & Aca. 2. & ad Her. 16. Scrupulus, quem non ignoras. Att. 75. Domitius ignorat de filio. Att. 132. Quid ergo? iſtam voluptatē Epicurus ignorat? de Fin. 65. Maiore enim ſtudio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur. 4. Acad. q. 8. Ipſa uero ſapientia ſi ſe ignorabit, ſapiētia ſit necne, quomodo primum obtinebit nomen ſapientiæ? 4. Acad. 48 Rhetor ille Ariſtotelica ſe ignorare reſpondit. de Amic. 106. Top. 221. Octauii eloquentia, quę fuerat ante conſulatum ignorata. de Cl. 180.

Ignorans.

Hæc igitur & horum ſimilia iura ignorantem uagari celſum & erectum, &c. flagitioſum in primis putandum eſt, 1. de or. 91. Noua fabula cum ignorante rege vter eorum eſſet Oreſtes. de Amic. 24. Iuuat enim magnifice loqui, & certe decet aduerſus ignorantes quid pro quoque timendum, aut a quoque petendũ ſit. Brutus Cic. 16. 3.

Ignoratio.

Obſcuritas & ignoratio cauſarum. Acad. 44. Cauſarum ignoratio in re noua mirationem facit, eadem ignoratio, ſi in rebus uſitatis ſit, non miramur. de Diu. 2. 38. Nam cuius ſcientiam de omnibus cōſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. pro Syl. 29. Ignoratio ſuarum copiarum. Att. 115. Ignoratio futurorum malorum utilior eſt, quam ſcientia. Diu. 2. 18. Ignoratio iuris. 3. de Leg. 41. Ignoratio ſedis, in qua manēt animi, finxit inferos. Tuſ. 1. 29 Ignoratio ſui pro Clu. 88. Mittam illa fugam ab urbe turpiſſimam, timidas in oppidis conciones, ignorationem non ſolum aduerſarii, ſed etiam copiarum ſuarũ. Att. 7. 139. 2. Vt in fabulis qui aliquandiu propter ignorationē ſtirpis & generis, in famulatu fuerint, &c. de Amic. 61. Peripateticorũ conſuetudo diſſerendi non ſatis acuta propter ignorationē dialecticæ. de Fin. 99. Quotus enim quiſque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria? 3. off. 95. Decori ignoratione in oratione ſæpiſſime peccatur. or. 203. In ignoratione hominum uerſari propter humilitatem & obſcuritatem. off. 1. 63. In maximarum rerum ignoratione uerſari. de N. d. 1. 3. Ignoratione rerum bonarum & malarum maxime hominum uita uexatur. de Fin. 1. 34. Non negligentia mea, ſed ignoratione rerum omnium. ad Cęlium, lib. 2. 8. 1. id eſt, quia res omnes a me ignorantur. Ignoratione ueritatis, uulgi opiniones in maxima inconſtantia uerſantur. de Nat. d. 1. 31.

Ignorantia.

Habebat enim Rhetor iſte adoleſcentes quoſdam locupletes, &c. ubi nihil poſſent diſcere niſi ignorantiam literarũ. pro Flac. 37. Res frumētaria ad Mar. Scaurum per ignorantiã trāslata. pro Sext. 11. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis in famulatu fuerunt. de Am. 61.

Ignorabilis.

Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit. 2. de Inu. 195.

Ignarus.

Ignarus atque inſolens. 1. de or. 103. Ignarus ſum quid agatur. Poſtquam. 208. Non ſum ignarus, quibus ea rebus conſequaris. Tuſc. 175. Ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus. de or. 202. Homo ignarus faciundæ orationis. de or. 90. Attamen ignarus ille qui conſules eſſent, æſtuans ſe e curia repente proripuit. de haruſp. reſp. 203. Ignarus quemadmodum rebus ſecundis uti conueniat. Tuſ. 3. 28. Ignarus quid uirtus valeret. pro Sextio, 51. Ignarus fortunarum ſuarum. pro Quin. 44. Ignarus inſtituti. ad Gallum, lib. 7. 24. 4. Ignarus officii ciuilis. 3. de Fin. 98. Ignarus philoſophiæ. 1. Acad. q. 67. Numquam tam diu ignarus rerũ mearum fui. Att. 73. Ignarus uirtutis. 14. Phil. 393. Ignarus vitę. 2. Phil. 34. Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum uolo. or. 207. Vt plerique dicunt phyſicę rationis ignari. de Nat. d. 37. Hi denique illud, ignari totius negotii ac religionis, mercede accepta ſuſtulerunt. 6. Verr. 68. Pueri ſæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret, ignari. in Top. 40. Nos quemadmodum inſtructos, & quibus præſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis, non eſtis ignari. ad Senatum, l. 15. 1. 21.

Ignoſco.

Nam & præteritis ignoſcis, & concedis futura. ad Cęſarem Iuniorem, Ignoſces iracundiæ noſtrę. 12. fam. 40. in epiſt. Trebonii. Ignoſce mihi hoc. 4. Att. 31. Ignoſce mihi, quod, &c. At. 264. Et mihi quęſo ignoſcite, &c. con. Rul. 75. & epiſt. 55. velim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Att. 109. Sed hoc ignoſcant dii immortales uelim, &c. In Ant. 155. Quam Deam ille idcirco bonam ducit, quod in tanto ſibi ſcelere ignouerit. de har. reſp. 252. Sceleris pœnã prętermittere. id enim eſt quod vocatur ignoſcere. ad Brut. 39. Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit, nefarium eſt facinus ignoſcere. pro Mur. 57. Si facile inueneris quid dicas, noli ignoſcere hæſitationi meæ. ep. 44. Quod nulla barbaries poſſet ignoſcere. in Ant. 59. Petiiſſe ut ſibi, quod hæ res abeſſent, ignoſceretur: itaque omnes liberatos diſceſſiſſe, & eſſe ignotum omnibus. 6. Verr. 124. & 7. 108. 8. Phil. 250. ad Brut. 25. 14. Ignoturum alteri, quod patrē, alteri, quod tutorem ſecutus eſſet. in Catone, Ignoſcendi non modo, ſed etiam cognoſcendi conſuetudo de Rep. Syllanis temporibus ſublata. pro Roſc. Am. 2. Ad eius facti deprecationem ignoſcendi petenda uenia eſt. Part. 241. Cui maximorum ſcelerum uenia nulla ad ignoſcendum dari poteſt. in Part. 101.

Ignotus.

Ille tibi non ignotus curſus animi mei. Att.75. Ignotus homo,&c.de Cl.187.Ignotus in vulgus.9.Att. 11. Ius applicationis obſcurum ſane & ignotum pateſactum eſt. 1. de Or.86. Illi quibus ignotum non eſt,&c.Att.179. Si tali de cauſa aliis quoque ignotum ſic.ad Her.11. Quibus in ſimili excuſatione nõ ſic ignotum.de Inu.74.75.Ignotorum deorum turbam magnam cõgregat Chryſippus.de Nat.d.1.29. Res tanta & ignotis & Barbaris credita.in Cat.116.Ignotis nota faciebant.5.fa.33.Ignotiſſimus Phryx. pro Flac. 154.

Ilia.

Cum mihi reſponderis, &c. ita dolenter, vt aliquando iſta ilia,quæ ſunt inflata,rumpantur. in Vat.31.

Ilias.

Nam niſi Ilias extitiſſet illa, Idem tumulus qui corpus Achillis contexerat,nomen etiam obruiſſet. pro Arch. 109.Non multo inquam ſecus poſſum vaticinari; tanta malorum impendet Ἰλιάς. 8. Attic. 28.

Illico, *Vide Illico.*

Ilium.

Achiui ita profecti ſunt ab Ilio,vt,&c.de Diu. 85.

Illabor.

In ſtomachum primo illabuntur ea quæ accepta ſunt ore. de Nat.d.lib.2.202.Nam ſi ea ſola voluptas eſſet,quæ quaſi titillaret ſenſus, vt ita dicam;& ad eos cum ſuauitate afflueret & illaberetur,&c.1.de Fin. 61. Longe prouidens quam ſenſim perniciei illapſa ciuium animus, malis ſtudiis, maliſque doctrinis repente totas ciuitates euerteret. 2.de Leg.63.

Illac.

Veruntamen hac video cum homine audaciſſimo paratiſſimoque negotium eſſe;omnes damnatos, omnes ignominia affectos,omnes damnatione,ignominiaque dignos illac facere.Att. 7.16.ideſt,ex illa parte Cæſaris.

Illachrymo, *ſiue Illachrymor.*

Perge,aude nate,illachryma patris peſtibus.Tuſc.179.Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari ſoleo Platonem legens. 3. de Nat. d. 61.

Illachrymans.

Illachrymanſque dixit, &c.de Sen. 82.

Illaqueo.

Sed ſi etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis,&c.de haruſp.reſp.5.

Ille,illa,illud.

Quid ille alter? quid petam præſidii? Caius Curtius Mithres eſt ille quidem, vt ſcis, libertus Poſthumi familiariſſimi mei, ſed,&c.ad Sulp.l.13.70.1.pro Cælio, 57.Contraque pater eius ille,qui,&c.off.22.Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe Catule meminiſti,ſolitus eſt,&c.3.de Or. 107. Chryſippus ipſe ille diuinationis auctor.de Diu.121. Deniq. a philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille,&c.de Or.113.Ipſe ille animus idẽ meus.poſt red.in Sena. 30. Ille igitur ipſe homo ſanctiſſimus,&c.pro Fõteio,23.Itaq. cũ primũ audiui ego ille ipſe factus ſũ:ſcis quẽ dico.ep.22. Ego ille ipſe vindex æris alieni Att.2.16.17.Illa ipſa rerũ humanarũ dña fortuna. pro Marc.4. Medea illa ex Ponto quondam profugiſſe dicitur. pro Pomp.8: Nam illud alterum genus quod eſt,temporibus, locis,reis definiunt.Illud tamen breuiter ſignificandum videtur, Pop.Romanum omnia a te expectare.ad Brut.11.5.3.Illud caue dubites.5.fam. 59. Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris quam ſit bellum,cauere malum,ſcire poſſumus.1.de Or.128. Nõ ad illius commoda,quem diligimus,referemus, &c.de Nat.d.2. 86.Mneſarchus auditor Panætii illius tui.de Or. 88. Et longe Academiæ illi tuum hoc [illegible] ſum antepono. de or.93.Huic illi legato, &c.pro Flac. [illegible] Qui circum eum illum ſunt.Att. 144. Quod noſtrum illum non fugit Catonem. 1. de Inuent. 7. Habebat inimicum C.Marium, ſextum iam illum conſulatum gerentem.pro Sext.11.Quid quæris? dum illum rideo,pene ſum factus ille.ep.22. Teſtis eſt Italia. quã ille ipſe victor L.Syl.&c. pro L.Man.20. Quid enim retineat per te, meminit, non quid amiſerit &c.ea lumen ab illo non recuſauit. pro Deiotaro, M. Catonem illum ſapientem clariſſimum virum, &c.1. Verr. 37. A qua te flecti non magis potuiſſe demonſtrat, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate. epiſt. 67. De illo altero ſcio equidem uenire nunc nihil poſſe. In illo ipſo loco comprehenſus es.de Or. 154.Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem,& præclariſſimi:ſed,&c.Caſſio, lib.12.10.5.Philoſophi quidam minime mali illi quidem,ſed, &c. Off.95.& de Diu.121.Quid eſt quod negligenter ſcribimus aduerſaria? &c.1 qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua. Illæ ſunt æternæ:hæc delentur ſtatim,illæ ſeruantur ſancte.pro Roſc. Com.3. Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella,ſatis illos quidem conſtantes,ſed,&c Caſſio,lib.12.9.2. Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris,ſed,&c.ad Brut. 283.Qui cum illis una ipſum illum Carneadẽ diligẽtius audierat. de or.88.

Illiuſmodi.

Illiuſmodi quidquam cogitare.7.Att. 38. Nõ imperitos adoleſcentulos,aut illiuſmodi quadruplatores, &c.in Verr.65.

Illecebra.

Illecebra iuuentutis. 1.in Cat. 30. Voluptas eſt illecebra turpitudinis.de Leg. 162. Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem? pro Mil.33.ideſt,inuitamentum,incitamentum, lenocinium, ſtimulum. Erant apud illum illecebræ, &c. pro Cæl. 39. Sine quod inuitabatur illecebris blandis voluptatis. Tuſc.4.6.Stupra vero & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari,niſi voluptatis. de Sen.36. Suis te illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verũ decus. Som. Scip.27.Illecebris voluptatis delinitus.15.f.44.Dedere ſe vitiorum illecebris & lenociniis cupiditatum. pro Sext.121.Irretire adoleſcentulum illecebris corruptelarum.1.in Cat. 9.

Illepidus.

Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem. 3. de Nat. d. 102.

Illibatus.

Flos illibatus populi.de Cl.169.quidam legunt delibatus.

Illiberalis.

Quæſtus illiberalis ac ſordidus. off.30. Res ad cognoſcendũ non illiberalis.1.de or. 71. Duplex omnino eſt iocandi genus: unum illiberale,petulans,flagitioſum,obſcœnum. off.11.Nõ te in me illiberalem,ſed me in ſe negligentem putabit. Memmio, lib 13.4.Non enim ab induſtria, ſed illiberali labore deterret.1. de Fin.6.De Chremete Terentiano.

Illiberalitas.

Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quam quidem dilabi ſinere,flagitioſum eſt: ſed ita ut illiberalitatis auaritiæque abſit ſuſpicio.2.off.94. Malo Tyronis verecundiam in culpa eſſe,quã illiberalitatem Curii.8.Att.19.

Illiberaliter.

De Xenone coram cognoſcã: quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter,neque illiberaliter. Att.16.333.3.

Illicio.

Qui non ſai habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. 3.de Nat. d.93.Libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur. 4. Tuſc. 20.

Illicitum.

Incognita cauſa probatum illud erat, multitudinem illicitũ eſt contradicere;nemo denique ut defenderet contrariã partem, laborabat.pro Clu. 102. Poſtea quã mihi literæ a Balbo Cornelio minore miſſæ eſſent,illum exiſtimare Q.ir. illicitũ meæ profectionis fuiſſe,&c.Att.11.2 10.2.

Illico.

Simulatque increpuit ſuſpicio tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt.pro Mur.129. Aſulus illico conualeſcit. pro Clu. 29. Ipſis Ceſialibus, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus,ibidem illico puer abs te cum epiſtolis. ad Att.lib.2.2712. 4.Aca.224.Nec ſi omne,&c.ſequitur illico,cauſas, &c.Fat.145. Magna illico fama ſurrexit. epiſt.116. Illicone ad prętorem ire conuenit? pro Quint. 8.

Illido.

Siquidem qui tempeſtiuam medicinam admouens, Non ægraneſcens vulnus,illidat manus.3.Tuſc.130.

Illiſus.

Iam iſta ſerpens & compreſſa atque illiſa moritur. de har.5.

Illigo.

Tũ illa ex patellis & thuribulis quę vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat,ita apte in ſcyphis aureis includebat,ue,&c. 6.Ver.48. Illigabant ambitus animo diuino in homine influente atque effluente.de Vniu.61.In ſphæram illigauit. Tuſc.1.51. M.Regulus,quem Carthaginenſes reſectis palpebris, illigatum in machina vigilando necauerunt.in Piſ. 88. Illigare ſententiã verbis.3.de Or.96. Pęan commodiſſime in ſolutam orationem illigatur.Or.218.Genus dicendi in quo omnes illigãtur verborum & ſententiarum lepores.in Orat. 51. Reſtat ut his reſpondeam

deam

deam qui ſermonibus eiuſmodi nolint perſonas tam graues illigari. 4. Acad. q. 11.

Illigatus.

Illigatus peſte interimor. 2. Tuſ. 3 2. Ex Sophocle Philoſophi anguſtis & conciſis diſputationibus illigati. de Or. 1 14.

Illinc.

Amorem omnem abiecit illinc, atque in hanc transfudit. 2. Phil. 84. Illinc ſpinterem expecto. Att. Poſt exercitu ſollicitato fugit illinc. de haruſp. 253. Sed cum eadem metuam ab hac parte, ſi illinc beneficium non ſit, &c. Att. 140.

Illitus.

His tribus figuris inſidere quidam uenuſtatis nō fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color. 3. de or. 110.

Illiquefactus.

Ad perfundendum animum tamquam illiquefactæ uoluptates. 4. Tuſc. 31.

Illiteratus.

Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum: ſed nihil ad Perſium. 2. de Or. 25. Incidunt in ſermone vario multa, quæ fortaſſis illis nec illiterata nec inſulſa eſſe uideantur. ep. libro 9. 37.

Illuc.

Prompto ore ac vultu huc atq. illuc intuentē, &c. 1. de or. 91.

Illuceo.

Natoſq. eſſe ad congregationem hominum, & ad ſocietatem comitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis maxime illucere. 4. de fin. 7.

Illuceſco.

Dies, qui vt illuxit, &c. Tuſc. q. 173. Qui dies poſt occaſum noſtrum reip. primus illuxit. in Part. 8. Quę non inſequens hora antecedēte calamitoſior populo Romano illuxit? Oct. 329. Erit illud profecto tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, cum tu ſalutaribus, &c. pro Mil. 52. Cum autem is dies illuxiſſet, magna ſeditio, &c. de Diu. lib. 1. 47. Cum lætiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet. Att. 283. Cum tertio die ſol illuxiſſet. de N. d. 45. Quis enim iſte dies illuxerit, quæro. Acad. q. 18. Cum populo Romano uox & auctoritas conſulis repente in tantis tenebris illuxerit. con. Rul. 65. Precorque ab iis ut hodiernū diem, & ad huius ſalutem conſeruandam, & ad Remp. conſtituendam illuxiſſe patiantur. pro C. Rab. 3. Quem potes recordari in uita tibi illuxiſſe diem lætiorem? in Ant. 158.

Illudo.

Hic illudit auctoritati ueſtræ. pro Do. ſua, 234. Illuſeras heri inter ſcyphos. epiſt. 105. Cum & illud nimium acumen illuderes, & admirarere ingeniū Scæuolæ, qui excogitaſſet naſci prius oportere, quam emori. 1. de Or. 125. Finge aliquid ſaltem cōmode, ut ne plane uidearis id facere, quod aperte facis, huius miſeri fortunis, & horum uirium talium dignitati illudere. pro Sex. Roſc. Tamen diutius illudere uiri optimi exiſtimationi Qu. Roſcii audebit? pro Roſc. Com. 23. Illudere in aliquē. Or. 158. Rhetorum præcepta ſolebat illudere Carneades. 1. de Or. 43. Illudimur militum deliciis. ad Brut. 22. Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte iactant. 2. de Or. 132.

Illudens.

Quæ cum dixiſſet in Albutium illudens, ne a me quidem abſtinuit. 3. de Or. 94.

Illuſus.

Multis uadimoniis deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti. p Q. 29.

Illuſio.

Et extenuatio, & huic adiuncta illuſio a præceptis non abhorrens, &c. 3. de Or. 1 12.

Illumino.

Sententiis orationem, verborumque conformationibus illuminare. 3. de Or. 1 15.

Illuminatus.

Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata. ad Her. 39. Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoq. luna illuminata, grauitates & partus afferat. 2. de Nat. d. 89.

Illuminate.

Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, & rebus, & verbis dicunt, &c. 3. de Or. 30.

Illuſtris.

Homo illuſtris honore ac nomine. de Pet. Cōſul. 13. Illuſtris locus. ad Her. 22. Sane illuſtris orator. de Cl. 175. Illuſtris oratio quibus rebus fiat. Part. 12. Pompæ plena, illuſtris, & ſplendida petitio. de Pet. Conſul. 34. Prouincia illuſtris. 3. Verr. 7. Via illuſtris atque lata. 5. Verr 188. Obſcurū & illuſtre. 4. Acad. 167. Bonum & illuſtre domicilium. de Nat. d. 45. Tam illuſtre ac nobile domicilium. in Verr. Illuſtre, notumque omnibus factum. 7. Verr. 28. Illuſtre periurium. de haruſp. reſp. 32. Illuſtre aliquā ſo plus eſt, quam dilucidum. Part. 12. Ne illius iniuriam faciam illuſtrem. Att. 58. Illuſtrem & inſignem viſum habere. de Nat. d. 1. 10. Quis audeat luci? quis bene comitatum? quis illuſtrem aggredi? in Ant. 144. Illi quorum vita remota ab hoc honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt. pro Domo ſua, 222. 1. fam. 51. Ciuitates illuſtres. 4. Verr. 2. Et hinc homines maxime illuſtres qui ut ipſi noti ſunt, ſic noſtrum vnumquemque optime norunt. 3. Verr. 21. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68. Illuſtres ſermones. 3. fam. 22. Illuſtres & populares laudes. Acad. q. ed. 1. li. 2. 6. Facta illuſtria & glorioſa. 1. de Fin. 57. 11. ſa. 44. Omnia & Senatus, & nos, quæ erant contra ſalutem omnium cogitata, illuſtria & patefacta oſtendiſtis. 3. in Cat. 66. Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominis ueterum auctoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto uidetur habere grauitatis. de Amic. 4. Defendi multas cauſas illuſtres. de Sen. 84. Illuſtribus rebus inſiſtere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 85. Notior atque illuſtrior meus in te animus eſſet. 1. fam. 29. id eſt, apertior. Solis candor illuſtrior eſt, quā ullus ignis. de N. d. 2. 29. Quis enim uir illuſtrior utitur ſortibus? de Diu. 126. Fortis & conſtans in optima ratione ciuis P. Popilius ſemper fuit, tamen eius in omni uita nihil ad laudem illuſtrius, quam calamitas ipſa. pro Do. ſua, 67. Nomen Themiſtoclis illuſtrius eſt quam Solonis. Off. 15. Hęc uides quanto expreſſiora, quāto que illuſtriora futura ſint. Lentulo, lib. 1. 7. 29. Si ea, quę dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt. de Finib. l. 1. 55. Vidi me a te amari ſemper quidem, ſe numquam illuſtrius. ep. 1 52. Illuſtriſſimum orbis terrarum monumentum. Ant. 196.

Illuſtro.

In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. pro Domo ſua, 228. Qui libri Populi Romani numen illuſtrant. pro Arch. 189. Trāſlata uerba quaſi ſtellæ illuſtrāt orationem. Or. 205. Sulpitii eloquētiam accuſatio illuſtrauit. Off. 41. Illuſtrauit hunc locum Ariſtoteles in diſputando. 3. de Leg. 16. Illuſtrabit (mihi crede) tuā amplitudinem hominum iniuria. Lentulo, lib. 1. 6. 4. Cn. Pōpeii laudes illuſtrabit. 1. de Leg. 6. Illuſtrare artes oratione. de Orat. 90. Illuſtrare dubia perſpicuis. de fin. 4. 56. Illuſtrare philoſophiam Latinis literis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3. & Tuſc. 1. 1. Patefacere & illuſtrare obſcura. 2. de or. 76. Diſtinguere & illuſtrare orationem. 2. de Inu. 1 55. Patefacere & illuſtrare ueritatē. de Amic. 1 14. Cōſilia inita contra nos illuſtrabuntur, ut ab omnibus perſpici poſſint, &c. Tuſc. 149 in Cat. 113. Signa quibus ueritas illuſtrari ſolet. pro Cęl. 51. id eſt, probari. Cuius fulgore collucere atque illuſtrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. 6. Ver. 62. Quæ illuſtranda & excitanda nobis eſt. Tuſc. 1. 5.

Illuſtratus.

Illuſtratus homo intelligentiis animo cōceptis. 1. de Leg. 45. Genus hoc ſcriptionis nondum eſt ſatis Latinis literis illuſtratum. de Cl. 185.

Illuſtratio.

Illuſtrationem ſolis eiuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. de Nat. d. 2. 61.

Illuuies.

Infuſcatque pectus illuuie ſcabrum. 3. Tuſc. 461

Imago.

Imago, eſt formę cum forma, cum quadam ſimilitudine collatio. 4. ad Her. 229. 3. de or. 1 15. Imago, eſt oratio demōſtrans corporum aut naturarum ſimilitudinem. 1. de Inu. 65. Imago animi vultus eſt, indices oculi. 3. de or. 22. Muta imago. de Inu. 62. id eſt, pictura. Filius tuus imago animi & corporis tui. 6. fam. 25. Artis imago quædam & ſimilitudo. 2. de orat. 193 Eſt uero, inquam, notum ſignum, imago anni tui clariſſimi uiri. in Cat. 113. Imago ueteris meæ dignitatis & reliquę grauiæ. 6. fa. 45. Adumbrata imago gloriæ. Tuſ. 3. 3. Effigies hominis & imago. de Nat. d. 1. 73. Gloria uirtuti reſonat tanquam imago. Tuſc. 190. Imaginis ſimilitudo ad propoſitum exemplar deficiebat. de Vni. 43. Imaginem antiquæ feſtiuitatis agnoſcere. 9. fam. 32. Imaginem Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis. in Ant. 131. Si imaginem iudiciorum, aut ſimulacrum aliquod futurum in ciuitate putaſſet. pro Sex. 24. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplū ueteris imperii, imaginem antiquitatis, columen Reip. diceres intueri. pro Sex. 14. Ageſilaus, qui neq. pictā, neq. fictā imaginē ſuā paſſus eſt eſſe. ep. 68. Memoriā & imaginē patris tui tibi propone. de Amic. 85. Nemo unquam animo aut ſpe maiora concipiet,

piet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem præponen dam putet. de Amic. 85. Imaginem nullā reipublicæ relinquēt, & veſtigium nullum. con. Rul. 86. Recordatio meorum temporū, quorum imaginem uideo in rebus tuis. ep. 5. & 6. Demoſthenis imaginē ex ære uidi. in or. 59. Vt effictos mores noſtros in alie nis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram uitæ quotidianę uideremus. pro Ses. Roſc. 26. Imagines iſtæ & palæſtra. 3. ad Q. fra. 39. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur, quorum incurſione non ſolum uideamus, ſed etiam cogitemus, &c. lib. 1. de Fin. 16. Quemadmodum, cum petebam, nulli me uobis aucto res generis mei commendarunt: ſic ſiquid deliquero, nullę ſunt imagines, quæ me a uobis deprecentur. 2. de Leg. Agr. 98. Imagi nes, earumque circuitus, in deorum numero refert Democritus. de Nat. d. 1. 22. Imagines familiæ in funere duci Romæ ſolebāt. 2. de or. 124. Imagines familiæ beneficio populi tribuebantur. in Rul. 18. Imaginum ad memoriam ratio. 3. ad Her. 127. Vos ima ginum aduentum & introitum in animos dicitis, quod cæteri philoſophi motum inanem uocant. de Nat. d. 1. 75. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum ima ginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem. in Piſ. 1. Nul la ſpecies cogitari poteſt niſi pulſu imaginum. de Diu. 136. Ima gines multas conſtituit Democritus. de Nat. d. 1. 84. Fac imagi nes eſſe quibus pulſentur animi, ſpecies duntaxat obiicitur quæ dam. 1. de Nat. d. 75. Imagines fluere a corporibus ſolidis & a certis figuris. de Diu. 136. Mens intenta in eas imagines, &c. de Nat. d. 11. Imagines diuinitate præditas ineſſe cenſet Democri tus uniuerſitati rerum. de Nat. d. 1. 84. Imagines extrinſecus in animos noſtros per corpus irrumpere, ſenſit Democritus, diſpu tans de ratione intelligendi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 116. Imagines ad dormientem uenire inuocatas, nugatorium eſt. de N. d. 1. 76.

Imbecillis,

Valēs an imbecillis. de Inu. 50. Quam fuit imbecillis P. Afri cani filius? de Sen. 84. Imbecillis medicina. Att. 10. 205. 6. Om nem ſuperſtitionem imbecillis animi atque anilis eſſe, &c. de Diu. 134. Fortuna, quā exiſtimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tamquam fluctum a ſaxo frangi oportere. ep. 136. Amici imbecilles ualent. de Amic. 105.

Imbecillus.

Imbecillus animus facile ſuperſtitioſa iſta concipit. de Diu. 125. Imbecillus gemitus. 2. Tuſ. 97. Cum homo imbecillus a ua lentiſſima fera laniatur. epiſt. 95. Imbecilla natura. de Amic. 56. Nunc in uno ciue reſp. ad reſiſtēdum imbecilla eſt. Att. 102. Im becilli conſilii mulier. pro Flac. 56. Malo te ſero valentem, quā ſtatim imbecillum, videre, &c. ep. 256. Tam imbecillo animo, ne dicam inhumano. 12. fam. 63. Quem neque hoc tempore, ne que ab imbecillis accuſatoribus mihi placuit accuſari. ad Q. fr. 311. Marius & ualetudine & natura imbecillior. ad Q. fr. 2. 12. 5. Vt ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant, imbeciliores uel animo uel fortuna, eorum augeāt opes, eiſque honori ſint & dignitati. de Amic. 61.

Imbecillitas.

Iſta uero imbecillitas & deſperatio Cæſarem in cupiditatem regni impulit. ad Brut. 44. in ep. Brut. Imbecillitas ætatis nō po teſt grauitatem rerum ſuſtinere. ad Brut. 10. 7. Imbecilitas ani mi, cui opponitur firmitudo. 7. fa. 33. Imbecillitas conſilii. 1. off. 163. Tullię meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. Att. 11. 11. Imbecillitas, fragilitaſque humani generis. 5. Tuſc. 30. Imbecillitas ualetudinis. Off. 1. 101. 2. ad Her. 38. Infirmitas laterum, & virium imbecillitas. de Clar. 106. Suſceptum onus propter imbecillitatem animi deponere. pro Sext. Roſc. 10. No ſtri Niceæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, & conſuetudinem victus. Att. 194. Sæpiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti, ma xime illud conſiderandum uideri ſolet, num propter imbecilli tatem atque inopiam deſiderata ſit amicitia. de Amic. 25. Imbe cillitatem ualetudinis tuę ſuſtenta. 7. fam. 5. In hac præſertim im becillitate magiſtratuum, &c. ep. 4. Vt imbecillitate aliorū, non noſtra uirtute ualeamus. Off. 2. 112.

Imbecillius.

Imbecillius aſſentiri. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 49. Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant. 5. Tuſc. 123.

Imbellis.

Numquam periculi fuga committendum eſt, ut imbelles ti midique uideamur. 1. Off. 116. Eoſdem eſſe oratorios numeros qui ſunt poetici. Or. 215.

Imber.

Sæpe lapidum, ſanguinis nonnumquam, terrę interdum, quō dam etiam lactis imber defluxit. 4. de Diu. 83. Erat hyems ſum ma, tēpeſtas perfrigida, imber maximus. in Verr 220. Lapideus & ſanguineus imber. 2. de Diu. 46. Imbri maximo Capuā ueni. 7. Att. 59. Imbres, nimbi, procellæ, turbines. 3. de Nat. d. 36. Cœ lum hoc in quo nubes, imbres, uentique coguntur. Tuſcul. 157. Guttæ imbrium quaſi cruentæ. de N. d. 2. 10. Magnos & aſſiduos imbres habuimus. Att. 208.

Imberbis.

Imberbis & bene barbatus. 2. in Cat. 42. Adoleſcētulos imber bis. pro D. ſua, 29. Iſto enim modo dicere licebit Iouem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem. 1. de N. d. 113.

Imbibo.

An iſte umquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de uobis malam opinionem animo imbibiſſet? 2. Ver. 27.

Imbuo.

Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. Tuſc. 1. 47. Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat. pro Deio taro, 19. Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere. 14. Att. 25. Imbui erroribus. Tuſc. 3. 3. Itaque puer imbuendus eſt bonis moribus. de Or. 135. de Fi. 91. Imbui opinionum praui tate. Tuſc. 190. Imbui ſuperſtitione. de Nat. d. 1. 39. 1. de Fin. 91.

Imbutus.

Hac ille crudelitate imbutus, nemini pepercisſet. 3. Phil. 126. Imbutus dialecticis. Tuſc. 1. 12. Sin ſit is qui & doctrina liberali ter inſtitutus, & aliquo iam imbutus uſu, &c. 2. de or. 89. Imbu ta Appia uia ſanguine latronis. pro Milone, 13. Sed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. pro Font. 26. Bellū neſarium, omni odio imbutum. pro Domo ſua, 47. Nos a maio ribus ſic inſtituti atq. imbuti ſumus, ut, &c. in Ant. 228. Ad hāc legem non ducti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Or. 94. pro Mil. 7. Imbuti animi conſuetudine. de Na. d. 1. 58. Cogni tiones uerborum, quibus imbuti ſumus. de Fin. 67. Parentū præ ceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur. 1. Off. 165. Hetruſci religione imbuti, ſtudioſius & crebrius ho ſtias immolabant. de Diu. 99. Manus imbutæ ſanguine. pro Sex. 282. His rebus imbutæ mentes haud ſane, &c. de Leg. 172. Ἡμεραλογεῖν perſcribere. 4. Att. 35.

Imitor.

Eos ego fortaſſe nunc imitor. ep. 27. Siſenna Clitarchū imi tatur, quem ſi aſſequi poſſet, aliquantum ab optimo tamen abeſ ſet. de Leg. 157. Taciturnitas imitatur confeſſionem. de Inu. 63. Hoc imitatur illud, ſed non eſt eiuſmodi. de Inu. 57. Doritis ima nis patientiam imitatur. in Part. 43. Cotta cum verbis, tum ſo no ipſo ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquita tem. de claris. Orat. 70. Chirographum ſex primorum imitatus eſt. 3. de Nat deor. 105. Hoc eſt adulterauit. Imitatus eſt homo Romanus illum Socratem, &c. de Orat. Imitere te oportet, tecum ipſe certes. 9. fam. 29. Canachi ſigna rigidiora ſunt, quam ut imitentur ueritatem. de Clar. 170. Credidit eum, qui ora tionem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum. pro Quint. 3. Quando enim, &c. poſtea quidem quum fuit quem imitaremur, ullus orationis uel copioſæ, uel elegantis ornatus defuit? lib. 1. de Fini. 8. Imitari aliquem in perſona alicuius. pro Quint. Roſc. 48. Imitari amictum alicuius, aut ſtatum, aut motum. de or. 117. imitari Ariſtotelem aut Demoſthenem. Aca. 41 imitari beneuolentiam alicuius. 6. fam. 15. Heroum ueteres caſus, fictoſque luctus uellem imitari atque adumbrare dicēdo. 2. de or. 105. Ne in quo te obiurgem, id ipſum uidear imitari. ep. 38. in qua cœna coquus meus pręter ius ardens nihil potuit imitari. ep. 139 Pictor, cum ſummum illum luctum penicillo nō poſſet imitari, &c. or. 203. Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari nō potuerunt. or. 19 Et humoi allapſus, &c. poteſt ſudo rem imitari. de Diu. 120. Caſus poteſt imitari ueritatem. de Diu 118. imitari uitam deorum. Tuſc. 1. 59. Quem ſi imitari atque exprimere non poſſumus. in or. 10. Tu ipſe tibi imitandus es. or. 214. in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt qui, &c. Off. 17. Oris pulchritudo, reliqui corporis imitandi ſpē auferebat. oſt. 54. Sunt tamen omnes in eodem imitandę ueri ta tis genere uerſati. de or. 117. Hoc factum eſt expoſitum ad imi tandum. in Ant. 182. uitioſa conſectari imitando. de orat. 117. Nemo opifex imitando conſequi poſſit naturæ ſolertiam. 2. de Nat. d. 58. Quis actor in imitando, quam orator in ſuſcipienda ueritate iucundior? de or. 181. Archimedem arbitrantur plus ua luiſſe in imitandis ſphęrę conuerſionibus, quam naturam in effi ciendis. de Nat. 43. Cum autem ingreſſa eſt imitata & effecta ſimulacra, bene agi putat, ſi ſimilitudinem ueri conſequatur. de Vniu. 9.

Imitatio.

Imitatio eſt, qua impellimur, cum diligenti ratione, ut aliquorū ſimiles in dicendo uelimus eſſe. 1. ad Her. 3. Multos imitatio decipit breuitatis, ut cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. de Inu. 48. Ad quem & huius gloriæ hæreditas, & factorum imitatio pertinet. off 16. Nam & imitatio uirtutis æmulatio dicitur. Tuſc. 4. 14. imitatio uiuendi. 1. ad Q. fr. 7. imitationem in omni re uincit ueritas. 3. de or. 119. Hanc ingenii præſtantiam, ſi minus imitatione conſequi poſſumus, uoluntate certe proxime accedimus. Off. 52. Excellentium ciuium uirtutem imitatione dignam, non inuidia putare. 14. Phil. 396. Ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione ſumi ſolet. de or. 131. Vitium imitatione ex aliquo expreſſum. de or. 147. In eo nihil eſt niſi falſum, & imitatione ſimulatum. de or. 125.

Imitator.

Imitator & narrator facetus. 3. de or. 121. Veterum facinorū imitator in Vat. 33. imitator maiorum. 3. Phil. 128. Ille æmulus & imitator ſtudiorum meorum. pro Marc. 131. Etenim tantum mali eſt peccare principes, &c. quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt. 3. de Leg. 45. Quorum ſe illi imitatores eſſe dicunt. or. 213. Vt multos ſæpe imitatores uidi. de or. 117.

Imitatrix.

Vel ab ea, quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas. 1. de Leg. 70. Gloriæ imitatrix temeraria atque inconſiderata fama popularis. Tuſc. 6.

Imitabilis.

Nam orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. in or. 42.

Immanis.

Ambitus immanis. ad Qu. fr. 2. 16. 9. immani belua. 7. Ver. 85. 4. Acad. q. 194. 3. de Fin. 97. Tetra & immanis belua. Tuſc. 218. immanis ac barbara conſuetudo. pro Font. 280. Patientiam duritia immanis imitatur. Part. 237. immanis ac fera & barbara gens. 1. Tuſc. 47. 6. Verr. 21. immanis & ferus hoſtis. 4. Ver. 36. importuna & immanis natura. 3. Ver. 5. immanis pecunia. pro Roſ. Com. 13. Ingens immaniſque præda. in Verr. 171. immanis uerſus. pro Deiot. 17 pro, crudelis. immane facinus. pro Sex. Roſc. 29. Videbam illud ſcelus tam importunum, audaciam tam immanem adoleſcentis furentis. de haruſp. reſp. 3. immanes quædam beſtiæ. de Fin. 103. immanes ac barbaræ nationes. ad Qu. fr. 1. 1. 41. immanes populi. in Ant. 172. immanes quæſtus. 5. Phil. 170. immania pocula. 2. Phil. 74. Qui immanes pecunias paucis dederunt. Att. 2. 24. 4. Ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos. 1. de Inu. 4. Voluptatem immaniſſimus quiſque maxime ſequitur. Part. 48.

Immanitas.

Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in uoluptatibus aſpernendis, &c. in Part. 43. Feritas quædam & immanitas. Off. 32. Feritas atque agreſtis immanitas. de Diu. 1. 56. Immanitas barbara. 2. Tuſ. 33. immanitas facinoris. in Cat. 100. Immanitas ferarum. de Nat. d. 46. Quo eſt deteſtabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni ſcelere patriam. 1. off. 183. immanitas in animo. Tuſc. 192. Cuius tanta non inſolentia, ſed immanitas, &c. ep. 143. Niſi tot uitiorum tanta immanitas quibuſdam uirtutis radicibus niteretur. pro Cel. 40. immanitas uerborum. de Fin. 4. 20. Sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. off. 1. 89. immanitate efferatæ gentes, nullam habent deî ſuſpicionem. de Nat. d. 1. 44. Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, congreſſus ut hominum fugiat atque oderit, &c. de Amic. 75. Omni diritate atque immanitate teterrimus. in Vat. 30.

Immanſuetus.

Ipſiſque in hominibus nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiam ſi ignoret qualem habere deū deceat, tamen habendum ſciat. 1. de Leg. 36.

Immaturus.

Immatura mors ſeni eſſe non poteſt. 2. Phil. 121. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque literæ fecerunt. de cl. or. 64.

Immaturitas.

Quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat? pro Quint. 55.

Immemor.

In alia incidi non immemor illius mandati tui. Att. 4. 75. 4. Tamen ſurripiendum aliquid putaui ſpatii, ne me immemorem mandati tui putare. Att. 76. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit. in Ant. 190. Adeone uobis obliti us conſtantiæ meæ, adeo immemor rerum a me geſtarum eſſe uideor: ut, &c. pro Syll. 62. Nec Romanorum immemor. de Cl. 180. Magna hæc immemoris ingenii ſigna. de cl. or. 315. Omnes immemorem beneficii oderunt: &c. cumque qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant. off. 2. 91.

Immenſus.

Aer immenſus & infinitus. 1. de Nat. d. 38. immenſa, infinita, immoderata cupiditas. ad Her. lib. 2. 68. immenſa & interminata in omnes partes magnitudo regionum mundi. de Nat. d. 1. 38. Vorago uitiorum immenſa. 5. Verr. 18. Mare immenſum. 1. Tuſ. 216. Ex ingenti quodam oratorem, immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellitis. 3. de or. 41. Tamquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. Tuſc. 164. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo. 1. de Diu. 19. id eſt, infinito. in tanta re, tamque immenſa. de or. 116. Ingenii ſui finibus immenſis aliquā artem deſcribere. 1. de or. 107.

Immenſitas.

Immenſitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. 1. de N. d. 38. immenſitates camporum. de N. d. 45.

Immergo.

Qui ut ſe blanditiis & aſſentationibus in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, &c. pro Clu. 56.

Immerſus.

Immerſus in flumen. de Vniu. 203.

Immerito.

Es re, ſi crudelis, ſi infanda, ſi præter opinionē, ſi immerito, ſi miſera, &c. 2. de or. 175.

Immigro.

Neque ea plane uidet animus, cum repente in tam inſolitum, tamque perturbatum domicilium immigrauit. 1. Tuſc. 48. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit. 13. Phil. 372. In ſuas ædes ex templis immigrare pro D. ſua. 109. Deos in domum immigrare uoluiſſe. pro D. ſua. 135. Sic tamē ut ea non irruiſſe in alienum locum, ſed immigraſſe in ſuum diceres. de Cl. or. 150.

Immineo.

Mors quæ propter incertos caſus quotidie imminet. 1. Tuſc. 145. Templis deorum immortalium imminet egentium & perditorum ſpes. Brut. 91. Quæ imminent, non uidere: aut quæ uidemus, diſſimulare. 1. in Cat. 21. Imminent duo reges toti Aſiæ. pro L. Man. 7. ipſe autem hodie in Pœtinoſſri tyrotarichum imminebam. Att. 231. impendebat fames, incendia, cædes, direptio imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro D. ſua, 21. & pro Mil. 73. Iſte infeſtus in oīa maria ex oībus Siciliæ partibus imminebat. 7. Ver. 113. Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. 5. Phil. 17. Nimis enim imminebat propter propinquitatē Aegina Piræo. off. 61. Cum præpotens terra marique Carthago, nixa duabus Hiſpaniis, huic imperio immineret, &c. pro Cornelio Balbo. 27. Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abeſſe, Ciliciæ magis imminere. Att. 79. Carthago excurrere ex Africa, & imminere populo Romano uidetur. con. Rul. 83. Qui imminere iam cupiditate uideatur in tribunitiam poteſtatem. pro D. ſua, 37.

Imminens.

Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat. pro D. ſua, 12. Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio & cogitatione nulla, ut, &c. 4. Verr. 93. Geſtu imminenti, ſumma grauitate & celeritate uerborum, Brute quid ſedes? 2. de or. 224.

Imminuo.

Hic quod populi propriū ſemper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit. pro L. Agr 32. Si copias quam minimum imminueris. ep. 23. imminuere authoritatem ſuam. Att. 1. 13. 8. 2. de or. 85. Violare atq. imminuere ius & officium, pro Sext. Roſ. 64. imminuere laudem alicuius. Att. 14. 315. 2. A populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere. 5. Verr. 69. in iis offenditur ſimul atque imminuitur aliquid de uoluptate. 1. de Orat. 135.

Imminutus.

Imminuta conſtantia. Att. 3. 66. 4. imminuta atque debilitata eſt acerrima & fortiſſima illa cupiditas. 12. Phil. 323. imminuta libertas. pro L. Man. 6. maieſtas. 2. de or. 59. ulitus. Att. 1. 11. 16. Bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum eſt. pro L. Man. 21.

Imminutio.

Prauitas imminutioque corporis.5.de fin.44. Dignitate imminutio.Parad.lib.3.8.6.

Immiſericors.

Ipſum immiſericordem,ſuperbum fuiſſe.2. de Inu.502.

Immitto.

Sed tamen in eo ipſo loco immittit imprudens ipſe ſenariũ, or.515. In alteram caueam ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eiecliſti.de haruſp.249. Eone tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus eſſe.Verr.90.Quæ uis Decium deuouit, & immiſit in armatas hoſtium copias?Parad.117. Repente equum immiſi ad eam legionem tyronum quæ ueniebat ex caſtris. Galba ad Cic.10.30.8.Scilicet tu Prętor in mea bona quos uoles immittes?3.Ver.101.Qui ſe armatus ſæpe in hoſtium manum multitudinemque immiſerit.pro Font.35.Immittere hoſtes in prouinciam.ep.150.perturbationes.3.Tuſc.43.ſe in hoſtes equo incitato.3.de Nat.d.10.ſe in medios hoſtes.1.Tuſc.189 in forum ſicarios.pro Sext.67.Segeſtum item ad immunem ciuitatem Veterius Symmachus Decumanus immittitur.5.Verr.77.

Immiſſus,

Is non immiſſum a Deo dolorem,ſed conceptum a ſe ipſo cõtinebat.3.de Nat.d.131. Bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catilinam,hunc tertiũ iam eſſe a iudicibus in Remp. immiſſum. Att, 5.11.16.Iactã & immiſſam a te oblatam in me iniuriam ſemper duxi,peruenire ad me nunquam putaui. in Parad.35. Seruique & egentes in tecta noſtra cum facibus immiſi. Att.14.306.2. Tela,quæ ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. pro Dom.ſua.221.

Immiſsio.

Sarmentorumque ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.de Sen.49.

Immo.

Non quod res alia eſſet,immo eadem.pro Clu.34. Cauſa igitur non bona eſt?immo optima. Att.9.175.5. Immo uero etiam hoc magis quam,&c.quod,&c.con. Rul. 85. Non igitur patria præſtat omnibus officiis, immo uero: ſed ipſi patrię conducit pios habere ciues in parentes. off 3. 121. Immo uero obſecrabit patrem,&c.,&c.off. Omnibuſne igitur ex his locis argumenta ſumemus? e. 9. Immo uero ſcrutabimur.in Part.

Immobilis.

Terra nona immobilis manens, ima ſede ſemper hęret.de Somn.Scip.18.Immobilis & ſtans orbis.de Vniu.47.

Immoderatus

Immoderatus potus atque paſtus.2.de Diu.107.Immenſa,infinita,immoderata cupiditas.ad Her.2.Immoderata intemperãtia.Acad.q.ed.2.lib.4 27.Immoderata libertas infinita hominum licentia. Q.fr.594.& 10 Ant. 229. Immoderata mulier. pro Cęlio.41.10.Phil.285. Immoderata oratio. in orat. 115. Ventus vehemens,immoderata tempeſtas.pro Sex. Roſ.97.Alexandrum,poſteaquam rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatũ fuiſſe.Att.13.283.6.Immoderati hoies.2.Att.47.

Immoderatio.

Efferri immoderatione uerborum.pro Syl.22.

Immoderate.

Immoderate abuſi præmiis.11.fa. 48.in ep.Matil. i. agitatus & fluctuans.de Vniu.11.Exultare, immoderateque iactari. de Diu 93.An temperantia ſinet te ii facere quicquam? a.Tuſc.18. Nam ut aduerſas res,ſic ſecũdas i. ferre leuitatis eſt. 1.off. 127. à.& fortuitu mouebatur animal.de Vniu.61.i.profuſa nox.2.de N.d.553.& intemperate uiuere.de Vniu. 57. immoderatius ferre caſum incommodorum tuorum.5.fam.46.

Immodeſtus.

Ipſumque genus iocandi non profuſum nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet.1.Off.145.

Immodice.

Immodice ferre aliquẽ caſum.4.Tuſ.61.ideſt, Immoderate.

Immolo.

Nemo noſtrum eſt, vt opinor, quin uota uictoriæ ſuę fecerit: nemo quin etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipſo tempore, ut quamprimum Cæſar ſuperaretur, optarit.6.f. 26.in ep A.Cæc.ideſt,aliquam rem a diis poſceret ſacrificãdo. Cum Sylla immolaret in agro Nolano.de Diu.95.Lex erat, ne quis Dianę uitulum immolaret. de Inu.24. Pythagoras moſis bouem immolaſſe dicitur.de Nat.d. 77. Quid cum pluribus diis immolatur,qui tandem euenit ut litetur aliis,aliis non litetur? 2.de Diu.56.Maiores hoſtias a conſulibus ad præconem & ad tibicinem immolari,contra Rul.85.Tuſc.3.53. de Diuin.1. 80. Quibus hoſtiis immolandum,cuique deo,cui maioribus, cui lactentibus,cui maribus,cui fœminis. de Leg. 175. Conſuetudo hominum immolandorum apud Gallos.pro Font.18.

Immolator.

Hæc deceſſio capitis,aut acceſſio,ſubitone fieri poteſt, ut ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent? 2.de Diu.53.

Immolatio.

Cum igitur hæ partes in extis non reperiuntur, ſine quibus victima illa uiuere nequiſſet,intelligendum eſt in ipſo immolationis tempore,eas partes quæ abſint interiiſſe.de Diu.2.195.

Immortuus.

Clamores de immortuis reliquiis coniurationis,de uilitate, de otio, Att.1.30.

Immortalis.

Noſtri imperatores mortui,quorum uiuit immortalis memoria & gloria.pro Corn.Balbo.63.Immortalia quæſtus.de Ami. 9.Si omne mortale eſt,nullum eſt immortale. de Nat.deor.65. Quod beatum & immortale eſt,id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.Epicuri dictum.de N.d.1.60.Vt fortuna nonnumquam tãquam ipſa mortalis cum immortali natura pugnare uideatur.1.off. 168. Optimi cuiuſque animus maxime ad immortalem gloriam nititur.de Sen.94 Immortalem fructum capere.in Piſ.86.Reddere immortalem alicuius memoriã.2. off. 5.Animi omnium immortales,ſed fortium bonorumque diuini.2.de Leg.45.Immortales & indiſſolubiles dii qui orti ſunt, eſſe non poſſunt. de Vniu.51.1.de Fin.79. Immortalia merita, poſt redi.in Sena.1.Immortales ago tibi gratias,agamque dum uiuam.10.f.32. in ep. Planc. Immortales illos eſſe negabant, qui aliquando homines fuiſſent.de N.d.34.

Immortalitas.

Non eſt lugenda mors, quam immortalitas conſequatur. de Sen.67.immortalitas laudum. 13.fam. 31. immortalitas animorum probatur.Tuſc.1 55.Ad ſpem quandam immortalitatis me rapit poſteritatis commemoratio.5.fam.28.Sunt enim facta eius immortalitatis,non ætatis.4.Phil. 154. Quæ tam immemor poſteritas, quę tam ingratæ literę reperientur,quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria proſequantur? 2.Phil. 53. immortalitati commenda nomen tuum.10. fam. 27. Hiſtoria quę uoce alia,niſi oratoris,immortalitati commendatur.de or.111.immortalitati ſuæ conſulere.15. Att. 3. Mandare aliquid immortalitati.pro D.ſua,60. 1. de.or. 20. Socratis ſermones immortalitatĩ ſcriptis ſuis Plato tradidit. 3. de or. 34. immortalitatem conſequi.de Nat.d.1.30. Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatemque donauit. in Piſ.4.Sed uideamus Herculem ipſum,qui tum dolore frangebatur,cum immortalitatem ipſa morte quærebat.Tuſcul. 2.15.immortalitatem ſcribitur Vlyſſes repudiaſſe, ut ithacam uideret.2. de Leg.2.Cedit nulla re,niſi immortalitate,cæleſtibus beata uita.1.de Nat.d 230.Cum immortalitate conferenda præmia.10. fam.19.in ep.Planc.De immortalitate animarum. de Sen. 93. De immortalitate ſtatuarum.in Ant.222.

Immortaliter.

Quod ſcribis te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.ad Q.fr.3.7.

Immortuus, *Vide poſt Immolatio.*

Immundus.

Alienantur immundæ,inſulſæ,indecorę.9.Att.36.

Immunis.

Falſum eſt ob vacationem pretium datum,eũ immunis nemo fuerit.pro Font.277. Immunis poſſeſſio & libera. 13. fam. 100. Non eſt enim inhumana uirtus,neque immunis,neque ſuperba, quæ etiam populos vniuerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat.de Amic.46.Immunis omnium rerum.7.Verr. 47. Immunes agri.8.fam.28.in epiſt.Cęlii. 1. Phil.60.Quinque præterea ſine fœdere immunes ciuitates ac liberæ. Centuripina, Haleſina,&c.5.Verr.11.Is campi Leontini duo millia iugerum immunia poſſidet.in Ant. 187. Conditione commodiore ſunt immunia,quam illa quæ penſitant. 3.de L. Agr. 6. Agros fructuarios vult immunes eſſe. ep. 119. Melius hi quam nos, qui paratas immones,ſocios vectigales habemus.3.off.65.

Immunitas.

Immunitas.

Immunitas ac libertas alicuius prouinciæ.pro Font.279. Nequa poſt Idus Martias immunitatis tabula,neve cuiuſquam beneficii figeretur.2.Phil.93.Negas ſine deo poſſe quidquam.ecce tibi e tranſuerſo Lampſacenus Strato, qui det iſti deo immunitatem magni quidem muneris,&c.Acad.q.ed.1.lib.2.121.Tabulæ figuntur,immunitates dantur.ad Caſſium, lib. 12. 2. Num immunitates datæ?1.Phil.2.

Immunitus.

Si uia ſit immunita, iubet qua uelit, agere iumentum. pro Cæc.39.

Immuto.

Ennius pro Afris immutat Africã.or. 205. De inſtitutis priorum immutat ſucceſſor aliquid.pro Flac.26.Sed quædam peſtes hominum laude aliena dolentium,& te nonnumquam a me alienarunt,& me aliquando immutarunt tibi.Licinio, lib.5 18.Verborum ordinẽ immuta, fac, ſic comprobauit filii temeritat. con. Rul.70. Si quibuſdam in ſententiis paulum me immutaſſem.ad Lentulum, lib. 1. 9. 36. Signiferi orbis unamquamque partem aliam alio modo mouere atque immutare cælum.2.de Diu.133. Immutare mores.2.de Leg. 62.Immutare voluntatem. Att.1.7. 2.At utrunque genus continet uerbi ad literam immutati ſimilitudo. 2. de or.138. Immutari imperio, poteſtate, proſperis rebus. de Amic. 50. Tot rebus ipſis ſe immutantibus. de Nat. deor.2.15.

Immutatus.

Immutatus orbis & rectus.de Vniu. 35. Immutata gratia noſtra.5.fam.5. Vel eadem ſpecies, uel interdum immutata redditur.de Vniu.61.Immutata voluntas.1.Att. 19. pro, animo abalienato.Suſpicionẽ multis attulit immutatæ uoluntatis in Phil. Immutatis literis.2.de Nat.d.96.Neque permanendum in una ſententia conuerſis rebus,ac bonorum uoluntatibus immutatis, ſed temporibus aſſentiendum.Lentulo.lib.1.9.85.

Immutabilis.

Comprehenſio ſtabilis & immutabilis. Acad. q. 7. Fatalis & immutabilis continuatio ordinis ſempiterni. 1. Acad. 43. & 4. 47.Res ſtabilis & immutabilis. de Vniu. 196. hoc eſt immutabile ex uero in falſum.de Fat. 144. Cauſæ immutabiles & æternæ. de Fat.145. Omnia uero in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia,&c.de Fat.243.Immutabilia eſſe, quæ futura ſunt. de Fato,144. Stellæ ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeant.de Nat.35.

Immutabilitas.

Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibuſdam,quia non appareant,ne neceſſe quidẽ uideri,&c.de Fato,14.

Immutatio.

Immutatio ordinis.3.de or.96.Immutatio uerborum. Acad. q.ed.1.lib.2.16.Ex immutatione iocus.2.de or.245. Negat enim mutari poſſe muſicas leges ſine immutatione legum publicarũ. 2.de Leg.63.Et quamquam tranſlatio eſt apud eum multa,tamẽ immutationes nuſquam crebriores.in or.51.

Imo, *Vide Immo.*

Impar.

Quos quidem ego ambo unice diligo: ſed in Marco beneuolentia impar.Licinio,lib.5.20.Illos qui omnia ſic incerta dicũt, ut ſtellarum numerus par an impar ſit,neſciatur,quaſi deſperatos aliquos relinquamus.4.Aca.63.Hic eſt,inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, Sed tamen pro rata portione diſtinctis,impulſu & motu ipſorum orbiũ efficitur.in Somn. Scip.17.

Imparatus.

Imparatus ſemper aggredi ad dicẽdum uidebatur Antonius. de cl.or.72.Nec ero,ut in malis,imparatus.Att.9. 176.3. Imparatus arma ſumpſit. 1.Tuſc. 70. Inermem atque imparatum Tribunum gladiis adoriuntur.pro Sext.68.Vt ſi qua inuecta diuitas caſu foret,Ne me imparatum cura laceraret repens. 3. Tuſc.52. Imparatum te offendam.ep.18. Sumus enim flagitioſe imparati cum a militibus,tum a pecunia.Att. 7. 50. Quamquam paratus in imparatos Clodius,tamẽ mulier inciderat in uiros. pro Mil. 31.Longum eſt imparatis breue tempus.3. Phil.124.

Impartio, *Vide Impertio.*

Impatibilis.

Quem quidem dolorem vos impatibilem improbis facitis, bonis tolerabilem.2.de Fin.48.

Impedio.

De rebus ipſis utere tuo iudicio:nihil enim impedio. 1. Off.4. Nec ætas impedit quominus & ceterarum rerum & in primis agri colendi ſtudia teneamus uſque ad ultimum tempus ſenectutis.de Sen.56.Nihil impedit libero tẽpore, quo minus id quod maxime placeat, facere poſſimus.l.1.de Fin.26.Impedit me quotidie aliud ex alio.ſed ſi me expediero,ut,&c.9. f. 45. Remouero quæ obſtant & impediunt.Acad.q.6.Tu uelim ſis (niſi te impediuiſti) apud nos pridie Calendarum cum Pilia. 13.ad Att. 61. Id in hac diſputatione de fato caſus quidam ne facerem impediuit.de Fat. 140. Sed hæc illius clariſſimi uiri mentio, & vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. pro Cæl. 40.Etiam ante feciſſem,ſed me multa impediuerunt,quæ ne nũc quidem expedita ſunt. Terentiæ,lib. 14. 19. 2. Sin illud dices,te Heraclii uoluntate ab lege receſſiſſe, ipſe te impedies, ipſe tu tua defenſione implicabere. 4. Verr. 29. Quid impediet actionem eius,&c. Acad.q. ed. 1.lib. 2.99. Cum is publicanorum cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret. de har. reſp. 1. Quę tot ac tales uiros impediat quominus pro capite, &c. pro Roſc. Am.3.Impeditum impedire. Att.11. 328.7. Impedire iter. Att. 8.162.2.Mentem dolore impedire.pro Cæl.48.Ex mea quædam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam uidebatur, aut certe tardare.7.fa.13. Perturbare & impedire rationem belli prope iam explicatam.de prouin. Conſ.29. Rem prope iam explicatam perturbare atque impedire. de Prouinc. 76. Impedire magnas utilitates amicorum intemperata quadam beneuolentia.Læl.64.Sed pudore impedior.de Fin.106. L. Cęſar, optimus & fortiſſimus ciuis, impeditur ualetudine.12.fa.5.Nos qui ab delectatione omni, negotiis impedimur. pro Mur. 37. Quod iſti ne faciant, ſumma maleuolentia & liuore impediuntur.Brutus ad Cic.11.10.2.Cedendum enim celeriter eſt, ne forte qua in re impediar atque alliger.Att.9.169. 1. Alterum ab altero adiuuari vel impediri.Brut. 165. Impediri ętate & morbo. 5.Verr.51.1.de Fin.89.Impediri fletu.Att.3.50.3. Impediri illum,ne tot ſummos uiros interficeret.3.de Nat. d. 60.Malis domeſticis impediri.pro Sextio,84.Impediri negligentia,ſtudiis, occupationibusve. 1.off.41.Pudore impediri.4.de Fin.7.Religione impediri.Sulpit.ad Cic.4.12.9.6. Verr. 108. Impediri bonã rem melius,quam concedi malæ.3. de Leg. 37.Impediri oinculis.1.de Diu.80.

Impeditus.

Vinctus,conſtrictus,& impeditus.de har.reſp.20. Cum pręſertim non modo numquam ſit aut illius a me curſus impeditus, aut ab illo meus: ſed contra ſemper alter ab altero adiutus, & communicando & monendo, & fauendo. de cl.or. 2. Is ætate & morbo impeditus uenire non potuit.in Verr.161. Impeditus negotiis.2.Att.3.Sapientis eſt,cum ſtultitia ſua impeditus ſit,quo quo modo poſſit, ſe expedire. pro Rab. Poſth. 15. Quid minus promptum ad pugnam, cum penula irretitus, rheda impeditus, vxore pene conſtrictus eſſet?pro Mil.40. Occupatum impeditumque hunc amores tenent.pro Cæl. 35. Cum ille ſeruorum multitudini s.p.q.r.vinctum ipſo conceſſu,& conſtrictum ſpectaculis atque impeditum turba & anguſtiis tradidiſſet. de haruſp. reſp. 249.Impeditam rem turpe eſt iacere.12.Att.13. Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe.pro Pomp. 7. impeditæ res domeſticæ.11.Att.1.in eo hærentia & impedita.de Vniu. 39.impedita conſilia.4.Att.11.impedita omnia. impedita reip. tempora.in Piſ.2.id eſt, perturbata. iacet inter Apenninũ & Alpeis impeditiſſimus Antonius ad iter faciendum. Brutus ad Ciceronem,11.22.

Impeditio.

Viget enim animus in ſomniis, liberque ſenſibus ab omni impeditione curarum, iacente & pene mortuo corpore. 1. de Diu.188.

Impedimentum.

Inferre moram & impedimentum alicui. 1. de Inu. 18. Nam commoditati ingenium eſt impedimento. pro Sex. Roſc. 20, & 43.Hominis ipſius ornamenta adiumento cauſæ potius, quam impedimento eſſe maluit.pro Corn.Balbo,14.impedimenta expectanda ſunt,quæ Anagnia ueniũt:& familia ægra eſt. 16. Att. 24 impedimenta ad proficiſcendum opponerem. 10.fam.15.in ep. Plane.Superabat impedimenta naturæ, diligentia,induſtriaque Demoſthenes.1.de or.136.Etiam erat inimica improborum, quę C.Catonis illius,qui Conſul fuit,impedimenta retinuit. 6. Ver. 19.Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis.pro Mil. 20. Cum Milo cum vxore ueheretur in rheda,penulatus,uulgi magno impedimento ac muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.pro Mil.21.

Impello.

Ad quoduis maleficium hominem impellit auaritia. ad Her. 4.68. Quę ratio poetas, maximeque Homerum impulit, vt, &c. de Nat.d.59. Hinc in fraudem homines impulit. in Piſ.79. Grauiſſime autem me in hãc mentem impulit Pompeii fides. ep. 12. Nec me ſolum rō ac diſputatio impulit vt ita crederem, ſed, &c. de Sen.70.3. de Fin. 69. Quæ cauſa te impulit, ut ita faceres? de Nat.d.3. Non igitur ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. pro Flac.66. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. pro Roſc.Am. 23. Adueniens digito impellam ianuam. ex Trabea. Tuſc. 4.56. Præcipitantem igitur impellamus, inquit, & perditum proſternamus. pro Clu.55. Si auctores ad patriam liberandam deſiderarentur, illis auctoribus Brutos ego impellerem. in Ant.165. Quæramus igitur cauſam, quæ cum impulerit, ut, &c. de Vniu.196. Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem. 1. de or.62. & in Cat.106. Ad bellum Barbaros impellere. pro Syl.27. Impetus animorum impellere & reflectere. 2. de or.171. in fraudem. pro Roſc. Am.35. pro Mil.24. in eam mentẽ. pro Mil.68. in ſermonem. 2. de or. 167. in ſpẽ certiſſimã Conſulatus. ad Bru.10.4. in Cat.40. ſeruũ ad accuſandum dñm. pro Deio. 2. uoluntatem quo uelis & unde uelis deducere. 1. de or.16. Impellere & incitare ad conſpiciendas, totaq. mente contrectandas uarias uoluptates. Tuſc.3.30. Maxima autem culpa in eo eſt, qui & ueritate aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Læl.75. Impellimur ad agendum appetitione. Acad.q. edit.1. lib.2.25. Natura impellimur, ut prodeſſe uelimus quam plurimis, inprimiſque docendo, rationibuſque prudentię tradendis. 3. de Fin.100. Ad nullam rem unquam impelletur. 4. Acad. 51. Loci quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. de ora.137. Impelli ab alio facilius, quam a te retineri. 11. fam. 4. in epiſt. M.Bruti & Caſſii. Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. de cl. or.10. Impelli ad officium uoluptate quaſi mercede aliqua. Acad.q. edit.1. lib.2.130. Impelli ad ſuſcipienda pericula ſua cupiditate, non utilitate cõmuni. off.1.91. Facillime ad res iniuſtas impelli. off.1.93. Impelli in fugam. pro Rab.perd.reo, 16. Pręterea eſt modeſtus homo & frugi, quem ne utilitas uideatur impulſura fuiſſe ad facinus. Attic.277.

Impellens.

Qui nullo impellente fallebant, eos urgente Lælio in abſentem, & in L.Flaccum aut timidos fuiſſe, aut religioſos putamus. pro Flac.15.

Impulſus.

Si a te corruptum, tuis promiſſis in fraudem impulſum eſſe confeſſus eſt? pro Deiot.23. Ex aliqua cauſa, qua impulſum aliquem id feciſſe dicet. de Inu.64.

Impulſus.

Sonus, qui impulſu & motu ipſorum orbiũ efficitur. de Som. Scip.128. Non alieno impulſu, ſed ſua ſponte moueri. de Natu. 32. & de Somn.Scip.131. Impulſu primo moueri. 1. Tuſ.85. Hoc P.Clodii impulſu factũ eſt. pro Dom.215. Impulſu Piſonis Conſulis. Att.1.9.1. Etſi non ſolum impulſu ſcutorum, neque conflictu corporum, ſed, &c. pro Cæc.32. Qui ſimili impulſu aliquid commiſerint, de Inu.64. Ipſos certo ſcio non negare, ad hæc bona Chryſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo. pro Roſ.Am.63. Impulſu tuo & tua crudelitate feciſſet. 3. Verr.56. Impulſu ueſtro loquor. 3. de Or.47.

Impulſio.

Impulſio eſt quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, uinolẽtia, & omnino omnia in quibus animus ita uidetur affectus fuiſſe, ut, &c. 2. de Inu.133.3. de or.65. Inductio & impulſio in hilaritatem. 3. de or.113. Impulſio oblata extrinſecus. Acad.q. ed. 2. lib.1.28. Stoici φαντασίας Græce nominant. Primum, cur aliã quandam uim motus haberent a Democrito impulſionis (quam plagam ille appellat) a te Epicure grauitatis & ponderis? de Fato, 68. Cum impulſione aliquem commiſiſſe quid dicet. de Inu. 64. Omnis coagmẽtatio corporis, uel calore, uel frigore, uel aliqua impulſione uehementer labefactatur. de Vniu.21.

Impulſor.

Impulſor atque adiutor. de Prou. Conſul. 14. Author & impulſor, & ſocius ſceleris. in Ver.33. Et ſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti. Attic.36.19.

Impendeo.

Acerbitas impendet omnibus Cœlio, lib.2.15.13. Magnum bellum impendet a Parthis. Att.91. Calamitas impendet omnibus. ep.27. Contentio impendet. Att.2.37.4. Tanta malorum impendet *ἰλιὰς*. Att.8.28. Impendet negotium, ad quod tu ſcilicet aduolabis. Att.2.34.6. Accedit etiam mors, quæ quaſi ſaxũ Tantalo, ſemper impendet. 1. de Fin. 91. inuidiæ tempeſtas quanta nobis impendet. 1. in Cat.16. Semper aliquis aliis dolor, aliis terror impendet. Tuſc.216. Impendet belli magni timor. Cælio, li. 2.10.3. Magnæ impendent diſcordiæ. Cælius Cic.8.14.13. Vt ea quæ partim iam adſunt, partim impendent, moderate feramus. ad Plancum, lib.4.44. Mercatoribus formidines a neſtris magiſtratibus impendent. 7. Ver.122. Iudicia reliqua impendent, nondum eſt plane expeditum. Attic.4.85.14. A ſuperis nulli impendent metus. 1. de Nat.d.66. Omnes in me terrores, periculaque impendent omnia. pro Sext. Roſc. 23. Infiniti ſumptus impendent in hos exercitus, quibus defendimur. Brut. 18.6. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro D.ſua, 21. Quæ aderant iam & impẽdebant, quonammodo ea depellere potuiſſet? pro Mil.57. Gladium e lacunari, ſeta equina aptum, demitti iuſſit, ut impẽderet illius beati ceruicibus. 2. Tuſ.87. Tum inquam, tum uidi, & multo ante proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicæ. de haruſp.reſp.3. Ex eo quod aliis accidit, quid mihi impendeat ſuſpicor. pro Clu. 52. Impendere fatum aliquod, aut inſtare iam plane, aut certe iam appropinquare. 2. in Cat.32. Impendere malum nobis opinemur. 1. de Fin.85. Nullum eſt tantum malum, quod non putem impendere. epi.81. Nihil incidit poſtea mali, quod nõ impendere illi tanto ante uidiſſent. de or.87. Adeſſe atque impendere mala uidẽtur. pro Q. 26. Hæc ita multa quaſi fato impendere amicitiis, ut omnia ſubterfugere, non modo ſapientiæ, ſed etiam felicitatis diceret ſibi uideri. Lęl.34. Si quid mihi humanitus accidiſſet, multæ enim impendere uidebantur, præter naturam, præterq. fatum. in Ant. 154. Dum impendere Parthi uidebantur, decreueram fratrem relinquere. Att.95. Tantum reipublicę ſceleris impendere a cõſulibus non ſuſpicabar. de Prou.78.

Impendens.

Impendens dolor. 1. de Fi. 62. Propter ſuſpicionem huius impendentis tempeſtatis, vel ruinæ. Att.119. Altitudines impendẽtium montium. 2. de Nat.d.72.

Impendo.

Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. pro Quin. 2. Impẽdere laborem in fœdere faciendo. 7. Ver.41. Impendere pecuniã in res uanas. 6. in Ver.60. Illi intelligebant ſeſe Verri ſerere, impendere, laborare. in Ver.174. Impendere cenſum diebus natandis. 4. Att.28. Ad incertum caſum & euentum certus quotannis labor & certus ſumptus impenditur. 5. Verr.195.

Impenſus.

Impenſa uoluntas. pro Sea.111. Impenſum pretium ad Atti. lib.14.21. Vbi tandem iſtuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impenſum? in Ver.245.

Impenſa.

Impenſæ multæ opus. 10. fam.15. in ep. Plan. Nulla impenſa deiectę. 3. Ver.103. Columnę machina appoſita, nulla impenſa eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt. in Verr.105. Is ne nos tanta impenſa derideat, calface hominem. ep. 263. Impenſam facimus in macrocolla 13. Att. 32. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, noudum inſtruxerant. 6. Phil, 214. Arationes magna impenſa, magnoque inſtrumento tueri. 5. Verr.43.2. de Fin.71. Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam. Cælius ad Cic. 8.1. Neceſſarię cupiditates nec opera multa nec impenſa explentur. de Fin.58. Impenſa quilibet amicitias hominum ſibi adiungere, 8. fam.8. in ep.Cœl. Atq. etiam illę impenſæ meliores ſunt, muri, nauali a, &c. off.45. Turpes impenſæ cupiditatum atque iacturæ. pro Rab.Poſt.129.

Impenſe.

Impenſe rogare. Att.5.89.3. Nũc eo facio id impenſius, quod eius cauſam Nero ſuſcepit. 13. fam.86.

Impendium.

Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut ut pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recuſare. Attic. 6.1.11.9. Is quęſtum ſibi inſtituit ſine impendio. pro Quint.7. Solum ita diligẽter colemus, ut impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris. de cl.166.

Impendio.

At ille impendio nunc magis odit Senatum Att.10.13.

Imperator,imperatorius,imperatrix,
Vide Impero.

Imperfectus.

Nunc ut Apelles Veneris caput, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: ſic quidē homines in capite meo ſolum elaborauerunt,reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. ep.13:Nondum etiam perfectum templum inuenerunt, in Verr. 214.Relinquere aliquid inchoatum.de Nat.d.13.id eſt imperfectum.Omnia animantia ſunt inchoata, nulla ex parte perfecta, imperfecto autem nec abſoluto ſimile pulchrum nihil eſt. de Viniu. 196.

Imperioſus,*Vide Impero.*

Imperitus.

Imperitus & callidus.pro Roſ.Com. 12. Adoleſcens imperitus conuitiorum.ad Her.17.Imperitus dicendi & ignarus.de or. 159.Marius non imperitus fœderis,non ignarus belli, nō rudis exemplorum.pro Corn.64.Homo eloquens,iuris imperitus.de or.105.Homo imperitus morum,agricola,ruſticus.pro Sex.Ro. 42.Homo omnium rerum imperitus,quærit quid ſit ad perpendiculum.3.Verr.94.Imperita iuriſdictio.6.Att 25.Animos imperitæ multitudinis concitare.3.Verr.107.Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet,hic in magnis uiris non eſt habēdus.1.off. 94. imperito. intelligens in iudicando quid pręſtet. Brut.103 .Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet. 4. Tuſ.112. imperiti facilius quod ſtulte dixeris, quam quod ſapienter tacueris,laudare poſſunt.2.de or. 166. Homines imperiti rerum omnium,rudes,ignarique. pro Flac.149.Sin apud indoctos imperitoſque dicemus.in Par.49.Quę irrideri ab imperitis ſolent.de Fin.105.

Imperite.

Dicebat enim L.Scipio non imperite, Cneuſque Pompeius Sex.F.aliquem numerum obtinebat.de claris or.91.Eſto hoc imperite.in Ant.175.imperite faciunt.1.de Leg.3.Quid enim potuit dici imperitius,quam fœderatos populos fieri fundo oportere?pro Corn.Bal. 15. Sed cum eſt illud imperitiſſime dictum de populis fundis,quod commune liberorum eſt populorū, &c. pro Corn.Balbo,19.

Impero.

Sed tamen omnia mihi imperas.Vatinius ad Cic.lib.5.10.2. Qui imperat, cum cogitare oportet ſibi breui tempore eſſe parendum.3.de Leg.3.Qui bene imperat, patuerit aliquando neceſſe eſt:& qui modeſte paret,uidetur qui aliquando imperet dignus eſſe.3.de Leg.3.Non iam ſic ſperāt abs te, ſed etiam ſic imperant tibi familiares.6.fam.30.in ep.A. Cęc.Quibus non tam imperaui,quam cenſui.3.fam.39. Prætor pecuniam in remiges imperauit.pro Flac.25.Ab eo qui militiæ imperabit, prouocatio ne eſto:quoque iis qui bellum gerat, imperaſſit,ius ratumq. eſto.3.de Leg.5.Quibus iuſſi erunt, imperanto, eorumque tribuni ſunto.3.de Leg. 5. Reliquum eſt ut tute tibi imperes,quāquam hoc neſcio quomodo dicatur,quaſi duo ſimus ut alter imperet,alter pareat:non inſcite tamen dicitur.Tuſc. 2. 41.Hæc ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, id uidendum eſt uiro.2.Tuſc.83.De uirtute.Cum præcipitur, ut nobiſmetipſis imperemus hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem.Tuſc.2. 42.Etſi difficile eſt, tamen imperarem mihi.12. Att.50.Nonnūquam etiam puerum uocaret, credo cui cœnam imperaret. pro Roſc.Am.36.Quæritur Sicilia tota C.Verrem ab aratoribus,cū frumentū ſibi in cellam imperauiſſet, & cum eſſet tritici modius us.v.&c.1.Ver.17.Quodq. is q bellū geret,imperaſſit,ius ratūq. eſto.de L.185.i.imperauerit.iuſte & legitime imperare.off.1.21. Qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare. Parad.40.Læl.69. Omnibus gentibus & nationibus terra marique imperare. pro L.Man.39.Imperare liberis.Tuſc.3.23. ſcilicet ciuibus.Imperare ſibi non poſſet homo auarus,vt ea ſolueret.8 fam.36.in epiſ. Cæl Imperare domi.2.de Or.16.ferias. Diu.1. 86.Proportione aliquibus frumentum.7.Verr.44.Munus aliquod.7. Ver.41.Naues.7.Verr.35.Obſides.pro Lege Man.25.pecuniam.7.Verr.43. & 4.96.Quod imperatur,neceſſarium eſt: quod permittitur,voluntarium.2.de Inu.230. Imperabitur aliquid muneris,non recuſabunt.pro Lege Agr. 52. Sed neque Cæſari imperari poteſt, nec Cæſar exercitui ſuo.Brutus ad Cic.11.10.8.Ad imperandū ades,vel ad parendum potius.9. fam. 59. Illam rationem in imperando ſumptu Flaccus ſecutus eſt.pro Flac.153.In tributis imperandis,in Verr.136.

Imperatus.

Obſidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia, Att.4.85.18.11.fam.5.in ep.Brut.& Caſſii. Germani legatos miſerunt,ſeſe,quod imperatum eſſet, eſſe facturos.Att.225.Singulis Cenſoribus denarii trecenti ad ſtatuam Prætoris imperati ſunt. 4. Verr. 95. Mitto rationem exacti imperatique frumenti, in Piſ. 99.

Imperator.

Bonus & fortis imperator.2.de Or.101,& 149.Exercitui prępoſitus eſt callidus & ſapiens imperator. 1.de Inu.74.Is imperator eſſe cupiebat, cui muneri mos maiorum ætatem certam,ſortem incertā reliquit.de Cl.191. Imperator & adminiſtrator belli gerendi.1.de Or.105.Caſtrorum imperator,duxque hoſtium. 1.in Cat.3. Victor & imperator omnium gentium Pop. Romanus.pro Domo ſua,70. Nomen inuictiſſimi imperatoris incidatur.6.Verr.74. Imperatoris Iouis tria olim ſigna in orbe terrarum pulcherrima. 6. Verr. 114. In primis laudabat illud quod diceret, eoſdem labores non eſſe ęque graues imperatori & militi, quod ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatorium. 2.Tuſc.106.Vt enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus,imperatori victoria:ſic huic moderatori Reipub.beata ciuiū vita propoſita eſt,&c.8.Att. 26. In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere,ſcientia rei militaris, uirtutem,auctoritatem,fœlicitatem. pro Lege Man. 19. Solent hoc boni imperatores facere,cum prælium committunt,ut in eo loco, quo fugā hoſtium fore arbitrentur,milites collocent. pro Sext.Roſc.90. Sed hoc primum faciam,ut imperatores appellem eos, quorum uirtute,& conſilii fœlicitate, maximis periculis ſeruitutis atq. interitus liberati ſunt.14.Philip. 392.Imperatores appellati ſumus.5.Att.39.Imperatores qui patrię conſulerent,uite non parcerent.3.de Nat. d.10. Quidam imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus pro Reipub.deuouerunt,capite uelato, certis uerbis.de N.d. 2.7. Faciam igitur ut imperatores inſtructa acie ſolent,&c.4.Phil. 159. Imperatorum alter exercitum perdidiſſet, alter uendidiſſet.3.ad Q.fr. 16.Animos imperatorum a vitæ prauitate ad deorum cultum conuerterent.de Nat.d.1.53.Imperatorum illud cōſilium fuit, quod Gręci στρατήγημα appellant.3. de Nat.d.10.Imperatorum inſigne, faſces laureati.pro Ligar.5. Imperatorum neceſſarii in decem non ſoliti legari. 13. Att. 7. Imperatorum numerus maior,quam oratorum.1. de or.4.Imperatorum non tam res geſtas,quam mores, inſtituta,atq. vitā ſpectare in habendis honoribus. 15.fam.22.Orator præſtat minutis imperatoribus.de Cl.or. 188.

Imperatrix.

Prægeſtit animus iam videre, primum lautos iuuenes,mulieris beatæ ac nobilis familiares:deinde fortes uiros ab imperatrice in inſidiis atque in præſidio balnearum locatos.pro Cæl.53.

Imperatorius.

Imperatorius ardor oculorum.pro Cor.Balbo,39. Imperatoria donatio.5.Verr.162.Imperatorius labor.2. Tuſc.106.Imperatoria laus.Acad.q.ed.1.lib.2.2.Imperatorium ius.3.Verr.38. Imperatorium nomen captans.11.f.7. in ep. D.Brut.Roſtra imperatoriis manubiis ornata. de or.143.

Imperium.

Imperium domeſticum in ſeruos.pro Cæc. 294.& de Inuent. 80.Imperium in multos annos.poſt red.in Senat. 29.Imperium maius a minore rogari non ſit ius. 9. Att. 33. Imperium militare.de Fin.2.28.Imperiū exercitum habenti neceſſarium.ad Brut. 37.Imperium prætorium.Diu.1. 62.Imperium prorogatum.1. ad Quint.fr.3.Hoc eſt, imperandi tempus. Imperium ſeuerum. Tuſc.218. Imperii regii genus primum ad homines iuſtiſſimos & ſapientiſſimos deferebatur.3.de Leg. 2. His inſignibus,atque infulis imperii uenditis, quibus ornatam uobis maiores ueſtri Rempub.tradiderunt.1.de Leg.Agr. 13.Ius maieſtatis atque imperii.lib.1.de Fin.18.Imperii tui miniſtri.1.ad Q.fr. 7.Imperii nomen graue.in Rull.51.Imperii nomen, quo appellor. 2.fam. 29. Imperii diligentis & moderati officium nullum eſt prætermiſſum in Xenophontis libris de Cyro ſcriptis. 1.ad Quint.fr. 17.Nec uero ulla uis imperii tanta eſt, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna.Off.2.35.Imperio cōſentire.4. ad Her.154.Imperium accipere & gerere.3.fam.20. Ad ſummum imperium ét acerbitatem naturæ adiungere. Quint.frat. 297.Demus igitur imperiū Cęſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt in Ant. 203. Dare imperium alicui extraordinarium, vel extra ordinē.in Ant.136. Decreui etiam imperium, quod quamquā videbatur illi ętati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium: quid enim eſt ſine imperio exercitus? Att.283. Terra numquam recuſat imperium.de Sen.87. Galli ſub populi Romani imperium ditionemque ceciderunt. pro Font. 276. Appius tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium

in

in uos.de Sen. 84. Summum imperium tenere & deponere. de Na.d.2.9. Imperio ac ui poteſtatis & faſcium. 1.ad Quint.fr.26. de imperio decertare.off.1.57. De imperio dimicare. off.1.59. Sed iis etiam qui cum imperio ſunt, &c. Cat.59. Qui cum imperio eſſent, more maiorum omnes prouincias adire conceſſum erat.8.Att.56. Is qui nuper ſummo cum imperio fuerit. p Flac. 150. Quæ dico ſigna, ante quam abs te ſublata ſunt, nemo Meſſanam cum imperio uenit, quin uiderit. 6. Verr.6. Sacrificium quod fit in ea domo, quæ eſt in imperio. de haruſp. reſp. 33. id eſt, in domo conſulis. In imperio alterius eſſe.1.ad Quint.fr.17. Summo in imperio eſſe.2.de Fin.107. Quas res geſſiſti in imperio & prouincia conſulari? in Piſ.87. Imperio parere animantia didicerunt. de Vniu. 39. Cum C. Coponius prætorio imperio claſſi Rhodiæ præeſſet.de Diu.94. Ex Macedonia aliquot prætorio imperio, Cōſularis quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, qui non triumpharit. in Piſ. 29. Imperio regio duo ſunto, iique præeundo, iudicando, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantor.3.de Leg.8. Quid enim eſt ſine imperio exercitus? ad Brut.37. Nec uero imperia expetenda, ac potius aut nō accipienda interdum, aut deponenda nonnumquam. Off.1.97. Imperia iuſta ſunto, iiſque ciues modeſte ac ſine recuſatione parento.3.de Leg.4. Imperia Manliana.de Fin. 86. Imperia ſeueriora nulla ſine aliqua acerbitate iracundiæ, iuxta Peripateticos. Tuſc.4.33. Imperia cū Senatus creuerit, populuſue iuſſerit, ex urbe exeunto.3.de L.9. Cepi & geſſi maxima imperia. ep.36. Vides tyranni ſatellites in imperiis.14.Att.6.

Imperioſus.

Eum Conſul imperioſus exire urbe iuſſit. Poſtquam.10. Dura domina, imperioſa, vehemens cupiditas. in Parad.50. Vtrum tandem cenſes Torquate, imperioſum illum, ſi, &c.2.de Fin. 97. Nimis imperioſi Philoſophi eſt, uetare meminiſſe.2.de Fi.166. Imperioſi populi & reges illuſtres. Orat. 65. id eſt, qui multum imperarunt.

Impertio, *ſiue* Impartio.

Meum laborem hominum periculis ſublenandis impertio. pro Mur.7. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. pro Sext.168. Iam vero reliqua pars mundi ea, & ipſa tota natura feruida eſt, & cæteris naturis omnibus ſalutarem impertit & uitalem calorem.2.de Nat.d.20. Terentia delectata eſt tuis literis: impertit tibi multam ſalutem Att.2.31. Ille dolorem ſuum nemini impertiebat. 2. Att. 59. Nunc Pomponi quoniam nil impertiiſt tuæ prudentiæ ad ſalutem meam, quod aut in me ipſo, &c. Att.3.26. Si aliquid impertiuit tibi ſui conſilii, debeo, &c.5.fam.7. Et te exorabo profecto, ut mihi quoque tuæ ſuauitatis aliquid impertias. de orat. 110. Quamobrem a te peto, &c. ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, &c. Att.9.183 3. Vt aliquid ſuotum ſtudiorum philoſophiæ quoque impertiat. de Fin. 5.5. Illius deus nō poteſt hominibus diuinationem impertire. de Diu.126. Impertire alicui miſericordiam. ad Brut. 27. Impertire operam ſuam alicui. de Petit. Conſul. 38. Qui tantum potuit impertire huic ſtudio temporis, quantum, &c. pro Corn. 55. Impertire teſtimonium ſuum alicui.5.fam. 34.

Impertior, *ſiue* Impartior.

Lucullo tantum impertior laudis, quantum uiro forti debetur. pro Pomp.7. Multis gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebantur. pro Arch.87. Cum rogamur, ut miſericordiam liberis eius impertiamur. Att. 270. Tu Siracuſanis unum diem feſtum Marcellis impertiri uetuiſti, &c.4.ver.36. Impartiri dolorem ſuum alicui.4. Verr. 59. Fortunas aliis impertiri. de Amic. 61. Nam, ut nunc extis, ſic tum auibus magnæ res impertiri ſolebant. de Diu.1.28. Sæpe idoneis hominibus, indigentibus, de re familiari impertiendum eſt, &c. 2. off.77. Atque etiam viro forti Collegæ meo C. Antonio laus impertitur. 3. in Cat.58.

Impetus.

Non rectus animi impetus eſt libido. 2. de Inu.143. Impetus repentinus. pro Roſc.Am.60. Sceleratus impetus delendi imperii. pro Cæl.10. Aliter non ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poſſit in or.134. Impetus animi & uoluntas.3.de or. 32. 10.famil. 19. in ep.Planc. Incurſio atque impetus armorum. pro Cæc.33. impetus contentioque dicendi. pro Deiot. 144 impetus fortunæ. Tuſc.5.13. Qui autem impetus illius erit in nos fortunaſque noſtras acrior, quam in ceterorum. Att. 120. impetus in primatorū pecunias.10. Att. 20. impetus populi, periculi rationem ſui non habet.3.de Leg.22. Ad omnem impetum dicendi contentionem que leuiora. pro Deiot.3. impetum & quamdam commotionem animi, affectionemque ſuam verbis & ſententiis amplificare.2. de Inu.134. Omnem impetum gladiatoris, ferociāque compreſſit. de haruſp. reſp.3. Qui iniuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus uidetur afferre ſocio. off.1.35. Facere impetum in aliquem. de Or.88. impetum facere in bona & fortunas alicuius.3.Verr. 64. pro Roſc. Am.12. impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.4.fam. 27. Vos autem maxime debetis in eos impetum facere qui mentiuntur. pro Roſc.Am.34. Sed ſi feretur hæſitans, & impetum in me facere conabitur, reſiſtam, & eius conatū refutabo. pro Sext.27. Impetum facere in pecuniam adoleſcentis. 12. fam. 49. id eſt, inuadere. Impetum facere in tabulas.6. Verr. 130. In nauem impetū facere. Lent. lib.1.5.15. Docuique Armenium regem in Cappadociam impetum eſſe facturum. ad Catonem, lib.15.11. Frangere impetum alicuius. ep.5. Moueri uertique impetum cæli admirabili cum celeritate uidemus.2.de Nat.d.141. Impetum, tela, & incurſum aliquorum refugere. pro Cæc. 16. Reprimere impetum, ardoremque reſtinguere. in Bruto, Vt tota mente, omniq. animi impetu in Rempub. incumbas. ad Plancum, lib.10.9. Omni impetu ad uoluptatem ferri. off. 1.147. Multi multa faciunt temeritate quadam, ſine iudicio uel modo in omnes, uel repentino quodam quaſi uento impetu animi incitati. off.1.73. Incurrere cæco impetu in aliquem. 1.de Fin.59. Impetu quodam animi potius, quam cōgitatione facere aliquid. de Inu.64. Beſtiæ nihil ſentiunt niſi voluptatem, ad eam feruntur omni impetu. off.21. Percellere impetu aliquem, & irruere in eum. pro Dom.82. Impetu magis quodam animi uti quam cogitatione. Att. lib. 11.7. & 2.de Inu.133. Impetu quodā mētis & uolūtate, de or.148. Loci quibus impetus animorū aut impellant aut reflectātur. de or. 137. Horū ſūt auguria, nō diuini impetus, ſed rationis humanę. de Diu.1.94. Libidinum impetus.1.de Fi. 71. Impetus Marcelli reſederūt. Cęlius Cic. li. 8.5. Furētes ac uiolēti īpetus.2.de har. reſ.33. Motus & impetus quo pertineāt.l.1.de Fin.27. Itaq. infractus furor tuus inanes faciebat impetus. pro Do.ſua, 126. Iratos animos atque horribiles impetus hoſtium deprecari. pro Font. 281. Animalia, quæ habent ſuos impetus. off.35. & 2.14. An fortitudo, niſi inſanire cœperit, impetus ſuos non habebit? Tuſ.219. Impetus immittere in domos.2.Phili. 93. Animorum impetus impellere.2.de or.171. Retardare animos & impetus alicuius 2.Verr.18.

Impetro.

Et Dolabella rogatu meo ciuitatem a Cæſare impetrauit. epiſto. 219. Impetrabo aliquid a meipſo. 9. Att.60. impetrabis igitur a Cęſare, vt tibi abeſſe liceat. de Inu.46. & Attic. 135. A me iſtam exceptionem non impetrabunt.4. Acad.171. Minus honeſte nunc quidem, quam ſi olim de ratione habenda impetraſſet. Att. 113. Vitro te ad me detuliſſe putabo, ſi hanc rem impetrauero. Plan. l.13. 30.13. Impetrare a me non potui, ut, &c.8.fa. 37. in ep. Cæl. Brutus & Caſſius utinam quam facile a te de me impetrare poſſunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineāt conſilium. Att.15.325.2. Impetrare ab aliquo de aliqua re. epi. 57. Impetrare ab aliquo, vt ignoſcat. de Inu.75. Ab Atheniensibus impetrare non potui, vt, &c. ep.56. Neque enim fas eſſe arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare. ep.69. Impetrare de aliqua re. pro Pl.264. Minus honeſte impetrare. Att.7. 135.6. Omnia quę potuiſſem in hac ſumma gratia tua ac potentia a te impetrare. epiſ.217. impetrare optatum. off.3.187. impetrare res ipſa debet ab æquitate tua.13. fam. 62. impetrare precibus ſalutem. Brutus Cic.16.5. A quo facile, ſi contendes, impetrare poteris ut, &c. de Petit.209. Ad impetrandum affero multa iuſta.9. Att.62. in impetrandis conſulendiſque rebus magna uis eſt in aruſpicum diſciplina. de Diu.80.

Impetratio.

Illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil ualere. Attic.11.228.2.

Impie, Impietas. *Vide* Impius.

Impiger.

Etenim quis eſt tam in ſcribendo impiger, quam ego? ad Curionem, lib.2.1.3. Profecto iudices uirum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad uſum ac diſciplinam peritum, &c. pro Font.28. Dabat ſe labori atque itineribus, in quibus uſq. eo ſe præbebat patientem atque impigrum, vt eum nemo unquam in equo ſedentem videret.7.Ver.22.

Impigritas.

Nunquam ulri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientię, &c. de Repub.lib.3.

Impingo.

Impingit mihi epiſtolam Scaptius Brutti.6. Attię. 6. Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere uolet? Cęlius ad Cic. 8.29.

Quid?

Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. 3. Tuſc. 75.

Impactus.

Vncus impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inua ſerat. 1. Phil. 3.

Impius.

Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro Q. 4. Impius ne audeto placare donis irā deorum. 2. de Leg. 24, & 40. Impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. 8. ſa. 46. in ep. Cæl. Eſt enim periculum, ne aut his neglectis impia fraude, aut ſuſceptis anili ſuperſtitione obligemur. 1. de Diu. 12. Etiam aduerſus deos immortales impii iudicandi ſunt. off. 3. 35. Impiorum nemo tam audax fuit umquā, quin aut abnueret a ſe commiſſum eſſe facinus, aut iuſti ſui doloris cauſam aliquam fingeret, defenſionemque facinoris a natura iure aliquo quæreret. 1. de Leg. 30. Piorum & impiorum rationem habent dii. 2. de Leg. 15. Me tamen fugerat deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas cō ſtitutas. in Piſ. 36. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ. pro S. R. 30.

Impietas.

Nihil eſt quod tam miſeros faciat, quam impietas & ſcelus. de Fin. 4. 55. Etſi uero impietas multa quidpiam eſt, quamuis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore ſemper occultum. 1. de Fin. 79. Qui fuerunt impietatis duces. de Am. 104. Ad impietatē in deos, in homines adiunxit iniuriam. 3. de N. d. 63.

Impie.

Impie ſacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, &c. 2. de Le. 24. Quæ qui uideat nō ſolum indocte, ſed etiam i. faciat, ſi deos eſſe neget. in Ant. 179. & pro Deiot. 149. in Verr. 177. Vi tuperare quiſquam inquam uitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet? & tam i. ingratus eſſe, ut eam accuſet, quam ue reri deberet, etiamſi minus percipere potuiſſet? 5. Tuſ. 9.

Implacabilis.

Quid erat antē, cur ego in tam implacabilis eſſem, eum, &c. 3. fam. 40. Seſe implacabilem, inexpiabilemque præbere alicui. in Piſ. 63. Nam ſi implacabiles iracūdiæ ſint, ſumma [illegible] acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas. ad Qu. fr. 1. 39.

Impleo.

Demoſthenes non ſemper implet aures meas. in O. 56. Is nomen, fruſtis eſculentis uinum redolentibus, totum tribunal impleuit. 2. Phil. 74. Tuis oraculis Chryſippus totum uolumen impleuit. 2. de Diu. 171. Cum ſeſe regum ſanguine implerint. 2. de L. Agr. 53. Impudentiæ eſt id profiteri quod nō poſſis implere. pro Clu. 39. id eſt, perficere, præſtare. Implere ollam denariorum. ep. 138.

Impletus.

De quibus rebus uolumina impleta ſunt non a noſtris ſolum, ſed etiam a Chryſippo. 4. Acad. 163.

Implico.

Diuinam ſuam cum terræ cauernis includunt, tum hominum naturia implicant. de Di. 1. 135. Vt profectus, &c. curras lōgius, & ſe implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium ſocietate. de Fin. lib. 2. 39. Implicet te, ne ad me iter expeditum tibi ſit. 8. Att. 49. in ep. Cn. Pompeii. itaq. ante implicatur aliquo certo genere curſuque uiuendi, quam potuit, quid optimum eſſet, iudicare. Off. 1. 163. Neglecta ratio multis implicatur erroribus. Tuſ. 211. Quod omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, vehementer utile eſt. pro Corn. Balb. 67. Qui contrahendis negotiis implicantur. 2. off. 55. Sin illud dices, te Heraclii uoluntate ab lege receſſiſſe: ipſe te impedies, ipſe tu tua defenſione implicabere. 4. Verr. 29. Quod ueritus ſum, factum eſt, vt Domitius implicaretur, ut neque ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra facienda. Att. 8. 41. Atque ita uiait, ut multarum ætatū oratoribus implicaretur. de Cl. or. 90. Permiſte cū aliis implicari. 4. de Inu. 47. i. multis erroribus. Tuſ. 4. 48. i. familiaritatibus alicuius. pro Cor. Bal. 48. i. certo genere, curſuque uiuendi. 1. off. 164. Moleſtiis multis. i. 5. Tuſ. 5. Is nullo ſe i. negotio paſſus eſt. p Ligar. 137. i. & conſtringi multis officiis. 1. Aca. 17. Vitro & citro, uel uſu diurno, uel officiis implicari. de Amic. 71. Muliebribus religionibus implicari. pro D. ſua, 81. Seueritate iudicum implicari, & frequentia populi circumſeriri. 7. Ver. 117.

Implicatus.

Is non tam propenſus ad miſericordiam, quam implicatus ad ſeueritatem uidebatur. pro Sex. Roſ. 51. Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, implicatus exſpectatione ſupplicii. de haruſ. reſp. 6. Familiaritate implicatus. in Piſ. 94. Tu qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege eſſe noluiſti? 5. Ver. 69. implicatus moleſtis negotiis & operoſis. 1. de N. d. 38. Nullis occupationibus implicatus deus. 1. de N. d. 37. implicata criminibus auaritia. in Piſ. 67. Inconſtantia cum leuitate, tum etiam periurio implicata. in Vati. 29. Interualla longa, breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt. or. 115. implicata res controuerſiis. pro Q. 2. implicata in omni ſenſu inſidet uoluptas. 1. de Leg. 36. inſcitia implicata, impudentia eſt. 2. Phil. 87. Nec enim in Torquati ſermone quidquam implicatum aut tortuoſum fuit. de Fin. 3. 1. implicatum aliquem conſuetudine habere. 6. ſam. 39. implicatum & cō ſtrictum tenere aliquem. Aca. q. editionis. 2. li. 1. 8 μεταφορικῶς. ab iis qui uinculis conſtricti ſunt. implicati nouis amicitiis. 1. Att. 65. Angoribus & moleſtiis implicati animi. 5. Tuſc. 5. Qui quamquam lege de ui certe non tenebantur, eo maleficiu tamē erant implicati, ut ex nullius legis laqueis emittendi uiderentur. pro Cæl. 57. Quæ quatuor quamquā inter ſe colligata ſunt atque implicata, &c. 1. off. 25.

Implicatio.

Implicatio rei familiaris. pro Sext. 86. Huic adde neruos a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. 2. de Nat. d. 105. Ac ſi qua neceſſitudo turpitudinē uidebitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonſtrare. de Inu. 74.

Implicitus.

Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro uerſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, & cohæret. pro L. Man. 12. Negotialis eſt quæ in ipſo negotio iuris ciuilis habet implicitam controuerſiam. 2. de Inu. 167.

Implicite.

Abſoluta eſt quæ ipſa in ſe, non ut negotialis implicite & abſcondite, ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet. 2. de Inu. 172.

Imploro.

Cæteros item deos, deaſque omnes imploro atque obteſtor, quorum templis, &c. 7. Verr. 148. Vos etiam atque etiam imploro & appello ſanctiſſimæ deæ, &c. 7. Verr. 147. Vos enim Albani tumuli atque luci, uos inquam imploro atque obteſtor, ueſtræ tum aræ, ueſtræ religiones uiguerunt, &c. pro Mil. 118. Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque anguſtā eſſe uoluiſti, quæ non oratori ingenium, ſed conſulis auxilium implorat & flagitat. pro Rab. perduel. reo, 6. Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnante hoc imploro & expoſco. pro Mil. 119. Cum me Reſpublica imploraret. Poſtquam. 34. Nemo eſt queſtus, nemo Remp. implorauit, nemo ſupplicauit. 1. de Or. 118. Hic tu fortaſſe querere, deum atque hominum fidem implorabis. in Verr. 80. & 81. Veſtramne, qui ſummam poteſtatem habetis, hoc tempore fidem implorem? pro Roſc. Am. 17. Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? ſenatum ne, &c. pro Flac. 3. Quid aut his reſpondere honeſte potes, aut illi facere, niſi ut te ac fidem tuam implorent? 6. Verr. 71. Acad. q. udit. 1. lib. 2. 81. Implorarem ſenſus ueſtros, uniuſcuiuſque indulgentiam in ſuos teſtarer, &c. pro Syl. 48. Implorare cœpit veſtram commendationem. 15. fam. 8. Deos immortales precari uenerari, atque implorare debetis, ut hanc urbem defendant. 2. in Cat. 47. Implorare fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio. 5. Verr. 123. Sopatrus implorare hominum atque deum fidem, ut cum conſilio cognoſceret. 4. Verr. 53. Implorare fidem Siculorum. Tuſc. 3. 43. Iura libertatis & ciuitatis. 1. 3. Verr. 4. 1. & expoſcere miſericordiam alcuius, pro Mil. 70. Miſericordiam & fidem alicuius obteſtari & implorare. pro Mur. 78. implorare, uſurpareque nomen ciuitatis. 7. Verr. 127. Implorare præſidium alicuius. in Piſ. 82. Neque ipſe auxiliū ſuum a bonis viris fruſtra implorari patietur. de or. 181. Qui deus appellādus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt? pro Q. 63.

Implorans.

Et laterenſis multo etiam magis prope implorans obteſtaretur, &c. 10. fam. 36. Heracliti memoriam implorans, quæreret ex eo, uiderenturne illa Philonis. 4. Acad. 23. Et ita me ſuam ſalutem appellans, te ſuum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes miſera iacuit. 7. Verr. 101. Turpe erit Domitium deſerere implorātem eius auxilium. Att. 121. Illa deos hōmineſque implorante. in Ver. 107. Itaque ſi ſit omnibus recuſantibus & implorantibus. in Verr. 134.

Imploratio.

Acerba imploratio & uox miſerabilis. 7. Verr. 127. Omnium

deorum

deorum & hominum & ciuium & ſociorum imploratio. 2. de Orat. 106.

Impluuium.

Oſtendam in ædibus priuatis, longa, difficilique vectura, columnas ſingulas ad impluuium H S. quadragenis millibus non minus magnas locatas. 3. Verr. 105. Ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima, quæ nunc ad impluuium tuum ſtant, quæ multos annos ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt, &c. 3. Verr. 41.

Impolitus.

Timæus ipſa compoſitione verborum non impolitus. de Or. 113. Genus hoc eorum qui ſibi eruditi videntur, hebes & impolitum. 2. de Or. 73. Significat enim quamdam formam ingenii, ſed admodum impolitam atque rudem. de Cl. Or. 163. Impolitæ res & acerbæ: ſi erunt relictæ, offerent ſe aliquando, &c. de Prou. Conſ. 76.

Impolite.

Cum ſæpiſſime tibi Senatus breuiter, impoliteque dicenti, maximis ſit de rebus aſſenſus. 1. de ui. 107.

Impono.

Niſi forte, aut in miſeria nimis ſtulte, aut in amicitia nimis imprudenter tibi onus impono. ep. 86. Sed quoniã operi inchoato, prope tamen abſoluto, tamquam faſtigium imponimus. 3. Off 41. Nam ſi ipſe ſeruire poterat, nobis dominum cur imponebat? 13. Phil. 356. Quæ hic Reip. vulnera imponebat, eadem ille ſanabat. de Fi. 4. 55. Impoſui binos tabellarios in duas naues. 10. fam. 75. in ep. Pollionis. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliaſque impoſuiſti. 6. Verr. 17. Impoſuit deus animos ſideribus quaſi in currũ uniuerſitatis. de Vniu. 55. Antonius collegæ diadema impoſuit. 2. Phil. 90. Atque ita quaſi in currum uniuerſitatis impoſuit. de Vniu. 202. Numquam iſte plus militi laboris impoſuit, quam ſibi ſumpſit. pro Mur. 36. Cuius amicitia me in hanc perditam cauſam impoſuit. ep. 8. 48. Partes mihi Cæſar has impoſuit, ne quem omnino diſcedere ex Italia paterer. Att. 10. 202. 2. Impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternũ dominum. de Nat. d. 1. 39. Vos mihi Prætori biennio ante Quirites, hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, vt, &c. 2. pro L. Agr. 55. Qui ceteris coronas impoſuerunt victoribus. ep. 69. 2. de Leg. 95. Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt. Tuſ. 1. 69. Itaque quod uim huius mali Græci non uident, ne nomen quidem ei uitio impoſuerunt. 2. de or. 21. 2. de Fin. 120. Si me ſaluum eſſe uis, mihi impone iſta uim, ut omnino mihi non liceat polliceri. 4. Verr. 105. Hanc perſonã imponite Ebutio. pro Cæc. 10. Hoc eſt, talem exiſtimate. Si Lentuli nauis non erit, quo tibi placebit, imponito. Att. 5. Et ne magnum onus obſeruãtiæ Bruto noſtro imponerem. Att. 207. Cauſa ſero perorata, ſententias ſe rogaturum negauit, ne quod onus ſimultatis nobis imponeret. ad Q. fr. lib. 2. 5. 2. Cum M. Craſſus exercitũ Brundiſii imponeret. de Diu. 2. 67. Sin autẽ eximus quem uillicum imponeremus, quẽ pecori præficeremus, nihil in eo niſi frugalitatem, laborem, uigilantiam eſſe curamus. pro Planc. 51. Obſecrans per deos immortales, ut aut ſecum iure cũ tenderent, aut iniuriam ſine ignominia ſibi imponerẽt. pro Q. 64. Sed uereor ne Pompeio quid oneris imponam. Att. 9. 175. 4. Cur has igitur ſibi tam graues leges impoſuerit, &c. 4. Acad. 48. Plus aliquid imponere quibuſdam populis, quam ferre poſſunt. 6. Verr. 18. Imponere exercitum in naues. 12. fam. 15. in ep. Lentuli. Frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio, aut quod munus in Repub. ſordidius? Att. 15. 325. 10. Imponere leges alicui. Parad. 45. nimis duras leges cuipiam. de or. 107. Per uim leges Reipublicæ. 6. Phil. 206. Si x x x. illi Athenis leges imponere uoluiſſent, &c. 1. de Leg. 61. Ego me hercule mihi neceſſitatem uolui imponere huius nouæ coniunctionis. Att. 4. 74. 2. Imponere rei inuſitatæ inauditum nomen. de Fin. 3. 12. Honeſta nomina turpiſſimis rebus. 4. Verr. 100. noua nouis rebus nomina. de Fin. 3. 1. Sed non audeo tibi omnia onera. Att. 5. 96. 3. 4. Verr 96. Improbam perſonam alicui. 4. Verr. 75. Hoc eſt, alicuius loco alium ſufficere. Plagam mortiferam Reipublicæ imponere. pro Sext. 35. Seruitutem fundo imponere. Quint. fr. l. 3. 17. 6 Imponere vulnus prouinciæ. 5. Att. 33. & 1. 40. Agris publicis per grãde uectigal imponere. pro L. Agr. 5. & 60. Quãdo mihi ab amico onus imponitur, ego quoq. tibi imponã. ep. 284. Imponitur honeſtæ ciuitati turpiſſima perſona calũniæ. 4. Ver. 29. Vni Fauonio leges ab illo nobis imponi nõ placebat, ſed, &c. Att. 7. 134. 2. Imponi ſepulchro lapidem. 2. de Leg. 61. Fictus teſtis ſubornas toties, & imponis falſæ tabulæ. p Cæc. 52. Per iſtos quæ volebat, in nauem clam imponenda, occulta exportanda curabat. in Verr. 104.

Imponere, *pro decipere.*

Id legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maxime Catonis: cui tamen egregie impoſuit Milo noſter. ad Q. fr. lib. 2. 10. 5. Si Caſellius mihi impoſuiſſet aliquid. Att. 15. 45.

Impoſitus.

Conſul eſt impoſitus nobis, is quem nemo præter nos philoſophos aſpicere ſine ſuſpirio poſſet. Att. 1. 57. Velut iſte chorus virtutum in eculeum impoſitus. 5. Tuſc. 11. Atque hoc non iudices teſtor, mihi de me ipſo tam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo. pro Syl. 26. Opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro S. Roſc. 6. Inuiſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti. in Or. 19. Impoſitam perſonam ſuſtinere. 6. Phil. 205. Vectigal eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitus. pro Font. 278. Iidẽ ſeipſos a ſeipſo pretio impoſito redemerunt. 4. Ver. 73. Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Att. 5. 103. 3. Nobis iniquiſſimæ leges impoſitæ ſunt a uobis. pro Corn. Balbo. 63. Audacia, cuius partes Roſciis impoſitæ ſunt. pro S. R. 38. Duriores partes mihi impoſitæ ſunt ab offenſione noſtra. Att. 162. pro Mur. 36.

Importo.

Non hæc mala caſus importat, qui in ſapientem poteſt incurrere. 5. Tuſ. 43. Important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosq. affligunt & debilitant metu. 4. Tuſ. 27. Verres Siciliæ multum calamitatis importauit. 5. Verr. 106. Tergiuerſari nolui, ne mea nimia cunctatio ſuſpicionem ei aliquam importaret. ep. 16. 29 Calamitatem cõſeruatoribus ſuis importare. pro Sex. 129. Importare detrimentum uel adiumẽtum. 1. de or. 20. Per eoſdemque ſiquid importetur nobis incommodi, propulſemus. 2. Off. 25. Eaſque ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. 1. de Fin. 41. Exiſtimes, hodierno die ſententiam tuam aut cum ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturã eſſe regibus, aut incolumẽ famã cum ſalute. pro Deio. 30.

Importatus.

Nam calamitas importata eſt, quia defenderam ciuitatẽ. Poſt quam. 292. Plura proferre poſſim detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. 1. de Or[illegible] Modo cum huic iſta ſunt importata. 2. de or. 29.

Importunus.

Importunus & amens tyrannus. 7. Verr. 81. Importunus atque crudelis. lib. 1. de Fin. 28. Clades ciuitatis importuna. de Cl. or. 186. Fugere crudelis atque importuna mulier, ſibi, &. pro Clu. 141. Repente eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido. pro Clu. 8. Immanis atque importuna natura. 3. Verr. 5. Videbam illud ſcelus tam importunum, audaciam tam immanem adoleſcẽtis furentis. de haruſp. reſp. 3. Importunum tempus. 2. de or. 12. id eſt, incommodum, non oportunum. Filium morte multauit: ſi ſine cauſa, nollem, me ab eo ortum tam importuno, tamque crudeli. 1. de Fin. 55. Hic vultum importunum in forũ detulit. Poſt quam. 13. Propter illud inſigne ſcelus eorum, & importunam in me crudelitatem. de Prouinc. Conſ. 1. Non poſſum æquo animo uidere tam importunos, tam ſceleratos hoſtes. in Ant. Cyclops alter multo importunior. 7. Verr. 114. Importuniſſimus gladiator. pro Mur. 76. Varius homo importuniſſimus ſummo cruciatu periit. 3. de N. d. 6. pro teterrimus. Importuniſſimus hoſtis. in Cat. 34. Importuniſſima bellua. 6. Phil. 209. Importuniſſimũ os. 2. Phil. 77. Importuniſſimi latrones. 12. fam. 20. in ep. Caſſii. Importuniſſimæ libidines. 6. Verr. 99.

Importune.

Hoc eſt enim uerum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & importune inſiſtere. 4. Acad. 141.

Importunitas.

Importunitas & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. Cat. 8. Animi importunitas. pro Clu. 136. Tanta ſceleris inauditi importunitas. pro Syl. 56. Huius importunitatem matris a filii capite depellite. pro Clu. 154. Tamen omnem importunitatẽ eorum ex intimis nẽ ſibus euelliſſet uis orationis tuæ. 1. de or. 117. Vide inter importunitatem tuam, Senatuſque bonitatem quid interſit. 5. Verr. 34. Quem propter importunitatem animi nemo recipere tecto uellet. pro Clu. 53. Importunitate incredibili & audaciã homo. 4. Verr. 58. Metrani & Athenæum importunitate Athenaidis exilio multatos. 15. fam. 15. Quamquam miror, in illa ſuperbia & importunitate, ſi quemquam habere potuit, &c. de Amic. 49. Animal ex nefariis ſtupris, ex caſtis cruore, ex omnium ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum. in Piſ. 16.

Impotens.

Impotens,iracundus,cõtumelioſus,ſuperbus.5.Phil.181. Dolabella habet ſceleratam impiorum manum, eſt ipſe confidens, impotens,&c.in Ant.233.impotens dominatus. Lepido. ideſt, ſuperbus.impotens & inſans homo.1.de Fin. 80. Quæ effrenatio impotentis animi?in Ant.198.Nihil feci iratus,nihil impotenti animo.de haruſp.2.Lætitia impotenti efferri. 5.Tuſc.27. Ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc ualeant.pro Mur.54. Aut nullos animi motus,aut non tam impotens fuiſſe.Parad.66.Victoria,quæ etiam ſi ad meliores uenit, tamen eos ferociores impotẽtioreſque reddit.4.fam.31.Impotentiſſimus atque intemperãtiſſimus homo. 10.fam.1. Aduolabat ad urbem a Brundiſio homo impotentiſſimus ardens odio,animo hoſtili in omnes bonos cum exercitu Antonius?5.Phil.194.ideſt, ſceleratiſſimus. Sin iſta pax perditum hominem in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitutura eſt,&c.ep 160.

Impotentia.

Irati color,uox,oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atque factorum,quam partem habent ſanitatis? Tuſc.4.41. Iidem inflammant eppetitione nimia,quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia & moderatione plurimum diſcedentem.Tuſc. 220. Quam uim ſignificantes mali poetæ,impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera,animique impotentiam & ſuperbiloquentiam.Tuſ.4.27.Qui nihil metuant,nihil angantur, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferantur.5.Tuſc.27.

Imprimo.

Horum flagitiorum iſte ueſtigiis omnia municipia,præfecturas,colonias,totam denique Italiã impreſſit.2.Phil.71. Sus roſtro humi a literam impreſſit.1.de Diu.47.ideſt,infixit.Impreſſit ipſa natura in hominum animis deorum notionem.de Nat. d.1.32.Sic uiſum obiectum imprimet illud quidem,quaſi ſignabit in animo ſpeciẽ ſuam.de Fato.32.Tu extra munitiones tuas ueſtigium ubi imprimas non habes.in Ant.253.Quid ſi in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero? Acad. q. ed.1. lib.2.77.Niſi ex eo loco vbi ueſtigium impreſſerit,deiici neminem poſſe.pro Cæc.55.Imprimere in animo atque in mente.4. Acad.67.&1.61.Quæque in animis imprimuntur, de quibus antea dixi,inchoatæ intelligentiæ, ſimiliter in omnibus imprimuntur.1.de Leg.44.Imprimuntur nobis notitię rerum. Acad. q.ed.1.lib.2.22. Vt literatura conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notę, ſic confectio memoriæ tanquam cera locis utitur, & in his imagines ut literas collocat. Part.232. Vt hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur Reipub. dedecus. 5.Phil.175.Cum uiſa in animos imprimantur,non uos id dicere, inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe,&c.4.Acad.106.An imprimi quaſi ceram animum putamus,&c.Tuſ 1.49.

Impreſſus.

Cum terra araretur,& ſulcus altius eſſet impreſſus.de Diu.2. 39.Memoria publica recenſionis tabulis publicis impreſſa. pro Mil.55.Si enim mihi cum Peripatetico res eſſet, qui id percipi poſſe diceret,quod impreſſum eſſet a uero,&c.Acad.q.ed.1.lib. 2.102.Viſum impreſſum in animo atque mente. Acad. q. ed. 1. lib.2.34. Orbis Reip. ſic eſt conuerſus,ut uix impreſſam orbitã poſſimus uidere.Att. 35. Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atq. inuſti eſſe uidebuntur.de or.125. Impreſſa ab iis quæ imitabatur,effinxit.de Vniu.43.Impreſſa ſubtiliter.Acad.q.ed. 1.li.2.34.Illa enim ſunt curricula, in quibus Platonis primum ſunt impreſſa ueſtigia.or.198.Nullus eſt locus,in quo non extẽt huius fortitudinis impreſſa ueſtigia.pro Corn. Balbo.57. Quæ cũ uiderem tot ueſtigiis impreſſa,ut in his errari nõ poſſet, &c. Ruſ.5.58.Similitudines uero geminorum, aut ſignorum annulis impreſſorum pueriliter conſectantur.Acad.q.14.

Impreſſio.

Non igitur impreſſio,non occaſio, &c. ad iniuriam faciendã. plac.66.In pedibus celeritatem ponebant,uim in manibus,claritatem in uoce,in lingua etiam explanatam uocum impreſſionem.2.Acad.30.Non iudicio neque diſceptatione, ſed ui atque impreſſione euertere aliquem.Metel.5.7.Numeroſum, id quod habet quaſdam impreſſiones,&c.de or.3. 102. Inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe,ſpecies.Acad.q.15.

Improbus.

Homo nequam & improbus. pro Deiot.147. Improbus homo & perfidioſus. de or. 136. Mala & improba defenſio.4.Ver. 70.Improbo & ſtulto & inerti nemini bene eſſe poteſt. Para.22. Iure,legibus, auctoritate omnium qui conſulebantur,teſtamentum P.Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum.3.Verr.75.Omne improbi,ſerui. Parad.44. Talis improborum conſenſio,&c.de Amic.40. Improborum facta ſuſpicio inſequitur.de Fin.59.Improborum proſperitates, ſecundæque res redarguunt uim omnem deorum ac poteſtatem.3.de Nat.d.66.Populum inflammare in improbos, & concitatum in bonos viros mitigare.de or.102.Si quid ab improbis de me improbe dicitur.pro Syl.172.Eſt aliquid quod improbius fieri poteſt?5.Verr.119.ideſt,nequius & malitioſius ac doloſius.Homo nequiſſimus & improbiſſimus.Att.279.Vir lõge poſt natos homines improbiſſimus.de cl.or.185.

Improbe.

Nec ſi plures ſunt ii quibus improbe datum eſt,quam illi quibus iniuſte ademptum eſt,&c.2.off.116.Multa i.feciſti.pro Sex. Roſc.35.3.Verr.111.2.de Fin.88.Præda i.parta. pro Syll. 172. & de Fin.59.Improbiſſime comparauit prædam.7.Verr.146.Improbiſſime loqui.15.Att.13.Ego, ſi me non improbiſſime Dolabella tractaſſet,dubitaſſem fortaſſe,&c.Att.260.

Improbitas.

Improbitas cuius in animo uerſatur,nunquam finit eum reſpirare,numquam acquieſcere.de Fin.1.41.Cum te alicuius improbitas peruerſitaſque commouerit.ad Qu.fr.297. Sed tamen non ita,ut ſperarant mali,tanto impoſito Reip.uulnere, alacris exultat improbitas in uictoria.Att.1.40.Mirifica eſt improbitas in quibuſdam.ep.89.Hominum improbitas.ep. 5. Robuſta improbitas.2.Phil.74.Amicorũ neglectio improbitatem coarguit. pro Mur. 126. Simiæ Dodoneæ improbitatem hiſtoriis Græcis mandatã eſſe demiror.de Diu.122.Athenienſis Hyperboli improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. de cl.185.Improbitatem retundi, & non pati impunitate augeri.12.ſam.27.in ep.Lentul.Ex multis ſimilibus ea ſumam quæ maxime improbitate excellere uidebunt.4.Verr.47.Magis ineptiur,quam improbitate peccare.13.ſam.3.

Improbo.

Ego iſta ſtudia nõ improbo,moderata modo ſint. de or.123. Pleriqne tamen definitiones ipſarum etiam euidentium rerũ non improbant.4.Aca.36.ad Trebatium,l.7.6.4.Vt aut approbet quid,aut improbet.4.Acad. 186. Sacerdotis iudicium improbare.4.Verr.48.hæc improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur.de Diu.95.Iacentque ea ſemper, quę apud quoſq. improbantur.Tuſc.148.primum improbantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt.off.30.Falſum eſt ob probationem pretium datum,cum multa improbata ſint.pro Font.6.

Improbatio.

Dubiumne eſt,quin iſta omnis improbatio cogendę pecunię nata ſit?in Ver.187.Hęc & ad improbationem & approbationem teſtium pertinebunt.ad Her.8.

Improbabilis.

Siue tu probabilem uiſionem,ſiue improbabilem, & quæ nõ impediatur:&c.Acad.q.ed.1.lib.2.33.Nos alia probabilia, contra,alia improbabilia eſſe dicimus.off.34.Legitur &,non probabilia.

Improuidus.

Credulus atque improuidus ſenex.de Amic.114.Improuida ætas.Tuſc.240.Illud miror,adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, ut exiſtimares aut me tum improuidum qui ab exercitata fortuna ad inclinatã & prope iacentem deſciſcerem; aut tam inconſtantem,ut collectam gratiam florentiſsimi hominis effunderem,&c.Cælio,lib.2.15.3. improuidi & negligẽtes duces.Att.115.Stultiſſima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum.Læl.81.Neceſſitas quędam fatalis improuidas hominum mentes occupauit.de Leg.

Improuiſus.

Improuiſus aduentus hoſtium. ep. 23. Vnde iſte amor tam improuiſus ac tam repentinus.con.Rull.78.Noua res atque improuiſa pupilli calamitas nũtiatur ſtatim C.Muſtio uitrico pupilli,&c.3.Verr.45.Nulla res neque tanta, neque tam improuiſa,neque tam noua eſt de qua non ſe profiteãtur eſſe dicturos. de or.93.Nihil improuiſum atque repentinum accidere poteſt ei,cui nihil eſt ſubitum, quod homini euenire poſſit ut ſapienti.Tuſculan.q. lib. 4.47. Sopater, cum hoc illi improuiſum atque inopinatum accidiſſet, commotus eſt ſane.4.Verr. 48. Cum bella ſubito & improuiſa naſcantur. pro Font. 182.

Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improuiſa hęc, nec opinata nobis, propter obſcuritatem, ignorationemque cauſarum. 1. Acad. 44. Et hæc improuiſa omnia. Att. 56. Omnia quæ mala putantur, ſunt improuiſa grauiora. Tuſc. 197. In his L. Murenæ tantis, tamque improuiſis periculis, pro Mur. 137.

Improuiſo.

Cur hoc tempore? cur tam improuiſo? cur tam repente pacis eſt facta mentio? 12. Phil. 320. Sanę ei pręter opinionem improuiſo incidi. 4. Verr. 142. Siracuſani improuiſo in caſtra Hamilcaris irrumpunt. de Diuinat. 91. & pro Mur. 133. Aratus Sicionius iure laudatur, &c. tyrannum Nicoclem improuiſo oppreſſit. 2. off. 119. Etiam illud quid eſt quod non pertimeſcendum ſit, cum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſo morbus oppreſſerit? Att. 15. 321. 2. De improuiſo Chryſis vbi me aſpexerit, &c. Tuſc. 224. Collocare milites, in quos, ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant. pro Sext. Roſc. 44. Ex improuiſo ſi quę res natæ eſſent. in Verr. 99.

Imprudens.

Sed idem imprudens ipſe facit. or. 215. In altumque prouehitur imprudens. Tuſc. 217. Ita imprudens eo, quo minime vult, reuoluitur. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 20. Tu mihi imprudens Marcum Seruilium pręteriiſſe videris. de Cl. 189. Qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam. de Fi. 65. Scripſi etiam illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Or. 92. Hæc omnia, Iudices, imprudente L. Sylla facta eſſe certo ſcio. pro Roſc. Am. 12. Quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, pęnam nullam recuſent. Tuſc. 5. 58. Nautę imprudentes legis, cum eieciſſent, nullum immolauerunt. de Inu. 74. Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus vis belli molitur. pro Sexto Roſc. 33.

Imprudentia.

Imprudentia eſt cum ſciſſe aliquid is qui arguitur negat. 2. de Inu. 191. 2. ad Her. 35. & 38. Imprudentia in purgatione quo modo excuſanda aut refellenda. 2. ad Her. 57. Imprudentia in purgationem confertur, cuius partes ſunt inſcitia, caſus, neceſſitas, & in affectionem animi. de In. 51. Imprudentia teli emiſſi. 3. de or. 87. id eſt, cum telum manu fugit. Modi partes ſunt prudentia & imprudentia. de Inu. 51. Imprudentiam oculorum eo adijci fas non fuit. 2. de Leg. 36. Per imprudentiam in oratione ſæpe uerſus dicimus. in or. 109. Quod ſępe per imprudentiam fit. 4. Ver. 4. Sacrificium tam occultum, quod non modo curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes: quo non modo improbitas, ſed ne imprudentia quidem poſſit intrare. de haruſp. 25 a. Imprudentia me lapſum. 10. fa. 46. in ep. Planc.

Imprudenter.

Illud imprudenter, ſi alios eſſe Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. 1. Aca. 33. Imprudenter lædere aliquem. de Inu. 52.

Impuber.

Filiumque eius impuberem ligatum a Prætore miſſum in carcere necandum eſſe dixit. in Cat. 85.

Impudens.

Impudens intemperantia adoleſcentium. 1. off. 173. Eſt autē impudens luctus mœrore ſe conficientis, quod imperare non licet liberis. 3. Tuſc. 47. Impudens mendacium. pro Clu. 134. impudens pecunia. 3. in Verr. 99. Impudens ſim, ſi plus poſtulem, quam homini a rerum natura tribui poteſt, &c. 11. fam. 35. Bene & nauiter impudentem eſſe oportet, qui ſemel verecundiæ fines tranſierit. 5. fam. 29. Pudens impudentem fraudaſſe dicitur. pro Q. Roſc. 42. Verum igitur nos impudentes, qui labi volumus; an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia? 4. Acade. 205. 6. Verr. 39. Impudentior ſermo re, uerbis tectus. 9. famil. 51.

Impudentia.

Impudentia impudica. de haruſp. reſp. 1. impudentiæ ſuæ pudentem exitum quęrere. 3. Verr. 2. impudentiæ ludus. 3. de or. 53. impudentiæ nomen quomodo effugiendum. 1. de or. 60. Neſcire, &c. inſignis eſt impudentiæ. de or. 99. Ceteros non dubitabo primum inertię condemnare, deinde etiam impudentiæ. de or. 99. Quid ad hanc impudentiam addi poteſt? 5. Verr. 94. 1. de Diu. 108. Ad ſummam impudentiam inceptos. 1. de Leg. 5. An ego tantam oculorum impudentiam habere poſſim, ut uideā, &c. pro D. ſua, 77. Verecundia negandi, ſcribendi impudentiam ſuſcepi. or. 2 20. Impudentia eſſe uideatur. 6. fam. 14. id eſt, impudētis hominis eſſe. Audacia & impudentia fretus. pro Flac. 153. Impudentia aliquem proſequi. 13. fa. 83.

Impudenter.

Quamuis audacter, quamuis impudenter. in Ver. 135. Sed plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem uolunt, quales ipſi eſſe non poſſunt. de Am. 69. impudenter facit. pro Flac. 158. impudenter aliquid poſtulare. Aca. q. ed. 2. l. 2. 116. impudenter rogare. 1. off. 123. Att. 7. 128. 12.

Impudentiuſculus.

Sumus enim impudentiuſculi, quam per te vix licet. ep. 98. Alia lectio habet putidiuſculi.

Impudicus.

Aduerſus & auerſus impudicus es. de or. 132. Impudicam alī cuius impudentiam reprimere. de haruſp. 1. Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidē habere voluit, niſi pudicum. ad Octauium, Omnes impuri, impudicique. 2. in Cat. 42. impudica loqui. de Leg. 166. Complexi mulieres impudicas. 2. in Cat. 32.

Impudicitia.

Cui forma pec dedecus pecuniam & nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dediſſet. ad Octauium, 15.

Impugno.

Pompeius tamquam Cæſarem non impugnet, ſed quod illi ęquum putet conſtituat, ait Curionem quærere diſcordias. Cælius ad Cic. 8. 11. 10. Maleuolentiam quæ te impugnare auderet. 3. fa. 49. Illis autem id tempus impugnandi detur, cum uitandi illorum impetus poteſtas adempta nobis erit. pro Quint. 5. Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. Att. 284.

Impugnatio.

Ipſe domum P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat. Att. 4. 72. 5.

Impulſio, Impulſor, Impulſus, *Vide poſt Impello.*

Impunitus.

Iniuria impunita. 6. Verr. 60. Tibi uni multorum ciuium neces, tibi vexatio direptioque ſociorum impunita fuit ac libera. 1. in Cat. 13. Poſſemus hanc iniuriam ignominiamque noſtris Rom. inultam impunitamque dimittere? 7. Verr. 116. Virtus tamen ius ſuum, & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet. de or. 1. 115. Niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſſemus, numquam ad unum tanta perueniſſet licentia. 2. off. 39.

Impune.

Licet impune confiteri. pro Clu. 34. Mihi ne dolere quidem impune licet. Att. 184. Eorum labore eſt factum, ut impune in otio eſſe poſſemus. 2. de L. Agr. 24. Vbi id quod intus eſt, impune euolare poteſt. pro Deiotaro, 149. impune facere. pro Cæc. 24. Poteſtas impune aliquid faciendi. de Inu. 66. Impune ferre. Sulpitio, lib. 14. 78. 5. Dionyſius cum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impune laturum putaret, aufugit. pro Mil. 109. & ep. 231. Quī non modo impune, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. in Ant. 159. Nec impune. nam ſentiet quos laceſſierit. 12. fa. 47. Cum lucrari impune poſſet auri pondo decē, &c. Part. 119. Vt dictator quem uellet indicta cauſa, impune poſſit occidere. de Leg. 164. Homines vulgo impune occiduntur. pro S. Roſc. 31, & 33. id Sextilius factum negabat. poterat autem impune. quis enim redargueret? 2. de Fin. 89. In quo impune progredi licet duos duntaxat pedes. de or. 159. Qui nummos in tribu pronuntiauerit, ſi non dederit, impune ſit. 1. Att. 45. Libertate uſus eſt, quo impunius dicax eſſet. pro Quint. 2. Ille cuius Rom. quod erat, impunius id ſe facturum putauit. 6. Ver. 43. Hæc in metu & periculo cum creduntur facilius, tum finguntur impunius. de Diu. 2. 45. Quid ait medicus? mihi de veneno. at id fieri potuit primo occultius, in potione vel in cibo: deinde etiam impunius fit. pro Deiot. 21. pro Quint. 6. 2. de Diu. 86.

Impunitas.

Iuuenilis quædam impunitas & licentia dicendi. de Cl. or. 175. Garriendi impunitas. 1. de Nat. d. 250. Impunitas flagitiorū. in Piſ. 16. Impunitas ſūma gladiorū. 10. f. 3. Impunitas peccatorū data uidetur eis, qui & ignominiā & infamiā ferunt ſine dolore. Tuſ. 4. 35. Quorum impunitas fuit non modo a iudicio, ſed etiā a ſermone. pro Rab. Poſth. 16. Scelerū impunitas. pro D. ſua, 14. Gabinii abſolutio, lex impunitatis putatur. Q. fra. 328. Spes impunitatis, maxima eſt illecebra peccandi. pro Mil. 33. Non mihi tantum arrogo, ut C. Plancium ſuis erga me meritis impunitatem aſſecuturum putem. epiſt. 13. Impunitatem conſequi. pro Planc. 2. Dare impunitatem peccatorum alicui. 4. Tuſc. 68. Cæteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint, ueniam & impunitatem dandam puto. 8. Phil. 145. Quem ſi ui uiciſſet, habiturus eſſet impunitatem & licentiam ſempiternā. pro Mil. 64.

Quæ libido ſe non proripiet ac proiiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? 1. de Fin. 117. Quorum effrænatus furor alitur impunitate diuturna. pro Sextio, 70. impunitate augeri improbitatem. 12. fam. 27. In ep. Lent. Se impunitate propoſita facturos quod expediat. off. 3. 52.

Impurus.

Turpis & impurus. 5. Verr. 53. Impurus atque ambitioſus. de Amic. 53. Sed iuuentuti noſtræ minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus. 4. de Repub. impura adoleſcentia. 2. in Cat. 42. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. de haruſp. 21. Lutulenta, impura, inuiſa perſona. pro Roſ. Com. 12. Impura vox. 11. Phil. 293. Ego autem illum male ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum & ſceleratum puto. Att. 9. 188. 7. Quam multis illum ingenuis, quam multis matribusfamilias, in illa tetra atque impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis? Omnea impuri impudicique. in Cat. 109. Omnium bipedum & quadrupedum impuriſſimus. pro D. ſua, 38.

Impure.

Impure & intemperanter facere aliquid. in Ant. 160. Impure & tetre aliquid facere. 1. de Diu. 108. Quis animo æquo uidet eum quem impure ac flagitioſe putet uiuere? 3. de Fin. 59. Impuriſſime, teterrimeque uiuere. pro D. ſua, 81. Att. 9. 51.

Impuritas.

Cũ omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, uino luſtriſque confectus. 2. Phil. 33.

Imus.

Ex caſtris ad imam Candaniam. Att. 227. A ſummo, a medio, ab imo. ad Her. 22. Nam terra noua immobilis manens ima ſede ſemper hæret. in Somn. Scip. 18. In diſtributione uocem ab imis faucibus adhibere oportet. 3. ad Her. 125. Nonne ab imis vnguibus vſque ad uerticem ſummum ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus uidetur? pro Roſc. Com. 21.

In.

In acceptum opus referre. 3. Verr. 106. Pecuniam in ædem ſacram reficiendam perſcribunt. pro Flac. 155. in ædes accedere. p Cæc. 27. in ære alieno eſſe. 6. Verr. 10. in omni æternitate. de N. d. 2. 37. in alea quid perdere. 2. Phil. 70. in aliquem aliquid efficere. de Amic. 104. index in aliquem. pro Clu. 59. in aliquem iũptum facere. pro L. Man. 27. Quærere inuidiam in aliquem. pro Rab. 130. Scribere carmen in aliquem. de or. 141. id eſt, in laudẽ. Noſtra in aliquem ſtudia nimia. pro Mur. 134. in aliquo ſponſionem facere. pro Quint. 19. in aliquo ſpem habere. pro Quint. 3. Suſcipere odium infinitum in aliquo. pro Cor. 67. Alius in aliũ implicatus. de Inu. 76. Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis, &c. ducebant, &c. ab ceteris nationibus, quę in amicitiam pop. Rom. ditionemque eſſent, iniurias propulſare. 1. Verr. 36. Titurius quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorii nomine exegit. pro Font. 278. in anguſtias adducere. pro Quint. 10. Aduentus & introitus imaginum in animos. de Nat. d. 1. 75. Vt mihi eſt in animo facere. de Nat. d. 2. 15. in animo quaſi inſculptum. de N. d. 2. 10. in animo intelligentiam concluſit deus, animum in corpore. de Vniu. 11. Sed ego hanc ἀπεξίαν in vnum annum meditatus ſum. Att. 73. Erat alius ad portas in multos annos. Poſtquam. a 11. Locare aliquid in multos annos. in Verr. 19. Solis defectiones itemque lunæ, prædicuntur in multos annos. pro D. ſua, 118. Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. Att. 241. Ianitores ducẽtos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituti. con. Rull. 72. Siracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat. 4. Verr. 87. Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit. Att. 93. Hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil poſtulo. in Parado xis, in araneolis eſt quædam machinatio & ſolertia. 2. de Nat. d. 92. in armis eſſe. pro Roſc. Am. 88. in articulo ipſo temporis. pro Quint. 10. Satiſne uobis uideor pro meo iure in ueſtris auribus commentatus? de Fin. 5. 67. in bellum confugere. 4. Att. 22. in ſummo beneficio. 5. Verr. 94. Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. de Amic. 16. Cui præter honeſtum nihil eſt in bonis. 4. Acad. q. 144. id eſt, nullum aliud bonum eſſe exiſtimat præter honeſtatem. Quæ ſecundum naturam ſunt, ſunt habenda in bonis. de Sen. 91. in cælum ferre. 4. Att. 40. In cęlo mundoque mentem ac rationem ut in homine ineſſe putare neceſſe eſt. 2. de Leg. 13. In Caieta. 8. Att. 13. In cantu, fidibus, & tibiis lætitiam popularem moderanto. 2. de Leg. 24. non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. de Inu. 64. Quare non in omnem cauſam, ſed omne genus cauſæ incidunt. de Inu. 69. In cauſam uenire. pro Ligar. 17. in codicis extremam cerã nomen in ſimũ fecit. in Ver. 95. In certamen & cõtentionẽ uenire. 3. Ver. 3. Vt in ſingulas colonias ternos ciues Romanos facere poſſet. pro Cor. Bal. 64. Virũ in clariſſimis ciuibus eſt is, qui, &c. pro Flac. 155. Omitto iuriſdictionẽ in libera ciuitate contra leges. de Prou. Conſ. 70. Multi in ciuitate recepti ex liberis populis. pro Cor. 65. Pecunia in claſſem eſt erogata. pro Flac. 152. Hoc nomen in codicem acceptum & expenſum eſſe debuit. pro Quint. Roſc. 46. Nomina in codicem congeſta habes. pro Q. Roſc. 46. Quod in codicem iniuratus referre noluit, id in litem iurare non dubitat. pro Quint. Roſc. 45. Vt iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent, etiam id contulerunt. 4. Ver. 105. In conceſſionem præcepta dedimus. de Inu. 75. In conquiſitione omni rationis exordium difficillimum. de Vniu. 7. In conſilio adeſſe alicui. pro Quint. 2. Committere legiones in conſpectum hoſtium. Att. 130. In conſpectum alicuius ſe committere. 6. Verr. 22. In noſtra conſuetudine multis de cauſis fit, ut rariue incidant tranſlationes. de Inu. 69. Verſari in cõtrouerſia. Q. fr. 302. Sãguis a corde in totum corpus diſtribuitur. de Nat. d. 53. Quæ confecta in reliquum corpus diuidantur. de Nat. d. 53. In omne corpus diuiſo & multiplicato cibo. de Diu. 120. in crimine eſſe. 6. in Verr. 89. in cruciatum dari. pro Roſc. Am. 71. Verſus, qui in illius cupiditatem facti ſunt. in Ver. 152. Tradere aliquem in cuſtodiam, uel in publicum, uel in piſtrinum. Qu. fr. 302. Includere aliquem in cuſtodias. in Verr. 265. In decumas frumentum auferre. 5. Verr. 80. In decurionibus eſſe. 6. fam. 49. Cerimoniæ religioneſq. in deos. de Leg. 164. Impietas in deos, iniuria in homines. de Nat. d. 77. ideſt, contra. In deos reponere homines morte deletos. de Nat. d. 1. 29. Sic enim conſtituebam, neminem includere in dialogos eorũ qui uiuerent. Att. 13. 276. 2. dixi, &c. in ante diem quintum Calendarum Nouembris, &c. 1. in Cat. 4. In ante diem x v. Cal. diſtulit. Att. 2. 35. 5. Quæ autem eſt iſta ſententia, ut in hodiernum diem ueſtitus mutetur? in Ant. 258. Et ſimul ad cęnam inuitauit in poſterum diem. off. 63. Dii nunquam præſentis in fraudes pœnas in diem reſeruãt. pro Cæl. 50. Non ſolum de die, ſed etiam in diem uiuere. 2. Phil. 91. 5. Tuſc. 48. Horti quam in diem proſcripti ſint, uelim ſcire. Att. 203. illa in dies ſingulos magis magiſq. opinio hominum confirmatur. Torquato, iam dies ſingulos eius copiæ minuuntur. Lepidus ad Cic. 10. 4. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. in Cat. Sed cura, ut excuſet morbi cauſa in dies ſingulos. Att. 12. 240. 2. Si quid affirmarent diſputando. de N. d. 1. 18. Duri fuimus in Dolabella. ad Brut. Vt ſi quis in domũ aliquã, in gymnaſium, in forum uenerit. de Nat. d. 1. 11. in dubium uenire. pro Quint. 3. in duplum ire pro Flac. 39. Nihil ſane, niſi ne nimis diligẽter inquiras in ea, quæ tũ modo memoriæ ſunt prodita. 1. de Leg. 3. Siue animal, ſiue e terra editum, id uiuit propter incluſum in eo calorem. de Nat. d. 2. 18. in eo maneat memoria doloris. 5. Phil. 201. Fortes in eo Quirites. ideſt, in eum. in equum tollere. pro Deiot. 19. in equo eſſe. pro Mil. 20. in exitu eſt iam meus Conſulatus. pro Mur. 73. Hoc eſt, Abſolui tempus Conſulatus mei. Hoc in omne factum, & in omne tempus adẽ ualet. de Inu. 77. Si quæ ante & poſt, & in ipſa re facta erũt, comprehendemus. 4. ad Her. 240. Hęc commutari ex ueris in falſa nõ poſſunt. de Fat. 143. perfice ut ſis in Cæſaris familiaribus. ad Trebatium, lib. 7. 17. in familiaritatem alicuius ſe dare. 4. Verr. 122. in familiaritatem uel conſuetudinem uenire. 4. Verr. 122. in fidem, ueritatem, miſericordiam confugere. pro Q. 5. intelligentes in quam figuram cadere poſſet mundus. de N. d. 1. 18. Pater habet poteſtatem in filios. de Inuent. 68. Patriis ſtudium in filiis erudiendis. de or. 108. in hãc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt. pro Qu. Roſc. 47. in fraudem impelli. pro Mil. 24. in frumentum imperatum HS. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebantur. in Verr. 14. Cũ præſertim in genus ipſum accuſationis & nomen, eiuſmodi præmium nemini iucundum eſſe poſſit. pro Corn. Balbo. 66. Aequabiliter in omnia genera fuſa oratio. Aequabiliter in omni ſermone fuſum. Att. 276. Tradere locos in ſingula cauſarum genera. de Inu. 63. Quo in genere, ſperare uideor Scipionis amicitiã & Lælii, notam poſteritati fore. de Amic. 14. Si quid offendimus in genere noſtro, id ſit maius, quam, &c. Att. 111. in ſummã gloriam uenire. 2. Att. 51. Ni Brutum colligaſſemus in Græciam. in Ant. 236. in gratia eſſe. 2. in Verr. 31. in hæc intenta mens noſtra. de Nat. deo. 1. 74. Agere lege in hæreditatem paternam. de O. 99. In hanc rem teſtem totam Siciliam citabo. in Verr. 138. In hanc rem me cognitorem dediſti. pro Quint. Roſc. 50. in hanc rem in Ciliciam ad oſtium fluminis Cydani confeciſſet. in Ant. 165. Quis in hanc rem fuit arbiter? pro Quin. Roſc. 46.

In hiſtoria leges alias obſeruare.alias in poemate.1.de Leg.3. In hiſtoria ad ueritatem referuntur pleraque. 1. de Le.3. In hoc interdicto non ſolet addi,in hoc anno.ep.253. Nō poſſum pręfletu diutius in hoc loco commorari.Att.175. In hoc ſpatio,& in his poſt ædilitatem annis.de Cl.195.Hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore.pro Quint.1. In hoc thecam nummariam ne retexeris.Att.59. i. ob huc. Democritus huic in hoc ſimilis, uberior in cæteris.4.Acade. 212.In hoc ſumus ſapientes,quod naturam optimam ducem,tanquam deum ſequimur. de Sen.5. Hoc eſt,in hac parte.Duodena deſcribit in ſingulos homines iugera con.Rul.83.Obſequia in homines.de Leg.164.ideſt,erga. Earum diſciplinarum quæ in honore ſūt,nullus uacaret locus , de Nat.d.1.12. Ego ſi ſemper haberem,cui darem,uel ternas in hora darem.ad Caſſium.lib.15.16. 2. Conſilia in horas mutari uides.Att.235.In hortis ambulare.Acad.q.ed.1.lib.2.48. Cum Galba pupillum pene in humeros ſuos extuliſſet.de or.104.Habebit Senatus in hunc annum quem ſequatur . pro Sext.7. Confirmarunt Conſules ſe his ſupplicationibus in hunc annum non uſuros.Cælius.ad Cic.8.11.3.Quod crimen in hūc maius expectas?pro Rab 94.In id quoque præcepta poſuimus . de Inu. 75. In ignem poſita eſt.de or.138.Et locus ille , atque honos in illum annum ita deberi putabatur.4.Ver.89.In illos,in eis,in cognatum tuum.13.Att.35.in eis,ideſt,inter eos Inflammare populum in improbos.de or.102.Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam.de or.127.Plebs in cuius tu infamiā,ea quæ per latrones de me egeras,contuliſti. in Piſ. 93. In deplorandum interitū exercitus.de or.127.In integrū reſtitutus.pro Cl.79.Res eſt in integro. ad Ruf.l.5.20.23.1.nihil adhuc actū eſt,& res adhuc eſt integra. In integro res nobis erit Caſſio,l.15.6.6.3.de or.8.Cū tibi in integro tota res eſſet:ne tū quidē te potuit,ſi non pietatis,&c.4.Ver.68.In inuidiā peruenire.4.Ver.30. Quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur,de Am. 67.Ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio. de Leg. 191.In iſto tam immenſo ſpatio.de Nat.deor.1.16. in itinere eſt Antonius.Brutus.Cic.11.11.i.uenit. Si H S. milies in iudicium haberes.pro Qu. Roſ.52. Cum dictis quibuſdam reliquum relinquitur in audientiū iudiciū.ad Her.33.Si oſtendo minus tribus medimnis in iugerū neminē dediſſe Decumæ,&c.5.Ver.93. Ab eoque peteret,ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera ſingula,quam terna medimna exigeret. 5. Verr. In iugis ſingulis arare.5.Verr.21.Cum ad Pętorem in ius adiſſemus.in Verr.234.Illi gladium in latere defixit.ad Her.40. In laude eſſe.2.Verr.31.Extat in eam legem oratio.de Cl.178.In legem iurare.pro Clu.36.De pecuniis creditis dicere ius in liberos populos contra leges.de Prouinc.Conſul. 70. Indulgentia in liberos noſtros.de or.124.In tertio de philoſophia lib.de Nat.d.1. 24. In libro quinto diſſeruit.de Nat.d.1.86.In legum libris.de Nat. d.1.23. Quid?tu in lictoribus,in toga prætexta eſſe conſulatum putas?ep.84.Niſi te in ſuam litē dediſſet cognitorē.pro Q. Roſ. 54.In tuis literis tuum erga me amorem recognoui.12.fa.18.in ep.Caſſii.Pecuniæ erogatæ in operum locationes falſas.in Ver. 265. Qui ſe Conſulatum in Bruti locum petere profitetur. 11. Phil.296.Mulier quæ in concubinę locum duceretur.or.100.id eſt,pro concubina.Et quis in eius locum pareretur.Att.25.Atque hoc in beneficii loco petitum eſt ab Apronio, ut iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret.5.Verr.94.In loco poſita ædilitas.7.Ver.Verbum in longius ductum.de Cl.or.190. In lucem proferre res occultiſſimas.Acad.q.ed.1.lib.2.57.Mulier in familię luctum atque in priuignorum funus nupſit.pro Clu.57.Id totum in iſtius ludos prædictum atque reſponſum eſt.de har.reſp. 250.Hoc conueniret in omnes luſcos.de or.128. In magiſtratibus animaduerto quoſq. ignoratione iuris ſui tantum ſapere, quantum apparitores uelint.3.de Leg.41.Dolor in maximis malis ducitur.de Leg.162.Verum hæc non ſunt in noſtra manu.Te ſentiæ,lib.14.2.6.Attic.6.114.1. Quam uelis eum obligare,in qua manu eſt.Cælius Cic.lib.8.6.2.Sed affuiſtis, & eſt in manibus oratio.de Amic.78.De libris oratoriis, factum eſt a me diligenter,diu,multumque in manibus fuerunt.Att.4.82.2.Libelli nominum veſtrorum conſiliique huius, in manibus erāt omniū. 2.Verr.11.Sic enim commutatus eſt totus ſcriptis meis quibuſdam,quę in manibus habebam.Att.16.333.13.Lentulo,lib.1.9. 30.Quam ſpem nunc habeat in manibus,& quid moliatur, breuiter iam iudices exponam.2.Ver. 10. Opus magnum in manibus habere.Acad.q.edit.2.li.1.2. Sed ecce in manibus uir,& præſtantiſſimo ingenio,& flagrāti ſtudio,& doctus a puero C, Graechus.in Bruto,64.Nos hic in mare ſuperum & inferum ſeſtertiū ter & quadragies rogabamus.pro Flac.152. Aues, quæ ſe in mari mergunt.de N.d.51.Nonne prouidendum Senatui fuit,ne in hanc tātam materiam ſeditionis , iſta funeſta fax adhæreſceret?

pro Dom.ſua,11.Si humaniter & amabiliter in me cogitare uis. Att.228. Eſt pondus apud ruſticos in memoriam patris. Attic. 66.id eſt,ob memoriam.In memoriam ſempiternam orbis terræ aliquid ſpargere.pro Archia,22 . Auctio conſtituta in menſem Ianuarii.con Rull.61.In mentem tibi non uenit cauſam publicam ſuſtinere.Ego in Chryſogono,quod ad me attinet, nihil eiuſmodi ſuſpicor,neque hoc mihi nunc primum in mentem uenit dicere.pro Sex. Roſ.72.In mentē uenit poteſtatis. pro Q.3. Sæpiuſque mihi ueniebat in mentem quæri, quod ita uiuerem. Nigidio,lib.4.13.4.Vt ſi filius natus eſſet in decē menſibus,&c. Top.22.pro eo quod dicimus,intra,uel infra decem menſes . In ſingula merita tua tibi gratias agam.10.fam.50.in epi.Planc. In minima diſpartiri.Acad.q.edit.1.lib.2.40.Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.1.Ver.17. Incredibilem in modum concurſus fuit ex agris.Att.76. Peto a te maiorem in modum,uel humanitatis tuæ,uel mea cauſa, &c. Bruto, lib.11.22.1.Memmio lib.13.2.1. Cum magna uis uideretur eſſe in monſtris interpretandis, in aruſpicum diſciplina. de Diu. 80. Aurum conſumptum in monumento.con.Rul.63.In more erāt maiorum qui tum ut lex ualebat.2.de Leg.25. In fingendo mundo.de Vniu.11.In mundo mentem ac rationem vt in homine in eſſe putare uerius eſt.2.de Leg.13.Solem in deorum natura ponere.de Nat.d.18.Ferunt,quę in rerum natura, totoque mundo conſtarent,quæque mouerentur,ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam,de Amic.23.In neceſſariis coniunctiſſimus.13. fam.51.In nobis poſitam eſſe aſſenſionem vult.Aca.q.edit.2. li. 1.29.Sermonem in multam noctem produximus . Som. Scip.3. in nomine dignitatis ſignificaretur.2.Phil. 79. In legis nomine interpretando ineſt vis & ſententia iuſti & iuris colendi. 2. de Leg.10.Reponere in numero deorum.de Nat.d.2.40. in oculis quidem exercitus quid eſt eo eſt conſecutus? 1.de Fin.55. Deſigere furta alterius in oculis omnium.in Ver.67.In oculis eſſe. pro Planc.55.Habitare in oculis. pro Planc.54.Videmus quanta ſit in inuidia,quantoque in odio apud quoſdam in homines nobiles,nouorum hominū uirtus & induſtria. 7. Verr.142.In opinione alicuius relinquere.1.Verr.9. Cęſar itinera ita facit,ut multos dies in oppidum ponat.Att.183.In illam orationem addidi quædam . Att. 8. Eſt id in totam orationem confundendum.de Or.138.Pæan cōmode in ſolutam orationem illigatur. or.218. In oratione ponere.1.Verr.9.& 15. Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt.de Cl.or.173.ideſt, inter. In ore ſpumas agere.6.Ver.130. Qui tibi ſemper eſt in ore,Cato. 1. de Leg.4.Pietas in parentibus & propinquis magna eſt.de Somn. Scip. 128. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida , &c. Att.117.In eam partem potius peccant,quę eſt cautior.pro Sexto Roſc. 27.Hæc ſcripſi in eam partem,ne me motum putares.Att.251.Quod perſpicuum eſt in iſtam partem.de Nat.d. 61. Facillime in optimā partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui,&c. off.42.Hae de re in utramque partem & dicta ſunt & ſcripta multa . Acad. q.edit.1. lib.2.99.In utramque partem diſſerere. Acad. q.edit. 2.lib.1.33. Item ea quæ interrogati in utramque partem reſpondere poſſimus,&c.4.Acad. 187. Quid in utramque partem mihi ueniat in mentem,explicabo breui.Att.8.147.1. Venenum additum in aliqua parte panis.pro Clu. 54. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdem ſuppeditatur locis.de or.128.Alter multos plane in omnes partes feſellit.pro Sext.15. In omnes partes immenſa & interminata magnitudo regionum. de Nat.d.1.38.Magno amore inflammatum eſſe in patriam.de or.101.Id quam in iuſtum in patriam eſſet,non uidebat.off.68. Is ſe ternis nummis in pedem tecti tranſegiſſe dicebat.ad Q.fr.3. 17.6.Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. 2. de Inu. 232. Maxima expectatione in perditam , & plane euerſam in perpetuum prouinciam nos ueniſſe ſcito.Att.5.104.1.In perditis ac deſperatis aliquid habere ep.224.In periculum legis includi.pro Clu.122. Summa Reip. in huius periculo tētatur. pro Sex. Roſc. 43. Idcirco tibi amicā in perpetuum fore putaſti?3. Verr. 53. Quoniam in perpetuum nō placet.Att.12.241.5.Melius in peſſimis nihil fuit . Att.184. Id quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum. off.6.Is Imperator in pœnam exercitus expetitus eſſe uidetur. de Prouinc. Conſ.70.Quorum æs alienum contractum in popinam non poteſt,&c.in Cat.105.Eſt enim in populum Romanum graue non poſſe,&c.pro Corn.Balbo,59.His tempeſtatibus es prope ſolutus in portu.ad Varronem, lib.9.6. 10. Bona ſpe prælucere in poſterum.de Amic.22.In poſterum pręſentire. pro Archia,21.In poſtremis ſententiam dicere. 1.Att.66. Portus ueſtros in hoſtium fuiſſe poteſtatem.pro Pomp. 10. Redigere in aliquem in poteſtatem ſuam.pro Clu. 50. In pędonum poteſtate eſſe . pro Lege Man.23.In precibus nobis occurrit deus,in optatis , in uotis.de Nat.d.1.27.In prędam inuitare.4. Verr.19.Hunc ego ſi in præſen-

ti

ctis habuiſſem, quem tu me hominem putares? Att.93. Minores magiſtratus plures in prælia ſunto. de Leg. 185. Vt & in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documentum ſtatuerem, nequis talem amentiã vellet imitari. ad Brut. 15. 15. Si minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat. 1. in Cat. 16. Hæc ad te in præſenti ſcripſi, ut ſperes te aſſequi id quod optaſſes. Cælio, l. 2. 9. 9. In præſentia, inquit Cleomenes, quoniam ita neceſſe eſt, &c. 7. Verr. 83. Non pro tua prudẽtia debes illud ſolum animaduertere, quod in præſentia cohortes cõtra te habeat Cæſar, &c. Att. 8. 163. 2. Spero etiam in præſentia pacem nos habere. Att. 7. 133. 1. Sed quoniam non poſſunt omnia ſimul dici, hæc in præſentia nota eſſe debebunt. 5. de Finib. 35. Hoc video in præſentia opus eſſe. Att. 15. 389. 14. Verum audis in præſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & uino. in Piſ. 32. Vt nihil in prꝗteritis relinquamus. Aca. q. ed. 1. li. 2. 43. Magnum ſumptum in Timarchidis prandium feci. in Verr. 204. In primis grauis & doctus adoleſcens. lib. 1. de Fin. 11. Omnes cupimus, ego in primis quamprimum te uidere. ad Tironem, lib. 16. 5 3. Nec mirum: in primis enim eſt nobilis reprehenſio. 4. Acad. 198. In primis rogo te ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas, &c. Brutus ad Cic. 11. 9. 2. In primis uolunt ſi ſolue re. 13. ſam. 83. in procinctu teſtamenta. de Nat. d. 2. 7. In prõptu habere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 44. Sed cum illa pateant, in promptu que ſint omnibus, &c. 1. de Or. 13. Diuiſi eas tabulas toti Italiæ diuiſi in omnes prouincias. pro Syl. 175. In proximum annum conſulatum petere. in Ant. 175. Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur. 2. de Leg. Agr. 28. In quꝗſtum cõferre uocem. pro Quint. 6. In quꝗſtionem dare. pro Roſc. Am. 71. In quꝗſtionem poſtulare. pro Roſc. Am. 70. Auditis de eo in quem Iudices non eſtis. pro Clu. 83. Genus dicendi verbis incitatum, in quo fuit Aeſchylus. de Cl. or. 106. In quo igitur homines exhorreſcunt? in quo exclamant? de or. 147. Quis eſt Italię locus, in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meę? pro Sext. 25. Non opinor id ages, ut iſta pecunia in quinquennio conſumatur in ſtatuis. 4. Verr. 100. Cum in eam rationem pro ſuo quiſque ſenſu loqueretur. in Ver. 90. Et mea ſpõte faciebam antea, & poſt duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis, magnopere ſum commotus. Att. 1. 7. 2. In redeundo. de Nat. d. 2. 9. pro, rediens. In aliquam rem afferre rationes. pro Cæc. 298. Inſumere laborem in aliquã rem. de Inu. 76. Pecunia Pompeio decreta in rem frumentariam. Q. fr. 312. Nulla pecunia Gabinio, niſi in rem militarem data eſt. pro Rab. Poſthumo, 128. Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum, in rem præſentem eſſe uenturum, atque, &c. 1. off. 48. In rem præſentem non uenimus, ſi, &c. 1. de Orat. 130. Placuit Cecinnę de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem ueniretur. pro Cęc. 14. Inuenta vnamquamque in rem exponẽtur. de Inu. 63. In eas ipſas res, quas improbiſſime fecit, teſtimonia ſumpſit. pro Cęc. 189. Lex ſcripta communiter in plures res, uel in aliquam certam rem. de Inu. 80. in tuis rebus capio dolorem. 2. fam. 24. pro, ex tuis rebus. in grauiſſimis rebus non eos delectat ſermo patrius. lib. 1. de Fin. 3. Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo. ad Metellum, lib. 5. 4. 5. Quod ſi in omnibus his rebus obſiſtis. de Nat. d. 1. 69. In rebus optimis habenda eſt lex. 2. de Leg. 21. In Rempublicam, in magna aliqua re peccare. de Amic. 204. De ſuis in rempub. meritis dicere. de Or. 209. Summo ſtudio optimoque in Remp. conſenſu. in Ant. 203. Prætor pecuniam in remiges imperauit. pro Flac. 153. Epigrãma Catuli in Roſcium. de Na. d. 17. ideſt, in laudem eius. Cęſar peſt mnnium ſuum in ſalutem Reipub. collocauit. in Ant. 184. Sed ut in Sceuolam cõtinuit ea dicta Craſſus, ſic in Bruto vtroque genere pugnauit. de Or. 139. Vt uidemur in ſcriptis. de N. d. 1. 50. pro, ex ſcriptis, abſolute. Vim in ſe habet uitalem. de N. d. 2. 18. In aliquem, uel in ſe ipſum peccare. Att. 46. In ſe culpam ſuſcipere 6. Verr. 82. in ſenatum accedere. 7. Att. 81. Qui ex ciuitate in Senatum delecti eſtis. pro Sex. Roſc. 20. In cernendi ſenſum quidquid caderet. de Vniu. 11. Hæc & in eam ſententiam cũ multa dixiſſet, aiebat illum, &c. Att. 2. 37. 3. Neque hæc in eam ſententiam diſputo, ut, &c. de or. 94. S. C. factum in Afranii ſententiam. Q. fr. 313. Approbaui tuum conſilium, neque nunc muto, ſi tu in eadem es ſententia. ad Tironem, lib. 16. 3. 2. Recitatæ ſunt tabellæ in eadem fere ſententia. in Cat. 113. Vt i aliquo uerbo uno pluribuſue in ea ſententia, in qua is qui dicet accipiẽdũ eſſe demonſtrabit. de Inu. 77. Diana omniuaga, quod in ſeptẽ numeratur tanquam uagantibus inter ſeptem ſtellas errantes. de Nat. d. 39. In C. Figuli ſepulchro quos ad ſumptus progreſſa iam res ſit, uides. 2. de Legibus 58. Turba patronorum quam congreſſi in hunc ſermonem. de Claris. Orat. 196. Da te in ſermonem. Attic. 218. In ſermone rem eſſe. 2. Verr. 84. Ridiculum illud uetus in furace ſeruũ. de Orat. 131. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem. in Verr. 67. In ſingulos H. S. quinquagenis millibus damnari maluiſſet? 5. Verr. 57. In ſocios uero iniurioſum & contumelioſum, iis præmiis excluſos eſſe, &c. pro Corn. Balbo. 59. In ſocietatem recidere. pro Roſc. Com. 31. In ſocietatem ſe offerre. pro Marcel. 4. In huius me cõſilii ſocietatem tãquam in equum Troianum, cum principibus includi non recuſo. in Ant. 166. Ambulare in ſole. de or. 114. Præclara claſſis in ſpeciẽ, ſed inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. 7. Verr. 69. In ſpecie fictæ ſimulationis pietas ineſſe non poteſt. de Nat. d. 1. 3. In ſpem tamen uenio, aduentum tuum appropinquare. ad Varr. 9. t. 1. In ſtudio eſſe. 1. de or. 18. Reponere aliquem in ſuis. Att. 161. Aliquem eſſe dominum in ſuos. pro Sext. Roſ. 31. In ſumma, quatuor ſententiis, &c. ad Q. fr. 1. 16. 12. Et in omni ſumma, ut mones, ualde me ad otium pacemue conuerto. ad Q. fr. 3. 21. 8. In ſumptum mutari ab aliquo. Att. 122. In ſuſpicione uocatus eſt. pro Clu. 86. Legiones quę decretæ ſunt in Syriam. ep. 18. In eã tabulam magni riſus conſequebantur. Q. fr. 311. Ea in tabulas publicas ad ęrarium perſcribenda curaui. 3. in Ver. 38. Atque hoc mihi in te placuit. Att. 176. Itaque non deterret ſapientem mors, quo minus in omne tempus Reipub. conſulat. Tuſc. 168. Dicerem iucundus, niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. Luccio, l. 5. 15. 1. Defectiones Solis & lunæ cognitę, prædicatæque in omne poſterum, tempus, quæ, quãtæ, quando futurę ſint. 2. de Nat. d. 239. Deinde etiam in reliquum tempus diligentiſſime ſancit, &c. pro L. Agr. 7. Nam & eiuſmodi ſunt ii uerſus, ut in tempus ab inimico Pompeii ſcripti eſſe uideantur. Att. 2. 34. 5. In ſempiternum tempus ſpectare. de or. 184. In tempore. in Cat. 11. In tenebris Reipub. perturbandas ſibi gentes putauerunt. 3. de Leg. 21. Athenienſes unde fruges, iura, leges, ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putabantur. pro Fla. 159. In eius thetrarchiã ex gręcis comitibus ſuis collocaret. in Ant. 178. Puer qui tibi in tutelã eſt traditus. de or. 126. in uadimonium eſſe. pro Quint. 11. in ea ipſa uerba, quæ aduerſarius ediderit, iudiciũ accipere. pro Q. 43. Dare iudiciũ in certa quędam uerba, ni qui iudicet, nõ poſſit aliter iudicare. in Ver. 114. In uincula conſules coniecit 3. de Leg. 20. Hic in magnis uiris non eſt habendus. off. 15. ideſt, inter magnos. Nam hæc quidem in talibus uiris quid attinet dicere? de Amic. 37. Athenæ multa utilia in uita hominum attulere. de Leg. 177. in uitio ſuo quiſque plectatur, uis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia ſanciatur. 3. de Leg. 39, & 40. Videte quid agatis, ne in unumquemque noſtrum Cenſoribus in poſterum poteſtatem regiam permittatis; &c. pro Cl. 97. Nec id ſatis efficitur in uſuram menſtruam. Att. 85. In urbe luxuries creatur. pro Roſc. Am. 45. Nam cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, &c. 1. Phil. 3. Quod egregie non modo iis qui utuntur opera, ſed etiam in vulgus gratũ eſſe ſentimus. Atti. 2. 37. 4. Hoc eſt, uulgo gratum. Et cum inueneris, indicare in vulgus nefas. de Vniu. 195.

Inædifico.

In domo tua eſt inædificatum ſacellum. de har. reſp. 29.

Inęquabilis.

Inæquabili uarietate diſtinguere. in Par. 8.

Inæſtimabilis.

Aeſtimabile & inæſtimabile. 3. de Fin. 31. contraria.

Inalpini.

Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu Bru. 11. fa. 9.

Inambulo.

Ante lucem Inambulabam domi, Att. 6. 283. 9. Eo cum uenio, Prætor quieſcebat, fratres illi Cybiratę inambulabant. 6. Verr. 27. Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, Antonius autem inãbularet cum Cotta in porticu. 2. de or. 7. Cum quidem pranſus, nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis inambulares, & illi miſero quiritanti, Ciuis Romanus ſum: reſponderet, Abi nunc, populi fidem implora. 10. fam. 71. in ep. A Pollionis. In uiridi, opacaque ripa inambulare. 1. de Leg. 22.

Inambulans.

Romulus non longe a tuis ędibus Inambulans poſt exceſſum ſuum Proculo Iulio dixit, ſe deum eſſe & Quirinum uocari, templumque ſibi dedicari in eo loco iuſſit: &c. 1. de Leg. 2. Neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo. 1. de orat. 137. Quia diſputabant inambulantes in Lycio. 1. Acad. 52.

Inambulatio.

Inambulatio.

Non multa iactatio corporis, non inclinatio uocis, nulla inābulatio. in Bruto. Sin enutentio fiet per diſtributionem, celeri porrectione bracchii, inambulatione, pedis dextri rara ſupploſione, acri & defixo aſpectu uti oportet. ad Her. 3. 120.

Inanimus

Inanima natura. de N.d. 41. Inanimū eſt enim omne quod pulſu agitatur externo. Quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore, & ſuo. Tuſ. 1. 45. Deinde cum inter inanimum & animal hoc maxime interſit, quod inanimum nihil agit, animū agit aliquid. Aca. q. edit. 1. lib. 2. 37. Tamen omnia muta atque inanima, tanta & tam indigna rerum atrocitate commouerentur. 7. Verr. 134.

Inanimatus.

Inanimatum eſt enim omne quod impulſu agitatur externo. in Som. Scip. 32. Inanimatę res atque mutę. de N.d. 1. 27. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanimata, ut aurum, argentum, ut ea quæ gignuntur e terra, ut alia eiuſdem generis: &c. 2. off. 14. Animata inanimatis anteponantur. in Top. 36.

Inanis.

Inanis animus maleuolentia. 2. fa. 38. Nuda & inanis domus. 4. Ver. 59. Inanis elocutio ac pene puerilis. 1. de ora. 21. Nulla. n. abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuaui uenerat. Att. 2. 23. 1. Equus inanis, cui nemo inſidet. 4. Verr. 115. Inanis iudea. pro Plan. 5. lætitia. 10. fa. 40. Incus. 7. Verr. 75. nauis. 7. Verr. 37. ſpecies clementiæ. Att. 274. Nihil eſt quod uacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus, ita nullum inane eſſe poteſt. de Nat. d. 14. Nos inane cum dicimus, non ita loquimur ut phyſici, quibus inane nihil placet, ſed ita ut (verbi gratia) ſine aqua, ſine vino, ſine oleo uas eſſe dicamus. de Fato, 37. infinitū, inane, in quo nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum ſit. de Fin. 52. Quid reliqua deſcriptio omnium corporis partium? in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum eſt. de Nat. d. 2. 65. Nihil eſt in me inane, neq. enim debet. Bruto, 3. 3. id eſt, leue & non conſtans. inane crimē. 4. Ver. 128. inane nomen. Aca. q. edi. 1. lib. 2. 65. Quod nos honeſtum dicimus, id illi caſſum quiddam & inanis uocis ſono decoratum eſſe dicunt. Tuſc. q. 2. 52. inanem motum cæteri philoſophi talem animi conformationem uocant, quam nos aduentum in animos, & introitum imaginum dicitis. de N. d. 1. 75. Omnes conſulares ſimul atque aſſediſti, partem illam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt. in Cat. 100. inanem ex aliquo loco profugere. 3. Verr. 26. & 4. 16. Ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanē redire turpiſſimum eſt. off. 53. inane quidquam non eſſe in rerum natura, contra Democritum. Aca. q. edit. 1. lib. 2. 115. Atomi interiecto inani cohæreſcunt inter ſe. de N. d. 1. 39. Hac inani prudētiæ laude delector. 6. fam. 13. inani & tenui ſpe conſolari. pro Qu. Roſc. inanes, imparati. 7. Att. 59. Spes fallaces, cogitationes inanes. pro Mil. 72. inanes epiſtolæ. 8. Att. 51. inanes lagenæ. 16. fam. 35. ex epiſt. Qu. Ciceronis Viſiones inanes. 4. Acad. 90. inanes aut ambitioſæ uoluntates. 6. fa. 22. Structores ad frumentum profecti, inanes redierunt. Att. 14. 3. inanes ad me tui tabellarii ueniant, ad te cum epiſtolis reuertantur. 15. fam. 45. Sed deinceps omnia plena conſiliorum, inania uerborum uidemus. de or. 88. Cupiditatum inanium nec modus eſt ullus, nec finis inueniri poteſt. 1. de Fin. 71. inanes eſſe meas literas, quam nullas malui. 6. famil. 56. Accepi VI. Id. inanes tuas literas: quid enim habebas qđ ſcriberes? 12. Att. 56. Voces inanes fundere. 3. Tuſ. 72. Falſa & inania humana ſomnia eſſe. 2. de Din. 191. o ſpes fallaces, o cogitationes inanes meæ. pro Mil. 180. Mittere tabellarium cum inanibus epiſtolis. Att. 231. Ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus inanior. 5. Verr. 101. Cum domi ſuę miſerrimus & inaniſſimus, tantum nummorum poſitum uideret, &c. pro Clud. 55. inaniſſimus prudentiæ pro Mur. 14. Hoc eſt, prudentia omnino uacās.

Inanitas.

Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur. de Fato, 29. Ut ſapiens ſolum amputata circumciſaque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit & ſine metu uiuere. 1. de Fin. 70. in ſumma inanitate uerſatur. 3. Tuſ. 5.

Inaniter.

Cum autem inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. 4. Tuſ. 11. Cum ſit incertum, ne ſe inaniter ... moueatur. Aca. q. edit. 1. lib. 2. 34.

Inapparatio.

Ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe. 2. ad Her. 38.

Inardeo.

Dicere enim aiunt Ennium, Flammam a ſapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. 2. de or. 122.

Inaudio.

Nunquid de quo inaudiſti? Att. 6. 16. Quorū erupit illa uox, de qua ego ea te primū inaudierā. Panſæ, Aquini & Fabrateriæ cōſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiſſe. ad Pæt. 6, l. 9. 56.

Inauditus.

Supplicia inuſitata, crudelitas inaudita. pro Rab. 92. Inaudita Græcis fors iſta. 2. de Din. 174. Nihil enim dicam reconditum, nihil expectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum uobis, aut cuiquam nouum. 1. de Or. 68 pro Cæc. 27. inauditum in omni memoria. in Vatin. 25. inauditum nomen imponere alicui rei. 3. de Fin. 23. inaudita criminatione aduerſariorum. pro Q. 5. Quamquam ea ſunt nobis quoq. non inaudita. de Or. 97. Sacra maribus inuiſa & inaudita. de haruſp. reſp. 53. inaudita verba. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 18.

Inaudibilis.

An fidem infirmet filio inaudibili? Att. 149.

Inauguro.

Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem, vide qui te inauguret: Collegę ſumus, nemo negabit. 2. Phili. 106. de Cl. Or. 1. inaugurari ſolebant Romę ſacerdotes. 2. Phil. 106. inauguratus ab Hortenſio Cicero. Brut. 1. inauguratū templum. pro D. ſua, 105. Et inauguratum ab eodem recordabor. de Cl. Or. 265.

Inauro.

Puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari. ad Trebatium, lib. 7. 25.

Inauratus.

Romulus in Capitolio inauratus. 3. in Cat. 3. inaurata extrinſecus columna. 1. de Diu. 45. Pellis arietis inaurata. 1. Tuſc. 72. Palla inaurata indutus. ad Her. 4. 226. inaurata ſtatua. in Piſ. 19. 4. Verr. 36, & 78. & 6. 121. pro Clu. 81. Turma inauratorum equeſtrium. 6. Attic. 15.

Inauſpicato.

Qui cum tabernaculum uitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogādis habuit. 1. de Diu. 32.

Incallidus.

Seruus non incallidus, ſed ut ipſa res indicauit, frugi atque integer, ſermonem Fabritii non eſt aſpernatus, rē ad dominum detulit. pro Clu. 35. Incallidi homines. 1. de Inu. 6.

Incallide.

In his tamen tribus generibus quoquomodo poſſunt, non incallide tergiuerſantur. 3. off. 162.

Incautus.

Oppreſſus ab hoſte incautus aliquis. 11. Phil. 291. Ne ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. 2. de Nat. d. 1. Prudens, acutus, minime incautus patronus in cauſis cognoſcendis, componendiſque diligens. de Clar. Or. 133. Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidētem ante & præcauentem nunquam certe mouebunt. pro Planc. 43. Incautior fuiſſem. ep. 142.

Incaute.

Niſi ego inſanio, ſtulte omnia & incaute agi iudico. Att. 7. 119. 2. & lib. 3. 65. 3.

Incedo:

Alter, o dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu. pro Sext. 6. Repente uero inceſſi omnibus lætitiis. 1. fam. 17. Faciliue autem ad inuentionem animus incedet, ſi pertractabit, &c. 2. de Inu. 152. Tum uiſam belluā quacumque incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta peruertere. de Diuin. 90. Imo ſi ſcias quam facile, &c. pudeat te auſum illum unquam eſſe incedere, tamquam tuum competitorem. 8. famil. 26. in epiſt. Cæl.

Incedens.

A primo ſummiſſiue, deinde preſſius, poſt lenſim incedens, in reliquis exultanis audacius. or. 14.

Inceſſus.

Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. off. 26. At fuit inceſſus ſaltē Capua dignus. in Piſ. 84. Rarus inceſſus, nec ita lōgus. in or. 33. De geſtu or. Quod ſi vultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo grauior uiderere, non eſſes tui ſimilis. 2. de Fin. 123. Non ſolum inceſſu, ſed ornatu atque comitatu. pro Cæl. 47.

Inceſſio.

Calendę uitandæ fuerunt, inceſſiouumque ἀρχέτυπα fugienda. 12. Att. 8.

Incendo.

Iocendit eos qui audiuot. 4. de Fin. 11. Vicit opinionem meã, meque ita uel cepit, uel iocendit, vt cuperem quam celerrime res noſtras monumentis commendari tuis. Luceio, lib. 5. 12. 3. Cum iocendiſſes cupiditatẽ meam conſuetudinis augendę noſtrę. epi. 255. Qui tabellariom incenderit. de Nat. d. 74. Iucendere bonorum animos. Att. 2. 31. 2. Incendere cedrum. Tuſc. 3. 40. Incendere cupiditatem & arrogantiam alicuios. Bruto, 4. 3. 15. ſam. 50. Incendere etiamnum gloria nolont hominem peruſtum. 13. ſa. 28. 1. Att. 22. Incendere iudices. 2. de or. 101. Incẽdere in ſe odia. Att. 9. 170. 4. id eſt, concitare in ſe aliqrum inimicitias. Incendere odores. Tuſ. 3. 37. incendere ſtudium alicuius rei faciendæ. Tuſcul. 5. 52. Thusa & odores incendere. 6. Verr. 69. Naues quibus uſus non eſt, aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. Attic. 138. Et aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur. 3. de Leg. 13. Incenduntur omnes ad ſtudia gloria. Tuſc. 1. 3. inſlammari & incendi ad cupiditates facibus corporis. 1. Tuſc. 37. Amore incendi. ad Q. fr. 3. 57. 24. Incendi cupiditate ad reditum. 1. Phil. 6. incendi deſiderio. in or. 18. in aliquem incendi. Lentulo, lib. 1. 9. 29. Nulla mens poteſt incẽdi, niſi ipſe ad eam ardens acceſſeris. 2. de ora. 203. incendi ira. 2. de N. d. 8. Inflãmari nauem, incendique iuſſit. 7. Verr. 72. oratoria ſtudia, quibus etiam te incedi, quamquam flagrantiſſimum, acceperam. de Fat. 140. Quod Saturnalibus urbem incendi placeret. in Cat. 112.

Incenſus.

Cæſar a Craſſo in me eſt incenſus. ep. 114. Ad Remp. bene gerendam incenſus imperator. de Prouin. Conſ. 29. Incenſus pater, &c. pro Sex. Roſ. 24. Iſte uehementer Sthenio incenſus, hoſpitiũ renunciat. in Verr. 126. incenſus amore. Tuſ. 5. 58. Placatus & ira incenſus. Att. 6. 113. 2. Cum ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriuſq. ueſtrum. 1. de or. 49. Claſſis populi Rom. capta atq. incenſa eſt, in Ver. 263. Inimicitiis incenſa contentio de Opt. gẽ. or. 152. Huius hunc illuſtrationẽm eiuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. de Natu. d. 1. 61. Mulier incenſa odio priſtino. pro Clu. 56. Officio incenſa uoluntas. Cæc. 6. 22. Nec ante ſepulchrum eſt, quam iuſta facta & corpus incenſum. 2. de Legib. 52. De tabellario incenſo. pro Rabir. 91. Incenſi ſtudio quod ad agrum colendum pertinet. pro Roſc. Am. 28. Incenſi ſuſpicione, rem in medium uocare cœperunt. pro Clu. 61. Cum autem incenſum uendidit, hoc iudicant, cum ii, qui in ſeruitute iuſtam fuerunt, cenſu liberentur: eum, qui cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe. pro Cæc. 71.

Incenſio.

Annus poſt Capitolii incenſionem uigeſimus. in Cat. 54. Incenſione vrbem, internecione ciues, vaſtitate Italiam, interitu Rempub. liberauit. pro Syl. 24.

Incendium.

Incendium veretur acerbum. 2. de Leg. 57. Cõmuni præſidio talis improbitas, tamquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt. 3. Verr. 108. Aſinius Pollio ad Cic. 10. 33. 14. Catoni fortiſſimo uiro iudicium minitãti ac denuntianti reſpondiſſet, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. pro Mur. 49. de Cat. Incendium illud extiximus. 4. famil. 40. metaphorice. Incendium ciuitatis. 9. fam. 6. incendium ſeruorum. ad Octao. 46. Hoc eſt, a ſeruis conflatum. Qui incendium fecerit? ædes Nympharum manu tua deflagrarunt. Parad. 39. Incendium offerre. pro Domo ſua, 49. An te nõ exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum? in Cat. 103. Huic tanto incendio ſuccurere. 10. fam. 77. in ep. Pollionis. Cædes, incendia, rapinæ, &c. Parad. 109. Hic amor Medeæ quanta miſeriarum incendia excitauit? Tuſc. 4. 58. Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope aliis incendiis ſubuenitur. de haruſp. reſp. 257.

Incertus.

Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo. de Lege Agr. 68. Incertus eram ubi eſſes. Att. 1. 6. 1. incertus futuri temporis euẽtus. pro Quint. 56. Incertus armorum caſus. Att. 7. 123. 8. Lubrica & incerta puerilis ætas. 7. Verr. 107. Incerta poſſeſſio. pro Com. 20. Incertum, uere, inaniterque moueatur. 4. Acad. 67. Incertum eſt quam longa noſtrum cuiuſque uita futura ſit. 3. Ver. 108. Cum incertum ſit de iniuria. 1. Verr. 33. Cocceius uide ne fruſtretur, nam Libo quod pollicetur, ut Eros ſcribit, non incertum puto de ſorte mea. 13. Att. 30. id eſt, non dubito. Ad incertũ reuocari poſſeſſiones omnium. pro Cęc. 28. Ridiculum eſt quod eſt dubium, id relinquere incertũ: quod nemini dubium poteſt eſſe, id iudicare. pro Mur. 140. Dicendi ancipites incertique caſus. Or. 53. Nun ignoras quam ſint incerti animi hominum & exitus præliorum. Bruto, 14. 4. Exitus pugnarum incerti, Marſque communis. pro Mil. 42. Incerta, quæ Græci ἄδηλα. Acad. q. edit. 1. lib. 1. 50. Ea quæ incerta permanent, inuenta eſſe non poſſunt: ſed cum ea, quæ quaſi inuoluta fuerunt, aperta ſunt, tum inuenta dicuntur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 26, & 27. Qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt. off. 34. Quid enim eſt ſtultius, quam incerta pro certis habere? de Sen. 62. In incertis nihil eſt probabile. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 101. Quis incertis in rebus offendet Antoniũ? Att. 256. 4. fam. 31. id eſt, in dubia fortuna. Nihil eſt incertius uulgo, nihil obſcurius uoluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. pro Mur. 34.

Inceſſio, Inceſſus, *Vide poſt Incedo.*

Inceſtum.

Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. 2. de Leg. 24. Peperit, fecit ergo inceſtum. de Inu. 56. Quis illum inceſto liberatum, non eos qui ita iudicarunt, pari ſcelere aſtrictos arbitraretur? in Piſ. 76. Omnibus. n. ex animi perturbationibus eſt profecto nulla uehementior, ut ſi iam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico, & corruptelas, & adulteria: inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo. 4. Tuſc. 122. De periuriis & inceſtis. de Leg. 178.

Inceſtus, *adiectiuum.*

Iſtius, qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias, &c. pro D. ſua, 81. Clodius ex inceſto ſtupro emiſſus. de har. reſp. 3. Cum optimum uirũ uerborum contumeliis inceſto ore lacerauiſſet. 11. Phil. 292.

Inceſtus.

Poſtero die de inceſtu. de Nat. d. 74. Oratio nobilis Curii de inceſtu pro Seruio Fuluio. de Cl. or. 63. De inceſtu ſolũ quæſtio de ſeruis dominum haberi ſolita. pro Mil. 44.

Inceſte.

Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere? pro Cæl. 26.

Inchoo.

Natura hominem inchoat, ſapiẽtia perficit. de Fin. 114. Meos libros, quos expectas, inchoaui, ſed conficere nõ poſſum his diebus Philoſophiam multis locis inchoaui. Acad. q. l. 1. 15. Quod mihi nuper in Tuſculano inchoaſti de oratoribus, quando, &c. de Cl. Or. 166. Si idem extrema perſequitur qui inchoauit, iam omnia perfecta uidebimus. de Prouinc. Coſul. 73. Nam quas res nos geſſimus, &c. attigit his uerſibus & inchoauit, quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus ſum. pro Arch. 191. Communis intelligentia nobis notas res efficit, eaſque in animis noſtris inchoauit, ut, &c. de Leg. 165. Cum nouum delubrum in urbis clariſſimo loco nefando quodam inſtituto inchoares. pro D. 140. Inchoare & informare oratorem perfectum. in orat. 17. Inchoare uirtutem. 5. de Fin. 107.

Inchoatus.

Mores indicat uultus. 1. de Leg. 40. Nos indicamus, nos laudatis 2. ad Q. fr. 29. Quæ uerba aperte indicant poſſe rationem haberi etiam non petentis. Brut. 5. 5. Epularum ſolẽnium fides ac tibiæ, Saliorumque uerſus indicant. 3. de or. 109. Atque ille ut ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit atque innuit. pro Mur. 48. Sed tamen quis tibi de epiſtolis iſtis indicauit? pro Flac. 71. Atque hoc rei exitus indicauit: quis enim, &c. 3. de Leg. 37. Rem omnem dominæ ſuæ indicauit puer. pro Clu. 143. Multi te conſule ipſi ſe indicauerunt. 1. de Fin. 79. Indicabo temerarium meum conſilium tibi. ep. 10. 21. 4. Nam quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. epiſt. 9. 7. 1. Sed tamen indicabo tibi quod inpsimis te celatum uolebam. Q. fr. 3. 21. 5. Iam me uobis iudices indicabo. pro Arch. 21. Dicendi autem genus, quod fuerit in utroque, orationes utriuſq. etiã poſteris noſtris indicabunt. de Cl. or. 181. Vt me tibi indicem. de Cl. or. 181. Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendæ tyrannidis indicaret. 2. Tuſ. 59. Si eum qui indicii partem acceperit, oculis cerneretis, poteritiſne dubitare iudices qui indicarit? pro Roſ. Am. 63. Sine timore indicare aliquid. 3. in Catil. 53. Indicare in uulgus, nefas eſt. de Vniu. 5. Eodem tempore ſignum Iouis collocabatur, quo coniuratio indicabatur. de Diu. 2. 70. At is & ex ſeruula inſimulatus, & a puero conſcio indicatus eſt. pro Clu. 56. Q. quidem Scæuola filius, cum poſtulaſſet, ut ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur, idque ita venditor feciſſet, dixiſſetque ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. 3. off. 81. Altera prompta & aperta indicari. lib. 1. de Fin. 24. Vidi ego ſæpe, vt aliquando aliquis aliter indicata hæc eſſe diceret. pro Syl. 175.

Index.

Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum

Vacciam

Vacciam & C.Cornelium,&c.2.ad Q.fr. 10. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manlio; index Aiulius ea altera parte coram tenetur.pro Clu. 28. Interim uenit index ad Dineam,neque obſcurum,neque incertum qui nuntiaret ei filium,&c pro Cl. 21.Tabella index tacitæ libertatis, & uos index ueſtrarum erga me uoluntatum & ſtudiorum.2.de Lege Agr. 20.Cuius rei neque index, neque veſtigium aliquod , neque ſuſpicio cuiquã eſſet ulla.7.Verr.126.Vos index ſtultitiæ ueſtræ . pro Rab.94. Fanum illud Indicis Herculis nominatum eſt . Diu. 1. 50.Orationis indicem uocem habemus.1.off.185. Complexus ſummæ beneuolentiæ falſi indices extiterunt in amore ſimulato . in Ant.231.Imago animi vultus eſt,indices oculi . in Or. 33.3.de Or.122.Cæſar indices maximis præmiis affecit , in Catil.120. Hęc omnia indices detulerunt,rei confeſſi ſunt.in Cat.119.Vtrũ admonitus, an tentatus , an qua eſt iſte ſagacitate in his rebus, ſine duce ullo , ſine indice peruenerit ad hanc improbitatem,neſcio . 3. Verr. 73.

Index, *librorum*.

Librorum indicibus decipi . 2. de or. 33. Etiam uellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos , quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus,ad cætera adminiſtres: iiſque imperes ut ſumant membranulam , ex qua indices fiant , quos uos Græci(ut opinor) σιλλύβους appellatis. Att.4.73.2.Pollex quidem,ut dixerat,præſto fuit:ſed plane pollex,non index. Att.220.

Indicium.

P.Lentulus,&c.hoc ſpecimen uirtutis , hoc indicium animi, hoc lumen Conſulatus ſui fore non putauit , ſi me mihi , &c. Poſt reditum,6.Mirabile autem illud, quod eo ipſo tẽpore,quo fieret indicium coniurationis in Senatu,&c. Diu. 2.34.Doloris præſentis indicium.Octauio , 4. Hanc porticum eſſe patiemini furoris Tribunitii, & doloris mei indicium , ad memoriam omnium gentium ſempiternam.pro Dom 79.Tu periculum capitis tu indicium ſceleris , tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? pro Clu. 147. Quapropter ſi tibi indicium poſtulas dari,quod tecum vna feceris, concedo , ſi id lege permittitur.1.Verr.19. Monumentum poſitum ut eſſet indicium oppreſſi Senatus.pro Domo ſua,87.Indicium facere. 3. Verr.106.Sed tamen iudicium fieri uideatur , cum tabulæ illæ ipſæ cuiuſque modi ſunt,proiiciuntur.pro Flac.154. Rem in indicium deducere.1.Att.36. Sed cum aliquo inſigni indicio tuæ erga me beneuolentiæ.ep.7.6.1.Quę domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi dominatus & miſeræ populi Rom.ſeruitutis?pro D.ſua,85.Chirographa,teſtificationes,indicia quęſtiones rem manifeſtam deferunt.de Cl.or.151.Quę quo ſunt excelſiores , eo dant clariora indicia naturæ.5.de Fin.86. Notæ ſcelerum & indicia parricidiorum.pro Syll. 57. Hoc nobis & ſcelerum indicia oſtendit & periculorum ſigna patefecit.de haruſp. 249. Argumenta & indicia ſceleris.3.in Cat. 57. Indicia& ueſtigia omnia ueneni in illius mortuæ corpore fuerunt.pro Clu.22.Si tantummodo ad indicia ueteris memoriæ cognoſcenda, curioſorum.de Finib. 5.5. Noſter hic prępoſterus imperator amiſſorum oppidorum , cæſarum legionum, prouinciæ præſidio & reliquis militibus orbatæ ad ſempiternum dedecus, ſui generis ac nominis indicia conſtituit.in Piſ.99.Viderat ille Murenam ad me conſulem cum Allobrogibus communis exitii iodicia afferre .pro Domu . 103. Scelerum indicia oſtendere , & periculorum ſigna pateſacere . de haruſp.reſp.21.

Indico.

Legem enim ſibi indicunt innocẽtiæ, continentiæ, uirtutumque omnium,qui ab altero rationem uitę repoſcunt . 5. Verr.1. Etenim ſitis, qui hæc omnia flamma ac ferro delere uoluerunt, non inimicitias ſolum,ſed etiam bellum indixi atque intuli.de Prouin.Conſul.18.Qui bellum Pop.Rom. indixit . in Cat.107. Velut qui ipſi ſibi bellum indixiſſent,cruciari dies , noctes torqueri uellent.5.de Fin.25. Miror cur philoſophiæ ſicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixerit.2.de orat. 85. Indicere bellum hoſtibus.de Fin. 131.off.1. 55. Ne omnino bellum indixiſſe uidear uoluptati.Cat.42.Indicere iuſtitium . 5. Phil.187. Video enim quoſdam clariſſimos uiros, principes ciuitatis,&c. quod de me ciue ac de Repub.bene merito tuliſſes, funeſtum ſi nuntie indixiſſet Reipub.quod ſaluis auſpiciis tuliſſes, iure egiſſe dicebant. pro Domo ſua,34.2.de Leg.17. Cum omnes adeſſent,cœptum eſt referri de indicendo S. conſulto. pro Pom.15. ideſt promulgando .

Indictus.

Ei qui in alios animaduertiſſet indicta cauſa , dicendi ipſi poteſtatem fieri nõ oportere.ep.5.2.19.Indicta cauſa ciuem Rom. capitis cõdemnari.pro Rab.8.Exeo indicta cauſa. pro Rab.196. & in Verr.117.Rem indicta cauſa iudicare.in Ant. 171.Vt dictator quem uellet indicta cauſa impune poſſet occidere. de Leg. 164.Ac belli quidem æquitas ferialis Pop.Rom.iure perſcripta eſt.Ex quo intelligi poteſt nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur , aut denuntiatum ante ſit & indictũ 1.off.54.in Cat.35.3.Verr.33. Tamen id funus iure indictum eſſe dicebant.pro Dom.221.Tanto mercatu Prætoris indicto,concurritur undique ad iſtum Syracuſas. 4. Verr. 92. Ne pro indicta die quis accuſetur . pro Domo 222. Etenim tacitę magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt , quam indictæ & apertæ . 7. Verr. 143.

Indidem.

Vnde ſimile duci poteſt , indidem uerbum unum tranſlatum lumen afferet orationi.de or.157.Si per alios feciſſe dicis,quęro ſeruoſne an liberos?quos homines ? indidẽne Ameria,an hoſce ex urbe ſicarios?pro Roſ.Am.44 . Indidemque eadem quæ oriſtur de integro atque eodem occidunt.1.de Diu.214.

Indifferens .

Itaque id definimus , quod ſit indifferens cum æſtimatione mediocri,&c.3.de Fin.42.

Indiges.

Indigem liberum laceraſti . de or.126.

Indigenitalis.

Vel ſæpe ſine coniunctione uerba nouantur,ut *Ille ſenſus diſſertus* , indigenitalis, Baccarum hubertate incuruęſcere . 3. de Orat. 85.

Indigeo .

Conſilii tui indigeo.Att.l.12.a 51.3. Hoc bellum indiget celeritatis.6.Phil.209.Hoc eſt celeritate opus habet.Defenſionis indiget.pro Roſc.Am.20.Exercitationis indiget . 3. de Fin.77. Bona exiſtimatione indiget mea adoleſcẽtia . pro Roſcio Com. 26.Partes quarum indigemus ad hanc præceptionẽ . de Inu.50. & 44.& ad Her.21. Quia uos mei nõ indigetis. ad Her. 10.Qui minime alterius indigent. de Amic. 106. Iam uocis & ſpiritus, & totius corporis,& ipſius linguæ motus & exercitationes, non tam artis indigent,quam laboris. 1. de or. 75. Maioris ingenij ad conſolandum,& ad ferendum ſingularis uirtutis indigent cõmunes miſeriæ.Torquato,lib.6. 4.7. Nunc commiſi ut me uno aliis indigeres.ad Q fr. 303. Non multum adiumento ullo ad ſuam confirmationem indigere.5.de Fin. 106. Cohortatione te puto non indigere.Caſſius Cic. 12.11. 3. Vt magis ipſi uideantur aliorum conſolatione indigere.Seruius Cic. 4.5.3.

Indigens.

Quid enim erat Africanus indigens mei? de Amic. 30. Att. 2.56.17.Benigne facere iodigentibus.2. Off.74.Ferre opem indigentibus.2.de Fin.187.

Indigentia.

Indigentia eſt libido inexplebilis.Tuſcul.4. 16.Amare enim nihil aliud eſt,niſi eum ipſum diligere, quem ames,nulla indigẽtia,nulla utilitate quæſita.de Amic.83.

Indignor.

Atque eum quem dilexi,periiſſe Indignor.ep. 179.Duodecimus locus eſt,per quem indignamur , quod nobis hoc primis acciderit.1.de Inu.116.Hem, nos homunculi indignamur , ſi quis noſtrum interiit aut occiſus eſt , quorum uita breuior eſſe debet,&c.4.ep.5.12. Et dicere ea quę indignantur aduerſarij,tibi quoque indigna uideri.de Inu. 47. Locus communis erit defenſoris,per quem indignabitur accuſatorẽ conari , &c. de Inu.69. Nimium cito ait me indignari de tabulis . pro Quint.Roſc. 3. Loci qui aut miſericordię captandæ, aut facti indignandi cauſa ſumuntur.de Inu.69.

Indignatio .

Indignatio eſt oratio , per quam conficitur ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur, 1. de Inu. 112.

Indignus.

Diuitias quiuis , quamuis indignus , habere poteſt. Tuſcul. 237.Indignus cruciatu.in Vati.14. Indigna homine dubitatio. de Amic.60.ideſt,de hac re dubitare , inhoneſtum eſt homini & indignum.In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione,qui,&c.pro Cor.62.Indigna mors Palamedis . ad Her.11. Res indigna atque intoleranda uidebatur omnibus.in Ver.218. & off. 27. Quod non minus quam de Alexandrinis indignum diis immortalibus eſt uiſum.de haruſp. 251. Indignum eſt a pari uinci aut ſuperiore,indignius ab inferiore.pro Quin. 18.Hoc turpe,& me indignum puto. Att. 128. Indignã illa fortuna.16. fam.21.

fam.11.in ep. Q.Cic.ideſt,dignum meliori fortuna. Nihilne eſt in his rebus quod dignum libero aut indignum eſſe ducamus? de Fin.1 36. Qui te indignum ædilitate iudicauerunt. pro Plan. 260. Aliquem eſſe indignum ſuis moribus. Or.135. Hoc mihi in dignum videtur. de Inu.47. Quod Amerinis vſque eo uiſum eſt indignum, ut omnes, &c. pro Sext.Roſc.22. An qui petebant, indigni erant qui impetrarent? pro Sexto Roſc. Am. 38. Indigna me nonnulla delata ſunt ad te. 10. famil. 80. in epiſt. Lepidi. In quo cum multa indigna ſint, tum nihil minus eſt ferendum. pro Sext.3. Cum multa indigna, tū vel hoc indigniſſimū eſt, vos, &c. pro Sext.Roſc.19. Miſericordiam, utilitatē eſſe dicunt ad operā ferendam, & calamitates hominum indignorum ſubleuandas. Tuſc.4 69. Etiam ſi nobis indigna audiamus, eiuſmodi iniuriæ ſunt, ut de nis indignum ſit non primo quoque tempore indicari. de Inu.69. Nihil indignius, indecentius, aut inhoneſtius. 6. Verr.75. Nam quid hoc iniquius aut indignius dici aut commemorari poteſt? pro Quint.1. Tamen eiuſmodi eſſe iudico, ut nihil homine uideatur indignius. 1. de Fin. 17. Filij egeſtas indigniſſima. pro Sext.Roſc. 22. Cæſar te omni honore indigniſſimum iudicat. in Vat.36.

Indigne.

Ferre indigne aliquid. 6.Verr.75. Indigne paſſus. de Inu.72. Ideſt, cum ægre tuliſſet. Indigne pati aliquid. 7. in Ver.25. ideſt, moleſte ferre. Indigne mi Cicero, oppidum captum, & iam bellū cōfectum relinquere ſum coactus. Vatinius. ad Cic.5. 10.10. Cū Q. Metellus indigniſſime eriperetur uniuerſæ ciuitati. pro Cęl. 46. Necari indigniſſime. 7. Verr.115.

Indignitas.

Ac ſi quid affert præterea hominis dignitas aut indignitas, extra cauſā eſt. in Ver.64. Indignitas calamitatis. 7. Ver 95. Indignitas iniuriæ. 3. in Verr. 102. Habeat hoc præmium tua indignitas, ut adoleſcētiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. in Vat. 8. Quam indignitatem, diminutionemque maieſtatis, non ſolum iuris noſtri, ſed etiam imperij, Populique Rom. idcirco tulimus, quod interceptis literis cognoramus, &c. 12. fam.33. in ep. Lentuli. Atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam facti alicuius augere. 2. de Inu. 159. Indignitatem ac moleſtiam adeundi atque conueniendi alicuius perferre. Ligario, lib.6.46. Si id tardius eueniet, ſeuar tamen tua indignitate. in Piſ.80. Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. in Vat. 31. Neque tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit. pro Mur.48.

Indiligentia.

Indiligentia miſſarum literarum. 1. ad Q. fr.40.

Indiligenter.

De Xenone coram cognoſcam: quanquā nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. Att.16.333. 2. in libro primo non indiligenter expoſitum eſt. 2. de Inu. 129.

Indiſertus.

Vir non indiſertus. de Cla.171. ep. 26. Nam neque indiſertū Academicum pertimuiſſem, nec ſine iſta philoſophia rhetorem quamuis eloquentem. 2. de Nat.d.1. Et T. Aooium Luſcū huius Q. filij Collegam non indiſertum dicunt fuiſſe. de Cl.or.39. Malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacē. 3. de or.79. Vt interpretes indiſerti ſolent. 3. de Fin.23.

Indiſerte.

Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis nō mehercule indiſerte, Seuerus Antiſtius. ad Q.fr.2.5.5.

Indiſſolubilis.

Sed quoniam orti eſtis immortales, uos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis. de Vniu.51.

Indiſſolutus.

Hæc ſunt indiſſoluta me inuito: quanquam omne colligatum ſolui poteſt. de Vniu. 57.

Indiuiduus.

Materia eſt indiuidua atque ſimplex. de Vniu. 35. Indiuiduū corpus quod dirimi diſtrahi que non poteſt. de Natu. 63. Ita nihil indiuiduum eſſe poteſt. de Nat.14. Indiuiduam reliquit eam partem. de Vniu. 33. Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum eſſet in corpore. de Vniu. 27. Ex indiuidua materia quæ ſemper vniuſmodi, ſuique ſimilis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. de Vniu. 27. Ille atomos, quos appellat, ideſt corpora indiuidua propter ſoliditatē, cenſet in infinito inani, &c. lib.1. de Fin. 23. Omnis tamen illa rerum effigies, ex indiuiduis quomodo corporibus oritur? de Nat.d.1.77.

Indiuiduum.

Indiuidui hęc eſt natura, ut pondere & grauitatem moueatur. de Fat.145. Indiuidua cum dicatis & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt, eſſe intelligimus. de Fin.2. 120. Alteram, ut eā duo indiuidua per inanitatem ferantur, &c. Fat. 15. Cur enim, inquies, cum ex illis indiuiduis unde omnia Democritus gigni affirmat, &c. 4. Acad. 102. Species ex indiuiduis innumerabilibus exiſtens. de Nat.d. 21.

Indoctus.

Rabula, indoctus, inurbanus, ruſticus. de Cl.or.93. Nō admodum indoctus. lib.1. de Fin.1. Rudis & indocta oratio. 3. de Or. 103. Indoctum & agreſte genus hominum. in Part. 48. Leuiſſimum & indoctiſſimum genus. 2. de Diu.194. Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ii indocti, qui, &c. de Fin.63. Si apud indoctos, imperitoſque dicemus. in Part. 258.

Indocte.

Quæ qui uideat, non indocte ſolum, uerumetiam impie faciat, ſi deos eſſe negat. 2. de Nat.d.63.

Indocilis.

Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem uſus diſciplinam. Acad.1. Dictum eſt omnino de hac re alio loco diligentius; ſed quia nimis indociles quidam tardique ſunt, admonendi uidentur ſæpius. 1. de Nat.d.10.

Indoleo.

Quis, qui non indoluerit tam ſero, ſe, quem ſecutus eſſet, cognoſceret? 2. Phil. 73.

Indolentia.

Num propterea idem uoluptas eſt, quod (vt ita dicam) indolentia? 2. de Fin. 17. Indolentiam honeſtati Peripateticus Diodorus adiunxit. Tuſ.5.62. Minime aſſentior iis, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant. 3. Tuſc.11. Vt qui rē expetendam uel uoluptate, uel indolentia metiuntur. 2. off.

Indoles.

Videtur in eo eſſe indoles, ſed flexibilis ætas, multique ad deprauandum parati. ad Brut. 289. Bona ſpes & magna indoles in adoleſcente. de Fin.89. Ita ſæpe magna indoles uirtutis, priuſquam Reipu. prodeſſe potuiſſet, extincta fuit. in Ant.203. Præterea ad uirtutem maior indoles. Or. 200. Cæſaris uero pueri mirifica indoles uirtutis. ad Brut.5. Summa in filio ſpes, ſumma ingenij indoles, ſummaque uirtus. in Ant. 237. Itaque omnes, in quibus eſt uirtutis indoles, commouentur. off. 3. 19. Fat enim fuiſſe in iſto, C.Lælij, M.Catonis materiem atque indolem: &c. 5. Verr.136. Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus, & magnam indolem, quos ſuis commodis inſeruituros, & quidquid ipſis expediat, facturos arbitramur? 2. de Fin.184. Ab hac indole iam illa natura, uxor, &c. or. 206. Si quis hac indole uirtutis ac continentiæ fuit, ut reſpueret omnes uoluptates. pro Cæl 45. Vt enim adoleſcentibus bona indole præditis ſapiētes ſenes delectantur, &c. de Sen.23.

Indomitus.

Equus indomitus. ad Her.38. Indomitus atque effrænatus furor. de haruſp.256. Indomita & effrænata libido. pro Clu.10. Indomitæ & effręnatæ cupiditates. 3. Ver.41. pro Roſc.Am.23.

Indormio.

Sic ego quoniam in iſto homine colendo tam indormiui diu te mehercule ſępe excitante, curſu corrigam tarditatem, cum equis, tum, &c. ad Quint.fr.2.34. Indormire tempori. 3. Philip. 148. ideſt, occaſionem prætermittere. An faces admouendæ ſunt quę te excitent, tantæ cauſæ indormientem? 2. Phil.51.

Indotatus

Cuius artem cum & indotatam eſſe atque incomitatam & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti. 1. de orat. 120.

Induciæ.

Tum ad te plura ſcribam, ſi erit bellum: ſin autem etiam induciæ, teipſum uidebo. ad Att.113. Vt ille qui cum centum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabantur agros, quod dierum eſſent pactæ, nō noctium induciæ. 1. off.49. Induciarum, pacis, belli, fœderum iudices, oratores feciales ſūt. 2. de Leg.18. Quid? ille faceret inducias? in Ant. 218. Inducias fieri poſſe. Att.243.

Induciomarus.

Induciomarus Gallus teſtis in M.Funteium. pro Font.15.

Induco.

Qua ergo ratione hæc duo diuinandi genera inducis, eadem illa poſſunt eſſe quę tollis. 2. de Diu.165. Es homo factus indu-

cis

cis etiam ſermonem urbanum,&c.pro Dom.71. Sed non modo illi caueт, uerumetiam aliud quoddam genus donationis induxit.con.Rul.89. Cur igitur uos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? Diu.2.30. Tireſiam poetę nunquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam. Tuſc.250. Qui autem parti ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. 1.off.151. Etiã temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, ſed, &c. off. 76. Ego patres conſcriptos ad parricidium induxi. ad Octauiũ, 330. Induxi in animum defendere aliquem. pro Syl.183. Quaſi enim ipſos induxi loquẽtes, ne INQVAM & INQVIT ſæpius interponeretur. de Amic.3. Sed quid ego Iudices ita graue perſonam induxi? pro Cælio,44. Hic nos decepit, fefellit, induxit. in Piſ.79. Antonius induxit animum ſibi licere quod vellet. Attic. 228. Epicurus iocandi cauſa deos induxit perlucidos & perflabiles. de Diu.116. induxit eum Lux. Saturnini familiaritas, vt, &c. pro Rabirio, 95. induxit animus diuinę vitæ exordium. de Vniu 11. Ille duxit ut peteret. 2. Phil. 86. Natura quaſi inſtituit docere, & induxit in ea, quæ inerant tamquam elementa uirtutis. de Fin.139. Qui hoc primus in noſtros mores induxit. de or.119. Multos induxit in peccatũ pecuniæ ſpes. ad Her. 12. Quod te malum, inquit, rationis in iſtam ſpem induxis, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? 2.off. 76. Ea difficultas induxit imperitos vt errarent. de Nat.d.34. Hanc rationẽ Epicurus induxit, ob eã, quod, &c. de Fat. 145. Nonẽ homines honeſtiſſimos, eiuſdem muneris, legationis, officii, mandatorumque ſocios induxis, &c. pro Roſ.Am.69. Poetæ deos libidine furentes induxerunt. de Nat.d.10. id quod animum induxerat, paulisper non tenuit. ad Atti. 103. Tu igitur animum induces, cauſam hanc defendere. de Diu.127. puerum in hãc noſtram rationem conſuetudinemque inducemus. Qu. fra.324.3. in Ver.74. in Piſ.56. Deinde induc in animum, ita ſimulandum eſſe. de Pet. Cõſul.211. Vt iidem partim inuidioſos agros a Syllanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes, a ueſtris neceſſariis, a nobiſmetipſis emptos, quanti velletis, Populo Rom. induceretis. de L.Agr.96. Tutores pecuniam Prætori ſi pupillæ nomine dediſſent, grandem præſertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non uidebant. 3. Vers. 74. Quæ eloquentia falſos deos ſuſtulit, eadem ueros inducat. de Natu. 29. Inducant animum, illa quorum ſplendore capiuntur, uires, valetudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes contemnere, &c. 5.Tuſ.44. Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales donarent. tametſi video, ſi mea uoce ire in exilium animũ induxeris, quãtã tempeſtas inuidię nobis, ſi minus in pręſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat. 1.in Cat.16. Induxerit eum L.Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriæ pręponeret, ideircone, &c. pro Rabirio.17. Quem ego ut mentiatur, inducere poſſum: ut peieret, exorare facile potero. pro Roſ.Com.27. Inducere aliquem ad faciendum aliquid gratia, ſpe, pretio, promiſſis. pro Sex.Roſ.31. inducere & conſtituere aliquid. Acad.q.ed.1.lib.2.95. Quid enim eſt aliud quam uiam erranti non monſtrare, &c. ſi hoc non eſt emptorem pari ruere, & per errorem alterum inducere? 3.off.71. inducere ambitionem incuriam. 11. Phil. 303. inducere animum iacentem amici in ſpem cogitationemque meliorem. de Am.51. Animum inducere non potui ut uiderem. Att.4. Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret? pro Sex Roſ.27. Neq. enim legare eiuſmodi mali poterat in animum inducere. pro Clu. 26. Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere, quæ, &c. 2. de Diu.24. Quibus incenſus parens potuerit animum inducere ne naturam ipſam uinceret, vt amorem illum, &c. pro Roſ.Am. 31. Inducere cauſam probabilem. 11.fam.37. controuerſiam de muſica. Att.14. datum in rationibus. 3.fam.19. funus. de Leg. 182. gladiatores. pro Sex.117. ita laudauiſti quoſdam oratores, ut imperitos poſſes in errorem inducere. de claris.ora.162. & off.72. Inducere in fraudem. in Piſ.1. Itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum librum meorum librorum inducere. Q. fra. 3.21. Inducere nouum morem iudiciorum in Rempub. pro Rabirio, 124. Muta quędam eloquentia inducere. or.209. inducere nomina. 4. Att.53. inducere religiones in Rẽp. 1.Phil.9. inducere Senatuſconſultum. pro D. ſua, 8. inducere nouum uerbũ in linguã Latinam. in Ant.256. inducere fortiſſimum uirum lamentantẽ. Tuſc.180. Quibus ego magno in metu meo ſubito inducor in ſpem, uos eoſdem in hoc conſeruando futuros, qui fueritis in me. pro Plan.84. de Amic. 52. Hinc ille Gyges inducitur a Platone. 3.off.48. A me gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. de opt.genere.or.144. Etenim is quoque qui a nobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, &c. 4.Acad.178. Sic enim ab epicuro ſapiens ſemper beatus inducetur. 1.de Fin.91. Puero me hic ſermo inducitur. Att. 209. Idque ut facerem, orationibus inducebat tuis. 2.de Leg. 1. Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingentẽ pecuniam vobis inducetur. pro Leg. Agr. 71. Aſiani vt induceretur locatio, poſtulauerunt. Att.1.53. Varro inducetur in aliquẽ locum, ſi modo erit locus. Att.63. Cur non hunc audiſtis tã doctum hominem, tam eruditum, prius quam in iſtum errorem induceremini? in Piſ.46. Ne inexpiabiles religiones in Rempub. inducerentur. in Ant.155. igitur conſideremus, & ſi iam nomina facta ſunt, uel induci, vel mutari poſſunt. Atti. 13. 272.3. Ab hominibus nequam induci ad facinus conſciſcendum. pro Sex. Roſc.80. Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigẽdum. de Cl.97. Induci aliquo emolumento, ad agendum aliquid. ad Her.11. Adduci uoluntate, induci odio ad aliquid agẽdum. Ep. 62. & 63. Studio alicuius induci ad aliquid faciendum. de ora. 102. mira enim perſona induci poteſt Britannici iuriſconſulti. Ep.101. Inducendi Senatuſcõſulti maturitas nondum eſt, quod, &c. Att.1.70. Loci communes raro inducendi. de Inu.67.

inductus.

Nihil quæros de Dolabella, qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus. 2. Phil. 85. Credo ab Epicureo aliquo inductus. Diu.1. 84. Adoleſcentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? pro Roſ.Am.12. Hæc M.Cato autoribus erudiſſimis inductus arripuit. pro Mur. 57. Tamen inductus familiaritate id fecit. pro Quint. 6. is nulla cupiditate inductus de uia deceſſit. pro Cæl.44. inductus falſa ſpe pollicebar. pro Planc.81. Quinta quædam natura ab Ariſtotele inducta. Tuſ. 162. illa ſubtiliter ad criminandum inducta oratio. pro Cæ.42. Hęc tamen opinio eſt Pop. Rom. a tuis inuidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis: non tam vi, &c. ad Lent.1.4.4. Atqui in illis columnis dico eſſe, quę a tuo redemptore commotæ nõ ſint: dico eſſe ex qua tantum tectorium uetus deletum ſit, & nouum inductum. 3.Verr.103. inductum pecunia aliquid facere. 2. de Inu.140. Sic igitur inducto & conſtituto probabili, &c. Acad. q.ed.1.l.2.95. inducti his initiis, omnia uera diligimus. 2. de Fin.77. Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt. de Inu.81.

Inductus.

Si maxime ita ſit, num ea ſe concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. ad Her.2.60.

Inductio.

Inductio eſt oratio quę rebus non dubiis captat aſſenſionem eius quicum inſtituta eſt. 1. de Inu. 66. Hæc ex pluribus perueniens quo uult, appellatur inductio, quæ Græce ἐπαγωγὴ nominatur. in Top.31. 3. de or. 113. Inductio tripartita. 1. de Inu. 70. Tantum enim animi inductio, & me hercule amor erga Pompeium apud me ualet, ut, &c. ep.9. inductio erroris. 3. de or. 113. Inductio perſonarum ficta. 3. de or. 113. Cedet profecto uirtuti dolor, & animi inductione langueſcet. 2. Tuſc.55. Non eſt enim poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi & uoluntate. ad Q.fr.1.1.48. inductione plurimum eſt uſus in ſermonibus Socrates. Top.21. in inductione quid ſeruandum. 1. de Inu.69. Inductionibus aquarum, terris fœcunditatem damus. 2. de Nat.d.115.

Indulgeo.

At enim Græcis ſolis indulgeo, quid, &c. ad Q. fra.100. Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus ſumptus ſuggeris? veſtitu nimio indulges. nimium ineptus es. de Inu.48. Ipſaque imbecillitas ſibi indulget, in ulcimque propellitur impudens. Tal.217. Is ciues Romanos coluit, ij indulſit, eorum uoluntati, & gratię deditus fuit. in Ver.160. Indulſit illi quidem ſuus pater, ſed nõ fecit indulgentia mendacem. 19. Att. 38. Sed ut eſt, indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dũ mihi deſeruis, ſeruiuiſti non ſatis. Tironi, lib.16. 18. 1. Atque hoc quidem uidere licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari: ſperni ab his ueteres amicitias, & indulgeri nouis. de Amic. 50.

indulgens.

Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & ſeuerus in filium. off.75. Nihil ſibi indulgens. 2.ad Q. fr.36. Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regẽdum; pater enim nimis indulgens, quidquid ego aſtrinxi, relaxat. Att.10.17. Sed obſequiũ multo moleſtius, quod peccatis indulgens, pręcipitem amicũ ferri ſinit. de Amic. 75. Non indulgente me, ſed tamen non repugnante. 12. Att. 14. Epicurei ſibi indulgentes, & corporibus deſeruientes, &c. de L. 161. Sed vide ne hęc oratio ſit hominum aſſentantium noſtræ imbecillitati & indulgentiam mollitudini. Tuſcul. 3.11. Quod

enim

enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiuſque maternum, hoc, &c. pro Clu. 20.

Indulgenter.

Quid ſi etiam beſtiæ multa faciunt duce ſua quæque natura, partim indulgenter vel cum labore, ut in gignendo, in educando, &c. 2. de Fin. 175. Illud me præclare admones, cum illum ui dero, ne nimis indulgenter, & vt cũ grauitate potius loquar: &c. Attic. 9. 31.

Indulgentia.

Indulgentia & ſeneritas. 10. Att. 11. Nimia indulgentia in ali quem. epiſt. 157. pro Sext. 6. Indulgentia in liberos, pietas in patriam pro Cęl. 63. Mihi liberi mei propter indulgentiam meam, vita ſunt mea chariores. Poſtquam. 198. Vniuſcuiuſque indulgētiam teſtarer in ſuos. pro Sylla, 179. Tribuere indulgentiam ali cui. Att. 2. 87. Ab indulgentia corporis & obſequio diſcedat ani mus. 1. de Leg. 46. Sic vnicuique veſtrum, qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiarum commouemini. 3. Verr. 78. Filium patris in dulgentia deprauari. 10. Att. 9. Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? de Or. 124. Ex indulgentia naſcuntur hæc. 10. Att. 38. Et hoc Cæſarem pro ſua indulgentia in ſuos probaturum putamus. Att. 9. 28.

Induo.

Habes ſomnum imaginem mortis, eamque quotidie induis. 1. Tuſ. 76. Quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magni tudine inuſitata, annulumque aureum in digito: quem vt detra xit, ipſa induit, &c. 3. off. 49. Si uoluptatis cauſa cum Gallo apud Anienem depugnauit, prouocauit, & ex eius ſpoliis ſibi & torquem & cognomen induit, &c. 2. de Fin. 116. Ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. 3. Off. 56. Epicurus qui tantummodo induit perſonã philoſophi, ſibi ipſi hoc nomen inſcripſit. Tuſc. 5. 54. In idipſum ſe induit quod timebat Philo. 4. Aca. 37. Hoc eſt, eo, quo minime vult, reuoluitur. At quemadmodũ ſeſe induit priore actione? 7. Verr. 58. id eſt, implicauit atque irretiuit. Cui cum Deianira ſanguine Centauri tinctam tunicam induiſſet, ait ille, &c. 2. Tuſc. 30. Videte porro aliam dementiam: videte vt dum expedire ſeſe vult, induat. 4. Verr. 73. Quare talaria induamus. Att. 236. Hic videte in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe vnquam expediret. 4. Verr. 70. Cum autem ſe in nubem induerint, eiuſque tenuiſſimam quamque partem cęperint diuidere, &c. 2. de Diu. 33. Soccis ſe inducre. 3. de or. 70. Induere veſtem. 2. Tuſ. 30. Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. 7. Ver. 130.

Indutus.

Pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet. de or. 154. Vir indutus muliebri veſtitu. Att. 7. Cum citharœdus prodierit optime veſtitus, palla inaurata indutus. ad Her. 38. Dii induti ſpecie humana. de Nat. d. 38. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ, forma hominum indutæ extiterunt. pro Syl. 57. Intelligendum eſt duabus quaſi nobis indutos eſſe perſonis: quarum vna, &c. altera, &c. Off. 21.

Indumentum.

Quod cum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. 1. de Nat. d. 92.

Induperator.

Omnibus cura viris vter eſſet induperator. 1. de Diu. 175. Ex Ennio.

Indus.

Indus, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolum agros lętificat & mitigat, ſed etiam eos conſerit. 2. de N. d. 197.

Induſtria.

Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudium & induſtria. de Sen. 81. Induſtria antelucana. Tuſc. 4. 34. Mihi in labore perferendo induſtria non deerit. Poſtq. 203. Induſtria in agẽdo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. pro Pomp. 9. Tua exquiſita doctrina & ſingularis induſtria. de Cl. 166. Quare non οἰχῆται tua induſtria, ſed præclare ponitur. At. 84. Induſtriæ merui. 2. Verr. 22. Alterius mens rationibus agitandis exquirendiſque alebatur, cum oblectatione induſtriæ, qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorum. Tuſc. 241. pro Cæl. 47. Hominum nobilium non fere quiſquam noſtrę induſtrię fauet. 7. Verr. 142. Alie næ induſtriæ modum ſtatuere. lib. 1. de Fin. 3. Qui ſcribendo tan tum induſtriæ pónam. ep. 39. In quo meam induſtriam ac diligẽ tiam ſpectari volo? 5. Verr. 116. Meſſala tanta eſt induſtria, tantumque euigilat in ſtudio, vt, &c. Att. 282. Vt induſtria noſtra tuæ morem geramus voluntati. Perfectum ingenio, elaboratum induſtria. pro Pomp. 4. De induſtria. ep. 39. i. conſulto, cogitato, dedita opera Exilitatem de induſtria conſequi. de Cl. 191. Erat in L. Craſſo multus lepos, maior etiam, magiſque de induſtria in C. Cęſare L. filio. Off. 22. Vbi etiam de induſtria id faciendũ fuit. or. 211. Etiam ſi nihil eſt factum de induſtria. or. 212. Neq. verbum ita traiiciat, vt id de induſtria factum eſſe videatur. or. 220. & de Fin. 71. Incuruatum de induſtria. de Inuent. 61, & 67. & in Verr. 72. & de or. 146. Atque illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe a metu proficiſcuntur. 1. off. 36. Quod uerſatur in hoc noſtro ſtudio, & cum ingenio, vt noſti, nec ſine induſtria. ep. 208. Α᾽ντίθετα numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt, & cum ſine induſtria. or. 215.

Induſtrius.

Nympho eſt Centuripinus homo nauus & induſtrius, experiẽ tiſſimus ac diligentiſſimus arator. 5. Verr. 43. pro L. Man. 11. Homo vigilans & induſtrius. Att. 126. In rebus gerendis vir acer & induſtrius. Tuſc. 239. & 3. fam. 37. Quæ niſi vigilantes, niſi ſobrii, niſi induſtrii, conſequi non poſſent. pro Cæl. 53. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris ap pellant: nos commodius laborioſos. 2. Tuſc. 60.

Induſtrius.

Quis apud Pop. Romanũ de illius dignitate induſtrius, quis Senatui ſæpius dixit? pro D. ſua, 22.

Inedia.

Anicule ſępe inediam biduum aut triduum ferunt. Tuſ. 2. 35. A uita quidam per inediam diſcedens reuocatur ab amicis. Tuſ. 166. Inedia, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus es. 16. fam. 18. Minturnenſes C. Marium feſſum inedia fluctibuſque recrearunt. pro Planc. 264. Vigiliis & inedia necatus Regulus. 5. de Fin. 141.

Inelegans.

Inerat que & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia. de Cl. Or. 154. Phyſica ratio non inelegans. de N. d. 38.

Ineleganter.

Oratio non ineleganter ſcripta. de Cl. or. 163.

Inenodabilis.

Et vno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles. Fat. 15.

Ineo.

Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi. de Nat. d. 50. Filius conuiuia cum patre non inibat. pro Sext. Roſc. 31. Inibant epulas in funere parentes coronati. 2. de Leg. 58. Poſteaquam uerres magiſtratum iniit, &c. 3. Ver. 89. 3. de Leg. 63. Att. 11. 217. 1. ideſt, inſignia magiſtratus cũ imperio aſſumpſit. Quid enim mereri uelis iam, cum tu magiſtratum inieris, & concionem aſcenderis. 2. de Fin. 118. Att. 1. 11. 21. Cum Conſules magiſtratum inierint in Ant. 192. Conuiuiũ publicum nõ dignitatis cauſa inibit, niſi, &c. in Piſ. 52. Cum uxorem ſororem que non diſcernis, cum quod ineas cubile non ſentis. de haruſ. reſp. 35. Quæ vxor Mindii fuit, adiuues, ineaſque rationem quẽ admodum ea mulier Romam perducatur. ad Sulp. lib. 13. 29. 6. ideſt, conſideres. Monet igitur ut caueat ne prælių ineat. 1. off. 55. Qui ſi ſuis decretis legibuſue ſanxiſſent, nequis ſuorum ciuium caſtra imperatorum Pop. Romani iniret. pro Corn. Balb. 18. Cum pericula præliorum iniret audacius. 1. de Diu. 47. De Decio. Vt potius cum pluribus ſocietatem defendendę libertatis iniremus, quam paucioribus, &c. Plancus ad Cic. 10. 8. 7. Cũ Conſules inirent rationem de commodis militum augendis. 5. Phil. 202. Inire magnum & difficile certamen. de Fin. 4. 25. Inire conſilium faciendi aliquid. pro Mur. 143. Inire conſilium facinoris contra uitam alicuius. pro Deiotaro. 2. Conſilia inire cœpi Brutina plane. ad Brutum. 15. 8. pro Roſc. Am. 56. & 65. Conſilia inire cepi Reipub. liberandæ. Att. 282. Inire conſilia cum aliquo contra aliquem. pro Sexto. Roſc. 56. Inire conſilia de pernicie alicuius. Att. 43. Quorum inire conuiuium nemo vnquam niſi turpis impuruſque uoluiſſet. 5. Verr. 53. Tu illius domum inire uoluiſti. pro Deiot. 4. Nemo erat uoluntarius laudator Præturæ tuæ: defenſor periculorum tuorum, pręſertim cũ inire a Prætore gratiam poſſet nemo. 6. Verr. 126. de haru. 255. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Seru. Sulp. lib. 4. 2. 6. Intellexi hominem moueri, vtrum Craſſum inire eam gratiam quam ipſe prætermiſiſſet an, &c. Att. 1. 9. 4. Inire magnam gratiam. de Fin. lib. 4. 25. off. 1. 71. Sũ mam gratiam inire cum bonis omnibus. Attic. lib. 7. 128. 11. Vt idem Pompeius non ab homine ſolum, ſed etiam a prouincia tota ſe huius abſolutione inire gratiam arbitraretur. 4. Ver. 78.

78. Inire ſuffragium.pro Sex.44. Præſto aderat ſapiens ille, qui inire uiam doceret.pro Mur.23. Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem, & authore Veſtorio. Att.225. Plures ineuntur gratię, ſi uno tempore dicas pro pluribus.de Cl.or.183. De Pōpeio interficiendo conſilia ineibantur.pro Do.ſua,239. Initur ratio quæſtus de ueſtra pecunia.con.Rull. Sin erunt merita, ut non ineunda, ſed referenda ſit gratia, maior quędam cura adhibenda eſt.1.off.72. Mihimet ineunda ratio, & uia reperienda eſt, qua ad Apronii quæſtum, ſiue adeo qua ad iſtius ingentem, immanemque prædam poſſim peruenire.5.Verr.90. Sed ineūda nobis ratio eſt quemadmodum in omni mutatione dominorum,&c. illud quaſi conſecratū remanere poſſit. Att.12.241.15.

Iniens.

Sunt & ineuntis adoleſcentiæ ſtudia, num ea iam conſtans requirit ætas, quæ dicitur media? de Seneſt.69. pro L.Man.29.1. off.164. ineuntis enim ętatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt.1.off.171. Cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet.5.Phil.198. Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat.pro Deiot.pro Corn.Bal.4. Nec ſiqui ineunte ætate uenandi, aut pilæ ſtudioſi fuerint, eos habere neceſſarios oportet.de Amic.63. Quare Ianuario ineunte, ut conſtitui ſti, cura ut Romę ſis. Att.1.1.12. Ab ineunte pueritia tua.10.f.4. Ineunte uere.de Sen.48.

Initus.

Initus Tribunatus.11.Att.19. Et ut multa iam grauis Valeriamis prædibus, ipſiq. T.Mario depelleretur, a me inita ſit eſt,&c. ad Rufum, lib.5.20.14. Initum eſt conſilium a Catilina infl̄ammandæ ciuitatis.pro Sylla.167. Poſt ſacerdotium initum. pro D.ſua.240. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilē curſum initum putatis? pro L.Man.58. Medea modo & Atreus commemorabantur a nobis, heroicæ perſonæ inita ſubductaque ratione, nefaria ſcelera meditantes.3.de Nat. d.52. Cōſilia quæ clam eſſet inita cōtra ſalutem urbis.in Cat.115. Nam & Aquini & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me. ad Pætum, lib.2.24.3. Nondum initis ſeditioſis tribunis plebis.3.de Leg.38.

Ineptus.

Nam qui aut tempus quid poſtulet non uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibus cum eſt, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur.2.de or.11. Nam quid Accium memorem? cuius, &c. in orationibus autem multus & ineptus, ad ſummam impudentiā.1.de Leg.5. Sed hoc ne curaris, ego ineptus, qui ſcripſerim. Att.62. Itaque eo die māſi Aquini longulum ſane iter, & uia inepta. Att.16.33. Hoc eſſe Atticum in Lyſia, nō quod tenuis ſit atque inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens aut ineptum.in or.16. Ineptum ſane negotium & græculum. Tuſc.166. Ineptum eſt de tā perſpicua iſtius impudentia pluribus uerbis diſputare.3.Herr.105. Inepti nomē Græci nullum habent.2.de Or.11. Homini non inepto.8.fam.7. in ep.Cæl. Aliquem ineptum aut gręculum putare. de or.140. Acad.q.edit.1.lib.2.60. Dimittebam a me Scæuolam, cum ei ita dicerem, me uelle eſſe ineptum: id erat petere blandius: quod niſi inepte fieret, bene non poſſet fieri.de or.110.& 94. Quē enim nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus, idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet.2.de Or.11. Ineptius nihil eſt, quam de dicendo dicere.1.de or.56.

Ineptiæ.

Pellantur ergo iſtæ ineptię pene aniles.1.Tuſc.76. Ineptiæ meæ tibi ferendę ſunt.12.Att.46. Ineptiæ hominum oratori deuorandæ. Brut.157. Omnium autem ineptiarum quæ ſunt innumerabiles, haud ſcio an ulla ſit maior, quam illorum qui ſolent quocunque in loco, quoſcunque inter homines uiſum eſt, de rebus aut difficillimis, aut non neceſſariis argutiſsime diſputare.2.de or.11. Quid ad iſtas ineptias abis, inquies.pro Sext.Roſ.25. Ad ineptias redis. Tuſc.2.56. Peto a uobis, ne has meas ineptias efferatis.de or.94. Quęſo, etiamne tu has ineptias, homo (mea ſententia) ſumma prudentia, multa etiam doctrina, &c.ad Appium, li.3.7.12.

Inepte.

Inepte, odioſe, putide dicere.de Claris Ora.191. Nam etſi nō ſus Mineruam, ut aiunt, tamen inepte quiſquis Mineruam docet.1.Aca.27. Facere inepte. Att.13.& Tuſc.150. Ne ea res inepte mihi noceret.6.fam.25.in ep.A. Cæc. inepte ſane. quis eſt enim,&c. Tuſ.18.

Inermis.

Iam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi & diſſerēdi, quę λογικὴ dicitur, iſte ueſter plane, ut mihi quidē uidetur, inermis ac nudus eſt.1.de Fin.116. Manus peditum inermium. ep.172. Perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti. ad Bru.10.3. Arma eſſe ſuis nominibus, alia ad tegendū, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuiſſe uinces. pro Cæc.45.

Inermus.

Multitudo inermorum.epi.167. Ita enim Romam erat nunciatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugiſſe Ant.ad Brut.11.12.1.

Inerrans.

Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthereaconiunctione ſecretam & liberam.2.de Nat.d.46.

Iners.

Cenſorinus iners & inimicus fori.de Cl.186. Iners ſomni plenus.1.Att.32. iners, ignaua, ſomniculoſa ſenectus.de Senec.31. ignauum atque iners genus interrogationis.de Fato,43. inerti nobili nunquam crediturus.4.Att.17. Sed luſtremus animo nō has maximas artes, quibus qui carebāt, inertes a maioribus nominabantur.2.de Fin.181. Neque uerum eſt quod ab inertibus dicitur,&c.de or.141. At homo inertior, ignauior, magis uir inter mulieres, nequam, quā impura inter uiros muliercula, &c.4.Ver.139. Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.2.de L. Agra.90. Rudem enim eſſe omnino in noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi.1.de Fin.8. Non medius fidius acerrimis conſiliis plus quam etiam inertiſſimus, dum modo diligentibus, conſequentur.15.Att.15.in ep.Hircii. Inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium.con.Rul.84.

Inertia.

Inertia, ignauia, deſidia, luxuria.ad Her.2. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ noſtræ.1.de or.35. Iam me ipſum inertiæ nequitiæque condemno. in Cat.3.1.de or 84. inertiam etiam afferat tua ignauia.12.fam.46. Segnitiem hominum atq. inertiam caſtigare.1.de or.91. Fuga laboris inertiam coarguit, & deſidiam.pro Mur.7. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam libertatis repudiauit. pro Com.14. Animi autem, aut quemadmodum affecti ſunt, uirtutibus, uitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, uoluptate, moleſtia.in Par.20.

Ineruditus.

Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ii indocti, qui quæ pueros non didiciſſe turpe eſt, ea putant uſque ad ſenectutem eſſe dicenda.1.de Fin.109. Non ſum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem.pro Do. ſua.531. Ad uos nunc refero, quem ſequar, modo ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat, quemlibet, modo aliquem. Aca.q.ed.1.lib.2.122.

Inexercitatus.

Hebes & inexercitatus.2.de or.39. Rudis ille & inexercitatus miles.2.Tuſc.64. M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit.de Cl.or.176.& de Sen.80. Hoc mihi crede, ludus eſt homini non hebeti, neque inexercitato,&c. de ora.115. Quibus qui ſplendide uſi ſunt, hi mihi uidentur fabulam ætatis peregiſſe: nec tāquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe.de Sen.59.

Inexercitus.

Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philoſophum,&c.5.Tuſ.159.

Inexhauſtus.

Erat enim ut ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat.3.de Fin.11. De Catone.

Inexorabilis.

Qui uehemens in alios, inexorabilis in cæteros uiſus ſum. pro Sylla.65. Inexorabilis iudex. Tuſc.1.8. in literis mittendis (ut ſępe ad te ſcripſi) nimiū te inexorabilē pbuiſti.ad Q.fr.41.

Inexpectatus.

Quæ fuit illa, quanta uis, quam inexpectata, quam repentina? de or.229.

Inexpiabilis.

Inexpiabilis religio. Tuſ.1.23. Bellū inexpiabile infert quatuor Cōſulibus unus omniū latronū teterrimus.14.Phil.38. Cū hin inexpiabile bellū mihi ſuſceptū ē.de har.3. Inexpiabile ſcelus.11.Ph.311. Seſe implacabilem inexpiabilemq. præbere.in Piſ.64.

Inexpiabili religione ſancire aliquid. Tuſc. 1. 23. Id eſt, conſecrare & confirmare. Ne inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur. in Ant. 155. 1. Phil. 9. Qui in Republica violanda fraudes inexpiabiles conſepiſſent. Tuſc. 163.

Inexplebilis.

Inexplebilis cupiditas. 5. Tuſc. 24.

Inexplicabilis.

Tu quid egeris de tua cum triſti, tum etiam difficili ad conſiderandum legatione uehementer expecto, eſt enim inexplicabilis. Att. 242. O rem, inquis, difficilem & inexplicabilem. 8. Att. 31. Inexplicabiles faudes. 1. Tuſcu. 114. Inexplicabiles ſunt res, fortunæ ſunt committenda omnia: Att. 10. 5. 1. nihil de his rebus cogitatione explicari poteſt. Hæc ſcilicet inexplicabilia dicitis, &c. Acad. d. ed. 1. lib. 2. 86.

Inexpugnabilis.

Volumus enim eum qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum, &c. 5. Tuſc. 58.

Infacetus.

Homo non infacetus, & ſatis literatus. 3. off. 75. Non infacetum mendacium. pro Cæl. 52.

Infamis.

Mulier infamis. in Cat. 106. Infamis palma. pro Sext. Roſc. 35. Turpis adoleſcentia, uita infamis. pro Do. ſua, 227. Infamu os Antonii. 11. Phil. 293. Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. 1. Verr. 13. Homines cęteris uitiis atque omni dedecore infames. pro Clu. 103. Qui in oppido multas familias totas in perpetuũ infames tuis ſtupris, flagitiiſque feciſti. 6. Ver. 17.

Infamia.

Ignominia, Infamia, contumelia, dedecus. Part. 238. Infamiæ metu qui a ſtupro arcentur. pudici dicendi non ſunt. 1. de L. 32. Infamiæ ſordes. 1. Att. 36. Quæ nota domeſticæ turpitudinis nõ iniuſta vitæ tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hęret infamię? in Cat. 100. Effugere infamiam crudelitatis. con. Rull. 84. Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. Tuſ. 318. Vt magnam infamiam fugiar. ep. 2. Eſto, habuit quandam ille infamiã ſuam. pro Flac. 164. Inferre infamiam alicui. pro Cæl. 46. Negẽ fuiſſe infamiam iudicii corrupti. pro Clu. 18. Ego uero Auſtro gratias miras ago, qui me a tanta infamia auerterit? 16. Attic. 22. An eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum, etiamſi nulla comitetur infamia? de Fin. 2. 50. Nihil ad tuas aures de infamia tua perueniſſe. 5. Ver. 112. Conſules flagrant infamia. 4. Attic. 53. In infamia uerſari. pro Rab. poſth. 5. Iudicia uera atque inſignis turpitudine notata, atq. oppreſſa dedecore & infamia. pro Cl. 30.

Infamo.

Vt tua moderatio aliorum infamet iniuriam. 9. ſa. 22.

Infandus.

Ex re, ſi crudelis, ſi infanda, ſi præter opinionem, ſi immerito, ſi miſere, ſi ingrata, &c. 2. de or. 175.

Infans.

Homo infans atque impotens. de Fin. 39. Quæ neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta. de Clu. ora. 52. De or. Scribit Herodotus Crœſi filium, cum eſſet infans, locutum. de Diu. 105. Iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. 3. Verr. 109. Cum haberet ex Næuia infantem filium. pro Clu. 23. Ipſum Scipionẽ accepimus non infantem fuiſſe. de Cl. or. 38. Nec vero vt uoluptatem expetat, natura monet infantem. de Fin. 71. infantes ac inſipientes homines. 1. de Inu. 5. Si infantes pueri, ſi mutę etiã beſtiæ pene loquuntur. de Fin. 63. Non illa Hortenſiana omnia fuere infantia. 10. Att. 54. Infantium puerorum incunabula. pro Sext. Roſc. 44. Omnia manſa, vt aiũt, nutrices pueris infantibus in os inſerere. de Fin. 71, & 93. & de or. 123 Gabinius abſolutus eſt: omnino nihil accuſatorẽ. Lentulo ſubſcriptoribuſque infantius nihil illo conſilio ſordidius. ad Qu. fr. 3. 23. Tum uero ita ſum perturbatus, ut omnia timerem, ſi nihil dixiſſem, ne infantiſſimus: &c. pro Clu. 39. Dialectici infantiſſimi. ad Her. 9.

Infantia.

Res autem ſic ſe habet, &c. compoſite & apte ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententioſe autem, ſine uerborum & ordine, & modo, infantia: &c. io or. 139. incredibilis infantia accuſatorum. Att. 4. 85. 12. Vt huius infantiæ garrulam diſciplinam contemneremus. ad Her. 9. infantiã explicare. 3. de or. 79. Poſſitne eloquẽtia cõmutatione aliqua cõuerti in infantiam. in Top. 44.

Infarcio, *Vide* Infercio.

Infatuo.

Campi Leontini duo millia iugerum immunia. ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica 3. Phil. 139. Neminem quidem adeo infatuare potuit, vt nummum ullum crederet. pro L. Fl. 37.

Infector, infectus, *participium*, *Vide* Inficio.

Infectus.

At ſiquis in pariete cõi demoliendo dãni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix uitii fecerit. in Top. 10. Habere aliquid factum pro infecto. de Inu. 72. infecta irritaq. ſunto quæ iniuſta, nefaſta, dira deſixerit augur. 2. de Leg. 18.

Infelicitas, infelix, *Vide* Infœlix.

Infenſus.

Pertinaciter cuipiam infenſus. epi. 157. Nec tam ſuis hominum generi infenſa atque inimica natura. 4. Tuſ. 47. Si me meis ciuibus ſuſpectum tam grauiter atque infenſum viderem. in Cat. 100. Infenſo atq. inimico animo ire in aliquẽ. 4. Ver. 106. Sic illi iudices infenſi tum reo venerunt. pro Cluent. 33. Iã nunc timeo quidnam pro offenſione hominum qui illi inimici, infenſique ſunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum, dignum eloqui poſſim. 1. Verr. 23. In te concitati infenſique ſunt. in Verr. 61.

Infertio.

Quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de induſtria factum intelligatur, neq. inferciens verba, quaſi rimas expleat, &c. in or. 136.

Inferi.

Qui ingredior ad explicandam rationem ſententię meæ.ep. 49.Timide ingredior ad hoc genus diſputandi.de Fat.140.Ma-gna ſpe ingredior in reliquam orationem P. C.quoniam, &c.7. Phil.222.Eloquentia quocunque ingreditur,eodem eſt inſtru-cta comitatu.de Or. 144. & 156.Sed quod nos facere nũc ingre dimur,ut contra Academicos diſſeramus,&c.4.Acad. 34. Qua cũque ingredimur,in aliquã hiſtoriã ueſtigiũ ponimus. de Fin. 125.Ii, qui ingrediuntur ad ſtudium.de or. ideſt, diſcere inci-piunt. Qui eadem pericula,quibus nos perfuncti ſumus , ingre diantur.pro Mur.3.Qui in compedibus corporis fuerunt etiam cum ſoluti ſunt,tardius ingrediuntur.Tuſc. 1. 62. Poſteaquam ſum ingreſſus.Acad.q.ed.2.lib.1.2. hoc eſt, poſteaquam aggreſ-ſus ſum,uel ſuſcepi.Ingreſſus ſum facere. Att. 39. Qua uolui in unaſum ingreſſus in cauſam.pro Planc. 6. Quo die primum in ſpem libertatis ingreſſus ſum.ep.298.in Ant. 220. Quibus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamque ſum ingreſſus. 2. in Cat. 47.8.Phil.254.& 5.171.In uitam paulo ſerius tanquam in uiã ingreſſos ſum.de Cl.196.De diuinatione ingreſſi ſumus his li-bris ſcribere.2.de Diu.4.Nos qui ante quam ad dicendum in-greſſi ſumus,obruimur ambitione.de or.Et erat ipſe iã ingreſ-ſus.de or.156.Fruſtra uero ingrediar matris conſiliũ,cum uta-tur precibus,&c. Att.15.325.11. Sed aliter atque oſtenderam, facio , qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiæ meę. ad Curion.2.2.6.Officia deſcribas,quam uitam ingrediar defi-niat.4.Acad.q.203.Si dormis,expergiſcere:ſi ſtas,ingredere:ſi ingrederis,curre:ſi curris,aduola. Att. 2. 60. Vt ſi aut manibus ingrediatur quis,aut non ante,ſed retro.de Fin.5.31. Ea nega-bam oportere præterita,aſſentiebar tamen:quanquam ingreſſus eſſem dicere quid oportuiſſet.Att.15.326.3.Quam orationem cum ingreſſus eſſem,Caſſius interuenit.Att.15.20. Qui eũ illã diſputationem mecum ingreſſus eſſet.pro Cæc.57.Nam neque aſſiſtendum ſtatim eſt ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingreſſus ſis,celeriter diſcedendum eſt. de or. 2. 118.Difficile eſt,quod cum ſpe magna ſit ingreſſus,id nõ exe-qui uſque ad extremum.pro Rab.Poſth.123.Quid cẽſetis,cum iter ingreſſus ero,longum præſertim,nullasne inſidias pertime ſcendas?12.Phil.334.Via lubrica qua inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poſſis. pro Cæl. 46. Sed tamen cum primum poſſe ingredi cępit,&c.10.fam.34.in ep. Planci. Tu ingredi illam domum auſus es?in Ant.173. Ingredi intra fi nem eius loci,quem,&c.pro Cęc.289.Ingredi pleno gradu.12. fam.39.i.defenſionem.1.de Inu.35.i.in fundum. pro Cęc.15. i. in Rempub.in Vat.5.& de prou.Conſul. 33. Quo nunc me uer tam?quod iter incipiam ingredi?3.de or.120.Ingredi iter pedi-bus.Cat.30.Vt ingredi libere,non ut licenter errare uideatur. or.204.Cum iã pontem ingredi inceperat.in Cat.112.M.Aemi lius uix ingredi poteſt.pro Rab.94.ingredi uiam longam. Cat. 6.Quod omnibus eſt ſciendum , qui uitam honeſtam ingredi cogitant.off.3.7.Via qua nobis quoque ingrediendum eſt . de Sen.78.Ingrediendi membra cęlo non dedit.de Vniu.25.Hũc uideo mihi principem , & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum extitiſſe.pro Ar.1.Quod tempus a natura ad deligendum quam quiſque uiuendi uiam ſit ingreſſu rus,datum eſt.1.off.165.

Ingrediens.

Neque iſt conſiſtens in loco,ſed inambulans,& aſcenſu ingre diens arduo.de or.108.Sequitur magnum opus & arduum, ſed ingregientibus conſyderandum fuit,quid ageremus.203. Ingre dientibus nobis in cauſam.6.fam.3.

Ingreſſus.

Quanquam a pueritias ueſtigiis ingreſſus patriis & tuis, de cori ueſtro non defui.in Somn.Scip.28.Ingreſſa oratio in res. 2.Phil.91.In exilium eiiciebam,quæ iam ingreſſum in bellum eſſe uidebẽ?In Cat.197.6.ſ.42.Equidem etſi doleo, me in uitã paulo ſerius tamquam in uiam ingreſſum.de Cl.or.185. Maio res nos res ſcribere ingreſſos,&c.e curſu ipſo reuocauit uolun-tas tua.Top.1.

Ingreſſus.

Ingreſſus, curſus, accubitio, &c. 1. de Nat. d. 131. Veſtigiis odo rari ingreſſus hominis improbi. in Piſ. 65. Veſtigia & ingreſſus orationis. 1. de or. 97.

Ingreſſio.

Cuius vt arma ſumpſit, ingreſſio lætitiam attulit ſociis, terrorem autem hoſtibus. 4. Tuſ. 75. Interdum curſus eſt incitatior in oratione, interdum moderata ingreſſio. or. 216. Ac video hanc primam ingreſſionem meam e media philoſophia repetitam. or. 97. Vt quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis & aggeribus, ita ab ingreſſione fori populum, Tribunoſque plebis propulſari videres. 5. Phil. 170.

Ingurgito.

Nolim enim mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. 2. de Fin. 23. Numquam te in tot flagitia ingurgitaſſet. in Piſ. 32. Idem cum ſe cibis ingurgitauiſſet. in Anto. In eius igitur copias cum ſe ſubito ingurgitauiſſet, exultabat gaudio perſona de mimo, modo egens, repente diues. 2. Phil. 76. id eſt, cum ipſum diuitiis ſpoliaſſet, & in vſum ſuum conuertiſſet.

Inhabitabilis.

Inhabitabiles atque incultas videmus terræ maximas regiones. de Nat. d. 2. 19.

Inhæreo.

Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus, quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum. Tuſc. 1. 27. Animo qui corporibus non inhærent. de Diu. 103. Inhærent ſuis ſedibus, & perpetuo manent infixa cœlo ſidera. de Vniu. 47. Tuſc. 5. 51. Eaque inhæſit uiſceribus. 4. Tuſc. 19. Aut quorum linguæ ſic inhærerent, vt loqui non poſſent. Diu. 2. 75. Inhærere in rei natura. 2. de or. 89. Inhærere voluptatibus. 1. de Fin. 103.

Inhærens.

Belnæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærentes. de N. d. 46.

Inhæreſco.

Poetæ leguntur, ediſcuntur, & inhæreſcunt penitus in mentibus. Tuſc. 3. 2. Promiſſum etiam, vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tamquam in viſco inhæreſceret. 3. de Nat. d. 126.

Inhalo.

Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te vti valetudinis. in Piſ. 9.

Inhibeo

Sed tamen inhibet illis legibus ſpem nonnullam, cui ademptum eſt, aliquem ſcrupulum cui datum eſt con. Rul. 83. Si te illius acerba imploratio & vox miſerabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commouebare? 7. Verr. 127. Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remorum: ſic in oratione perpetua cum ſcripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine & vi concitata. 1. de or. 74. Ita ſibi conueniſſe cum Dolabella, vt ille Trebonium, etſi poſſet etiã Brutum, Caſſium, diſcruciatos necaret, eademque ipſe inhiberet ſupplicia nobis. 12. Ph. 375. Quod ſi facere nolit, atque inhibuerit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere, ſe ſe nihil precari, &c. pro Quint. 4. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet: eſt enim verbum totum nauticum. quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iuſſi. id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram nauis appelleretur. non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigãt. id ab ἐποχῆς remotiſſimum eſt quare facies vt ita ſit in libro, quemadmodum fuit. 13. Att. 23.

Inhibitio.

Inhibitio remigum motum habet & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. 13. Att. 24.

Inhio.

Paruum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. 3. in Cat. 63.

Inhoneſtus.

Niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum. 3. de Fin. 21. Et hercule confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt. ep. 115. Inhoneſtiſſima cupiditas. ad Q. fr. 1. 1. 29 profecto illum Attilium hominẽ turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum iudicares pro D. ſua, 134. Quæ honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima ſunt. Sal. in Cic. 172.

Inhoneſte.

Fauonius meam tribum tulit honeſtius quam ſuam, Luccelj perdidit, accuſauit Naſicam inhoneſte. Att. 2. 16. 16.

Inhonoratus.

Inhonorata vita & ingloria. 3. Tuſc. 138. Multi inhonorati proferuntur. Tuſc. 3. 48.

Inhorreſco.

Inhorreſcit mare, conduplicantur tenebræ. 3. de Or. 86. & 1. de Diu. 49.

Inhoſpitalitas.

Inhoſpitalitas, eſt opinio vehemens, valde fugiendum eſſe hoſpitem. Tuſc. 4. 20.

Inhumanus.

Inhumanus, prima litera breui. or. 90. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? 4. Verr. 139. Vt Terẽtianus Chremes non inhumanus, qui, &c. de Fin. 49. Inhumanus locus. 2. Phil. 53. Inhumanus præco. pro Quint. 6. At hoc idem ſi in conuiuio faciat, inhumanus videatur. off. 29. Inhumana audacia. in Cat. 106. Agreſtis & inhumana negligentia. 1. off. 182. Inhumana & ſcelerata vox. 3. de Fin. 99. In iſto tuo animo nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. Att. 201. Moderati nec difficiles nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. de Sen. 78. Qui aures tam inhumanas, tamque agreſtes habent. or. 213.

Inhumane.

Nam ſiquid ab homine ad nullam partem vtili, vtilitatis tuæ cauſa detraxeris, inhumane feceris, contraque naturæ legem. 3. off. 37. & 3. Verr. 97. Alios dicere aiunt etiã multo inhumanius. de Amic. 104.

Inhumaniter.

Non poſſum ſcribere me miratum eſſe illum tam inhumaniter feciſſe, vt ſine meis literis proficiſceretur. ad Qu. fr. 3. 14.

Inhumanitas.

Quæ eſt iſta tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? pro Deio. 150. Sit hoc inhumanitatis tuæ ſtultitiã incredibilem videre. 2. Phil. 34. Manſuetudinem in crudelitatẽ inhumanitatemque conuerti. in Verr. 259. Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam. 1. de Or. 50. Non amat profuſas epulas, ſordes, & inhumanitatẽ multo minus. pro Mur. 69.

Inhumatus.

Is cum eſt proiectus inhumatus, ab omnibuſque deſertus iac(e)ret, amica corpus eius texit pallio. 2. de Diu. 110. Diogenes ſe proiici iuſſit inhumatum. Tuſc. 171. Iique nec inhumati, nec diſperſis buſtis humili ſepulturæ cremati. in Ant. 264.

Inibi.

Quod ſperare nos quidem debemus, p. c. aut inibi eſſe. aut iam eſſe confectum: & ſpei fructum, rei conuenit & euentui reſeruari. 14. Phil. 188. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit, ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. con. Rul. 64.

Iniens, *Vide Ineo.*

Iniicio.

Eadem hanc eius ſatellitibus iniecit amẽtiam, vt, &c. pro Mil. 318. Qui ſe totius belli fluctibus circumiri, quam illum aut egredi aut progredi maluit. Mutinamque illi exultanti, tanquam iræ nos furoris iniecit. 13. Phil. 358. Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes. 1. de Diu. 37. Ipſa mihi veritas manũ iniecit, & paulisper conſiſtere & commorari cogit. pro Roſc. Com. 28. Cui primum mentem iniecit, vt, &c. ut irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. pro Mil. 64. Quod Hortenſium, qui nuper iniecit, dicturum arbitror. pro Quint. 46. Is meum nomen operariis ediderat. imperitis iniecerat. pro Deiot. 216 pro D. ſua, 12. Bruto cum ſpem inieciſſem de ὁμονοίᾳ, non perinde atq. ego putaram, arripere viſus eſt. Att. 16. 333. 15. Quæ cum mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere. Trebonius ad Cic. 12. 16. 5. Cum Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari, &c. pro Cæc. 70. Quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4. Attic. 101. Iniicere formidinem alicui. 5. Verr. 56. Iniicere pallium alicui. 3. de Nat. d. 120. Iniicere periculum mortis. pro Cæc. 31. Iniicere ſe ad mortem. pro Domo. ſua, 51. Iniicere ſe in medios hoſtes. pro Domo ſua, 51. Iniicere terrorem mortis alicui. de Fin. 132. 7. Verr. 11. de prouinc. Conſul. 35. Iniicere timorem & deſperationem alicui. pro Mur. 136. & 5. in Verr. 172. & 5. Attic. 40. Quam te ſecutum inieciſſe putas petitioni tuæ? pro Mur. 133. Iſte hominibus miſeris, innocẽtibuſq. iniici catenas iubet. 7. Ver. 83.

Cui

Cui, in manu ſit, quem eſſe dementem velit, Quem ſapere, quem inſanire, quem in morbum iniici. 4. Tuſc. 112. Recte inuictus, cuius etiam ſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula iniici nulla poſſint, &c. 3. de Fin. 59. Atque in hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæſtioni præfuerat, iniectum eſſe memini. pro Clu. 63. Sperarunt ſe iniecturos vobis cauſam deliberandi & iudicandi iuſtam moram & religionem. pro Cæc. 285.

Iniiciens.

Se iniiciens animus & intendens. de Nat. d. 1. 38.

Iniectus.

Iniectus in hybernis. 7. fam. 29. Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam dubitatio, quidnam eſſet actum. pro Clu. 60. Timor iniectus Cæſari de eius actis. de Prou. 78. Et Parthis timor iniectus. Att. 5. 108. 5. Ne ſi nihil eſſet inuentum, temere a me tantus tumultus iniectus ciuitati viderentur. in Cat. 52. Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet, quam tu quoque approbas, &c. Att. 7. 123. 3. Iniecta glarea. 3. ad Q. fr. 4. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis penitus humati dicantur: id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret. 2. de Leg. 52. Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. pro Mur. 45. Spes homini eſt iniecta, non eadem quæ mihi, poſſe nos vna decedere. Att. 3. 35. Iniecta autem mihi ſpes quædam eſt velle mecũ, &c. Att. 10. 196. 4. Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iniectum. de Nat. d. 92. Nisi vero exiſtimatis hominem pecunioſum ſine aliqua cauſa quæſitus iniectum ad tam incredibile crimen. in Verr. 240. Suſpicionem iniectam eſſe alicui. pro Clu. 36. Eo metu iniecto, repente magna querimonia omnium diſceſſimus. ad Qu. fr. lib. 2. 5. 6. pro L. Man. 15. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, &c. 4. Verr. 47. Quid omnia tranſmarina vectigalia iuuabunt, tenuiſſima ſuſpicione prædonum aut hoſtium iniecta? de L. Agr. 80.

Inimicus.

Ille aſpicere te non poſſet, inimicus & hoſtis eſſet. 4. Verr. 41. Is aratoribus infeſtus atque inimicus eſt. in Verr. 134. pro Cæc. 291. M. Cato Galbæ grauis & acer inimicus. de or. 104. Nunc quidem acerrimus inimicus. Lęl. 38. Inimicus perennis amicorum ſuorum. 1. fam. 30. Inimicus cauſæ. pro Ligar. 15. Inimicus cœnis ſumptuoſis. 9. fa. 55. id eſt, alienus a cœnis. Inimicus fraudis. Off. 1. 153. Inimicus laudis alicuius. 1. fam. 16. Inimicus nomini Romano qui Latinas literas oderit. lib. 1. de Fin. 4. Cui ſemper fui amicus, antequam ille Reip. tam aperte eſt factus inimicus. in Ant. 244. Neceſſe eſt quidem, ſiquis ſibiipſi inimicus eſt, eum quæ bona ſunt, mala putare. 5. de Fin. 48. Vos iudex amicus aduerſario, & inimicus tibi eſt. de Or. 115. Grauiter inimicus. ep. 17. Quæ eſt tota Diodori vobis inimica ſententia. de Fat. 143. Aliquem ſibi eſſe inimicum atque hoſtem. de Fin. 131. Habere aliquem inimicum. ep. 12. Inimicum meum, tuum inimicum putaris. 15. fam. 20. Inimicũ te illi meo nomine eſſe nolo. 10. Att. 5. Gallia, quam ſibi armis animiſque infeſtam inimicamque cognouit. 10. Phil. 284. Ac videte, quam non inimico animo ſim acturus. 7. Verr. 7. Inimico animo dicere aliquid. pro Font. 279. Quod eos infenſo animo atque inimico venisse dicatis. 4. Verr. 306. Clamore alicuius infeſto atque inimico excitari. 3. Verr 8. Homines qui illi inimici infenſique ſunt. in Verr. 61. Qui mihi tam crudeliter inimici ſunt. At. 177. Mihi ſummã per iniuriã omnia inimica atque infeſta ſunt. pro Quint. 2. Inimicorum amicos non eſſe inſectandos. 14. Att. 25. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? de Prou. 73. Multos inimicos habemus. ad Q. fr. 302. Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quã eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpe dicere, hos num quã. Lęl. 76. Inimicis & hoſtibus ea diſplicere. de Inu. 61. Nemo illi inimicior, quam Clodius. de Vniu. 130. Nulla vox inimicior amicitiæ poteſt reperiri, quam eius qui, &c. de Amic. 53. Sed tamen nihil inimicius, quam ſibi ipſe. 10. ad Att. 43. Nihil inimicius, quam oratio verſibus. Or. 216. Nunc etiam impurum & ſceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorem, quam hoſ. Att. 9. 63. Inimiciſſimus huic imperio. de Amic. 10. Inimiciſſimus ſuus. pro Mil. 19. Motus animi auerſi a ratione, inimiciſſimi mentis, vitæque tranquillę. Tuſc. 216. Inimiciſſimi mei. 1. ad Qu. fr. 38. Inimiciſſima iura. pro Quint. 27.

Inimicitia.

Inimicitia, ira vleiſcendi tempus obſeruans. Tuſc. 4. 16. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur. labores? ſuſcipiantur. 7. Verr. 142. Intercedunt mihi inimicitię cum illo. pro Cæl. 44. Inimicitię hominũ potentium multos ad honores perduxerunt. 7. Verr. 141, & 142. Inimicitię nullæ maiores ſtudiorum diſſimilitudine. 5. Verr. 5. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſciis. pro Sext. Roſc. 21. Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quã indictę & apertæ. 7. Verr. 143. Inimicitiarum mearum odium. pro Mil. 58. & pro Mur. 51. Ad inimicitias aliquem vocare. 11. fam. 7. in ep. M. Brut. & Caſſii. Inimicitias cum quopiam communicare. 15. fam. 51. Denuntiare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria. pro Flac. 146. Libentius deponimus inimicitias Reip. nomine ſuſceptas, quam contumaciæ. 14. ad Att. 23. in epiſt. Ant. Deponere inimicitias iuſtiſſimas cum aliquo. pro Flac. 146. Deponere inimicitias veteres. pro Clu. 58. Qui cum inimicitias ſibi mecum ex Reip. diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe diait & temporibus, & Reipub. permiſſurum. pro Sext. 19. Inimicitias ſuas Reip. donare. 5. fam. 11. id eſt, amore Reip. deſinere inimicos odiſſe. Inimicitias inter aliquos eſſe. pro Clu. 53. Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. 1. Verr. 7. Inimicitias in viris fortibus non ſolum extinxit Reip. dignitas, ſed etiam ad amicitiam conſuetudinemque traduxit. de Prou. 73. Inimicitias hominum more gerere. pro Deiot. 21. Gerere graues inimicitias cum aliquo. Epiſt. 29. Nec enim vnquam muliebres inimicitias gerendas putaui. pro Cæl. 44. Inſitas inimicitias iſtæ gentes & habent, & gerunt cum populi Rom. nomine. pro Font. 280. Eum quare putes inimicitias cum fide habere poſſe? ad Her. 29. Nec me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. pro Rab. 127. inimicitias apertas in obſcuro odio oſtendere. 3. fam. 39. Inimicitias paternas perſequi. Acade. quæſt. edit. 1. lib. 2. 1. 4. in Verr. 11. Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris. ep. 115. Inimicitias reſidere in noſtris familiis. 14. ad Att. 25. Inimicitias ſumere. in Vatin. 21. Inimicitias alicuius ſuſcipere. 3. fam. 38. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumptus ſuſcipere nolunt. 1. off. 41. 7. Verr. 41. Inimicitiis incenſa contentio. de Opt. 245. Nonnullis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis. pro Clu. 57.

Inimicor.

Id ſi promittas, & incertum eſt, & in diem, & in paucioribus; ſin autem id neges, ſtatim abalienant ſe, & inimicantur. de Pet. Conſ. 31.

Inimice.

Ego autem, vide quam tecum agam non inimice. 2. Phil. 54. Nam qui admonent amice, docendi ſunt: qui inimice inſectantur, repellendi. 1. de Nat. d. 9. Si autem inimiciſſime atque infeſtiſſime contendere perſeueret, ſe paratum eſſe omni recta atq. honeſta ratione defendere. pro Quint. 45.

Iniquus.

Homo natura aſper, atque omnibus iniquus. pro Planc. 267. Seruilius Ioui ipſi iniquus. 10. fa. 27. iniquum eiorare aliquem. 12. Phil. 331. Cui præripere deſtinatam laudem valde eſſet iniquum. de haruſp. reſp. 144. Quod hi ferunt animo iniquo, qui certis, &c. Tuſc. 8. Iniquo infeſtoque animo intueri aliquem. in Verr. 265. Mea quæ ſemper fuerit ſententia: primum de pace vel iniqua conditione retinenda. Att. 8. 159. 8. 7. fa. 12. Iniquo iure ſocios imperari. 4. Verr. 119. Iniqui mei. 11. fam. 45. Multi iniqui atque infideles regno, pauci ſunt boni. ep. 151. Iniqui noſtri. pro Planc. 33, & 46. & 7. Verr. 139. Quorum iniqui ſermones cum ad me per homines honeſtiſſimos perferuntur. ad Lentulum, lib. 1. 9. 80. In quo æqui ſperaſſe eum dicunt, peccaſſe iniqui. pro Rab. 126. & pro Font. 280. Cæteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. ep. 5. Scio me a te contra iniquos meos ſolere defendi. ep. 182. Puto te ipſum Piſo perſpicere, quãto iſta ſit anguſtior iniquiorque defenſio, quam ſi illa vterere, Non fuerunt armati, cum fuſtibus & ſaxis fuerunt. pro Cæc. 47. Nam quid hoc iniquius aut indignius dici poteſt? pro Quint. 1. Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum ſcripſiſſe. Att. 85.

Inique.

Etſi inique Caſtorem Domitio comparo. pro Deiot. 149. Qui expulſi ſunt inique. pro D. ſua, 230. At hoc ipſum, inquies, inique facis, qui hoſtilis animi in Remp. homines, ciues appelles: ad Brut. 4. 1. Se inique a tuis iactatum grauiter querebatur. pro Planc. 270. Inique paciſci. 5. Verr. 29. Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis, vt quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur. &c. pro Clu. 44.

Iniquitas.

Iniquitas temporum. pro Roſc. Am. 1. Quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit? Parad. 49. Habere videtur iſta res iniquitatem, ſi imperare velis, difficultatem, ſi rogare. in Cat. 116. Defendere ipſi iniuriam propter iniquitatem temporum nõ audent. pro Roſc. Am. 1. In tanta hominum perfidia & iniquitate.

ep.3. Aequitas certat cum iniquitate. Parad. 119. & in Cat. 109. Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. p Q. 2. Iniquitatibus omnibus exerciti candidati. 1. Att. 30.

Initium.

Initium cognoſcendi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 29. Initium quærendi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27. Tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt. de Leg. 169. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter affert, ſic exitum mors. Tuſ. 268. Nec uero dubio quin calamitoſum bellum impendeat, cuius initium ducetur a fame. Att. 9. 180. 4. Ducere rerum initium ac legum ſuarum alicunde. de L. Agr. 31. id eſt, incipere. Cum Panſa Conſul, Imperator initium cum hoſtibus confligendi fecerit. 14 Phil. 408. Facere initium ab aliquo. con. Rul. 81. Facere initium armorum. Att. 107. & 146. Cædem enim gladiator quærit, cuius initium ad decimumtertium Cal. Octobres a me ſe facturum putauit. Caſſio, lib. 12. 3. Nec externis hoſtibus magis, quam domeſticis laborabamus, qui erant omnino ab initio belli. ad Brutum, 10. 1. Cui Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. ad Brut. 19. 2. Ab initio regum Romanarum uſque ad P. Mutium. 2. de Or. 28. Ab iſto initio tractus eſt ſermo, &c. de Cla. 119. Quemadmodum Senatus initio cenſuit. Epiſt. 7. Iſte qui initio proditor fuit, deinde perfuga, &c pro Sext. Roſc. 69. Adoleſcentulo uero ſic in initio accuſationis exanimatus ſum, &c. 1. de or. 60. Hoc eſt, cum inciperem dicere. Redeoque ad illud quod initio ſcripſi. Lent. 1. 7. 19. Illa initia, quæ Græce elementa dicuntur. Acad. 44. Initia amicitiæ ex parentibus repetere. 6. fam. 48 in ep. Bithynici. Initia belli ciuilis, &, extrema, contraria. 4. fam. 2 5. Initia inuentionis ab arte proficiſci debent. 2. ad Her. 37. Initia mathematicorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 107. Quæ ſint initia rerum, ex quibus naſcuntur omnia. de Diu. 110. Inde eſt indagatio nata initiorum, & tanquam ſeminum, unde eſſent omnia orta, generata, concreta. Tuſc. 5. 51. Tu uelim ut ſo initia dederint, ad me perſcribas. 3. Att. 42. Vt initia male poſuimus, ſic cætera ſequentur. 10. Att. 55. L. Beſtia bonis initiis orſus tribunatus, &c. triſtes exitus habuit conſulatus. de Cl. 65.

Initia.

Initia ut appellantur ea myſteria, ita reuera principia uitæ cognouimus, neque ſolum cum lætitia uiuendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. 2. de Leg. 36.

Initior.

Omitto Eleuſinam ſanctam, ubi initiantur gentes orarum ultimæ. 1. de Nat. deo. 163. 2. de Leg. 35. Reminiſcere, quoniam initiatus es, quæ traduntur myſteriis. 1. Tuſc. 24. Sacra, quibus ipſi initiati ſumus. de Leg. 177. Quibus profecto diligentiſſime ſanciendum eſt, ut mulierum famam multorum oculis lux clara cuſtodiat, initienturque eo ritu Cereri quo Romæ initiantur. 2. de Leg. 36. Scire uelim num cenſum impediant Tribuni diebus initiandis. Att. 60.

Initiatus.

Quæ quidem ſica, quibus abs te initiata ac deuota ſit, neſcio, quod eam neceſſe putas Conſulis in corpore defigere. in Catil. 100.

Iniucundus.

Minime nobis iniucundus labor. 1. de fin. 6. Rumor Dictatoris iniucundus bonis. ad Q. fr. 327.

Iniucundius.

Quæ res mihi aſperius a nobis atque noſtris, & iniucundius actæ uidebantur. Att. 1. 15. 1.

Iniucunditas.

Sed tamen prætereundum eſt, nequid habeat iniucunditatis oratio. 2. de Nat. d. 207.

Iniungo.

Tamen ſiquo etiam caſu Iſaram ſe traiecerint, nequod detrimentum reip. iniungant, ſumma a nobis dabitur opera. Brutus ad Cic. 11. 13. 20. id eſt, ne damnum inferant Reipub. Ita ab impia temeritate in deos, in homines iniunxit iniuriam. 3. de N. 122.

Iniuratus.

Hæc iniuratus ſum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. in Verr. 27. pro Syl. 173. In ſua lite iniuratus. p Roſc. Com. 26. Cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. pro Cæcin. 2. pro Flac. 70. Quod in codicem iniuratus referre noluit. pro Q. Ro. 45. Iuraui lingua, mentem iniuratam habeo. 3. off. 146.

Iniuria.

Iniuria eſt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine uitam cuiuſpiam uiolat. 4. Her. 185. Iniuria duobus modis fit, aut fraude, fraus uulpeculæ, uis leonis uidetur: utrumque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore. off. 1. 63. Iniuria ſemper fugienda eſt. offic. 1. 37. Nullam ei ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. Ep. 56. Iniuria fortunæ. de Nat. d. 1. 7. Iniuria Prætoris. pro Quint. 5. Iniuriæ dolor. 9. Att. 29. Iniuriæ pignora. 13. Phil. 347. Iniuriæ uulnus ſanandum. 15. fam. 22. Quid tibi tandem Deciane iniuriæ factum eſt. pro Fla. 160. Qui autem nec defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in uitio, quam ſi parentes aut patriam deſerat. Off. 1. 35. Accipere iniuriam ab aliquo. Top. 228. in Verr. 64. & de Cla. 275. Accipere quam facere præſtat iniuriam. Tuſc. 239. Ep. 7. & Att. 66. Accipere inſignem iniuriam. pro Quint. 14. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiſcantur ea quæ concupierunt: in quo uitio latiſſime patet auaritia. Off. 1. 37. Iniuriam conflare. pro Roſc. Am. 1. Non uenirem contra iniuriam, quam iſte interceſſoris iniquiſſimi beneficio obtinuit, non iure prætorio. in Ant. 161. Iniuriam decernere. pro Quint. 46. Iniuriam deprecater ab eo. 8. famil. 37. in ep. Cæl. Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit. Att. 162. Honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. in Ant. 222. Iniuriam grauiorem amicitiæ feceris. 10. Att. 28. in ep Cæſaris. Facere uel immittere iniuriam in aliquem. in Parad. 35. Facere iniuriam, & pati iniuriam. de Ami. 110. Facere magnam iniuriam alicui. in Verr. 193. Att. 151. & Epiſt. 66. Imponere iniuriam alteri ſine ignominia. pro Quint. 18. Inferre iniuriam & propulſare. 1. off. 35. Iniuriam ſtupri in aliquem inferre. de haruſp. 252. Ita ab impia temeritate in deos, in homines iniunxit iniuriam. 3. de N. 122. Iniuria obtinere. 2. Phil. 30. Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. 12. Phil. 325. Per iniuriam ereptus. 8. fam. 40. in ep. Cæl. Per iniuriam aliquid facere. 1. in Verr. 30. Videa ipſum ab ſeſe tam atrocem iniuriam propulſare. pro Sext. Roſc. 86. Quid eſt .n. in calamitate reſiduum, quod non ad miſeros aratores iſto Prætore per ſummam iniuriam ignominiamque peruenerit? in Verr. 199. Ab iniuria temporis abeſſe. 16. fam 9. Ab iniuria deterrere. 5. fam. 5. Abſtinere iniuria. 3. off. 94. Non iniuria tibi illud accidit. 3. de Nat. d. 129. Iudicium damni iniuria conſtitutum. pro Q. Roſc. 50. Litem damni iniuria cum aliquo conteſtatam eſſe. pro Q. Roſc. 54. Hoc horret Milo, nec iniuria. ad Q. fr. 3. 24. 7. Nec mehercule iniuria. de N. 64. In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt: æque turpe atque illud de quo ante dixi: nec iniuria: propterea, &c pro Roſc. Am. 68. Ita non iniuria, quotieſcumque dicerent, id quod aliquando poſſet accidere, ne id accideret, timere. 1. de Or. 61. de pudore ſummorum oratorum loquitur. Cum tua iniuria. 12. fam. 53. Ex tua iniuria in illum tibi liberalem me uideri. 1. ad Q. fr. 44. Iniuria nulla exhauriri poſſet amor. 2. Att. 53. Nulla iniuria te laceſſimus. 11. fam. 5. in epiſt. M. Brut. & Caſſii. Iniuria ſuſpectus ciuibus fuit. 1. in Cat. 12. Iniuria hærere in tam bonis ciuibus non poteſt. 6. fam. 16. Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Off. 1. 49. Iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe a metu proficiſcuntur, cum is qui nocere alteri cogitat timet ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. off. 1. 35. Iniuriæ imperii noſtri. 15. fam. 4. Iniuriæ impunitæ & inultæ. 1. in Ver. 28. Quocumque aſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. Parad. 119. Iniuriarum actio non ius poſſeſſionis aſſequitur. pro Cæc. 26. & 2. de Inu. 164. Iniuriarum iudicium. 2. ad Her. 25. & 2. 53. Iniurias meas perinde doleas, ut, &c. 8. fam. 38. in ep. Cæl. Grauiſſimas iniurias communis concordiæ uoluntaria quadam obliuione contriueram. Lentulo, lib. 1. 9. 176. Iniurias facere. 1. Verr. 28. iniurias aliquem inferre. pro Sext. 49. Vt meum ius teneam, & tuas iniurias perſequar. pro Cæc. 291. 4. in Verr. 7. & 1. 28. Iniurias relinquere. 3. in Verr. 59. Iniurias reuellere. 5. Att. 38. Cæteris iniuriis, quæ propoſitæ ſunt a Catone, facile, ut ſpero, reſiſtemus. Lent. 1. 5. 14.

Iniurium.

Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens ſi potuerit? negat, quia ſit iniurium. 3. off. 120.

Iniurioſus.

Auaritia eſt iniurioſa appetitio alienorum. ad Her. 33. Ratio deſcriptionis refellitur, ſi iniurioſa fuerit. ad Her. 9. Ab inuito emere iniurioſum eſt. con. Rull. 63. In ſocios uero iniurioſum & contumelioſum eſt, iis præmiis excluſos eſſe, quæ, &c. pro Cor. 59. Quod ſi pœna, ſi metus ſupplicii, non ipſa turpitudo deterret ab iniurioſa facinoroſaque uita, nemo eſt iniuſtus. 1. de Leg. 59. Primum in eo peccant, quod iniurioſi ſint in proximos. 1. Offic. 68.

Iniurioſe.

Quæ in magiſtratu iniurioſe decreuerant, eodem ipſis priua-

tis

tis erat iure parendum. ad Q. fr. 294. Qui ſi eripuerit ſe nobis (quod uelim temere atque iniurioſe de illo ſuſpicati ſint homines) oro, atque, &c. Brutus ad Cic. 13. 1. Maiores ueſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt.pro Lege.Ma. 6.

Iniuſſus.

Sed quidam iudices in his Opimius Victor, Antius Tr.pl.appellarunt,ne iniuſſu populi iudicarent.Att.4. 85.8.4.Verr.9.Vetat enim dominans ille ,in nobis Deus , iniuſſo hinc nos ſuo demigrare.1.Tuſc. 116. vetatque Pythagoras iniuſſu imperatoris, ideſt Dei,de prędio & ſtatione uitæ decedere . de Sen.66.Placet ne tibi primum edere iniuſſu meo? Att.210. Iniuſſu populi . pro Rab.92.& de In.53.Mittis iniuſſu Prætoris. pro Q.15.Populus Rom.non poteſt iniuſſu ſuo religione obligari . pro Cor.62.

Iniuſtus.

Nemo erit tam iniuſtus,qui,&c.pro Flac. 164. Vir maleficus natura & iniuſtus. Toſc. 239. Id quam iniuſtum in patriā eſſet, non uidebat.off.68.Imponere iniuſtum onus alicui. or.200.Me vero iam pertimeſcente , ut illam non Norbani ſeditionem,ſed illam pop.Romani iracundiam,neque eam iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderet.'2. de or. 112. Qui perniocioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerunt. de Leg.71.Iniuſta omnia, ut turpia,ſic indecora.off.1. 135. Poſteriora autem mea ſcribendo tuis iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt . 5.famil.47.

Iniuſte.

Facis iniuſte Lęli.pro Flac.154.Nec homini infanti iniuſte facta conducunt.de Fin.59. Iniuſte impetum in quempiam facere off.5.Quam multa uero iniuſte fieri poſſunt , quæ, &c.2.de Fin, 93.Is iniuſte neminem læſit.pro Mur. 145.

Iniuſtitia.

Iniuſtitię genera duo ſunt : vnum eorum qui inferunt, alterū eorum,qui ab iis,quibus infertur, ſi poſſunt , non propulſant iniuriam.1.off.35.Totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum,qui tum,cum maxime fallunt,id agunt, ut uiri boni eſſe uideantur. off.1.65.Qui aliis nocent,ut in alios liberales ſint , in eadem ſunt iniuſtitia, ut ſi in rem ſuam aliena conuertant.offic. 9. & de Nat. deor.74.

Innaſcor.

Sed illud odioſum eſt , quod in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur.1.off.92.Deis innaſcitur ratio recta conſtāſque. 2.de N.d. 48.Sapientibus a principio innaſcitur ratio.de N. d. 2.15.Cum hæc domi innaſcantur. Att.18.

Innatus.

Innatus in nobis amor cognitionis & ſcientiæ . 5. de Fin.86. Reliqua eſt ea cauſa iudices, quæ non iam recepta , ſed innata eſt neque,&c.7. Verr. 108. Innata ſimul & inſita in ſe conuerſio.de Vniu.57.Probitas gratuita homini innata eſt, non inuitata uoluptatibus.2.de Fin.159.Non opinio , ſed quędam innata uis.de Inu. 70, & 81 . Id animis eorum inſitum atque innatum uidetur. in Verr 225.Hoc non receptum eſt, ſed innatum . de Vniu.164. Omnibus innatum,& in animo quaſi inſculptum . de N.d.1.10. Inſitam quamdam uel potius inuſtam cupiditatem ſcientię habemus.4.de Fin.6.Speciæ autem comparantur, ut, &c.& ut innata atque inſita,aſſumptis & aduentitiis ; integra , contaminatis. in Top.36. Inſitas , uel potius innatas deorum cognitiones habemus.1.de Nat.d.63.

Innato.

Itaque cum piſciculi parui in concham hiantē innatauerint, tum admonita a ſquilla Pina , morſu comprimit conchas.2. de N.d.184. Quot genera , quamque diſparia partim ſubmerſarū, partim fluitantium & innatantium beluarum . 2. de Nat.d.73.

Innixus.

Intendit crinitus Apollo Arcum auratum luna innixus . 4. Acad.q.160.Etenim vix hæc,ſi undique fulciamus , iam labefacta , uix inquam innixa in omnium noſtrum humeris cohærebunt. de haruſp.reſp.56.

Innocens.

Vt enim innocens is dicitur,non qui leuiter nocet,ſed qui nihil nocet:ſic ſine metu is habendus eſt, non qui parū metuit,ſed qui omnino metu uacat. Toſc.5.31.Innocens Prętor.in Verr.67. Vir bonus & innocēs.de claris or.93.Innocens, integer,religioſus uir.6.Verr.6 Innocens ſi accuſatus ſit,abſolui poteſt: nocens niſi accuſatus fuerit,condemnari non poteſt.pro Roſc. Am. 33. Vt mihi quidem qui tam magno animo fuerit,innocens damnatus eſſe uideatur. Tuſc. 1. 90. Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus , in Catil. 107. Epiſtolam tuam conſcidi innocentem,nihil enim habebat,&c.7.famil. 55. Vita innocentium . Part.133.& pro Mur.138.

Innocentiſsime.

Velim mihi reſpondeat,nunquid hi, &c.ante fuerint,&c.quū eos res ſuę geſtæ,& uita innocentiſſime acta commendauit . in Salluſt.2.

Innocentia.

Innocentia eſt affectio talis animi,quæ noceat nemini. Tuſc. q.3.14.Singularis integritas atque innocentia.1.Verr.15. Innocentia.Q.Mutii.in Verr.114.Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt.Or.218.Ingenii præſidio,pęna iudiciorum liberare innocentiam.1.de or. 101. Summa integritate & innocentia uir.3.Phil.141.

Innouo.

Quo te modo ad tuam intemperantiam ſcelerate innouaſti?in Piſ.71.

Innoxius.

Quantoque ſuam uitam ſuperiorem atque ampliorem,atq; antiquiorem in animum inducent eſſe, quam innoxiorem? de Sen.Hoc eſt,minus nocuam.

Innumerabilis.

Multitudo innumerabilis.poſt red.in Senatu.9. Innumerabilis deorum numerus.de Nat.d.1. 55. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.5.Ver.40.& 2. 8.pro Quint.20.Multi & innumerabiles.1.de Fin.50. Innumerabiles mundi a Democrito,qui & oriantur & intereant quotidie.lib.1.de Fin.16.& Acad.q.ed.1.lib.2.52. Innumerabilia cōplecti.Acad.q.ed.1.lib.1.105. Infinita uis innumerabilium atomorum.de Nat.d. 12. Innumerabiles eſſe mundos Anaximandri eſt opinio.de N.d.1.19. Docuit enim nos idem qui cętera , natura effectum eſſe mundum,&c.ut innumerabiles natura mundos effectura ſit,efficiat,effecerit.de Nat.d.1.38.

Innumerabilitas.

Innumerabilitas(inquis)ſuppeditat atomorum.de N.d.1.77. Innumerabilitas mundorum. 1.de N.d.99.

Innumerus.

Ecce tibi exortus eſt Iſocrates,magiſter iſtorum omnium,cuius e ludo tamquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.2.de or.52.

Innuo.

Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo.ad Allienum, lib.13. 79. 2. Atque ille ut ſemper fuit apertiſſimus non ſe purgauit , ſed indicauit atque innuit. pro Mur. 48. Quid ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet , imo innuiſſet modo?ad Her.32.

Innuptus.

Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis.3.de or.121. ideſt, cōtra ius factis.

Ino.

Ino,Cadmi filia,Leuchotea nominata a Gręcis , a Romanis Matuta habita. Toſc.1.24.& 3.de Nat.d.27. & 33.

Inobſcuro.

Cui ſi ſtatuam in Roſtris decreto ueſtro ſtatueritis,nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit in obliuio.9.Phil.263.

Inofficioſus.

Aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi,& in noſmetipſos. 13.Att.34.

Inopinatus.

Inopinata res & recens.pro D.ſua.7.Nec hoc tam re eſt , quā dicto inopinatum atque mirabile.Parad.44. Improuiſum & inopinatum hoc tibi accidit.4.Verr.48. Cum nihil improuiſum accidere poſſit,nihil inopinatum. Tuſc. 217. Hæc enim ferre tū habemus in promptu, nihil oportere inopinatum uideri . 3. Tuſc. 92.Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt , aliæ autem ex inopinato obſeruant,& ſi quid incidit,arripiunt.2.de N.d. 183. Res tātæ tamque inopinatę.Ep.185.Noua tibi hęc ſunt, & inopinata?4.Verr.15.Repentina & inopinata,grauiora.3.Tuſc.77.

Inopportunus.

Etenim eſt huic loco noſtro ſedes non inopportuna ſermoni. 3.de or.11.

Inops.

Non erat abundans,non inops tamen.de Cl.128.Thermus cū Syllano cōtēdere exiſtimatur,qui ſic inopes & ab amicis & exi

ſtimatione

ſtimatione ſunt,ut,&c. Att.1.2. Tam inops autem eram ab ami cis,aut tam nuda Reſp.a magiſtratibus?pro D.ſua.46. Inops ad ornandum,& expedita ad inueniendum diſciplina Hermagoræ. de Cl.or.142. Inops & exhauſtum ærarium.5. Verr. 140. Inops cauſa.9.fam.21.Nam quos præmeretur inops multitudo ab iis qui maiores opes habebant,&c.2.Off.58. Inops dicendi ſapientia.1.de Inu.4.Inops humanitatis.2.de Or.23. Non tardus ſcotentiis,non inops uerbis, uoce canore facetus ſatis.de Cl. or. 133. de C.Lentulo.Magnum eſt enim te comparare ea,quibus poſſis hominem e ciuitate,præſertim non inopem neque infimum,exturbare,&c.pro Mur.43. Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur.3.de Fin.80. Tum intelligitur quam fuerint inopes amicorum.Læl.48.

Inopia.

Inopia atque egeſtas alicuius. in Cat.109. Inopia & ſolicitudo alicuius. Q.ſ.294.& pro Q.1.Inopia,fames & ſumma annonæ caritas.3.off.66.Inopia argumentorum.pro Roſc. Am. 48. Inopia & ieiunitas oratori cauenda.de Cl.or.1.Ideſt, cauendum ne inopem & ieiunam orationem ſcribat.Magna igitur, ut uides, ſolicitudine afficior,magna cõſilii inopia.Att.6.114. Criminoſi inopia ſummam laudem alicui uitio dare.pro Roſc.Am.28.Frugum inopia & copia.pro D.ſua.14.Inopia iudicum. 1. Att. 36. Rei frumentariç inopia.pro D.ſua.4.Inopia omnium rerum peſſime accepiç 11.ſam.22.in ep.D.Brut. Inopia rerum impedior, quas nullas habeo literis dignas. 11.Att.6.Ad inopiam propulſandam.11.Att.47.Homines mea opera inopiam frumenti eſſe clamauerunt.Att.53. Si propter inopiam in egeſtate eſtis,pecuniam non habetis.1.de Inu.101.2.in Cat.43.Quod facile potuit propter inopiam tecti in foro pernoctans.pro D.ſua.62.de Seduſio principe.Humilem ſane relinquunt, & minime generoſum (ut ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia atque indigentia naſci uolunt.de Amic.29.Inopia potius quam ferro conficeretur.11.ſam.17.in ep.D.Brut. Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam eſſe nolunt.de Amic.101.In ſumma inopia leuis eſſe ſenectus non poteſt ne ſapienti quidem, nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis.de Sen.8.

Inoratus.

Ameriam re inorata reuerterunt legati.pro Roſc.Am.15.

Inordinatus.

Idque ex inordinato in ordinem adduxit.de Vniu.11.

Inornatus.

Dum intelligamus hoc eſſe Atticum Lyſia, non quod tenuis ſit atque inornatus:ſed quod nihil habeat inſolẽs atque ineptũ. in or.15.Tenuis & inornatus orator.in Or.16.Nuda & inornata breuitas.2.de or.185.Nuda atque inornata inuentio.Her.41. Mulier inornata.in Or.43.

Inornate.

Non inornate dicere.ad Her.34.

Inquilinus.

Vbi igitur,inquies,philoſophia tua, illa quidem inquilina? ep.254.At uero te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia uocibus ebriorum,&c.2.Phil.103.Tabernç mihi duæ corruerunt,reliquæ rimas agunt:itaque non ſolum inquilini, ſed mures etiam migrauerunt.14.Att.11.

Inquino.

Quos tu ſi ſodales, uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas crimioſo.pro Planc.37.Sed idem caſus ignarum quid profiteretur,iſtius impuriſſime pecudis ſordibus inquinauit. in Piſ. 95. Vt domeſtica tua inhumanitate noſtrç ciuitatis inhumanitatem inquinares. pro Deiot. 23. Quibus cæcati uelut domeſticis uitijs atque flagitiis ſe inquinaſſent.1. Tuſcul. 59. Agros ereptos Reipublicæ turpiſſimis poſſeſſoribus inquinare.2.Phil.60.Largitione comitia inquinare.de Pet.Conſ.37.Inquinare alicuius reditum. 2. Phil. 98. Libidinibus ſe inquinare.1.Tuſ.114.inquinare ſe parricidio.Tuſ.5.4.Obſcurare & inquinare ſplendorem.5.de Fin.38.

Inquinatus.

Ore,lingua,manu,omni uita inquinatus homo. pro Cælio, 62.Verſus inquinatus. de or. 212. Aqua turbida & cadaueribus inquinata.4.Tuſ 137.Vita omnibus uitiis inquinatæ.pro Roſc. Am.40.inquinatum uitiis factum.3. off. 79. Si in uerbis nihil inquinatum eſt.de Opt.243.inquinatum,deformatum, peruerſum,conturbatum iudicium,de haruſp. reſp.22. Ludi deformati,inquinati,peruerſi,conturbati de haruſp.249. Qui arbitrabantur homines ſceleribus & parricidiis inquinatos,&c.de Fin.4.53. A quo ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accuſando fuit?de haruſp.47.Quis in uoluptatibus inquinatior?pro Cæl. 40.Nihil enim illo inquinatius.pro Flac.42.Hoc eſt, ſordidius & turpius.Sermo inquinatiſſimus.in Ver. 161. Quæ ſordidiſſima eſt illa quidem ratio & inquinatiſſima.off.2.29.

Inquinate.

Admodum inquinate loqui.de Cl.Or.177.Confluxerunt in hanc urbem multi inquinate loquentes.de Cl.118.

Inquio.

Aucupari uerba oportebit,inquio:ut ea,quæ ſunt frigidiora,uitemus.2.de or.144.Numquam uidi,inquis,animam, &c.de Nat.d.1.61.Quas tu mihi interceſſiones inquis?in Ant.157.En, inquit,mihi hæc ego patior quotidie.Attic.68.Is mihi,inquit, te,&c.Quin.Fr.301. Quaſi enim ipſos introduxi loquentes, ne inquit,& inquam ſæpius interponeretur. de Amic. 96. Vbi ſunt Pamphile,inquiunt,ſcyphi?6.Ver.28.Nil hoc ad ius, ad Ciceronem inquiebat Gllus. Top.224.Tu uero,inquiſti,moleſtus non eris.2.de or.144.Ergo,inquiet aliquis,donauit Pop.Syracuſano illam hæreditatem.4.Ver.30.Quid amor?inquiet quiſpiam. ad Her.12.Sed tamẽ hoc iucundiſſimum, quod te intellexi ad eum uenisse,vt eius animum erga me perſpiceres,hoc mihi, inquam, accidit iucundiſſimum.Att. 100.Idem ille ego,&c.idem, inquã ego,&c.Attic.12. Delector enim,quamquam te non poſſum, ut ais,corrumpere:delector,inquam, familia noſtra & nomine. de Fin.79.Hunc unum diem,hunc unum inquam hodiernum diem defende ſi potes. 2. Phil. 108. Reſpub.quam uos uniuerſam ueſtris humeris,ueſtris,inquam,humeris ſoſtinetis. pro Flac. 164. Per mihi,per inquam,mihi gratum feceris. Att.20.Crux,crux inquam,miſero comparabitur.in Verr.269. Atque ego hanc orationem P.C.tam triſtem ſuſcepiſſem,non, inquam, niſi, &c. de haruſ.258 Multo hæc,inquam,noſtra res maior.Att.11.Hæc tu, &c.tamen nunquam perpetrere,&c.non inquam, perpetrere, ut homines,&c.5.Ver.110.Quonam modo, inquam, ſi una uirtus,&c.id ergo inquam,ſi,&c.de Fin.92. Quæ ſi quos inter ſocietas eſt,&c.hæc eſt inquam ſocietas,quç &c.de Amic. 111. Idem non aſſequi dedecus eſt noſtrum, noſtrum inquam te coniungens.Attic.101.

Inquiro.

Nimirum didici etiam, dum in iſtum inquiro artificum nomina.6.Verr.4.Vera illa honeſtas quam unam maxime natura inquirit.Tuſc.190.Tum autem inquirunt, aut conſultant, conducat id,necne,&c.off.2.Ego forte datum offenderem, ut etiam inquireret in eum quem reliquiſſem?Att.6.117.6. Ne nimis diligẽter inquiras in ea quæ iſto modo memoriæ prodita ſunt. 1. de Leg.3. Peregrini autem atque incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere,nihil de alieno inquirere,minimeque eſſe in aliena Rep.curioſum.1.off. 175. Studioſe inquirere in aliquem.or.215.& pro Mur.134.Scis tu illum accuſationem cogitare,inquirere in competitores, teſtes quçrere? pro Mur.42.In hunc oculi omnium coniiciuntur,atque in eum quid agat,quemadmodum uiuat inquiritur.2.off.63. Itaque cum ego diem 10 Siciliam inquirendo perexiguam poſtulaniſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiore diem poſtularet.2.Ver.4.Quod te accuſaturus ſit,ad inquirendum in te uenerit.6. Verr. 127. In inquirendo alicuius multa furta cognoſcere.in Ver.96.

Inquirens.

Is nimium inquirens in ſeſe,atque ipſe ſeſe obſeruans:metuenſque ne uitioſum colligeret,etiam uerum ſanguinem deprauabat.de clar.or.191.Amore mortis inquirens terminum mali. 2. Tuſ.45.Occulta enim erant uitia non inquirenti.11.Phil.296.

Inquiſitio.

Non placet mihi inquiſitio candidati prænuntia repulſæ.pro Mur. 41. Inquiſitio atque inueſtigatio ueri in primis hominis eſt propria. off.1.21. Lege hac noua certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus.pro Flac.148. Et quem exiſtimatis unquam ulla in prouincia reum abſentem contra inquiſitionem accuſatoris,tantis opibus,tãta cupiditate eſſe defensũ.4.Verr.7.

Inquiſitor.

Ille Achaicus inquiſitor.2. Verr.4.

Inrogo.

Ne inroganto priuilegia.3. de Leg. 11. Cum inrogaſſit magiſtratus,per populum mulçç pœnæ certatio eſto.3.de Leg.5.

Inſannabilis, *Vide poſt*, Inſanitas.

Inſanus.

Si quis mihi male dicit,petulans & plane inſanus uidetur.de Or.137.Inſanus,prima litera producta. or.90.Homo fraternis flagitiis,ſororis ſtupris inſanus.pro Seſtio, 6.Hoc eſt ſcriptoris non furentis,non inſani,ſed diligentiã adhibentis. de Diu.131.

Inſani, quorum mens motu, quaſi morbo perturbata eſt. Tuſ. 3. 8. & 9. Quod idem contingit inſanis, ut & incipientibus furere, ſentiant, & dicant aliquid quod non ſit, id uideri ſibi: & cum re laxentur, ſentiant, &c. 4. Acad. 96. Atq; quæ ille cæſis lucis ob ſtructionem inſanis molibus oppreſſerat. pro Mil. 118. Similis iſtius cupiditas, hoc etiam acrior atque inſanior, quod illa cupiebat id quod uiderat: &c. 6. Verr. 35. Homo inſaniſſimus. pro Sex. Roſc. a 3. Inſaniſſima concio. pro Mil. 34.

Inſanio.

Adhuc certe (niſi ego inſanio) ſtulte omnia, & incaute. Att. 7. 37. Hominem longe audaciſſimum nuper babuimus in ciuitate C. Fimbriam, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos qui ipſi quoque inſaniūt, inſaniſſimum. pro Roſc. Am. 19. Qui in morbo ſunt, ſani non ſunt, & omnium inſipientium animi in morbo ſunt, omnes inſipientes igitur inſaniunt. Tuſc. 172. In alienos inſanus inſaniſti. or. a 19. Inſanire apertiſſime. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 22. Qui vaticinari atque inſanire dicebat. pro Sext. 7. Ain' tandem? inſanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum, ut ſcribis, fulmina tum inſanires, ſi conſequi non poſſes. Ep. 139. Vt ſine illa dubitatione inſanire omnibus ac furere uideretur. 6. Verr. 35. Othonem uincas uolo: nec tamen inſaniturum illum puto. 13. Attic. 39.

Inſaniens.

Inſanienti ob amorem quæ adhibenda curatio. Tuſc. 4. 62.

Inſania.

Inſania, inconſtantia ſanitate uacans. Tuſc. 3. 10. Ita fit ut ſapiētia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademque dementia. Tuſc. 191. Inſania in ſapiētem cadere non poteſt. Tuſc. 3. 10. Quod uelle efficere non mediocris inſania eſt. Acad. q. ed. 1. l. 2. 51. Nomen inſaniæ ſignificat mētis ægrotationem & morbum, ideſt inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam. Tuſc. 3. 7. Hanc enim inſaniā, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, a furore diſiungimus. Tuſc. 3. 9. Incidere in inſaniam. in Piſ. 89. Ea uilla quę nunc eſt, tamquam philoſophia uidetur eſſe, quę obiurget cęterarum uillarum inſaniam. ad Quint. fr. 3. 5. Inſulſitatem & inſolentiam tāquam inſaniam quamdam orationis edit: ſanitatem autem & integritatem, quaſi religionem & uerecundiam oratoris probat. de cl. or. 191. Quis inſaniam libidinum recordatur? qui, &c. pro Syl. 180. Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. ad Sulp. libro. 4. 1.

Inſanitas.

Inſipientia autem quaſi inſanitas, quæ eſt inſania, eademque dementia. 3. Tuſc. 7.

Inſanabilis.

Inſanabilis morbus. Tuſc. 228. Ego uero ſi mihi uni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi inſanabilis, illi mortifera, quam Reip. impoſuiſſem, &c. pro Sext. 35. Parcet & amicitijs & dignitatibus, uitabit inſanabiles contumelias. in or. 48.

Inſatiabilis.

Inſatiabilis cupiditas ueri uidendi. Tuſc. 1. 37. Inſatiabilis uoluptas. 4. de Fin. 19. Quorum omnium incredibilis multitudo inſatiabili uarietate diſtinguitur. 2. de Nat. d. 142. Cupiditates enim ſunt inſatiabiles. de Fin. 109. Nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem ſolertiamque præſtantior. 2. de Nat. d. 117.

Inſaturabilis.

Inſaturabile abdomen. pro Sext. 95.

Inſaturabiliter.

Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit ætas temporum ſpatia, annisque præteritis inſaturabiliter expletur. 2. de Nat. d. 47.

Inſciens.

Inſciente collega. Epiſt. 15. 44. Illo abſente & inſciente migrare. Ep. 106. Chryſippus diſceſſit a puero inſciēte me. Att. 7. 121. 30. Sunt ea quidem innumerabilia, quæ a diuerſis emebantur non inſciente te. 2. Phil. 95. ideſt, quod ipſum non ignorabas. Hæc introducta conſuetudine ſæpe inſcientibus nobis & cœnātibus obrepit. ad Tironem, lib. 16. 21. 8. Virum enim inſcientem vulgis contra fœdera, feciſſe, an ſcientem? pro Corn. Balbo, 8.

Inſcientia.

Interpretum ſcientia. 1. de Diuin 193. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29. Inſcientia multa uerſatur in uita. Acad. 36. Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientię. 3. de Nat. d. 67. Vos denique in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ. pro Sylla, 30. Sed inter ſcientiam & inſcientiam, cōprehenſionem illam, quam dixi, collocabat. 1. Acad. 59. Is non ſolū inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit. de or. 192. Ex inſcientia opinio exiſtit ſecundum Zenonem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29. Ex inſcientia laborare. 2. de Inu 125.

Inſcienter.

Partitione autem ſic utendum eſt, nullam ut partem relinquat: ut ſi partiri uelis tutelas, inſcienter facias, ſi ullam prætermittas. in Top. 16. Eoſque qui perſuadere uellent eſſe aliquid, quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2. 18.

Inſcite.

Inſcite autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo ſapientiæ comparatur. 3. de Fin. 39. Non inſcite tamen dicitur. Tuſc. 2. 42. Vt non inſcite illud dictum uideatur in ſue, Animum illi pecudi datum pro ſale, ne putreſceret. 5. de Fin 68. Inſcite facere aliquid. de Fin. 95. Democritus non inſcite nugatur ut Phyſicus. de Diu. 114. Quid inſcitius autem eſt, quam mētes mortalium falſis & mendacibus uiſis cōcitare? de Diu. l. 2. 99. id eſt, abſurdius. Quid autem eſt inſcitius, quam tam naturā quæ omnes res ſit complexa, non optimam dicere. de Nat. d. 51.

Inſcitia.

Inſcitia barbarorum. 9. fam. 6. Imprudentia & purgatione cōfertur, cuius partes ſunt inſcitia, caſus, neceſſitas. de Inuent. 51. Ineuntis ætatis inſcitia ſenum regēda prudentia eſt. off. 25. Sed in noſtris inſcitia eſt. de Cl. 170. Inſcitia plane loquendi. de Na. d. 18 & de or. 156. Inſcitia negotij gerendi. de Prou. 91. Non rerum uitio, ſed interpretum inſcitia. de Diu. 104. Non ſuperbia neque inhumanitate, ſed huius diſputationis inſolentia, atque harum rerum inſcitia. de or. 93. Inhumanus uideatur temporis inſcitia. off. 29. O miſerabilem inſcitiam differendi. de Fat. 147. Propter errorem & inſcitiam. de Inu. 42.

Inſcius.

Nec uero ſum inſcius, eſſe utilitatem in hiſtoria, non modo uoluptatem. 5. de Fi. 94. Aliquem inſcium faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi, adhiberi ad probādum aliquid. de Opt. 244. Socrates ſe omnium rerum inſciū fingebat & rudem. de Cl 162. Quam artem ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio? 4 Acad. q. 45. Te me ignaro, nec opinante, inſcio, notes & tuos, & tuorum neceſſarior, &c. pro Planc. 32. Quoniam nos ad mortem inſcij miſiſtis. in Ant. 222. Pręcepta quæ inſcij imperitique pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt. de Leg. 171.

Inſcribo.

Eoſque libellos rhetoricos inſcribūt. de or. 154. Quid noſtri philoſophi? nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contēnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? 1. Tuſc. 54. pro Arch. 19. Oratorem meum, ſic enim inſcripſi, &c. Ep. 255. In ſtatua, quam poſuit in roſtris, inſcripſit, Parenti optime merito. Caſſio, lib. 12. 6. Qui ueſtris monumētis nomē ſuum inſcripſit. pro D. ſua, 257. Epicurus qui tantummodo induit perſonam philoſophi, ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit. Tuſc. 5. 54. Quis robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit? de Diu. 126. Et ſi omnia aut ſcripta eſſe a tuis arbitror, aut etiam nuntijs ac rumore perlata, tamen ea inſcribam breui, quę te puto potiſſimum ex meis literis cognoſcere. Att. 4. 70. 4. Quid aliud in bonis ſepulchro inſcriberes? Tuſc. 148 Inſcribere aliquid breui. 4. Attic. 2. Vt illi non infundere in aures tuas orationem, ſed in animo uideantur inſcribere. 2. de or. 193. Quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere non liceret? 1. Toſ. 54. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. off. 51. Sed de amicitia alio libro dictum eſt, qui inſcribitur Lælius. off. 39. In illo libro qui inſcribitur Memnon. 1. Tuſcul. quæſt. 89 4. Acad. q. 24. Qualem Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur. de Seneſt. 12. Oratio Cottæ pro lege uaria, quæ inſcribitur. de cl. or. 183. Antiochus contra ſuum doctorem librum edidit, qui Soſus inſcribitur. Acad. q. 4. Atque etiam inſcribi iuſſit in ſtatuis Cæſari dictatori perpetuo. in Ant. 177. Statuas equeſtres poni inſcribiq. iuſſiſti. in Ver. 143.

Inſcriptus.

Tu faſciculū, qui eſt M. Curio inſcriptus, uelim cures ad eum perferendum. 8. Att. 17. In eo libro qui eſt inſcriptus Hortēſius. de Diu. 108. Sit denique inſcriptum in fronte uniuſcuiuſque ciuis quid de Rep. ſentiat. 1. in Cat. 23. Nihil eſſe inſcriptum, aut poſſe ualere dixit. pro Domo ſua, 226. Sepulchrum inimico nomine inſcriptum. pro Domo. 233. Equeſtris ſtatua inaurata, in qua inſcriptum eſt, quinque & triginta tribus patrono populi Rom. in Ant. 207. Q. Cicero puer legit, ut opinor, & certe epiſtolam inſcriptam patri ſuo: ſolet enim, &c. Att. 6. 36. Deceptus

indicibus librorum qui ſunt fere inſcripti de Repub. notis, &c. de or. 114. Verſus in monimento inſcripti. Tuſc. 241. Vt ſi quæ eſſent inciſę aut inſcriptæ literæ, tollerentur. pro Domo. ſua, 241. In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria I I I, duo m m. de orat. 138.

Inſcriptio.

Inſcriptio libri. Top. 221. Quid operum publicorum exactio, quid inſcriptio nominis tibi? pro D. ſua, 223. Inſcriptionis præclaræ me memorem eſſe cogeret. 7. ad Att. 15. Decernere alicui ſtatuam in roſtris cũ inſcriptione præclara. in Ant. 247. & 219. Quod de inſcriptione quæris, non dubito quin καθῆκον officiũ ſit, ſed inſcriptio p enior de officijs. At. 16. 30. Inſcriptiones falſæ ſtatuarum alienarum. 6. Att. 10. Cumque ego egiſſem de iſtis operibus & inſcriptionibus, perbenigne mihi reſpondit. ad Quint. frat. 310.

Inſculpo.

Inſculpſit in mentibus natura, ut deos æternos & beatos haberemus. de Nat. d. 1. 33.

Inſculptus.

Omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. 2. de Nat. d. 10. In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas. de Diu. 126 Itaque ut literis conſignamus, quæ monumentis mandare uolumus, ſic ille in animo res inſculptas habebat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3.

Inſeco.

Aliquem ore attingere & dentibus inſecare. 4. ad Her. 229.

Inſector, *Vide* Inſequor.

Inſedatus.

Graue, inſedatum, turbulentum genus. Part. 41.

Inſepultus.

Inſepultura. 1. Phil. 3. Veſtra uirtus nec obliuione eorũ qui ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. 14 Phil. 406. Frangetis impetum uini, cuius uix ſuſtinetis furias inſepulti? pro Mil. 70. Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium 4. in Cat. 83.

Inſequor.

Neque uero te rhetoricis quibuſdam libris inſequor, ut erudiam. de or. 109 Quid nis amplius? Ecquid inſequeris? quid oppugnas? pro Roſc. Am. 83. Plerumque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo. 1. de Fin. 78. Deinde carbones inſequuntur. ep. 139. Quinetiam poſtremam literam detrahebant, niſi uocalis inſequebatur. or. 212. Pergam atque inſequar longius. 5. Verr. 41. Inſequi aliquem irridendo. pro Sext. 19 Ecce Caſſij literæ, Vibullium e Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem. Att 116. Inſequi clamore ac minis. pro Clu. 17. Sed homines beneuolos, qualeſcunque ſunt, graue eſt inſequi contumelia. Att. 14. 28. Inſequi uitæ alicuius turpitudinem. pro Syl. 60.

Inſequens.

Quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Rom. illuxit? ad Octauium, 5. Non ne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? 1. Tul. 78. de clar. or. 20. Poſtremum ad uerbum primam rurſus ſyllabam adiunxit inſequentis. or. 215. Concurſus extremorum uerborum cum inſequentibus primis. or. 211.

Inſecutus.

Hunc proximo ſeculo Themiſtocles eſt inſecutus. de clar. ora. 168. At mors inſecuta Gracchũ eſt, cauſa, credo, &c. de Diu. 121. Graue bellum Octauii inſecutum eſt. in Ant. 262.

Inſector.

Etiam atque etiam inſto, urgeo, inſector. pro Plan. 269. Ibi forum agit, cum ego ſum in prouincia: quam eius iniuriam non inſector 5. Att. 33. Inſector ultro, atq. inſto accuſatori iudices: inſector inquam, ac flagito teſtes pro Fõt. 1. Aquila inſectatur, & agitat alias aues de Diu. 138 Seruius agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legionem. pro Mur. 118. Sit iſta in græcorum leuitate peruerſitas, qui maledictis inſectantur eos qui de ueritate diſſentiunt. 2. de Fin 67. Furiæ agitant & inſectantur impios. de Leg. 163. Qui inimice inſectantur, repellendi ſunt. de Nat. d. 5. Quomodo tum inſectatus lenitatem ſenum. Att. 10. Aut nos temeritatem bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemus. Att. 55 Inſectari & exagitare aliquem. Atti. 14. Acerbius in aliquem inuehi, & eum inſectari uehementius. de Ami. 51. Inſectari calamitatem. 2. phil. 98. Inſectari dolores alicuius. Att. 288. Miſerorum fortunam inſectari. Att. 275. Quã uos ut deditum Epicuro inſectari ſoletis. de Fin. 5. 2. ſemper iſta ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos. Att. 238.

Inſectatio.

Tanta eſt hominum inſolentia & noſtri inſectatio. 11. fam. 1. in ep. D. Brut.

Inſero.

Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata uis inſeruit. de Inu. 81 Qui omnes tenuiſſimas particulas, atq. omnia minima manſa (ut aiũt nutrices) infantibus pueris in os inſerant. 2. de or 89. Cum inſeuiſſet animis corpora cum neceſſitate. de Vniu. 55. Inſerere nouas opiniones, & euellere inſitas. or. 215. Vt eas res inſerere atq. interſecare uideamur in animis auditorium. ad Her. 10. Hæc quidem inſeri & donari ab arte nõ poſſunt. de or. 94. Amputanda plura ſunt illi quam inſerenda. pro Cæl. 53.

Inſerens.

Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubueniſti. 6. 32.

Inſitus.

Inſitus menti amor cognitionis. 4. de Fin. 30. Alter in Lælios inſitus ſubito. pro Sext. 19. Inſita & innata homini conuerſio. de Vniu. 57. Inſita penitus opinio, & uetuſta. pro Clu. 2. Inſitũ atq. innatum animis. 6. Ver. 95 Inſitum in natura malũ. 5. Ver. 153. Vt eſſet inſitum militibus noſtris, aut uincere, aut emori. off. 3. 156. Inſitum penitus moribus. 1. ad Qu. fr. 20. Itaq. unum illud erat inſitum priſcis illis. Tuſ. 1. 23. Calorem inſitum terra per hyemem continet arctius. de Nat. deo. 2. 19. Niſi inſitum illud in animis haberemus, &c. Tul. q. lib. 1. 53. Habent in animo inſitam quandam informationem dei. de Nat d. 1 71 Hanc quaſi naturalem atque inſitam in animis noſtris ineſſe notionem. lib. 1. de Fin. 24. O generoſam ſtirpem & tanquam in unam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam & illuminatã ſapientiam. de Cl 184. & 385. Inſita argumenta quæ ſiot. Par. 4. Inſitas uel potius innatas deorum cognitiones habemus. de Nat. d. 2 32. Inſitas inimicitias habere, & gerere cum nomine pop. Rom. pro Font. 19.

Inſitio.

Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius. de Sen. 50.

Inſitiuus.

Quumque inſitiuum Gracchum contra uim multitudinis incitatæ cenſu prohibuiſſet. pro Sext. 87.

Inſeruio.

Optimatibus tuis nihil inſeruio. Att. 198. A quo enim plurimum ſperant, etiam ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſeruiunt. 1. off 75. Tum etiam nonnullorum uoluptati uocibus magis, quam rebus inſeruiunt. or. 193. Inſeruiant publicanis. 5. Ver. 78 Valetudo tua me ualde ſolicitat, ſed inſerui, & fac omnia. ad Tironem, lib. 16. 17. 3 Huic tu inſeruias, huic te oſtendere oportet. pro Mur. 135. Nec dici poteſt plures exteris actibus inſeruire, aut, &c de or. 86. Inſeruire communi commodo. Ep. 169. In ſeruitute ſuis commodis. 2. de Fin. 95. id eſt, ſuæ utilitati cõſulere. Inſeruire honori alicuius. ep. 45. Poſteaquam honoribus inſeruire cœpi, neque tutum Reip. tradidit. 2. off. 5. Inſeruire ſtudioſe negotiis amicorum ac periculis. de Petit. Conſ. 32. Sed nihil eſt a me inſeruitum temporis cauſa. App. lib. 6. 40.

Inſideo.

In cauſceratis animo facile fictum crimen inſidet. pro Deiot. 145. Nunc inſidet quædam in optimo quoque uirtus, quæ, &c. de haruſp. 191. Voluptas, quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet. de Leg. 165. Nec longe abſunt ab hac ut dii penates, ſiue a penu ducto nomine, &c. ſiue ab eo, quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales a poetis uocantur. 2. de Nat. d. 98. In quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus in ſedit dolor, tamen, &c. 5. Ver. 79. Sed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, &c. 10 or. 9 Macula quę penitus iã inſedit, atque inueterauit in pop Romani nomine. pro L. Man. 4. Facile in animo forti, contra mortem habita inſedit oratio. Tuſc. 2. 8. Si tibi ita penitus iam inſedit iſta ſuſpicio, nullo ut euelli modo poſſit. pro Mil. 51. Cum in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere cibum ad ſeſe. de Nat. d. 51. Quę inſederunt hominis turbulenta, & rationis expertia. de Vniu. 57. Quæ cogitatio cum mihi nõ omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) ut tamen, &c. Lucceio, li. 5. 35 Tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius inſederit. Att. 1. 19. Etenim ei ſuccedo orationi, quæ non prætexuecta ſit aures ueſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit. pro Cor. B. l. 2. Nihil unquam audiui, quod non in memoria mea penitus inſederit. 2. de or 67. Themiſtoclis

miſtoclia dictum. Cum aūt hic feruor, concitatioq. animi inue terauerit, & tanquam in uenis medulliſq. inſederit. 4. Tuſ. 18. Hoc eſt, inhæſerit penitus. Cum illa quæ ex elementis turbulē ta, & rationis aperta inſederint. de Vniu. 203. His tribus figu ris inſidere quidem ſanguine diffuſus debet color. de or. 16. Inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. 1. Att. 47.

Inſidiens.

Ita enim malis inſidientibus non modo beati, ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus. 4. Tuſ. 35.

Inſidię.

Fraus & inſidię. con. Rul. 65. Suntne igitur inſidię, ſēdere pla gas? 3. off. 89. Inſidiæ in aliquem. 5. fam. 30. Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. pro Plan. 48. Animis omnes tendunt inſidiæ. de Leg. 165 Inſidiæ præſentes. 15. fa. 10. Inſidiarum manifeſtarum indicia ad ſe delata. 15. fa. 8. Inſidiarū indicia occultata, quod ii qui ea patefacere poſſent, pp metum reticuiſſent. 15. fa. 8. Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. off. 8. Nimis inſidiarū ad capiendas aures adhiberi uidetur. or. 213. Clodius ante ſuū fundum Miloni inſidias collocauit. pro Mil. 20. Cōparare inſidias alicui per aliquē. pro Cl. 35. Iſq. inſidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. pro Plan. 280. Qui ſibi has urbanas inſidias cædis atq. incendiorū depopoſcerat. in Cat. 105. Ita mecum locutus eſt, ut nullas inſidias neq. uitæ ſuæ, neq. regno diceret ſe aut intelligere fieri, aut ēt ſuſpicari. ad Senatum, l. 15. 2. 11. 4. Verr. 28. Facere inſidias alicui. pro Deio. 147. & pro Mil. 106. Cum oēs inſidias a Prætore fortunis meis fieri uiderent. in Ver. 116. Inſidias ſibi fieri, ſe id certis authoribus cōperiſſe. 14. Att. 10. Nullas inſidias mihi ab illis fuiſſe dixiſti. pro Pl. 274. Inſtruere inſidias in aliquo loco. pro Cl. 150. Parare inſidias uitæ alicuius. pro Sex. Roſ. 15. Per inſidias interficere aliquē. pro D. ſua, 47. Iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pōp. dignitatem. 2. de L. Agr. 55. Inſidias repellere. 2. Verr. 2. Tendere inſidias alicui. pro Roſ. Com. 27. Tutus ab inſidiis inimicorum. Epl. 163. Compoſitæ orationis inſidiis fidem auditoris artētare. or. 217. Qui nihil ex occulto, nihil de inſidiis agendum putant. 1. off. 153. De inſidiis faciendis atq. uitandis. de ora. 108. Ex inſidiis capi. off. 72. Cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium cōiecimus. in Cat. 104. Non ex inſidiis, ſed aperte ac palam elaboratur, ut verbis, &c. in or. 21. Non ex inſidiis, ſed aperte ac palā facere aliquid. in or. 200. In iis ipſis intercludere inſidiis, quas mihi conaris opponere. pro Cæc. 301. Ea inſidiis interiit Alex. Phæreus. 2. off. 35. In inſidiis uiri fortes locati ab imperatrice. pro Cæl. 53. Quid? ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat? pro Deio. Hoc eſt, in luco ubi inſidiæ factæ ſunt. Marcellus inſidiis interfectus eſt. Att. 13. 268. 3. Cætera ſine inſidiis agere. off. 3. 67. Inſidiis tentare. 12. fam. 55.

Inſidior.

Mihi Catilina inſidiatus es. in Cat. 99. Nō enim id agit, ut inſidietur & obſeruet, ſed faueat. in or. 122. Nullus erit alius inſidiandi locus. pro Deio. 147. Vigilare non ſolum ad inſidiandū ſomno maritorum, uerumetiā bonis occiſorū. in Cat. 19. Quod neque precibus unquam, nec inſidiando, nec ſpeculādo aſſequi potui. or. 96. Hęc ſica iotentata eſt nobis, hæc inſidiata Pōpeio eſt. pro Mil. 108.

Inſidioſus.

Perfidioſus, inſidioſus, fallax. 3. fa. 40. Hō inſidioſus. ad Her. 11. Huius inſidioſa clementia delectantur, illius iracundiam reformidant. Att. 8. 60. Inſidioſa conditio. 13. Phil. 342. In tanto ac tam inſidioſo bello. in Cat. 47. Inſidioſę nonnullorum ſimulationes. con. Rul. 67. Apertis inimicis obſiſtere, inſidioſis amicis nō credere. pro D. ſua. 119. Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquam? 4. Ver. 149.

Inſidioſe.

Ratio ergo hæc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter. 3. off. 89. I. fingere aliquid. pro Mil. 114. I. ſpē falſam oſtendere. pro Roſ. Am. 65. I. redire in gratiam cum aliquo. pro Roſc. Am. 188. Sceleratiſſime & inſidioſiſſime tractare aliquem. ad Quint. fr. 1. 54.

Inſidiator.

Inſidiator erat in foro collocatus. pro Mil. 105. Inſidiator bonorū. ad Her. 89. Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator uiæ. in Cat. 146. Inſidiatori uero & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? pro Mil. 7. Att. 5. 108. 9.

Inſignis.

Homo inſignis omnibus notis turpitudinis. pro Rab. 18. Inſignis iniuria. pro Q. 14. Nā hæc inſignis improbitas, nec ſurſus miſeria inſignis agitata uideretur. de or. 230. Numerus apertus & nimis inſignis. or. 218. Inſignis ad deformitatē pueri, breui tēpore creatus, multoque tetrior & fędior natus eſt. 3. de Leg. 80. Res inſignis ad maximā laudē. or. 201 Inſignis temeritas. Aca. 47. Vt hoc quoq. pluribus nominibus inſigne faciamus. de Fin. 3. 11. Ne in ipſum quidē Clodiū meum inſigne odiū fuit umquā 14. Att. 25. Maxime inſigne atq. illuſtre periuriū. p Arch. 852. Cui cōtingit ut iure laudetur, habet inſigne quiddā ad decus & ad gloriā. de Fin. 3. 23. Acerbitas Syllani temporis quid habet, quod maxime ſit inſigne ad memoriæ crudelitatis? pro Do. 35. Cuius quantum ſtudiū, & quā inſigne fuerit erga me tēporibus illis quæ nota ſunt oībus, ſcire neceſſe eſt utrumq. ueſtrū 2. de Fin. 115. Caueamus ne quod in nobis inſigne uitium fuiſſe dicat. Q. fr. t. 19. Os hominis inſigneq. impudētiā cognoſcite. in ver. 215. Neque tn̄ habere inſignē illā & propriam percipiēdi notā. Aca. q. ed. 1. l. 2. 61. Dii quorū inſignē uim, & illuſtrē faciē uidēmus, ſolē dico & lunā. de N. d 41. Virtutā alicuius polleris forę clarā & inſignē. de Am. 84. Hīc uiſū quēdā inſignē & illuſtrē. dę N. d. 1. 10. In re tā inſigni tāq. atroci. pro Cæc. 292. Inſigni infamia eſt res. 1. Att. 23. Quid tu tā inſigni accepta iniuria poſtulabis? pro Cęc. 27. In Capitolium cū inſigni illa laurea inuehi. de Prou. 76. Hoc genus inſigni aliqua & nota re notari uolo. 2. de or. 144. Cum aliquo inſigni iudicio meæ erga te beneuolentiæ. ad Treb. 7. 6. 1. Qui nequaquā ſunt tā gn̄e inſignes, quā uitiis nobiles. de Pet. Cōſ. 9. Inſignes amoris notis epi. Att. 1. 8. 1. Itā ſit in imaginibus, ut quę nobis diligenter notę ſint, ęę parum uideantur inſignes aliis. ad Her. 23. Illa quę inſignia ac plane uitioſa ſunt, conſectari imitando. de or. 117.

Inſigne.

Quod erat inſigne, eū qui id faceret, facere copiā, &c. 3. de or. 37. Lituus, quod clariſſimum eſt i. auguratus. de Diu. 1. 30. Bulla erat ornamētū pueritię, indiciū & i. fortunæ. 3. Verr. 108. Minerua ſingulare eſt i. eius gymnaſii. Att. 3. Quibus pro tantis rebus nullū i. honoris, nullū monimētū laudis poſtulo. in Cat. 70. Toga, pacis eſt i. & otij. in Piſ. 95. Vt. n. cōfidās, norū his eſſe debebit i. ueri. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 36. Eſſet enim ipſi certe ſtatim ſeruiendum, ſi Cęſar ab eo regni i. accipere voluiſſet. 3. Phil. 13 t. Hunc Cn. Pompeius erexit, atque i. regium, quod ille de ſuo capite abiecerat, repoſuit pro Sext. 16. Sunt. n. ſimilia illis quę in amplo ornatu ſcenę aut fori appellantur inſignia, non quod ſola ornēt ſed quod excellant. in Or. 74. Inſignia & lumina in oratione diſpoſita, & flores. de or. 151. Si omnia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta a Senatu uiderent. 6. Phil. 105. Inſignia bellica tincta. 2. de Leg. 44. Stellæ aureę inſignia Caſtoris & Pollucis. de Diu. 96. Maiora præferant faſces illi & ſecures dignitatis inſignia quam potentiæ. Qu. fr. 298. 10. fam. 11. Honoris inſignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. pro Sylla, 66. Sibi habeant honores, imperia, triumphos, & alia præclara laudis inſignia. pro Syll. 171. & 172. Męrorē relinquis, mœroris aū fers inſignia. in Piſ. 83. Inſignia mundi, ſol, luna, ſtellæ. de N. d. 1. 71. Inſignia uidetis poteſtatis. con. Rul. 72. Magiſtratus, ſenatus, cōſiliū cōmune, & omnia deniq. Reip. inſignia. con. Rul. 64. inſignia. n. uirtutis multi ēt ſine uirtute aſſecuti ſunt. Appio, l. 3. 13. 3. Virtutis inſignia cōtēnere. in Piſ. 93. Rabiriū ſępe palliatū fuiſſe, & aliqua habuiſſe nō Romani hominis inſignia. pro Rab. 126. Statuere æterna inſignia poſteris, & ſtatuere æterna monumēta. de Inu. 71. Inſignibus gloriæ delectari. 10. f. 19. inſignibus gloriolæ aliquē ornare. 7. f. 15. Qui ad extinguēda oīa iura ſe illis faſcibus, cæteriſq. inſignibus ſummi imperij atq. honoris ornatos eſſe arbitrātur. pro Sext. 6. Rex ſedēs cū purpura & ſceptro & inſignibus illis regijs, &c. pro Sext. 16. Inſignibus ſplendoris. 10. f. 27. Orationē uariare atq. diſtinguere quaſi quibuſdā uerborū ſententiarumq. inſignibus. de or. 118. & de clar. or. 190. His inſignibus atque inſulis imperii uenditis. contra Rul. 72.

Inſignitus.

Quædā confirmatio inſignita atq. impreſſa in intelligentia. Top. 282. Quo magis inſignita ſit forma. ad Her. 23. In quibus tāquā inſignitæ notę ueritatis appareant. Diu. 1. 59. Vtendū eſt imaginibus agentibus, acribus, inſignitis. de orat. 141.

Inſignite.

Neque tamen quiſquam inuentus eſt tam inſignite improbus, qui, &c. pro Quint. 49.

Inſigniter.

In cōmunibus, &c. aut parentibus, amicis, hoſpitibus, præcipue atq. inſigniter diligendis. in Par. 43. Quis aūt res umquā fuit tā inſigniter impudens, ut hēret oīa cōmoda, bn̄ficia, iura regni uænalia? 3. Phil. 130. Nec improbū notari ac uituperari ſine uitioſū cognitione, ſatis inſigniter atq. aſpere poſſe. 2. de or. 190.

Inſimulo.

Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatis factionem meam accipis. 1.fa.25. Nemo id quidem dicit, & ſi Democ. inſimulat Epicurus, Democritici neg ant. Tuſc. 165. Verrè inſimulat auaritiæ & audaciæ.3. Ver.91. Inſimulant homines fraudandi cauſa diſceſſiſſe.4.Ver.42. Peccati ſe inſimulãt, quod dolere intermiſerint. 3. Tuſc.54. Probri inſimulaſti pudiciſſimam fœminam. 2. Phil. 98. ſolus neglexit fidem. Furere inſimulauit, ne quo iterum ſiſteret.3.off.132. Syllam interea nemo inſimulauit, nemo nominauit. pro Syll.12. Neque in eos, quos tu inſimularas, eſſe animaduerſum.3.Verr.58. Queruntur etiam, quod eos inſimulemus, omnia incerta dicere. Acad.9 De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularem. Att.10. 208.3. Aperte inſimulare. pro Clu.143. Inſimulare aliquem falſo. 7.Verr. 84. inſimulare cupiditatis. 6.Verr.29. Aut alios quoq. id quod ipſe inſimularetur, facere potuiſſe. 2.ad Her.36. Cum in ſylua facta cædes eſſet, inſimulareturque familia. de Cl. or. 172. Cum magnæ pecuniæ uillicus impulſu tuo inſimularet. in Verr.238.

Inſimulatus.

Atis & ex ſerrula inſimulatus, & a puero conſcio indicatus eſt. de Cl.156.

Inſimulatio.

Primum inſimulatio eſt repentina, capitalis, atque inuidioſi criminis.7. Ver.18. In falſam atque iniquam probrorum inſimulationem uocabatur. pro Font.24.

Inſinuo.

Videtis ut moneat Apronium, quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli? 5.Verr.135. pro Cæc. 9. Vt ſe penitus inſinuet in cauſam, diligentia eſt de or.2. 81. Callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſe cauendum eſt; nec enim facile agnoſcitur. de Amic.82. De aſſentatore loquitur. Futura quoque, niſi ante ſit occurſum, explores, ne ſe mala inſinuent. ad Brut.16.17. Ergo his rebus nos inſinuabimus ad cauſam & ad Her.2. Cum familiariter me in eorum ſermonem inſinuarem ac darem, celabar, &c. con. Rul.68. Inſinuare aliquem in conſuetudinem alicuius.4.fam.41. Inſinuare ſe in familiaritatem alicuius. pro Cæc.9. & 2.Att.61. Inſinuare ſe in aliquorum ſermonẽ. in Rull.26. Blandiri & ſuppliciter ſe inſinuare quibuſdam. 1. de or.45. Etſi Zeno Citticus aduena quidam, & ignobilis verborũ opifex, inſinuaſſe ſe in antiquã philoſophiã uidet.5.Tuſ.50.

Inſinuatio.

Inſinuatio eſt oratio quadam diſſimulatione & circuitione obſcure ſubiens auditoris animum. 1.de Inu.30. Inſinuatio huiuſmodi debet eſſe ut occulte per diſſimulationem, aut beneuolum, aut docilem, aut attentum faciamus auditorem. ad Her.2. Exordium in duas partes diuiditur, in principium & inſinuationem. de Inu.46. Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi cõſtare cũ cæteris artis ſcriptoribus, niſi quia de inſinuatione noua excogitauimus, &c.1.ad Her.16.

Inſipiens.

Inſipiens nunquã lætitia affici põt, quod nihil unquã habet boni. Tuſ.4.54. Quid in uerbis iunctis? quã ſcite inſipientẽ, non inſapientem? iniquum, non inæquum? &c. or. 90. Nec enim tuũ eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet. de Sen.93. Neq. quicquã fortunato inſipiente intolerabilius fieri poteſt. de Amic.49. Omnes inſipientes non ſani. Tuſc. 3. 8. Omnes inſipientes inſaniunt. Tuſc.37. Inſipientes fama & multitudinis iudicio mouentur, ut id honeſtum putent, quod a pleriſque laudatur. Tuſc.2.54. Omnium inſipientium animi in morbo ſunt. Tuſc.3.7. Quid turpius, quam ſapientis uitam ex inſipientium ſermone pendere? de Fin.62.4. Acad.q.209. Quorumque perturbantur animi, ut non multum abſint ab inſania, quod inſipiẽtibus contingit. Tuſ.3.4.

Inſipientia.

Inſipientia quaſi inſanitas quædam animi eſt, quæ eſt inſania, eademque dementia Tuſc.3.8. Omnem inſipientiam complexus es ſcientiſſime.4. de Fin.35. Inſipientia nullum maius malum eſt. Tuſc.3.57.

Inſipienter.

At ſperat adoleſcens diu ſe uicturum, quod ſperare idem ſenex non poteſt, inſipienter ſperat. Cat.62.

Inſiſto.

Sin aũt uſq. ad nouem, uerbi gratia, ſine dubitatione reſpondeas pauca eſſe, in decimo inſiſtis, &c.4. Acad.q. 168. Si negas te uſq. ad obſcura progredi, illuſtribus igitur rebus inſiſtis. Ac. q.ed.1.lib.2.85. Status in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnãdũ congreſſa defenſio. Top. 229. Si mẽbratim uolumus dicere, inſiſtimus. or.218. Ad quoddã ipſi inſiſtũt. de N d.2 38. Atq. imperii inſiſtunt iugo. de or.158. Stellæ ſæpe inſiſtũt. d. N.46 Singulus auſtralis, in quo qui inſiſtunt, aduerſa nobis urgent ueſtigia. de Som.129. Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrũ pulcherrime factum Victoriæ.6.Verr.98. id eſt erat Quibus ueſtigiis primũ inſtiti, in iis lere ſoleo perorare.3.de or. 19. Exercitus ſi pacis nomen audierit, ut nõ referat pedẽ, inſiſtet certe. in Ant.141. Quonam igitur modo tantum munus inſiſtemus, ut arbitremur, nos hanc uim numeroſe dicendi conſequi poſſe? 3.de or 96. id eſt, inſtituemus. A communibus initiis progrediẽtem uidere ubi primũ inſiſteret, & unde cauſæ cõtrouerſia naſceretur. de Fin.116. Quæ cũ dixiſſet, paulũq. inſtitiſſet, Quid eſt, inquit, ſatiſne uobis uideor pro meo iure in ueſtris auribus cõmentatus? 5.de Fin.130. Veſtigium illud ipſum in quo ille poſtremum inſtitiſſet. 3.de Or.4. Circuitus incitatior numero ipſo fertur, donec perueniat ad finem & inſiſtat. or.185. oratio ne inſiſtat interim, ne excurrat longius. de or.160. Vt tanquam in urbe incluſa currat oratio, quod inſiſtat in ſingulis perfectis abſolutiſq. ſententiis. or.217. Inſiſtere ſingulis gradibus. in Ver. 186. Inſiſtere in rebus ſingulis. de Fin.2.2. Nec cohibere ſe põt, nec, quo loco uult inſiſtere omnino. Tuſ.217. Nullã oram ultimi uidet in qua poſſit inſiſtere. de Nat.d.1.58 Quid eſt cur claudicare aut inſiſtere orationẽ velint? or.213. Quos uultis eſſe in hoc furto peccatorũ gradus ut ſi ſingulis inſiſtere uelim, progredi iſte nõ poſſet? 5. Ver. 147. Conſidere ſuis ſellibus, & importune inſiſtere. Ac.q. ed. 1.l.2.72. Et incedũ multas uias adoleſcẽtiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poſſet. pro Cæl.32. In qua non uideo vbi beata uita poſſit inſiſtere. de Nat.d.6. Sæpe accidit ut aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedendum. in Or.129.

Inſiſtens.

Naturam eam dico, quæ nunquã animus inſiſtens agitatione & motu uacuus eſſe poteſt. de Diu.136. Crebro inſiſtẽs, interdum acquieſcẽs. de L.159. Tum in tanta gloria inſiſtentes, ut eis oĩa humana leuiora uideri debeant, &c. pro Sextio.124.

Inſitio, Inſitiuus, inſitus, *Vide* Inſero. Inſolens.

Ea requiſitur a me quorũ ſum ignarus atq. inſolẽs 1. de or. 103. Nihil inſolens atq. ineptũ. Or.199. Tertiã.n.iã ætatẽ hominũ uiuebat, nec erat ei uerẽdũ, ne uera de ſe prædicãs, nimis uideret aut inſolẽs, aut loquax de Sen.27. Inſolens alacritas. Tuſ. 236. Inſolens faſtidiũ. 1.de Fin.16. Inſolẽs hõ. ep.16. In uictoria q̃ natura inſolens & ſuperba eſt. pro Mar.5. Inſolens oſtẽtatio. in Par.53. Nõ ſum iã inſolens in dicẽdo, ut, &c. pro Sca.25. Nõ ſum tam inſolẽs, qui Iouem eſſe me dicam. pro D. ſua.23 1. In nullum uerbum inſolens, neque odioſum ponere audebat. or. 199. Inſolẽs ſẽper uictoria ciuilibus bellis.4.f.11. Aliquorum ignarus atq. inſolens. 1.de or.103. Itaq. ille amicus noſter inſolens, inſaniæ, ſẽper in laude uerſatus. Att.1.53, id eſt, inſolitus inſaniam audire. Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat (ut fit) inſolens in aliena. pro Roſc.Am.13 Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim. de or.141. Inſolens domeſticarũ rerũ faſtidium. l.1.de Fin.8. Verum, ut opinor, honores tui te inſolẽtẽ faciunt. in Sal.275. Nõ caruiſſe ſe in poteſtate, nõ fuiſſe inſolentẽ in pecunia. de or.140. Inſolentiſſimi hoĩes ſumit Circenſibus ludis meis poſtulandũ me lege Scantinia curant. Cæl. ad Cic.8.12.7.

Inſolenter.

Inſolenter ſe efferre. Tuſc.4 30. Deinde natura eius euenire uulgo ſoleat, an inſolẽter, ac raro. 1.de Inu.59. Inſolẽter nihil faciam.4.f.9. Inſolenter ferre.9.Phil. 261. Inſolenter gloriari. 1. At.40. Is auctorem ſenatus extinctum læte atque inſolenter tulit. in Ant.222. Gorgias his feſtiuitatibus inſolentius abutitur. in Ant.172. or.214. Inſolentius ſe iactare. in Cat.118.

Inſolentia.

Peregrina inſolentia. de or.146. Illa tua ſingularis inſolẽtia, ſuperbia, contumacia. in Verr.221. Is cœperat eſſe tanta inſolẽtia ut neminem liberũ duceret. Brut. 90. M. Antonius cuius tanta eſt nõ inſolentia ſolũ (nã id quidem uulgare uitiũ eſt) ſed inhumanitas, non modo ut uocẽ uulũ quidẽ liberũ poſſit ferre cuiuſquã. ep.143. Sed mehercule iſtius diſputationis inſolentia, atque earũ rerum, quæ quaſi traduntur in arte, inſcitia. 1. de or. 50. Non ſunt tanti ulla eius merita, quanta inſolẽtia hoĩs, quãtũque faſtidium. de or.128. Inſolentia rerũ ſecũdarũ. in Piſ. 64. Tanta eſt inſolentia ac turba uerborum. de or.147. In ea ueſtri iſti ſatellites modeſte inſolentiam ſuã continebãt. con. Rul.64. Inſolentiam & iactationem nonnullorum hominum ferre non potes. 8.fam.47. in ep. Cæl. Soleo ſæpe mirari nonnullorum inſolẽtiam philoſophorum. Tuſc.1.40. id eſt, rerum minorem tractationem.

ſtationem. Inſulſitatem & inſolentiam tamquam inſaniam quã dam orationis odit. de Cl. 191. Primo propter inſolentiam re clamantes, deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, &c. 1. de Inu. 4. An is qui propter fori iudiciorũ que inſolentiam non modo ſubſellia, uerumetiã urbem ipſam reformidat? pro Sext. Roſc. 33. Nihil de luxuria Apronii loquor, nihil de inſolentia, &c. 5. Verr. 87. Ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia. 1. de Inu. 59. Quanquam & inſolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. pro D. ſua. 241. Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas notitia noua mulieris, & infœlici uicinitate & inſolẽtia uoluptatum. pro Cœl. 59. Moueor etiam loci ipſius inſolentia. pro Deiot. 2.

Inſolitus.

Inſolita ratio dicendi. pro L. Man. 1. Mithridates inſolita inflammatus uictoria, &c. pro Leg. Man. 31. alii legunt gloria. Quaſi uero priſcum aliquod aut inſolitum uerbum interpretatur. pro Corn. Balbo. 62. Aeſtus quidam non inſolitæ adoleſcẽtibus gloriẹ. de Cl. 191. Quẹ cauſa me ad hãc inſolitam loquacitatem impulit. de or. 242. Inſolitam lucẽ aſpicere. pro Sext. 7. Cur prudentiſſimas, lectiſſimaſque fœminas in tantum utrorum conuentum inſolitas inuitaſque prodire cogis? 3. Verr. 67.

Inſomnium.

Hæc metuo ne inſomnia ſint. 7. Att. 63. Caret ergo etiam uinolentia & cruditate & inſomniis. de Sen. 40.

Inſpectatio, inſpecto, *Vide* Inſpicio.

Inſperans.

Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonẽ dilaberemini. 1. de or. 48. Quibus tu ſalutẽ inſperãtib. reddidiſti. pro Mar. 134.

Inſperatus.

Inſperatum conſiliũ. 4. Phil. 154. incommodum. ad Her. 3. gaudium. de Inu. 48. Inſperatum nec opinatum malum. 3. Tuſc. 49. Inſperatum & repentinum præſidium. in Ant. 229. Inſperatẹ repentinẹque pecuniẹ. 2. in Cat. 40.

Inſpergo.

Caput eſt in iecore, cor in extis iam abſcedet ſimul ac molã & uinum inſperſeris, &c. 2. de Diu. 56. Inſpergere aliquem lingua. ad Her. 39.

Inſpicio.

Nam ut ſignum publicum inſpexit, dixit, &c. pro Fla. 155. Eſt igitur animus in hortis: quos tamen inſpiciam cum uenero. Attic. 12. 238. 3. Maxime uero mihi curæ erit, ut Ciceronem tuũ, noſtrumque uideam ſcilicet quotidie, ſed inſpiciam, quid diſcat quam ſæpiſſime: &c. 2. ad Q. fra. 31. Ne quis inſpiciat tabellam. de Leg. 191. Viſne igitur te inſpiciamus a puero? pro Cæc. 45. 4. Acad. q. 105. Si hortos inſpexeris, dederis mihi quod ad te ſcribam. Att. 204. Reliqueras enim ciuitatem tuam, neque noſtras leges inſpicere potuiſti. pro Corn. Balb. 61. Cupere ſe dicit inſpicere. in Ver. 214. Negaſti tum te inſpicere uelle. pro Deiot. 147. In beſtiis uis naturæ inſpici poteſt. de Fin. 103. Non igitur ſi fũdus inſpiciẽdus, aut ſi, &c. de or. 106. Genus ἐπιδεικτικὸν quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa comparatum eſt. or. 200. Tamquam ſi arma militis inſpiciunda ſint. pro Cæc. 286. Hortos quoniam hodie eras inſpecturus, quid uiſum tibi ſit, cras ſcilicet. ep. 129.

Inſpecto.

Quod utinã inſpectare poſſis timorẽ de illo meũ. ad Bru. 4. 7.

Inſpectans.

Si adiiciam iuſiurandum, ſapientemne prius, quam Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, &c. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 107. Me inſpectante hoc feciſti. ep. 15. Inſpectante & rege & populo. 1. de Diu. 60. Qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. de or. 130. Quod te inſpectante factũ eſt. de Diu. 1. 65. Hinc illa crux, in quam ciuem Romanum iſte multis inſpectantibus ſuſtulit. 6. Ver. 20.

Inſpectatio & Inſpectio.

Nos enim inſpectationem ſolum habemus: Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. 2. Phil. 87. Id eſt, cognitionem & iudicium.

Inſtabilis, Inſtans, *Vide* Inſto.

Inſtar.

Hæc magna ſunt & tãquam animi inſtar in corpore: or. 201. Nemo iſtorum eſt qui non abs te munus fundi ſuburbani inſtar expectet. ad Q. fr. 319. Eſſe inſtar furoris & ſceleris. pro Rab. 95. Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii, cum Senatum egreſſum uidi, Populumq. Romanum uniuerſum. in Pi. 40. Omnia ex altera parte collocata, uix minimi momenti inſtar habẽt. off. 54. Patrocinio uero ſe uſos, aut cliẽtes appellari, mortis inſtar putãt. 2. of. 102. Hæc ẽ ἄλυσις in qua nũc ſumus, mortis inſtar. ad Att. 155. Latere mortis erat inſtar turpiſſimæ. pro Rab. 95. Plato mihi unus inſtar eſt omnium. de Cl. 151. Terra ad uniuerſi cæli complexum quaſi puncti inſtar obtinet. Tuſ. 156. Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγὴ, ſed habet Tyro inſtar ſeptuaginta. 16. Att. 15. Equidem hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe uitæ puto. ad Varro. 9. 6. 11. Nauis maxima triremis inſtar. in Ver. 244. Fugeranam autem, quæ fuit non uici inſtar, ſed urbis, quod erat Amani caput, &c. M. Catoni, lib. 15. 17. Ea uero uero epiſtola, quẹ uoluminis inſtar, erat ſæpe legẽda, ſicuti facio, &c. Att. 10. 195. 1. Nauis quæ urbis inſtar habere inter alias uideretur. in Ver. 254.

Inſtauro.

Tum cum in Cn. Dolabellam ſcelus ſuum iſtud priſtinum renouauit & inſtaurauit quæſtorium. 2. Verr. 7. Cum apud Cæſarem pro populo fieret, ueniſſe eo muliebri ueſtitu uirum, idque ſacrificium cum uirgines inſtauraſſent, &c. Att. 1. 8. 5. Inſtaurare cædem. pro D. ſua, 4.

Inſtauratus.

Cauete per deos immortales Iudices, ne noua & multo crudelior per uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur. pro Roſc. Am. 91. Quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur. de haruſp. reſp. 19. Ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt. de Diu. 92. Periculum ſit ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. de prouinc. Conſul.

Inſtauratio.

Et mentes deorum immortalium, ludorum inſtauratione placantur? de haruſp. reſp. 20.

Inſtauratiuus.

Itaq. ludis intermiſſis, inſtauratiui conſtituti ſunt. 1. de Diu. 97.

Inſtigo.

Si eos uehementer inſtigare uelimus. ad Her. 22. An tu eras Conſul, cum in palatio mea domus ardebat, nõ caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te? in Piſ. 20.

Inſtigatio.

Amplificatio inſtigationis auditorũ cã ſumitur. ad Her. 15.

Inſtillo.

Guttæ quæ ſaxa aſſidue inſtillant Caucaſi. 2. Tuſ. q. 46. id eſt, guttatim cadunt ſuper ſaxa. Ex Aeſchylo. Attulit huberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo ſtarem, inſtillarunt. Att. 9. 18. 1. quæ mihi quiddam dulce & affabile infuderunt. Namque hæc quoque niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguũtur ſenectute. de Sen. 32.

Inſtinctus.

Iſte metus furore inſtinctus. pro D. ſua, 109. Quodam furore & audacia inſtinctum. 7. Ver. 148.

Inſtinctus.

Cum a corpore animus abſtractus, diuino inſtinctu concitatur. de Diu. 94. Oracula quẹ inſtinctu diuino afflatuque fundũtur. 1. de Diu. 10. Inſtinctu, afflatuque diuino futura prẹnuntiare. 1. de Diu. 19. Poetæ carmina non fundũt ſine cæleſti aliquo mentis inſtinctu. Tuſc. 1. 51.

Inſtitio.

Inſtitiones ſtellarum errantium. Tuſ. 1. 50.

Inſtituo.

Dicet aliquis, Hẹc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ob hanc cauſam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit, ut, &c. pro Cẹl. 30. Tu actionẽ inſtituis, ille aciẽ inſtruit. pro Mur. 19. Senectus adoleſcentulos docet, inſtituit, ad omne officii munus inſtruit. de Sen. 82. Feciſti item uti prædones ſolent: qui cum communes hoſtes ſint omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt amicos, quibus non modo parcant, uerũ etiam prẹda quos augeant. 6. Verr. 18. Itaque ut primum Velia nauigare cœpi, inſtitui Topica Ariſtotelica cõſcribere. ep. 104. Verum ut inſtitui dicere. in Verrẽ, Id eſt, cœpi. Hoc neſcio quid nullo argumento propoſito ſcribere inſtitui. Attic. 34. Libri, quos ſcribere inſtitui, &c. ad Quint. fra. 325. Vt inſtituiſti atq. feciſti. 10. f. 55. & 13. 86. Perge tenere iſtam uiã quã inſtituiſti. de Pet. 213. Cum Zenone, inquã, ut accepimus, Arceſilas ſibi oẽ certamẽ inſtituit, non pertinacia aut ſtudio uincẽdi, &c. 3. Tuſ. 44. Acad. q. ed. 2. l. 1. 31. Iniquã legem Iudices & miſeram conditionẽ inſtituet periculis hominum, ſi exiſtimabit iudiciũ accuſatoris in reũ pro aliquo prẹiudicio ualere oportere. p. mur. 54.

Antonius earum rerum omnium domeſticum mercatum inſtituit 3.Phil.145.Quem morem Arceſilas renouauit, inſtituitq., ut hi qui.&c.de Fin.64. Fonteius portorium vini inſtituit. pro Font.8. Cum Prætor ſumptus inſtituit eos qui antea non erãt. pro Flac.26. Iſque inſtituit docere ſic.lib.1.de Fin. 23.Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum, ut referret, &c.epiſt.153.Iſocrates primus inſtituit dilatare uerba.or.200.Quod inſtituit referre de religione,& ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt.1.f.2.Quæſo ut me Iudices, ſicuti facere inſtituiſtis, benigne, attente que audiatis.pro Clu. 5. Ea quæ ſupra ſcripta ſunt, non ut te inſtituerem, ſcripſi. ad Quint. fr.197.Tu qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent.4.Verr. 40.Cum inſtituiſſem ad te ſcribere, calamũque ſumpſiſſem. Att.96.Qui apud te eſſet educatus: quem tu a puero ſic inſtituiſſes, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. pro Quint. 46. Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio, poſtea quã neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat.pro Quint. 7. Nũc aueo ſcire quid hominis ſit, & quarum rerum actionem inſtituat. Att.7. 123. 13.ideſt, quid uelit, ſiue cogitet facere.Si diligentiam, quam inſtitueris, adhibueris, cito firmus eris.ep.264.Inſtituere atque erudire ad turpitudines.5.Ver.137.Inſtituere & erudire aliquem. de or 146.inſtituere & imbuere aliquem.10.Phil. 283. Aliquem inſtituere, & ei præcepta dare.pro Quint 57. Ad ſcenam aliquem Inſtituere.de claris or.106.aliquem heredem filio.epiſt.126.aliquid ad aliquem Acad.q.ed 2.lib.1.2.hoc eſt, aliquid cuſpiam dicendũ ſcribere.amicitiam cum aliquo. 13.ſam. 32. Artem aliquam.1.de or.92.Inſtituere & conſeruare ciuitates.de or. 8.Ciuitates inſtituere, & leges ſcribere.1.de or.43.Codicem inſtituere, cõſcribere, ordinem conſeruare.pro Sext.Roſc.45. Inſtituere comitia 7 ſam.52.Diligentiam.Tironi, lib.16. 20. 1.ea quæ ſequantur alij.13.ſam.70.exedria.7.ſam 42.Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta in Verr.184. Inſtituere officinam Syracuſis. in Verr.212.Officium alicubi.6.Verr. 48. pœnam in alium. pro D.ſua,96.regnum.pro Sylla,15.religionem. pro Do. ſua,104. Suſcipere inſtituere, & perficere aliquã rem. Luccio, l.5.12.5. Inſtituere alicuius ſermonem.3.ad Quint.fr 27. Phidias poteſt a primo inſtituere ſignum, idque perficere 4.de Fin.57. Tabellarios certos inſtituere.14.ſam.24 Inſtituere tabulas teſtamenti 7.ſam.38.Textrinam alicubi inſtituere.6. Verr.52.Tutorem filiorum orbitati inſtituere.1.de or.216. Multa incommoda conſequi, ſi inſtituatur, ut a ſcripto recedatur.de Inu. 78. Non ut ille filius inſtituatur, ſed, ut e patriciis exeat. pro Domo ſua, 30. Cum omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur.pro Syll.177.Hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri atque renouari moleſte ferunt.in Verr.65.Hæc nec inſtitui, nec effici poſſunt ſine tua ope.Att.160.De legibus inſtituendis or. 90. Hiſtoria inſtitui niſi præparato otio non poteſt, nec exiguo tempore abſolui.1.de Leg.14. Tecum mihi inſtituenda oratio eſt. de Fin.145. Inſtituendi genus *Σεπτάττιον* 3.ad Quin.fr.22. Inſtituenti mihi referre, &c.de orat.142.

Inſtitutus.

Inſtitutus ab Ariſtotele Theophraſtus.3. de L.16. Inſtitutus ad legem.pro Mil.7.Probauit omnibus M. Curium, qui heres inſtitutus eſſet, ita.&c.pro Cæc.39. Qui eſſet ſecundum poſthumum hæres inſtitutus. de or. 99. Hic magiſtratus multis annis poſt decemuiros inſtitutus eſt. Att. 86. Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus, & a tali quodã ductus exordio.1.Tuſc.14. Idque memoria teneo, cum mihi ſermo eſt hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus, &c. 2.de or. 163.Diligentia alicuius bene inſtitutus aliquis. de claris or.129. In pueritia bonis artibus & diſciplinis inſtitutus nõ eram.in Verr.85.Doctrina liberaliter inſtitutus. 2. de orat. 89. Græcis doctrinis inſtitutus.de claris or.90.Erat enim tum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus.de Cl.191. Nam & amicitia peruetus mihi cum eo eſt, ut primum in forum ueni, inſtituta.ad Sulp.li.13.18.1.1.de Fin. 105. Non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia.3. ſam. 33. Inſtituta temere cauſa.9.Att.14. Inſtituta concurſatio.pro Domo ſua, 12. Inſtituta dignitas.1.Att.63.Inſtituta patria.de Fin.lib. 5.12.Male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt.de Nat.1.74. Vita inſtituta præceptis philoſophorum.de Fin.110. Si omnium nomine, quicumque Romæ ludos facerent, quod erat iam inſtitutum, erogaretur.ad Q fr.295. Expedire exitum inſtitutæ orationis. epiſt.44.Rem inſtitutam abſoluere.de Fin. 114. Cum rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet, ſi affuiſſem.ep. 71 Inſtitutum poema perficere.3.ad Quint.fr.34.ideſt, inchoatum. Non auaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad uoluptatem, &c. pro L. Man. 28. Et poſſes prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longe refugere. Att.1.1.9.Nihil tam remotum ab accuſatione, quam Cluentius & natura, & uoluntate, & inſtituta ratione uitæ. pro Cluen.22. Inſtituto itinere ſecuritatem diligentiamque ſocijs & Reipub. præſta. Caio Cic.15.5.7. Inſtituti a natura. 3. de Finib. 17. Non ita a maioribus noſtris inſtituti atq. imbuti ſumus, vt, &c. in Ant.228.Diodorus & Philo, a quibus inſtituti ſumus, &c.de Nat.d.3.Ad hanc legem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus.or.212.Diuinitus multa a maioribus inuenta atque inſtituta ſunt.pro D.ſua, 1.Inſtituta concilia dimittere, habita reſcindere poſſunt augures.2.de Leg.32.Non eram neſcius, quãtis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, & iam inſtitutarum. ep.67. Neque inſtitutas ceremonias perſequi, neque verbum vllum ſolenne potuit effari.pro D.ſua,109.

Inſtitutum.

Hoc inſtitutum poſtea tranſlatum ad philoſophos noſtros eſt: de Fin.64. Nefarium Inſtitutum.5.Verr. 34. Inſtitutum vitæ capiendum 4.de Fin.66.Hoc eſt, viuendi ritus ſiue ratio & modus. Patrium inſtitutum.de Cla.184. Confuſius heſterno die eſt acta res, C.Panſa, quam poſtulabat inſtitutum cõſulatus tui.in Ant.214. Puta te exiſtimare me nunc oblitum conſuetudinis atque inſtituti mei, rarius ad te ſcribere quam ſolebam. Att.4. 87.1.Inſtituti mei tenendi cauſa.ep. 258. Sed ad huius libri inſtitutum illa nihil pertinent.Top.223. Quod ad hoc noſtrum inſtitutum non pertinet.de Inu.82.Inſtitutum alicuius ſequi.Acad.q.ed.1.lib.2.14.Nos inſtitutum tenebimus. Tuſc. 4. 6. Tenere aliquod inſtitutum in omnibus.6 Verr.40.16.ſa.8. Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruantiam tenuiorum ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere.pro Mur.141.De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius de inſtituto, ac de iudicio meo dixero.off.2. 2. Ex inſtituto meo.12.ſam 40. in ep.Trebonii. Et tamen inſtituto Lelij Panætium audieras.de Cl.173 More inſtitutoque maiorum, pro Mur 1.Veteri conſuetudine, inſtitutoque maiorum.1.Ver.3.Cn. Magium Pompeii præfectum deprehendi, ſcilicet meo inſtituto vſus ſum.9.Att.24 id eſt, meam ſeruaui conſuetudinem. Si qua mulier ſit eiuſmodi, qualem paulo ante deſcripſi, vita inſtitutoque meretricio.pro Cæl.39.Illi antẽ qui Platonis inſtituto, &c. 1.Acad q.25.Quid vero hoc elegantius, quod non ſit natura, ſed quodam inſtituto?or. 90. Nobis autem in hac cauſa nihil aliud opus eſt, niſi te ius inſtituto tuo dicere.ad Thermum, lib 3. 76. Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vult ſe eſſe, non leges, non inſtituta, non mores, non iura nouit. in Piſ 28. Inſtituta regia. Tuſc.4. 1.Genus inſtitutorum & rationum mearum, diſſimilitudine nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ.Cæl.2. 24. Sed bene iuris publici leges atq. inſtituta cognouerat.de claris or.146.Perſcribere inſtituta.2.de Diu.8.Per publice inſtituta.Luccio.lib. 5.12. 35. Inſtituta alicuius ſeruare. Acad.q.ed.1 lib.2.3. Magnamque Græciam inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt.Læl. 12. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ. 6. Verr.50. Quis autem tam agreſtibus inſtitutis viuit, &c.de Fin. 3.30.Quod ſi omnia a philoſophis eſſent petenda, Peripateticorum inſtitutis commodius fingeretur oratio.de Cla.175. Te abũdare oportet præceptis inſtitutiſque philoſophiæ, 1.off. 1.C.Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis de or.88 Inſtitutis meis ſe te creatos putant. 15. ſam. 23. Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis hæc ad te ſcribere. 5.ſa.48.

Inſtitutio.

Hæc inſtitutio atque diſciplina poteſt, &c.ad Q.fr. 293.Omnis quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur: off.1.11.Inſtitutio amicitiæ.de Fin.1.55. Cum ad cuiuſque naturam inſtitutio doctoris accommodaretur de or 146.Inſtitutio morum. Acad.q.ed.2.lib.1.17. Earum ipſarum rerum, de quibus agimus, prima inſtitutio & quaſi diſciplina. Acad.q.ed. 1. lib.2.94 Ratio inſtitutioque adminiſtrandæ Reipub. Att. 15. Magis ad inſtitutionem vitæ communis ſpectare uidentur.1 Off. 13.& 2.54.Rationem inſtitutionemque ſuam conſeruare. Att.1.12.14. Horum nos hominum ſectam atque inſtitutionem perſequimur. 7.Ver.142. Neque enim dici poteſt in ulla rerũ inſtitutione, &c. de Nat. d.2.25. Iiſdem præceptis atque in una inſtitutione formari.3. de or. 20. L.Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ, quam quãtum puerili illa inſtitutione potuiſſet.de or.308.Multa Græcis inſtitutionibus eruditi.1.de Nat.d.7.

Inſto.

Etiam atque etiam inſto, urgeo, inſector.pro Planc.269. Inſectos ultro atque inſtu accuſatori, Iudices, inſectum, inquam, & flagito

glto teſtes.pro Font.276.Inſtat enim o pater,&c.de or. 152.Inſtat & urget Cato.1.Att.26. Inſtat enim & urget, & quocunque te uerteris,perſequitur.de Diu.139.Inſtat nunc ille annus egregius.Att.16. Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium:a me poſtulat,ne dicendo tempus abſumam. pro Qu.38.Mihi inſtat iter longum. Att.a 11. Tibi ab iis inſtat periculū. ep.176.& 191.Sed id alias:nunc quod inſtat. Tuſ.3.8.Nūc quod inſtat,agere oportet.de Inu. 66.Inſtat Scandalius poſcere recuperatores.in Verr. 178. Galli inſtant atque urgent ſummo cum ſtudio.pro Font.283.Inſtant magnificentiſſimi ludi. In Piſ. 93. Ita illi ego qui inſtabant ut darem ſibi quod ornarent, iam exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. Att.2.16.4.Inſtitit, oppreſſit, non remiſit.5.Verr.115.Inſtitit flagitare.10.ſa. 33. Vrge,inſta, perfice.Att.215. Cum ſacrificii dies inſtaret.de Inu. 74. Quamquam iter inſtaret.Diu.1.54. Et nunc nō minora pericula Reip. a Dolabella inſtarent,quam ab Antonio. Lentulus ad Cic. 12.14.21.Quę cum dixiſſet, paululumque inſtitiſſet.de Fin. lib. 5.67.Quibus ego confido impendere fatum aliquod, &c.aut inſta re iam plane,aut certe iam appropinquare. in Cat. 106. Cupide inſtare alieni.pro Quint.14.Cædere ianuam ſaxis,inſtare ferro ligna & ſarmenta circundare.3.Ver.48.Ita mihi uidetur bellum illud inſtare.Att.225. fortunam ſaxo inſtare prædicant uolubili.ad Her. 13. Quare aut muta actionem, aut noli mihi inſtare ut iudicem. pro Cæc.6. Ergo inſtare ut mihi reſponderet. in Verr.147.

Inſtans.

Inſtans periculum.ad Her.16.Te inſtante faciet.3. Attic. 13. Tibi cupienti atque inſtanti ſæpiſſime negaui. de Orat. 93. Si quidquā aliud uobis niſi de inſtanti bello cogitatum putabunt. 11.Phil.307. Genus cauſæ ex controuerſia facti, uel ex futuro, vel ex inſtanti.de or. 118. In inſtanti tempore quid conſiderandum.2.ad Her.38.Inſtantia & ſequentia. Tuſc.213. Quę enim uenientia metuuntur,eadem efficiunt ægritudinem inſtantia.4. Tuſ.19.ideſt,præſentia,urgentiaque. Præterita ea dicimus,quorum ſuperiori tempore uera fuerunt inſtantia:ſic futura, quorū conſequenti tempore uera erunt inſtantia.de Fat.145.In inſtantibus ſequentibusq. uidendum eſt, ne quid humile,ſummiſſum, molle,effœminatū,fractum,abiectumque faciamus. Tuſc.4.53.

Inſtabilis.

Inſtabilis in iſtum plurimum fortuna ualuit.ad Heren.34.Inſtabilis fortuna Pacuuij.ad Her.13.

Inſtruo.

Tu actionem inſtituis:ille aciem inſtruit. pro Mur. 19.Senectus adoleſcentulos docet, inſtituit, ad omne officij munus inſtruit.de Sen.26.Hic quem inſtruimus,orator.de or.149.Ad iudicium non ſe ſatis inſtruxerat.in Verr. 269. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant,nondum inſtruxerant.in Ant. 218. Inſtruite nunc contra iſtos,&c.ueſtra pręſidia, ueſtros exercitus. in Cat. 109 Bellum inſtruere & exercitus ornare.con.Rul.84.Vrbs quæ facere atque inſtruere bellum poſſit. con. Rul.81. Non enim te inſtruere domum tuam noluerunt in prouincia, ſed illum uſum prouinciæ ſupplere.6. Verr.8.Inſtruere inſidias in aliquo loco. pro Clu.150.Multitudinem hominum cogere,armare,inſtruere pro Cæc.291.Petitionē conſulatus diligēter adornare & inſtruere.pro Mur.135.Inſtruere ſe domeſticis copijs. de orat.112.Neque ſe ſatis, cum poteſtatem haberet, inſtruxiſſe & ornaſſe. in Ver.123.Inſtruar conſilijs idoneis ad hoc negotium. Att. 5.93.30.Hoc enim ipſum iudicium,hoc periculū, illa accuſatio,omnis teſtium copia quæ futura eſt, a matre initio eſt adornata, a matre hoc tempore inſtruitur,atque omnibus eius opibus & copijs comparatur.pro Clu.12. Quod iam non ad unius perniciē, ſed ad uniuerſorum inſtruitur calamitatem. in Ant. 196. Artes quibus inſtruimur ad hunc uſum forenſem, & ad capeſſendam Remp.pro Cæl.53.Curio cum tardus in cogitando, tum in inſtruendo diſſipatus fuit.de Cl. 184.

Inſtructus.

Inſtructus,armatus,paratus per ſeſe. Tuſc.220.Mediocriter a doctrina inſtructus,anguſtius etiam a natura.de Cl.186.Sic igitur orator inſtructus ueniet ad cauſā.or.208.Inſtructus ad uirtutem cōtemnendam.2.de Fin. 92. Inſtructus artibus ingenuis.1. de or.37.Hoc eſt,bene edoctus & inſtitutus. Inſtructus & ornatus plurimis & grauiſſimis artibus atq. uirtutibus.de Fin.2.98. & Tuſc.5.22.Paratus atq. inſtructus in iudiciū uenit.in Ver.67. Inſtructus omni copia.de Cl. 187. Tribunus conſularibus copijs inſtructus. p D.ſua,237.Gręcia M.Bruti imperio, auctoritate,copijs nō ſolū inſtructa,ſed ēt ornata dextrā tendit Italię.in Ant. 186. Materia orationis inſtructa ornataq. rebus & ſentētiis. de or.123.Nauis inſtructa & ornata.p Clu.55.natura inſtructa uerbis & ſentētiis popularibus.or.201.Philoſophia nō ſatis inſtructa ad forenſes cauſas.198.Prouincia exercitu & pecunia inſtructa & ornata.in Piſ.80.Domicilium ornatum ſignis & picturis, inſtructumque rebus omnibus neceſſariis.de Nat.d. 45. Inſtructū & paratū conuiuiū omnibus rebus.6.Ver. 54. Hunc diuinis quibuſdam bonis inſtructū atq. ornatum puto. pro Cęl. 45. oratorem eſſe inſtructum uoce lepore quodam uolo.de or.103.Domum exornatam & inſtructam fere iam iſte reddidit nudam & inanē.in Verr.115. Nos ipſi a doctoribus atque doctrina inſtructi ad Remp.& ornati acceſſimus. off. 31. Alii ad permouendos animos inſtructi & parat.or.198.Homines inſtructi,& certis locis cum ferro collocat.pro Cæc.191. Cur ergo non iidem in iure ciuili ſatis inſtructi eſſe poſſumus, ad hoc duntaxat, ne in noſtra patria peregrini eſſe uideamur?de or.206. Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atque inſtructæ.pro Pomp.17. Naues inſtructæ & paratę.ep.192.& in Verr.263. Hæ rationes,quæ ſatis ferme nobis inſtructę & compoſitæ uidentur.de Leg.163. Accuſatores ab aliquo eſſe inſtructos & ſubornatos in Vatinium. 19.Nam quos improbos,maledicos,fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam inſtructos,eos haud contēnūt quidem, ſed de iis male exiſtimant.off.2.51.Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius uoluit,& emit inſtructos.3. off.77. de hortis.Muneribus deorum nos eſſe inſtructos & ornatos. de Leg. 163.Nos quemadmodum inſtructos, & quibus præſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis,non eſtis ignari.ad Senatum.lib.15.1.11.Quæ claros uiros a ſe inſtructos dicant Remp. ſępe rexiſſe. Acad.q.18.Inſtructas & paratas naues in aqua habere.12.f.32 in ep.Lent. Paratior & inſtructior ueniret. ad Her. 26.Inſtructior a philoſophia,a iure ciuili,ab hiſtoria.de Cl.or. 83.Aut ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior.de Fin.1.20. Omnibus rebus domus inſtructior & apparatior.eſt de Inu. 54. Inſtructiſſimus ad dicendum.de or.145.Inſtructiſſimus artibus. ad Brut. 178.Inſtructiſſimus uir.1.de or.134.

Inſtructus.

Riuis eſt diducta oratio, non fontibus:& quocunque ingreditur,eodem eſt inſtructu,ornatuque comitata.3.de or.14.

Inſtructio.

Inſtructio exercitus.2.de Nat.d. 121.Hæc autem diſpoſitio locorum,tamquam inſtructio militum facile in dicendo, ſicut in pugnando,parere poterit uictoriam.ad Her. 19. Neque cōiectione telorum,ſed ſępe clamore ipſo militum,aut inſtructione aſpectuque ſignorum magnas copias pulſas eſſe & uidimus & audiuimus.pro Cęc.32.

Inſtructor.

Hi ſunt conditores,inſtructoreſque conuiuii. poſt red. in Senatu.13.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum cauſarum & generum omnium.1. de Or. 80. Inſtrumentum oratoris.or.141. Inſtrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidum. Brut. 34. Quod ſi Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occaſionem regnandi habuit,&c. Brutus Cic.4.6.Soluendi ſunt nummi Cęſari, & inſtrumentum triumphi eo conferendum.Att.7.32. Ad quorum intelligentiā a natura minus habent inſtrumenti.3.de or. 108. Quid uiatici, quid inſtrumēti ſatis ſit.12.Att.43.Præclarum munus ac inſtrumentum Tribunatus ad aliquem deferre.pro Mil.15.In eorum arationes Apronius uenit omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit.5.Verr.46.Vt in augenda re non auaritiæ prędā, ſed inſtrumentum bonitati quęreret.pro Rab.Poſth 2. In fundum autem uicini Conſulis,non inſtrumentum aut ornamenta uillę,ſed etiam arbores transferebantur.pro D. ſua. 49. Tottius belli inſtrumento & apparatu.4.Acad.q.5.Eloquētiam locupletaſti grauiorum artium inſtrumento.de cl.196.Hoſtium ſpolia, monumenta imperatorum,decora atque ornamenta, fanorum, puluinaria præclara nominibus amiſſa in inſtrumento ac ſupellectili C.Verris numerabuntur 6 Verr. 87. In oratoris vero inſtrumento tam lautam ſupellectilem numquam videram. de or.98.Nemo ſine eo inſtrumento ad ullam rem illuſtriorem poteſt accedere.de Finib.125.ideſt, ſine bonis artibus uel ſcriptis. Quid cum tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis?2.de Fin. 177.Arationes magna impenſa, magnoque inſtrumento tueri.in Verr.158.Inſtrumenta ducelli,non ſani,æs atque ferrum.3.de Leg. 43. Quidquid habuit ex diſciplina, inſtrumenta naturę decrant.de Cl.145.Cum induſtrię ſubſidia atque inſtrumenta uirtutis in libidine audaciaque conſumerentur.2.in Cat.31.Inſtrumenta uitæ.Aca.q. ed.1.lib.2.31.Inſtrumenta quanta habeat homo ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam.1.de Leg.45.

Inſania

Inſuauis.

Inſuauem illam admirationem ei fore, quæ iucũdiſſima fuiſſet, niſi aliquem cui narraret, habuiſſet. de Amic. 74. Qui uitam inſuauem ſine ſtudiis putaretis. 2. de or 15. Att. 10. 195. 7. Quid inſuauius, quam clamor in exordio cauſæ? ad Her. 20.

Inſubres.

At enim quædam fœdera extant, ut Germanorum, Inſubriũ, Heluetiorum, Iapidum, &c. pro Corn. 24.

Inſuetus.

Inſuetus cõtumeliæ. Att. 2. 36. 6. Mos inſuetus & nouus. Att. 4. 70. 8. Videte ne inſueti rerum maiorũ uideamini. ad Her. 25.

Inſula.

Omnis terra parua quædam inſula eſt circunfuſa illo mari, quod Oceanum appellatis. de Som. Scip. 159. Inſula quæ eſt in Fibreno flumine. 2. de L. 1. Inſula in lacu Precio. pro Mil. 115. Si inſulam Britanniam cœpero cogitare. ep. 253. Qui quaſi magnam quamdam inſulam incolunt, quam nos orbem terræ uocamus. 2. de N. d. 183. Claudius proſcripſit Inſulam, uendidit. off. 65. Nunc demum intelligo P. Clodij inſulam eſſe uænalem, cuius hic ędiculis habitet decem, ut opinor, millibus. pro Cælio, 81. ideſt domum. Quod prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet. in Verr. 233. Literæ de inſula Britannia. ad Quint frat. 317. At hunc his ipſis ludorum diebus uidebam in inſula clariſſimi adoleſcentis Luculli. in Ant. 226. Inſulæ beatorum. de Fin. 5. 49. Inſularum fructus. 16. Att. 2. Inſularum merces. 15. At. 34. Sic uocantur domus in urbe, quæ aliis ædificiis non cohęrẽt, & quas uia undique ambiunt.

Inſulſus.

Adoleſcens non inſulſus. pro Cæc. 52. O gulã inſulſam. Att. 215. Ad cognitionem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerit. Plancus ad Cic lib. 10 45. Sed tu mihi uideris & Epicharmi acuti, nec inſulſi hominis, ut Siculi, ſententiam ſequi. 1. Tuſc. 25. Quę nec illiterata, nec inſulſa eſſe uideantur. ep. 156.

Inſulſitas.

Sed qui eius rei rationem quamdam conati ſunt, artemque tradere: ſic inſulſi extiterũt, ut nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas rideatur. 2. de or. 120. Vix harum rerum inſulſitatem fero. 5. Att. 19. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in uilla, cuius inſulſitatem bene noram. Att. l. 13. 284. 2. & l. 5. 98. 1. Iam noſtris inſulſitatem Græcorum. pro Rabirio Poſthumo, 22.

Inſulſe.

Et eſt latum Hercule inſulſe. Att. 65. Inſulſe omnia fieri uidentur ab eo quem non ames. 15. Att. 9. Sed ita locutus inſulſe eſt, ut mirum Senatus conuitium exceperit. ad Cæſarem iuniorẽ, l. 2. Hoc ipſum non inſulſe interpretantur. 2. de or. 122. Multa ſtulte, inſulſe, arroganter dici & taceri. Att. 73.

Inſulto.

Clodius qui tot annos in rempub. inſultauit. pro Mil. 118. Nunc uero non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem inuehar. pro Flac. 154. Nõ tibi in calamitate inſultare uideor, &c. 7. Verr. 103. Inſultare in miſerias alicuius. ad Her. 36. Inſultare in omnes. 2. de N. d. 54.

Inſum.

Ineſt neſcio quid, & latet in animo ac ſenſu meo. 2. de Leg. 1. Ineſt calor in iis ciborum reliquiis. de Nat. d. 18. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur. de Amic. 67. Ineſt in amore fructus. de Amic. 30. Oracula ex ipſo appellata ſunt, quod ineſt his deorum oratio. Top. 227. Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. or. 200. Nõ ob eam cauſam ineſt in facultate dicendi iuris ciuilis ſciẽtia. de or. 103. In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorum ſciẽtia. de or. 156. Superſtitio in qua ineſt timor inanis deorum. de Nat. d. 24. Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. de haruſp. reſp. 256 Manere in ui ta, in qua nihil inſit niſi miſeria. ep. 71. Vt in iis nulla inſit certa iudicandi & aſſentiendi nota. de Nat. d. 1. 10. Democritus tum cenſet imagines diuinitate præditas ineſt ſe uniuerſitati rerum: tum principia mentéſque, quæ ſunt in eodem uniuerſo, deos eſſe dicit. de Nat. d. 24. Itaque a ſit hanc quaſi naturalem atque inſitam in animis noſtris ineſſe notionem. 1. de Fin. 48. 7. Verr. 34. 4. Acad. q. 47. Ineſſe non poteſt pietas in ſpecie fictæ ſimulationis. de Nat. d. 1. 3.

Inſumo.

Inſumere laborem in aliquam rem. de Inu. 75. pecuniam in aliquem. 5. Att. 31. Sumptus in rem aliquam. 2. de Inuent. 205. Nos tamen eſſe hoc te ex aliis audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, ut nullus teruncius inſumatur in quemquam. Attic. 5. 105. 2. Quãtam igitur illi ſpem prædæ prępoſitam arbitramur fuiſſe, qui tantum præſens lucrum, nulla opera inſumpta, contẽpſerit atque deſpexerit? 5. Verr. 186. Antequam proxime diſceſſi, numquam mihi uenit in mentem, quo plus inſumptum in monumentum eſſet, quam neſcio quid, quod lege conceditur, tantumdem populo dandum eſſe. Att. 12. 251. 2.

Inſuo.

Quoniam Smyrnæ duos Myſos inſuiſſes in culeũ, &c. ad Q. fr. lib. 1. 2. 7. & pro Roſc. Am. 18. & 42.

Inſuper.

Nã ne te fugiat, Catius inſuper Epicureus, qui nuper eſt mortuus, &c. hic ſpectra nominat. Caſſio, lib. 15 16. 2. Non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione uinctus eſt. ad Heren. 31.

Inſuſurro.

Atq. ita, &c. ut crebro mihi uafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantinelam illam ſuam, &c. Att. 1. 14. 11. Verum quoniam non ſolum nauta ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis tempus eſſe, &c. 4. Acad. 263. Inſuſurrare aliquid alicui. pro Mur. 148. Sint aures tuæ quæ id quod audiunt, exiſtimentur audire, non in quas ficte & ſimulate quęſtus cauſa inſuſurretur. ad Quint. fr. 1. 9. A qua muliere cum erat ad eum uentum, & in aurem eius inſuſurratum, alias reuocabat eos inter quos iam decreuerat, decretáque mutabat, &c. 3. Ver. 84.

Inſuſurrans.

Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt inſuſurrantiſque alteri, Hic eſt ille Demoſthenes. 5. Tuſc. 145.

Intabeſco.

Diuturno morbo intabeſcere. de Nat. d. 77.

Intactus.

Intactus a ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem. Cælius ad Cic. 8. 4.

Integer.

Integer, innocens, religioſus. 6. Verr. 6. Iuſtus, integer, religioſus, patiens iniuriarum. de or. 125. Integer & caſtus & grauis. 11. Att. 12. Integer & contaminatus. in Top. 36. Integer & honeſtus in omnibus uitæ partibus. pro Fonteio, 26. Integer & purus. 1. Tuſc. 64. Integer ab aliquo. 6. Verr. 13. Annus integer eſt nobis expectandus. de Prou. 72. Rudis diſcipulus & integer. 3. de Nat. d. 5 Equitatum habet magnum: nam omnis ex prælio integer diſceſſit. Lepidus ad Cic. 10. 79. Homo integer & caſtiſſimus. 2. de Inu. 146. Bonus & integer uir. pro Mur. 12. Qui lituus in curia Saliorum ſitus, cum ea deflagraſſet, inuentus eſt integer. de Diuin. 85. Integer animi fuiſſe demonſtratur. Integer omnibus rebus. 13. famil. 8. Integra ętas reſtat. 12. Att. 56. Itaque Alexandrina cauſa, quæ nobis adhuc integra eſt, uidetur ab illo plane eſſe depoſita. ad Lentulum, libro. 1. 5. 12. Tamen dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur honeſtam egeſtatem. pro Quint. 8. Ex uera atque integra Græcia. pro Flac. 48. Integra mens. 3. Att. 18. Integra iudicandi poteſtas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8. Integra res. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 10. Hoc eſt, intacta & quaſi illibata, de qua nihil adhuc eſt diſputatum aut iudicatum. Integra & infracta res. Att. 9. 181. 14. Integra res, & res inclinata, opponuntur. 10. ad Att. 28. in ep. Cęſ. Integra ualetudo: 2. de Fin. 104. id eſt, ſana. Integrum corpus & uitioſum. 1. de Diu. 139. Integrum officium. pro Syll. 37. id eſt, non uiolatum. Integrum templum omni opere. 3. Verr. 94. Syncerum integrumque ab omni incommodo conſerues. 13. fam. 72. Vt damnati in integrum reſtituantur, uincti ſoluantur. 7. Verr. 10. Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem. 1. fam. 35. Integrum tibi reſerues de Dolabella. 8. fam. 16. in epiſt. Cælii. Vt integrum ſe, ſaluumque ſeipſum uelit, mouet infantem natura. 2. de Fin. 29. Quod me amiciſſime admones, ut me integrum, quoad poſſim, ſeruem, gratum eſt. Att. 7. 67. Quintum uidi plane integrum. ad Q. fr. 2. 8. 4. Reſeruare omnem cauſam integram alicui. 13 fa. 7. Integram prędam habere ſine ſanguine. pro Sex. Roſc. 43. Vt ad conſilium publicum rem integram referrem. in Cat. 118. Is rem integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe. off. 50. Præſertim cum integram rem, cauſamque reliquerim. Att. 83. Omne animal integrum ſe ac ſaluum uult, de Fin. 71. Deos teſtor, integro me animo ac libero P. Syllæ cauſam defendere. pro Syll. 65. Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in integra re, ſed certe minus infracta. Att. 146. Ea dicam uobis audientibus amiſſo iam tempore, quæ ipſi ſoli re integra ſępe dixi. pro Mur. 134. Sed hęc

mallem

uallem integra re tecum egiſſe.Att.lib.4.86.7. Quod nec integra re mihi ad conſulendum,&c.implicatus tenebar. ep.14. Virũ eſt æquius Decumanum petere,an aratorem repetere? iudicium integra re,an perdita fieri? 5. Verr. 21. Multo plura eueniſent,ſi ad quietem integri iremus:nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus.1.de Diu.55.Integri incorruptique ſenſus. Acad.q.ed.1.lib.2.20.Integri & ſani ſenſus.Acad.q.ed. 1.lib.2. 72.Integri teſtes.1.de Fin.107.Integræ gentes. pro D. ſua, 48. pro,opulentæ.Signa integra.3.in Cat. 52. Integrorum & fortunatorum promiſſis ſaucios & miſeros credere non oportere.pro Mur.47. Florentes atque integros populos uici. pro Plan. 69. Coniuges integras ab alterius petulantia conſeruare. 2. Ver. 9. Integra omnia tibi ſerues.10.Att. 27. in ep. Ant.id eſt,neutram in partem inclines.Integra omnia hic ſuſtinuimus. 10. fam.51. in ep. Planc.Literæ integris ſignis datę.in Cat.112.Cum eſſet il le uir exemplum,ut ſcitis,innocentiæ, cumque illo nemo eſſet neque integrior neque ſanctior. de Or. t. 117. Multo etiam integriora ac puriora ſunt, ut a te longiſſime ſe efferant. Tuſcul. 156. Vita integerrima. pro Planc. 2. Cum Gabinio integerrimas pacatiſſimaſque gentes ad diripiendum tradidiſſes. pro Dom.ſua,

Integrum.

At non eſt integrum:conſtituta legatio eſt. quid autem integrum non eſt ſapienti,quod reſtitui poteſt? 14. Phil. 321. Quod ſi talium ciuium uos Iudices tædet, oſtendite: mutabunt ſententiam, qui potuerint: conſtituent quid agant, quibus integrum eſt.pro Flac.81.Ii quibus integrum eſt,qui nondum ad honores acceſſerunt.pro Fla.166.Mihi integrum eſt facere uel non facere. Att.55.Non iam mihi licet, neque integrum eſt, ut non reos defendam.pro Marc.125.Non eſt integrum mihi tuo conſilio uti. In Piſ.45.Loquor de legibus promulgatis, de quibus eſt integrũ nobis.in Ant. 158. Atque et ne integrum quidem erat, ut, &c. Tuſc. 140. Ego, ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen. pro Rabirio,93.Cum id iam integrum non eſſet. pro Marc. 137. Vt nulla re impedirer,quin,niſi uellẽ,mihi eſſet integrũ,aut,&c. Att.4.71.9.De triumpho erit,inquis,integrum. Att.135.Quouſque inquies?quod erit integrum. Att. 282. Si integrum daretur,eam ſententiam diceret.in Part.73. In integrum reuocari iã non poteſt. ad Brut.48.in ep. Brut. De integro alicui gratulari. Att.13.298.2.De integro ſcribere epiſtolam.Att.13.283. 1.Res adhuc in integro eſt.ep.76.Cum in integro tota res eſſet.4.Ver. 68. id eſt,in poteſtate,ita ut adhuc poſſit uel fieri, uel omitti.In integro res erit.15.fam.44. Sed quoniam hæc iam neque in integro eſſe poſſunt. 3. de or. 8. Suſpicor enim cohęredes dubiam noſtram cauſam putare,& eo rem in integro eſſe. Att.11.223.6. Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent.ep.15.

Integro.

Sic animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur.1.de Inu. 37.

Integre.

Incorrupte atque integre iudicante natura.lib. 1. de Fin.23. Caſte integreque uerſari in periculis priuatorum.pro L.Man.1. Integre uiuere.4.de Fi.104.Acta integerrime uita. in Salluſt. 2.

Integritas.

Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem uocatur.2.de or.20.Integritas & continentia. Q. fr.1.1.27.Cautior & diligentior integritas. Q.fr.1.1.18. Integritas atque innocentia ſingularis. 1. Verr. 15. Singularis integritas alicuius,multis magniſque rebus ſpectata. in Ant. 185. Integritas corporis.de Fin.2.30. Incorrupta ſermonis Latini integritas.de Cl.or.68.Integritas ualetudinis.Tuſ.5.71. Vitæ grauitas & integritas.de Cl. Or. Integritas unguiculorum omnium. de Fin.147.Integritatis & elegantię alicuius laudator. Att. 6.113. 13.Integritatis & fidei teſtimonium dedit Cato. Att. 7.122.8. Tertius hic annus habet integritatem eandem, quam ſuperior, cautiorem etiam ac diligentiorem. Q.fr.292. Summum bonum cumulatur ex integritate corporis,& ex animi ratione perfecta. 5.de Fi.73. Mulierem eximia pulchritudine, ſed eam ſumma integritate pudicitiaque exiſtimari.3.Verr.43. Vir ſumma integritate & innocentia.Att.188.

Integumentum.

Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non liceret.Poſt red.in Senatu, 14. Integumenta flagitiorũ. pro Cæl.37.Sic modo in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quædam inuolucra atque integumenta perſpexi.2.de or.78. id eſt, uelamenta. Diſſimulationis integumentis euolutus. 2. de or. 190. Vereor ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam frontis inuolutam integumentis nondum cernat. in Piſon.8.

Intelligo.

Intelligo,animaduerto,ſentio. off. 29. Volo etiam audire de te, quo tandem Senatuſconſulto legatus ſis: de geſtu intelligo quid reſpondeas.in Vatin.27.Sed ne latius hoc patere uideatur, hæc duntaxat in Gręcis intelligo,quæ ipſi, qui ſcripſerunt, uoluerunt a uulgo intelligi.de or. 114. Tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo,quam multa uidi.6.Verr. 84. Itaque corpus quid ſit intelligo,quaſi corpus quid ſit, nullo prorſus modo intelligo.de Nat.d.10.Intelligis recte de re frumentaria.9.Att. 33. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus?Parad.124.Noſtræ legis interpretes,quo capite iubemur ſumptus remouere,&c. hoc intelligunt, in primis ſe pulchrum magnificentiam eſſe minuendam.de Leg.183. Ea quæ minus intellexi,& quæ parum accepi.de N. 60. Accepi aliquot epiſtolas tuas,ex quibus intellexi,&c. Att.2. 33. 1. Intellexi ex tuis literis te ex Turannio audiſſe,a me prouinciam fratri traditam.Att.6.120.3.Vtrum hoc tu parum meminiſti, an ego, non ſatis intellexi. Att. 135. De fundo Fruſinati redimendo iampridem intellexiſti uoluntatem meam. Att. 178. Tu iſtic, ſiquid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. ad Tironem, lib. 16. 31. Pudere dicere me non intelligere, ſi uos ipſi intelligeretis,qui iſta defenditis. de Nat. d. 23. Explicari mihi tuum conſilium plane uolo,ut penitus intelligam. Att. 128. Ambiguum ſi conceſſeris,ex ea parte,quam intellexerit,&c de Inu. 38. Cernere & intelligere aliquid animo.Top. 222.Quam qui audiunt,intelligere & ſapere pluſquam ceteros arbitrantur.Off. 43. Intelligere magna ex paruis.Off.1.203.Illud non queo intelligere. de Nat.d.9.Quam ſis audax,hinc oẽs intelligere poſſunt,quod,&c. pro Sex.Roſc. 33. Verum ita eſt uti dicis, te deiectum debeo intelligere,etiam ſi tactus non ſis. pro Cęc. 292. Quod iſte neque attendere unquam, neque intelligere potuit.in Verr. 266. Male eum credo intellexiſſe,ſi quiſquam male intelligit.potius nihil intellexiſſe.Att.16.41. Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe.1.de Fin. 73. Id ſi minus intelligitur, quanta uis amicitiæ, concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque ex diſcordiis percipi poteſt.de Amic.23. Non intelligitur quando obrepat ſenectus.de Sen.35. id eſt, uix ſentitur, haud animaduertitur,aut percipitur. Archeſilam uerò non obtrectandi cauſa cum Zenone pugnauiſſe,ſed uerum inuenire uoluiſſe,ſic intelligitur.4.Acad. 136. Qui intelliguntur animantes ratione. de Vniu.13.Quod poſt magis intelligetur. Off. 198. Sed ea magis ex aliorum contentione,quam ipſa per ſeſe cognoſci atque intelligi poteſt.de Nat.d.Cuius ex epiſtolis intelligi licet, quam frequens,&c. Off. 198. Sed tamen nec nimis eſſe diuerſa, nec ullo modo coniuncta intelligi licet.Off.216.Malo non intelligi orationem meam, quam reprehendi.de Or. 111. Hoc quale eſſe debeat,ex ipſis quæ ſupra dicta ſunt,intelligi poteſt. Off. 209. Vnde ergo hoc intelligi poteſt?ex hoc maxime, quod, &c. in Verr. 178.Animo etiã ac ratione aliquid intelligi poſſe.de Fin. 1.24. Cum dico legem,nihil aliud intelligi uolo, quam imperium, ſine quo,&c.de Leg.184. Ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi grauiſſimus author Plato.or.5. Intelligendi conſilium. 7.Phil.229.Intelligendi prudentia.1.de Or.45.Ex quo facile intellectum eſt,uerbis eos,non re diſſidere.de fato,149.

Intelligens.

Cum rationem igitur habuiſſet, reperiebat nihil eſſe eorum, quæ natura cernerentur:non intelligens,intelligente,in toto genere præſtantius.de Vni.11.Erat & cupidus uoluptatum,& cuiuſuis generis eius intelligens & copioſus. de Fin.2. 53. Intelligẽs animal mundus.de Vniu. 11. Doctus & intelligens exiſtimator. de Cl.Or.175.Intelligens in hac re. 6. Verr. 29. id eſt,huius rei perfectam cognitionem habens. Qui teretes aures habent,intelligenſque iudicium,&c.de Opt.gen.Or.147. Pręter intelligens negare.in Verr.234.Doctus & intelligens uir. de Fin.94. Voluptarum intelligens. 2. de Fin. 103. Intelligentis naturæ cauſas primas conquirere.de Vniu. 63. Oratio adoleſcenti non acriter intelligenti præceps.in Piſ.94. Quæ non modo iſtum hominem ingenioſum atque intelligentem, uerum etiam quemuis noſtrũ, quos iſte idiotas appellat,delectare poſſent.6.Verr. 3. Intelligẽtem & ſapientem eſſe mundum(hoc eſt deum)neceſſe eſt.de Na. d.2.26.Mutæ & nihil intelligentes beſtiæ.2.de Nat.d. 101. Non ſemper uulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit.de Cl.Or.181.

Intelligentia.

Aut falſum quiddam hoc pacto ſapientia eſt, pecuniæ acquirendæ intelligentia.de Inu.56. Intelligẽtia eſt per quam ea perſpicit,

ſpicit quæ ſunt.2.de Inu.240.Prudentia & intelligentia. 2.Off. 48.Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet. Acad.q.edit.1.lib.2.110. Intelligentia communis nobis res notas effecit, eaſque in animis noſtris inchoauit, ut honeſta in uirtute ponantur, in uitiis turpia.1.de Leg.34. Difficilis erat animi, quid aut qualis eſſet intelligentia.1. Tuſc. 81. Nihil neceſſe eſt de guſtatu & odoratu loqui, in quibus intelligentia, etſi uitioſa, eſt quędam tamen. Acad.q.edit.1.lib.2. 21. Natura nullo docente profecta ab iis, quorum ea prima & inchoata intelligẽtia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationem & perficit. de Leg.1.23. Intelligentia recta.1.ad Her.1. Intelligentia ambiguorum. Acad.q.ed.1.lib.2. 83. Intelligentia in ruſticis rebus. pro Roſc. Am 28. Iuris ciuilis intelligentia. de Cl.or.51. Simulatio intelligentiæ.3.off 94. Intelligẽtiæ noſtrę ois & notio, de Nat.d.1.21. Rationis & intelligentiæ particeps pars animi.1.de Diu.122. Ad commune iudicium popularemque intelligentiã aliquid accommodare definire. in or.63. Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligẽtiamque conuertant. Tuſc.241. Idque faciunt etiam in aliis operibus, ad quorum intelligentiam a natura minus habent inſtrumenti. or.162. Simul autem cepit intelligentiam, uel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν illi, uiditque, &c. de Fin.94. In eas imagines mentem intenta infixamque noſtram intelligentiã capere quæ ſit beata uita & æterna.1.de N.d.70. Intelligẽtiã in animo concluſit deus, animũ in corpore. de Vniu.21. Vt intelligatis in homine intelligentiam eſſe, non auaritiã. in Ver.210. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ ſit in ea ſpecie forma & notio uiri boni.2.off. 107. Omnes qui ea omni ætate hac in ciuitate iuris intelligẽtia habuerũt.9.Phil.263. Honeſtum quod in noſtram intelligentia cadit. off.3.21. Cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt, in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. de Nat.d.34. Intendere & infigere intelligẽtiam in rem aliquam.1.de Nat.d.70. Noui intelligẽtiam ueſtrã Iudices, non poteſt ita uideri. de Inu.53 Ponere in audiendi ſtudio intelligentiam. de Opt.gen.Or.14 Scientiam intelligentiamque noſtram in deorum numero refert Democritus. de N. d. 1. 22. Sub intelligentiam cadentium rerum compos animus. de Vniu.35. Ab intelligentia ſenſuque imperitorum longiſſime diſiunctum, id maxime excellit.1.de or. 7. Anteire omnes intelligentia. de Cl.or. 122. Intelligentia autem omni & ratione careant. de Vniu.63 Intelligentia & ratione id comprehenditur, quod unum ſemper & idem eſt, nec ullum habet ortum. de Vniu. 3. Plato ait, ideas ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri. in or.6. Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem. de Nat.d.72. Cauſæ quę cum intelligentia ſunt efficientes rerum pulcherrimarum atque optimarũ. de Vniu 63. Quid cenſes hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis? pro Sex. Roſc.26. Tamen fretus intelligentia ueſtra diſſero breuius, quam cauſa deſiderat.1.de Nat.d.35. Mutius iuris ciuilis intelligentia pręſtitit. de Cl. 173. Quatenus aliquid ratione & intelligentia teneri poteſt. off. 65. Intelligentias quaſi adumbratas principio rerum omnium animo ac mente concipit homo, quibus illuſtratus ſapientia duce bonum uirum, & ob eã ipſam cauſam cernat ſe beatum fore.1.de Leg.45. Et rerum plurimarum obſcuras, nec ſatis intelligentias enodauit. 1. de Leg. 38. 2. de Finib.60.4. Acad. 214. Illuſtratus homo intelligentiis animo conceptis.1. de Leg 45.

Intelligenter.

Sumuntur autem trium rerum genera: ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur. in Part.17.

Intellectio.

Intellectio eſt, cum res tota parua de parte cognoſcitur, aut de toto pars.4.ad Her.199.

Intemperies.

Stulte illius amici non intemperiem tuliſſe. 4.Att.23.

Intemperans.

Intemperans & ignauus. 1. de Fin. 92. Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti. de Sen.26. Intemperans uir, & impudica mulier.5.Verr.37. Vir libidinoſus, & impurus, intemperans Poſtquam.207. Intemperãs ſum in eius rei cupiditate, quam noſti. Att. 13.33. Intemperãtis enim arbitror eſſe, ſcribere quod occultari uelis. Acad. q.ed.2.l. 5.8. Sed fui paulo in te intemperantius fortaſſe, quam debui. in Vatin.4. Homo intemperantiſſimus. ep. 135.

Intemperantia.

Intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Tuſc.4.17. Intemperantia fugienda eſt. de Fin.59. Si autem libidinum intemperãtia acceſſerit, duplex malum eſt.1.off. 173. Is tanta fuit intemperantia, ut, &c. pro Domo. 817. Intẽperantia turpior.7.fam.46. Iniuſtitiæ, intemperantię, timiditatis, quę ſemina eſſent. de Nat.d. 74. Nam & perturbationes uoluntarias eſſe putabat, opinioneſque iudicio ſuſcipi, & omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quamdã intemperantiam.1.Acad. 55. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ a tota mente ac a recta ratione defectio, ſic auerſa a præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant.4.Tuſ. 27. Explere intemperantiam alicuius. de haruſp. reſp.259. Qui ne ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominum impuram intemperantiam propulſare. Poſtquam.8. Is multa de incõtinentia intemperantiaque diſſeruit. pro Cæl. 19. Ex intemperantia & ægritudines, & metus, & reliquę perturbationes omnes gignuntur. Tuſc.4.27. In omni intemperantia effuſæ libidines. de N.d.1.31. Hæc ego nos concupiſſe pro ueſtra intemperantia non miror. con. Rull.89.

Intemperanter.

Sed mandare quemquam literis cogitationes ſuas, qui, &c. hominis eſt intemperanter abutentis & otio & literis. 5. Tuſc. 5. Nimis iracunde hoc quidem & ualde intemperanter. 1. Phil. 9. Ne honoribus noſtris elatus, intemperantius ſuis opibus utatur. 5. Philipp. 199.

Intemperatus.

Ne quis intemperata quadam beneuolẽtia impediat magnas utilitates amicorum. Lęl.64. Intemperatiſſima pecus. in Piſ.55. Intemperatiſſimę perpotationes. in Piſ.16.

Intemperate.

Qui autem immoderate & intemperate uixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet. de Vniu. 57.

Intempeſtus.

Cum intẽpeſta nox eſſet, manſi in uilla. in Ant. 154. Is nocte intempeſta abiit. in Piſ. 99. Repente nocte intempeſta ſeruorũ armatorum fit concurſus atque impetus. 6. Verr. 84. & 7.73. & 146. in Piſon. 73.

Intempeſtiuus.

Numquam intempeſtiua, numquam moleſta eſt amicitia. de Amic.21. Si nihil habebis, tamen ſcribas aliquid: nũquam enim mihi tua epiſtola aut intempeſtiua, aut loquax uiſa eſt. Att.4. 83.2. Intempeſtiuum conuiuium. pro Mur.127.

Intempeſtiue.

Ne ſi iraſcamur aut intempeſtiue accedentibus, aut impudẽter rogãtibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus. 1.off.123. I. coram ad nos adeunt. 12.fam.27.

Intendo.

Agitur uita & fortuna optimi cuiuſque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius 7.Phi.233. Hic dexteram ad ſedes intendit Caſſiopeiæ. in Ant. Intendit dextram ad ſtatuam.16.Att.39. Is ſibi eum nuper edidit ſocium, quem (quomodo nunc intendit) ne in uiuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe pro Quint.16. Mens naturalem uim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. Acad.q.9. Vt eo quo intẽdit, mature cum exercitu perueniat. pro Mur.19. Si iſte, quo intendit, in Mãliana caſtra peruenerit. 10 Catil.103. Aduertantur enim primum, quod parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt, ut, &c.4.Acad. 85. Itaque hominem furentem, exultantemque continui ſimulac periculum iudicij intendi, duobus inceptis uerbis omnẽ impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi. de haruſp.reſp.1. Dic mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. pro Mil 28. Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuiſſet.10.Phil.27.1. quod propoſuerat apud ſe, quod cogitarat. Quo intenderat uenire.8.Att. 35. In euitandis iis conſiliis, qui ſe intenderãt aduerſarios in eius Tribunatum, Cælius ad Cic 8.9. Nunc in alteram conceſſionis partem, conſiderationem intendemus.2.de Inu.198. Sed ut commonſtrarem tantum uiam, &c. ut fieri ſolet, digitum ad fontes intenderem. de orat.1. 101. Si fieri poſſet, uel plures te animos habere uellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. in Ant.235. Cum hoc nouę litis genus tam maleficioſe intenderet, placuit Cęcinnę de amicorum ſententia conſtituere quo die in rem præſentem ueniretur. pro Cæc.14. Et cum uniuerſi in te impetum feciſſent, tum ſingulæ familię litem tibi intenderent.1.de or.22. Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem. in Hortenſio. Studium nihil poteſt perueniendi aliquo, niſi illud quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. de or.96. Quibus rebus, quid

quid ip ſe ſperet,& quo animum iotendat, facile perſpicio. 3. Verr. 6. Nec uero unquam ne ingemiſcit quidem uir fortis ac ſa piens, niſi forte ut ſe intendat ad firmitatem. 2. Tuſc. 49. Io quo quid reprehendas, ſcire cupio: quod falſum intẽderit? pro Flac. 63. Aciem acrem io omnes partes intendere. 4. Tuſc. 58. animũ ad locum. 1. Phil. 306. acrum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 81. conſidera tionem in aliquam rem. controuerſiam. ad Her. 15. Qui uolunt exclamare maius, num ſatis habent, latera, fauces, linguam intẽ dere, e quibus elici uocem & fundi uidemus? Tuſc. 2. 49. Intendere litem alicui pro Cęc. 14. 1. de Or. 21. i. inferre. Huiuſmodi intendere orationem, quæ redarguatur. ad Her. 32. Intendere periculum in aliquem. de haruſp. reſp. 1. ſe aduerſarium in magi ſtratum alicuius. ep. 14. ſcoſus ad res percipiendas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 30. & remittere ſonum uocis. or. 202. Hoc tibi antea explicandum eſt, quam illuc proficiſcare, quo te dicis intendere. de or. 1 24. In profundenda uoce omne corpus intenditur. Tuſc. 187. Et in cauſa Sexti Roſci periculum quod in omnes intendi tur, propulſetis. pro Roſc. Am. 4. Minæ iactentur, pericula inten dantur, formidines opponantur. pro Quint. 26. Att. 2. 34. 1. Ne que quicquam interiectum eſt quod obſtet; ſed intendi acies lõ gius non poteſt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 73.

Intendens.

Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe iniicens & inten dens animus late longeque peregrinatur. 1. de N. d. 38.

Intenſus.

Principia uerecunda, non elatis iotenſa uerbis, ſed acuta ſen tentiis, &c. in or. 68.

Intenſius.

Alia meliora ſunt q̃ multo intenſius petimus in uita. ad Her. 41.

Intentus.

Intentus & commeans animus per omnem rerum naturam. de Nat. d. 1. 21. Intentus animus ad aliquid agendum. 11. Phil. 305. Peruoluatur animus, ut ſe penitus inſinuet in cauſam, ut ſit cura & cogitatione intentus, diligentia eſt. 2. de or. 81. Quan uis enim intentus animus tuus ſit, C. Panſa, ſicut eſt, ad fortiſſimum uirum & omnium clariſſimum liberandum. &c. 2. Phil. 11. Fuerat ille annus tanquam in Reip. magno metu & multorum timore intentus arcus in me unum, &c. pro Sext. 11. Intenta mẽs noſtra in hæc. de Nat. d. 1. 74. Intentum enim animum tanquã arcum habebat; nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. de Sen. 33. In eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam capere, quę ſit beata natura. 1. de Nat. d. 70. Enitar quidem, ſed intẽto opus eſt animo, ne omnia dilabantur, ſi uñũ aliquod effugerit. 4. Tuſc. 16. Voces, ut chordæ, ſunt intentæ. 3. de or. 219. Iſta omnia in hunc unum inſtituta, parata, intenta ſunt. pro Mil. 114. Intenta ſigna legionum exiſtimantur ceruici bus boniſque ueſtris. pro Sext. 12. Tabernacula quemadmodũ conſueuerat temporibus æſtiuis, quod antea iam demonſtraui carbaſeis intenta uelis collocari iuſſit in litore. 7. Ver. 64. Cum omnia tela undique eſſe intenta in patriam uiderem. de prou. Conſ. 18. Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorſi. in piſ. 80. Intentis oculis cõtemplari. pro Flac. 20. Hoc eſt, deſiais. Intentis oculis omnes Reipub. partes intueri. con. Rul. 81. Multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus & Lęlium, qui omnia ſermone conficerent paulo intẽ tiore: &c. 2. de or. 133.

Intentus.

Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt. pro Sextio. 102.

Intentio.

Intentio, Occidiſti Aiacem: inficiatio. Non occidi. de Inu. 44. Intentio corporis. 1. Tuſc. 31. poſtea facti aut intentionis aduer ſariorum, cum ipſo ſcripto contentio. de Inu. 78. At ſi quæ intẽ tionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt. 1. de Inu. 19. Cum animus hac contentione omnes totius negotii partes conſyderabit. de Inu. 67. Vt onera contentis cor poribus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſ ſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. 2. Tuſc. 94. Mẽ tem e cogitationum intentione cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere. Tuſc. 4. 3.

Intento.

Dolor eſſe uidetur acerrimus uirtuti aduerſarius: is ardentes faces intentat: is, &c. 5. Tuſc. 56. Clodius non ſeruos, non arma, non uim intentauit? pro Mil. 27. Sicam intentare. pro Mil. 28. Explicet ſuum uolumen illud, quod ei planũ facere poſſum Eru cium conſcripſiſſe, quod aiut illũ Sex. Roſ. intẽtaſſe, & meditatum eſſe ſe omnia pro teſtimonio eſſe dicturũ. pro Roſ. Am. 61.

Intentans.

Tum ipſum aduerſarium quaſi intẽtantis loco producendo, hoc interrogando, utrum, &c. de Inu. 78.

Inter.

Galba fuit inter tot æquales unus excellens. de Cl. 196. Hortenſius ſuos i. ęquales longe præſtitit. de Cl. 183. i. aliquos decernere. 3. in Verr. 84. Qui i. tot annos ne appellarit quidem Quintium. pro Quin. 25. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui i. annos tot unus iuuentus ſit, quem ſocii in urbes ſuas cum exercitu ueniſſe gaudeant. pro L. Mũ. 47. I. augures Marcellum & Appium magna fuit diſſenſio. 2. de L. 52, & 33. Vt dies quadraginta quinque i. binos ludos tollerentur. in Ver. 135. Quamobrem hoc quidem Fanni & Scæuola, conſtat (vt opinor) bonis i. bonos quaſi neceſſariam beneuolentiã eſſe, qui eſt amicitiæ fons a natura conſtitutus. de Amic. 46. Vim i. ciues ſuſceptam eſſe. pro Mil. 104. Si hoc tibi i. cęnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet. 2. Phil. 74. Hoc i. cœnam Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe. ad Q. fr. 3. 27. 25. Nulla alia uox i. dolorem crepitumque plagarum audiebatur. in Verr. 269. In eo nonnunquam uariari i. eos, & dubitari uidetur. de Fin. 127. P. Craſſus i. equites Romanos ſummo ſplẽ dore fuit. pro Planc. 256. Quid tandem de illa nocte dicit, cum i. falcarios ad M. Leccam nocte ea, quæ conſecuta eſt poſterum diem Nonarum Nouembris, me Conſule Catilinæ denuntiatione conuenit? pro Sylla, 39. Dico te priori nocte ueniſſe i. falcarios (non agam obſcure) in M. Leccæ domum. 1. in Cat. 6. Non ſum, inquit, neſcius Scæuola, iſta i. Græcos dici & diſceptari ſolere. de or. 1. 24. Nihil eſt. n. quod i. homines ambigatur, in quo non quæratur, &c. de or. 118. Abiit ad deos Hercules; nunquam abiiſſet, niſi cum i. homines eſſet, eam ſibi viam muniuiſſet. Tuſc. 51. Huius n. operis maximi i. homines illum eſſe effectorem nolo. Att. 184. I. homines paupertas diuitiis ęqualis eſſe debet. 2. de Leg. 26. Hominum i. homines ſocietas. Off. 5. I. ingenium & diligentiam perpaulum loci reliquum eſt arti. de Or. 122. Homines qui terram incolunt, interruptos ita eſſe, ut nihil i. ipſos ab aliis ad alios manare poſſit. de Som. 129. Quorum ſummum quondam i. ipſos odium meminiſtis? in Ant. 130. Sed etiam ipſorum i. ipſos conceſſu ita tributum eſt. de Cl. 172. Vna ſpes ſalutis eſt iſtorum i. iſtos diſſenſio. Att. 27. Itaque erant exitus eiuſmodi, ut alius i. manus e conuiuio tanquam e prælio auferretur. 7. Verr. 24. I. Marcellum & Appium augures magna diſſenſio. 2. de Leg. 32. Qua de re i. Marcellos & Claudios centumuiri iudicarũt. de or. 99. I. me & Brunduſium Cęſar eſt. Att. 135. Hoc i. me & illos intereſt, quod, &c. Att. 135. Quæ ſæpe i. me & Scipionem de amicitia diſſerebantur. de Am. 102. Ea charitas quæ eſt i. natos & parentes. de Amic. 101. Sermo familiaris non cohærebit, ſi uerba i. nos aucupabimur. pro Cæc. 294. I. nos certemus officiis. 7. fa. 54. Noſque i. nos eſſe complexos narrabat. 1. de Diu. 103. I. nos cõferre ſolicitudines noſtras. 6. fam. 55. I. nos colere. 13. Att. 12. Nos i. nos coniuncti ſumus. 13. fam. 99. Non patiar ut opera mea manus i. nos conferatis, & cędes ciuium i. ſe fiat. in Ant. 185. Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod i. nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo. Att. 2. 19. 1. Atque vtinam hæc i. nos ſtudia exercere poſſemus. ep. 130. Non. n. id i. nos facere debemus. epi. 200. Noſtras inimicitias ipſi i. nos geramus. pro Corn. 67. Sermo i. uos habitus. ep. 130. De ea nos inter nos locuti ſumus. Att. 158. Quę fueramus ego & tu i. nos de ſorore locuti. Att. 68. Puto fore ut mirere, id nos locutos eſſe i. nos, qđ nũquã locuti ſumus. ep. 130. Noſtrę ſunt i. nos iræ diſcordięque placandæ. de har. reſp. 258. I. omnes omnium gentium ſententia conſtat. de N. d. 2. 10. Vnus excellit i. omnes. or. 197. Vſucapionem x 1 1. tabulę i. quinque pedas eſſe voluerunt. de Leg. 167. I. Põpeium & Cæſarem quid interfuerit. 8. Att. 23. Quæ ſi quos i. ſocietas aut eſt, aut fuit, aut futura eſt, eorum eſt habendus ad ſummum naturæ bonum optimus, beatiſſimuſque comitatus. de Ami. 70. Sic ho neſtiſſimi homines i. ſe & mecum loquebantur. 2. Ver. 13. Virtutes ipſas i. ſe eſſe ęquales & pares. de ora. 91. Pueri ualent & nos, & i. ſe amant. 3. ad Q. fr. 10. Att. 6. 11. Tam bonos, tam i. ſe amantes uiros. 4. Aca. 205. Illi furtim i. ſe aſpiciebant. in Cat. 113. Atomi interiecto inani cohæreſcunt i. ſe. de Natu. D. 1. 39. Neque ſolum colent ſe i. ſe, ſed, &c. de Amic. 111. Cumque i. ſe pene contingant. de Vniu. 47. Capita i. ſe contraria. de ora. 129. Dii nulla re egentes, & inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt. de Nat. d. 1. 86. Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt. de Opt. gen. or. 144. Att. 86. Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeque ſunt diuerſæ atque ſeiunctæ. de orat. 103.

In reliquis diſſimiles i.ſe fuerunt.de Cl.177.Si in ſphæra maximi orbes ſunt,medii i.ſe diuiduntur.de Fat. 143. Sermo quem illi quondam i.ſe de his rebus habuiſſent. de or. 109. Atq.hæc i.ſe iūgi copularique poſſint,de or.104. Qui i.ſe ne noti ſunt. Att. 131.Duæ artes i.ſe pares.Att.135.Ipſi i. ſe alii aliis proſunt.off.5.Vt aut uterque i.ſe,aut neuter ſatiſdaret. pro Quint. 5.Quos i.ſe fratres agnatoſq. vſurpare atq. appellare uidemus. de Vniu.49.I.ſeſe uehementer repugnantia.de Nat.d.1.24.Illas ſeras heri i.ſcyphos,quod dixeram controuerſiam eſſe,&c. Trebatio,lib.7.23.1.Indicium i.ſicarios committitur.pro Seſt.20. Aliqui uoluntate ſimiles i.ſe.de or. 517. Furere apud ſanos, & quaſi i.ſobrios bacchari.or. 205. Philodamus imprimis i. ſuos copioſus.in Verr.89.I. uiam.4. Att.17. Sed quid nos i. uos? de Orat. 136. Vobis i. uos coniuncta uoluntas.1. Verr. 19.Hoc mirabilius,quod uos i. uos riſum tenere poſſitis.de N.d.15.Nihil poteſt eſſe cōſtrictius,quam nos inter uos riſum tenere.ep. 233.

Interamna.

Interamna,oppidum.Att.22.pro Dom.229. C. Caſſius Interamnas.pro Mil.110.

Interareſco.

Nihil enim interareſcere , nihil extingui,nihil cadere debet eorum,in quibus beata uita conſiſtit.5.Tuſc.58.

Intercalo.

Nos hic in multitudine & celebritate iudiciorum,& nouis legibus ita diſtinemur,ut quotidie uota faciamus , ne intercaletur,ut quā primum te uidere poſſimus.M,lib.7.7. Hoc tibi ita mando,ut dubitem,an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur.Att.5 96.3.ideſt,ne interponatur nouus annus. Per fortunas(quoniam Romæ manes)primum illud præſulci atque præmuni quæſo,ut ſimus annui,ne intercaletur quidem.Att.5.100. 3.Hoc eſt,interponatur aliquid ſpatii.Intercalandi tēpus ratio diligenter habenda,ut ſacrificiorum libamenta ſeruentur,fętuſque pecorum,&c.quod inſtitutum perite a Numa , poſteriorum pontificum negligentia diſſolutum eſt.2.de Leg.30. Curio belliſſime,quia de intercalando non obtinuerat,transfugit ad populum.ep.116.Cum ſcies Romæ intercalatum ſit,necne, uelim ad ſcribas.Att.83.

Intercalaris.

Ego idem tamen cum ad 11. Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum ueniſſem mane ad Cęſarem.ad Ligar.6. 46.Dic Neui diem. Ante v. Calendas intercalares . Bene agis pro Quint.53.Pridie Cal.intercalares.ibidem.

Intercalarius.

Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinque dies longum , ut reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur.4.Verr.90.

Intercapedo

Quas ob cauſas in eorum uita nulla eſt intercapedo moleſtiæ.1.de Fin.47.ideſt,uacuitas.Intercapedo pro cūno. ep.140. Itaque me iam non pœnitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe.ad Tironem.lib.16.26.

Intercedo.

Intercedit mihi hoſpitium cum eo.13.fam. 96. Affinis meus qui cum mihi neceſſitudo uetus,controuerſia, de re pecuniaria recens intercedit.pro Quint.9.Decreuit quondam Senatus, vt L.Opimius Conſul uideret nequid Reſp. detrimenti caperet. nox nulla interceſſit,interfectus eſt propter quaſdam ſeditionū ſuſpiciones C.Gracchus clariſſimo patre natus. 1.in Cat.2. Inter nos uetus uſus intercedit.ep.213.Intercedunt mihi inimicitię cum illo. pro Cæl.44.Mihi cum eo intercedunt omnia iura ſummę neceſſitudinis.13.fam.27. Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt,quibuſcum ego agere de te nō deſtiti.Appio Balbo,lib.6.40.Multaque & magna inter nos officia & paria & mutua intercedunt.ep.13.87.Itaque eum, etſi nemo intercedebat,qui ſe illi anteferret,neque ſecundum tamen, neque tertium dixerim.de Cl.180.Is quicum tibi affinitas , ſocietas , omnes denique cauſæ & neceſſitudines ueteres intercedebant.pro Quint.8. Nullum meum minimum dictum , non modo factum pro Cæſare interceſſit, quod ille non illuſtri gratia exceperit.ad Lentul.1.9.89.Meæque ſententię,quę ſecunda pronuntiata erat, cum frequenter aſſentiretur Senatus , rogatu Seruilii Pub.Titius interceſſit. ep. 10.12.10. De his rebus pridie quam hæc ſcripſi, Senatus auctoritas grauiſſima interceſſit, cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent , ſi eſt perſcripta. ad Lent.lib.1.2.12.Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ,cum iſte,&c.de or.116. Vnus & alter dies interceſſerat,cum res parum certa uidebatur. pro Clu. 32. Vna nox interceſſerat,cum iſte Dorotheum ſic diligebat,ut diceres omnia inter eos eſſe communia.4. Verr.62. An alio nomine & alia de cauſa abſtuliſſet?ſi alia de cauſa, quæ ratio tibi cum illo interceſſerat?&c.pro Com.24.Vatinio autem primus reditus interceſſerat in gratiam.ep.14. Dies nōdum interceſſerant, cum ille alter filius infans necatur.pro Clu.20.Hoc eſt,nondum prætererant decem dies . Si nulla intercederet mihi cum eo cauſa.13.f. 6.Si aut hoc a me Siculis non petiſſent , aut mihi cum Siculis cauſa tantæ neceſſitudinis non intercederet,&c.1.Verr.4. Quoniamque ea natura eſſet hominis,ut cum genere humano quaſi ciuile ius intercederet:qui id conſeruaret,eum iuſtum: qui migraret,iniuſtum fore.3.de Fin.103.Qui ueritus eſt, ne Fufius ei legi intercederet,quæ ex s. c. ferebatur.Att.10.pro Sext.27. & Poſt red.in Senatu. 9. Ratio quę niſi intercederet, nec cauſa quidem eſſet,&c.ad Her.5.Cum ueſtra auctoritas interceſſiſſet, ut ego regem tuerer.15.fam.6.Quod legationis genus ego Cōſul ſuſtuliſſem approbāte Senatu,niſi mihi Leuinus Trib.pleb. de Leg.187.Monſtra de aliquo promulgare , quibus intercedat nemo.ad Quint.fr.311.Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Terentię.23.Sin autem morum aut ſtudiorum cōmutatio quædam(vt fieri ſolet)facta erit , aut Reip. partibus diſſenſio interceſſerit,&c.de Amic.66. Ne id quidem, niſi cum multa annorum interceſſerint millia , ut omnium ſiderum eodem unde profecta ſint, fiat ad unum tempus conuerſio. de Fin.2. 84. Intercedere contra legem aliquam. 3 . Verr.110. Intercedere tantum pro aliquo.2 Phil.62. Tribuni ex templo pulſi cum intercedere rogationi uellent, &c.de or. 129.Filius ſe ad pedes meos proſternens,lachrymans,te mihi commendabat,orabat ut te contra ſuum patrem , ſi ſeſtertium ſexagies peteret , defenderem : tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat.2.Phil.62.Huic interceditur frequenter.Att.1.14.7.Sed mihi credite , nunquam ſuccedi tur illis,niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis non licebit.de Prou.Conſul.71.Intercedendi,impediendi poteſtatem habent.8.fam.22.in ep.Cęl. Eaque,quæ de ea ſcripta eſt auctoritas (cui ſcis interceſſum eſſe , ut nequis omnino regem reduceret)tantam uim habet,ut,&c.ad Lent.1.7.12.Quid ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit,&c.uideturne interceſſiſſe appellatio tribunorum?pro Quint.12.

Interceptio,Interceptus, *Vide Intercipio.*

Interceſsio.

Putamus enim utile eſſe, te aliquando iam rem tranſigere : mea interceſſio parata & eſt fuit . Att. 1. 2. 2. Cum interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit , non rem impeditura . pro L.Man. 40. Quibus hac re ad interceſſionem euocandam interpellantibus,&c.8.fam.34. in ep. Cœl. Interceſſionem remouit.P.Clodius.de haruſp.reſp.54.Cum auſpicia augur,interceſſionem Conſul ſuſtuliſſes.2.Phil.33.Quas interceſſiones tu mihi inquis.in or.157.

Interceſſor.

Interceſſor grauiſsimus.in Ant.161.Interceſsor Dictaturę. 3.ad Qu.fr.36.Interceſsor rei malæ ſalutaris ciuis eſto. 3. de Leg.11.Clodius poterit conciones concitare , deinde etiam interceſſor parabitur.1.ad Qu.fr.57.Interceſsor per Trib. Gracchum non modo uetitus,ſed & ſublatus.3.de Leg.23.Parere iubet interceſsori,quo nihil præſtantius:&c.3. de Leg. 60. Hunc quemadmodum fregerim,quantaque contētione Titium interceſsorem abiecerim.ad Planc.lib.10.12.11.Cæcilius agrariæ legi interceſsorem fore perpeſſus eſt.pro Syll.176.Poſtremo iſto hortatore,auctore , interceſsore ad Syſiam non adierunt . pro Sext.Roſc.36.

Intercido,*pen.longa.*

Interciſo monte.Att.4.84. 5. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas,&c.in Parad.58.Sub.nidet.

Interciſe.

Inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum uerſus retroque dicatur:deinde idem interciſe atque permiſte.in Part.24.

Intercido,*pen. breui.*

De Domitio dixit uerſum Græcum eadem ſententia qua & nos habemus Latinum,Pereant amici, dum una inimici intercidant,pro Deiot.17.Si qua Interciderunt, non tam re,quam ſuſpicione uiolenta.5.fam.19.

Intercipio.

Intercipere literas.12 fam.19.in ep.Caſſii. Id cum daretur in mulſo,Balbutium quendam eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe,

ſe, ſtatimque eſſe mortuum.pro Clu.133.Ne literæ a latronibus interciperentur.ep.158.Literas aut interire,aut intercipi.Att.7. Et res ipſa monebat,& tu oſtenderas, & ego videbam de his rebus, quas intercipi periculoſum eſſet, finem inter nos ſcribendi fieri tempus eſſe.Att.10.19.

Interceptus.

Honos ad alienæ petitionis occaſioné interceptus. con.Rul. 66.Ego ad te ne hæc quidem ſcribo, quę palam in Repub. turbantur,ne cuiuſdam animum meæ literæ interceptæ offendát. ad Qu.fr.3.24.11.Att.1.8.3.

Interceptio.

Per quem porro datum? unde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi?pro Clu. 134.

Intercludo.

Ac ne plura complectar, bene laudata uirtus uoluptatis aditus intercludat neceſſe eſt.de Fin.2.96. At illum ruere nuntiát, iam iamque adeſſe,non ut manum conſerat(quicum enim?) ſed ut fugam intercludat.Att.7.138.2.Intercludere aditus fortunę. Tuſc. 5.21. Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Sex. Roſc. 65.3. Verr.96. Perſugium fortunæ intercludere. 7. Verr.103.Vias omnes ſeditionem intercludere. pro Rab. perd. reo,2.In iis ipſis intercludere inſidiis, quas mihi conaris opponere.pro Cæc.301.Intercludor dolore,quo ad te plura non ſcribam.8.ad Att.21.Etiam illud metuo,ne iam intercludamur,ut cum uelitis exire,non liceat.ad Terentiam,lib.14.14.2. Quorſi uterque paruis præſidiis propter anguſtias intercludi poteſt.ad Catonem,lib.15.4.10. Ille a commeatu & reliquis copiis intercludendus.Att.7.34.Qui Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putauerunt.Parad.14.Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine ſanguinis meum reditum intercludendum putauerunt.Poſtquam.101.

Interclusus.

Interclusa uitæ conſuetudo.pro Marcel.1.Hoc modo innocétiæ defenſio interclusa reſpirat. pro Clu.56. Via deſerta & inculta atque interclusa iam frondibus & uirgultis. pro Cæl.46. Iter meum interclusum putabam.8.Attic.35.Cum a ciuibus interclusum ſit præſidium. con. Rull.81. Ipſum apud Bellouacos circunſederi,interclusum ab aliquo exercitu. 8.fa.3.in ep.Cæl. Aditum ad aliquem locum alicui eſſe interclusum. pro Syll. 167. Byzantii Mithridatis impetum ægre repulſum, & ceruicibus interclusum ſuis,ſuſtinuerunt.de Prou.Conſul.70. Iidem ueſtram libertatem ſuis præſidiis & coloniis interclusam tenebunt.2.de L.Agr.75.Captique ſunt interclusi fuga.15.fa.17.

Interclusio.

Clauſulas & interpuncta uerborum, animę interclusio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt,3.de or.100.

Intercolumnium.

Aedes,intercolumnium,&c.ad Her.3.123. Topiarium laudaui,ita omnia conueſtiuit edera,qua baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis,&c.3.ad Q.fr.3. Quæ ſigna nũc Verres ubi ſunt?illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in ſylua denique diſpoſita ſub dio uidimus.3.Verr.34.

Intercurro.

Ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit. 2. Tuſ.62.Alterũ genus eſt narrationis,qđ intercurrit nonnũquã. ad Her.3.Pugnatur acerrime:qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis:hos cõtẽpſit,reiecit, repudiauit Antonius.8. Phil.246.

Intercus.

Siquis medicamentum dederit ad aquam intercutem, pepigeritque,&c.3.Off.124.

Interdico.

Prætor qui de foſſis, de cloacis, deque minimis aquarum controuerſiis interdicit.pro Cæc.291. His rebus ita geſtis, P. Dolabella. Prætor interdixit,vt eſt conſuetudo, de ui hominibuſque armatis,ſine ulla exceptione,tantum ut,unde deieciſſet,reſtitueret.pro Cæc.16.Prætor interdixit, ut unde deiectus eſſet, eó reſtitueretur.pro Cæc.58.id eſt,edixit. Prætor improbus, cui nemo interdicere poſſit,det quem uelit iudicem.4.Verr.20. Vt mihi aqua & ignis interdiceretur.pro Dom.229. Futurum puto,ut aqua & igni nobis interdicatur.ep.167. Vt huic furię uox interdiceretur.de haruſp.246.Velitis, iubeatis, ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur. pro D. ſua, 38. Leges quæ iubent ei qui de maieſtate damnatus ſit,aqua & igni interdici.in Ant.157.Vt quẽadmodum noſtro more,male r.m gerentibus patribus, bonis interdici ſolet.Cat.20. Quod de omnibus interdictum eſt, ſcriptũ eſt in legibus.pro Domo, 229. Neque enim interdictum eſt a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, ut ſingulis hominibus, ne amplius quam ſingulas artes noſſe liceat. de or. 103. Quibus aqua & igni interdictum eſt.ad Her.24.Sic contendit, tanquam ſi illi aqua & igni interdictũ ſit.in Ant. 207. Si quis eſt, qui etiã meretriciis amoribus interdictum iuuentuti putet. pro Cæl.47. Nec mihi ne faciam interdictum puto.de Fin.50.

Interdictus.

Interdictum præmium.pro Corn.Bal.20.

Interdictum.

Flamma temporis,interdictum ſceleris,uox furoris. pro Domo,227.Cauſa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit.or. 209.Interdicti unde ui,quæ ratio ſit. pro Cæc. 67. Per interdictum poſſeſſionem repetere.pro Cæc. 7. Tum per hoc interdictum, cum reſtitui oporteret.pro Cęc.291.Ad quæ interdictum pertineret. pro Cæc.62.Att.7.144.1.Gabinius numen interdictumque deorum regi uendidit.in Piſ.90.Multiſque prgeſſem, qui tecum interdicto contenderent, aut ex iure manu conſertũ uocarent, &c. 1.de Or.22.In hoc interdicto non ſolet addi,In hoc anno. 16.f. 44.Tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ.in Piſ.83. Cæſaris interdicta reſpuentur.Att.127.Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. con. Rul.86.Interdictis quibuſuis,vrbanitatis poſſeſſionem defendamus.7.fam.56.

Interdictio.

Id autem ut eſſet faciendum,non adeptione ciuitatis, ſed tecti,& aquæ & ignis interdictione faciebant.pro Do.61.

Interdiu.

Tempus ita quæritur,qua parte anni,qua hora,noctu,an interdiu factum eſſe dicatur.ad Her.7.

Interductus,

Ne infinite feratur ut flumen oratio, quę non aut ſpiritu pronuntiantis,aut interductu librarii,ſed numero coacta debet inſiſtere.in or.133.

Interdum.

Interdum,uel potius nimium ſæpe.de Fin.73. Interdum curſus eſt in oratione incitatior,interdum moderata ingreſſio. ora. 216.Acumen M.Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum,interdum etiam facetum.de Cl.186.4.Aca.62.& 118.Geminatio uerborum habet interdum vim,leporem alias. de or. 162.

Interea.

Hæc dum Romæ geruntur,Quintius interea,&c.pro Q. 4.Interea dies aduenit,quo die ſeſe,&c.4.Verr.25. Tu interea ceſſabis.ep.69.Interea dum hęc quæ diſperſa ſunt, coguntur. de or. 100. Nec interea uerbum interpoſuit Næuius.pro Quin.3.Cum interea veſtigium nullum Cluétianę pecunię inueniatur. pro Cl. 66.Teretur interea tempus.pro Rab.123.in Ant.100. Vocat interea Prætor,ſcyphos poſcit.6.Ver.28.

Interemptio, *Vide* Interimo.

Intereo.

Vt interit magnitudine maris Aegæi ſtilla muriæ.de Fin.99. Quid ſacra Clodiæ gentis cur intereunt quod in te eſt? pro Domo.28.Si quis noſtrum interiit,aut occiſus eſt.4.fam.17. in ep. Serui Sulp. Tabulæ publicę omnes tabulario incenſo interierũt. pro Arch.187.Nihil enim ualentius eſt,a quo intereat.Acad.q. ed.2.lib.1.21.Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant,non intereant aut humore aut ſpiritu amiſſo.de. Nat. 66.Interire ex inſidiis.off.2.35.fame.Attic.6.113. 14. funditus. Tuſc.1.23.in nihilum.Acad.q.ed.2.lib.1.20.in ſuas partes.Aca. q.ed.2.l.1.20.Literas aut,aut aperiri,aut intercipi.Att. 7. Morte ipſa.Tuſ.1.22.Vt poſſe uideremur ſine dolore.2.Att.52.Ignẽ interiturum eſſe niſi alatur.de Natu.67. Cum id quod dabatur, non eſſet interiturum. Q.fr.1.20.

Interitus.

Interitus eſt quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earũ partium,quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Tuſc. 1. 58.Epicurus corporum concretionem fugit,ne interitus & diſſipatio conſequatur.de Nat.15.Interitus acerbus.Tuſ.4.15. Gracchi immaturus interitus.de Cl.175.Interitus patrię,exilium,ſeruitus,&c. 5. Tuſcul. 111. id eſt, euerſio. Interitus quo caſurus eſt.15. Attic.38. Interitum accipiat neceſſe eſt, quod dolorem accipit 3.de Nat.deo. 22. Cum ad occaſum interitumq. Reip. Catilina dux eſſet conſtitutus. pro Sal.173. Qualis eſt iſta philoſophia, quæ non interitum afferat prauitatis? de Fin. 70.

Aruſpices legum interitum & urbis occurſum appropinquare dixerunt.in Cat.115.3.ad Q.fr.19. Cum interitum exercitus nuntiauiſſet.de Diu.95.Ad quem dolor uenit,ad eundem interitum uentre.de Nat.d.66.Acerbiſſimo interitu conſulum. ep. 153.Qui de noſtro interitu & urbis exitio cogitent. in Cat. 99.Toto animante deleto,& facto interitu uniuerſo.Tuſc.167. Interitu rerum & publicarũ & ſuarum.6.1.1.Natura omnium interitus atque obitus conficit.de Diu.116.

Intereſt.

Hæc ne minimum quidem utrum adſint uel abſint, intereſt. de Leg.167.Ad facinoris diſquiſitionem intereſt adeſſe quam plurimos. de haruſp. 11. Hoc inter me & illos intereſt, quod ego,&c.illi,&c.de N.64. Att. 128. Sed inter hoc maxime intereſt. 1.off.19.Veſtra enim,qui uixiſtis,&c.hoc maxime intereſt. pro Syll.182.Sed hoc intereſt,quod uoluptas dicitur etiam in animo uitioſa res ut Stoici putant.2.de Fin.21. Hoc uehementer intereſt Reip. Q.fr.309.Intereſt eius,ipſius,iſtius.2.de Fin. 89.2.off.125.4.Verr.23.Quid illius intereſt,quoniam in Senatum non uenis?Att.10.195.13.Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas & inter cauſas naturales,&c.de Fat.144.Intereſt enim inter argumentum concluſionemque rationis & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem, de Fin. 55. Magni intereſt ad decus & ad laudem ciuitatis,ita fieri.de Nat. d.3.Quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt quamprimum ad urbem me uenire.ad Tironem,lib.16.3.Cupio excurrere in Græciam,magni intereſt Ciceronis,uel mea potius, uel mehercule utriuſque, me interuenire diſcenti. Att.251. Nam magni intereſt cui debeas.ad Marcel. l.15.11.2.Magni intereſt mea,una nos eſſe.Att.205.Illud mea magni intereſt, te ut uideam.Att.183.Magni intereſt Reip.omnes copias,&c. At.126. Vtriuſque noſtrum magni intereſt,prius ut te conueniam, quã decedas.Appio.lib.3.5.11.Magni mea intereſt.Catoni.lib.15. 4.1.Magnopere intereſt opprimi Dolabellam.Att.276. Sic habeto mi Tiro,neminem eſſe qui me amet,quin idem te amet: & cum tua & mea maxime intereſt te ualere,tum multis eſt curæ, ad Tironem.lib.16.6.7.Quod mea & Reip.intereſt.ep.30. Inter cauſas multum intereſt,inter uictorias nihil interfuturum puto.ep.77.&81. Neque ad id quod quæris multum intereſt. Att.172.In motibus cæli multum intereſt,qui uentus, qui imber,&c.de Diu.128.Multum intereſt rei familiaris tuę, te quã primum uenire.ep.55.Multum intereſt te uiuere.ep.187.Multũ intereſt,utrum laus minuatur,an ſalus deſeratur.ep.8.Quod ſi latius nolent proferre diem,poterunt uel biduum,uel triduũ, uel ut uidebitur:nihil enim intereſt.Att.280.Nihil intereſt ad beate uiuendum,quali utaris cibo.de Fin. 83. De ambitu an de maieſtate nihil ad rem intereſt.ep.43.Ad proſperam,aduerſamue fortunam qualis ſis,aut quemadmodum uiuas,nihil intereſt.de Nat.78.Nihil intereſt dactylus ſit extremus,an creticus. Or.218.Nihil intereſt Reip.colonia deducatur,necne.con.Rul. 80.Inter eas res nihil omnino intereſt.de Fin.6.Viſa inter quę nihil intereſt.Acad.10 Inter uos & Catilinam nihil intereſt.in Piſ.82.Atque inter hanc uitam & illam,nihil tam intereſt,quã uis & ius.pro Sext.32.Nihil intereſt,utrum nemo ualeat,an nemo poſſit ualere.de N.75.Intereſt omniũ recte facere. de Fin. 79.Nauem auri euertat gubernator an paleæ, in re aliquãtum, in gubernatoris inſcitia parũ intereſt.Part.119. Permagni eius intereſt,rem ad interregnum uenire.Att.143. Permagni noſtra intereſt te eſſe Romæ. Atti.38. Permagni intereſt quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. epiſt. 175. In omnibus permultum intereſt, quibus illæ modis fiant. epiſt. 208. Permultum intereſt, utrumne perturbatione, &c.1.Off.Plus intereſt Reipub.caſtellum capi,quam,&c.de Cl.188. In philoſophia plurimum intereſt,quemadmodum dicas, &c.de Or.201. 202. Plurimum intereſt inter doctum & rudem. de or.161.Plurimum intereſt inter hoc & illud.de Nat. 5. Nec inter nos & eos qui ſcire ſe arbitrantur,quidquam intereſt, niſi quod illi non dubitãt, quin ea uera ſint quæ defendant,&c.4.Acad.16.Neque inter me atque te quidquam intereſt,præter,&c.Att.14.Quid autem intereſt,aliis qui poſtea naſcentur,ſermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati ſunt?de Som.120. Quid enim intereſt,motu animi ſublato, non dico inter pecudem & hominem, ſed inter hominem & ſaxum aut truncum, aut quiduis generis eiuſdem?de Amic 44.Quid ergo intereſt proferantur, necne?3. Verr.82. Quid intereſt utrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus?de Nat.d.1,75, Non tantum intereſt,quo animo ſcribatur,quam quo accipiatur.ep.85.Tantum intereſt, quod grauitas in honeſtis rebus,iocus in turpiculis punitur.de or.131.Neque illud unquam aratoris interfuit, quanti decumæ ueuirent.5. Verr.224. Athenienſium plus interfuit firma tecta in domibus habere,quam,&c.de Cl.186. Interfuit multarum Græcię ciuitatum,antiquum uocum ſeruare modum, quorum mores lapſi ad mollitiem ſunt pariter immutati cum cantibus, 2.de Leg. 38. Quid interfuit homo audaciſſime, niſi hoc decerneres, an, &c. 5. Verr.119. Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos. Poſtquam.200. Quorum intererat ea noſſe.Acad. q.ed.1.lib.2. 113.Non quo mea intereſſet loci natura. Att. 48. Semper Milo quantum intereſſet P.Clodii,ſe perire cogitabat. pro Mil.112. Mihi nihil uidebatur eſſe,in quo tantulum intereſſet, utrum per procuratores ageres, an per teipſum.Att. 66. Tenere autẽ uirtutes eas ipſas, quarum modo mentionem feci,nemo poterit,niſi ſtatuerit nihil eſſe quod interſit, aut differat aliud ab alio præter honeſta & turpia.3.de Fin. 40. Nullum eſt uiſum uerum a ſenſu profectum, cui non oppoſitum ſit uiſum aliud quod ab eo nihil interſit.Aca.11. Quis enim eſt hodie,cuius interſit hanc legem manere?in Ant ..7. Dummodo inter me atque te murus interſit.in Cat.99. [illegible] erte ad rem nihil interſit, utrum hunc, &c.pro Roſc.Am.27.Scio quanti Reipub.interſit, omnes copias in unũ locum conuenire.Att.122.Oſtendam alio loco quantum ſalutis communis interſit,duos Conſules in Republ.Calend. Ianuariis eſſe.pro Mur.4.id eſt, quam magnum commodum redditurum ſit Reipub. Quaſi interſit,audiam,an uideam.Att.119. Quaſi uero quidquam interſit, mures ſcuta an cribra corroſerint. de Diu. 120. Quid autem interſit,ſi tuos digitos bene noui, certe habes ſubductum.Att.83. [illegible]tis denique in malis, quid interſit inter me & iſtos,quos,&c. Att.156. Non ſentientis autem nihil eſt ullam in partem quod interſit.Tuſc.153.Si quid eſt,quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorum interſit.2.fam.5.& de Inu.49. Qui uera negant quidquam a falſis intereſſe.Acad.q.ed.1.lib, 2. 28. Magnã exiſtimans intereſſe ad decus & ad laudem ciuitatis.de Nat.d.1. 6.Equidem ad noſtram laudem non multum uideo intereſſe, ſed ad properationem meam quiddam intereſt non te expectare, dum,&c.ad Lucceium,lib.5. 29. Magni enim uidebatur intereſſe ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoque accedere. ep. 29. Hic e præfectura Atinati nonũ honorata, quantum intereſſe uis ad rationem petendi. pro Pl. 262.Nec unam quidem horam intereſſe paſſus es inter meam peſtem & tuam prædam.Poſtquam.208. Intereſſe in re. pro Font. 3.Quod mea intelliges multum, tua nullam in partem intereſſe.13.fam.1. Si cum hoc homine aut cum ſtipite Aethiope in foro conſtitiſſes,nihil crederes intereſſe.Poſtquam. 207. Vt nihil intereſſe noſtra fateamur,ſint ne illa,necne ſint.4.de Fin.48.Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem intereſſe. Tuſc. 234. Non eſt credibile quid intereſſe mihi uiſum ſit inter eum qui,&c.or.116.Id potiſſimum faciam, quod maxĩ me intereſſe Reip.iudicabo.in Ant. 246. Ego uero etiam Reip. ſemper intereſſe putaui,me il[l]ius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate Senatus,conſenſu bo[n]orum omnium,pro ſalute patrię geſſiſſem,ſplendorem urbis,dignitatemque retinere: &c.pro D. ſua,72.Hoc eſt,Reipub. negotium eſſe, & ad Rempub. ſpectare. Nec ſua putat intereſſe, ſed &c. de Cl. 49. Magni autem illi ſua intereſſe arbitrabantur hunc a cauſa Martialium dimouere. pro Clu.33.Thermitani miſerunt qui decumas emerent agri ſui.magni ſua putabant intereſſe,publice potius,quanti magno emi, quam in aliquem iſtius emiſſarium incidere.5. Verr. 81. Et fortaſſe quod ſociorum intereſſe arbitrabatur. 4. Verr. 122. Illud cave dubitet,quin ego omnia faciam quę intereſſe tua, aut etiã uelle te exiſtimem.Ruſo,lib.5. 20. 21. Tamen ut uidit intereſſe tua,conſcendens iam nauem,Epheſo Laodiceã reuertit. Appio Pulchro,lib.3.10.9.Vide quantum interfuturum ſit inter meam atque tuam accuſationem.in Ver. 60.

Interficio.

Quod eum totiens per inſidias interficere uoluiſtis.pro Domo,225.Deinde ipſum Aurium tollendum interficiendumque curauit.pro Cl.22.& Att.207.Interfectus in acie.2.de Fin.103. Vos legatum Pop. Rom. omni ſupplicio interfectum, inultum relinquetis?pro L.Man.7.

Interfector.

Vt nõ modo impune,ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit.in Ant.159. Hic ipſe puer quem Cæſaris nomen incitare uidetur in Cæſaris interfectores. Brutus Cic.16. 8.Tib.Gracchi interfectores.pro Mil.115. Si hoſtes atque interfectores Reipubl.reuixiſſent.Poſtquam.204.Vt cum interfectores ſuos domi comprehenderit, rẽ proferre non audeat.12.f.50.

Interiicio.

Idque interiecit inter indiuiduum, atque id quod diuiduum eſſet in corpore. de Vniu. 27.

Interiectus

Interiectus,

Aer autem, ut Stoici diſputant, interiectus inter mare & cælum, &c. 2. de N.d. 95. Quid Africanus maior? quid minor? quid inter horum ætates interiectus Cato? in Parad. 14. Interiectus eſt etiam nuper is, quem ad Atticum de ſenectute miſimus, de Diu. 109. Naſos quaſi murus oculis interiectus. 2. de Nat. 215. Eſt autem quidam interiectus intermedius utriuſque particeps, Or. 198. Siſenna interiectus inter duas ætates Hortenſii & Sulpitij de Cl. 185. Videte quantum interualli ſit interiectum inter hoc & illud. con. Rul. 83. Neq. quidquam interiectum eſt, quod obſtet. Acad. q. ed. 1. l. 2. 73. Inter has perſonas me interiectum moleſte ferunt. in Ant. 243. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interiectam non uides? de Finib. 2. 14. Annus eſt integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatus. de Prouin. 72. Videtis me ad priſtinã meam dignitatem breui temporis dolore interiecto eſſe renocatũ pro Sext. 14. Atomi interiecto inani cohæreſcunt inter ſe. de Nat. d. 1. 39. Quæ quaſi longo interuallo interiecto uidemus. 1. off. 45. In nouitate maxima nullo interuallo interiecto, dies noctesque uerſari. 2. de Fin. 181. Quod eorũ uicini non ita lato interiecto mari Rhodij numquam probauerunt. or. 199. Alij eis interiecti & tamquam medij de or. 144. Aut interiecti inter philoſophos, & eos qui Rempub. adminiſtrarent, delectarentur re ſua familiari. 1. off. 129. Quis ipſis alia interiecta & media numerabat. 1. Acad. 52. Et in ipſis quaſi maculis ubi habitatur, uaſtas ſolitudines interiectas uides. de Som. 129. Narratio accuſatoris ſuſpiciones interiectas & diſperſas habere debet. ad Her. 6.

Interiectus.

Luna interpoſitu, interiectuque terræ deficit. 2. de N.d. 148.

Interiectio.

Et tamen occulte dicemus interiectione uerborum, ad Her. 2.

Interim.

Interim, interea, tantiſper. Tuſc. 255. Hoc i. ſpatio conclaue illud concidit. de or. 141. I. uelim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Att. 109. Tum i. illa. pro Clu. 25. I. uenit index, &c. pro Clu. 25. I. ad me uenit Munatius noſter. ep. 151. I. Varus Vticam uenit, &c. pro Ligar. 137.

Interimo.

Me quidem Iudices, exanimant & interimunt hæ uoces Milonis, quas audio aſſidue. pro Mil. 71. Interimebat uxorẽ. 4. Acad. 157. Lucretia ſeipſam interemit. de Fin. 78. Etſi quæ interimant innumerabilia ſunt, etiam ea quæ conſeruent, infinita eſſe debere. 1. de Nat. d. 71. Mercurius qui Argum dicitur interemiſſe. de Nat. 70. Interimi manu fœminea. Tuſc. 3. 17. Horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt. pro Mur. 24. Q. Scæuola a ciuibus ſuis interemptus eſt. pro Sext. Roſc. 34.

Interemptio,

Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum interemptione pateſactum eſt. pro L. Man. 21.

Interior, *Vide* Intra.

Interlino,

Qui tabulas publicas municipij ſui corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit, &c. pro Clu. 98.

Interlitus.

In eo codice nõ haberet, qui tum interlitus proferebatur. pro Clu. 73. Corruptæ atque interlitæ tabulæ. 4. Verr. 72.

Interluceo,

Vt loci diſtincte interlucere poſſint. ad Her. 12.

Intermedius.

Eſt autem quidam interiectus intermedius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, &c. in or. 21.

Interminatus.

Confugitis ad deum: cuius operam profecto non deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis. 1. de Nat. d. 38.

Intermitto.

In maximis occupationibus nonnumquam intermittis ſtudia doctrinæ. de or. 200. Hic autem ubi habitamus, nõ intermittit ſuo tempore Cælũ niteſcere, arbores frondeſcere, &c. 1. Tuſ. 107. Neque ille intermittit affirmare ſe uenturum. 10. famil. 52. Nec uero intermittunt, aut admirationem earũ rerum quæ ſunt ab antiquis repertæ, aut inueſtigationem nouarum. 5. de Finib. 102. Vt ab orbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin, &c. Att. 7. 134. 1. Et ſi ego id tempus intermiſeram potius, quam omiſerã. Mirabar quid tu mihi literas mittere intermiſeras. 7. famil. 13. Equidem nihil intermittam: 14. Att. 2. id eſt, nullam ſcribendi occaſionem prætermittam. Non intermittemus cohortari. 12. fam. 79 in ep. Trebonij. Gallos gallinaceos ſic aſſidue canere cœpiſſe, ut nihil intermitterẽt. de Diu. 96. Ne intermittas ſcribere ad me. 11. Att 23. Intermittere aliquid longo interuallo. Tuſc. 2. 1. Intermittere conſuetudinem priſtinam. ep. 3. 1. 4. Intermittere iuriſdictionem. de haruſp. 252. Vt ne quid a me dies intermittatur, quin dem ad te literas. 8. Att 39. Dionyſiũ ſemper equidẽ, ut ſcis, dilexi, ſed quotidie pluris facio, & me hercule in primis quod te amat, nec tui mentionẽ intermitti ſinit. Att. 5. 96. 4.

Intermiſſus.

Dies intermiſſus, aut nox interpoſita, ſæpe perturbat omnia. pro Mur. 172. Acriores autem morſus ſunt intermiſſæ libertatis, quam retentæ. 2. off 32. Cum remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remorum. de or. 97. Nullo puncto temporis intermiſſo uerſaris circum axem cæli, &c. de Nat. 12. Continenti & intermiſſo ſpiritu. 3. de or. 120. Intermiſſa die accuſare. pro Domo ſua, 16. Verba ab uſu quotidiano ſermonis iamdiu intermiſſa. de orat. 156. Vectigal quod amiſſis alijs remanet, intermiſſu non quieſcat. contra Rul. 64. Itaque ludis intermiſſis, inſtauratiui ſunt conſtituti. de Diu. 92.

Intermiſſio.

Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit, a qua tamẽ ſæpe fit intermiſſio, multique dantur ad ſtudia reditus. 1. off. 10. Nec ullo caſu arbitror, hoc conſtanti homini poſſe contingere, vt vlla intermiſſio fiat officii. de Amic 8. Neq. alia vlla fuit cauſa intermiſſionis epiſtolarum, niſi quod ubi eſſes, plane neſciebam 7. fam. 24. 25. & 16. 34. Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ lucubrationes detraxi, &c. de Diu. 173. Nec tamen uideo quomodo uereatur iſte deus beatus ne intereat, cum ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiteturq. atomorum incurſione ſempiterna. 1. de Nat. d. 157.

Intermorior.

Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas, 6. fam. 48. in ep. Bithynici.

Intermortuus.

Memoriam prope intermortuam generis ſui, uirtute renouare. pro Muren. 14. Hoc eſt, perditam & iam abolitam. Declarant huius ambuſti Trib. pleb. illæ intermortuæ conciones, &c. pro Mil. 9. Quod autem maius indicium expectatis, nihil inter uos & Catilinam interfuiſſe, quam quod eãdem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis? in Piſ. 12.

Intermundia.

Indiuidua cum dicitis & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligemus. 2. de Fin. 62. Tamquam modo ex deorũ cõcilio, & ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet. 1. de N.d. 14.

Internecinus.

Quæ ſunt urbanarum maledicta litium, non iuſti belli internecini notæ, &c. 14. Phil. 389.

Internectus.

Internecti nota teſtamenta credo ſubiiciunt. 14. Phil. 389.

Internecio.

Tamen aratorum internecio facta nulla eſt. 5. Verr. 105. in Cat. 69. Quæ diſſenſiones non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſunt. in Cat. 116. Internecione ciues liberaui. pro Syl. 173. Quinam Tantalidarum internecioni modus pareius? de Nat. d. 78. Viciſſem cum magna internecione improborum. pro D. ſua, 226. Neque enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. Att. 2. 50.

Internoſco.

Facile internoſcere. 4. Acad. 103. Qui dignum atque indignũ internoſcere nequeunt. ad Her. 13. Et canes aluntur in Capitolio, ut ſignificent ſi fures uenerint. At fures internoſcere nõ poſſunt; ſignificant tamen ſiqui noctu in Capitolium uenerint. pro Roſc. Am. 33. Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoſcere. de or. 141. Quæ ſi alia falſa, alia uera, qua nota internoſcantur, ſcire ſane uelim. 2. de Diu. 192. 4. Acad. 88. Internoſci a falſis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24. Secerni autem blandus amicus a uero & internoſci iam poteſt adhibita diligentia, quã omnia fucata & ſimulata a ſinceris atque ueris. de Amic. 78.

Internuntius.

Quæ quidem ſi nullo alio, me tamen internuntio ad illos celeriter deferuntur. ad Octauium, 15. Damnatorum uitam a Prætore uel ipſo carnifice internuntio redimi. in Verr. 238. Interpretes

tes & internuntij.13.Phil. 392. Augures interpretes internuntijque Iouis. in Ant. 248. Hæ ſunt igitur aues internuntiæ Iouis. Diu. 2. 57. Internuntiis aſſiduis cum Lepido egi. 10. fam. 30. epiſt. Planc.

Interpello.

Hic ſum ubi nemo me interpellat. Att. 26. Interpellat fletus ſermonem meum. 12. Att. 17. In quo ut aliquid eſſet moræ, multi interpellauit. in Verr. 233. Cęſar numquã interpellauit, quin quibus uellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen iis uterer. 15. fam. 50. Quod in priore actione interpellauit Hortenſius. in Ver. 90. Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. Tuſc. 1. 15. Tu metuis ne me interpelles? primo ſi, &c. Tu uero ut me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare uelim. ad Q. fr. 2. 12. 1. Interpellent me, quominus honoratus ſim, dum ne interpellent, quominus Reſp. a me commode adminiſtrari poſſit. 11. fam. 16. Sin caſus aliquis interpellarit, ita ero Romæ, ut recte fieri ſemper cupium. 15. fam. 51. Scis quid ſit interpellare. 2. ad Quint. fr. 22. Odioſe interpellare aliquem. de or. 133. Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta nolo. de Nat. d. 72. Vigilantem interpellare. 7. Verr. 73. Interpellari ab aliquo. de Prouinc. 77. Interpellatus in hoc caſu. 10. famil. 48. in epiſt. Planc. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. 1. Attic. 63.

Interpellans.

Vt nulla interpellante. ep. 129. & 157. Interpellantibus his inimicitiis animus tuus mihi magis patuit, quã domus. 14. Att. 26.

Interpellatio.

Interuentus alicuius aut interpellatio. Part. 262. Interpellatio mei familiaris qua paulo ante interrupta eſt oratio mea. de or. 161. Quint. fr. 313. de Prou. 72. Putabam enim commodius te idem iſtud domi agere poſſe interpellatione ſublata. Att. 12. 57. ideſt, obturbatione. Etſi, inquit, Antoni minime impediẽdus eſt interpellatione iſte curſus orationis tuæ, patiere tamen, mihique ignoſces. 2. de or. 22. Itaque literę quidem meæ impediũtur, in quibus ſine ulla interpellatione uerſor. Lepię, l. 6. 18. 10.

Interpellator.

Moleſti alieni ſermonis interpellatores Dialectici. ad Her. 2. 49. Sed interpellatores illic minus moleſti. Att. 15. 27. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle, quo inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. 3. off. 75.

Interpolo.

Quod vult inquam renouare honores eoſdem, quominus togam prętextam quotannis interpolet, decernendum nihil cenſeo. ad Q. fr. 2. 14. 2. Aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. 3. Verr. 112.

Interpono.

De Aſcanione, tu uero quod uoles, facies: me nihil interpono. ad Quint. fr. 3. 26. Quod ſi auctoritatem interponis ſine armis, magis quidem laudo: ſed uide ne hoc ipſum non ſit neceſſe. 13. Phil. 354. Cur te interponis iniquiſſimis his, quibus maxime lex conſultum eſſe voluit? Verr. 12. Inter quas uariis clauſulis interponit ſe raro numeroſa comprehenſio. or. 219. Clodius uocabat aribus, ſe interponebat, &c. pro Mil. 18. Hęc interpoſui P. C. ut me purgarem. in Ant. 261. Acerbiorem legem & duriora edicta interpoſuit. in Verr. 157. Neque interea uerbum ullum interpoſuit Nęuius, aut ſocietatem ſibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuiſſe. pro Quint. 8. Itaque ſapientius meo quidẽ iudicio facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. Lepido, l. 10. 59. Quid enim me interponerem audaciæ, tuę, quem neque auctoritas huius ordinis, neque exiſtimatio Pop. Romani, neque leges ullæ poſſent coercere? 2. Phil. 36. Hoc cum palã Decumani tota prouincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi uenit in mentẽ exiſtimationi tuæ conſulere? 5. Verr. 121. Vt etiam modo: niſi autem interpoſuiſſem, concurriſſent. or. 211. Quid me interponam cum utatur matris conſilio? 15. Att. 19. Num quem putes illius tui certiſſimi gladiatoris ſimilem Trib. pl. poſſe reperiri, qui ſe interponat, quo minus reus mea lege fias? in Vatinium, 29. Interponere accuſatorem. 3. Verr. 20. Interponere conciones. de orat. 201. Interponere fidem ſuam in aliquam rem. pro Roſc. Am. 67. Non oportuit ante ſupplicium, quam iudicium interponere. de Inu. 72. Proprium eſt Academię, iudicium ſuum nullum interponere. 2. de Diu. 115. Potuit certius interponere iudicium uoluntatis ſuæ, quam cum etiam accuſatorem huius mulcta & pœna mulctauit? pro Corn. Balb. 33. Pro ceterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere, ad periculum accedere: operam, ſtudium, laborem interponere. 1. Verr. 35. Ait ſe miſiſſe & cõfirmaſſe, ſuam interpoſuiſſe auctoritatem. 5. Verr. 105. Digreſſio extrà cauſam interponitur, aut criminationis cauſa, aut, &c. de Inu. 48. Cur in ea re tam ueteri nona hæc reſtipulatio interponitur? pro Sext. Roſ. 51. Sæpe etiam uerſus interponitur, uel ut eſt, uel paululum immutatus. de or. 132. In iureiurãdo dij immortales tum iudices, tum teſtes interponuntur. de Leg. 172. Deinde interponetur ab accuſatore ſuſpicio ex coniecturis. ad Her. 10. Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur. de Amic. 3. Niſi iſta tua poteſtas in hac cauſa interponeretur. in Verr. 72. Petatur hęreditas ea, quę nulla debetur? in prędam Prætoris interponatur nomen ciuitatis? 3. Verr. Mediocres argumentationes interponi, & in medio collocari oportet. ad Her. 19. Maiores uoluerũt certis in rebus interponi quæſtiones. ad Her. 8. Itaque bellum nefarium illatum Reſp. cum uiderem, nullam moram interponendam inſequendi M. Antoniũ putaui. 6. Phil. 205. Quod cum audiſſemus, nullam morã interponendam putauimus, quin uideremus hominem nobiſcum, & ſtudiis eiſdem, & uetuſtate amicitię coniunctum. 1. Academ. 2. Quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit. 4. Verr. 83. Sed res multis querelis de Rep. interponendis nulla tranſacta eſt. ad Quint. fr. 2. 7. 2.

Interponens.

Hæc te ſcire uolui, ſcripſique ſedatiore animo, quam proxime ſcripſeram, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum. Att. 8. 147. 14.

Interpoſitus.

Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia. pro Mur. 39. Ego interpoſitam Senatus auctoritatem ſuſtinui. in Piſ. 80. Offenſionem periculoſam eſſe propter interpoſitam auctoritatem religionemque uideo. ep. 7. Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti. de Cl. Or. 171. Hæc igitur habenda gratia eſt D. Bruto, qui illum nondum interpoſita auctoritate ueſtra, ſuo conſilio atque iudicio non ut Conſulem recepit, ſed ut hoſtem arcuit. 5. Phil. 191. In hoc maxime uitioſa eſt ciuitas, quod largitione interpoſita uirtutis obliuiſci ſolet. de Pet. 213. Literas ad ſe ab amico miſſas, offenſione aliqua interpoſita, in medium protulit. in Ant. 162. Vos reiectione interpoſita repẽtini iudices conſediſtis, pro Sylla, 185. Lentulus prouinciam, quam ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit. in Piſ. 90. Vehementes habeat repentinos impetus, ſpatio interpoſito & cauſa cognita conſeneſcat. pro Clu. 3. Si ea decreta c o s. quæ de Cęſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur, magnam perturbationem fore. Att. 263. Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quominus quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur. Att. 7. 134. 3. Paucis interpoſitis diebus iterum Lælius dixit. de Clar. Or. 127. Ita prope x l. diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea quæ a nobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur. 2. Verr. 20. Interpoſitis diis immortalibus, tum iudicibus, tum teſtibus ſocietatis ciuium inter ipſos. 2. de Leg. 14. Obnuntiationibus per Scæuolam interpoſitis. Att. 64. Multis inter noſtrum tuumque initium dicendi interpoſitis oratoribus. de Cl. Or. 185. Iſte pœnis, compromiſſiſque interpoſitis, H s. c c c. extorquenda curauit. 4. Verr. 46.

Interpoſitus.

Tum ipſa incidens in umbram terrę, cum eſt e regione Solis, interpoſitu, interiectuque terræ, repente deficit. 2. de Nat. deor. 148. De Luna.

Interpoſitio.

Vna omnino Interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidẽ facile legere ſoleo, de quadrimo Catone. ad Tironem, li. 16. 31. Cum perſonarum certarum interpoſitione. de N. d. 43. Quęſtionem autem eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, ſine certarum perſonarum interpoſitione, ad hunc modum, ut, Quid ſit bonum, &c. 1. de Inu. 12.

Interpres.

A. Valentinus eſt in Sicilia interpres: quo iſte interprete, non ad linguam Gręcam, ſed ad furta & flagitia uti ſolebat. 5. Verr. 71. Nec conuerti ut interpres, ſed ut orator, ſententiis iiſdem, & earum formis tamquam figuris, uerbis ad noſtram conſuetudinem aptis. de Opt. gen. Or. 148. Interpres augurum. Or. 211. Tum auis illa uideri poſſit interpres & ſatelles Iouis. 2. de Diuĩ nat. 111. De Aquila. Interpres iuris in Top. 3. Mentis interpres eſt oratio. de L. 162. Cõiector quidã, & interpres portentorũ. 2. de Diu. 90. Interpres ſomniorum Stoicorum uaferrimus habetur Chryſippus. de Nat. d. 1. 29. Interpres Sibyllæ. de Nat. d. 60. Interpres uoluntatis alicuius. de Inu. 79. Ita quemadmodum in Senatu ſemper eſt aliquis, qui interpretem poſtulet, ſic iſti nobis

bis cum interprete audiēdi ſunt.de Fin.145. Vt interpres egeat interprete.de Diu.132. Si Pœni in Senatu noſtro ſine interprete loquerentur.de Diu. 135. Nullam artem literis ſine interprete,& ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Trebatio,lib.7.ad ue.3. Quo ego interprete nouiſſime ad Lepidum ſum uſus ep.10.35. Interpretes indiſerti.de Fin.3. 12. Aſtrologi interpretes cæli.de Diu.127. Interpretes comitiorum.de Nat.d.2.8. Interpretes deorum aruſpices.de Nat.d. 2.9. Augures qui Iouis maximi interpretes internuntijque ſunt.13.Phil.352. Interpretes Iouis optimi maximi publici augures ſignis & auſpiciis poſtea uidento.2.de Leg.18. Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicii ſolent eſſe. 2. Verr. 23. Interpretes iuris ueteres Sex. Aelius & L. Acilius verba quædam legis XII. tabularum non ſatis ſe intelligere dixerunt.2.de Leg 55. Interpretes legis noſtræ quo capite iubentur ſumptus & luctum remouere a deorū manium iure, hoc intelligunt in primis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam.2.de Leg.58. Legum interpretes iudices.pro Clu.44. Interpretes poetarum grāmatici. 1.de Diu.64. Interpretes portentorū, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabātur.1.de Diu.71. Senſus interpretes & nūtii rerū.de N.d.54. Mali verborū interpretes.15.f.48. in ep.Att. Quod erant multa,obſcura,multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretū.2.de Diu.190. Ea quibus bene percepta ſunt,hi nō ſæpe falluntur. Male coniecta,maleque interpretata,falſa ſunt, non rerū uitio, ſed interpretum inſcientia.1.de Diu.192. Ad interpretes religionum iuſta funerum reiecit Plato.2.de Leg. 61. Per amicos & interpretes agere aliquid.6.Ver.44. Sequimur igitur in hac quæſtione potiſſimum Stoicos,non ut interpretes,ſed, ut ſolemus,e fontibus eorum,iudicio arbitrioque noſtro quantum,quoq. modo uidebitur,hauriemus.off.2. Improbiſſimis literis quidam,fallacibuſque interpretibus ac nuntiis impulerunt in ſpem certiſſimam Conſulatus.ad Brut.21.22. Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus,iſque iam annos viginti haberet,nobis interpretibus amitteret hęreditatem. pro Cæc. 195. Quid autem uolunt ea ſignificantes,quæ ſine interpretibus non poſſumus intelligere?de Diu.119. Interpretibus utor in hac re.10.fam.24.in ep.Pl.

Interpretor.

Hoc quod ſit non facile interpretor.de har.152. Rectene interpretor ſententiam tuam? Tuſ.198. Quæ ſi tu interpretaris de noſtris ædibus ſcripta eſſe,non repugno.pro Do.ſua,139. De Triario bene interpretaris uoluntatem meam.Att.95. Hetruria ſciētiſſime interpretatur quid, quibuſque oſtendatur portentis. de Diu.99. Si tamquam illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit, dolemus eius ſummam fęlicitatem, non ſatis animo interpretamur. de Cl.or.165. Hoc uos per deos immortales,quale ſit, nō interpretamini.in Ant.100. Hoc nonnulli ridicule interpretātur,qui me idcirco putent bene audire uelle,ut ille male audiat.de Nat.d. 84. Veremur ne interpretentur illud oppidum ab Italia non ſatis abeſſe.Att.41. Quorum omnium interpretes, ut grammatici poetarum,proxime ad eorum,quos interpretantur, diuinationem uidentur accedere.de Diu.87. Itaque id Senatuſconſultum plerique interpretantur etiam ad duos captiuos pertinere. Att.274. Reditu enim in caſtra,liberatum ſe eſſe iureiurando interpretabatur;non recte.3.off.155. Epiſtolam eius, quam modo totidem fere uerbis interpretatus ſum,&c.de Fin.85. Euhemerus, quem noſter & interpretatus & ſecutus eſt præter cæteros Ennius.1.de Nat.d.163. Panætius,quem multum in his libris ſecutus ſum,non interpretatus.off.45. Somnia, quæ Magi Cyro interpretati ſunt ex Dionyſii Perſici libris.de Diu.90. Tu hoc idē (quod ego dico)interpretabere.pro Cæc.102. Id Senatuſconſultum tu interpretabere pro tua ſapiētia.ad Seruilium,lib.13.96. Quod atrociter in Senatum dixiſti,aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere.pro Mur.59. Animaduerte igitur, rectene hanc ſententiam interpreter.de Fin.68. Iam uirtutem ex conſuetudine uitę,ſermoniſque noſtri interpretemur,nec metiamur eam,ut quidam indocti,uerborum magnificentia. de Ami.20. Secūdum naturam uiuere;quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undique perfecta,& nihil requirente.5. de Fin.46. Nunc noſtri hoſtes ibi ſunt,& te non habemus,& ueremur ne interpretentur,illud quoque oppidum ab Italia non ſatis abeſſe.Att.3.47.2. Id eſt,propius ab Italia abeſſe, quam lege proſcriptionis exceptum ſit. Rogaui ut interpretaretur,quid eſſet,quod ille ſcriberet,conſilio meo ſe uti uelle.9.Att.46. Sed verecūdus augur,ſine collegis de auſpiciis non interpretaretur. in Anton.195. Quaſi uero priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur.pro Corn.Balbo,19. Nec quidquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientię.2.Off.6. non ſatis grato animo interpretari de Cl.Or.3. Hoc eſt, in bonam partem non accipere. Interpretari de re aliqua.16.Att.45. Bene dicta male interpretari.de N. d.75. Peruerſe philoſophorum diſputationem interpretari.de Nat.d.75. Tuam epiſtolam interpretari ipſe uix poteram. Att. 250. Si uero hoc quod accidit,interpretari uelis.pro Planc. 170. Qui ius interpretari populo,& reſpondere ſoliti ſunt. de Leg. 158. Interpretari legem, & ęquitate explicare.7.Phil.263. Iudicem legi parere, non interpretari legem oportet.de Inu. 78. Interpretari ac procurare monſtra.Diu.1.3. Interpretari quale id tibi uideretur. 15. Att.44. Interpretari ſententias perfacile eſt; quid enim negotii eſt eadem prope uerbis iiſdem conuerſa dicere?2.de Leg. 15. Verborum uim interpretari. de Fato,31. Interpretari uoluntatem alicuius ex aliquo facto uel euentu.ad Her.9 Conſilium ex neceſſitate,uoluntatem ex ui interpretari.pro Rab.127. De ratione interpretandi.de Fin.9. Acad.43 & ad Her. 9. Veſtri hęc confirmant interpretando quorſum quidque pertineat. de Nat.d.71. In ipſo nomine legis interpretando ineſt uis & ſententia iuſti & iuris colendi.de Leg. 171. Interpretando explanare rem obſcuram.de Cl.Or.178. Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi & peruolutandi, & exercitationis cauſa laudandi,interpretandi,corrigendi,uituperandi, refellēdi:&c. 1.de Or.67. Quod ſi a te erit impetratum, ſic uelim exiſtimes; me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo ſummo beneficio me affectum iudicem. Att.16.341.6. Quę eſt autem gens, aut quæ ciuitas,quæ non extis pecudū,aut monſtra aut fulgura interpretantium,prædictione moueatur?de Diu. 1.10.

Interpretatus.

Veſta quaſi focus urbis,ut Gręco nomine eſt appellata:quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus. 2.de Leg.48. Ex quo ita illud ſomnium eſſe interpretatum,ut,&c.1.de Diu.95. Verba quæ ex Hetruſcis in te conuerſa,ea interpretata dicuntur.de haruſp.252.

Interpretatio.

Interpretatio eſt quæ non iterans idem, redintegrat uerbū; ſed id commutat quod poſitum eſt alio uerbo quod idem ualeat, hoc modo: Remp radicitus euertiſti, ciuitatem funditus deieciſti.ad Her. 4. 190. In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat comiter eſſe communiter, quaſi uero priſcum aliquod aut inſolitum uerbum interpretaretur. pro Corn. Balb. 62. Senectuti uero ornandæ quod honeſtius eſſe poteſt perfugium, quam iuris interpretatio? Or.101. Iuris ciuilis cognitio & interpretatio. Off.1.96. Nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatio.1.Off.49. Interpretatio nominis habet acumen,cum ad ridiculum cōuertas, quamobrem ita quis uocetur,&c.2.de Or.142. Eius igitur ſomnii,quæ ſit a coniectoribus interpretatio facta uideamus. de Diu. 89. Verbi uis & interpretatio.con. Rul.67. An cuius linguam populi non noſſet, interpretationem fœderis non tenebat?pro Corn.57. Cauſa habens interpretationem legum ſatis acutam.de Opt.gen.144. Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſunt.or.87. Controuerſia uel contentio ex ſcripti interpretatione.de or.96.& 119. Verbi interpretatione ſe defendere.Part.241. Deprauatione uerbi urgeri.de or.100.

Interpunctus.

Sed & feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis,& interpuncta ſermonibus:&c.2.de Or. 178. Diſtincta alias & interpūcta interualla delectant.Or.201. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed uerborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe uoluerunt.3.de or.95.

Interpunctum.

Clauſulas enim & interpuncta uerborum,animæ intercluſio & anguſtię ſpiritus attulerunt.3.de or,100.

Interpunctio.

Res enim ſunt paruæ,prope in ſingulis literis atque interpunctionibus uerborum occupatæ.pro Mur.11.

Interquieſco.

Cum hæc dixiſſem, & paululum interquieuiſſem, Quid igitur,inquit,&c.de Cl.Or.46.

Interregnum.

Aut ſi per Trib.pleb.non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum.Att.107.& 143. Ad interregnum comitia adducta,rumor dictatoris iniucundus bonis.ad Q. fr. 327. Rex uidetur ſpectare ad interregnum.ad Q.fr.3.18. 5. Ad interregnū rem non uenire.9.Att.32. Quis enim tot interregnis iure conſultum deſiderat?ep.100.

Interrex.

L.Flaccus interrex legem de Sylla tulit, ut omnia quęcunq. ille feciſſet, rata eſſent.con.Rul.88. Interrex noſter legem tulit, ut dictator quem uellet ciuium in dicta cauſa impune poſſet occidere.1.de Leg 31.Interrex & patritius, & a patritio prodi ſoli tus.pro D. ſua,30. Si Sylla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur,& magiſter equitum,cur hic non poſſit? Atti.151. Ego omnibus unde petitur, hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.ep.100.

Interrogo.

Interrogas me,num in exilium?non iubeo.in Cat.99.Qui ita interrogant,ab iis irridētur.Aca.10. Socrates interrogabat quædam geometrica de dimēſione quadrati.1.Tuſ.89. Interrogabat ſuos in clamore ipſo quis eſſet qui fame plebem necaret.ad Qu. fra.2.7.3.Quid enim te de Hiſpanienſibus flagitiis tuis,ſordidiſſimiſque furtis interrogem?in Vatin.9. Sic ego te uiciſſim eiſdē de rebus interrogem.in Par.1.Si quis deus te interroget,&c. uti nam quid roget. Aca.q.20.Sed uti oratione perpetua malo, quā interrogare,aut interrogari.de Fin.1 22.interrogare aliquem lege.pro D.ſua,60.interrogari ab aliquo.Acad.10.interrogari de aliquo. de ora.1 10. Socrates percunctando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones,quibuſcum diſſerebat. de Finib. 64. Hic meus frater a Philippo interrogatus quid latraret, furē ſe uidere reſpondit.2.de or.121.Vt interrogando urgeat, ut rurſus quaſi ad interrogata ſibiipſe reſpondeat.in or.76.Te interrogante augures reſponderunt.pro Dom.22 1.

Interrogaſſit.

Cum magiſtratus iudicaſſit,interrogaſſitve,per populum mulctæ pœnæ certatio eſto.3.de Leg.8.Legitur & irrogaſſit.

Interrogatio.

Interrogatio non omnis grauis eſt,neque concinna: ſed hęc, quæ cum enumerata ſunt ea, quæ obſunt cauſæ aduerſariorum, confirmat ſuperiorem orationem, hoc pacto,&c. 4. ad Her. 167. Recte genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt.de Fato,22.Interrogationes fallaces & captioſæ.Aca. q. edit.1.lib.2.44.de Fin.4.7.

Interrogatiuncula.

Pungunt quaſi aculeis,interrogatiunculis anguſtis.4. de Fin. 6.Sed minutis interrogatiunculis,& quaſi punctis, quod propoſuit,efficit.in parad.3.

Interrumpo.

Pontes,quos feceram,interrupi.Plan Cic.10.48. Quæ occupatio etſi ſumma eſt,tamen nulla eſſe poteſt tanta, ut interrumpat iter amoris noſtri & officii mei.Att.4.71.1. Contingere idē terræ neceſſe, ut omnibus eius partibus in medium urgentibus nihil interrumpat,quo labefactari poſſit tanta contentio grauitatis & ponderum.de N.d.49.

Interruptus.

Non offendes eundem bonorum ſenſum Lentule, quem reliquiſti: qui confirmatus Conſulatu noſtro, nonnunquam poſtea interruptus,afflictus ante te c o s. recreatus abs te, totus eſt nūc ab iis,&c.Lentulo,lib.1.9. 61. Amicitia longis interuallis tēporis interrupta.ep.251.interrupta conſuetudo.15.fam.38. interpellatio familiaris mei,qua paulo ań interrupta eſt oratio mea. de Pronin.Conſul.72.Sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulate reddidi.5.fam.18.Et quod continuatū, & interruptum,& imago,& ſibiipſi reſponſio,&c.3.de orat.115. Interruptæ atque morientes uoces.pro Cæl.47.Neque tam facile interrupta contexo,quam abſoluo inſtituta.1.de Leg.14. Hoſque qui incolunt terram, non modo interruptos ita eſſe, &c. Somn.Sci.21.Interruptis ac morientibus uocibus ſignificare aliquid.pro Cæl.47.

Interrupte.

Erit autem perſpicua narratio,ſi uerbis uſitatis, ſi ordine temporum conſeruato,ſi non interrupte narrabitur.2.de or.179.

Interſcindo.

Nec quia nuſquam erat ſcriptum,ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi iuberet.2.de Leg.17.

Interſcribo.

Nam quas multo ante tuas acceperam literas,in quibus ἐπέχειν ter ſcripſeras, quid eſſet mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant.6.Att.117.3.

Interſeco.

Vt eas res inſerere atq. interſecare uideamur in animis auditorum.ad Her.20.

Interſeptus.

Interſeptum iter.pro Corn. Balb. 34. Tamen terrenis concretiſque corporibus ſunt interſepta foramina quodammodo. Tuſcul. 1. 39.

Interſpiratio.

Interſpirationis.n.non defatigationis noſtrę,neq. librariorū notis,&c.3.de or.95.

Interſum.

Tu plura audis, & interes conſiliis. Attic. 237. Tybris inter eos & Pons intereſt.in Cat.111.Qua in re ego interfui.ep. 219. Sępe interfui querelis meorum æqualium. de Sen. 78. Ipſe interfuit & præſens uidit.de Inu.61. Roſcius ne in conuiuio quidē ullo fere interfuit.pro Sex.Roſcio, 23.pro Font.3.pro Clu. 130. Quæ gerātur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit ſolum,ſed etiam præfuit. Lent. lib. 1.6.1.Qui noſtro ſermoni interfuit ad Brut.lib.11.7.1.Hic teſtamento faciendo interfuit.pro Clu. 52. Publicis conſiliis nullis interfuimus. Att.2.38 2.Interfuerunt decem anni.3.de Leg.21. Cuius inter primum & ſextum Conſulatum ſex & quadraginta anni interfuerant.de Sen.56. Non modo ut non præeſſet ulli negotio,ſed etiam ut ne intereſſet quidem.ad Planc. lib. 13.30.9.Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent, odiſſes eum. in Ant.246.Melioris ciuis & uiri putabam, quouis ſupplicio affici quam illi crudelitati non ſolum præeſſe, uerumetiam intereſſe. epiſt.8.& Att. 139. Non placet Stoicis, ſingulis iecorum fiſſis, aut auium cantibus intereſſe deum.de Diu. 140. Intereſſe diſputationi.lib.1.de Fin.11. Intereſſe in aliquo.de Inu. 54.Quibus in rebus inteſſe non poſſumus.pro Sext.Roſc.36. 3.ad Q.fr.12. Voluerunt eos in ſuis rebus ipſos intereſſe. 5. Verr. 12. In quo me intereſſe neceſſe ſit.10.fam.3. Ne in publicis quidem, ſiquid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit,umquam deero, &c.Plſc. 10. 2.3.Ratiocinatio dicitor tū interfuiſſe,cum,&c. de Inu.64.Quibus in rebus alicuius firma auctoritas uidebitur interfuiſſe, ad Heren. 3.

Intertrimentum.

Cum eo Iunio ſine vllo intertrimento conuenerat iam quēadmodum traderetur.3. Verr. 94.de æde Caſtoris loquitur.

Interuallum.

Duplum & triplum interuallum. in Verr. 199. Interuallum infinitum & immenſum.Diu. 2.72. Quātum interuallum inter te atque illum interiectum putas?pro Rab.93.Vide quantum interuallum ſit interiectum inter maiorum noſtrorum conſilia,& iſtorum dementiam:illi,&c.hi,&c.con.Rull. 83.Tu,ſi interuallum longius erit mearum literarum,ne ſis admiratus. ad Trebatium,lib.7.34.interuallo dierum iam amplius L. 3.ad Q.fr.20. pro,a diebus amplius L. interuallo duplo & triplo orbes ſeptem diſpares moueri iuſſit.de Vniu. 33.At cum in Italia bellum tam prope a Sicilia,tamen in Sicilia non fuit? quid mirum? ne cum in Silia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiā ulla peruaſit. 7.Verr. 5. ideſt, eodem tempore. Et ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus.4.Att.49.Nullo interuallo interiecto. de Fin. 2. 93. Vt quoniam interuallo locorum & temporum diſiuncti ſumus,per literas tecum quamſępiſſime colloquar.ep.6.Interuallo maiore has literas tibi miſi. 8. fam.9.in ep.Cęl.Satis longo interuallo poſt iterum aduocātur. pro Clu. 55. An laureata illa amittet longo interuallo uiriditatem? de Prouinc.75.Longo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur, cum interea cędes indigniſſimę maximæque factę ſint.pro Roſc.Am.7.ideſt, poſt longum interuallum. Fuit enim longo interuallo ita liber Senatus, ut uos aliquando liberi eſſetis,&c.6.Phil.204. ideſt, poſt longum interuallum. Interim ſatis longo interuallo cum eſſet cum L.Lucullo in Siciliam profectus.pro Arch. 4. Hodierno die longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus.in Ant.194. Longo interuallo ſtudium aliquod intermittere.Tuſc.1.1. Si cum animis ueſtris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. pro Clu. 32. Satis eum longo interuallo ad ſuam uillam reduximus. Acad. 36. Longo interuallo ueterem conſuetudinem retuli. in Verr. 79. Cum res priuatæ longo interuallo iudicii repetētur. de Cl.or.32.Maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atque relata. 1.Ver. 37.Perficiam ut huius ordinis auctoritas,quæ apud maiores noſtros fuit, eadem nunc longo interuallo Reipub. reſtituta uideatur.con.Rull.65. Studia quæ longo interuallo intermiſſa reuocaui.Acad.q.148. Venio nunc longo ſane interuallo ad quandā epiſtolam,quę,&c. Att.282. Longo interuallo Romam uenit. pro Flac. 161. Interim ſatis longo interuallo uenit Heracleam

pro Arch.poeta, 186. Interim neque ita longo interuallo ille
uenit.pro Flac.156.pro Mur. 18. Verſabatur in Sicilia longo in
teruallo alter, non Dionyſius ille,&c.7.Verr.113. Quoniam lõ
go interuallo modo primum te paulo hilariorem uideo. de Cl.
Or.166. Lõgo enim interuallo uideo mutata eſſe oĩa. Att.177.
Illa quæ quaſi lõgo interuallo interiecto uidemus.off.7.Primũ
ut te tanto interuallo uiderem.ep.251. Et nos longo interuallo
uiſeris.Att.3.Me perlongo interuallo prope memoriæ tempo-
rumque noſtrorum primum hominem nouum conſulem feci-
ſtis.con.Rull.66. Neque Mercurius a ſole longius quam unius
ſigni interuallo diſcedit.de Nat.d.36. Ego uero interuallo tan-
to clauſtra iſta nobilitatis refregi.pro Mur.127. Interuallo tan
to nihil omnino ad uos.11.Att.8.ſub.ſcripſerim. Primum ut te
quem iamdiu facio plurimi, tanto interuallo uiderem: deinde,
ut tibi,&c.ad Caſſium,lib.15. 14. 4.id eſt, poſt tantum interual
lum. In geometria,lineamenta,formæ, interualla, magnitudi-
nes.de or.100.Interualla infinite diuidi poſſunt. Acad. q.ed.2.
lib.1.21.Interualla imparia, ſed tamen pro rata portione diſtin
cta.Somn.Scip.17.Interualla ſeſquialtera,ſeſquitertia, ſeſquio
ctaua.de Vniu.29.interualla locorum mediocria.3.ad Her.126.
Interualla ſonorum.Tuſc.1. 34. Interualla uocis in loquendo.
ad Her. 20. Diſtinctio & æqualium & ſæpe uariorum interual-
lorum percuſſio numerum conficit. de or. 160. Interuallorum
longorum & breuium uarietas.or.214.Interuallorum in dicen-
do longiorum utilitas. 3.ad Her.113. Interualla contrahere.
Acad.q.ed.1.lib.2.21.Dolor ſi longus, leuis dat enim interual
la & relaxat.de Fin.84.Interualla diducere.Academ. q. ed.1.li.
2.21.Interualla dupla & tripla explere.de Vniu.29. Et ad dolo-
res ita paratus eſt, ut meminerit maximos morte finiri,paruos
multa habere interualla requietis.1.de Fin. 76. Hoc eſt, mol-
tas habere horas in quibus quieſcere poſſit æger.Satis autem,&
quaſi ſparſis animis, fore uti certis temporum interuallis orire
tur animal,quod eſſet ad cultum deorum aptiſſimum. de Vniu.
55. Crebris interuallis & diuiſionibus oportebit uti.ad Her.2.
Sonus interualis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata
portione diſtinctis.de Somn.Scip.128. Anaximandri opinio eſt
natiuos eſſe deos,longis interuallis orientes,occidenteſque. de
Nat. d. 2. 19. Amicitia longis interuallis temporis interrupta.
epiſt.251.Vtendum eſt locis multis,illuſtribus, explicatis, mo
dicis interuallis.de Or. 148. Interuallis partes ita locabat, ut
in ſingulis eſſent bina media.de Vniu.29.Numerus interuallis,
compoſitio uocibus apparet. or. 224. Numerum in cadentibus
guttis, quod interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus.de or.
260. Illi octo curſus ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſo-
nos.de Som.Scip.129.Quod metiri poſſumus interuallis æqua
libus.de or.260.Pedes non ſillabis,ſed interuallis metiendi.or.
216.Quę autem mouentur, omnia interuallis moueri. Acad.
q.ed.2.lib.1.20.Trochæus qui temporibus & interuallis eſt par
iambo.or.214.

Interuenio.

Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit.
Att.lib.15.326.2.ad Q.fr. 1.2.3. Caſus uero mirificus quidam
interuenit quaſi teſtis opinionis meæ.ep. 98.Sed cito Curio in
teruenit qui te a meretricio quæſtu abduxit. in Ant. 169. Hic
qui interuenit me intuens.de N. d.1.13.Statim interuenit non
nullorum querelis,quæ apud me de illo ipſo habebantur. Att.
299. Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur. ad Her. 4. Quid
eundem in Septemuiratu nonne deſtituiſti? interuenit enim.in
Ant.179.Niſi C. Virgilius interueniſſet. de Prouinc. 70. Cum
multi boni uiri ex occulto interueniſſent. pro Clu. 27. Vereor
tamen ne moleſti uobis interuenerimus. de or. 110. Epicurus
exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti. 1. de Fin. 49.Ma
gni intereſt Ciceronis,me interuenire diſcenti. Att. 231. Vt ſi
interuentum eſt,cum ageretur aliquid. Top.227.

Interueniens.

In magna parte uitæ dolore non interueniente.3.Tuſc.q.67.

Interuentus.

Interuentus alicuius aut Interpellatio. Part. 232.Caleni in
teruentum & Caluenæ cauebis. Att. 16.28. Suppeditatio bono
rum,nullo malorum interuentu.1.de Nat.d.153.Tum interuen
tu Pontini pugna ſedatur.in Cat.312. Quod uereor, ne tardius
interuentu Varronis noſtri facias. Att.55.

Interuentor.

Omnis fere noſtra in his deliberationibus conſumebatur
oratio, idque & ſępe alias & quodam liberiore, quam ſolebat,
& magis uacuo ab interuentoribus die. de Fato, 4.

Interuerto.

Ille induxit ut peteret: promiſſum & receptum interuertit,
ad ſeque tranſtulit.2.Phil.85.

Interuerſus.

Candelabrum quod rex Aegypti Ioui Capitolino donu tule
rat a Verre, qui illud commodato a rege acceperat, interuer-
ſum eſſe conqueritur.6.Verr.60.Qui ſi intellexerint, interuer-
ſo regali hoc dono, grauiter nos tuliſſe,grata fore nobis Popu
loque Romano ſua ſtudia ac dona arbitrabuntur. 6. Verr.60.Is
poſtea quam intellexit,poſſe ſe interuerſa ædilitate a L.Piſone
Conſule Prætorem renunciari.pro D.ſua, 86.

Interuiſo.

Vrbanam expolitionem urget ille quidem,ſed etiam ipſe cre
bro interuiſo.3.ad Q.fr. 5. Teque & iſtam rationem otii tui &
laudo uehementer,& probo:quodque nos minus interuiſis,hoc
fero animo æquiore. Matio,l.7.5.

Inteſtatus.

Huic hæreditas H S. quingentorum millium uenerat a mulie
re quadam propinqua,atque ita propinqua, ut ea etiam ſi inte
ſtata eſſet mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem eſ-
ſe oporteret.4.Verr. 38. Haud hęres eſt Cluentius: inteſtatum
dico eſſe mortuum.pro Clu.132.

Inteſtato.

Si paterfamilias inteſtato moritur,familia,pecuniaque eius,
agnatorum gentiliumque ego.2.de Inuentione, 231.1. de Or.
90.Si tabulæ teſtamenti non proferrentur, tum uti proximum
quemque potiſſimum hæredẽ eſſe oporteret: ſi is inteſtato mor
tuus eſſet,ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. 3.Ver.80.

Inteſtinum.

Inteſtinis tum aſtringentibus ſe,tum relaxantibus, reliquiæ
cibi depelluntur.2.de Na.d.104. Cum grauiter ex inteſtinis la
borarem.ep.107. Et inteſtinis autem & aluo ſecretus a reliquo
cibo ſuccus is quo alimur, permanat ad iecur per quaſdam a
medio inteſtino uſque ad portas iecoris(ſic enim appellant)du
ctas & directas uias,quę pertinent ad iecur,eique adhærent. 2.
de Nat.d.205.

Inteſtinus.

Inteſtinus dolor.4.fam.15.In epiſt.Seru.Sulpitii. Bellum in
teſtinum ac domeſticum.in Cat.228 pro D.ſua,48. Ingraueſcit
enim indies inteſtinum malum.ad Bru.20.Incluſum malum in
teſtinum ac domeſticum eſt.con.Rul.Inteſtinum urbis malum.
epiſt.179.

Intexo.

Lęta triſtibus,incredibilia probabilibus inteximus. in Par.
8.Cum parua magnis,ſimplicia coniunctis,obſcura dilucidis in
teximus.Part.230.Te autem *ἀσμενίσματα* intexui,faciamque id
crebrius.Att.13.280.1.De Acad.Aliquid in cauſa prudenter in
texere.or.114.Scis me antea orationes, aut aliquid id genus ſo
litum ſcribere,ut Varronem nuſquam poſſem intexere.Att.13.
13.id eſt,eum loquentem inducere,ut fit in dialogis.

Intextus.

Veſtis coloribus uariis intexta ad Her. 38. Venæque autem
crebræ,multæque toto corpore intextæ, uim quandam incredi-
bilem artificioſi operis diuinique teſtantur.2.de Nat.d.208.De
uenis & arteriis.

Intimus, *Vide Intra.*

Intingo.

Alterum quod totum arte intinctum uidetur, tametſi artem
requirit, tamen prudentiæ eſt mediocris quid dicendum ſit ui
dere.2.de or.65.

Intolerabilis.

Intolerabilis Antonius.Att. 260. Intolerabilis fœditas odo
ris.epiſt.185.de Nat. d.51. Admodum intolerabilis iniuria. de
Amic.100.Intolerabilis inſolentia.ad Qu.fr.1.1.60. Intolerabi
le eſt ſeruire impuro.in Ant.185. Cui nihil intolerabile ad de
mittendum animum uideri poteſt. Tuſ.2 17.Intolerabile frigus.
pro Roſc.Am.77.Intolerabile uitium. de or. 199. Intolerabili
dolore lacerari.Acad.q.ed.1.libro 2.24. intolerabilia mihi om
nia ad dolorem.11.Att.28.intolerabilia tributa exegi.3.fa.17.
Quid peruerſius,quid intolerabilius?4.de Fin.34.

Intolerandus.

Intolerandus tyrannus.in Vat.33. Hæc immanis atque into
leranda barbaria.pro Font.28.Res indigna & intoleranda uide
batur omnibus: in Verr. 218. O magnum atque intolerandum
dolorem.7.Verr.92. Nunc proſpicite omnium rerum infinitam
atque intolerandam licentiam.in Verr.259. & pro Sext. Roſc.
24.con.Rull.63.

Intoleranter.

Poſſumuſne nos contemnere dolorem, cum ipſum Herculem tam intoleranter dolere nideamus? 2. Tuſc.20. Intolerantius ſe iactare.2.de or.115. Et qnoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis diuitiis intolerantiſſime gloriaris.in Vatin.22.

Intolerantia.

Perſpicite quanta poteſtas permittatur: non priuatorum inſaniam, ſed intolerãtiam regis eſſe dicetis.pro L.Agr. 44. Quis cũ cum illa ſuperbia atq. intolerantia ferre potuiſſet?pro Clu.90.

Intono.

Partibus intonuit cęli pater ipſe ſiniſtris. 1. de Diu.173. Iam enim heſterna concione intonuit nox pernicioſa deſignati Col legę tui,&c.pro Mur.73.

Intonſus.

Scindens dolore identidem intonſam comam.3.Tuſc.105.

Intorqueo.

Sed uereor ne Pompeio quid oneris imponam, Mή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat. 9.Att. 19. Si quod in me telum intorſerit, ſtatim me eſſe arrepturum arma iudiciorum atque legum.de haruſp.reſp.6. Alternis enim uerſibus intorquẽtur inter fratres grauiſſimæ contumelię.Tuſc.4.64.

Intorquens.

Teſtius in dicendo mentum intorquens.2.de or.148.

Intra.

Intra arma & præſidia aliena uenire. 8. Att.36. Intra cælum geniti dii.de Vni.45.Ipſe i. carcerem. ad Her.24.Omnia nõ modo commemorabuntur, ſed etiam expoſitis certis rebus agentur quæ intra decem annos, poſtea quam iudicia ad Senatũ tranſlata ſunt, in rebus iudicandis nefarie flagitioſeq. facta ſunt.2.Ver. 24.Ingrediens intra finem eius loci, quem,&c.pro Cæc.289. Intra fines hos uertentur. 8.fam.31.in ep.Cæl.Epulamur una non modo non contra legem (ſi ulla nunc lex eſt) ſed etiam intra legem.ad Pætum,lib.9.62.ideſt, minus conſumimus quam præſcripſerit lex. Antiochus intra montem Taurum regnare uiſus eſt. pro Sext.16. Sed quoniam Cæſar fortaſſe arbitraretur me hanc rem non putare, ſi perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut ẽt intra modum, ut,&c.4.fam.13. Cum tantum inſideas intra muros mali.Brut.289.Locus intra Oceanũ iam nullus eſt, quo,&c. in Verr. 1. Nulla intra Oceani oſtium nauis eſt. pro Pomp. 10. Intra parietes, aut ſummo iure experiri.pro Quint.20.Quod facile fuiſſet, niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. Att.43.Qui regionibus excluſi intra præſidia uſque intra arma aliena ueniſſent.At.127. Artis eſt, noſſe regiones intra quas uenire debeas, ut perueſtiges quod quęras.2.de or.80.

Interior.

Interior eſt ille propriust.de or.128.Motus interior. in Som. Scip.32.Societas & interior & proprior.3. off. 90. Vicinus interior.ad Q.fr.1.41. Interius fecit deus animo corporeum omne. de Vniuerſ.33.Interius eſt etiam, eiuſdem ciuitatis eſſe. off. 11. oratio ne inſiſtat interius, ne excurrat lõgius.3.de or.105.Nihil eſt interius mente.de Nat.d.lib.1. 20. Africam interiorem obtinens.in Salluſ.11.Iuteriorem partem in ſex diuiſi.de Vniu. 33. Tactus, quem philoſophi interiorem uocant.Acad.q.ed.1.lib.2. 21. Quod interiore epiſtola ſcribis,&c.ad Q.fr.3.12.Quod animal eſt, id motu cietur interiore.de Somn.Scip.131. In interiore ędium parte totius Reip.nundinę.5.Phil.171.Interiores & recõditæ literę. 3. de Nat.d. 29. 3. fam.41. Illa Interiora iam ueſtra ſunt.pro D.ſua.241.Regna interiorum nationum.pro Pom. 16. Sed hęc quoque in promptu fuerint, nunc interiora uideamus.2. de Diu.185.Opus eſt huc lima tulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe uerecũdiorem me in loquẽdo facis.Volumnio.l.7.58.

Intimus.

Intimus, proximus, familiariſſimus quiſq. aut ſibi pertimuit, aut mihi inuidit.ad Qu.fr.1.57.Antonius intimus erat Clodio. in Ant.169.Intimus homo.13.fam.93.Intimus meus.13.fam. 5. Animi quidam intimus ſenſus.de Inuent.65. Intimus ſermo. 2. Tuſc.90.Intimus tactus.Aca.q.ed.1.lib.2.69. Intima cogitatio. pro Syl.179.Intima pars urbis.7.Verr. 76. Quæ diſputatio non eſt huius inſtituti, ſed artis intimę. or.114.Nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinę eſſe fateatur.in Cat.31.Penitus in eã ipsã diſputationem pene intimã perueniſti.2.de or.93.Itaq. abdidit ſe in intimam Macedoniam.ep.117.Nam ſi eſſent in ueſtibulo balnearum, non laterent: ſin ſe in intimum conijcere uellent, nec ſatis commode calceati & ueſtiti id facere poſſent, & fortaſſe non reciperentur, niſi forte mulier potens quadrãtaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.pro Cœl.50.Multa admiſcui ex intima philoſophia.Acad.q.ed.2.li.1.6. Sed penitus ex intima philoſophia haurienda iuris diſciplina eſt.de L.159 Diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta.4. Tuſ.32.In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum.6.Ver.88.Intimi familiares.3.fam.2.Teſti eſſe ad alienos poſſumus intimi multa apertiora uideant neceſſe eſt.pro Roſc.Am.68.Intimę ædes.3.Verr. 36.Ad intima iſtorum conſilia peruenimus.in Verr.69.Intimorum multitudo.6.fam.52.Itaque in ea dea, quę eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt.de Nat.d. 39.Intima omnia conferre diſcupio.8.fam.44.in ep.Cœl.Sed angor intimis ſenſibus.Att.82,& 72.Lucius Valerius eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus.ep.31. Itaque in intimis eſt meis, cum antea notus non fuiſſet.13.fam.56.& 4.Att.40.

Intime.

Quarum altera eſt de Blandenio Zeuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.ad Q.fr.1.37.

Intractatus.

Nemo eſt, qui non equo, quo conſueuit, libentius utatur, quã intractato & nouo.de Am.60.

Intro.

Vt cibum tibi intro ferre liceat?7.Ver.92.

Intro.

Rabirius regnum intrauit.pro Rab.126.Niſi animus antequã corpus intraſſet, in rerum cognitione uiguiſſet. Tuſ.161. Qui illum olearum ordinem intraſſet.pro Cęc.289.Cum intraſſet pomerium habendi Senatus cauſa.de Nat.d.2.9. in prouincia uero ipſa ſi quem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum ſit, uide.ad Q.fr.1.10.Si hæc, quæ patefecit oratione ſua craſſus, intrare uoluerit.de or.108.Intrare in Capitolium nõ debuiſti. pro D.ſua, 4. In mentem iudicis non poteſt definitio intrare. 1. de or.60.Tu illam domum ingredi auſus es?Tu illud ſanctiſſimũ limen intrare?2.Phil.77.Nulla acies humani ingenii tanta eſt, ut penetrare in cælum, terram intrare poſſit.Acad. q. ed.1. lib.2. 113.Intrandum eſt igitur in rerum naturam,&c.de Fin.3.41.

Introdo.

Atque etiam ſe ipſe inferebat & introdabat.pro Cæc.10. Hoc eſt, ultro ſe offerebat, gerendis negotiis.

Introduco.

Qui introducunt fatum.de Fat. 144. Epicurei prudentiam introducunt ſcientiam ſuppeditantem uoluptates.Off.76.Introducebat etiam Carneades, nõ quo probaret, ſed ut opponeret Stoicis, ſummum bonum eſſe frui his rebus, quas primas natura conciliauiſſet.4.Acad.237.Catonem introduxi ſenem diſputantẽ. de Amic.3.Quaſi enim ipſos introduxi loquentes.de Am.96.introduxit autem Ariſto, quibus commotus ſapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tamquã occurreret.4.de Fin.70.ideſt, inter expetenda poſuit bonum. Epicurus introduxit declinationem atomorum.de Fato.145.Iuſtius huic quam mihi ſuccẽſere debetis, qui initium introduxit. in Salluſt.1.Socrates philoſophiã deuocauit e cælo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit.5.Tuſc. 16. Quã ambitionem conſtantiſſimus & grauiſſimus ciuis L. Cæſar in Senatum introduxit?11.Phil.303.Hoc eſt, induxit & innexit. Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, ſed etiam manu pene factum,&c.1.de Nat.d.29.Poſſumus .n. ut ſponſores appellemur, procuratorem introducere. Att. 16. 339.3.Panętius non uidetur huiuſmodi deliberationem introducere debuiſſe: in qua quod utile uideretur, cum eo quod honeſtum eſt, compararetur.3.off.16.

Introductus.

Qui ſimulatque introductus eſt, prima potione mulierem ſuſtulit.pro Clu.25.Ex huiuſmodi principio, conſuetudo æſtimationis introducta eſt.in Ver.191. Iam ipſe tecum nulla introducta perſona loquar. pro Cælio. 44. Introducta rei ſimilitudo. Part.233.Hac introducta cõſuetudine ſæpe Inſciẽtibus nobis & cœnantibus obrepit.ad Tironem,lib.16. 21.8.Gabinius a Conſule retentus eſt, introducti publicani. Qu.fr.322.Qui in Senatũ introducti negauerunt.de Diu.87.

Introductio.

Iam uero, o dii boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum atque adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Att.1.21.10.

Introeo.

Introeo.

Simul nobiſcum in oppidum introiuit. Terentia. epiſt. 259. Quamobrem cum illo quidem (ut ſupra dixi) actū optime eſt, mecum autem incommodius: quem fueram æquius, ut prius introieram, ſic prius exire de uita. de Amic. 14. Quaſi uero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali. in Piſ. 91. An tu illa ueſtibula cum aſpexiſti, domum tuam introire putas? in Ant. 173. In domum alicuius introire. Att. 258. Mancinus in Senatum introire non dubitauit. de or. 100. Scribis Pomptinum in urbem introiſſe. Att. 105. ad Lent. l. 1. 9. 18.

Introitus.

Etenim poſt profectionem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianę, &c. Att. 1. 13. 5. Ac mihi quidē uī Iudices, hic introitus defenſionis, adoleſcentiæ M. Cęlii maxime conuenire. pro Cæl. 2. Qui introitus in Smyrnā? in Ant. 231. Aduentus meus & introitus in urbem qui fuit? pro D. ſua. 228. Signum quod eſt ad introitum Ponti. in Verr. 230. Vos aduentum in aīos & introitum imaginum dicitis, quem ceteri philoſophi motum inanem uocant. de N. d. 1. 75. Propter introitum atque oſtium portus. in Verr. 252. At iſte ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. pro Cęc. 288. Aures duros & quaſi corneolos introitus habent. de Nat. d. 55. Non ſolum introitu, ſed omni aditu prohiberi. pro Cęc. 292. Poſt aperto ſuſpicionis introitu ad omnia intima iſtorum conſilia ſine vllo errore peruenimus. 2. Verr. 11.

Introfero.

In oppidum introferetur. pro Flac. 259. Noctu introferri ſolitus eſt ad mulierem. in Verr. 242. Prohibentur liberis ſuis cibum, ueſtitumque introferre. 7. Verr. 91.

Intromitto.

-ſiquando illa dicet, Phædriam Intromittamus commeſſatū ituri, &c. Lent. 1. 9. 73 Ex Terentio. Intromiſſus meo more & iure amicitiæ me in meo lectulo trucidaret. pro Sylla. 39.

Introſpicio.

Tute introſpice in mentem tuam ipſe. de Fin. 2. 96. Penitus introſpicite Catilinę, Antonii, Cethegi, Lentuli, cæterorumq. mentes: quas uos in his libidines, &c. reperietis? pro Sylla, 57. Age uero nunc inferte oculos in curiam, introſpicite penitus in omnes Reipub. partes. pro Font. 28. Negant id eſſe alienum maieſtate deorum, ſcilicet cauſas omnium introſpicere, ut uideant quid cuique conducat. 2. de Dio. 82. Ne quis introſpicere poſſit tuam domum. de haruſp. reſp. 30.

Introuoco.

Cur ad nos filiam tuam non introuocari iubes? 7. Verr. 45.

Intrudo.

Atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat & in eam opinionem Ceſenniam adducebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callide poſſe, ubi non adeſſet Ebutius. pro Cæc. 10.

Intueor.

Amicum qui intuetur, tanquam aliquod exemplar intuetur ſui. de Amic. 100. Frequentia quæ nunc animo te iniquiſsimo infeſtiſſimoque intuetur. in Verr. 265. Ora omnium atque oculos intuemur. pro Mil. 109. Date hanc Trib. pleb. licētiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, &c. pro D. ſua. 37. Pompeium omnes ſicut aliquem de cælo lapſum intuentur. pro Pōp. 11. Dummodo illa ad hanc ciuilem ſcientiam, quo pertinent, & quam intuentur, transferamus. de or. 154. Qui ſplendorem & ſpeciem huius uitę intuentur. ep. 14. Quos enim alio ego tum animo intuebar? pro Planc. 82. Ille terram intuebatur. in Car. 113. Rectores nauium profectione læti piſcium laſciuiam intuebantur, nec tuendi ſatietas capere poterat. de Diu. 85. Te ſocii, te Latini intuebuntur. Somn. Scip. 7. Intuere meipſum qui, &c. Brutus Cic. 13. 3. Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerū naturam ſtudioſe intuerentur. 5. Tuſc. 7. Qui cum acriter deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterēt: ſic mentis acies ſe ipſam intuens, nonnumquam hebeſcit, ob eā que cauſam contemplandi diligentiam amittimus. Tuſc. 183. intueri & contemplari aliquem. pro Planc. 1. Aliquid intueri, in eoque defixum eſſe. in or. 5. aliquid coram. de Prou. Conſul. 17. Tota mente aliquem atque omni animo. de or. 118. aliquid. 10. Phil. 285. ideſt, omni ſtudio perſequi aliquid oculis. ep. 73. ea quæ præterierūt acri animo & attento. de Fin. 1. 45. hue atq. illuc. 1. de or. 91. in aliquam rem. Tuſc. 181. in ſpeciem rerum. de Vniu. 201. Me omnes. Acad. q. 16. ideſt, intuebantur. & perſpicere naturam. Tuſc. 3. 1. naturam animi. Tuſc. 1. 42. Intentis oculis omnes Reip. partes. con. Rull. 81. Solē nequimus aduerſum. de Somn. 19. Oratores uoluntatem eorum qui audiunt, intueri debent. Or. 199. Non tam ueteranos intuendos nobis arbitror, quam quid tyrones milites ſentiant. in Ant. 238.

Intuens.

Quot igitur, & quales animalium formas mens in ſpeciem rerum intuens, poterat cernere, totidem, & tales in hoc mundo ſecum cogitauit effingere. de Vniu. 43. Commouere aliquem, quo quidq. referat, & quo intuens, ab eo quodcunq ſibi propoſuerit, minus aberret. de or. 96. Cum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione, &c. de Cl. or. 137. Sed in te intuēs Brute doleo, cuius, &c. de Cl. or. Ac mihi quidē ſæpenumero in ſummos homines, ac ſummis ingeniis præditos intuenti, quærendum eſſe uiſum eſt, &c. 1. de or. 4. Delecti pueri ad nutum illius intuētes diligenter miniſtrabant. Tuſc. 5. 45. Ex quo omnibus bene ueritatem intuētibus, uideri neceſſe eſt miſerum. 5. Tuſc. 81.

Intus.

Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non uobis, ſed ſibi intus canit. 2. de L. Agr. 70. Prouerbialis locutio, de iis qui ſibi, nō aliis ſtudent. Intus, intus eſt equus Troianus. pro Mur. 143. Vbi id quod intus eſt, atq. noſtrum, impune euolare poteſt. pro Deiot. 149. Quę ſunt intus in domo. de Fin. 93. Naſica ſenſit illum intus eſſe. de or. 134. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte, &c. de Vniuer. 43. Intus incluſum periculum eſt. in Cat. 106. Nec hæ ſeſe foris ſolum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant. 1. de Fin. 69. Nec uero ille in luce modo atque in oculis ciuium magnus, ſed intus, domique præſtantior. de Sen. 11. Ille relictus intus, expectatus foris. pro Syll. 12.

Inuado.

Auis fame enecta in offam pultis inuadit. de Diu. 123. Iſte in prędam huius inuadit. pro Roſc. 22. Liberti Aſinii, & nonnulli amici, &c. in eum inuadunt. pro Clu. 28. Qui iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem meam inuaſiſti. in Salluſt. 273. Iſte, quod argenti placuit, inuaſit: quæ mancipia noluit, abduxit. 3. Verr. 64. Ignis quocunque inuaſit, cuncta diſturbat & diſſipat. 2. de Nat. d. 29. Mirus furor inuaſit improbos. ep. 260. Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuaſit. 2. Phil. 84. At quam inſolenter ſtatim helluo inuaſit in eius uiri fortunas? 2. Phil. 75. in Galliam Antonius inuaſit. in Ant. 231. in multas præterea pecunias alieniſſimorum hominum, eiectis ueris hæredibus, tamquam hæres eſſet, inuaſit. 2. Phil. 59. Modo enim hoc malum in hanc Rempub. inuaſit. off. 2. 111. imperator noctu urbē hoſtium inuaſit. Q. fr. 322. Accuſant hi qui in fortunas huius inuaſerunt. pro S. R. 8. Fugitiuus ille qui in C. Marii nomen inuaſerat. in Ant. 153. Quas enim ſociorum atque amicorum urbes adiſti legationis iure & nomine, ſi in eas ui cum exercitu imperioque inuaſiſſes, tamen, &c. 3. Verr. 36. Vt in Cęcinnam aduenientē cū ferro inuaderet. pro Cęc. 18. De L. Bruto fortaſſe dubitauerim, an pp infinitū odiū tyrāni effrænatius in Aruntē inuaſerit. 4. Tuſc. 39. Si quis ea, quæ nos maxime ſequimur, conetur inuadere. Tuſc. 175. Nō potuit magis in arcem illius cauſę inuadere. 1. ſ. 33. inuadere in nomē alicuius. 1. Phil. 3. inuadere in pecunias alterius nullo iure. pro Sex. Roſc. 4. Negatq. vllā peſtem maiorem uitam hominum inuaſiſſe, quam eorum opinionē qui iſta diſtraxerint. 3. off. 43. Neq. quēquam offendet oratio mea, niſi qui ſe ita obtulerit, ut in eū nō inuaſiſſe, ſed incurriſſe videamur. p Seſtio, In quo mē abs inuidis inuadi ſolere audio. off. 16.

Inualeſco.

Tantū ipſe opibus conatuq. inualuit, ut ſe Oceanū cum pōto, Sertorij copias cum ſuis coniuncturum putaret. pro Mur. 31.

Inualetudo.

Inualetudo tua me ualde conturbat: ſignificant enim tuæ literę te prorſus laborare. Att. 7. 122. 1. Inualetudine tua moueor & Pyliam in idem genus morbi delapſam, curam tibi afferre maiorem ſentio. Att. 7. 125. 1.

Inueho.

Tantum in ærarium pecuniæ inuexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorū. 2. off. 113. Nec mihi Euriſtheus tantum inuexit mali. Tuſ. 179. Hęc mala, o ſtultiſſime Aeeta, ipſe tibi addidiſti: non inerant in his quæ tibi caſus inuexerat, &c. 3. Tuſc. 46. Vt quemcumque caſum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. 4. Tuſc. 58. Inuehi ex alto in portum. pro Mur. 3. Si in Capitoliū inuehi uictor geſtiret. de Prou. Conſ. 76. Maritimus Tritō pingitur, natātibus inuehēs beluis, &c. de N. d. 1. 54.

Inuehor.

Itaq. & Aeſchines in Demoſthenē inuehitur. 3. Tuſ. 105. Carneades libēter in Stoicos inuehebatur. de N. d. 2. 241. Sic eum in Antonium inuectus, ut ille non ferret. ad Cornificiū, l. 12. 25.

In tota denique M. Antonii domum ſum ſemper inuectus. in Ant. 241. itaque in eum palam uehementer inuectus. ad Cæſarẽ iuniorem, lib. 3. ita nec Piſoni, qui in eum primus inuectus eſt, nullo aſſentiente, nec mihi, &c. ad Caſſium, lib. 12. 2. 3. Diphilus in Pompeium petulanter inuectus eſt. Att. 34. Neque in iſtum nugatorem inuehar, &c. pro Flac. 154. Orat reus, urgent aduocati, ut inueheremur, ut maledicamus, denique ut interrogemus. 2. de or. 166. Me, in quem inueheretur, delegerat. ep. 96. Cum uehementius inueheretur in cauſam principum Conſul Philippus. 1. de Or. 13. Grauiter inuehi in ordinem. 3. de or. 2. Acerbe & contumelioſe inuehi in aliquem. 2. de or. 168. Tum acerbius in aliquem inuehi. Læl. 51. Aſpere in aliquem inuehi. pro Sext. 80. Vehementer in aliquẽ inuehi. 3. de N. d. 137. De quo Cæſar in Senatu aperte in te inueheret queſtus eſt. 2. Phil. 81.

Inuectus.

Sed cum eris curru Capitolium inuectus, offendes Rempub. perturbatam cõſiliis nepotis mei. in Somn. 6. Rex Perſes eodẽ flumine inuectus. de Fin. 5. 124. Cum bellum inuectum totam in Aſiam eſſet. pro Mur. 131. Angues inuectæ uento Africo ex uaſtitate Libyę. de Nat. d. 1. 72. Cum tam multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porro in Pontum inuecta ſint. 6. Ver. 114. Inuecta incommoda per aliquem. 1. de Inu. 1.

Inuectio.

Iam uero & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earũ quibus egeremus, inuectio certe nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. 2. off. 16. Clementia, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. 2. de Inu. 247.

Inuenio.

Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia inuenit. 3. Phil. 135. iam uera ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex his rebus inuenit iſta te ratione uti nõ ſinet. 1. Verr. 152. ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat. pro Sext. Roſc. 24. Dum eam uitaſtis uituperationem, quæ, &c. eam inueniſtis ut timidi putaremini. ad Her. 35. Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit. de Fi. 53. Inuenire, in rebus proprie dicitur. Part. 2. inuenire, magis prudentiæ, quam eloquentiæ proprium. or. 25. Scis meam fortunam inuenire facile obtrectatores. 5. fam. 22. in epiſtol. Vatinii. id eſt, in obtrectationes incurrere. inuenire ſalutẽ. pro Sylla, 63. Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito. Attic. 76. Tu ergo unus ſcelerate inuentus es, qui, &c. in Ant. 176. Cũ boni perdiu nulli, uix autem ſingulis ætatibus ſinguli Oratores tolerabiles inuenirentur. de or. 85. Quomodo uerũ inueniatur. de or. 123. Nihil acute inueniri potuit. de Cl. or. 167. Quid amplius inueniri poteſt hac de re? 9. Att. 21. Neque certum inueniri poterat. Cælius ad Cicer. Ad inueniendum in dicendo tria ſunt. 2. de Orat. 81.

Inuentus.

Hæc tanta in Rempub. coniuratio manifeſta inuenta atque deprehenſa eſt. 3. in Catil. 62. At unde inuenta eſt iſta libertas? pro D. ſua, 85. inuenta ratio eſt, cur pecunia ſacrorum moleſtia liberaretur. 2. de Leg. 83. Optata magis quam inuenta. de Nat. deor. 1. 15. Multa diuinitius a maioribus noſtris inuenta atque inſtituta ſunt. pro Domo, 213. Alterius bene inuentis obtemperare. pro Clu. 35.

Inuentum.

Nequaquam ſatis eſt reperire quid dicas, niſi id inuentũ tractare poſſis. de or. 124. Qui philoſophorum inuenta didiciſſet. de orat. 92. Tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inuenta, &c. de Sen. 71. Ac multi inuentorum Zenonis, Stoici nominantur. pro Mur. 56.

Inuentio.

Quæſtio eſt appetitio cognitionis, quæſtioniſque finis inuentio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 26. Inuentio eſt excogitatio rerum uerarum aut ueriſimilium quæ cauſam probabilem reddãt. 1. de Inu. 13. inuentio finis eſt quæſtionis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 26. Quæ inuentio atque excogitatio dicitur Tuſc. 1. 50. inuentionis initia ab arte proficiſci debent. 2. ad Her. 37. Ad inuentionem animus incedat. 2. de Inu. 152. Inuentione ne in deo quidem quidquam maius intelligi poteſt. Tuſc. 1. 52.

Inuentor.

Inuentor, compoſitor, actor. Or. 202. Cicero princeps & inuẽtor copiæ uerborum. de Cl. or. 188. Ariſtæus inuentor oliuæ dicitur. de Nat. d. 68. Inuentor olei deus. 6. Verr. 122. Harum rerũ inuentor ac princeps Plato. de or. 99. Inuentor & princeps Stoicorum. 4. Acad. 238. Eaque ipſa, quæ ab illo inuẽtore ueritatis, & quaſi architecto beatæ uitæ dicta ſunt, explicabo. lib. 1. de Fi. 25. Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui denique auctoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. de Inu. 51.

Inuentrix.

Princeps & inuentrix belli Minerua. 3. de Nat. deor. 72. Inuentrix & magiſtra legum. 5. Tuſ. 7. Inuentrices doctrinarum Athenæ. 1. de Orat. 7.

Inuenuſtus.

C. Cenſorinus Græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat explicans expedite, non inuenuſtus actor, ſed iners & inimicus fori. de Clar. Or. 128.

Inuerecundus.

Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet, tamen accuſet: non enim probus eſt. 1. de Inu. 97.

Inuerto.

Quid quæris? probe premitur, niſi noſter Pompeius diis hominibuſque inuitis negotium inuerterit. ad Q. fr. 3. 17. ibi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat: idem rurſus uidebatur, cum in locum annulum inuerterat. 3. off. 49. De Gyge loquitur. Inuertere ſe. de haruſp. reſp. 48. inuertuntur autẽ uerba, ut pro deformi pulchrũ. de Orat. 133. Vt cum ſemel dictum ſit directe, ſicut natura ipſa tulerit, inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum uerſus retroque dicatur. in Part. 14.

Inuerſio.

Inuerſio uerborum. 2. de Or. 145.

Inueſtigo.

Qui inueſtigabant & perſcrutabantur omnia. 6. Verr. 41. Tu inueſtigaſti, tu patefeciſti coniurationem. pro Syll. 167. Velim des operam ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita. Att. 190. Inueſtigemus igitur quẽ numquam uidit Antonius. Or. 198. Inueſtigare aliquem. Quint. fr. 302. & pro Clu. 22. Perquirere & inueſtigare aliquid. de Petit. Conſul. 209. Habeo autem certam uiam atque rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim. 2. Verr. 29. Coniurationem inueſtigare, patefacere, opprimere. pro Syl. 64. Inueſtigare occulta. Tuſc. 1. 50. inueſtigare & perſcrutari omnia. in Verr. 210. Inueſtigare & conſequi aliquam rem. in Verr. 74. illud moleſtũ, me adhuc inueſtigare non poſſe ubi Lentulus ſit. Att. 134. Si modo inueſtigari aliquid coniectura poteſt. de Vniu. 11. Veri inueſtigandi cupiditas. de Nat. d. 1. 4. incredibilis ad inueſtigandum canum ſagacitas narium. 2. de Nat. d. 237. Ad inueſtigandum ſuẽ regiones utrincę ſeminauit. de Nat. d. 2. 7. Sed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt quod latebat, confitendum eſt, ut opinor, &c. pro Ligar. 1. Vt & quanta, & quam manifeſta, & qua ratione inueſtigata ac cõprehẽſa ſint, ſcire poſſitis. 3. in Cat. 49.

Inueſtigatio.

Inueſtigatio naturæ. Acad. q. ed. 2. l. 1. 24. Qua ex cognitione facilior facta eſt inueſtigatio rerum occultiſſimarum. 5. de Fin. 9. in primiſque hominis eſt propria, ueri inquiſitio atque inueſtigatio. 1. off. 31. inueſtigationis ueri ſtudio a rebus gerendis abduci, contra officium eſt. off. 1. 19. Omnes artes in ueri inueſtigatione uerſantur. Off. 4.

Inueſtigator.

Inueſtigator acer earum rerum quę a natura inuolutæ uidentur. de Vniu. 1. Diligentiſſimus antiquitatis ueri inueſtigator Varro. de Cl. orat. 130. Ego ille coniurationis inueſtigator atque ultor, certe non defenderem Syllam, ſi coniuraſſe arbitrarer. pro Syll. 64.

Inuetero.

Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta, quæ penitus inſedit atque inueterauit in pop. Rom. nomine. pro L. Man. 4. At ſi tibi nos peregrini uidemur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic urbi, & hominum famę ac ſermonibus: &c. pro Sylla, 17. Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reipubl. uobiſque periculoſa, quæ, &c. 2. Verr. 1. Cum iam illa diſſenſio inueteraſcet, & multos annos eſſet exagitata. pro Syll. 178. Memoria ueſtra Quirites, noſtrę res alentur, ſermonibus creſcent, literarum monimentis inueteraſcent, & corroborabuntur. 3. in Cat. 70. Nam ſi inueterauerit, actum eſt. epiſt. 234. Cum hic feruor animi inueterauerit. Tuſc. 2. 14. inueterare poteſt ſtabilis opinio unacum ſeculis ætatibuſque hominum: ficta & uana, diuturnitate extabeſcit. de Nat. d. 2. 4. Nihil enim inueteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus uita beata conſiſtit. 5. Tuſc. 58. Quamquam intelligo in ue-

ſtra ciuitate inueteraſſe iam bonis temporibus, ut ſplendor ædilitatum ob optimis uiris poſtuletur. off. 45.

Inueteratus.

Inueteratus dolor. 3. Tuſ. 62. Noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia. Appio Pulchro, l. 3. 9. 12. Iam omnis conglutinatio recens, ægre: inueterata, facile diuellitur. de Sen. 66. Inueterata inuidia. pro Clu. 1. 2. off. 86. inueterata querela de Amic. 34. Omnis diu collecta vis improborum, quæ inueterata compreſſo odio atq. tacito iam erumpebat in actum. pro D. ſua, 235. Omne malum naſcens facile opprimitur, inueteratum fit plerunque robuſtius. 5. Phil. 186. Qui inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus, diſciplinaq. deleris. pro Cor. 63. Aliter ferat inueterata, aliter recentia. 4. Tuſ. 60.

Inueteratio.

Inueteratio ut in corporibus ægrius depellitur, ſic in animis quoque perturbatio. Tuſc. 4. 67.

Inuicem.

Inuicem ſimul eramus. 5. Att. 18.

Inuictus.

Armis inuictus Annibal. 3. de Leg. Agr. 93. Inuictus ciuis. in Piſ. 7. Inuictus Pompeii exercitus. con. Rul. 76. Recte inuictus, cuius etiam, ſi corpus conſtringatur, animo tamen uincula iniici nulla poſſint. 3. de Fin. 114. Recte igitur unus inuictus es, a quo etiam ipſius uictoriæ conditio, uiſque deuicta eſt. pro Marce. 7. Qui inuictus eſt, eum neceſſe eſt humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari. Tuſ. 3. 13. Fortis & inuicta defenſio ſalutis meæ. Poſt red. in Sen. 26. Mea conſilia, quibus Reſp. inuicta ſtat. Part. 121. Populus Romanus, cuius nomen inuictum uſque ad noſtram memoriam permanſerat. pro Pomp. 14. Animi excelſi atque inuicti magnitudo ac robur. off. 4. Non eſt autem conſentaneum, &c. nec qui inuictum ſe a labore præſtiterit, uinci a uoluptate. 1. off. 97. Animus acer & præſens & acutus idem atque uerſutus inuictos uiros efficit. de or. 116. Nomen inuictiſſimi imperatoris incidatur. 6. Ver. 74.

Inuideo.

Ab inuideo autem inuidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. quod uerbum dictum eſt a nimis intuendo fortunam alterius. 3. Tuſ. 34. Interdum in hoc tibi Craſſe paulum inuideo. de or. 159. Purpuram affers Tyriam in qua tibi inuideo, quod, &c. pro Flac. 161. Inuidia non in eo qui inuidet ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur. 4. Tuſ. 56. Inuidet aut fauet ſemper dignitatis iniquus index populus. pro Plã. 9. Qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is inuidet profecto. Tuſ. 4. 14. inuidet probus nemini. de Vniu. 9. Inuident autem homines maxime paribus aut inferioribus, ſed etiam ſuperioribus inuidetur. 2. de or. 115. illi qui honori inuiderunt meo. con. Rul. 87. Inuidere Græcũ huic Græco. 1. Att. 70. Inuidere non cadit in ſapientem, ergo ne miſereri quidem, Tuſ. 3. 18. Nam ſi quis doleat eius rebus ſecundis, a quo ipſe lædatur, non recte dicitur inuidere. Tuſ 4. 14. Cum inuidere ægritudinis ſit, malis autem alienis uoluptatem capere, lætitiæ, utrunque immanitate & feritate quadam proponenda caſtigari ſolet. Tuſ. 4. 55. Inuidere florem rectius dici, quam flori. Tuſ. 3. 17. Honori alicuius inuidere. 2. de Leg. Agra. 100. Qui mihi uidentur non ſolum uiuis, ſed etiam mortuis inuidere. 4. Acad. 13. 5. Verr. 187. Nouitati alicuius inuidere. Lentu 1. 7. 16. Virtuti inuidere, labes quædam & macula huius ſeculi eſt. pro Cor. Balb. 11. Vt nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur. 3. Tuſ. 5. Non modo non inuidetur illi ætati, ſed etiam fauetur. 2. off. 63. inuidetur enim commodis hominum, &c. 2. de or. 114. Laudi & gloriæ maxime inuideri ſolet. 2. de or. 114. Quare quid inuidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu non uideo: quæ uero miſeranda ſunt, uos uidere & perſpicere poteſtis. pro Mur. 145.

Inuidia.

Aegritudini ſubiicitur inuidentia (utendum eſt enim docẽdi cauſa uerbo minus vſitato: quoniam inuidia non in eo, qui inuidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur.) &c. Tuſc. lib. 4. 14. inuidia, commune uitium. 2. de or. 116. inuidia tum eſt cum inuidetur. Tuſ. 3. 17. inuidia magna & inueterata. off. 2. 86. Nam in eum cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt. pro Rab. Poſth. 29 inuidia alicuius. 2. in Ver. 1. i. annonæ. 5. fa. 48. i. Cæſaris. 7. ad Att. 41. Largitionis reg. 1. 2. de or. 115. Quæ inuidia eſt? aut quid nunc mihi inuideri poteſt? 9. fa. 37. inuidia quibus rebus contrahitur. 1. de Inu. 32. Inuidia quibus rebus excitetur. 1. ad Her. 7. 2. de ora. 115. inuidia quomodo ſedanda. 2. de or. 116. Quo inuidia tranſeat, & ubi ſit habitatura. 2. Att. 36. Inuidiæ faces ſubiicere. pro Mil. 75. Sed haud ſciam an acerrimus longe ſit omnium motus inuidiæ. 2. de or. 115. Sed ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt uehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda. 1. in Cat. 80. Vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. quod uerbum dictum eſt a nimis intuendo fortunam alterius. Tuſ. 3. 17. Obtrectatio inuidiæ ſolet lacerare pleroſque. de Cl. or. 80. Tum excitatur ſi non acerbum odium, attamen aut inuidiæ aut odii non diſſimilis offenſio. 2. de orat. 115. inuidiæ poſſeſſores. in Rull. 9. Quæque is de diis immortalibus dixerit, inuidiæ detellãdæ gratia dixiſſe. de Nat. d. 1. 87. Sunt qui quod ſentiunt, etiam ſi optimum ſit, tamen inuidiæ metu non audent dicere. off. 1. 119. Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus inuidiæ habiturum. 6. Ver. 25. Ad inuidiam nomine alicuius uti. 1. Att. 35. Siquid uindicatum ſeuere eſt, ut ex eo crudelitatis inuidiam colligam. 7. Ver. 85. Mortis illius inuidiam in Flaccum Lælius conferebat. pro Flac. 32. Extinguit inuidiam mors, res geſtæ ſempiterna nominis gloria ditantur. pro Corn. Balbo. 11. Inuidiam magnam iis faceremus. 11. fam. 3. in ep. D. Brut. Syllanus ager a certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet inuidiam, ut ueri ac fortis Tribuni plebis ſtridorem unum perferre non poſſit. 2. de L. Agra. 71. Sed habet nomen inuidiam, cum in oratione iudiciali & forenſi numerus Latine, Græce *ῥυθμὸς* ineſſe dicitur. in or. 97. Scaurus nõ nullam haberet inuidiam ex eo, quod Phrygionis Pompeii locupletis hominis bona ſine teſtamento poſſederat. 2. de Or. 156. Conſulatus hoc tempore nullam inuidiam habere poteſt. pro Mur. 145. In ſummam inuidiam adductæ res. Lent. 1. 1. 13. Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis qui nos Syllanos in inuidiã rapit? 3. de Leg. Agr. 5. Aca. edit. 1. lib. 2. 117. In inuidiam uocare aliquem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1. 33. In inuidiam uocari. 5. fam. 48. inuidiam inflammare. 2. in Ver. 1. parare inuidiam alicui ea ſua re familiari. in Salluſt. 5. propter inuidiam Numantini fœderis. de Or. 100. Inuidiam in aliquem quærere. pro Fla. 10. inuidiam ſuam retinere, & aliam aſſumere. 2. Att. 48. inuidiam ſuſcipere. 4. in Ver. 95 inuidiam & offenſionem timere. pro Clu. 54. inuidia ardens Senatus. 3. de or. 5. i. ſummus ordo non caret. 3. de L. a 3. Cũ i. mea fieret. 14. Phil. 394. De inuidia ſua queſtus. 14. Atti. 47. Excellentium hominum virtutem imitatione, nõ inuidia dignam eſſe. 14. Phil. 396. Nam iſtius uerbi Quouſque, hæc poterat eſſe inuidia. Datus eſt tibi ille, condemnatus ille: non facis finem, ſcire non poſſumus. pro Planc. 62. inuidia leuari. 15. Attic. 6. Non enim poterimus ulla eſſe in inuidia ſpoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Att. 1. 26. 3. ad Q. fr. 20. Ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea. de Fin. 1. 34. Maleuolorum obtrectationes & inuidiæ. 5. fam. 21. in ep. Vatinii.

Inuidiola.

Cum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet.

Inuidentia.

Inuidentia, ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. Tuſ. 3. 18. inuidentia ab inuidendo recte dici poteſt. Tuſc. 3. 17. inuidentiã eſſe dicunt Stoici ægritudinem ſuſceptam propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. Tuſc. 4. 14.

Inuidus.

Ambitioſus & inuidus imperator. pro Mur. 18. Virtutis hoſtis laudis inuidus. pro Flac. 1. inuidus omnium. pro Plãc. 46. Ergo inuidi & maleuoli, liuidi & timidi & miſericordes, quia procliues ad eas perturbationes ſunt, non quia ſemper feruntur. Tuſ. 4. 81. inuidi mei. 1. fam. 41. inuidi ſui. fam. 9. inuidi nos perdiderunt, non inimici. 3. Att. 12. Occurrebat enim poſſe reperiri nõ inuidos ſolum, quibus referta ſunt omnia, ſed fautores etiã mearum laudum, qui non cenſerent eius uiri eſſe, de cuius meritis tanta Senatus iudicia feciſſet, &c. in or. 78. Hæc tamẽ opinio eſt pop. Rom. a tuis inuidis atque obtrectatoribus nomen inductæ fictæ religionis, &c. Lent. 1. 4. 4. Perſuaſerat nonnullis inuidis meis in me emiſſarium ſemper fore. 7. fam. 7.

Inuidioſus.

Inuidioſus & multis offenſus pro Clu. 127. Pecunia L. Cornelii, quæ neque inuidioſa eſt, &, quantacumque eſt, eiuſmodi eſt, vt conſeruata magis, quã corrupta eſſe uideatur. pro Corn. Balb. 45. inuidioſa potentia. 2. Att. 27. inuidioſa res. 6. Verr. 36. & pro Syll. 24. inuidioſa res eſt aurum & argẽtum in urbibus & priuatim, & in fanis. 2. de Leg. 43. Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratiſſima. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15. Inuidioſum iudicium. pro Quint. 26. Qua te ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum. de Amic. 17. inuidioſum nomen uoluptatis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128. Nullus eſt locus a me purgandi

illius

iſtius inuidioſi criminis prætermiſſus. pro Clu. 114. 4. Verr. 77. Neq. id ego dico, ut inuidioſum ſit in eos, qui, &c. pro Cæc. 44. inuidioſum ad bonos accipere. Att. 8. 12 Perinde quaſi ego non ab initio huius defenſionis dixerim, inuidioſum illud fuiſſe iudicium. pro Clu. id eſt, inuidia flagraſſe, quaſi corruptum & nummarium. Hoc tibi inuidioſum futurum eſt. de Inu. 79. inuidioſi apud bonos. Att. 2. 34. 7. inuidioſæ lachrymæ. pro Plãc. 62. Quę ſunt in his inuidioſa, etiam inuidioſiora faciunt. de or. 137. Poſſeſſiones inuidioſas tenere. 2. de L. Agr. 70. Putabant abſentis damnationem, præſertim tantę pecuniæ, multo inuidioſiorem fore, quam ſi præſens damnatus eſſet. 4. Verr. 28.

Inuidioſe.

Declacant huius ambuſti Trib. plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidioſe criminabatur. pro Mil. 9. Num nimis hæc inuidioſe dicuntur? Acad. q. ed. 2. lib. 2. 134. Inuidioſe exiſtimari. pro Deiot. 23. Spes omnis in duabus inuidioſe retẽtis, pene alienis legionibus. 7. ad Att. 44. id eſt, cum odio & infamia.

Inuigilo.

Inuigilare Reip. 14. Phil. 398.

Inuiolatus.

Inuiolata amicitia. pro Syll. 37. Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo ſeruari oportere? pro Rab. perd. reo, 7. Cęteri vero aut repentina vi perculſi, aut tempeſtate populari, per populum tamen ipſum recreati ſunt atque reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatique uixerunt. pro Sestio, 123.

Inuiolate.

Memoriam noſtri pie inuiolateque ſeruabitis. de Sen. 73.

Inuiſo.

Quod puerum inuiſis, gratum. Att. 196. An eum locum libẽter inuiſit, vbi Demoſthenes & Aeſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? 5. de Fin. 8. Et natos geminos inuiſes ſub caput Arcti. de Nat. d. 47. Et vt iam inuiſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo. Att. 1. 15. 10. Ambulationem alicuius inuiſere. Att. 4. 79. 4. Domum alicuius inuiſere. Att. 4. 75. 6. Libenter inuiſere locum aliquem. 5. de Fin. 8. Quid tibi neceſſe fuit homo ſanactice, ſacrificium quod alienę domi fieret, inuiſere? pro D. 234.

Inuiſus.

Sic Cato inuiſus Cyprum relegatur. pro Dom. 226. Lepidus adeo eſt inuiſus mihi. ep. 163. Ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe uideatur. pro L. Man. 33. Eum cui quid horum acciderit, aut inuiſum Deo, aut neglectum a Deo iudicemus. 2. de Nat. d. 247. Occulta, & maribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. de haruſp. reſp. 53. Quo enim quis uerſutior & callidior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. 2. off. 48.

Inuito.

Inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur. Att. 204. Inuitat crebro ad cœnam: adhuc non potuit perducere. 7. fam. 19. Ad quem fruendum non modo non retardat, uerumetiam inuitat atque allectat ſenectus. de Sen. 53. Quamuis blanda iſta vanitas apud eos ualeat, qui ipſi illam allectant & inuitant, &c. de Am. 81. Sed tu cum & tuos amicos in prouinciam quaſi in prædam inuitabas: &c. 4. Verr. 19. Et ſimul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem. 3. Off. 75. Vt ipſum per ſe inuitaret, & allliceret appetitum animi. de Fin. 5. 14. Quam uellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis inuitaſſes. ad Trebatium, l. 10. 28. 1. Quamquã quid ego te inuitẽ ſa quo, &c. in Cat. 102. Rex denique ecquis eſt, qui Senatorem pop. Romani tecto ac domo non inuitet? 6. Ver. 21. Inuitare ad legendum. 1. Acad. 13. Inuitare ad pacem. 12. Phil. 326. Ad prandium inuitare. pro Muc. 141. Inuitare aliquem ad miſeriam. Tuſc. 3. 62. aliquem præmiis ad agendum aliquid. pro Ligar. 7. homines ad amicitiam. de Petit. Conſul. 19. Hoſpitio propter familiaritatem notiſſimam. 12. Phil. 335. Att. 13. 261. 6. in prædam. 4. Verr. 19. A Cæſare ualde liberaliter inuitor in legationem illam. 2. Att. 44. Gloria inuitantur præclara ingenia. Bruto, 15. 13. Coſcoio mortuo, ſum in eius locum inuitatus. id erat uocari in locum mortui. Att. 2. 34. 7. Inuitari ad aliquid faciendum iocũditate. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 6. Inuitari illecebris blandis uoluptatis. Tuſc. 4. 6.

Inuitatus.

Hæc a te inuitatus breuiter expoſui. 8. Att. 27. Inuitatus manſit. 13. Att. 9. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea ſponte, poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. ad Cæſarem, li. 7. 14.

Inuitatio.

Ad dolendum inuitatio. 3. Tuſc. 140. In Epeirum uero inuitatio quam ſuauis? quam liberalis? quam fraterna? Att. 9. 184. 2. Aderat & hoſpitum inuitatio liberalis. 9. Ph 260. Ad inuitationes aduentuſque noſtrorum hominum. in Ver. 128.

Inuitamentum.

Inuitamentum ad tempus. Planc. 10. 10. 21. Inuitamenta naturæ prima. 5. de Fin. 29. Voluptates autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. Hortenſio, Qui cum multa haberet inuitamenta urbis & fori propter ſtudia amicorum, &c. pro Syll. 55.

Inuitus.

Deorum cognationem agnoſcerem non inuitus. de Nat. d. c. 64. Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. in Paradoxis, 43. Itaque feci non inuitus, ut prodeſſem multis tuo rogatu. de Sen. 3. Si quid perſequare acrius, ut inuitus & coactus facere uideare. de or. 125. Inuita Minerua aliquid dicere aut facere. 1. off. 156 id eſt, aduerſante aut repugnante natura. Inuita in hoc loco uerſatur oratio. de Nat. d. 77. Cur talem inuitam inuitum cogis relinquere? ad heren. 13. Aliquem inuitum, & huc atque illuc tergiuerſantem facere aliquid. pro Quint. Roſc. 51. Inuito Ideo non ſunt diſſoluta per eum facta. de Vniu 49. Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem. pro Mur. 39. Inuiti per uim atque imperium ſtatuas dederunt. 4. Ver. 117. Hoc nos ab illis adoleſcentibus facere inuiti & recuſantes heri coacti ſumus. de or. 2. 11. Fabellas Latinas ad uerbum de Gręcis expreſſas non inuiti legant. 1. de Fin. 7. Delectus inuitorum atque a pugnando abhorrentium. Att. 110. Inuitis diis hominibuſque abſolutus. 3. Ver. 63. ad Quint. fr. 17. Et quidem ut a me dimitterem inuitiſſimus, fecerunt Erotis literæ. Att. 16. 337. 3. Hoc ſignificant, atque adeo aperte oſtendunt, ſeſe ad ſtatuas pecuniam metu ac malo coactos inuitiſſimos contuliſſe. 4. Verr. 105. Quod illi in aliqua re inuitiſſimis Stoicis facere licuit, &c. Diuinat. 1. 6.

Inuite.

Inuite cepi Capuam, non quominus illud defugerẽ, &c. Att. 8. 147. 6. Quem ego paulo ſciebam uel pudentius, uel inuitius (nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius) ad hoc genus ſermonis accedere. 2. de Or. 198. Qui me inuitiſſime diſceſſit. ep. 40.

Inuito.

Extorquendum eſt inuito atque ingratis, quod nõ debet: &c. pro Quint. 26.

Inultus.

Ne inultus eſſet. pro Sext. 14. Mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur. 1. de Din. 53. Cur hunc eſſe inultum tandiu ſinis? pro Clu. 37. Pati & relinquere aliquid inultum. pro Leg Manil. 7. Vt ceterorum quoque iniuriæ ſint impunitæ atque inultæ. 1. Verr. 29.

Inundo.

Hanc terram inundet aqua, ſuperior æther, ignibus altiſſima ora reddatur. 1. de Nat. d. 143.

Inuoco.

Aſpice hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem. de Nat. d. 61. Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. 2. de Nat. d. 106. Inuocare aduocatum ad defendendum. 2. de or. 106. Inuocare concionem. 2. Att. 3:

Inuocatus.

At ego, ſimulatque audiui, inuocatus ad ſubſellia rei accurro Cęlius ad Cic. 8. 18. Quid quod etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ? 1. de N. d. 149.

Inuolo.

Iſta prudentiæ doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque uacuam, abundantes otio, nobis occupatis inuolauerant. 3. de or. 67. Inuolare in fortunas alicuius. pro Sext. Roſc. 20.

Inuolatus.

Nõ igitur ex alitis inuolatu, nec e cantu ſiniſtro oſcinis, &c. tibi autem auguror, &c. 6. fa. 21.

Inuoluo.

Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo. ad Papirium, lib. 9. 47.

Inuolutus.

Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ. de Din. 1. 34. Inuoluta integumentis nequitia. in Piſ. 8. Inuoluta & tecta de fortitudine

tudine notio.4.Tuſc.83.Imperat ſuis, ut id in prætorium inuolutum quam occultiſſime deferatur.6.Verr.56. Nec ego pacem nolo:ſed pacis nomine bellū inuolutū reformido.7. Phil.229. Neſcio quo e gurguſtio te prodire,inuoluto capite,ſolcatum?in Piſ.9.Inde ciſio celeriter ad urbem aduectus, domum uenit capite inuoluto.2.Phil.84.Inuolutę & occultæ res.1. Acad.21.inuolutæ res quædam a natura.de Vniu.1.Altera,occulta quædā, & quaſi inuoluta aperiri:altera, prompta & aperta indicari.li.1. de Fin.24.Sed cum ea,quæ quaſi inuoluta fuerint, aperta ſunt. Acad.q. 8. Res inuolutas & latētes definiēdo explicare.or.206. Capitibus inuolutis ad necem produci. in Verr.267.

Inuolucrum.

Vt Clypei cauſa inuolucrum,vaginam autem gladii, ſic præter mundum cætera omnia aliorum cauſa eſſe generata,&c.2.de Nat.d.27.Inuolucra & integumenta.1.de or.76. Candelabrum inuolutum quam occultiſſime delatum, inuolucris reiectis oſtē derunt. in Verr. 214. Inuolucris multis ſimulationum tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſque natura. 1. ad Quint.frat.11.

Inurbanus.

Inops quidam humanitatis atque inurbanus. 2.de or.23.Nō eſſem tam inurbanus,ac pene inhumanus. de or. 142. Expedita autem erat & facile currens oratio, & erat eius tamquam habitus non inurbanus.de or. 185. Sed omnium oratorum ſiue tabularum qui & plane indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuęrunt,&c.de Cl. Or.93.

Inurbane.

Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, &c. 3. de Nat. deor. 68.

Inuro.

Cur hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſſiſti?in Verr. 99.Videte Iudices quantum, & quam acerbum dolorem ſociorum animis inuſſerint iſtius iniurię.4.Verr.18.pro Milone, 76. Att.1.11.13.Qui uolunt illa calamiſtris inurere. de Cl.or.142. Proprium eſt enim irati cupere, a quo læſus uideatur, ei quam maximum dolorem inurere.3.Tuſc. 16. Summam famam ſuperbiæ crudelitatiſque alicui inurere. pro Mur. 7. Hoc eſt,iniicere notam ſuperbiæ,Superbię damnare.Inurere leges. pro Mil.25. Inurere æternas maculas alicui.in Salluſt. 274.inurere malum. 2.Phil.121.Inurere vulnus Reipub.pro Sext. 13.Ne qua generi ac nomini ſuo nefarię turpitudini inuratur, pro Sylla, 184. Et qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas,liberos ciui innocenti,is Cenſorię ſeueritatis nota non inuretur?pro Clu.102. Quas ille leges (ſi leges. &c. fuerit impoſiturus nobis omnibus atque inuſturus? pro Milon. 24. id eſt, in perpetuam Reipubl. ignominiam laturus.

Inuſtus.

Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati, ut iam iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ eſſe uideantur.in Cat. 40. Sed fruatur ſane hoc ſolatio: atque hanc inſignem ignominiam, quoniam uni præter ſe inuſta eſt,putet eſſe leuiorem.de Prouin.Conſul.13. Hæc inuſta eſt a te mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam. in Ant. 150. Quæ nota domeſticæ turpitudinis nō inuſta uitæ tuæ eſt? in Cat.100.Tantum homines impios inuſtum nefariis mētibus bonorum odium retinebat. pro Domo. 79. Ineſt hoc tempore odium inſitum penitus & inuſtum animis hominum.de haruſp. reſp.256. Monumentum uero Senatus hoſtili nomine & cruētis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt.epiſt. 13.Niſi omnes metus in ipſo oratore impreſſi atque inuſti eſſe uidebuntur.de orat.125.Plurima mala quæ ab illo Reipub. inuſta ſunt.in Ant. 182.Hęc ſunt expreſſa ſigna probitatis, non fucata forenſi ſpecie, ſed domeſticis inuſta notis ueritatis.pro Planc.265.Si nondum vulnera inuſta Reipub.recordamini.pro Sext.6.

Inuſitatus.

Res inuſitata & noua.Att.51.Acad.q.ed.2.lib.1.18.Et tamen illud inuſitatum & ſępe repudiatum refers,&c.4.Acad.195.Inuſitatum uerbum,aut nouatum aut tranſlatum. 3,de or.84.Alter leporem quemdam inuſitatum noſtris oratoribus eſt cōſecutus de or.117.Hominis mortui corpus uidit magnitudine inuſitata. Off.3. 49. Aut reprehendet quod inuſitatas uias indagemus,tritas relinquamus. in or. 7.

Inuſitate.

Inuſitate loqui.de Cl.or.141. Abſurde & inuſitate ſcriptę epiſtolæ.ad Quint.fr.1.2.14.

Inutilis.

Homo iners & inutilis. off. 59. Norbanus ſeditioſus & inutilis ciuis,off.43.Is inutilis ſibi,pernicioſus patriæ ciuis alitur.1. de Inu.2.Ab hiſque M.Brutus diſſentiet, quod & acutum genus eſt,& ad uſus ciuium non inutile. 1, de Fin. 20. Qui mores aut utiles aut inutiles ſint.de Diu.110.

Inutilitas.

Ex his illud conficitur, ut apperēdarū rerum partes ſint honeſtas & utilitas:uitandarū,turpitudo & inutilitas. 2.de Inu.239.

Inutiliter.

Inutiliter aliquid proferre.ad Her.24. Inutiliter ſuadere aliquid alicui.ad Bru.91.

Inuulneratus.

Inuulnerati inuiolatique uixerunt.pro Sex.123.

Iocus.

Iocus,comes leuitatis.de Fin.2.55.Iocus familiaris. Att. 159. Iocus ingenuus,ſi tempore ſit,ac remiſſo animo,homine libero dignus eſt.off.1.145.Iocus illiberalis, ne homine quidem dignus eſt,ſi reum turpitudini adhibeatur uerborum obſcęnitas. off. 1. 145. Vitandum eſt oratori utrunque, aut ſcurrilis iocus ſitne,aut inimicus,de or.131.Iocus non eſt ſeiunctus a philologia.16.fam.28.ex epiſt.Ciceronis filii.Suauis eſt & vehementer ſæpe utilis iocus & facetiæ:quæ, &c. naturę ſunt propria certe, neque ullam artem deſiderant:in quibus tu longe aliis mea ſententia Cæſar excellis.2.de or. 119. Tum vero ioci cauſa magiſtrum adhibet.in Ant. 168. Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus.off.21.Extra iocum.epi. 102. Illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnent.cō.Rul.85. Dicere aliquid per iocum.epi.48.Tantum dicam,paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertiſſe.3.Ver.110.Per iocum deos irridens.de Nat.d.2.6. per iocum miſſæ literę.1.ad Q.fr.40.De ioco ſatis eſt.7. fam. 6. id eſt,iocati ſumus.Ioco remoto.7.fam.23.id eſt,ſerio.Ludo enim & ioco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris.Off.21.At quicū ioca & ſeria,vt dicitur,quicum arcana,qui cum occulta omnia?2.de Fin.135.Itaque ioca tua plena facetiarum,&c.Att.14.26.Iocorum uaria genera.7.fam.55.

Iocoſus.

Vna mehercule noſtra uel ſeuera uel iocoſa congreſſio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Edui. 7.fam.21.Si de ſeriis rebus loquatur, ſeueritatem adhibeat: ſi de iocoſis,leporem.off.27.

Iocoſe.

Itaque imbuendus eſt is qui iocoſe uolet dicere,quaſi,&c.2. de or.159.Eumque luſi iocoſe ſatis.ad Qu.fr.2.26.

Ioculatorius.

Ioculatoria diſputatio.4.Att.42.

Ioculator.

Huic ioculatorem ſenem illum, vt noras, intereſſe ſane nolui.Att.4.85.6.

Iocularis.

Iocularе iſtud quidem Pomponi,& a multis ſæpe deriſum.1. de Leg.40.O licentiam iocularem?de Fato,23.

Iocor.

Sed de re ſeueriſſima tecum iocor.ep.101. Quamquā mi Dolabella(hæc enim iocatus ſum)libentius omnes meas,&c. Atti. 14.315.5.Iocerne tecum per literas?Ep.19.Hic quam uolet Epicurus,iocetur,homo non aptiſſimus ad iocandum.de Na.d.35. Bella ironia,ſi iocaremur.de Cl.192.Sed iam cupio tecum coram iocari.ep. 17. Familiariter cauillari & iocari cum aliquo. Att.22.Iocari me putas? moriar ſi,&c.Atti.254.Iocari prę cura non poteram.6.Attic. 41. Habent enim acceſſionem dignam in qua elaboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdū cum ita dicant,ſi,&c.4. de Fin. 50. Deos iocandi cauſa induxit Epicurus.de Diu.116.Iocandi genus duplex eſt: unum illiberale,petulans,flagitioſum, obſcœnum:alterum elegans,vrbanum, ingenioſū,facetū.off.1.145.Ipſumq. genus iocādi non profuſū, nec immodeſtum,ſed ingenuum & facetum eſſe debet.off.1.145. Iocandi genere nō modo Plautus noſter, & Atticorum antiqua comœdia,ſed etiam philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt.Off.1.145.prompto ad iocandum animo.2.ad Qu. fr. 29. Multa in homine iucunditas,& magnus in iocādo lepos. de or.

Iocans.

Me appellabat iocans.4.Aca.36.Me quoque(iocanſne an ita ſentiens,non enim ſatis intelligebam)cępit hortari, ut ſententia deſiſterem.Aca.q.ed.1.lib.2.58.

Iocatio.

Iocatio,eſt oratio quæ ex aliqua re riſum pudentem & liberalem

talem poteſt componere.3.ad Her.116.Nunc ſiquid in ea epiſtola,&c.fuit hiſtoria dignũ,ſcribe quamprimum, ne ignoremus: ſin nihil præter iocationem,redde idipſum.Att.2.24. Nunc uenio ad iocationes tuas.ad Papirium,lib.9.16.39.

Ionia.

Ionia,regio ad Att.294.& de Diu. 80. Ioniæ urbs nobiliſſima Samus.1.ad Quin.fr.18.

Iones.

Iones olim Athenis.pro Flac.50.

Ionius.

Superum mare Ionium.de or.149.

Iota.

Quare Cotta noſter,cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris,ut iotam literam tollas,& e pleniſſimũ dicas, nõ mihi oratores antiquos,ſed meſſores uideris imitari.3.de or.26.

Iphigenia.

Iphigenia ab Agamemnone immolata.off.3.127.

Ipſe.

Ipſe dixit.(Pythagoricorum reſponſum.) ipſe autem,erat Pythagoras.de Nat.d. 1.8. Ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim. Tuſc. 156. Itaque hic ipſe iampridem reiectus eſt.2.de Fin.72.Idem ipſe Mithridates. pro L.Man.32.Quærebant ab Annibale, quidnam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret.2.de or.42.Ille ipſe Ariſtoteles, &c. de or. 112.Ille ipſe diuinationis auctor Chryſippus.2.de Diu.89.ipſe ille Gorgias in illo ipſo libro. de or. 154. Ego ille ipſe uindex æris alieni.Att.23.Qui ipſe tum fuit.de cl.or.14.Niſi eũ qui ipſe miſer eſſet,&c. pro Mur.47.Frangerem iam ipſe me.4.fam.22.pro, meipſum iã frangerem. Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna. pro Marcel.4.Iſta ipſa lex,&c.pro Sext.Roſc. 39. Hoc ipſum genus, &,eo ipſo in genere.de Inu. 66. Hoc ipſum nihil agere,& plane ceſſare,delectat.2.de or.14.Hoc eſt ipſum eſſe contra ſe diſeriũ. de Diu.123.Nihil grauius,nihil philoſophia dignius,niſi idem hoc ipſum honeſte,ſapienter, iuſte ad uoluptatem referret. 5. Tuſc.40.Sed ego hoc ipſum uelle miſerius eſſe duco.Att.7.130.3.Hoc autem, de quo nunc agimus, idipſum eſt quod utile appellatur.de off.Niſi forte idipſum eſt falſum, diſceſſiſſe illũ,&c. Att.7.131.5.Sed idipſum eſt deor non putare, quæ ab his ſignificantur cõtemnere.1.de Diu. 168. Quibus idipſum ſe inimicus eſſe,non liceret negare.Att.53.Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris,quam ſit bellum cauere malum, ſcire poſſumus.de or.170.illud ipſum quod eſt optimum. in or. 4. Nam iſtud ipſum non eſſe cũ fueris,miſerrimũ puto.Tuſc. 154. Quod autem motum affert alicui, quodque ipſum agitatur aliunde, quando finem habet motus, uniuerſi finem habeat neceſſe eſt.in Somn.Scip.29.Quod ipſum eſt tamen magnum.1.de orat.102. Quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinã. Att.12.242.6.Quod ipſum quale ſit,&c. Tuſc. 152. Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de haruſp. 249. Quis umquam Conſul Senatum ipſius decretis parere prohibuit?pro Seſtio,25.Sane ſum perturbatus,cũ ipſius Satyri familiaritate,tum Domitij.Att.1.1.7. Hoc eſt,prædicti uel præfati Satyri.Illum ipſum inquam, Brute,dico librũ. de cl. or. 7. Quem ipſum non omnes interpretantur uno modo. de Nat.d.66.Par eſt autem, primum ipſum eſſe bonum uirum, deinde alterum ſui ſimilem quærere. de Amic.111.Non quo ueterem comederit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. Bruto,lib.11.fam.35.Cum idipſum dicere, numquam ſit nõ ineptum.1. de Or. 59. Atque idipſum facerent commodius, ſi,&c. Caſſio,lib.15.17.1.Hoc quid ſit per ſeipſum, non facile interpretor,ſed,&c. de haruſp. reſp. 32. Numquam dictum ab ipſo illo quod ſciam.de Fin.82. De ipſo dicere modeſte.pro Cor.Balb.1. Eo ipſo die.1.Tuſc. 90. Erat in eo ipſo loco, ipſo die nundinarum πανήγυρις Att.8.Velut in hoc ipſo de quo nunc diſputamus 2.de Fin.6.Hoc ipſo quod adeſt.de Fin.59. illo ipſo die quo lex eſt data.Att.4.7n.4. Cur Reſp. 605. iſto ipſo defenſa non eſt? ad Att.lib.7.123.6.In quo ipſo ſeruabat ſuam.de or. 129.Quis ueſtrum æqualem meum Q. Varium, naſtum hominem atque fœdum non intelligit illa ipſa facultate, quãcumque habet,magnam eſſe in ciuitate gratiam conſecutum? 1. de or.58.Ea enim ipſa hora acceperam literas tuas.Illo ipſo tempore, illo ipſo anno.Poſt.2,& 3.Longior epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet a me,cum iam iretur ad te.Caſſio, lib. 15. 18. 1.Nihil audacter ipſi per ſe ſine P.Sylla facere potuerũt.pro Syl.179.Iſi tamen ipſi dii.de N.d.iſti ipſi qui,&c.2.Tuſc.10. Nec me Conſules mouẽt,qui ipſi pluma aut folio facilius mouẽtur. Att.8.167.3.Etenim iſti ipſi mihi uidentur præceptores,&c.pro Mur.139. Triginta dies erant ipſi cum dabam has literas, per quos nullas a nobis acceperam. Att.3.35.Africa quæ certum ipſorum ſanguine redundauit.pro Pomp. 9. Quorum ipſorum per ſe res & fortunæ curæ uobis eſſe debent.pro L.Man. 12. Cum Athenis decem ipſos dies fuiſſem.ep.22.At.5.98.2.ipſos illos, & ipſe ille, & ille ipſe,&c.de or. 90. Siquis iſtas ipſas artes illuſtrare uelit. 1.de or.32.Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe,aut nouis legibus eſſe ſublatas.de or.106. Et tamen ab his ipſis,cum iam eſſent adultæ,ferrum remouit. Tuſ.239. Cato qui annis nouem poſt cum fuit Conſul,&c.mortuus eſt annis LXXXIII. ipſis ante me Cõſulem.de claris or.32.Sic in orationibus hiſce ipſis.1.de or.17.Tot rebus ipſis ſe immutantibus. de N.d.2.15. His enim ipſis uerbis utitur.de Fin.44.

Ira.

Quæ autem libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi eius qui uideatur læſiſſe iniuria.4. Tuſ.16.Ira, motus animi.de Vniu.55.An eſt quidquã ſimilius inſaniæ, quã ira?Tuſc.4.41.ira quandiu perturbat animum,dubitationem inſaniæ non habet.Tuſc.4.63.Ira exardeſcit.Tuſc.2. 50.Ira Aiacem ad furorem mortemque perduxit.Tuſc.4.41. Quid eſt enim, quo non eodem progrediatur ira,qua furor?Tuſc. 4. 64.ira intimo odio & corde concepta.Tuſc.4.36.ira inueterata. Tuſ.4.16. Quomodo autem ſi naturalis eſſet ira, aut alius alio magis iracundus eſſet, aut finem haberet prius, quam eſſet ulta ulciſcendi libido,aut quemquam pœniteret, quod feciſſet per iram?Tuſc. 4.65.Prohibenda maxime eſt ira in puniendo.1. off. 125.Irã Ennius initium dixit inſaniæ. Tuſc. 4. 41. Et quidem illam ipſam iram Centurio habeat,aut ſignifer.Tuſ.221.irã, hoc eſt θυμὸν Plato in pectore locat.Tuſc.1.18. Facere aliquid per irã. Tuſc. 226.iram deorum donis placare impiusne audeto.2.de Leg.24. iram & gratiam a beata immortalique natura ſegregari intelligitur.de Nat.d.1.34.Cum ira nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt.Off.1.189.Nunc enim mihi animus ardet: nunc meũ cor cumulatur ira.pro Cæl.29.2.Att.49. ira incenſum ſæpe uidi,ſæpe placatum.6.ad Att.22. de Nat. d.2.8. Qui iniuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus eſt.1.off.36.Ira inflammati dei poetarum.de Nat.d.1.91.Neque ira,neque gratia teneri.de Nat.d. 21. Pars animi in qua irarum exiſtit ardor.de Diu.93.iras diuorum augures prouidento.2.de Leg.18.iras deorum ſubire.de haruſp. reſp.35.

Iracundus.

Impotens iracundus,contumelioſus.in Ant. 199. iracũdus nõ ſemper iratus eſt,laceſſe, iam uidebis furentem. Tuſ.4.43. Quomodo ſi naturalis eſſet ira,alius alio magis iracundus eſſet?Tuſ. 226.Eſtque aliud iracundum eſſe,aliud iratum, ut differt anxietas ab angore:neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando:neque anxii ſemper anguntur.Tuſ.4.21.Sed cum iracundum audio factum.in Ant. 157. Niſi enim nimis in ſe iracundum putabis fuiſſe.pro Planc.272. Vt ſunt moroſi, anxii, iracundi & difficiles ſenes. de Senect.90. Iracundos ſolos morboſos nominauerunt Academici, quod nullum erat iracundia fœdius uitium. Tuſc.4.43.

Iracunde.

Hi nimis iracunde agunt,præſertim cum ab his non ſane animoſe defendatur ſententia.3.Tuſc.44.Att.5.97.3.Nam me tecũ iracunde agere dixiſti ſolere, non eſt ita,uehementer me agere fateor: iracunde nego.8.Phil.245.& 1.9. Nihilne in ipſa quidẽ iracunde rabioſe,ut fecerunt?Tuſ.219.Nimis iracunde hoc quidem & ualde intemperanter.in Ant.155. Quo quiſque eſt ingenioſior,hoc docet iracundius & laborioſius.pro Q.Roſc.8.iracũdius ſcripſeram,& reuocare cupiebam.1.ad Q.fr.45.

Iracundia.

Iracundia eſt inimica conſilio. pro Marc. 5. Quamquam ipſa iracundia, libidinis eſt pars:ſic enim definitur, Iracundia,ulciſcendi libido.3.Tuſc.9.Quis hæſitauit ob eam cauſam,quod neſciret quid eſſet iracundia,feruorne mentis, an cupiditas puniendi doloris?de Or.103. iracundia ab ira differt. Tuſc.4.21.iracũdia peccatum non excuſat.2. ad Her. 57. iracundia aliud uocis genus ſibi ſumat,acutum,&c.3.de or.120.iracundia bellatrix. Tuſc. 4. 43. gladiatoria. 4.38. iracundia aliqua laudanda.pro Sext.2.iracundia omnibus in rebus repudianda eſt, optandumque ut ii qui præſunt reipub.legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundia,ſed æquitate ducuntur.off.1.125.iracundiæ dulcedo.1.ad Quint.fr. 40. imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ,oratorem denique non probãt ſine aculeis iracundiæ,Tuſcul. 218. Cohibere iracundiam. pro Mur.132.Miramur te,non potuiſſe iracundiam tuam continere, quin,&c.11.fam.6.in ep.Brut. & Caſſii. iracundiam eius curandam mihi non putaui.13.ad Att.63.iracundiam; cotem fortitudinis

finis eſſe dicunt Peripatetici. Tuſ. 4.43. Iracundiam quaſi fortitudinis cotem eſſe dicebant Academici. Acad.q.ed.1.li.2.136. Exercere iracundiam in ſuperatos. Att 274. In tuis ſummis laudibus unam excipiunt iracundiam quod uitium cum in hac priuata quotidianaque uita leuis eſſe animi atque infirmi uidetur. cum uero nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. 1.ad Q.fr 28. Iracundiam laudant Peripatetici, & dicũt utiliter a natura datam eſſ. 1.125. Illi tamen populi incitati uim iracundiamque ſubterfũt pro D. ſua.230. Ab iracundia ante occupatur animus, quam prouidere ratio potuit ne occuparetur. 1.ad Q fr.29 Iracundia & amore ablata bona meos. 8 fam.48. Eum ardentem iracundia uidere potuiſti. pro Flac. 162. Nec cum iracundia aut pertinacia recte diſputari poteſt. lib. 1. de Fin.21. Dolore efferri, & iracundia longius digredi quam conueoit. de haruſp. 244. Effert iracundia. de or.1 37. Sed efferueſcens in dicendo ſtomacho ſæpe iracundiaque uehementius. de cl.186. Iracundia elatus. 10. Att. 12. pro, ira. Exarſi iracundia. ep.15. Homo exarſit iracundia & ſtomacho. in Verr. 1 18. Iracundia nullum fœdius uitium. Tuſc.4.43. At uero cum aliquid clementer, manſuete, iuſte, moderate, ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, &c. pro Marcel.5. Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas. ad Qu.fr. 1.30. Iracundię, contentiones, concertationeſque in diſputando pertinaces. li. 1. de Fin.21. Iracundias recentes harum rerum habebant. tuſ. 49. in ep. Planc. Cupiditates iracũdiaſque reſtinguere. 2. de N.d.122

Iraſcor.

Arabioni de Sitio nihil iraſcor. Att.15.329 4. Qui iraſcitur, etiam concupiſcit. Tuſc. 3.16. Iraſci non cadit in ſapientem. Tuſc.3.17. Omnino iraſci amicis non temere ſoleo. 10 Att.217. Dii immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſueuerunt. pro Qu. Roſc.27. Iraſci furenter. 6. Att.11. Grauiter iraſci alicui. off. 1.123. Iraſci intempeſtiue accidentibus. off 1.123. Iraſci neſciũt Stoici. 3. de or. 37. Peripatetici oirũ uideri negant, qui iraſci neſciat: eamque, quam lenitate nos dicimus, uitioſo longitudinis nomine appellant. Tuſc.4 65. An tibi iraſci tum uidemur, cum quid in cauſis acrius & uehementius diximus? Tuſc.4.44.

Iraſcens.

Sæpe uidebam cum irridentem, tum iraſcentem, etiam ſtomachantem Philippum. de cl. or.183.

Iratus.

Iratus & offenſus alicui. Att.14.317.4. in Piſ.47. Quam promptus homo P. Septimius? quã iratus de iudicio & de uilliro? pro Flac.148. Si is qui rei dominus futurus eſt, alienus atque iratus tibi eſt. Att.5. Iratus & propitius, contraria. 2. de Na.d.110. Irati proprium eſt cupere, a quo læſus uideatur, ei quam maximum dolorem inurere. Tuſc.3.16. Facere iudicem iratum aduerſario. 2. de or. 111. Nolo te illum iratum habere. At.234. pro Alicuius iram in ſe conuertere Marcellinum tibi iratum eſſe ſcis. ep.2. Neque hercule quidquam timebat, quod non eſſet timendum. illũ ſibi iratum, hunc non amicum. 10. Att. 45. Ne ea me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi bene irati. ad Att.251. Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate, ideſt de conſilio, de ratione, de mente: horum enim poteſtas in totum animum eſſe debet. Tuſc. 4.64. Huic homini ego fortaſſe & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabant. pro Cęlio.32. Irati ſubtrahendi ſunt, in quos impetum conantur facere, dum ſe ipſi colligant. Tuſc.4.65. Antonio eſt enim fortaſſe iratior. Att.15.324.4. Iratior cauſæ Africanæ. 6. fam.44. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum uillico factus eſſet iratior, Quo te modo (inquit) accepiſſem, niſi iratus eſſem? Tuſc.226 Eo tamẽ D. Bruto iratiores ſunt omnes ii qui id factum dolebant, quominus ab illo rem illam dicebat fieri decuiſſe. 10. Phil.280. Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidẽ, quotidie aliquid iracundiæ remittebat. 8. Phil.246.

Ironia.

Ironia, quam in Socrate dicunt fuiſſe, faceta & elegans. Brut. 161. Ironia perpetua. Acad.q.ed.1.lib.2.68. Nec tu hoc ironiam duxerit eſſe, quod dixi, &c. de Cl.193. Ironiã enim alterius perpetuam præſertim, nulla fuit ratio perſequi. 4. Acad.153. Cum aliud diceret Socrates, atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant. 4. Acad.q.31. Socratem opinor in hac ironia diſſimulantiaque longe lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe. 1. de or. 150. Sine ulla mehercule ironia loquor. 3. ad Qu fr.25.

Irpinus.

Irpinus ager. 3. in Rull.6.

Irraucio.

Itaque nos meos ſæpe attentiſſime audiri uideo: tenet enim res ipſa atque cauſa. at Aeſopum, ſi paulum irraucuerit, explodi. 1. de Or.135.

Irrepo.

Credulitas in optimi cuiuſque mentem facillime irrepit. 10 fam.47. Irrepit in hominum mentes, alia dicentis ſignificantia diſſimulatio 3. de or.113. Eloquentia modo perfringit, modo irrepit in ſenſus. or.52. Cum cæteri non modo poſt ciuitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepſerunt, &c. pro Archia. 7. Quid enim exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratię patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? de haruſp. reſp.49. Itaque ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletũ teſtamenta nomẽ eius irrepere, &c. Off.3 99. Is furatus eſt ciuitatem, genus ſuum ementitus, irrepſiſſe in cenſum dicitur. pro Corn.3.

Irretio.

Hæc me irretiuit ueſte furali inſcium. Tuſ. 2.16. Hic enim ſe adoleſcens improuida ętate irretierat erratis, ut, &c. Tuſc. 240. Quid enim ad illum qui te captare uult, utrum tacẽtem irretiat te, an loquentem? Acad q.ed.1 lib.2.83. hoc eſt, inter diſputandum capere. Cum homines negotia gerentes, iudiciis iniquiſſimis irretires. in Vat.31. Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætuliſti? in Cat.9. Irretire ſe erratis. Tuſc.5.46.

Irretitus.

Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi catiunculis tantus uir irretitus teneretur, &c. 5. de Fin.47. de Vlyſſe. Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorũ omniũ, impenditos expectatione ſupplicii. de haruſp.245. Stoici diſputationum ſuarum laqueis te irretitum tenerent. de or. 88. Vt loquacitatem illam tuam pauciſſimis interrogationibus irretitã retardarem. in Vat.29. Qui prouinciarum fœdere irretiti, totum illum annum querelas Senatus pertulerunt. Poſt.200.

Irrideo.

Nihil tam irridet Epicurus, quam prædictionem rerũ futurarum. de Nat.d.241. Appollonius irriſit Philoſophiam. de or. 91. Vt omnes, cum loqui cœperit, irrideant. 6. Herr.130. Admirando irridere. de Fin.122. Irridere & contemnere aliquem. 2. de L. Agr.94. aliquem facete & urbane. de Fin.1.30. ſqualorem & luctum alicuius. Poſt.206. Cæſar mihi irridere uiſus eſt. Att. 188. Qui ita interrogant, ab his irridentur. Acad.q 10. Vos ab illo irridemini, & ipſi illum uiciſſim eluditis. Acad.31. Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. 2. de Diu.88. Quæ irrideri ab imperitis ſolent. de Fin.105.

Irridens.

Etiam per iocum deos irridens, cum cauea liberati pulli, &c. 2. de Nat.d.6. de P.Claudio.

Irriſio.

Liber igitur a tali irriſione Socrates, liber Ariſtochius, &c. 4. Acad.q.222. Deforme etiam eſt de ſeipſo prędicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. 1. off.192. 1. de or.27. Oratio aut nulla ſit, aut omnium irriſione laudatur. 1. de or.27.

Irriſor.

Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiæ, & iam uel ipſi iudicent, &c. in Para.14.

Irrigo.

Aegyptum Nilus irrigat. 2. de N.d.196. Mihi quidem etiam Democritus uir magnus in primis, cuius fõtibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit, nutare uidetur in natura deorum. 1. de Nat. d. 84. Iugera L. Prati irrigaturum te facile arbitror. ad Q.fr. 318.

Irrigatio.

Adde ductus aquarum, deriuationes, fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, &c. 2. off.18.

Irrito.

Vt irritare & ferro laceſſere aliquem. pro Mil. 228. irritari Antonium non oportuit. in Ant. 210. Neque magis irritatus eſſet Antonius regno Cæſaris, quam ob eius mortem deterritus. Att. 285. Neſcio quid ſcribam tibi, niſi unum, pueri & cupiditatem & licentiam potius eſſe irritatam, quam repreſſam a Cicer. ad Brut. 17. 2.

Irritabilis.

Nam ſi iſta ſtatueris, & irritabiles animus eſſe optimorũ ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c. Att. 1. 49.

Irritus.

Antonius teſtamentum irritum fecit. in Ant. 181. Cuius tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit uſſe. de Prou. 78. Quod iudicium de compromiſſis factum erat, id irritum iuſſit eſſe. in Ver. 122. Si multa irritaq. triſtitia, &c. Poſt. 207. Quæque augur iniuſta, nefaſta, uitioſa, diraue diacerit, irrita, infectaque ſunto. 2. de Leg. 35. Quæ in magiſtratum geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita iuſſit eſſe. in Ver. 136. Quæ ſi leges irritas feceritis, rata eſſe non poſſunt. in Ant. 181. 198. Metellus omnes Verris iniurias reſcindit, & irritas facit. 4. Verr. 44.

Irrogo.

Irrogare multam. pro C. Rab. 5. pro D. 46. pro Mil. 28. irrogare priuilegium. pro Sex. 55. & pro D. ſua, 85. Vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari id eſt enim priuilegium. pro Do. 34.

Irrogatio.

Multę irrogatio. pro Rab. 5.

Irrumpo.

Irrumpunt in animos noſtros extrinſecus imagines. 4. Acad. 226. Alter in Aſiam irrupit curſim. in Ant. 231. Syracuſani improuiſo in caſtra Pœnorum irruperunt. de Diu. 90. Ab iis qui noſtrum patrimonium irruperunt, quod opus eſt nobis, mutuamur. de or. 152. Atrocitas iſta quomodo in ueterem Acad. irruperit, neſcio. Aca. 34. Irrumpere in ærarium. pro L. Agra. 53. Irrumpere in fletum alicuius. pro Ligar. 8. Si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, ad Senatum, lib. 15. 1. 5.

Irruptio.

Hoſtium copiæ non longe abſint, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur. pro Pomp. 6. Irruptio armatorum in Trebonii domum. in Ant. 231.

Irruo.

Et cum in mala ſcientes irruunt, tamen ſe optime ſibi conſulere arbitrantur. 5. de Fin. 49. Et equo admiſſo in mediam aciẽ Latinorum irruebat. 2. de fin. 99. Tuſc. 2. 51 Fulgentes gladios hoſtium uidebant Decii, cum in aciem eorum irruebant. 2. Tuſ. 300. In quem quiſque per homines concitatos irruerit, in quem impetum pertulerit. pro Do. ſua, 82. Irruere & inuadere in aliquem. Att. 213. Omni impetu in aliquem irruere. pro Do. ſua, 237. Et ſunt homines, quos libidinis, infamiæque ſuæ neq. pudeat, neque tædeat, qui quaſi de induſtria in odiũ offenſionẽq. Pop. Rom. irruere uideantur. 2. Ver. 22. Irruere temere in alienas poſſeſſiones. 1. de or. 22. Vt deducta eſſe in alienum locum, non irruiſſe uideatur. de or. 150.

Is, Ea, Id.

Atq. is dolor eſt, quod, &c. ad Q. fr. 1. 1. 12. Is homo, is ciuis. pro Plan. 59. Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, ut nemo ei ſe honore anteferret. pro Syl. 184. Maxime quod is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. de Fin. 114. Eius auditor Strato, is qui Phyſicus appellatur. de Nat. 1. 26. Si is qui exiſtimor, &c. de or. 127. Eſt enim credo is uir iſte, ut ciuitatis nomẽ ſua auctoritate ſuſtineat. pro Flac. 153. Nihil turpius, quã quod qui magiſter equitum fuiſſe tibi uiderere, is per municipia coloniaſque Galliæ cum caligis & lacerna cucurriſti. 2. Phil. 84. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe uis. Attic. 106. Ego is ſum cui vel maxime concedant omnes, ut, &c. epi. 9. Neque. n. Catilina is es, ut te aut pudor a turpitudine, &c. in Cat. Is enim tu olr es, & eum me eſſe cupio, ut, &c. 3. ep. 64. Neque enim tu is es, qui, qui ſis neſcias. ep. 68. Is & infirmus eſt, molliſque natura. Læl. 65. Is enim Ceſennię fuit Ebutius, &c. pro Cæc. 10. Quorum princeps Socrates fuit, is qui, &c. de or. 148. Quod ſi is eſſet Panętius, qui, &c. off. 54. Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddidit. Att. 11. Qu. Pompeius multis & ueteribus cauſis neceſſitudinis mihi coniunctus eſt, is cum antea, &c. ep. 212. Excurſio moderata, eaque rara. in or. 33. Cumque eſſet ea memoria, quam ante dixi, ea ſępe, &c. 4. Ac. q. 9. Ea noſtra ratio eſt, ut, &c. ad Qu. fr. 298. Non enim una eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. pro Syll. 167. Duo filii id ętatis. pro Sex. Roſ. 29. Quoniam id nobis Antonii hominibus id ætatis oneris imponitur. 2. de or. 103. Credo Platonem uix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ętatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet. At. 4. 85. 5. Qui quoniã eſt id ætatis. pro Flac. Id ętatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. ep. 93. Ita uiximus, & id ætatis iam ſumus, ut omnia quæ non noſtra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Toranio, lib. 6. 20. 5. Cum id ætatis & priuatus eſſem. ad Herennium, Cum id ætatis ſum. epiſt. 250. Se in balneis cum id ætatis filio fuiſſe. pro Clu. id dici ueniebam in, &c. Att. 3. 98. 1. Qui conuenit pręſertim id temporis? pro Mil. 11. Sed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo. 2. de or. 201. Deinde profectus eſt id temporis, cum iam Clodius (ſiquidem eo die Romam uẽturus erat) redire potuiſſet. pro Mil. 28. Et noſipſi, quoniam id temporis eſt, ualetudini demus operam. 1. de orat. 138. Maxime quod is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. 5. de Fi. 1. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet Attic. 13. 288. 2. Quos ego iam multis ac ſummis uiris ad me id temporis uenturos eſſe prædixeram. 1. in Cat. 7. Atq. id anni tempore grauiſſimo. ad Q. fr. 3 17. O rem turpem, & ea re miſeram. ſic enim ſentio id demum aut potius id ſolum eſſe miſerum quod turpe ſit. Att. 8. 152. 1. Et ſi id eſt ætatis, ut nondum ſcientiam conſecutus ſit. pro D ſua, 237. Duobus modis, id eſt aut ui, aut fraude fit iniuria. off. 9. Senatus hodie futurus erat, id eſt Cal. Oct. Cum ueteribus amicis, id eſt cum libris noſtris. 9. fam. 1. Virtus, quæ conſtat de hominibus tuendis, id eſt ex ſocietate generis humani. off. 33. VI. Non. venturus dicebatur, id eſt hodie. 10. Att. 26. Num cui ſuccenſeant, quod dico uni cui, id eſt, num Pompeio? Att. 129. De præda mea præter Quęſtores urbanos, id eſt Pop. Romanum, teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam. Cantuio, lib. 2. 16. 6. Aſſentiar Cn. Pompeio, id eſt T. Pomponio. Attic. 7. 127. 9. Maxima multitudo, id eſt tota Italia cont. Rull. 81. Neque ſolum nobis, id eſt tuis, ſed prorſus omnibus. epi. 55. Atqui qui opera, id eſt uirtute & induſtria benefici & liberales erant. 2. off. 75. Cum tu tardius faceres, id eſt, ut ego interpretor, diligentius. 9. fam. 14. Cum ei ita dicerem, me nolle eſſe ineptum, id erat petere blandius. de ora. 94. Scis me antea orationes aut aliquid, id genus ſolitum ſcribere, vt Varronem nuſquã poſſem intexere. Att. 13. 269. 2. Lælios & Antonios, & id genus ualentes dico. Cælius ad Cic. 8. 4 6. Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc ſortium retinet nomen, atque id in vulgus; quis enim, &c. de Diu. 126. Ea primo, neque id ipſum diu continebatur. pro Clu. 20. Quod æternum beatumque ſit, id nec habere ipſum negotii quidquam, nec exhibere alteri. de Nat. d. 1. 33. Imo id mehercule inquit ipſum attendo. or. 98. Atque id ipſum conſulibus inuitis. ep. 3. Alterum genus obtinent, atque id ipſum lacinia. de or. 153. Et id ipſum ſine ſtomacho. Att. 2. 11. 4. Quanquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet præceptis, &c. 1. off. 1. Quæris igitur, idque iam ſæpius. ora. 197. Tu quidem de fæce (inquit) hauris, idque iam dudum. de claris. ur. 131. Idque iudicium uocibus. Demus modo operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quam illis fuit, id quod agimus. epiſt. 138. Siue id quod conſtat, Platonis audiẽdi ſtudioſus fuit. de or. 91. Id quod neutrum nobis hoc tempore cõtingit. Atti. 131. id quod eius ſcripta declarant. or. 108. Et eundem, id quod in auctoritatibus perſcriptis exiat, ſcribendo affuiſſe. de or. 143. Diem conſtituent uolebant, id quod factum eſt. ep. 3. Poſtridie. a c. factum eſt, id quod ad te miſi. Att. 54 id quod parati ſunt facere. pro Qu. 5. Quod id, pro. id quod. Tuſc. 221. Et id multis uerbis. Att. 1. 9. 2. Negauit, &c. neque id ſane diu. nam, &c. Att. 38. Aut ſi ualuit, id uoluit, vt peccatum in eo hæreat. de Diu. 86. Eloquentia Qu. Hortenſii ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex. Nęuii ne P. Quintio noceat, id uero non mediocriter pertimeſco. pro Quin. 1. Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio, de Diu. 138 Epaminondam, atque Annibalem, atque eius generis homines nominarem. de or. Via laudis, quam maiores eius ei tritam reliquiſſent de Cl. 191. Vitę eius turpitudinem in ſummis eius periculis inſequebantur. pro Syl. 182. Qui tiſcum tam illum ſunt. Att. 144 Per unum ſeruũ, & eum ex ludo gladiatorio. Att. 1. 11. 9. Omnem autem orationem fuiſſe eã qua aruſpicinæ diſciplina contineretur. de Diu. 119. Cum ita dixit aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe, eamque ſua ac Rep. dignã, niſi propinquitate impediretur. 1. Phi. 235. Cũ libido ad id quod vñ bonum, illecta & inflãmata rapiatũ. T. 4. 20.

Id populus curat ſcilicet, noo mehercule arbitror. Att. 13. 288. 5. Et id maxime fieri hybernis temporibus. 2. de Nat. d. 37. Qui id pugnaot, id agunt, ut contra Remp. reſtituti eſſe uideantur. 10. Phil. 285. Multa dixit de eo, quod ciuis improbus laudatus eſſet. de Opt. 244. Maximeque io eo eſt reprehēſus, quod dixeras, &c. Att. 38. Antonius cum una legiooe, & ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. io Aot. 189. An hoc ipſum ea re facis, quod illi propter amplitudinem omoia iam oltroque deferenda putat? Brutus Att. 17. 6. Ea re qoia turpe ſit, non faciendum. 3. off. 70. Et loco poſita ambulationis uno latere, eo quod eſt proximum Balneariis. 3. ad Q. fr. 17. 3. Eorum initia cum recitarentur, ea quę uobis nota eſſe arbitror, &c. pro Clu. 47. Sed demus tibi iſtas ſumptiooes, ea quę λήμματα appellant Dialectici. de or. 131. Nā quod addidiſti nos eos eſſe qui, &c. de or. 111. Vt pro tantis eorū in Rempub. meritis hoooreſ eis habeantur. in Ant. 191. In reliquiis ineſt calor, iis, quas natura reſpuerit. de Nat. 2. 18. Plurimis noſtris exēplis uſuses, & iis quidem illuſtribus. de Di. 110.

iſte.

Iſte Ariobarzanem non regem, ſed regis filium appellat, ep. 29. Iiſdem enim hic ſapiens, de quo loquor, oculis, quibus iſte ueſter, cęlum, terram, mare uidebitur. Acad. 27. Iſte igitur ſumptus minuit, de Leg. 283. Lex quam iſte tulerat. pro D. ſua. 227. Transeat idem iſte ſapiens ad Rempub. tuendam. Tuſc. 142. Tū iſte uir optimus, &c. pro Quint. 3. Non erit iſta modo amicitia, ſed mercatura. de Nat. d. 25. Quanti libertas iſta æſtimanda eſt. Acad. q. 30. & 34. Et ſimul aſſidamus ioquā, ſi uidetur. Sane iſtud quidem, inquit, ſum enim admodum infirmus. 1. Acad. 20. Hoc eſt, iſtud quod dicis, ut aſſidamus, faciendum eſt. Meæ totius orationis & iſtius ipſius in dicendo facultatis, quam, &c. de or. 120. Iam me iſtius quidem rei culpam ſuſtineo. Att. 101. Hunc iſtum otii & pacis hoſtem. pro D. ſua. 215. A me iſtam exceptionem nō impetrabunt. Acad. q. 24. Cum edictum totum eorum arbitratu quandiu fuit deſignatus, compoocret, qui ab iſto ius ad utilitatem ſuam nundinarentur. 3. Verr. 83. Nec ab iſto officio, quod ſemper uſurpaui, abduci debui. de Amic. 97. Iſto anno. ep. 21. Nō iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo. pro Sext. Roſc. 26. Sæpe de iſto colllocuti ſumus. 1. de Leg. 6. pro, de ea re. Quare de hoſpitio uiolato, & de iſto tuo nefario ſcelere nihil queror. 4. Verr. 76. Iſto enim modo dicere licebit. de N. d. 1. 58. & 77. Pecudum greges diligūtur iſto modo, quod fructus ex eis capiuntur. de N. d. 1. 86. Iſto enim modo pædagogi maxime erūt diligendi. de Amic. 11. Si hoc modo ſcripſiſſet, iſto uerbo uſus non eſſet, noo iſto loco uerbum iſtud collocaſſet. de Inu. 77. Nō ille, ut plerique, ſed iſto modo ut tu. de Na. d. 1. 42. Iam uero iſta conditione, dum, &c. de or. 93. Io iſte una diſputatione. Acad. q. 40. Et ita ex iſta uita diſcedo, tanquam ex hoſpitio. de Sen. 94. Nonnulli iſti faciunt imperite. 1. de Leg. 3. Nam iſta quæ uos dicitis, uix idgna ſunt, &c. de Nat. d. 1. 66. Putareſoe unquam accidere poſſe, vt mihi uerba deeſſent, neq. ſolum iſta ueſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Cęlio, lib. 2. 10. 1. Armorum iſta & uictoriæ ſunt facta, non Cæſaris. ep. 84. Itaque non hæſitans reſpondebo: ſed ea dicam quę mihi ſunt in promptu, quod iſta ipſa de re, multum, ut dixi, & diu cogitaoi. 1. Acad. q. 6. Mihi iſta παράδοξα quę appellantur. uidentur eſſe uerisſima. Parad. 116. Age ut iſta diuina ſtudia omittamus. de Sen. 81. Omnes iſtos aculeos. Acad. q. 24. Neque iſtos excellentes uiros Reſp. perdidiſſet. de Clar. 189. Com Stoicus ſyllabatim iſta dixerit. Acad. q. 30. Eos, qui in iſta ſubtilius quærunt, io oumero ſapientum non habent. de Am. 96. Ego uero, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. de or. 93. Atq. ego ex iſtis ſæpe audiui. de or. 122.

iſthæc.

Atamen iſthæc ipſa, quę te emiſſe ſcribis, erunt mihi grata. ep. 205. Si ille circum iſthæc loca commorabitur. Att. 130. Non poſſunt iſthæc ſic abire. orat. 109. Primū tibi perſuade me iſthæc non curare. Att. 12. 24 t. 14.

iſtiuſmodi.

Adduxiſſent huc Græculum aliquem, qui oos iſtiuſmodi diſputatiooibus delectaret. de or. 93. Videte maiorum diligentiā, qui nihildum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur. 6. Ver. 8. Perfacile uero apud iſtiuſmodi Prætorem, a quo Marcelli, &c. 3. Verr. 209. Malitioſę neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo coo ſilio obſiſtere. in Verr. 72.

iſtic.

Et ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. Valerio lib. 1. 10. 2. Iſtic ſum, inquit, expectoque quid ad id, quod quæram, reſpondeas. 5. de Fin. 137.

iſtinc.

De malis noſtris tu prius aodis, qoam ego: iſtinc enim emanant. Att. 7. 139. 1. Quamquam qui iſtinc nunc ueniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quo nihil reſpondeas: &c. 1. fam. 57.

iſto.

Puto etiam, ſi ullam ſpem mihi literis oſtenderis, me iſto miſſurum alios. 8. fam. 8. in ep. Cęl. Iſto proficiſci. 10. fam. 35. in ep. Plac. Si minima cauſa eſt properandi iſto mihi, quod, &c. 8. fa. 44. in ep. Cæl.

iſtuc.

Iſtuc quidem cooſiderabo. 1. Acad. q. 19. Qui idem iſtuc quidem dicunt, quod eſt dictum a te. de Dioin. 115. Qoo die uadimonium iſtuc factum eſſe dicis? pro Quint. 10. Iam iſtuc te quoque impediat. Acade. q. 27. Pręcipitare iſtuc quidem eſt, non deſcendere.

Ita.

Ab eis ita amantur, ot facile earum appareat ſenſus. de Amic. 27. Simulachra pręclara, ſed noo ita antiqua. in Verr. 226. Mihi qoidem I. beatus eſſe uidebor, ſi modo conſtanter ac perpetuo placebit hoc conſilium. ad Brut. 49. I. cadere animis, quaſi aliquid euenerit. 6. ſam. 3. Cum non i. commode poſſet. pro Qo. 3. I. mihi des, ſi ante tibi perſuaſeris. 13. fam. 1. id eſt, ne des mihi, niſi tibi perſuaſeris. Humilem ſane relinquunt, & minime generoſum (ut i. dicam) ortum amicitię. de Amic. 29. Dii te perdant fugitiue: i. non modo nequam & improbus, ſed & fatuus & amens es. pro Deiot. 14. uirtus autem actuoſa eſt, & deus ueſter nihil agens: expers uirtutis igitur: i. oc beatus quidem. 1. de N. d. 152. Hoc tibi non i. decorum eſt. Acad. q. 2. Quod putaſti ſore, &c. factom eſt i. Att. 106. Id ſi i. eſt, iſthic tibi cenſeo commorandom. Brut. 91. Nam hoc ipſum i. iuſtum eſt, quod recte fit, ſi eſt uoluntarium. 1. off. 43. id eſt, ea conditione & pacto. Hæc enucleare non i. neceſſe eſt. Toſ. 32. I. enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, &c. de Sen. 33. Eſt I. ut dicitur. 6. Verr. 104. Ac mihi quidem non i. moleſti ſunt. de or. 115. Non i. molti ſunt. de Cl. 187. I. multa ſunt incommoda in uita. de Nat. d. 1. 17. Tadius qui erat reliquus, oon i. multum tecum fuit. 4. Verr. 34. Ego autem a patre i. eram deductus ad Scæuolā ſumpta uirili toga, ut quoad poſſem, & liceret, a ſenis latere nonquam diſcederem. de Amic. 1. Qoa in re i. diligens erat, quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent. pro Quint. 7. Oreſtes autē, i. ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret? de Amic. 24. Cum omnia i. facta eſſent, quemadmodum defendimus. pro Cæl. Quod cum i. ſit, maxime uellem, primum, &c. Att. 127. Velim des operam ut inueſtiges, ſitne i. ad Att. 190. Tollamus ergo omnia, &c. i. ſi ut mediterranei mare eſſe non credant. de Nat. d. 1. 61. Hoc autem ſi i. ſit, ot unum modo ſenſibus falſum oideatur: præſto eſt qui neges rem ullam percipi poſſe ſenſibus. 4. Aca. 181. Quę cum i. ſint, primum, &c. pro Rab. 91. Sic enim mihi perſpicere uideor, i. natos eſſe nos, ut inter omnes eſſet ſocietas quædam. de Amic. 18. I. mihi deos omnes propitios eſſe uelim, ut, tametſi mihi incuodiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam, &c. 7. Verr. 30. I. etiam ſi ædificaturus eſſes. 13. ſam. 4. I. de unoquoque, ut quemque meritum arbitrentur, exiſtimant. in Ant. 265. I. iſti ſauco ſenteotiæ. Videtis quam nefaria uox, & hercle i. fecit, uel plus etiam quam dixit. de Amic. 35. Quod ſi i. feciſſent, id noo ita eſſe fixum deberet. pro Clu. 99. I. ſit, ut qood bonom ſit, id etiam honeſtum ſit. 3. de Fin. 43. I. ſit ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, &c. pro Quiot. 4. I. ſit, ut uincat cognitionis ſtodium, conſociatio hominum atque communitas. 1. off. 220. Quæſturam i. geſſit, quemadmodum cognouiſtis. 3. Verr. 71. Fimbria noo i. ſe diu iactare potuit. de Cl. 186. I. nobiliſſima ciuitas Gręciæ, & olim potentiſſima, ſepulchrum ciuis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. 5. Tuſc. q. 39. De Archimedis ſepulchro. I. inquit, tu enim, &c. pro Syll. 167. Noo i. lato interiecto mari. In or. 13. Rarus inceſſus, nec i. longus. or. 202. Noo i. longa diſputatione. de Sen. Interim nec i. longo interuallo ille uenit, pro Flacc. 156. Non i. magna mercede. epiſt. 10. Hoc tibi i. mando, ut dubitem, an etiam te rogem, &c. ad Att. 72. Ita enim ipſe mandauit. epiſt. 136. Quorum quanta mens ſit, difficile eſt æſtimare: ita multa meminerunt. I. metuit, ne quid, &c. de Nat. d. 1. 50. I. moratus, ot præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat. 1. Acad. 48. Ego te (ita incolumi Cæſare moriar) tanti facio, &c. Att. 141. Noo ita multum mihi ſpatii uidetur, ſi, &c. 1. de Orat. 134.

Non i.multis ante annis aiunt quendam,&c.pro S.R. 28.10. ad Att.46.Quo mortuo,nec i.multo poſt in Galliam proficiſcitur. pro Quint.8.2.off.25.Non i.neceſſe.10.fam.56.ideſt, nō ualde i.ſancta ac compoſita leges nominarunt.2. de Leg.10.i.mobiliter palpitans cor.de N.d.2.18.Cum i.late pateat eius poteſtas. ep.53.i.late longeque peruagatur animus,ut,&c.de Nat.d.1.38. i. popularis cauſa,ut ei non poſſet obſiſti.3. de Leg.25.Ille non i.pridem abiit.de Cl.168. Acceſſione utuntur non i. probabili. de Fin.73.Non multum i.dicēdi laude proceſſerat.de Cl.70.Sed tibi hoc uideo non poſſe deberi.A.i.prorſus.2. Tuſc. 113. Nec i. multus prouectus,reiectus Auſtro ſum in eum ipſum locum,unde conſcenderam.1.Phil.5.i.quidquid eſt in quo,&c.de or.94.i. reprehenditur ut cæteri.de Nat.d.1.21.Sed i.ſi redeā.16.ad Att. 16.& 15.fam.22.pro,ſed dummodo redeam.De his non i. ualde laboro.ad Brut.li.11.21.5.Non i.ualde mouentur his homines mediocres.de Nat.d.1.60.Themiſtocles non i.ſane uetus. de cl. or.168.I.te,tuumque filium uideam, ut mihi gratiſſimum feciſti.16.fam.21.in ep.Q.Ciceronis.Non i.neceſſe uidebatur. ep. 160.i.mihi pulcher hic dies uiſus eſt,uiderer uidere, &c.ep.49. i.uiuam,ut maximos ſumptus facio.At.5.103.2.Atque i. ut nullam,&c ep.8.i.ut nequid properes.16.fam.11.

Itane.

Itane cenſes?de Diu.122.& 125.Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſoluere,& fallere eum qui læſus non eſſet,crediſſet.i.eſt? pro Roſc.Am.66.i.ſiquis ex ſua re, &c. 2. de Diu.4.i.uero hoc Brutus egit.ut Lanuuii eſſet?in Ver.84 Itane uero ego non iuſtus,qui & Conſul rogaui,& augur,& auſpicato?2.de Nat.d.8.Caſu,inquis,itane uero?in Ant. 99. Itane uero,quibus fuit portus apud eum,contra quem arma tulerunt,iis apud te,&c.7.Ver.119.Itane uero tu tua pericula communi periculo defendes?tu ſupplicia,quæ,&c.7.Verr.62.

Itaque.

Itaque multa ab eo prudēter diſputata,multa breuiter & cōmode dicta memoriæ mandabam.de Amic.1.i.feci.pro Clu.28. Homines mihi ita chari,i.iucundi,ut,&c.de cl.165. I. hoc Iudices,non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt,eum qui,&c.pro Mil.6.i.ex me quæſiūt.de Am.69. i.ea ſcribere nolui,quæ nec indocti,&c.1.Acad.7.

Item.

Ius de quo iudiciū eſt. pro Cæc. 286. Ius in naturam & legē primum, deinde in diuinum & humanum diuiditur. Part. 71. Ius ex quibus conſtet. 2. de Inuent. 169. 2. ad Her. 52. Ius & æquitas, uincula ſunt ciuitatis. Parad. 34. Nec ſolum ius & iniuria a natura diiudicatur, ſed omnino omnia honeſta ac turpia. 1. de Leg. 33. Quodque is qui bellum geret imperaſſit, ius ratumque eſto. 3 de Leg. 8. Ius æquabile. Off. 2. 58. Ius ἄγραφον. Att. 82. Ius augurum, & ius augurium, & ius augurandi. de Sen. 11. Ius augurum diuinationis opinione principio conſtitutum, poſtea reipub. cauſa conſeruatum ac retentum. Diu. 2. 59. ius bellicum, fideſq. iuriſiurandi ſępe eſt cum hoſte ſeruanda. off. 3. 144. ius ceremoniarum. pro Dom. 219. Si ius natura confirmatum non erit, uirtutes omnes tollentur. Vbi enim liberalitas, ubi patriæ charitas, ubi aut pietas, aut bene merendi de altero, aut referendę gratiæ uoluntas poterit exiſtere? Nam hæc naſcuntur ex eo, quod natura propenſi ſumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris eſt. 1. de Leg. 32. Huiuſce rei uos ſtatuetis nullam eſſe actionem nullum experiundi ius conſtitutū? pro Cæc. 292. ius ex æquo & bono quod ſit. 2. ad Her. 53. ius ex pacto. 2. ad Her. 53. ius per ſe eſt expetendum & colendum: quod ſi ius eſt, etiam iuſtitia: ſic reliquæ quoque uirtutes per ſe colendæ ſunt. 1. de Leg. 36. Ius iudiciale. 6. 1. Verr. 93. Ius optimum, priuatum, hæreditarium, authoritatis, mancipii, nexi. de har. reſp. 22. Ius par. pro Quint. 5. Ius unum eſt, quo deuincta eſt humana ſocietas, & quod lex conſtituit una. 1. de Leg. 32. Ius hominum ſitum eſt in generis humani ſocietate. Tuſc. t. 52. Omne ius imperii & exercitus amittitis qui, &c. in Ant. 226. Ius legum. pro domo ſua, 56. Ipſi naturæ patrioque amori præferre ius maieſtatis atque imperii. lib. 1. de Fin. 18. Ius populi Romani ab iis qui in Repub. uerſantur, ignorari, turpiſſimum. 3. de Leg. 41. Priuata autem & ueſtra, hoc dominante, nullum ius perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent. pro Mil. 116. Ius religionis. pro D. ſua, 219. Aequabilitatē cōmunis iuris præſtantia dignitatis trāſire. de or. 128. Iuris diſciplina non a Prætoris edicto, neque a duodecim tabulis, ſed penitus ex intima philoſophia hauriēda. 1. de Leg. 12. In ſermone de diſciplina iuris non id quæritur quē admodum caueamus in iure, aut quid quaq. de conſultatione reſpondeamus, ſed in ea diſputatione cōplectenda eſt tota cauſa uniuerſi iuris ac legū, ut hoc ciuile ius, quod dicitur, in paruū quendam & anguſtum locum concludatur naturæ. Natura.n. iuris explicanda eſt, eaque ab hominis repetenda naturæ. conſiderandæ leges, quibus ciuitates regi debeant, tū ea tractanda, quę compoſita ſunt, & deſcripta iura & iuſſa populorum. 1. de Legib. 12, & 13. Iuris exordium a lege ducendum. t. de Leg. 14. Iuris conſtituendi ab illa ſumma legē capiendum exordium quæ ſeculis omnibus ante nata eſt, quam ſcripta lex ulla, aut quam omnino ciuitas conſtituta. 1. de Leg. 15. Iuris fons eſt natura. off. 3. 94. Experiundi iuris gratia ad conſtitutum uenire, ſtatuere iudicia. pro Cæc. 291. Nunc iſta ſyngrapha habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui. Att. 92. iuris ignoratio potius litigioſa eſt, quam ſcientia. 1. de Leg. 13. iuris initium a natura ductum eſt. de Inu. 70. interpretes iuris. pro Cæc. 41. Nihil iuris mihi cum illo eſt. de Natu. de. 24. iuris partes expoſitio & ęquitas. Top. 48. iuris perpetui quæſtio. 2. de or. 77. iuris æquabilem rationem tenere. 1. ad Q. fr. 24. iuris repagula. 7. Ver. 32. iuris ſcientia, eloquentiæ quaſi ancillula & pediſſequa. 1. de or. 221. iuris ſcientia Romanis ſecundo in loco habita. orat. 78. iuris ſtirps a natura repetēda, qua duce omnis eſt eius diſputatio explicanda. 1. de Leg. 15. iuris ſui ac mancipii eſſet Reſ. ad Bru. 45. in ep. Bruti. Sitnē viri fortis & boni ciuis, &c. ſacerdotio ſit ampliſſimo prēditus, non futurus ſit ſui iuris, ſubeundūq. periculum ſit cum aliquo forte dedecore, ſi quando Pompeius Rempu. recuperarit. Att. 8. 147. 3 Iuris uis eiuſmodi eſt quibuſdam in rebus, vt nihil ſit loci gratiæ. 1. ad Qu. fr. 43. Et quomodo hominum inter homines iuris eſſe uincula putant, ſic homini nihil iuris eſſe cum belluis. de Fin. 104. iuris uiolati pœna eſto. 2. de Leg. 24. iuri pacta quædam præſtant. 2. ad Her. 54. Ad ius deſcendere. t. de Inu. 4. Si te ad ius reſpondendum dediſſes. de L. 1. 9. ius æque ab omnibus hominibus coleretur, ſi, quo modo eſt natura, ſic iudicio humani nihil a ſe alienū putarēt. 2. de Leg. 15. C. Aquilius hoc ius in ciuitate conſtituit, cuius, &c. pro Qu. 11. Conſtituere ius, quo omnes utantur. pro Corn. 58. Ius corrūpi non poteſt. pro Cæc. 9. Dare ius alicui faciendi aliquid. de Ar. 246. Cum populo agendi ius dare aut non dare, Augurum eſt. de Leg. 176. & 186. Ius & fas omne delere numulis acceptis. 1. Att. 40. Vt tibi de pecuniis dicere liceret ius in liberos populos. de Pro. 70. Dicere ius de pecuniis creditis. de Prou. 70. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plocius dicat. Att. 75. Pro æquitate contra ius dicere. de or. 105. In prouincia ius dicitur, Romæ iudicia fiunt, iudicia exercentur. pro Quint. 7. Ab aliquo ius dici æqualiter. Q. fr. 293. Ex ſingrapha ius dici lex Gabinia uetat. Att. 83. Omnibus ius eſt parietem directum ad parietem communem adiungere. Top. 222. Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Top. 222. Nō modo c o s s. a Pr. ſed ne Prætores quidem creari ius eſt, quod maius imperiū a minore creari non ſit ius. Att. 143. Huic portas huius urbis patere ius non eſt. in Ant. 217. Alteri ſurripere ius nō eſt. off. 60. Sacerdotem curru ad fanum uehi ius eſt. Tuſc. 173. Vt animantes, quibus ius eſſet doceri, a ſolis motu numerorum naturam cognoſcerent. de Vniu. 41. Cui Romę exulare ius eſſet, ſi, &c. de or. 101. Quidnam exceperas? vt ſi quod ius non eſſet rogare, ne eſſe rogatum. pro D. 234. Naturane ſit ius inter homines, an opinionibus. de or. 153. Nō opinione, ſed natura ius eſſe cōſtitutū. 1. de L. 22. Negat ius eſſe, qui miles nō ſit, pugnare cū hoſte. off. 8. Gaditani hoc ius eſſe uolūt, vt ſibi, &c. p Cor 63. Ius experiri. p Cęc. 24. Ius poteſtatēq. imperādi habeo. in Ant. 237. An conſecratio nullum hēt ius? dedicatio eſt religioſa? pro Do. 238. Hic locus ſolus hoc præcipue ius habet, ut tacer non eſſe iudicatus ſit. de Ar. 246. Qui haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi, &c. off. 2. Præter Appium nemo eſt fere qui non ius habeat trāſeundi. Att. 133. Habere ius adeundi ad aliquem. epiſ. 53. in ius adducere. pro Q. 18. in ius de ſuis controuerſiis adeuntem uidiſſe nuntiant. t 1. Att. 50. in ius uocare. pro Qu. 42. ius ipſum & ipſam æquitatem omnes boni uiri amant. 1. de Leg. 36. ius nundinari. 3. in Ver. 83. ius certum obtinere. pro Cæc. 8. per ius aliquē defendere. pro Quint. 46. ius in natura poſitum eſſe. 1. de Leg. 26. ius poſtulabas? ſed quid ad rem? plus ille poterat. 2. Phil. 81 ius amicitiæ præſtare. 14. famil. 20. Ius æquum proponere. 1. Phil. 20. ius recuperare. 10. Phil. 273.

Statuit ius publicano non dicere de prou. 71. Ius igitur ſtatuetis omnia illi ſubiecta eſſe. pro Dom. 134. Statuere ius æquabile in omnibus. ad Heren. 17. ius ſuum deplorare. 2. in Verr. 22. Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio, &c. off. 2. 31. Philodamus ius ſuum obtinere non potuit. in Ver. 89. pro Quin. 16. & 3. Verr. 44. ius ſuum non retinere contra aliquem. 5. Ver. 29. Virtus ius ſuum atque omnium rerum impunitam libertatem tenere dēt. de or. 104. Poeta ius ſuum tenuit, & dixit audacius. Tuſ. 3. 17. Non ubi quiſque eſt, eius loci ius tenet. Parad. 121. An uos Thoſci ac Barbari, auſpiciorum populi Romani ius tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis? 2. de Na. 8. Ciuili ac publica lege ius teneri. pro Cæc. 296. Hoc mihi ius videbatur. Top. 222. iure non iniuria. pro Mil. 109. iure & lege vobis volentes pareant. de Vnio. 53. iure & vere. 10. fam. 58. Cū a iure diſceſſum eſt, incerta omnia eſſe. 9. fam. 36. De ſuis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. in Verr. 99. Aequo iure diſceptare cum aliquo. in Ver. 116. ita tamen vt non alio iure eſſent, quā cæteræ eſſent, ſed eodem. Atti 83. in omniq. re contrahēda, &c. multa multis de iure ſuo concedentem. off. 2. 93. Vt ſtatim de iure aliquis concurrerit. pro Quin. 54. Eſt enim modo liberale, paulolum nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. off. 2. 93. 11. fa. 6. in epiſt. M. Brut. & Caſſ. in iuriſconſultorum libris nominatim ſexe referri, quid alicui de iure viro aut mulieri reſpōderint. de or. 121. Ea omnia eo iure ſint, ut quæ optimo iure priuata ſunt. cont. Rull. 88. Et Proprætor eo iure, quo qui optimo. in Att. 203. Ex æquo & bono, nō ex callido, verſutoq. iure rem iudicari oportere. pro Cæc. 297. Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro rem repetunt. 7. fam. 25. Ex iure manu conſertum vocare. pro Mur. 22. 1. de or. 22. iure id fieri putant, quod exemplo fit. 4. fam. 7. iure factum, quomodo defendendum. 2. de in. 59. Quæ colonia eſt in Italia tam firmo iure? in Ver. 147. Quandoquidem tu in iure conſpicio. pro Cæc. 295. Si ſumma in iure dicendo ſeueritas. Qu. fra. 293. Nam volutare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarū rerum obire. 1. de or. 84. pro, apud tribunalia verſari. in iure & exceptiones poſtulabantur, & agendi poteſtas dabatur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituebatur. 2. de Inu. 163. Capitia noſtri ſæpe poteſt accidere vt cauſæ verſentur in iure. 1. de Or. 89. 2. de Inoē. 163 id eſt, apud Prætorem. iure iniquo imperare. 4. Verr. 119. Vt ſiquid tibi opus ſit, ne dubitent mihi iure meo denuntiare. Ser. Sulp. iure meo hoc dico. 8. Phil. 247. poſtremo meo iure a te peto. Att. 1 29. 40. Tametſi meo iure poſſum, ſiquid in hac parte mihi non placeat vituperare. pro Roſ. Am. 80. id eſt, quamquam ego is ſim, cui maxime omnium id facere licet citra reprehenſionem. Quare moneo vos adoleſcentiores, atque hoc meo iure præcipio. pro Seſtio, pro hoc enim qui minor eſt natu. meo iure reſpondeo. de Amic. 202. Duo illa quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora ſunt, non poſſum, mihi pro meo iure ſumo. 2. or. Quod ei merito & optimo iure contigit. pro Mar. 131. Ne vt quidam iure optimo derideamur. off. 22. Optimo enim iure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt. Libera, meliore iure ſunt quam ſerua. 3. de Leg. Agr. 6. Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic præcipua lex iniuriæ decernitur? in Ver. 195. pro iure noſtræ amicitiæ a te peto. 10. Attic. 29. in epiſt. Cæſ. Satiſne a vobis videor pro meo iure in veſtris auribus cōmeodatus? de Fin. pro meo iure dico. pro Flac. 164. de Fi. 145. Itineris noſtri cā fuit, qđ non habebā locū vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quam in fundam Sicę. Att. Vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberem. Ariſto, lib. 13. 51. 1. Quem iure ſuo adire aut appellare poſſet. in Verr. Quare ſuo iure noſter Ennius ſanctos appellat poetas. pro Archia. 14. Earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope ſuo iure debet. pro Archia, 1. Pomponius quidē, inquam, noſter iocari videtur, & fortaſſe ſuo iure. 5. de Fin. 6. Tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro ſuo iure contendet, ne patiamini, &c. 7. Verr. 2. Maximam vero partem quaſi ſuo iure Fortuna ſibi vendicat: & quidquid proſpere geſtum eſt, id pene omne ducit ſuum. pro Mar. 3. iure ſuo vti. in Rull. 85. Vetere quodam in Scenicos iure, maximeque oppidano. pro Plā. 265. Sed vniuerſas prouincias regioneſque vno calamitatis iure cōprehenderet. off. 2. 38. Quidam in reſpondendo iure, auctoritate plus, quam ipſo ingenio valent, & Rutilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. de Clar. 174. Iura ſi populorum iuſſis, ſi principum decretis, ſi ſententiis iudicum conſtituerentur, ius eſſet latrocinari, ius adulterare, ius teſtamenta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur. 1. de Leg. 33. Iura belli in repub. maxime conſeruanda. off. 1. 51. Iura litium & beneuolentiæ. 7. fam. 28. Iura Siculorum, quæ habent a Pop. Rom. in Verr. 155. Quis nobis iura tam æqua deſcribit? pro Quin. 8. Filium pro patre mori iura omnia diuina & humana cogunt. pro Sex. Roſ. 24. Qui omnia iura diuina atque humana peruertit. off. 6. iura inimiciſſima. pro Qu. 2. Noſtri clariſſimorum hominum auctoritate, leges & iura tecta eſſe voluerunt. de or. 107. iura noſtra ad naturam accommodari gaudeo. 2. de Leg. 57. iura omnia polluere. pro Roſ. Am. 39. A quibus iura ciuibus præſcribebantur. Cat. 25. Qui mortuis tam religioſa iura tribuerunt. Lęl. 11.

Ius ciuile.

Ius ciuile, & ius naturæ. 3. de Nat. d. 32. ius ciuile eſt æquitas conſtituta iis, qui eiuſdem ſunt ciuitatis, ad res ſuas obtinēdas. Top. 5. ius ciuile ex quibus conſtet. Top. 13. ius ciuile olim paucis & obſcuris literis continebatur. pro Mur. 25. Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorū, ſed etiam vtilitatis vitęque communis. pro Cęc. 51. Craſſus heri nobis pollicitus eſt, ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. de or. 121. 100. ius ciuile omne præter Romanum inconditum ac pene ridiculum. 1. de or. 97. ius ciuile perfecto oratori tenendum. ora. 65. ius ciuile in Mutiorum familia diu verſatum eſt. 1. de orat. 21. Tum perfectam artem iuris ciuilis habebimus magis magnam atque vberem, quam difficilem & obſcuram. de or. 100. iuris ciuilis cognitio Scæuolę facilis viſa, eiuſque vtilitas & delectatio. 1. de or. 82. iuris ciuilis cognitionem atque interpretationem olim principes in ſua poſſeſſione retinuerunt. off. 2. 96. iuris ciuilis & rei militaris comparatio. pro Mur. 19. iuris ciuilis cuſtos Prætor. 3. de Leg. 7. in iuris ciuilis diſputatione ferendi mores, nec ſcriptis omnia ſancienda. 1. de Leg. 25. iuris ciuilis ediſcendi facilitas. 1. de or. 94. Finis iuris ciuilis quis. 1. de ora. 93. Mutius Augur iuris ciuilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præſtitit. de Clar. 173. Sext. Aelius iuris ciuilis omnium peritiſſimus. de Clar. 172. Atqui non defuit illis eloquentia, ſed iuris ciuilis prudentia. de Orat. 98. iuris ciuilis in ordinem redigendi ratio. 1. de Orat. 94. Iuris ciuilis ſcientia a pleriſque oratoribus neglecta, quamuis ad dicendum neceſſaria. Part. 54. Eloquentia primas tenuit ſemper urbanis, pacatiſque rebus, ſecundas iuris ciuilis ſcientia, cum in altera gratiæ, gloriæ, præſidii plurimum eſſet, in altera perſecutionum, cautionumque præceptio. or. 210. Iuris ciuilis vtilitas. pro Cæc. 52. 53. 54. Ius ciuile defendere. 7. fam. 24. Vt cum genere humano quaſi ciuile ius intercederet. de Fin. 3. 53. Ab iure ciuili inſtructior. Brut. 83. Leges de iure ciuili, id eſt, de iure ciuitatis dandæ. pro Corn. Balb. 59. Impone fęminam quid agas mecum ex iure ciuili & Prætorio non habes. pro Cæc. 291. Fontes omnium diſputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. de Or. 101. In iure ciuili genera perpauca. 1. de Or. 94. C. Carbo ignarus legum, hæſitans in maiorum inſtitutis, rudis in iure ciuili. de or. 88. 99. Quæ deſcripta ſunt legibus & iure ciuili, hęc ita teneantur ut ſit conſtitutum. off. 11. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt. lege tamen naturæ, & communi iure gentium ſancitum eſt, ut nihil, &c. de haru. 251.

Ius commune.

De communi iure dubitare. pro Cęc. 68.

Ius feciale.

Ac belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali populi Ro. iure perſcripta eſt. off. 1. 53. de hoc uide Gellium, lib. 16. cap. 4.

Ius gentium.

Maiores aliud ius gentium, aliud ciuile eſſe voluerunt: quod enim ciuile, non idem continuo gentium: quod autem gētium, idem ciuile eſſe debet. Off. 65. Hyeme omnia bella iure gentiū conquieſcunt. pro Rab. Poſth. 129. Aliquid more, lege, iure gentium eſſe factum. pro S. R. 42. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. de or. 99. & 88.

Ius legitimum.

Ius legitimū, id eſt ciuile. pro D. ſua, 220. Ius legitimum ſummam illam ſeueritatem exegeris. 8. fam. 14. in ep. Cæl.

Ius naturæ.

Naturę ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit. de Ino. 82. Naturæ ius eſt, quod non opinio, ſed quædam innata vis affert, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam veritatem. de Inu. 70. Iura naturæ a uulgari intelligentia remotiora. 2. de Inu. 170.

Ius Pontificium.

Ius Pontificium. de N. d. 68. Cat. 45. Ius Pontificium & ciuile tracto. de Sen. 84. Idque cum multis aliis rebus, tūc Pontificio iure, & ceremoniis ſepulchrorum intelligi licet. 1. Tuſ. 13. Legitimo & Pontificio iure. pro D. ſua. 220. Nec de Pōtificio, ſed de publico iure diſputo. D. 239.

Ius

Ius Pontificale.

Iur Pontificale eum morem confirmat. 2. de Leg. 52. Iuris Pontificalis tota compoſitio magnam religionem, ceremoniã que declarat. 2. de Leg. 51.

Ius Prætorium.

Ius Prætorium. in Verr. 114. Quæ quidem plæraque iure Prętorio liberantur, nonnulla legibus. off. 1. 48.

Ius publicum.

Iur publicum uindicandi. pro D. ſua, 240. Hiſtoriam dico & prudentiam iuris publici. de or. 1. 200.

Ius ſummum.

Exiſtunt etiam ſępe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud, ſummum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Off. 1. 49. Dictator militiæ ſummum ius habeto. de Leg. 185. nõ agam ſummo iure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere. 7. Verr. 3. Summo iure agere, & certum ius obtinere. pro Cæc. 287. Si contra uerbis & literis, & (ut dici ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati, ut boni & æqui nomen, dignitatemque opponere. pro Cæc. 297. Iure ſummo contendere. 16. Att. 37. cui opponitur, Remiſſiorem eſſe. Experiri ſummo iure. pro Qu. 6.

Ius uarium.

Deinde ſi de iure uario quippiam iudicatum eſt, non potius contra iuriſconſultos ſtatuunt, ſi aliter pronunciatum eſt ac Mutio placuit: quam ex eorum authoritate, ſi ut Manilius ſtatuebat, ſic eſt iudicatum. pro Cæc. 50.

Iure.

Quamobrem iure in eum animaduerteretur. 7. Verr. 15. Iure euenit. 4. Acade. queſt. 218. De Memmio Attica iure queritur. Att. 249. propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute recte gloriamur. de Nat. d. 77. Merito ac iure laudari. in Cat. 113.

Iuſiurandum.

Iuſiurandum, eſt affirmatio religioſa: quod autem affirmate, quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. off. 3. 141. O fidea alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis. off. 73. Cuius princeps iuſiurandi fuit, quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem. off. 71. Iuſiurandi fidem alicui abrogare. pro Roſ. Com. 26. Suauem habui recordationem clariſſimi iuriſiurandi. Att. 88. Religio iuriſiurandi ac metus deorum immortalium in teſtimonio dicendo. pro Font. 280. Luceius ſocius neſtræ religionis, iuriſque iurandi. pro Cęl. 48. introducti Galli, iuſiurandũ ſibi & literas a Lentulo ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt. in Cat. 112. Ut libentibus animis ad illius teſtimonium, veſtrum iuſiurandum accõmodetis. pro S. Roſ. 61. Non enim ea pactione Verborum, quibus iuſiurandum comprehẽditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci & ſuccenſere ſolent. pro Sext. Roſc. 52. Conſeruare iuſiurandum. off. 72. Iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. 3. off. 153. Iuſiurandum pulcherrimum iuraui: quod populus item magna uoce me vere iuraſſe iurauit. 5. fam. 6. Si auarus eſt, negligit iuſiurandum. de Inu. 58. Fidem, iuſiurandũq. negligere. de haru. 251. Non iuſiurandum reliquiſti? aliter cõtempſiſti. ad Her. 38. Qui iuſiurandum uiolat, is fidem uiolat. off. 3. 142. Sed ut adſint, cognoſcant, aduertant, quod de religione, pietate, ſanctitate, ceremoniis, fide iureiurando, quid templis, delubris, &c. 1. de Nat. d. 22. Pſephiſmata iureiurando conſtricta. pro Flac. 149. Plurima firmantur iureiurando inter ipſos homines diis immortalibus interpoſitis. de L. 172. Cum intelligat quam multa firmentur iureiurando, &c. 2. de Leg. 14. Nullum enim uinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt. 3. off. 151. Ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta authoritas: id eſt, teſtimonium iurati hominis. pro Cæl. 49.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio nec imperita & clemens. 6. Att. 25. Præturæ iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates non attingitur, &c. pro Flac. 4. Aeſtiuos menſes rei militari dare, hibernos iuriſdictioni. ad Q. fr. 291. Aſiaticæ iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondet. pro Flac. 77. Poſtero die, cum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque iuriſdictionem abſoluerem. Seru. Sul. Ciceroni, lib. 4. 36. Iuriſdictionem conficere. 2. fr. 25. Is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuit. in Ver. 116. & 132. Qui in cõcione auſus eſt dicere, iuſtitium indici oportere, iuriſdictionem intermitti, iudicia tolli. de har. 51. Quinto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. de Prou. 5. Sub ueſtrum ius, iuriſdictionem poteſtatem, orbem terrarum ſubigeretis. con. Rull. 86. Ac mihi quidem videtur non ſane magna varietas eſſe negotiorum in adminiſtranda Aſia, ſed ea tota iuriſdictione maxime ſuſtineri. ad Quin. fr. 1. 1. 30.

Iuriſconſultus.

Iuriſconſultus eſt qui legum & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt. de or. 1. 106. de Leg. 158. 179. Ita tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil videtur, niſi leguleius quidã acutus & cantus pręco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. de or. 105. Iuriſconſultus Mutius, pontifex idem. 2. de Leg. 49. Eſt enim ſine dubio domus iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis. 1. de or. 99. L. Valerium iuriſconſultum ualde tibi commendo, ſed ita etiam, ſi non eſt iuriſconſultus: melius enim ei cauere uolo, quam ipſe aliis ſolet. ep. 31. Legi tuas literas: ex quibus intellexi te Cęſari noſtro ualde iureconſultum uideri. 7. fam. 19. P. Scæuola, M. Manilius, M. Brutus iuriſconſulti. de Fin. 51. Iuriſconſulti ſine oratoria facultate contemnendi. 1. de or. 121. Sed iuriſconſulti, ſiue erroris obiiciendi cauſa, quo plura & difficiliora ſcire uideantur, ſiue, &c. ignoratione docendi, &c. ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpertiuntur. 2. de Leg. 45. Iuriſconſulti ueteres artem ſuam peruulgari noluerunt. 1. de or. 91. Iuriſconſultorum genus dicẽdi, idem Q. Cornelio uidebatur. 7. fam. 33. Ea iuriſconſultorum ingeniis plærunque corrupta ſunt. pro Mur. 129. Memoria iuriſconſultorum. de or. 95. Iuriſconſultorũ prudentia. Top. 226. Contra iuriſconſultos. pro Mur. 129, 130.

Iuridicialis.

Iuridicialis conſtitutio eſt, cum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quæritur. 1. ad Her. 24. Iuridicialis eſt, in qua æqui & recti natura, aut præmii aut pœnæ ratio quæritur. 1. de Inu. 21. Tertia, quamuis moleſtum hoc nomen ſit, iuridicialis vocetur. de Inu. 69. Iuridicialis conſtitutionis nomen moleſtum. Top. 49. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, demonſtratiuam, iuridicialem, negotialem. 1. de Inu. 17. In iuridiciali abſoluta conſtitutione quid quæratur. 2. de Her. 52. In iuridiciali conſtitutione deprecatio ut quis ſit uſus. 2. ad Her. 58. In iuridiciali aſſumptiua ex comparatione quomodo agendum. 2. ad Her. 54.

Iuriſperitus.

L. Cælius iuris ualde peritus. de Cl. 173. Lucullus iuris & publici, & priuati ſane peritus. de Cla. 184. Iuriſperiti minores magiſtratus plures ſunto. 3. de Leg. 5. Q. Scæuola iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium iuriſperitiſſimus. de or. 99. Quis P. Octauio ingenio prudentior? iure peritior? pro Cluentio, 39. Iuriſperitiſſimi Scæuolæ pontifices ambo. 2. de L. 45.

Iuriſprudentia.

Iuriſprudentia, ſenectutis ornamentum. 1. de or. 98. Iuriſprudentiæ irriſio. pro Mur. 19. & 21.

Iuſtus.

Nemo iuſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egeſtatem timet: aut qui ea, quæ ſunt his contraria, æquitati anteponit. or. 2. 53. Iuſtus & bonus uir. Off. 41. pro Cæc. 300. Iuſtus comiciorum rogator. de Nat. d. 2. 8. Aliquis in amicitia parum iuſtus. de Am. 110. Iuſtus in aliquem. pro Plan. 52. Iuſtus cauſa. 4. de Fin. 36. Att. 2. 21. 2. Illa iuſta eloquentia quam Dialecticam dilatatam eſſe putant. de Cl. 194. Quibus ſi nihil aliud reſponderem, iuſta eſſet excuſatio. or. 210. Iuſta gloria eſt veræ uirtutis. in Piſ. 91. Iuſta victoria. ep. 23. Quidquid iuſtum, id etiam utile. off. 2. 13. Iuſtum bellum cum hoſte, non cum ciue. in Cat. 25. Caſum illum meum funus Reip. fuiſſe, ſed funus iuſtum & indictum. de Prou. 78. Iuſtum imperium. pro Ligar. 16. Iuſtum & pium officium. 6. fam. 3. Iuſtum & ius colere. de Leg. 171. Liberalem in publicanos, iuſtum in ſocios fuiſſe. pro Plan. 272. Iuſtum aliquem habere. 1. fam. 18. Sed incidũt ſæpe tempora, cum ea quę maxime uidentur digna eſſe iuſto homine, eoque, quem uirum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria. off. 1. 45. Cum iuſto & legitimo hoſte res gerebatur. off. 73. Metellus ille honoratus quatuor filiis, at quinquaginta Priamus, quibus decem & ſeptẽ iuſta uxore natis, &c. 1. Tuſc. 132. Si ſe officio fungi putet iuſto & debito. Tuſc. 207. Iuſto ſacramento cõtendere. 1. de or. 22. Nã multi ſępe honores diis imortalibus iuſti habiti ſũt ac debiti, ſed profecto iuſtiores nunquã. in Ver. Honeſta & iuſta conſilia. off. 34. Magna ẽt diſſidia, & pleruma. iuſta naſci, cũ aliquid ab amicis, quod rectũ nõ eſſet, poſtularetur. de Am. ic. 33. iuſta oĩa decora ſunt. off. 1. 143.

Vti ſeruis ut mercenariis ad operam exigendam & iuſta præbenda.off.9.Omnia ſolennia ac iuſta ludorum omnibus rebus ſumma cum cerimonia ſunt ſeruata.de haruſp.reſp.19.Iuſta multa aſſero.9.Att.65.ideſt,multas iuſtas rationes. Aqua & iuſta dicis. in Ant.174.Iuſta eſſe omnia exiſtimare quę ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus,ſtultiſſimum.1.de Leg 31.Deinde ſi ne ulla mora cogitabam iuſta itinera facere. Att.1.4. Quare L. Syllæ & Caii.Cæſaris pecuniarum translatio a iuſtis dominis ad alienos,non debet liberalis uideri.1.off.67.Ea patriis ritibus optima colunto,præter Ideę matris famulos,eoſque iuſtis diebus, nequis ſtipem cogito.2.de Leg.54.Vita multis ſuppliciis iuſtis debitiſque erepta.in Cat.101.Vt propemodum iuſtioribus utamur illis qui omnino auocent a philoſophia, quam iis qui rebus infinitis modum conſtituant.1.de Fin.4.Ariſtides qui unus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur.pro Sext.27. Res geſtę iuſtiſſimi triumphi.5.fam.25.in ep.Vatinii. ideſt, quæ iuſtiſſime triumphum merentur.

Iuſte.

Iuſte & legitime imperare.1.off.12. Iuſte uixerit, qui motus animi ratione rexerit.qui autem his ſe dederit,iniuſte.de Vniu. 55. Iuſte & cum fide uiuere.Tuſc.1.81.Id uos ſi offendimini, iuſtius huic,quam mihi ſuccenſere debetis qui initiũ introduxit. in Saluſt.1.1.de Fin.89.At hoc ipſum inquies,inique facis.imo iuſtiſſime.Brutus.Cic.4.2.

Iuſta.

Iuſta Catilinę facta ſunt. pro Flac.73. Iuſta facta, & corpus quando eſt incẽſum,tu ſepulchrum dicitur.2.de Leg.52. Sed uideamus Platonem,qui iuſta funerum reiicit ad interpretes religionum.2.de Leg.61.Hic miſer luctu perditus, qui nõdum etiã paterno funeri iuſta ſoluerat. pro Roſc.Am.13.Non ſolum uiui cruciati atque dedero,uerumetiam ſepultura & iuſtis exequiarũ caruerunt.2.de Leg.69.

Iuſtitia.

Iuſtitia eſt æquitas,ius unicuiq. tribuẽs pro dignitate cuiuſq. ad Her.94.Iuſtitia eſt animi affectio ſuũ cuiq. tribuens,atq. hãc quam dico ſocietatem coniunctionis humanæ,munifice & æque tuens.5.de Fin.6.Iuſtitia eſt habitus animi communi utilitate conſeruata,ſuam cuique tribuens dignitatem.de Inu.81.Iuſtitia omnium eſt domina & regina uirtutum.off.3.36.Fundamentum enim perpetuæ cõmẽdationis & famæ eſt iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile.off.48. Iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt,cuius tanta uis eſt,ut nec illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur,poſſint ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere.off 41. Iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſque populorum.1.de Leg.32.Pietas eſt iuſtitia aduerſus deos. de Nat. d.1. 81.In commune autem quæ poſita pars eſt, iuſtitia dicitur, eaq. erga deos religio,erga parentes pietas,uulgo autem bonitas,creditis in rebus fides:in moderatione animaduertendi lenitas,amicitia in beneuolẽtia nominatur.Off.236.Iuſtitia quæ ſuum cuique diſtribuit.de Nat.d.67.Iuſtitia, ex qua una uirtute boni uiri appellantur,mirifica quędam res multitudinis uidetur.off.40. Iuſtitia cernitur in ſuum cuique tribuendo.de Fin.5.62. Quamquam omnis uirtus nos ad ſe allicit,facitque ut eos diligamus, in quibus ineſſe uideatur: tamen iuſtitia & liberalitas id maxime efficit.off.1.81.Iuſtitia nihil expetit præmii,nihil pretii, per ſe expetitur 1.de Leg.37. Iuſtitia ſine prudentia ſatis habet auctoritatis.off.2.47.Iuſtitia ad fidem faciendam plus pollet prudentia.off.2.47.Iuſtitia omni ratione colenda & retinenda eſt, tum ipſa per ſeſe,tu propter amplificationem honoris & glorię. off.2.60.Iuſtitia,& æqualitas,& ſocietas hominum per ſe eſt expetenda.1.de Leg.37.Iuſtitia nulla omnino eſt, ſi neque natura eſt,& ea quæ propter utilitatem conſtituitur, utilitate illa conuellitur.1.de Leg.32.Iuſtitia etiam aduerſus infimos ſeruanda.off. 1.61.Iuſtitiæ fundamentum,eſt fides,ideſt, dictorum conuentorumque conſtantia & ueritas.off.1.35 Iuſtitiæ fundamentũ eſt, ut pro dignitate cuique tribuatur.off.1.65.Fundamẽta iuſtitiæ, primum ut ne cui noceatur.deinde communi utilitati ſeruiatur. off 7.Iuſtitiæ initium a natura profectum.2.de Inuent.240. Iuſtitiæ munus eſt,ut communibus utatur pro communibus,priuatis autem ut ſuis.off.1.31. Iuſtitiæ primum munus eſt, ut ne cui quis noceat,niſi laceſſitus iniuria.Ibidem. Maxime autem adducuntur pleriquc,ut eos iuſtitię capiat obliuio, cum in imperiorum,honorum,gloriæve cupiditatem inciderint.off 1.37.Iuſtitie partes duæ ſunt,iuſtitia,in qua uirtutis ſplẽdor eſt maximus, ex qua uiri boni nominantur:& huic coniuncta beneficentia,quã eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellari licet. off. 1 31.Iuſtitiæ partes ſunt non uiolare homines,uerecundiæ,non offendere.off.20.Iuſtitiæ uis etiam latronum opes firmat atque auget.off.41.Iuſtitiæ uſus in deliberando.3. ad Her.95. Fruendę iuſtitiæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti, ut ait Herod off 41.In laude iuſtitiæ ſunt fides & æqualitas.de or. 140.Iuſtitiæ mercedem,quærere,idipſum eſt iniuſtiſſimum.1. de Leg.37.Iuſtitiam imitatur acerbitas. Part.43. De iuſtitia & eius partibus.de Fin.140. Iuſtitia ſeruari niſi a forti uiro, niſi a ſapiente non poteſt.de Fin.5 61.

Iuſtitium.

Quę ſunt occultiora,quam eius,qui in concione auſus eſt dicere iuſtitium edici oportere,iuriſdictionem intermitti, claudi ærarium,iudicia tolli?de haruſp.reſp.51.Iuſtitium indici,ſagaſumi dico oportere.5.Phil.187. Memmius autem, dirempta concione,inuito Caluino,plane refriaetat, & eo magis nunc cõcitare Dictaturam,fauere iuſtitio, & omnium rerum licentiæ. Att.4.87.3.

Iuuenis.

Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum.Att.169.Iuuenes barbatuli.1.Att.31.Infirmitas puerorum,eſt ferocitas iuuenum. de Sen.83.Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam,qui eũ magnopere euocarent.de or.141.& Tuſc.174.

Iunior.

Dii(ut ita dicam)iuniores.de Vniu.203.

Iuuenilis.

Iuuenilis quædam dicendi dicentia. de Cl.194. Iuuenilis redundantia.or.206.

Iuueniliter.

Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat.de Sen.79.

Iuuentus.

Quomodo ſum inſectatus,leuitatem ſenum, iuuentutis libidinem?1.Att.35.Mercurius iuuentutis cuſtos & prӕſes.in Ver.274. Iuuentutis ſoboles.2.Phil.68.Imperia aſcribebantur nouæ iuuẽtuti.pro Dom.238.Legendus eſt hic orator,ſi quiſquam alius, iuuentuti.de Cl.176.Iuuẽtutem laboribus erudiunt.2. Tuſ.59. Intuemini paulisper animis iuuentutem.pro D.222.Res quæ iuuentute geruntur & uiribus.de Sen.80.

Iuuentas.

Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senonenſi prælio uouerat. or.171.At poetæ quidem nectar,ambroſiam,epulas cõparant: & aut Iuuentatem,aut Ganymedem pocula miniſtrantem.de Nat. d.23 Nec Iuuentate pocula miniſtrante, lætari deos arbitror. Tuſcu.161.

Iuuentius.

M.Iuuentius Pædo.pro Clu 86.

Iuuo.

Vtrum reprehendis libertum qui iuuabat patronum qui in miſeriis erat.Eruditio ad beatam uitã iuuat.1.de Fin.180.Si omni ſtudio Lamiam in petitione iuueris.ep.176. Qui noſtros duces auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerint. pro Corn. Balb.59.Iuuare in corpore & in animo dicitur,ex eoque iucundum.de Fin.67.Iuuare atque ornare aliquem quibuſcunque rebus poſſis.ep.213.Si conſilio iuuare ciues & auxilio ęqua in laude ponendum eſt,pari,&c in Top.37.pro Corn.Balbo.17.Antequam iret in exil.16.2.off 95.Iuuare,tueri conſeruare homines. Tuſc.155.Sin autem dii neque poſſunt nos iuuare,neque uolunt, quid eſt,&c.de Nat.d.2.Multum potes nos apud Plancum iuuare. Att.16.346.1.Te igitur auctore ne foro quidem & commeatu Mamertini populum Romanum iuuare debuerunt. in Verr. 246.Res in quibus & ſe poſſunt iuuare & ſuos.off.2. Legis Corneliæ meminit quæ proſcriptum iuuari uetat.3.in Verr. Conſule aures,probabunt:quære cur ita dicent ſe iuuari.or.212.

Iuuat.

Iuuat me hæc præclara nomina ſic concidiſſe in Verrem, Te eſſe animo hilari,&c.ualde me iuuat.ad Quint.fr.2.15.1.Et certe in armis locorum opportunitas multum iuuat. pro Marc.131. Iuuitque me,tibi cum ſummam humanitatem,tu etiam tuas literas profuiſſe.Meſſinio.lib.5.21.11.

Iuuans.

Quorum neminem,niſi iuuante Deo, talem fuiſſe credẽdum eſt.de Nat.d.59.Neque diis iuuantibus ante brumam expectabis.ad Trebatium,lib.7.ar.5.

Iuxta.

Tum reliquis officiis iuxta,ac ſi meus frater eſſet,ſuſtentauit. poſt reditum,18.Hoc eſt,quaſi uel tamquam ſi uel ęque ac ſi.Sepultus eſt iuxta uiam Appiam ad v.lapidem.Att.272.

L

LITERA in numeris valet quinquaginta. de Oratore. 231. Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria LLL. duo MM. hoc eſt, lacerat lacertum Largii mordax Memmius.

Labecula, Labefacio, Labefacto, Labefactus. *Vide* Labes.

Labrum.

Labens, *Vide* Labor.

Labeo.

Labeo Segulius, homo ſui ſimillimus. 11. fa. 31.

Labes.

Laberij poemata. 12. fam. 44.

Laberius.

Cœnum illud ac labes. pro Sex. 8. Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. in Vat. 33. Nam ſi illa labes ac flamma Reip. ſuum illum peſtiferum & funeſtum Tribunatum, &c. diuina religione defenderit. pro C. ſua, 1. Labes atque eluuies ciuitatis. pro Domo ſua, 224. Labes ignominiaq. mortis. pro Rab. Poſth. 96. Labes ac pernicies prouinciæ. 2. Ver. 2. Eſt enim huius ſeculi labes quædam & macula, uirtuti inuidere, uelle ipſum florem dignitatis infringere. pro Corn. Bal. 11. Videtis in tabella, iam ante quanta ſit facta labes, primo Gabinia lege, biennio autem poſt Caſſia. de Ami. 39. Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur. pro Cæl. 33. Labes animi nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt. 2. de Leg. 26. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Sext. 7. Vtrum hic tandem diſceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam, ut ruinam fore putatis? pro Fla. 18. In quamcunque domum ſtuprum intulerit, eandem labem eſſe libidinis. Parad. 28. Hanc labem turpitudinis & inconſtantiæ poterit populi Romani dignitas ſuſtinere. pro D. ſua, 233. labem hanc ualde ueretur. 2. de Leg. 38 Cæteras animi labes repellat. Parad. 41. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ uulnera? 3. off. 113.

Labes, *pro terræ hiatu.*

Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. 1. de Diui. 158. Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræque deſederint. 1. de Diu. 69.

Labecula.

Sed cum T. Annium tantopere laudes, & clariſſimo uiro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, &c. in Vatiniū, 32.

Labefacio.

Quem nulla vnquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. pro Seſtio, 87.

Labefactus.

Hæc iam labefacta, &c. in Arato, 158.

Labefacto.

Is non homines lædit, ſed leges ac iura labefactat. pro Cæc. 298. Hoc adoleſcentis præſidium equidem adhuc ſatis firmum eſſe cōfido, ſed ita multi labefactant, ut ne moueantur interdū, extimeſcam. Brut. 276. Ariſtoteles ideas labefactauit. Acad. q. 45. Quamquam labefactauit ſententiam meam, &c. Diuin. 1. 7. labefactarat enim uehementer aratores iā ſuperior annus, proximus uero funditus euerterat. 5. Verr. 38. Quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria. in Para. 2. labefactare & peruertere. 3. de Fin. 107. labefactare cauſam. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 11. labefactare atque oppugnare commoda alicuius. 5. Ver. 157. perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum. in Cat. 123. labefactare & reſcindere ab aliis conſtituta. cō. Rul. 88. labefactare definitiones. Ac. q. ed. 1. l. 2. 16. Si quis. n. ea, quæ dicta ſūt labefactare volet. Ac. q. ed. 1. l. 2. 36. labefactare dignitatem alicuius. pro Rab. Poſth. 129. Nec uero poſtea deſtiti labefactare eum, qui ſumma cū ſua iniuria, contumeliaq. Reip. prouinciam abſens obtinebat. ad Cornificium, l. 12. 25. 5. Quorum fidem pretio labefactare contra ſit. pro Clu. 153. labefactare fundamenta reipu. off. 2. 115. Nunquam ingenio me ſuo labefactare atque infirmare conabitur. 1. Ver. 24. labefactare opinionem. pro Clu. 3. labefactare & euertere Rempu. 1. de Fin. 33. poſtea conuulſis repagulis, effractiſque ualuis, demoliri ſignum, ac uectibus labefactare conantur. 6. Ver. 84. labefactare aliquā ſocietatem. ep. 59. labefactare uitas hominum. 1. de Inu. 5. labefactatur corporis coagmentatio calore uel frigore, uel aliqua impulſione uehementi. de Vniu. 21. Ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea. de Fin. 58. Cęteri cum ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrū confugiunt. pro Qu. Roſ. 46. Itaq. Milonis conſulatus, qui viuo Clodio labeſactari nō poterat, mortuo deniq. tentari cęptus eſt. pro Mil. 108. Iiſdē machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus ante ſtantē perculerūt. pro Dom. ſua, 218. Quod ſi qui lōgius in amicitia prouecti eſſent, tamē ſæpe labefactari, ſi in honoris cōtētionē incidiſſent. de Amic. 33.

Labefactatus.

Labefactata atque conuulſa cogitatio concurſu calamitatū. 5. fam. 36. Ruere illa non poſſunt, vt hęc non eodem labefactata motu concidant. pro Pomp. 7. Quod ſi legere & audire uolitis externa, maximas Reſpub. per adoleſcentulos labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas & reſtitutas reperietis. de Senect. 18. Labicanum, locus. Off. 125.

Labicanus.

Labicana vicinitas. pro Planc. 263. labici, oppidum Romę finitimum. in Rul. 94.

Labienus.

Q. Labienus cum Saturnio Capitolium tenuit. pro Caio Rab. 14. Labienum ſecum habet Pompeius. 7. Att. 50. Labieni diuitiæ. 7. Att. 29.

Labo.

Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte. 6. Verr. 85. Mouentur enim ſæpe aliquo acute concluſo; labamus, mutamuſque ſententiam clarioribus etiam in rebus: &c. 1. Tuſc. 63. Si vna litera commota ſit, fore tota ut labet diſciplina. de Fin. 4. 43. Cū ei labare M. Antonius uideretur. in Ant. 207. Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod ſatis iam fixum videbatur: non mihi ſatis idonei ſunt auctores ii, qui a te probantur. Att. 8. 53.

Labor.

De C. Gracchi autem Tribonatu quid expectem, non libet augurari: ſerpit enim deinde res, quæ procliuius ad perniciem, cū ſemel cępit, labitur. de Amic. 39. Circuitus incitatior numero ipſo fertur & labitur, quoad perueniat ad finē. Or. 215. Incitataq. ſemel in procliue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. 4. Tuſc. 4. 63. Continentur, labuntur, & fluunt omnia. Acad. q. 144. Quæ labuntur mutabili ratione ſydera. de Vniu. 47. Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba celerius labuntur. Or. 215. Nam non longinquum ſpatium labere diurnum. in Arat. Neque mihi licet labi ad eos, qui mihi non deſinunt inuidere. Att. 57. Cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu or. 197. Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat, atque concidere, & ipſum eſſe dormire. de Diu. 153.

Labens.

Ferre præſidium labenti atque inclinatæ reip. Brut. 289. Labētem vel potius ruentem Pompeium tamquam vnus manipularis ſecutus ſim. 9. Att. 35. Labentem conuellere. 8. Att. 55. Equitem Romanum ueterem amicum ſuum non libidine, non turpibus impenſis, ſed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit, & ſuſtinuit re, fide, fortuna. pro Rab. Poſth. Cum labentem ac prope cadentem Rempublicam fulcire cuperetis. in Ant. 170. Rempub. ægram & labentem ſanare & confirmare. pro Mil. 114.

Lapſus.

Vt aliquis lapſus de cælo cœtum hominum adeat. de haruſp. reſp. 258. lapſus iudicio. 15. ſam. 53. In quo uerbo lapſa conſuetudo deflexit de via. 2. off. 12. Lapſa eſt libido in muliere ignota. Parad. 119. Naufragium illū in riuo eſſe lapſum. de Fato. 141. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cælo lapſum intuentur. pro L. Man. 28. Caſſius lapſis paucis poſt diebus conſequebatur 10. Phil. 274. id eſt, elapſis & præteritis.

Labi, *pro Errare, peccare.*

Sed labor lōgius: ad propoſitum reuertar. 2. de Diu. 120. Sed in his rebus omnibus imprudentia liberis. pro Rab. Poſth. 19. Sic philoſophus in ratione vitæ peccans, hoc turpius eſt, quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur. 2. Tuſc. 18. Empedocles in deorum opinione turpiſſime labitur. de N. d. 7. pro Rab. Poſth. 65. Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum, nō fere labitur. 1. de Fin. 27. Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem. 1. de Leg. 77. pro Longius a propoſito recedebam. Ne labar ad opinionem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128. Qua in re ne labar, quæſo prouidete. Att. 198. Numquam labere, ſi te audies. 2. fam. 13. id eſt, numquam errabis. Labi autem, errare, neſcire, &c. off. 4. La

bi

bi ad opinionem aliquam. 4. Acad. 249. Labi ad perniciē. Læl.
39. Non puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mor-
tuis. de Cl. 187. Labi errore ſermonis. Tuſ. 5. 41. Aliquem in mi
nimis, tenuiſſimiſque rebns labi. de or. 98. Labi in officio, cuius
magiſter eſſe velis. Tuſc. lib. 2. 9. Talis igitur uir & eiuis opinio
ne labi poteſt. in Ant. 247. Nuſquam labi. Acad. q. ed. 1. l. 2. 105.

Lapſus.

Tenes vero lapſus eſt per errorem. ad Quint. fr. 328. Aliqua
in re non conſilio, ſed caſu lapſum eſſe con. Rul. 67. Non te ino
pia verbi lapſum putarem, niſi, &c. in Ant. 225. Si conſilio lapſi
erimus. 7. Phil. 228. Quarum mores lapſi ad mollitiem pariter
ſunt immutati cum cantibus. 2. de Leg. 38. de Græciæ ciuitati-
bus loquitur.

Lapſus.

Et ſi lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad me profluxiſſet. Diu.
1. 84. Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro ampu
tans coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in om-
nes partes nimia fundatur. de Senect. 48. Lapſus uolucrum. 2. de
Nat. deor. 73. pro volatu.

Lapſio.

Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores,
facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionē,
in neutris habeat ſuperius nomen. 4. Tuſc. 43.

Labor.

Labor eſt functio quędam uel animi vel corporis grauioris
operis & muneris; dolor autem motus aſper in corpore a ſenſi-
bus alienus. Tuſ. 2. 30. Labor & dolor finitima ſunt omnino, ſed
tamen differunt aliquid. Tuſc. 2. 30. Labor & requies, opponun
tur. 1. Att. 51. Labor in negotiis, fortitudo in periculis. pro Pōp.
9. labor deum nō attingit, nec erat ullus, cum omnes naturæ nu
mini diuino paterent. de Na. d. 1. 17. labor quaſi callum quoddā
obducit dolori. Tuſc. 2. 32. Hæc ſi verbis explicare conemur, ea-
rum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. de Vniu. Labor ambitionis
3. de or. 4. labor animi. 13. fam. 89 Exantlatus ab Hercule labor
4. Acad. 194. Hoc eſt abſolutus. Labor illiberalis. lib. 1. de Fi. 3.
Nam eſſet cum infinitus, tum puerilis labor. in Or. 83. Quemad
modum volucres uidemus, &c. leuandi laboris ſui cauſa paſſim
ac libere ſolutas opere volitare. ſic, &c. 2. de or. 14. laboris inertia
pro Roſc. Com. 14. Hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac
muneris deferebant. 1. ad Q. fr. 9. Eſt enim magni laboris quem
plærique fugimus. de or. 97. Conſumere plus operæ ac laboris
in aliqua re. 1. de or. 120. Numquam iſte plus militi laboris im-
poſuit, quam ſibi ſumpſit. pro Mur. 36. Laboris mei reliquias
colligerem. 12. fam. 25. in epiſt. Lentuli. Nemini meus aductus
labori aut ſumptui, neque publice, neque priuatim fuit. 3. Ver.
11. Hoc eſt, oneri, vel moleſtiam attulit. Non fuit cauſa cur tan
tum laborem caperes, & ad me venires pro Roſc. Com. 29. Labo
rem ad aliquid agendum conferre. 4. Att. 1. Laborem dicēdi de
lectatione oratoria conſolor. 4. Att. 46. Laborem in re aliqua
conſumere. 6. fam. 45. Laborem hunc alteri delegaui. 8. fam. 1. in
ep. Cæl. impendere laborem ac ſumptum ad incertum caſum. 5.
Verrin. 195. in laborem detruſus. 1. ad Q. fr. 58. Intereſt aliquid
inter laborem & dolorem. Tuſc. 182. Inſumere magnum laborē
ac ſumptum in aliquam rem. de Inu. 76. Quem laborem nobis
leuauit Attici noſtri labor. Or. 207. laborem profundere ac per
dere. 5. fam. 13. Putaui mihi ſuſcipiendum laborem vtilem ſtu-
dioſis, mihi quidem ipſi nō neceſſarium. de Opt. gen. Or. 148. 10.
Att. 7. laborem propter ambitionē ſuſtinebam. Att. 1. 51. 2. labo
re & dolore magnam aliquam quærere voluptatē. lib. 1. de Fin.
25. Multo ſudore & labore ferre aliquid. pro Fōteio, 2. Qui Græ
ciæ formam rerumpub. dederunt, corpora iuuenum firmari labo
re voluerunt. Tuſc. 2. 31. labore forēſi iactari. 3. ad Quint. fr. 29.
Si quis omnem uitæ ſuæ curſum in labore corporis, atque in
animi contentione conficeret. pro Cæl. 30. Magno labore meo,
ſine vlla moleſtia ſumptuve ſociorum, 15. fam. 18. Multo ſudore
ac labore facere aliquid. pro Font. 276. Quod cuiq. negotii cō
ſtari volebat, nullo labore faciebat. 4. Verr. 94. Otioſam ætatem
& quietam ſine vllo labore aut contentione traducere. de Sen.
74. labore ſuperſedere. 4. fam. 5. Pericula, labores, dolor etiā, &c.
1. de Fin. 19. Iucundi acti labores. de Fin. 2. 86. labores defenſio-
num. Tuſc. 1. 1. Omnes clari & nobilitati labores contemnendo
fiunt etiam tolerabiles. Tuſc. 2. 53. Suauis eſt laborum præteri-
torum memoria. de Fin. lib. 2. 86. laborum & vigiliarum mearū
tributa eſt mihi merces. 3. fam. 37. laborum dolorumque ſuſce-
ptio. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17. Impiger ad labores belli. pro Fōteio
38. Excipere magnos labores. de claris Or. 131. labores omnes
te excipere video: timeo vt ſuſtineas. 14. fam. 6. labores gerere.
6. Phil. 215. labores ſuſcipere uel ſubire. 3. Att. 27. Maximos la
bores moleſtiaſque ſuſcipere. Off. 3. 30. A laboribus diuturnis
ætas deuexa ad otium. 9. Att. 38. Quid eſt quod in hoc tam exi
guo vitę curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exercea
mus? pro Archia, 21. Nec tantis ſe in laboribus frangeret. pro
Arch. 21. In laboribus & periculis uiuere. Tuſc. 1. 27. Perfectus
ſum maximis laboribus. ep. 9.

Laboro.

De fama nihil ſane laboro. At. 210. Nec de me laboro, de pue
ris quid agam non habeo. Att. 114. Quo etiam magis laboro
idem quod tu. Att. 206. Nam de iudiciis quod quæris], multo la
boro minus, trahantur per me pedibus omnes rei, ſit vel Selius
tam eloquens vt poſſit probare ſe liberum, non laboro. ep. 110.
Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minime tamen la
boro) mediocris etiam prudentiæ. ep. 75. Nihil laboro ut ſaluus
ſis. ad Tironem, lib. 16. 6. 7. laboro quomodo ea tuear, quæ mihi
tuenda ſunt. epiſt. 44. Quoniam cuius conſilio occiſus ſit inue-
nio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. pro Roſcio Am. 59. id
eſt, non curo, neque anxius ſum. De cæteris non laboro. in Ver.
215. Non laboro, inquit, de nomine. de Fin 2. 26. Non mediocri
ter laboro, vt poſſis, &c. Att. 142. Non id ago, neque in eo nunc
laboro. pro Quint. 7. Quod ego non nimium laboro. Quint. fr.
311. Sed quia non laboro, quam valde ea quæ dico, probaturus
ſim, eo minus conturbor. 4. Acad. 20. Quid iſthic fiat, non labo
ro. de Diu. 90. laboro autē non ſine cauſa. de Fin. 91. Neve prius,
quam reliquias meæ diligentię conſequar, decere cogar, valde
laboro. Lentulus ad Cic. 12. 29. Hoc vehementius laboro nunc,
quod puto, &c. ep. 119. laboro ut aſſentiar Epicuro aut Ariſtip-
po. Acad. q. lib. 2. 129. Populus Romanus, qui quondam leniſſi-
mus in hoſtes exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelita
te laborat. pro Roſc. 44. Nec vero quiſquam ſtultus non horum
morborum aliquo laborat. 1. de Fin. 91. Ex quibus rebus Reſpu
blica maxime laborat, iis maxime mederi conuenit. pro Sext.
Roſc. 44. Ingraueſcit enim in dies inteſtinum malum, nec exter
nis hoſtibus magis, quam domeſticis laboramus. ad Brut. 10. 1.
id eſt, opprimimur. Ad quid laboramus res Romanas? 4. Att. 51.
In enodandis nominibus quod mirandum ſit, laboratis. de Nat.
d. 72. Si ſociis proſpicere non laboratis. in Ver. 176. Artus uehe
menter laborant. 2. Tuſc. 103. Sed iidem laborant in eis quæ
ſciunt nihil ad ſe pertinere. de Sen. 81. Gręci numquam laborāt,
quemadmodum probent quod dicant, &c. pro Flac. 148. Qui
nunc ut tu vincas, tantopere laborant. pro Quint. 13. De quibus
ego antea laborabam, ne ſi improbi eſſent, falſi aliquid dicerēt.
pro Cęc. 2. Non laborabat quin male audiret. in Verr. 213. Nō
laborabat, ſi eſſet moriturus. in Verr. 170. Vos enim tum nihil
laborabatis, nihil ſuſpicabamini. pro Sylla, 176. Qui. n. ego la-
boraui? Parad. 118. Nec decreui ſolum, ſed etiam, vos vt decer-
neretis, laboraui. de Prouinc. Conſul. 74. Non laborauit audiri.
5. Att. 5. Satis diu fuit in miſeriis Iudices, ſatis multos annos ex
inuidia laborauit. pro Clu. 159. Cum iam decimum diem graui
ter ex inteſtinis laborarem. ad Gallum, lib. 7. 46. Conſolatus eſt
me, & oſtendit in hac ipſa cauſa nihil eſſe quod laborarem. pro
Cęc. 58. Hoc eſt, quod angerer, aut meipſum torquerem. Cepa-
rius dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. 9. famil. 55.
Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laborare-
mus. ep. 3. Quod ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerent, &
Reſp. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. pro Roſc. Am.
49. pro Clu. 159. Sed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrēt, laborarēt.
in Ant. 197. Minus in arrogantiam offenderent, non tantopere
in vitiis perſeuerarent, aliquāto ex inſcientia leuius laborarēt.
2. de Inu. 125. Cum audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quod ve
hementer eius laborarent. Tuſc. 188. Vtpote cum ſine febri labo
raſſem. Att. 71. Non ignoro quantum ex deſyderio labores. ad
Tironem, lib. 16. 12. De filii tui eruditione quod labores, nihil
eſt. Q. fr. 320. Si nullam ad rē niſi ad officium & veritatem om
nes meę curæ, vigilię, cogitationeſque laborarunt. 7. Verr. 148.
Sulpitio, lib. 13. 27. 8. Aliud eſt dolere, aliud laborare, cum uari
ces ſecabantur C. Mario, dolebat: cum æſtu magno ducebat ag
men, laborabat. Tuſc. 182. Illi intelligebant ſeſe Verri ſerere, im
pendere, laborare. in Verr. 174. laborare amici cauſa. pro Domo
151. 13. fam. 13. Non laborare de aliquo. de Inu. 62. laborare de
exiſtimatione. 1. ad Quint. fr. 7. laborare dicitur luna, deficiente
lumine, cum terra directe inter hanc & ſolem intercedit. Tuſc.
1. 76. laborare ex renibus. Tuſc. 2. 52. laborare iniuria. Tuſ. 4. 14.
Ego ſum is qui dicam me non laborare. Tuſc. 3. 44. Miror te nō
tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. 4 fa. 6.
Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare: ſalua eſt domi.
ad Gallum. lib. 7. 26. 1. 1. Tuſc. 166. Laborare pro amicis. 6. fam.
30. in ep. A. Cæc. Laborare pro bonis uiris. de or. 127. Sic enim

uelim

uelim exiſtimes,non minus me de illius re laborare, quam ipſū de ſua.Sulp.lib.13.27.8.Laborare omni ſtudio atque opera. de Petic Conſul.13.Intellexi enim te laborare.ut,&c.ep.145.Signi ficant enim tuę literæ te prorſus laborare. Att. 100. In quo non modo deſici,ſed etiam laborare turpe eſt.de Cl.Or.167. At erat tuę uirtutis in minimis tuas res ponere, de Republ. uehementius laborare.ep.54.Laborat uehemēter:inclinata res eſt ad. Lent. 1.8.10.Hęc mihi ampliora multo ſunt, quam illa ipſa, propter quę hęc laborantur.ep.45.Concludunt ratiunculis Stoici, cur non ſit malum.quaſi de uerbo,non de re laboretur.2. Tuſcu.51. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atque in hoc laborandum,ut omnes,&c.5.Verr.110. Quibus incommodo ualetudinis laborandum eſt.pro Mur.135.

Laborans.

Diſertus homo & facile laborans.off.47. Homo de re magis quam de uerbis laborans. or. 204. Miſericordia eſt ęgritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis.4.Tuſc.28.Ideſt, grauati. Laborantes naues.3.de Nat.d.67.Ego miſeris & laborātibus, nihil negare poſſum.pro Pl.272.

Laboratus.

Habeo munus a te laboratum decem legatorū. Att.105. Hęc mihi fructum aliquem afferre potuiſſent,cum a meipſo laborata proferri uiderentur.pro Cæl.48.

Laborioſus.

Laborioſa actio.ep.66. Quid dit ltis difficile? utrum laborioſum an artificioſum?4. ad Her. 143. Quis noſtrū exercitationē ullam corporis ſuſcipit laborioſum,niſi ut aliquid ex ea cōmodi conſequatur?t.de Fin. 26. Hæc mihi nondum laborioſa ex illa uetere militia.At.9u.Itaque induſtrios homines,illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant:nos commodius laborioſos.2.Tuſc.61.Multi, ea morbi grauitate maiores: quos tamen non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. 11.Phil.294.Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe.pro Cęl.37.Laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit nonnūquā.Tuſ.2.32.Arator laborioſiſſimus.5.Ver.73.

Laborioſius.

Iam quo quiſque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracū dius & laborioſius.pro Qo.Roſc.18.Itaque ſemper ii diligentiſſime laborioſiſſimeque accuſarunt qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis uenire arbitrati ſunt.1.Ver.39.

Labrum.

Audiui nō modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ,& extremis,ut dicitur,digitis attigiſſent.pro Cœl.20.Hūc cenſes primis,ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam? de Nat.d. 1.15.Pericles in cuius labris leporem habitaſſe ferūt.de or.155. Quod quidem tu,qui bene noſſes coniunctionem meam & Cæſaris,eludebas:cum a me trementibus omnino labris,ſed tamen cur tibi nomen non deferrem,requirebas.in Piſ.64.

Labellum.

At Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore.1.de Diu.133.

Labrum, *pro uaſe.*

Labrum ſi in balneo non eſt,fac ut ſit.Terentiæ.lib.14.15.

Labellum,

Sepulchris autem nouis finiuit modum. Nam ſuper tumulū noluit quid ſtatui,niſi columellam tribus cubitis non altiorem aut mēſam,aut labellum;& huic procurationi certum magiſtratum pręfecerat.2.de Leg.63.

Labron,

Erat autem iturus(ut aiebat) ad 111.Id. April. ut a Labrone, aut Piſis conſcenderet,2.ad Q.fr.15.

Lac.

Quondam lactis imber effluxit.de Diu.100. Villi abundat lacte,caſeo,melle.de Sen.69.In iis animantibus quæ lacte aluntur,omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit.2.de Nat.d.97, Vt pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur.Tuſ.3.2.

Lacteus,

Vidiſti magnum candentem ſerpere circum Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. in Arat. Erat autē ſplendidiſſimo candore inter flammas circulus elucens, quem uos (ut a Graiis accepiſtis)orbem Lacteum nuncupatis.in Somn.Scip.12.

Lactens.

Puer lactens in gremio matris mammam appetens. de Diu. 126.Romulus lactens fulmine ictus.2. de Diu.69. Tactus eſt & ille qui hanc urbem condidit,Romulus,quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.in Cat.63.Lactentibus hoſtiis deo immolare. 2.de Leg.30.

Lacteſco.

Lacteſcere incipit fere omnis cibus matrum.2.de Nat.d.97.

Lacero.

Aegritudo lacerat,exeſt animum,planeque conficit.Tuſ.196. Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.2.de Orat.133.Lacerat & conficit me meror meus quotidianus.3.Att. 8. Hoc te lacerat,hæc cruentat oratio.in Ant.176. Vxor mea quam uexauiſtis,raptauiſtis,omni crudelitate lacerauiſtis.pro D.225.Lacerarunt omni ſcelere patriam.1.offi.83.ideſt, inquinarunt. Verborū cōtumeliis aliquem lacerare.in Ant.231. Lacerare aliquē omni cruciatu.de Pet.Conſul.6.mortem alicuius. pro Mil.66. Obtrectatio inuidię quę ſolet lacerare pleroſque.de leg.178. lacerare Rempublicam.Poſtquam.204.optimum uirum inceſto ore. 11. Phil.292.morſu uiſcera.2.Tuſc.31.unguibus.2.Tuſc.42.Nam cū fruges diripiebantur aratorum,atque omni, lacerabantur iniuria,uidebatur id perdere arator quod aratro ipſe quæſiſſet. 5. Verr.172.Intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officiū prodat,aut fidem,cor,&c. Acad.q.ed.1.lib.2.24.Ad reliquias uitæ lacerandas & diſtrahendas.pro Quint. 29. Reliquum corpus tractum & laceratum abiecit in mare,in Ant.131.

Laceratio.

An ego,ſi te & Gabinium cruci ſuffixos uiderem maiore afficerer lętitia ex corporis ueſtri laceratione,quam afficior. ex infamia?in Piſ.32.Muliebres lacerationes genarum.Tuſ.3.52.

Lacerna.

Primum luce,non tenebris:deinde cum calceis & toga, nullis nec caligis,nec lacerna.2.Phil.84.

Lacerta.

Nam ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ. ad Att.2,18.Qui magis anguibus,quam lacertis?de Diu.121.

Lacertus,

Homeri,lacerti,manus.Tuſc.182. lacerti orationis. off 145. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti,ſic ut fieri nihil poſſit ualentius de Cl.Or.170.O pectora,o terga,o lacertorum tori.2, Tuſc.37.Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymanſque dixiſſe,At hi quidem iam mortui ſunt.de Sen.24, Lacertis & uiribus pugnare.4.ſam.24.Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis uiribuſque torquere.1.de or.125. Milo ex lateribus & lacertis ſuis nobilitatus eſt.de Sen.82.

Lacertoſus.

Quos Centuriones pugnaces & lacertoſos inter mimorum & mimarum greges collocauit.8.Phil.25t.

Laceſſo,

Hos ego ſermones,quod multi ſunt,& tuam exiſtimationem, ut ego ſentio,non offendunt,laceſſiui nunquam, ſed non ualde repreſſi.ad Appium.lib.13.28.ideſt excitaui. Tu, ne uerbo quidē uiolatus,&c.ultro maledictis me laceſſiſti.2.Phil.29.Reſponſione me inimica homo promptiſſimus laceſſiuit.in Piſ. 43. Nos te Antoni nulla laceſſiuimus iniuria.ep.169.pro D. ſua. 226. Non enim te epiſtolis,ſed uoluminibus laceſſerem. ep. 210. Primum qui intellexeris eum deſyderare a me, cum ipſe homo πολυγραφώτατος nunquam me laceſſiſſet?13.Att.18.Sic igitur facies,meque amabis,& ſcripto aliquo laceſſes.Ego enim reſpondere facilius poſſum,quam prouocare.Cornificio.lib.12.46.Atque haud ſcio an ſatis ſit eum,qui laceſſit,iniuriæ ſuę pœniteret, ut ipſe nequid tale poſthac committat,& cæteri ſint ad iniuriam tardiores.off.1.51.Sponſione aliquem laceſſere. 9. Verr. 113. laceſſere bello,& tentare populos,pro l.Man.16.Et ui irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum uirum auderet.pro Mil. 64. laceſſere iniuria.pro l.Man.8.1.off.31.Brut. ad Ant.11.3.1.laceſſere, uel prouocare ſcripto,pro eodem.12.ſam.46.Testis ſępe nō lędit niſi laceſſatur.de or.136.Procax in laceſſendo.ep.120. Nationes quas nunquam populus Romanus neque laceſſendas bello, neque tētandas putauit.pro Pomp.8.

Laceſſitus.

Quibus epiſtolis ſum abs te laceſſitus ad ſcribendum.Att.7. Arma quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis, uel prouocare improbos,uel te ulciſci laceſſitus. de or.86.Omnino probabiliora ſūt quæ laceſſiti dicimus,quā quæ priores.de or.130. Videmur quieturi fuiſſe.niſi eſſemus laceſſiti.de or. 130. laceſſitos animos eorum repungere.1.ſam.47.

Lachryma.

Cito areſcit lachryma,præſertim alienis malis.in Part.31.La chryma

chryma nihil citius areſcit, vt dicit Rhetor Apollonius. 1. de Inu. 121. ad Her. 89. Hinc illæ lachrimæ nimirum, & hæc cauſa eſt omnium horum ſcelerum atque criminum. pro Cœl. 48. Lachrymæ meorum me molliunt, precantium, vt de Hiſpaniis expectemus. 10. Att. 30. Lachrymæ quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. pro Planc. 82. Lachrymæ ſe ſubito profuderunt. 11. Att. 16. lachrymarum & dolorum infinita vis. 1. ad Q. frat. 50. Quem vt vidi, equidem vim lachrymarum profudi. in Somn. Scip. 9. pro Font. 31. lachrymas multas mihi attulerunt illius literæ. 12. Att. 14. Miratur lachrymas eas tam diuturna miſeria non exaruiſſe. 10. Att. 46. lachrymas dolori alicuius præbere. 3. Att. 23. lachrymas alicui reddere. pro Rab. Poſth. 29. Paulo ante, Iudices, lachrymas in morte miſeria atque indigniſſima Nauarchorũ non tenebamus. 7. Verr. 135. lachrymis confici. 14. fam. 10. Miſerum me: conſumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor. 2. Phil. 75. Ita multis cum lachrymis hæc loquebatur. 10. Att. 46. lachrymis aliquem decorare. Tuſc. 1. 28. lachrymis debilitari. 14. fam. 9. In lachrymis iacere. 14. famil. 5. Si ſe lamentis muliebriter lachrymiſq. dedet. 2. Tuſc. 83. lachrymis ac triſtitiæ ſe tradere. Lucceius Cic. 5. 14. 4. Sine lachrymis non queo dicere. Læl. 38. lachrymis uti. 1. de or. 116.

Lachrymula.

Et mihi lachrymulam Criſpiani iudicii obiectas. pro Pl. 62: Non modo lachrymulam, ſed multas lachrymas uidere potuiſti. pro Planc. 275.

Lachrymo.

Te ut a me diſceſſeris, lachrymaſſe moleſte ferebam. At. 249. Quamquam non male ait Callimachus, multo ſæpius lachrymaſſe Priamum, quam Troilum. 1. Tuſc. 148.

Lachrymor.

Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tã inhumanus, præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miſeria commoueretur? ecquis fuit quin lachrymaretur? 7. Verr. 94.

Lachrymans.

Principem ſuæ ciuitatis lachrymantem teſtari ac dicere, &c. 5. Verr. 62. Video hunc oculis lachrymantibus me intuentẽ. pro Sext. 28. lachrymoſus. in Arat.

Lacinia.

Videor enim videre ementem te ruſticas res, cum uillico loquentem, in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Tironi, lib. 16. 30. Illud alterum genus obtinent, id ipſumque lacinia. de Orat. 153.

Laco.

Laco qui plurimum bibit. 16. Att. 29.

Lacon.

Lacon quidam glorianti cuidam mercatori, quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet: Non ſane optabilis iſta quidem eſt, inquit, rudentibus apta fortuna. Tuſc. 5. 30. Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum. Tuſc. 238.

Laconicum.

Noſtram ambulationem & laconicum, eaque quæ Circa ſint, velim, cum poteris, inuiſas. Att. 4. 79. 4.

Laconiſmus.

Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit. Bruto, lib. 11. 40.

Lactens, Lacteſco, Lacteus, *Vide* Lac.

Lacuna.

Cenſores dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. 4 in Ver. 96. ideſt, damnũ ſarcirent. De Cælio vide ne quæ lacuna ſit in auro. Att. 12. 8. i. fraus. Lacunæ Neptuniç. 4. ad Her. 157.

Lacunoſus.

Quid enim pulchrius ea figura, &c. quæque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? de Nat. deor. 67. de Vniuerſ. 23.

Lacunar.

In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum, demitti iuſſit. 5. Tuſc. 87.

Lacus.

Circa Ennam lacus Lucique ſunt plurimi. in Verr. 225. lacus Albanus Veienti bello præter modum creuit. de Diu. 1. 84. Inde in uicinia noſtra auerni lacus. Tuſ. 155. lacus Curtius. pro Sext. Roſc. lacus Precius. pro Mil. 115. Deæ quæ illos Ennenſes lacus Lucoſque colitis. in Verr. 274.

Lacus, *vas.*

Noua iſta quaſi de muſto & lacu feruida oratio fugienda eſt. de Clar. Orat. 191.

Lædo.

Qui fidem lædit, oppugnat omniũ commune præſidium. pro Sext. Roſc. 37. Non minus nos ſtultitia illius ſubleuat, quam lædit improbitas. pro Cæc. 289. Nihil me lędit, inquit. 4. Aca. 166. Sępe teſtis non lædit, niſi, &c. de Or. 136. Qui alterũ, nulla priuatim læſi iniuria, in iudicium uocant. in Verr. 148. Is iniuſte neminem læſit pro Mur. 145. Quos tu Reipub. cauſa læſeras. ep. 6. Nihil me lędet. 11 Att. 21. ideſt, moleſtũ erit. Lædere aliquẽ. 12. fam. 40. in ep. Trebonii. Lędere aliquem periurio. pro Cæc. 20. lædere exiſtimationem. 4. Verr. 125. Itaque diutius ſuſpicionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit. pro Clu. 10. Nec abſentem ludibrio læſum iri. Metellus Cic. 5. 1. 1.

Læſus.

Si læſus efferare iracundia. de Orat. 137. Læſa dignitas. pro Cluent. 93.

[illegible]eſio.

Purgatio, cõciliatio, lęſio, optatio, atq. execratio. 3. de or. 114.

Læna.

Qui cum c o s. eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cũ lęna faceret, quod erat flamen Carpentalis, plebis cõtra patres cõcitatione & ſeditione nũtiata, vt erat læna amictus, ita uenit in concionem, &c. de Cl. or. 7. Veſtimenti genus.

Lætus.

Catilina interea alacer atq. lætus. pro Mur. 136. 2. Ver. 11. Ille Cęcilianus qui omnibus lętitiis lętũ eſſe ſe narrat. 2. de Finib. Aliquem alacrem & lætum volitare. pro Sext. 5. Lęto vultu gratulari. Attic. 123. Hi contra uagantur læti atque erecti paſſim toto foro. pro Font. 280. Lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt. 3. de or. 85. Vua quid poteſt eſſe tum fructu lętius, tum aſpectu pulchrius? de Sen. 88. A quibus ſi quid eſſet lętius, certior factus eſſem, &c. 11. Att. 31. Mihi autem, quo lætiora ſunt, eo plus ſtomachi & moleſtiæ eſt, &c. 16. Attic. 5. Vberrimi & lætiſſimi fructus uitium. de Nat. d. 57.

Læte.

Is auctorem Senatus extinctum læte atque inſolenter tulit. 9 Philipp. 261. 6. fam. 47.

Lætor.

De Caſſio lætor. Brut. 91. Lætor de hac re. pro Marcel. 136. Hæc perfecta eſſe gaudeo, uehemẽterque lætor. pro Sexto Roſc. Am. 81. Virumque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe. ad Marium, lib. 7. 1. 2. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. 7. Verr. 94. Nam & lætamur amicorum lætitia æque ac noſtra. de Fin. lib. 1. 53. Lætamur, & mirari ſatis nõ poſſumus. 12. fam. 21. in ep. Caſſ. Deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc ſit ſemper lætatus. in Ant. 132. Lætari in aliqua re. 14. Att. 31. Lætari malo alieno. Tuſ. 4. 13. Minime miror te tuis præclaris operibus lætari. ep. 7 lætari aſſidua recordatione voluptatum præteritarum. de Fin. 1. 32. Atque illud in primis lætandum mihi eſſe video, &c. pro L. Man. 1. An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lętaturum fuiſſe, ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri, &c. 2. de Diu. 34.

Lætans.

Voluptati maleuolentia lętans malo alieno, delectatio, iactatio, & ſimilia. 4. Tuſc. 26. Alii legunt lactans. In ea natura, quæ ſua voluptate lætãs. de N. d. 81. Itaq. nubit Oppianico cõtinuo Saſſia lętanti iam animo, & ſpe optima confirmata. pro Clu. 20.

Lætifico.

Indus non aqua ſolum agros lætificat, ſed eos etiam conſerit de Nat. d. 2 99. Acceſſus ſolis contrahit terram, tum uiciſſim lętificat, ut cum cælo hilarata uideatur. 2. de Nat. d. 147.

Lætificus.

Vites lætificæ nõ intermittunt pãpinis pubeſcere. 1. Tuſ. 108.

Lætitia.

Lętitia opinio recens boni pręſentis, in quo efferri rectum eſſe uideatur. Tuſc. 4. 12. Lętitia & libido in bonorũ opinione uerſantur: cum libido ad id, quod bonum, illecta & inflammata rapiatur: lætitia ut adepta iam aliquid concupitum efferatur & geſtiat. Tuſc. 4. 10. lætitia geſtiens, eſt ſine ratione animi elatio. Tuſc. 4. 11. lętitia geſtiens habet leuitatem. Tuſ. 3. 24. Lætitia geſtiens & libido in bonorum errore uerſantur. Tuſc. 3. 32. Cum autẽ & inaniter & effuſe animus exultat, tũ illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Tuſc. 4. 11. lętitia exultãs geſtiẽſq. turpis.

Tuſc.4.55.lætitia immoderata, eſt voluptas animi elata & ge-
ſtiens.Tuſc.3.19.Lætitia impotens.Tuſc.5.14.manet.to la.40.
mentis.Tuſc.336. Lætitia de interitu. P Clodii.pro Mil.150.
Quæ lætitia Senatus,quæ alacritas erat?Brut.91. Lætitia efficit
profuſam hilaritatem.Tuſc.4.13 Itaque hilaritatis plenû iudi-
uium ac lætitiæ fuit.de Or.106. Lætitiæ riſus ſatis eſt maximæ
præclariſſimeque pugnæ.in Ant.285.Incredibili quadam & pene
diuina,qua nec ueſtro beneficio fruor,lætitiæ uoluptate caruiſ-
ſem.Poſt red.ad Quir.1.Iudex tum ad triſtitiam, tum ad læti-
tiam eſt contorquendus.de Or.240.Lætitiam capere ex aliqua
re 4.Att.54.Capere lætitiam oculis. Att.230. Nolite Iudices
inimicis meis dare lætitiam.pro Planc.83.ideſt, præbere cauſã
lætitiæ.Quoniam docendi cauſa a gaudio lætitiã diſtinguimus.
Tuſc.4.55.Recta & honeſta quę fiut,ea facere ipſa per ſe lętitiã.
2.de Fin.19.Letitiam aperteſſime ferre.14. Att.19 ideſt non oc
cultare lętitiam popularem ludis publicis in cantu,fidibus,& ti
biis moderanto,eamque cum diuum honore iunguuto. 2. de L.
24.Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lętitiam & uo-
luptatem,quod,&c.1.de Or.97. Milo maxima lætitia populum
Romanũ affecit.pro Mil.58.Carere lætitia Poſt red.ad Quir 1.
Cum magna mea lætitia.1.ad Q. fr.14. Aliquis lętitia elatus.
pro Deiot.148.13.fam.33.Galli uictores alacritate, & quaſi læ
titia ad canendum excitantur.1.de Diu.84.Nullam me epiſtolã
accepiſſe tuam poſt comitia illa pręclara quę me lętitia exiule
runt.Cælio,lib.2.9.2.Acad.q.ed.2.l.1.27.pro Deiot. 17 Exul-
tant lætitia in municipiis.Att.214 Quid ergo? in tanta lętitia
cunctæ ciuitatis me unum triſtem eſſe oportebat.in Ant.164.Eo
dem enim uitio eſt effuſio animi in lętitia,quo in dolore cõtra
ctio.Tuſ.4.55 Hic tu qua lætitia perfruere,quibus gaudiis exul
tabis,quanta in uoluptate bacchabere?1.in Cat.18.lætitiæ & lo
licitudines.1.At.50.Quos nullæ futiles lætitiæ lãguidis liqueſa
ciunt uoluptatibus.Tu.5.13.Repête uero inceſſi uiour lætitias.
2.fa.17.in ep.Cæl.

Lætabilis.

Quod lætabile,id prædicandum & prę ſe ferendũ. Tuſ 5.33.
Quod ut ita ſit(nihil n.pugno) quid habet iſta res aut lætabile
glorioſum?1.Tu.41 Is eſt ſapiens,quem quærimus,is eſt beatus,
cui nihil humanarum rerũ aut intolerabile ad demittendũ aium,
aut nimis lætabile ad efferendum uideri poteſt.4.Tuſc.57.

Læuus.

Læua pars & dextra.4.de Fin. 60. Ad læuam. de Vniu.203.
Cum autem læuam manum admouerat,& illam,&c.4.Aca.560.
Iupiter cornicem a læua,coruum a dextra cauere iuſſit. de Diu.
82.Diana facem iacit a læua.Acad.q.82.

Lagena.

Plane te rogo,ſicut olim matrem noſtram facere memini,quæ
lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquę
fuiſſe,quæ furtim eſſent exiccatæ.16.fam.35.

Laguncula.

In his inuentæ ſunt quinque lagunculæ matronarum,in qui
bus una ſororis amici tui hominis Brutí,qui hoc utatur: & il-
lius Lepidi,qui hæc tam negligenter ferat.Att.6.80.

Lambo.

Voluſii aruſpicis & Cornelii medici,& horum canum, quos
tribunal meum uides lambere.5. Verr.22.

Lamentor.

Cuius cæcitatem cum mulierculę lamentarentur,quid agitis,
inquit,&c.Tuſ.549.Lapides mehercule omnes flere ac lamẽtari
coegiſſet.1.de or.157.Conqueri aduerſam fortunam, non lamen
tari decet.Pacuuius apud Ciceronem.1.Tuſc.88.Nam hæc qui
dẽ uita mors eſt,quã lamẽtari poſſem,ſi liberet.1.Tuſ.119.Lamẽ
tari maiorem uidebã. in Ant.239. Vt nemo ne ad deplorãdũ qui-
dem Reip.nomẽ,atq.ad lamentandã tanti imperii calamitatẽ re
linquerentur.in Cat.11.Matremne ut miſeram,lamentantemque
uideam.de or.163.

Lamentatio.

Lamentatio eſt ęgritudo cum eiulatu. Tuſc.215. Sed illa lu-
gubris lamentatio,fletuſque mœrens,ex eo eſt,quod, &c.1. Tuſ.
26.& 4.59.Illa lamentatio & gemitus urbis.Poſtquam.108. Tũ
lamentationem matrumfamilias,tum fugã uirginum,&c.perhor
reſco.4 in Cat.84.Lamentationem in funere tollit lex x I I.ta-
bul.2.de Leg 55.Cum gemitu & lamentatione.de Inu.72 Plan
gore & lamentatione cõpleui forum.or.209 Lamẽtationes deo
rum fecerunt poetæ,ut eorum bella,pugnas, prælia, uulnera ui
deremus,de Nat d.1.31 Fletus mulierum,& lamentationes fieri
ſolitas pro his rebus.in Cat.120.in Verr.110. Lamentationes fu
neris minuendæ.2 de Leg.54. Nolite pati Iudices, aras deorum
immortalium,quotidianis uirginum lamentationibus de ueſtro
iudicio,commoueri.pro Font.31.

Lamentabilis.

Lamentabili gemitu.2.Tuſc.57. Lamentabili uoce deplora
re.1.Tuſc.56 Lamẽtabilia funera & ſũptuoſa ſublata.2.de L.59.

Lamentum

De lamentis expreſſa uerbis legis ſunt.2.de L.59.Si ſe lamẽtis
muliebriter lachrymiſq. dedit.Tuſ.2.43 In ſordibus,lamẽtis, lu
ctuq. iacuiſti.in Piſ.98.Siue cãtu ſine ludis,ſine exequiis,ſine la
mentis,ſine laudationibus,ſine funere.pro Mil.66.2. Tuſc.84.2.
de L.101.Solonis quidem ſapientis elogiũ eſt, quo ſe negat uel
le ſuam mortem dolore amicorũ,lamentiſq. uacare.de Sen.66:

Lamina.

Ad eam cum lamina eſſet inuenta, & in ea ſcriptum, DOMINA
HONORIS,ea eã fuit ædis huiº dedicãdę.2.de L.54.Quid,cũ ignẽs
cãdẽteſq. laminæ,cæteriq. cruciatus admouebãtur?7.Verr.127.

Lampas.

Vidi argenteum cupidinem cum lampade. in Verr. 131. Illæ
cui mouet Oetho illatæ lampades fuerunt.de Nat.d.67.

Lampſacum.

Oppidum eſt in Helleſpouto Lampſacum, Iudices, in primis
Aſię prouinciæ clarum & nobile.3.Verr.42.

Lampſaceni.

Strato Lampſacenus.Acad.q.ed.1.lib.2 112.Is negabat ope di
uina factum eſſe mundum,deoſque ab omni munere leriari do-
cebat Homines autem ipſi Lampſaceni,cum ſumme in omnes ci
ues Romanos officioſi, tũ præterea maxime ſedati & quieti pro
pe præter cæteros,ad ſummum Grecorum otium potius, quam
ad ullam uim aut tumultum accommodati 3.Verr.42. Lampſa-
ceni Verrẽ cõburere uoluerũt.3.in Ver.47.& 48. Circũſeſſus es.
a quibus? a Lãpſacenis.barbaris hominibus credo,&c.3.Verr.56.

Lana.

Quando ad me uenis cum tua colu & lana?a.de Or.154.

Laneus.

Atque ei laneum pallium iniecit 3 de Nat.d.180.

Laniger.

Pecus lanigerum eximia pulchritudine.de Diu.89.

Languor.

Quot ego penitus noui libidinum & languoris effœminatiſ
ſimi animi plenos.16.fami. 36.ex ep. Q.Ciceronis.Expectatio le
gatorum quantum afferat languoris animis,quis non uidet? in
Ant.102.Nihil autem magis cauendum ſenectuti, quam ne lan
guori ſe deſidięque dedat.1.off.173.officium & ſolitudo languo
rem afferunt hominibus.off.3.2.Exprobare languorem & ſopo-
rem alieni.in Salluſt.274.languorem bonorũ uides. 14.Att.7.
languore & fame confectus.7.fam.46.Animus cum lãguore cor
poris membris nec membris uti,nec ſenſibus poteſt, incidit in
uaria uiſa & incerta.de Diu.235.

Langueo.

Nec deſpero tamen(quanquam languet iuuentus, nec perin-
de atque debeat,in laudis & glorię cupiditate uerſetur) futuros
aliquos,qui abiectum cadauer,Conſularibus ſpoliis nudare non
nolint.in Piſ.65.Cum dormientibus ea pars animi languet. de
Diu.93 Nam cum otio langueremus,&c.1.de N.d.46 Hebeſcere
& languere in otio.Aca.q.ed.1.lib.2 6.languere de uia. 1. Phil.
8.Et ut o ſruor,nec ſolitudinem languere patior.off.53.

Langueſco.

Hic abit lã langueſcit,& an tibi illũ iure iratũ:&c.13.Att.52.
Conſenſus populi,ſi nos langueſcimus,debilitetur neceſſe eſt.in
Ant.215.Ipſa illa Martia legio langueſcet. in Ant. 204. Hebes
eſt acies cuipiã oculorum,corpore alius langueſcit.4.de Fin.54.
orator metuo ne langueſcat ſenectute.de Sen.25. Spem infringi
& langueſcere induſtriam.or.197.

Languefacio.

Canẽdi uis incitat languẽtes,excitator languefacit.2.de l.38

Languens.

Senatus languens & defeſſus.ep.161. Sine contentione uox,
nec languens,nec ſonora.off.1.186.languentis populi incitatio,
& elſizen ii mod ratio.de or.11.lãguẽti ſtomacho eſſe.8.f.39.
in ep.Cæl.Facilius eſt currentem(ut aiunt)incitare, quam com
mouere languentem.de or.125.

Languidus.

Mollis,lãguidus,eneruatus oia ad uoluptatẽ corporis referẽs.
de or.104 languidus uino,uigiliiſque.5.Ver.25. Vino lãguidi,
cõfecti cibo,ſemis redimiti.in Cat.35.Tarda & lãguida pecus.2.
de Fin.66.Sed uidetis,ut ſenectus nõ modo lãguida atq.iners nõ
ſit,uerũ ẽt ſit operoſa & ſẽper agẽs aliquid & moliẽs,&c.de ſẽ.23

Languida conſilia capere. 10. Att. 38. Languidius ſtudium in
cauſa.pro Ligar.17.Languidius & fortius, opponuntur.7.Att.
20.Languidiores literæ.11.Att.19. Siqui antea aut alieniores
fuerant aut languidiores, nunc horum odio ſe cum bonis con
iungunt.Qu.fra. 1.48. Non enim languidiores facti ſumus.in
Ant. 218. Languidiora eſſe intelligo quæ ad me ſcribis de no-
ſtra ſpe.3. Att.29.

Laniger, *Vide Lana.*

anius.

Cętarii,lanii,coqui,fartores,piſcatores,&c.1.off.209.

Lanio.

Cum ferus immani laniauit uiſcera morſu.de Diu. 121. Cũ
homo imbecillus a valentiſſima fera laniatur. ep. 95. laniari a
feris.Tuſc.172.Quem ſe torquentem lanians, roſtroque cruen
tans,&c.de Diu.102.

Laniatus.

Quid igr̃ mihi ferarũ laniatus oberit nihil ſentiẽti?1.Tuſ.93.

Laniſta.

Reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quenque ſecer
nebat.Att.1.36.Quo quidem in ſpectaculo mira Reipub.æqui
tas erat, vter eorum periſſet,tanquam laniſta,in eiuſmodi pari
lucrũ fieri putabat.in Piſ.21.Quod ſpectaculum ipſa fortuna vi
tauit,ne videret vnius corporis duas acies laniſta Cic.dimicã
tes.13.Phi.377.Hic nuper ſe ad laniſtã cõtulit.pro Sex.Roſ.10.

Lanuinus.

At honeſti,colei lanuini:Cliternini,nõ honeſti.Pęt.l.9.22.14.

Lanuuium.

Lanuuium,oppidum Romæ finitimum.in Rull.94. lanuuii,
initio belli Marſici,clypei a muribus deroſi.Di.1.84.lanuuinus.
pro Cor.Bal.60.

Lanx.

Terram mihi crede ea lanx & maria deprimat. de Finib.146.
& Tuſ.238. Vt lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi,
ſic animum perſpicuis cedere neceſſe eſt.Acad.q.ed.1.lib.2.37.
Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance pone
re.5.de Fin.157.lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis
nos ſoles paſcere.6.Att.12.

Lapathus.

Non igitur nec lapathi ſuauitatem acipenſeri Gallonii Læ-
lius anteponebat,ſed ſuauitatem ipſam negligebat.2.de Fi.23.

Lapis.

Lapidem ex ſepulchro pro deo venerari.pro Planc. 77.Tri-
bunos de lapide emptos eſſe ait, quia mercede accepta id fece-
rant.in Piſ. 27. E lapide plus excitari aut imponi vetuit Plato,
quam quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis
uerſibus.2.de Leg.61. Marcum Aemilium lapide percuſſum eſ
ſe conſtabat.de or.126.lapides,fuſtes,gladii.4.Att.14.Nec lapi
des ex terra exciderent ad uſum noſtrum neceſſarii. off. 2. 17.
Lapidum conflictu atque tritu ignis elicitur.de Nat.d. 2.19.la
pidum coniectu fracta domus.4.Att.13. lapides mehercule om
nes flere coegiſſet.de or.106.lapides iacere.pro Mil.109.A qui
bus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit. pro D.
215.lapidibus cooperiri.3.Ver.84.legio XII. ad quam primũ
Sulla venit,lapidibus egiſſe hominem dicitur.11.Att.43.lapidi
bus obruere aliquem.off.3.63.

Lapideus.

Lapideus aut ſanguineus imber.2.de Diu. 89. de N. d.2.10.
Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum credo in luctu ſilẽ
tium.3. Tuſc.107. ligneum autem quodcunque voluerit vno e
ligno cauato,itemque lapideum.Att. 101. lapideum quodcun-
que vno e lapide dedicato.2.de Leg.43.

Lapicidina.

Poteſt igitur tale aliquid etiam ſua ſponte in lapicidinis
Chiorum extitiſſe.de Diu.2.72.

Lapidatio.

Inde ſaxis facta lapidatio eſt.pro D.215.Repente Agrigenti
ni concurrunt.fit magna lapidatio, dãt ſeſe in fugam iſtius præ
clari imperatoris nocturni milites.6. Verr. 85. Habueras enim
tu oĩa in cauſa ſuperiora,vim,fugam,lapidationem,&c.2.de or.
107.Ille ambitus iudicium tollere, ac diſturbare primũ cõflato
voluit gladiatorum ac fugitiuorũ tumultu:deinde, id quod vi-
dimus oẽs.lapidatione atq. cõcurſu.pro Sylla, 10.id eſt,lapidũ
iactu.Marcellinus cũ grauiter de Clodianis incẽdiis,trucidatio
nibus,lapidationibus queſtus eſſet,ſẽtẽtiã dixit. 2. ad Q.fr.1.

Lapidator.

Percuſſor,lapidator,&c.pro D.11.

Laqueatus.

Conſiderat templum: uidet vndique tectum pulcherrime la
queatum,præterea cetera noua atque integra. 3. Verr.94.Equi
dem qui nunc primum huc venerim,ſatiari non queo, magnifi
caſq. uillas & pauimẽta marmorea,& laqueata tecta contemno.
2.de L.1.Tectis cælatis,laqueatis,&c.1.Tuſ.135.

Laqueus.

Homini iam perdito,& collum in laqueum inſerenti, ſubue-
niſti.6.Ver.32.Aequitatem rei,uerbi laqueo capi non oportet.
pro Cæc.60.Laquei diſputationum &interrogationum.1.de or.
23.Ad Chryſippi laqueos reuertamur.Fat. 5. Atque illam bel-
luam iudicii laqueos declinãtem, iam irretitã teneret.pro Mil.
31. Putant. n. minus multos laqueos legum & conditionum ac
iudiciorum propoſitos eſſe oportere.pro Clu. 121. Vt iam a la
queis Stoicorum,quibus vſum me pluribus,quam ſoleo, intellĩ
go,recedamus.Tuſ.5.56.Stoici diſputationum ſuarum laqueis
te irretitum tenerent.de or.88.

Lar.

Lar Tolumnius,Veientum rex, quatuor legatos Populi Ro.
Fidenis interemit.9.Phil.258.

Lar.

Pauci eſſent reliqui,qui L.Metelli authoritate in agros, atq.
ad ſuum larem familiarem redirent.5. Verr. 106. Quod genus
ſacrificii lare veruecibus fiat.2.de Leg. 51. lares familiares no-
ſtri vexati.2.de leg.41.Dii quos Gręci *δαίμονας* appellant,no-
ſtri opinor lares,ſi modo hoc recte conuertium videri poteſt.de
Vniu.47.Aedes larium & malæ fortunæ.de Nat.d. 72. lucos in
agris habento,& larium ſedes.ritus familiæ, patrumque ſeruan
to.2.de leg.16. Alicui manus allatas eſſe ante ſuos lares fami-
liares.pro Quint.16.& Att.253.Craſſuſque, ut quaſi teſtata po
pulo Romano noſtra eſſet gratia,pene a meis laribus in prouin
ciam eſt profectus.ad Lent.1.9.81.

Largior.

Quam facultatem mihi multitudo iſtius vitiorum largitur.
2.Phil.61.Plus tibi ego largiar.pro Cæc.Amorique noſtro plu
ſculum ẽt,quam concedet veritas,largiare.Luceio,l.5.12.12.Si
quis deus mihi largiatur,vt ex hac ętate repueraſcam, valde re
cuſem.de Sen.94.largitus eſt Fannius Roſc.pro Quint.Roſ.49.
Vtriſque horum ſecunda fortuna regnũ eſt largita,aduerſa, mor
tem.de har 256.Cui ſummam copiam, facultatemque dicendi
natura largita eſt.pro Quint.2.Duo illa relinquamus,idq. lar
giamur inertiæ noſtræ.de or.90. Quidam eripiunt aliis, quod
aliis largiantur.off.9. Triptolemus eſt omnibus ſemen largite-
tur,&c.ad Her.25.largiri populo libertatem.3.de leg.55. largi
ri patriæ ſuum ſanguinem.Tuſc.1. 105. Cum & natura ſemper
ad largiendũ ex alieno fuerim reſtrictior. ad Appium, lib.3.8.
32.Homo tum grauitate & prudentia præſtans,tum vel nimium
parcus in largienda ciuitate.pro Corn. Balb. 40.pro Archia,7.

Largitor.

Homo largitor & prodigus. in Cat. 120. largitor tribus ali-
cuius.pro Planc.30.Non poteſt, qui ambitu ne abſolutum qui-
dem patitur eſſe abſolutum, ipſe impune vnquam eſſe largitor.
pro Cælio, 61. Extiteruntque in Repub. plerunque largitores &
factioſi, vt opes quammaximas conſequantur.1.off.83.

Largitio.

Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis
exhaurit.off.2.75.Largitio quæ uerbis oſtentari põt, reuera fie
ri nullo pacto poteſt.con.Rul.68.Aequitatis largitio.pro Mur.
134.Nunquã intermiſſa ẽt a maioribus noſtris largitio & cõica
tio ciuitatis.pro Cor.61.Largitio facta aut non facta,qui igno-
rari põt?3.fa.45.largitio frumẽtaria.off.2.107.largitio popula
ris.off.2.85.Philippus largitionem corruptelam dixit eſſe. off.
44.Largitionem facere.pro Mur.4. Iam in prouerbii conſuetu-
dinem uenit,Largitionem fundum non habere.2.off 79.Largi-
tionem ſequuntur rapinę.off.2.78. liberalitatem ac benignita-
tẽ ab ambitu ac largitione ſeiungere.de or. 118. Pręclare in epĩ
ſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod lar-
gitione beneuolentiam Macedonũ conſectetur.2.off.76.Quam
quiſque tribum turpi largitione corrumperet. pro Planc. 266.
Itaque vt omittam largitione corrupta ſuffragia, non vides ſi-
quando ambitus ſileat,quæri in ſuffragiis, quod optimi uiri ſẽ
tiant?3.de leg.35.5.Verr.71.3.Tuſc.83. Cum largitiones maxĩ
mas feciſſet.Tuſc.3.42. largitionibus, conceſſionibuſque prę-
miorum obligatę ciuitates.10.fa.16. in ep.Planc.

Largitas.

Vt impẽdiis ẽt augere poſſimus largitatẽ tui muneris.de Cl.
or.8.Maxima largitate, varia leguminũ genera fundit terra.2.
de N.d.117.

Largus.

Frugi hominem dici, non multum laudis habet in Rege. fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimum, largum beneficum, liberalem, hæ ſunt Regię laudes. pro Deiot. 18. Cum ſol terras larga luce compleuerit de N.d. 2.36. Largorum duo genera ſūt: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales off. 2.80.

Large.

Large, liberaliterque æſtimare 3 Ver. 177. Paſtum animantibus large & copioſe natura comparauit. de Nat. d. 50. Quod dandum eſt amicitiæ, large dabitur a me. pro Mur. 26. Munifice & large dare aliquid. de Nat. d. 64. Large effuſeque donare. pro Roſc. Am. 14. Mittit homini munera ſatis large. hæc ad uſum domeſticum, uini, olei, quod uiſum erat. 6 Verr 54. Large & copioſe parare conuiuium. de Nat. d. 50. Large ac honorifice promittere aliquid. de Petit Conſ. 2.11. Inde ſuſcepto bello, cum pacis cōditiones ad te afferri, a teque ad eos honorifice & large reſponderi uiderem. 8. ad Att. 37. Largiſſime mihi copia facta eſt eius rei. in Verr. 108.

Largifluus.

Grando miſta imbri largifluo ſub ea precipitās cadit. 3. de or. 86. laſciuiam intuerentur. de Diu. 1.25.

Laſsitudo.

Quamquam ſomus iam defatigati, ſed nulla laſſitudo impedire officium debet. ad Cornific. lib. 12. 15. 15. Poſtquam illos arctius ex laſſitudine dormire ſenſit. de Iou. 63.

Late, *Vide* Latus.

Lateo.

Veritas in occulto latet. or. 220. Non paruum ſub hoc uerbo furtum latet. con. Rull. 89. Cætera in eo lateor. or. 202. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quā hæ quę latent in ſimulatione officij. 3. Verr. 27. Latent iſta Luculle craſſis occultata & circunfuſa tenebris. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112. Sed eum dolorem hic tulit paulo apertius, cum nimius ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit. pro Planc. 266. Omnia quæ diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini. pro Clu. 31. Tractanda iura populorum, in quibus ne noſtri quidem populi latebunt. de Leg. 159. Quoniam ſub nomine pacis bellū lateret. in Ant. 241. Qui locus tam fuit abditus ut lateret. pro Pomp. 10. Qui fraudationis cauſa latuerit. pro Quint. 13. latere abditē. 4 Ver. 130. Aliquem incluſum atque abditum latere in occulto pro Rab. Poſ. 56. Sic omnia latere cenſebant in occulto, neque eſſe quicquam quod cerni aut intelligi poſſit. Aca. q. ed. 2. lib. 1. 32. Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore. in Cat. 100. Non latere in tenebris, neque eſſe abditum, ſed in oculis clariſſimæ prouinciæ eſſe poſitum. ad Qu. fr. 291. Ibi ſcelus quoque latere inter tot flagitia putatote. pro Sext. Roſc. 38. Occulte latere, abſconditū eſſe, furtim, &c. con. Rul. 74.

Latens.

Rem latentem explicare definiendo. de Cl. 178.

Latenter.

Cum enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ euētus, obſcura cauſa, quę latenter efficitur. in Top. 33.

Latito.

Iube adeſſe, latitat omnino. pro D. ſua. 229. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. pro Qu. 50. Si latitare ac diutius ludificare uidcatur. pro Quint. 10.

Latitans.

Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. pro Clu. 28

Latebra

Latebra danda non fuit populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſque ſētiret, tabella uitioſum occultaret ſuffragium. 3. de leg. 31. Baloeæ, in quibus non intelligo, quę latebra togatis hominibus eſſe poſſit. pro Cęl. 50. Adhibuit aliam latebrā obſcuritatis. Diu. 2. 86. Nam ſi tuam dicere latebrā haberes. de Fin. 2. 89. Cōiicere ſe in mirificā latebrā. 2. de Diu. 67. Nullāne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam maleuolentiam quę te impugnare auderet? Appio. lib. 3. 12. 2. Sed ſi hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidem quę infideli data ſit, uideant, ne quęratur latebra periurio. 3. off. 144. id eſt, excuſatio qua lateat & non uideatur periurium. Cum in animis hominum tantę latebrę ſint, tanti receſſus. pro Marcel. 15. Cum ignauię ratio te in fugam atque latebras impelleret. pro Rab. 95. Poſſum omnes latebras ſuſpicionū peragrare dicendo. pro Cęl. 48. Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupiſſet. pro Sext. Mithridates ita regnat, ut ſe nec Ponto, neque Cappadocię latebris occultare uelit. pro Leg. Man. 4.

Latebroſus

Via latebroſa. pro Sext. 109 in Vat. 31.

Latibulum.

Ego autem uolo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Att. 12. 17. Omniaque quæ ſint ad uiuendum neceſſaria, acquirat & paret: ut paſtum, ut latibula, ut alia generis eiuſdem. 5. off 18. Repente enim te tanquam ſerpens e latibulis intuliſti. Vat. 29. Tum cum etiam feræ latibulis ſe tegunt. pro Rab. 159. Defendendi facilis eſt cautio, non ſolum latibulis occultorum locorum, ſed etiam, &c. pro Flac. 152.

Later.

Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit ualere? 2. de Diu. 148.

Laterenſis.

Laterenſis a Lepido deſtitutus, ſibi manus attulit. 10 fa. 48. An hoc tu Laterenſis ignoras? pro Planc. 60. M. Laterenſis, Cn. Plancii accuſator. pro Planc. 1. M. Laterenſis, a Vectio iudice per Vatinium in concionem producto nominatus. in Vat. 60.

Laterna.

Clodii ueſtibulum uacuum ſane mihi nuntiabatur, paucis pānoſis ſine laterna. Att. 4. 72. 9.

Laternarius.

An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario? in Piſ. 15.

Lateſco, *Vide* Latus.

Latex.

Nos circum latices gelidos fumantibus aris, &c. 2. de Diu. 49.

Latium.

Studiaque hæc & in Latio uehementius tum colebantur. pro Archia 3. Mirifice capior facetiis his maxime noſtratibus, præſertim cum eas uideam primum oblitas Latio, tum cum in urbē noſtram eſt infuſa peregrinitas, nunc uero etiam braccatis & tranſalpinis nationibus. ep. 134.

Latinus.

Latina loquutio ante omnia oratori expetenda. Brut. 139. Latina uia. pro Clu. 52. Conſuetudo Latini ſermonis. Or. 211. In corrupta latini ſermonis integritas. de Cl. Or. 176. Latinam linguam non modo non inopem, ut uulgo putant, ſed locupletiorem etiam eſſe, quam Græcam li. 1. de Fin. 8. De latina lingua ſecuri es animi, qui talia conſcribis. 12. Att. 66. Latini ciues & Latinæ coloniæ. pro D. ſua. 61. Latini rhetores, a Craſſo cēſore ſublati. 3. de Or. 52. Latinę feriæ de Nat. d. 1. 12 Dū latinę literæ loquentur. 1 de Leg. 1. latina, & ſplendide dicta, neque conuerſa de Græcis, l. 1. de Fin. 5. latina non miſcenda cum Græcis, nec Græca cum latinis. Tuſc. 1. 14. latina ſcripta contemnere. lib. 1. de Fin. 3. Sed ex eo credo quibuſdam uſu uenire ut abhorreant a latinis, quod inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis latine ſcripta deterius. lib. 2. de Fin. 7. latinis anteponere Græca, lib. 1. de Fin. 5. latinis literis illuſtrare Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3.

Latine.

Latine dicendi prima maturitas, qua ætate extitit. Brut. 83. Antonium, quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed ut appellāt ii, qui plane & l. loquuntur. 7 Phi. 228. Curio l. non peſsime loquebatur. de Or. 138. Perficiendum eſt ut pure, & emendate loquentes, quod eſt l. uerborum præterea & propriorum & tranſlatorū elegātiā perſequamur. de Opt. gen. 143. l. me ſcitote, nō accuſatorię loqui. 6. Ver. 2. Vt l. loquamur, uerba efferamus ea quę nemo iure reprehendat. de or. 3. 23. Is perbene l. loqui putabatur liberatiuſque quam cæteri: de Cl. Or. 174. Oratio Catuli quæ eſt pura, ſic ut l. loqui pene ſolus uideatur. de Or. 145. Cum ea quæ uerterem Græce, l. redderem. de or. 97. Num l. ſcit. in Ant. 197. Quid enim facilius eſt, quam probari iis, qui l. ſciant, in uno ſeruulo familiæ nomen non ualere? pro Cęc. 41. l. ſcire, non tam præclarum, quam turpe, neſcire. Brut. 72. Noſtri minus ſtudēt literis, quam l. tamen. de or. 146.

Latinitas.

Latinitas eſt quæ ſermonem purum conſeruat ab omni uitio remotum. Vitia in ſermone quo minus is latinus ſit, duo poſſunt eſſe, Solœciſmus & Barbariſmus. 4. ad Her. 259. Multa iſtis Cæſar, neque me inuito, ſed latinitas erat non ferenda. Att. lib. 14. 16. pro ius latinorum Secutuſque ſum, non dico Cęcilium, mane ut ex portu in Pyræeū (malus enim auctor latinitatis eſt) ſed Terentium: &c. Att. 7. 19.

Latinienſis.

Quint. Cęlius Latinienſis. pro Pomp. 14. In Latinienſi agro ſtrepitus cum fremitu auditus. de Ar. 18. latinienſes, populi Italię. de har. reſp. 57.

Latito, *Vide Lateo.*

Latitudo, *Vide Latus.*

Latro, *Vide Fero.*

Latro.

Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur. de Cl. Or. 9. Deinde ſi uoletis, etiam tum, cum uerisimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote. pro Roſ. Am. 34. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, cum a Philippo interrogatus quid latraret, furẽ ſe uidere respondit? 2. de or. 121. Quod ſi luce quoque canes latrent, cum deos ſalutatum aliqui uenerint, &c. pro Roſc. Am. 33. Canes qui & latrare & mordere poſſunt. pro Sex. Roſc. 27.

Latro.

Excurſor & latro. in Ant. 194. Bargulus Illyricus latro, & Viriatus Luſitanus, Off. 41. latro perditus abiectuſque. 10. fam. 30. in ep. Planc. Quinetiam latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant. off. 1. 57. Erat ei uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. 2. Ph. 74. Cum omnibus ſuis latronibus. 12. fa. 33. in ep. lent.

Latrunculus.

Res in Sardinia cum Maſtrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. de Prouinc. Conſ. 12.

Latrocinor.

Tot millia latrocinantur morte propoſita: alii omnia quę poſſunt fana compilant. 1. de Nat. d. 60. ius eſſe latrocinari, ius adulterare, &c. 1. de leg. 33. Qui una latrocinantur. off. 41. impune latrocinari pro Mil. 13.

Latrocinans.

Tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quam ciuilem uiuere. in Cat. 37.

Latrocinium.

Quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum. pro Roſc. Am. 37. Repentinum latrocinium. 2. off. 56. 3. Verr. 107. Tu quæ ea ſanis religioſis per ſcelus & per latrocinium abſtuliſti, ea nos uidere niſi in tuis, &c. 3. Verr. 38. in latrocinium coniicere. in Cat. 25. Quibus ſubito impetu ac latrocinio parricidarum reſiſtat. Planco, lib. 10. 24 7. Multa oppidorum furta & latrocinia eſſe depulſa. Q. fr. 294. in his enim tum locis, quo & propter longinquitatem & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. ep. lib. 2. 8. 2. Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrociniis. pro Deiot. 147.

Latumiæ.

Latumiæ carcer Syracuſis a Tyranno Dionyſio factus. 7. in Verr. 111. Quæcunque nauis ex Aſia, quę ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria uenerat, ſtatim certis iudicibus & cuſtodibus tenebatur: uectores omnes in latumias coniiciebantur. 7. Verr. 113. Qui iuratus apud vos dixit multos ciues Romanos in latumiis iſtius imperio crudeliſſime per vim morte eſſe mulctatos. 3. Verr. 9.

Latus.

Non quo non latus locus ſit. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 36. Foſſa lata. Tuſc. 239. Vna via lata perpetua, multæque tranſuerſę Syracuſis. in Verr. 228. Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque diſiuncta. in Verr. 224. Erigimur, latiores fieri uidemur, humana deſpicimus. 4. Aca. q. 229.

Late.

Fuſe lateque dicere. or. 207. Numerus huius generis late varieque diffuſus. pro Sext. 23. Late longeque diffuſa laus Pompeii. pro Corn. Balbo, 9. Res l. longeque diffuſa. de Leg. 162. Bellum tam l. diuiſum atque diſperſum. pro Pomp. 10. L. diuiſum atque diſperſum malum. pro Leg. Manil. 21. Decorum quã l. fuſum ſit, apparet. off. 20. L. patet, & ad multos pertinet hæc ars. 1. de or. 110. Atque hęc ratio late patet. de Fiuib. 55. Tuſc. 1. 24. L. longeque peruagatur animus. de Nat. d. 1. 38. Vagabitur nomen tuum longe atque l. pro Marcel. 17. latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. in Cat. 78. Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius. 2. de Fin. 29. In omni autem honeſto, de quo loquimur, nihil eſt tam illuſtre, nec quod latius pateat, quam coniunctio inter homines hominum. 5. de Fin. 116. Syllanus ager latiſſime continuatus. con. Rul. 80.

Hoc latiſſime manat. off. 66. In quo vitio latiſſime patet auaritia. 1. off. 37. Hoc maiorem quandam vim habet, & latius patet, quam hic exponitur. de Inu. 58. Hoc latiſſime pateat, ad pluriſque pertineat. 1. off. 130.

Latitudo.

Oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur. 2. de or. 91. Qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſunt. 3. de L. Agr. 70. lineamentum ſine ulla latitudine. Aca. 29. latitudines humerorum rotundas. 2. de Nat. d. 120. In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. 1. de N. d. 75.

Lateſco.

Hic equus a capite & longa ceruice lateſcit. in Arato, 42.

Latus.

Craſſus lateris dolore conſumptus. de or. 145. Eum videnti ſedere ad latus Prætoris. in Verr. 257. latus ei dicenti condoluiſſe. de or. 145. Huic ſpatio ductum ſimili latus extat vtrunque. in Arato. Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. pro Clu. 54. Vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. in Vat. 31. Vt, quoad poſſem, a ſenis latere nunquam diſcederẽ. de Amic. 1. A latere, a tergo magnam partem vrbis relinquere. in Verr. 255. In latere uides veteranos. 24. Att. 6. Erant loco poſita ambulationis vno latere, eo quod eſt, proximum balnearia Q. fr. 318. Inflexio laterum. 3. de or. 122. Fibrenus diuiſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. 2. de leg. 12. Non enim iã inter latera noſtra ſica illa verſabitur. in Cat. 104. Antonius a fronte, a tergo, a lateribus tenetur. in Ver. 189. Cum ego legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Cat. 14. Ex lateribus, faucibus, lingua vox elicitur & funditur. Tuſc. 49. Neque enim ea te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. de Sen. 25. Equus æneus in cuius lateribus fores eſſent. off. 59. Terra anguſtata verticibus, lateribus latior. de Som. 129.

Lauatio, *Vide Lauo.*

Laudo.

Hæc eius concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? certe laudat. de haruſp. reſp. 156. Nunc tantum quiſque laudat, quãtum ſe poſſe ſperat imitari. or. 199. Nos iudicamus, vos laudatis, inquit. 2. ad Q. fr. 29. Ea neſcio quomodo pleniore ore laudamus. off. 1. 89. laudamus Vulcanum eum, quem Alcamenes fecit. de Nat. d. 1. 58. Quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant. Ruffo, lib. 5. 57. & 9. Att. 13. laudauit pater filium ſcripto meo. 3. ad Q. fr. 35. Pompeius approbauit ac laudauit ſententiam Cottæ. pro Scario, 1. Quem cum ſupremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus. pro Mur. 148. laudemus igitur prius legem ipſam veris & propriis generis ſui laudibus. de leg. 184. Tu vero illum nec nimis ualde vnquam, nec nimis ſæpe laudaueris. de leg. 184. laudare & efferre aliquem. de or. 137. Te rerum Romanarum authorem laudare poſſum religioſiſſimum. de Cl. or. 168. Tamen authores certiſſimos laudare poſſum, & ſocerum meum Scęuolã, & Quintum Metellum, &c. 3. de or. 39. laudare bonos ornate, vituperare improbos aſpere. de or. 111. laudare cum quem cohortere, in excitando & in acuendo plurimum valet. 15. fam. 53. Hunc pro dignitate laudare, nemo ſatis commode poteſt. pro Sext. Roſc. 24. Sic optimatum conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari pro Flac. 90. laudare legem vt promulgata eſt. Att. 46. laudare præſentẽ. de Nat. d. 13. Huius ego, etſi multos auditores cognoui Athenis tamen authores certiſſimos laudare poſſum, & ſocerum meum Scæuolam, qui eum Romę audiuit adoleſcens, & Quintum Metellum familiarem meum. 3. de or. 39. De quo tu ad me ſcripſiſti, poſteaquam non auderet reprehendere, laudare cœpiſſe. 1. Att. 26. Bibulus in cęlo eſt, nec quare ſcio. ſed ita laudatur, quaſi vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Att. 34. laudatur utilitate, non arte. 1. de Fin. 67. Propter uirtutem enim iure laudamur, & in uirtute gloriamur. off. 13. laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones. Att. 192. Vt in omnibus meis factis atque conſiliis veſtrum de me factum conſiliumque laudetur. con. Rul. 67. laudentur ab omnibus ſumma cum admiratione. 21. fam. 13. laudari aut vituperari rite nihil poteſt, ſi ab eius natura receſſeris, quod aut laudandum aut vituperãdum putes. 1. de leg. 38. laudari a laudato viro. 5. fa. 34. Vnum eſt quod tibi ego præcipere non deſinam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. Qu. fr. 1. 28. Philoſophia nunquam ſatis digne laudari poſſet. de Sen. 177. In populari oratione, qua mos eſt Athenis laudari in concione eos, qui ſint in prœliis interfecti, quæ ſic probata eſt, vt eam quotannis, ut ſcis, illo die recitari

ti neceſſe ſit.or.211.laudari rumore multitudinis.de Fin.2.42. Laudanda & uituperanda quę ſiot.Part. 38. Philoſophia laudãdarum omnium artium procreatrix. de or.85. Atque hæc quidẽ ab iis philoſophis, quos tu maxime diligis Catule, dicta ſunt: quod eo ſępius teſtificor, ut authoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam.3.de or. 104. id eſt, his philoſophis nominatim citandis,& tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis, quos authores harum rerum habeo.

Laudatus.

Cęſar in foro cõbuſtus eſt, laudatuſq. miſerabiliter.Att.14. 13.laudatus ſua ſpoote,non alterius teſtimonio .ep.37.Res omnũ conſenſione laudata.Brut. 91. His tu igitor epiſtolis Decianeſcitatis,his mulierculis productis, illo abiente auctore laudato,tantum te eiusmco probaturum putaſti? pro Flac.71. Lætus ſum laudari me (inquit Hector,opinor apud Nęuium) abs te pater laudato uiro,ea eſt enim profecto iucũda laus,quę ab iis proficiſcitur,qui ipſi in laude uixerunt.15.fam.26.

Laudator.

Laudator voluntarius.6.Ver.116. Aiu' tandem Attice laudator integritatis & elegãtię noſtræ?Att.91.Ego ille pacis ſemper laudator,ſemper auctor.10 Ant.110. Tameſi quæ eſt iſta laudatio,cum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt? 6.Verr.16.Nolo eſſe laudator, ne uidear adulator. ad Her. 4. 178.Quis eſt ex eo numero, qui vobis auctor placeat?eo nos iam laudatore & teſte vtemur.pro Font.6. laudatores decem qui dare non poterat honeſtius erat ei nullum dare.7. Verr. 46. Qui rerum mearum geſtarum auctores, teſtes, laudatoreſque fuerũt Poſtquam.101. Epicurei auctores & laudatores uuluptatis. pro Sext.7.Excitabo Laudatores.pro Corn Balbo,63.

Laudatrix.

Cum totius Italiæ concurſus facti illius gloriam libēs agnouiſſet. pro Mil. 109. Animo gaudenti & libenti. Attic. 25. libenti animo prolixoque aliquid facere. 16. Att. 49. Non modo patiēti, ſed etiam libenti animo religioni parebo. de haruſ. reſp. 145. Res noſtræ quę tam libenti Senatu laudabantur a Craſſo. Att. 9. Quam dignitatem ego etſi libente illo, tamen abſente illo per vos conſecutus ſum. de L. Agr. 55. Si vera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem 10. ad Atticum, 11. id eſt, libenter patiar mihi a te eripi. Neque patronis ſuis tam libentibus, quam accuſatoribus. Att. 64 Eamque animis veſtris aut libentibus aut æquis remittatis. pro Cluent. 3. pro Roſc. Am. 61. Animo libentiſſimo facere aliquid. in Verr. 71. Vt frequentiſſimo & libentiſſimo Senatu vterentur. Att. 1. 53. Vt libentiſſimis Græcis nutu quod velis conſequare. ad Silium, li. 13. 66. 3. id eſt, ſumma Græcorum voluntate. Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus. Att. 4. 10.

Libenter.

Cum ſit nihil aliud, quod libenter agere poſſimus. Diuinat. 8. 9. libenter ſtudioſeque audire. in Verr. 60. Damus & libenter quidem. de Nat. d. 1. 62. Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, ſi uolo, &c. alterum facio libenter, ut quoniā, &c. ep. 6. Quid autem eſt ſtultius, quam quod libenter facias, curare vt id diutius facere non poſſis? Off. 2. 78. Libenter legi epiſtolam tuam, & librum libentiſſime. 15. fam. 50. Non aſſequor, vt ſcribā, quod tui conuiuæ non modo libenter, ſed etiam ęquo animo legere poſſint. 11. Att. 4. libenter aliquem odiſſe. 13. Att. 64 Ita eſt aliud diceret atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci *εἰρωνείαν* vocant, quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius, &c. 4. Acad. q. 31. libenter vti priſcis verbis. de Cl. 172. Non libenter, & non inuitus, contraria. 8. Att. 25. Illo loco libētiſſime ſoleo uti. 2. de Leg. 1.

Libido.

Libido, eſt immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans. Tuſc. 3. 21. libido, eſt impotentia quędam animi a temperantia & moderatione plurimum diſſidens. Tuſc. 4. 17. libido, eſt opinio venturi boni, quod ſit ex vſu iam præſens eſſe atque adeſſe. Tuſc 4. 12. Vt lunata eſt quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem ratione aduerſa incitata eſt vehementius, ea libido eſt, vel cupido effrænata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. 4. Tuſcul. 11. Tam flagitioſa & tam perdita libido. Cat. 39. Libido inexplebilis. Tuſcul. quæſt lib. 4. 16. Repente exorta eſt mulieris importunę nefaria libido. pro Clu. 10. Tanta in eo peccandi libido fuit. off. 1. 125. libido procreandi. Off. 1. 79. Suffragandi nimia libido. de L. 191 Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis unquam, quod flagitium a toto corpore abfuit? in Cat. 100. Libido uoluptatis ad omne facinus ſuſcipiēdum hominem compellit. de Sen. 85. Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. ora 118. libido efficit effrænatam appetentiam. Tuſ. 4. 13. libido habet ardorem Tuſc. 3. 24. Neque enim unquam finem inueniet libido. Tuſ. 5. 16. Vbi libido ueniet nauſeæ, eumque apprehendet, decumbat, purgetq. ſeſe. 5. Verr. 6. Quis. n. poteſt, in quo libido cupiditaſve ſit, non libidinoſus & cupidus eſſe? &c. Tuſ. 4. 46. Puer emptus libidinis cauſa. in Ant. 169. Timide tāquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad Philoſophiam appuliſti. de or. 2. 84. In quo ego nactus, vt mihi videbar, locum libidinis reſecandæ, & coercendæ iouentutis, &c. 1. Att. 57. Voluntatem patriæ anteponendam putauit libidini ſuæ. in Ver. 118. Satiſne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? de Fin. 77. libidini ſubiecta ſunt ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigētia, deſiderium, &c. eiuſmodi. Tuſ. 4. 13. Ad noſtrum arbitrium, libidinemque aduerſariorum minas eludamus. 2. Verr 19. Ipſa declinatio ad libidinem fingitur. li. 1. de Fin. 15 Si perlatū erit in Galliam, equites Romanos rem ad illorum libidinem indicaſſe. pro Font. 281. Ad libidinem ſuam aliquem uexare. pro Sex. Roſ. 42. Quid ego iſtius in iure dicendo libidinem demōſtrem? 4. Verr. 26. & 1. 5. Eſt hoc natura cōmune animātium omnium, vt habeant libidinem procreandi. off. 11. Quæ in mentē aut in libidinem ueniunt. de Inu. 79. libidinem tertio lat dare cuius eſt libidinum Tuſ. 4. 44. Turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata ſit. pro Font. 181. libidine uoluptatum ferri. Tuſ. 3. 4. libidine furentes poetarum dei. de Natu. d. 1. 31. Res quæ libidine, non ratione geruntur. pro Quint. 8. Quod poſitum eſt in alterius uoluntate, ne dicam libidine. 9. fam. 36. Ir cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. pro Mil. 115. Timere, mœrere, in libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſine effectu. de Fin. lib. 2. 26. libidine nihil immanius. 3. de Leg. 38. libidines ſunt conſectatrices uoluptatis. off. 3. 162. Cuius uoluptatis auide libidines temere & effrænate ad potiundum incitarentur. Cat. 36. libidines effuſę in omni intemperantia. de Nat. d. 1. 31. Non mediocres hominum libidines. in Cat. 106. libidines miræ cōmiſcēdorū corporū in mare & in fœmina cernuntur in beſtiis. 2. de N. d. 97. Profundæ libidines. in Piſ. 90. latēt libidines eius illæ tenebricoſæ, quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegebat. de Pron. Conſul. 7. Nihil ſupereſt, libidines totum diſſiparunt. de or. 129. Quos ego penitus noui libidinum & languoris effœminatiſſimi animi plenos. 16. fam. 36. ex ep. Q. Ciceronis. Ciuis iſte etiam nefarias libidinum contumelias, turpitudineſque ſubierunt. in Piſ. 98. Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur, aliis, &c. in Catil. 106. Quæ ad ſuſpicionem ſtuprorum ac libidinum pertinēt. pro Font. 282. Nunquam ille a liberis, a coniugibus veſtris effrenatas libidines ſuas cohibuiſſet. pro Mil. 116. Docemur auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines. de ora. 101. Clodius Celticum libidines, Barbarorumque ſatiauit. de haruſ. reſ. 253. libidinibus ſe totum dedere. Tuſ. 1. 58.

Libidinoſus.

Audax, petulans, libidinoſus pro Syll. 180. Etenim eſt lenis, libidinoſus, ſalax Att. 91. de Pat. 141. Libidinoſa etenim & intẽperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſeneƈtuti. de Sen. 26. t de Fin. 181. Libidinoſa voluptas. t de Fin. 90. Odia libidinoſæ & delicatæ iuuentutis. 1. Att. 65 libidinoſæ ſententię. pro D. ſua, 1 id eſt, quæ pro libidine cuiuſque feruntur. Cum libidinoſis luxurioſe viuere. pro Cęl. 40.

Libidinoſe.

Caue ne quid libidinoſe aut facias aut cogites. Off. 3. 48. Vt quæ ille libidinoſe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. 2. Verr. 31. Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, libidinoſius. in Piſ. 94.

Libo.

Libo orator. Brut. 45. 46. libonis annalis. 13. Att. 40.

Libo, *diis conſecro*.

Libanto publice ſacerdotes certas fruges, certaſque baccas certis ſacrificiis ac diebus. 1. de Leg. 17.

Libo, *colligo, carpo, decerpo, delibo*.

Sed a te impetratum libenter ut niſi moleſtum ſit quoniam, nulla uincula te impediunt ullius certæ diſciplinæ, libaſque ex omnibus, quodcũque te maxime ſpecie ueritatis mouet. 5. Tuſ. 60. Sed omnibus unum in locum coaƈtis ſcriptoribus, quod quiſque commodiſſime præcipere uidebatur, excerpſimus, & ex variis ingeniis excellentiſſima quęque libauimus. 2. de Inu. 224. Vide ne faciat impudenter, qui tuo nomini uelis ex aliorũ laboribus libare laudem 4. ad Ver. 141. Sit boni oratoris multa auribus accepiſſe, multa uidiſſe multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurriſſe. neque ea ut ſua poſſediſſe, ſed ut aliena libaſſe. t. de or. 110. libandus eſt etiam ex omni genere facetiarum quidam lepos. de or. 68.

Libatus.

Natura deorum, a qua, vt ſapientiſſimis placet, hauſtos animos & libatos habemus. de Diu. 103. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet, extrinſecus ex diuinitate, vnde oẽs animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus. 2. de Diu. 39.

Libamentum.

Quod tempus vt ſacrificiorum libamenta ſeruentur, fœtuſque pecorum, quæ dicta in lege ſunt, diligenter habenda ratio intercalandi eſt. 2. de Leg. 47.

Libatio.

Te appello Lentule, tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulęque ludorum publicorum. de har. reſponſ. 19.

Libra.

Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa: tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. 5. Tuſc. 38. Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. 5. de Fi. 157. Nexũ quod per libram agitur. de Or. 157. Facere teſtamentum in procinƈtu ſine libra atque tabulis. de Or. 104.

Libella.

Si peteret ſeſtert. 1ↃↃↃ dari: hic, niſi planum facit ſeſtert. 1ↃↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. pro Comœdo, 6. id eſt, ſi minimo quidem nummo minus debitum ſuit ex formula plus petitionis, cauſa cadit. Et quis Volcatio, ſi ſua ſponte venisset, vnam libellam dediſſet? 4 Verr. 17. Fecit palam te ex libella me ex teruncia. Att. 7 9 Sub. hæredem.

Librarium, Librariolus, Librarius, *Vide*

Liber, *ſubſtantiuum*.

Libratus.

Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineat, &c. 5. Tuſc. 51.

Libramentum.

Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit. Ac. q ed. 1. lib. 2. 107.

Licenter, Licentia, *Vide poſt* Licet.

Liceo.

De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram, &, vt opinor, heri ad te ſcripſeram. Att. 12 243. 4.

Liceor.

Licetur Eputius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. pro Cæc. 287. Herbitenſes cum viderent, ſi ad Aeſchrionem pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris

ſpoliatum iri, liciti ſunt vſque eo, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. 5. Verr. 65. Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet 3. Off. 81. Si docco pluris aliquanto potuiſſe te vendere, neque his voluiſſe addicere qui cõtra Apronium licerentur, &c. 5. Ver. 125. Eum qui minus quęſierit, an eũ qui digito licitus ſit, poſſidere? in Verr. 123 Heredes Scapulæ ſi illos hortos, ut ſcribis tibi Othonem dixiſſe, partibus quatuor factis, liceri cogitant, nihil eſt ſcilicet emptuſi loci. Att. 12. 252. an. ſi liceri non deſtitit. in Verr. 169.

Licitatio.

Genus enim conditionis eiuſmodi fuit, in quo non ſolet eſſe controuerſia: cum ea pars quæ videtur eſſe minor, licitatione expleri poſſet. Att. 11. 34. Exquiſitis palam pretiis & licitationibus factis, deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. 4. Verr. 92.

Licitator.

Nunc cum tuum pretium noui, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. ad Marium, l. 7. 6. Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet. 3. Off. 81.

Liceat.

Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt. 1. Off. 143. Quid quæris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuiſſe. Att. 5 88 6. De hac re in vtramque partem diſſeri copioſe licet. de Orat. 152. Licet ciui Romano eſſe Gaditanum. pro Corn Balb. 21 Mirari licet, quæ ſint animaduerſa a medicis herbarum genera. de Diu. 81. Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci. epiſt. 256. Peccare nemini licet. 5. Tuſc. 78. Sexcenta licet eiuſmodi proferri. de Diu. 115. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modo quieſcas. 4. Acad. q. 165. Licet hoc videre in reliquis ſenſibus de Or. 152. Vidẽre licet nationes quaſdam, &c. de Diu 99 Non mihi tam [illegible] integri ſi eſt, vt miſeros non deſ[illegible] odam. pro Muren. 125. Sed [illegible] idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati [illegible] 7 Verr. 141. Cur his per te frui libertate ſua, cur [illegible] non licet? pro Flac. 161. Quo in genere mihi negligentia [illegible] nõ licet. Att. 15. Neque enim licebat locum numini conſecratum turpi flagitio cõtaminare. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminundæ. 1. Tuſ. 27 licebit cum ſolus ames. 6. Att. 35. Hanc ſi quis partem putarit orationis, ſequamur Hermagoram licebit. 1. de Inu. 108. Quod profeƈto faciam, ſi mihi per eiuſdem amicitiam licebit Lentulo, lib. 1. 8. 7. id eſt, ſi poſſum amicitia illæſa. Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, Popu. ad partes daret. con. Rul. 69. Cui ne eſſe quidem licuiſſe Tribuno. 3. de Leg 31. Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat. 5. Verr. 55. Impetrabis, inquit, a Cæſare, ut tibi abeſſe liceat. Att. 135. Sed, quod inter nos dicere liceat, ne tu quidem intelligis. de Nat. d. 1. 52. Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. pro Cœl. 1. liceat eſſe miſeros, quanquam hoc uiƈtore eſſe non poſſumus. pro Ligar. 11. Sed quis ſupplicat, ut optime meritis de Repub. liceat eſſe ſaluis? Brutus ad Cic. 16. 5. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. pro Mil. 120. Petis ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere. 2. Phil. 35. Qui magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis, quam nobis? 11. fam. 40. 10 ep. Treboni. licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum inſtitutiſque conceditur. in Ant. 248. Tuſc. 5. 41. Licere pupulo ſatis eſt. 3. de Leg. 34. In duxit animum, ſibi licere quod uellet. 14. Att. 22. Quod non liceat, id hoc uno tenetur, ſi arguatur non licere. Part. 129.

Licet eſt.

Quibus ſine dolore licitum eſt, mortem cum uita commutare. ep. 50. Expeƈtaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nautas. Terentiæ. lib. 14. 4. 12. licitum mihi fuiſſet. ad Oƈtau 40. Id. quod poſtea, ſi per uos Iudices licitum erit, aperietur. pro Sext. Roſ. 39. Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Remp. perdere, quã ſimilibus eius me cos. Patritiis eſſe licitum. Att. 2. 16. 9.

Licet, *pro Quamuis*.

Licet corpus abeſſet meum, dignitas tam in patriam reuerterat. poſtquam. 205. Ex qua l. pauca deguſtes. 1. Att. 41. Quantũ uis enumeres multos l. nullos tamen, &c. de leg. 189 Quãtum uis l. excellas. de Am. 10. l. omnes in me terrores impendeant ſubito. pro Sext. Roſ. 23. Quam uolumus l. & c. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, &c. de haruſ. reſp. 17.

Licentia.

Bella eſt autem huius iuris quinquennii licentia. Att. 243. Pœna abfuit, & licentia conſecuta eſt. 5. Verr. 152. Omnino hæc licentia a Democrito. de Nat. d. 1. 75. Græcorum diſſoluta conſuetudo, & licentia impudens. pro Flac. 150. Immoderata libertas, infinita hominum licentia. ad Quint. fr. 294. Omnium rerũ infinita atque intoleranda licentia. cont. Rull. 63. Poeta numeris adſtrictior, uerborum licentia liberior de or. 90. Licentia magna eſt gladiatorum. 4. fam. 31. Niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquam ad unum tanta perueniſſet licentia off. 28 Verba priſca, quæ ſunt poetarum licẽtię liberiora. 2. de or. 84. Vide quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det, uel potius quid audaciæ. pro Lig. 140. Tu in cuius domo ſimulachrum non libertatis publicæ, ſed licentiæ collocaſti. pro Do. 239. Licentiæ templum exædificatum in ſedibus Larium noſtrorum. 1. de Leg. 41. Tantum licentiæ dabat gloria. de Sen. 86. Reſiſtere licentiæ alicuius. de Diu. 139. Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad ſcribendi licentiam libero. de N. d. 1. 86. Nec quenquam eo errore duci oportet, ut ſiquid Socrates aut Ariſtippus contra morem conſuetudinemque ciuilem fecerint, locutiue ſint, idem ſibi arbitretur licere: magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiã aſſequebantur. 1. off. 206. Nobis autem noſtra Academia magnã licentiam dat, ut quodcunque maxime probabile occurrat, id noſtro iure liceat defendere. 3. off. 26. Pueris non omnem licentiã ludendi damus off 51. Conſuetudo dabat hanc licẽtiam. or. 211. Cum iſte calumniæ licentiam ſua auctoritate dediſſet. in Verr. 222. Licentiam dare pecunias eripiendi. 5. Verr. 189 pro D. ſua. 37. Quãtam habent ad maledicentiam pro Font. 25. Ne ab iſto cõceſſã uideamus habere licẽtiã fugẽdi. pro Mur. 118. Quẽ ſi uiciſſet, habituus eſſet impunitatẽ & licẽtiã ſempiternã. pro Mil. 118. Ne maiorẽ largiar ei qui contradicturus eſt, libertatẽ & licentiã Aca. q 8. O licentiã iocularẽ. Fat. 12. Hi uiſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putauerunt licẽtiam cupiditatum ſuarum. 10. Att. 7. Cuius rei ipſe perpetuam licentiam optaret. pro Cęl. 40. In iis pernicioſus eſt error, qui exiſtimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. de Amic. 111. Qui eandem licentiam ſcribendi ſibi permitti nolunt. Tuſ. 1. 5. Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. de Fin. 2. 112. Licentiam alicuius rei præbere. 4. Ver. 47. Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, nunquam ipſimet nos præcideremus, iſtam licentiam, libertatemque uiuendi. 5. Ver. 3. Ia abhorret non modo ab huius ſeculi licentia, uerumetiam a maiorum conſuetudine atque conceſſis. pro Cæl. 47. Quod ſi ea ficta credimus licentia fabularum. 2. de Natu. d. 5. Numerus liberiore quadam fruitur licentia. Or. 200. Hac licẽtia permiſſa, ut quantum uellent, auferrent. in Ver. 153 Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata & licentia concionum. pro Flacc. 149. Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam impunitate & licentia, repreſſit. de Clar. 194.

Licentior.

Inde ille licentior & diuitior fluat dithyrambus. 3. de Or. 201. Quid uero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quę eſſent aptiora? in Or. 85.

Licenter.

Solutum quiddam ſit, nec uagum tamen, ut ingredi libere, nõ ut licenter uideatur errare. in or 42. Tanta eſt impunitas garriẽdi, ad quam licet flumenum frequenter tranſitio ſit uiſionum, ut a multis una uideatur. 1. de Nat. d. 150. Serui licẽtius, libertus, familiarius, cum domina uiuẽtes, pro Cęl. 45.

Lictor.

Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, lictor Sextius. in Verr. 159. I lictor, inquit, colliga manus pro Rab. 8. Sit lictor nõ ſuę, ſed tuæ lenitatis apparitor, maioraque præferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quam poteſtatis. Q. fr. 1. 10. Cũque te tua patria ui pulſum ut diuiſſes, prehendiſſe eum dexteram tuam, & bono animo te iuſſiſſe eſſe, lictorique proximo trauidiſſe, ut te monumentum ſuum deduceret. 1. de Dio. 105 lictores laureati. 7. Att. 36. lictorum meorum hæc moleſta pompa. 2. fam. 29. Illud non nimium probo, quod ſcribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademiſſe. 12. fam. 64. Deinde anteibant lictores non cum bacillis, ſed ut hic Prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus. 2. de L. Agr. 97. Lictores omnibus Senatoribus dare ſolebam in prouincia. 12. f. 47. lictores populus dedit. 11. Att. 10. Si lictores hos moleſtiſſimos non haberem. 8. Att. 2. lictores cum bacillis in turbam coniecit. 11. Att. 10. Cum lictoribus inuitus curſarem. 10. Att. 34. Lictoribus remotis. 9. Att. 2. Lictoribus atque accenſo in funere utatur. 2. de Leg. 57.

Lignum.

Dedicatum lignum. 2. de Leg. 72. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubiicere cęperunt. 3. Verr. 48. Ignem ex lignis uiridibus atque humidis in loco anguſto fieri iuſſit. 3. Verr. 30.

Ligneus.

Ponticolos ligneus. 5 Tuſc. 83. ligneum quodcunque uoleris uno e ligno dedicato. 2. Leg. 43. Signum ligneum. 6. Verr. 6. Materiam ligneam flamma uri poſſe neceſſe eſt. 2. de Inuent. 247. De neceſſitudine. Soleas ligneas in pedes inducere. 2. de Inuent. 132.

Ligneolus.

Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum qui mihi erat periucundus, quod, &c. Quint. fr. 3. 23. a. nonnulli legunt lineolum.

Ligo.

Nodus ita cohæret, ut diſſolui nullo modo poſſit, niſi ab eodem a quo eſt ligatus. de Uni. 197. Filium eius impuberem ligatũ, a Prætore miſſum in carcere, necandũ eſſe dixit. 4. in Cat. 85.

Ligurio.

Cum quidam de Collegiis noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem, totamque uobis integram reſeruaui. ad Brutum, l. 11. 36.

Liguriens.

Commiſſa eſt pecunia tanta Prætori, non reperietis hominẽ timide, nec leniter hęc improbiſſima lucra ligurientem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitanti. 5. Ver. 153.

Liguritio.

Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, uinoleotia, cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia. 4. Tuſc. 39.

Limen.

Limen cubili. pro Clu. 11. Extra oſtium limenque carceris. 5. Tuſc. 20. Qui ſimul ac pedem limine extulerat, &c. pro Cœl. 44. Non modo limine tectoque ædium ſuarum, ſed primo aditu ueſtibuloque prohibere quempiam. pro Cæc. 291. Nec illi tam cupidi liminum meorum & ualuarum fuerunt. pro D. ſua. 115. Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. de Nat. deor. 39.

Limes.

Siquidem bene meritis de patria quaſi limes ad cæli aditum patet. Somn. Scip. 28. λήμματα dialectici uocant ſumptiones. Diu. 2. 84.

Limo.

Stylus qui & alia & hoc maxime ornat ac limat. de or. 3. 105. limaui, aliquid poſterior annus de tua prolixa beneficaque natura. 3. fam. 28. Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. de or. 146. Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat. de Cl. 187. Quoniam ſe ipſe ad manuatarum genera cauſarum limauerat. de Opti. 243. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non poſſit: neque enim ignoro, & quæ bona ſint, fieri meliora poſſe doctrina. 1. de or. 57. Alia eſt illa cum ueritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilius: alia cum ad opinionem communem omnis accõmodatur oratio. 2. off. 49. id eſt, cum craſſo modo non ſubtilitate philoſophica. Ad hunc cum ipſum quædam inſtituit, quæ & ſunt magna ſane, & limantur a me politius. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 2.

Limatus.

Q. Sęuola æqualis & Collega meus, homo omnium & diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus, & ingenio, prudentiaque acutiſſimus, & oratione maxime limatus atque ſubtilis. 1. de Or. 88. Limatus moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum urbanitate. 2. de Nat. d. 54. Limatum dicendi genus. de Cl. or. 173. & de Fin. 98. & ep. 212. Alii ſubtili quadam & preſſa oratione limati. Orat. 198.

Limatulus.

Opus eſt huc limatulo & polito tuo iudicio. Volumnio, l. 7. 50. id eſt, terſo & ſubtili.

Limatius.

De ſummo autem bono, quia duo genera librorum ſunt, unũ populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non ſemper idem dicere uidentur. 5. de Fin. 10. Nihil enucleate dici, quo fieri poſſit aliquid limatius de Cl. or. 17.

Limito.

Etſi de tua prolixa beneficaque natura limitabit aliquid poſterior annus propter quandam triſtitiam temporum. Appio Pulchro, lib. 3. 8. 3 t.

Linceus, *Vide Lynceus*.

Linea.

Linea eſt quę ſine vlla latitudine currit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 107. Ferri ſuo deorſum pondere ad lineam. 1. de Fin. 14. Lineã tenere in agendo. Att. 60. A linea media ad læuam hãc direxit. de Voiu. 33. Diphilus aliquando perpendiculo & linea diſcer vti. 3. ad. Qu. fr. 2. Peccare eſt, tanquam tranſilire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quam longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Parad. 24. Rectis lineis in cęleſtem locum ſubuolant ignea. 2. Tuſcul. 63.

Lineamentum.

In geometria, lineamenta, formę, interualla, magnitudines. In aſtrologia, cæli conuerſio, ortus, obitus, motuſque ſiderum 2. de or. 91. lineamenta & formę deorum. 1. de Nat. d. 101. Eum multo magis figura & lineamenta hoſpitę delectabant. in Verr. 2 27. Tu illius ęris temperationem, & operum lineamenta ſolus perſpicis. in Verr. 233. Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere poſſunt. de Diu. 2. 37. Compoſitio membrorum, conformatio lineamentorum de Nat. d. 1. 34. Cum ad lineamenta oris peruentum eſt, de Diui. 118. Numerus quaſi quandam palęſtram & extrema lineamenta orationi attulit. or. 215. Quibus detractis, deum tamen noſſe te dicis, modo lineamenta maneant. de Nat. d. 1. 70. id eſt, argumenti partes. Nequ enim tam deſipiens fuiſſet, ex homunculi ſimilem fingeret deũ, lineamentis duntaxat extremis. de Na. d. 1. 87. Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuiſſe. de Cl. 193.

Lingua.

Lingua quaſi flabellum ſeditionis. pro Flac. 158. lingua uocem immoderate profuſam fingit & terminat. 2. de Nat. d. 112. Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. de or. 133. in ore ſita lingua eſt, finita dentibus, quæ ſonos diſtinctos & preſſos efficit, cum ad dentes, & ad alias partes pellit oris: itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes. de Nat. d. lib. 2. 113. Hęc tibi eſt excidenda lingua: qua uel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. 4. de Orat. 3. Latina lingua non modo non inops, ut uulgus putat, ſed locupletior etiam eſt quam Gręca. 1. de Fini. 15. Tuſc. quæſt. 192. Vt totum illud uti lingua nuncuparat, ita magiſtri carmine ſcriptum crederetur. de or. 106. Lingua Græcorum copioſior eſt, quam Latina. Tuſ. 2. 31. linguæ atque cordis diſſidium. 3. de or. 35. Verba neminem mouent, niſi cum qui eiuſdem linguæ ſocietate coniunctus eſt. de or. 164. linguæ ſolutio, uocis ſonus. de or. 94. linguam omnibus diligentiſſime eſſe continendam. 1. ad Q. fr. 29. Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus. de Nat. d. 53. Lingua celeres & exercitata ſunt oratores quidam. 1. de or. 41. Et tantus clamor a noſtris, ut neque mente, neq. lingua, neque ore conſiſteret. 2. ad Q. fr. 7. Sunt quidam ita lingua hæſitantes, ita uoce abſoni, ut, &c. 1. de Or. 57. Quorum linguæ ſic inhærent, vt loqui non poſſint, hæ ſcalpello reiectæ liberantur. de Diu. 128. In his linguis quas non intelligimus, quę ſunt innumerabiles, ſurdi profecto ſumus. 5. Tuſc. 163. Tibi autem idẽ conſilii do, quod mihimetipſi, vt uitemus oculos hominum, ſi linguas minus facile poſſimus. ad Varron. l. 9. 3.

Lino.

Lucretii poemata (vt ſcribis) ita ſunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis. Qu. fr. 2. 13. 2. id eſt, inſignita, & quaſi fucata.

Litura.

Et vnius hominis litura ſe commotum eſſe dixerit. pro Archia, 7. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. pro Arch. 187. Caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe in litura. in Verr. 147. Videtiſne totum hoc nomen, totam vbi fuit delatum, eſſe in litura? quid fuit illhic antea ſcriptum, quod mendum iſta litura correxit? in Verr. 129. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit. 3. Verr. 65. Cum mendum ſcripturę litura tollatur. Ep 85. Suum codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt: ſuarum perſcriptionum & liturarum aduerſaria proferre non amentia eſt? pro Roſc. Com. 5. Oppianicus qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptũ ſignis adulterinis obſignauit. pro Clu. 30.

Linquo.

Luce ſerenanti uitalia lumina liquit. de Diu. 1. 34. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum liqueret. de Nat. d. 1. 82. Linquere lumina fuoeſtis fatis. Diu. 2. 49. Vt is in inſula Lemno linqueretur. de Fat. 147.

Linquens.

Minturnenſes coloni quidem, &c. quod C. Marium, linquentem terram eam, quam ſeruauerat, lachrymis, votiſque omnibus proſecuti ſunt. pro Planc. 20.

Linter.

Motus erat is, quem & C. Iulius in perpetuum notauit, cum ex eo in utranque partem toto corpore vacillante quæſiuit quis loqueretur e lintre. de Cl. 114 Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. pro Mil. 55.

Linternus.

Linternus ager. in Rull. 68.

Linteum.

Auditæ eiſæque merces fallaces quidem & fucoſæ, chartis & linteis, & vitro delatæ pro Rab. Poſth. 24.

Linteus.

Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, veſtemque linteam. 7. Ver. 114.

Linum.

Tabellas proferri iuſſimus, linum incidimus, legimus. in Cat. 112. Reticulum tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſę. in Verr. 241.

Lippio.

Cum leuiter lippirem, has literas dedi. Att. 7. 47.

Lippitudo.

Citiuſque repentinus oculorum tumor ſanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Tuſc. 4. 132. Lippitudo hæc mihi ſine vlla lacbryma eſt. 10. Att. 46. Mihi moleſtior lippitudo erat etiã, quam ante fuerat. Att. 128. Lippitudinis meæ ſignum, tibi ſit librarii manus. Att. 131. Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet: ſed dictaui propter lippitudinem. Att. 7. 132. 2. Non occupatione, ſed paruula lippitudine adductus ſum, et dictarem hanc epiſtolam. ad Q. fr. 2. 6. t. λῆψις tua quem in diem incurſat neſciu. 7. Att. 27.

Liquidus.

Liquida voluptas & libera. 1. de Fin. 89. Quidquid inde haurias, purum liquidumque te hauſire ſentias. pro Cæc. 57.

Liquido.

Confirmare hoc liquido poſſum. in Verr. 229. Gratiſſimum eſt, te libenter amicitiæ dediſſe, quod liquido veritati dares. ad Caton. l. 15. 26. Nemo eſſet qui hoc ſe audiſſe liquido diceret. 5. Verr. 116. Liquido negare aliquid. 11. fam. 45. Quod eo liquidius facies, &c. de Fi. 2. 33. Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui. ad Planc. lib. 10. 20. Hoc eſt apertius, & certius, ac facilius.

Liquor.

Aquæ admiſtum eſſe calorem, primum ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. de Nat. d. 2. 19. Quæ liquoris & concretionis vim habeant. de Voiu. 63. Liquores perlucidi amnium. 2. de Nat. deor. 72.

Liqueſco

Cum liqueſcimus voluptate, fluimuſque mollitia, apis aculeũ ſine clamore ferre non poſſumus. 2. Tuſ. q. 46.

Liquatus.

Guttę liquatæ ardore ſolis. Tuſ. 2. 45.

Liquefacio.

Quos nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciunt voluptatibus. Tuſc. 5. 13.

Liquefactus.

Aqua liquefacta & dilapſa, admixto calore ſe diffundit. de N. d. 2. 19. Glaciem calore liquefactam & dilapſam diffundi. de N. d. 31. Et ſtatuę veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. in Cat. 63.

Liquet.

Simili modo liquet, alteram quoque approbationem ſeparatam eſſe. de Ion. 54 Cum id, de quo Panætio non liquet, reliquis ſolis luce clarius eſſe uideatur. de Diu. 1 6. Cum quid liquere non habuiſtis. pro Cęc. 290. Si haberem aliquid quod liqueret. de Nat. d. 2. 2. Sed (quod inter nos liqueat) nec tu quidem intelligis. 1. de N. d. 100. Si habes quod liqueat, neq. reſpõdes ſuperbis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 85. id eſt, quod notum ſit & manifeſtum.

Nec vero Protagoras, qui ſeſe negat omnino de diis habere quod liqueat, ſint non ſint, qualeſve ſint, quidquam videtur de natura deorum ſuſpicari. 1. de Nat. d. 43. Eorum vero qui ſibi non liquere dixerunt, ſapientiam laudo. pro Clu. 60. & 85. Et in eo conſiliu, cum cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliādi, dixiſſe ſibi liquere, &c. pro Cæc. 21.

Lis.

Lis æſtimata eſt eo nomine, quod, &c. in Verr. 73. H S. V T T T, milibus lis æſtimata eſt. in Verr. 190. Vt lis hæc capitis æſtimaretur. pro Clu. 41. Si quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittunt. pro Clu. 91. Si lis in iudicio ſit, propinquum potius defenderis. off. 1 2. Aeſtimationem litis non eſſe iudicium. Epiſt. 117. Aeſtimare litem. pro Clu. 91. C. Dolabellæ H S ad tricies litem eſſe æſtimatam, in Verr. 95. Poſſumus enim, ut ſponſores appellentur, procuratorem introducere; neque enim illi litem contestabimur, quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. Att. 16. 38. litem damni iniuria cum aliquo conteſtatam eſſe. pro Roſc. Com. 35. Rem an litem dici oporteat. pro Mur. 130. Quid? ſi cū pro altero dicas, litem tuam facias: aut læſus efferare iracundia, cauſam relinquas, nihilne noceas? 2. de or. 168. id eſt, ſi ita agas, vt non alienam cauſam, ſed tuam agere videaris. Nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat. pro Roſc. Com. 21. Inferre litem alicui. pro Rab Poſth 124. litem intendere. 1. de or. 12. Quem hercle ego litem adeo perdidiſſe gaudeo. 1. de or. 81. Neque intelligebat ſi ita eſſet, litem aduerſarium perditurum. de or. 98. In ſua lite vel in alieno iudicio. pro Q. Roſc. 52. Bona ſua repetere, ac perſequi lite ac iudicio. in Verr. 154. lites contractas iudicanto magiſtratus. 3. de Leg. 5, & 6. Sunt lites æſtimatæ a Gabinio, nec prædes dati. pro Rab. Poſthum. 5. Lites ſeuere æſtimate. pro Mur. 134. lites condemnari ſolent. pro Rab. Poſth. 32. lites & controuerſię cogunt homines malos oratores perpeti. 1. de or. 59. Roſcium ſuas, non ſocietatis lites redemiſſe. pro Q. Roſc 23. litium æſtimatio, iudicium non fuit. pro Clu. 92. litiū appellatio. pro Rab. Poſth. 7. litium & beneuolentiæ iura. 7. fa. 28. Multitudo litium, & varietas cauſarum. de or. 94. Mecum vero quid habent litium, qui ipſorum diſciplinam ſequor? Acade. q. ed. 1. li. 2. 89. Periculo litium ſe liberare. 3. Verr. 68. In litibus æſtimandis nemo appellabatur niſi eſ teſtium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuium. pro Rab. Poſth. 224. Philoſophi ætatem in litibus conterunt. de Leg. 166.

Liſo.

Liſo Lilybætanus, a C. Verre hoſpite ſuo ſpoliatus. 6. Ver. 32.

Liſitus.

Ex Ioue & Liſito eſt is Hercules quem concertauiſſe cum Apolline de tripode accepimus. 3. de Nat. d. 29.

Litigo.

Qui per ſe litigat. pro Q. Roſc. 53. Zeno quidem etiam litigabat. de Nat. d. 1. 65. pro, conquerebatur. Hircius cum Quinto acerrime pro me litigauit. Att. 217. litigarem tecum, ſi fas eſſet, ſed, &c. Q. fr. 312. Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari. 9. fam. 60. litigare ſe ſimulans blandiatur. de Amic. 82. Hic cum C. fratre putat ſe litigare. 13. Phil. 368. litigandi vias non iuſtitiæ tradunt. 1. de Leg. 13. Mira ſum alacritate ad litigandum. Att. 26. & 217.

Litigns.

Aliquot enim in cauſis eum videram fruſtra litigantem. pro Cæl. 43.

Litigioſus.

Defenſor nimiū litigioſus. pro Mur. 22. litigioſa diſputatio. 5. de Fin. 133. litigioſa eſt ignoratio iuris potius, quam ſciētia. 1. de Leg. 13. litigioſum prædium. de Or. 152. Defenſoris nimiū litigioſi, conciti ad rixam. pro Cæc. 30. Hominemque id ætatis minime litigioſum quam tumultuoſiſſime adoriantur. 4. Verr. 25. Habent enim bene longam, & ſatis litigioſam diſputationē. de Fin. 143. Quid huic iam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebatur, non habebat. pro Mur. 23. Neque vehementer vitæ meæ pœniteret, ſi in mea familiaritate locus eſſet nemini, niſi litigioſo aut nocenti. pro Pl. 67. Quod ſi, &c. vererisne tua domus talis & viri & ciuis, ſi a litigioſis hominibus non colatur, a ceteris deſeratur? 1. de or. 133.

Litigator.

Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quam æſtimabat. pro D. ſua, 89.

Litera, *character, ſcriptura, nota.*

De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominū moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur. 2. de or. 41. Ante Periclē litera nulla eſt, quæ quidē ornatum habeat. de Cl. Or. 167. Litera ſalutaris, aut triſtis in iudicando. pro Milo. 11. Ex conſequētibus, quod ea litera de accuſatore ſoleat dari iudici. Part. 291. Nam Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ manum non amabam, quia indicabat te non valere. Att. 7. 8. Similitudo verbi ad literam immutati, vt Næuius, ignauius. de or. 332. literam ad caput affigere. pro Roſc. Am. 34. Demoſthenes eius artis cui ſtudebat, primam literam non poterat dicere. de or. 108. Sed ne literam quidem vllam facimus niſi forenſem. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 6. hoc eſt, nihil omnino, niſi quod ad forum pertinet, tractamus. Quid non ſic ex alio nectitur, vt non ſi vnam literam moueris, labent omnia? de Fin. 3. 58. Quod iſte, ſi vnam literam Græcam ſciſſet, non ſuſtuliſſet. in Verr. 130. Nullam literam ſcripſi. pro Arch. 189. Si homo eſſet, eum potius legeret, quam vnam literā ſcriberet. Att. 23. Cū ipſe literam Socrates nullam ſcripſiſſet. de or. 148. Vt iotam literam tollas, & e pleniſſimum dicas. 3. de Or. 26. litera prima eadem competitorem habere. pro D. ſua, 86. ipſe me Cæſar ad pacem hortatur, ſed literæ antiquiores, quam ruere cœpit. 7. Att. 62. literæ neque expreſſæ, neque oppreſſę. Off. 1. 285. literæ Græcę. Aca. q. ed. 1. l. 2. 5. Dum literę Latinæ loquentur. 1. de Leg. 1. lib. 1. de Fin. 1. literę poſteritatis cauſa repertæ ſunt quæ ſubſidiū obliuioni eſſe poſſent. pro Syll. 34 literæ quę tenues & obſcuræ notę ſunt voluntatis. de Inu. 80. Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeſlibet aliquo coniiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis annales Ennii, vt deinceps legi poſſint, effici. de Nat. d. lib. 2. 68. In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarū notas. de Diu. 126. In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria I I I, duo mm. de or. 131. Io eius tabulis oſtendit literas, A. P. P. R. de or. 134. Definite literas legis perſcrutari. de Inu. 35. Neque cum literis, quibus ſcita ſcribuntur, rectum aut oritur, aut occidit, de Leg. 171. Omne nomen ex aliquibus literis ſcribitur. de Inu. 64. Huic & Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum, a cōmuni Sicilia datas. 4. Ver. 110. Aſſidue uti literis. Ep. 71.

Literæ, *pro artibus, eruditione, diſciplinis, libellis, ſeu monumentis.*

Geometria, muſica, literæ. de or. 155. Memoria, monumenta, literæ. in Ver. 195. Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodeſt. Att. 114. Ad percipiendam colendamque virtutem literæ adiuuant. pro Arch. 188. Meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferunt in Anto. 164. Multæ literæ reconditæ & exquiſitę. de Cl. 188. Erant in eo plurimę literæ: nec eæ vulgares, ſed interiores quędam & reconditæ. de clar. or. 114. 15. fam. 53. Quod enim mihi eſſe poterat perfugium ſpoliato & domeſticis & forenſibus ornamentis atque ſolatiis? literę credo, quibus utor aſſidue. Luccio, lib. 5. 42. id eſt, ſcientię & diſciplinæ, quę literarum monimentis continentur. Omni literarum generi deditus. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 4. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque politioris humanitatis & communium literarum expers. de or. 115. literarum ſcientia & eloquendi elegantia. de Cl. 178. Verſor in ſtudio literarum. de haruſ. reſp. 16. In ſtudiis humanitatis ac literarum verſari. pro Arch. 186. literis omnibus a pueritia deditus. Ep. 8. literis ſtudere. 6. fam. 13. Mādare literis cogitationes ſuas, & tradere memoriæ. Tuſ. 1. 5. Retuli me ad literas, & ad ſtudia uſa. Att. 4. 85. 14. Nō eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum literas adamarit, aut humanitatem. pro S. Roſ. 38. In literas ſe totum abdere. 7. fam. 58 T. Flaminius literas neſciebat. de Cl. 188. Tantum dicam, neque illos, neque ullas te omnino literas noſſe. in Ant. 164. Qui interiores & reconditas literas ſcrutantur. de Nat. d. lib. 3. 29. 3. fa. 41. Literas norare. 4. Att. 30. Ego omni delectatione, literiſque omnibus careo, quas ante quam te videro, attingere non poſſum. ad Tironem, lib. 16. 14. 2. Itaq. ut literis conſignamus, quæ monimentis mandare volumus. Aca. q. ed 1 lib. 2. 3. Tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? neque earum literarum obſignatorem authorem, neque teſtem ullum nominabis? pro Clu. 57. Omnia enim hæc neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. de or. 101. Cuſtodire literis aliqua. de or. 113. Pauca primo inter nos de literis, quarum ſummum erat in vtroque ſtudium. 1. de Fin. 11. Tarutius imprimis Chaldaicis literis eruditus. de Diu. 118. literis Latinis illuſtrare. Aca. q. ed. 2. lib. 1. 3. Agere ætatem in literis. de Leg. 169. Niſi in literis uiuerem, viuere haud poſſem. 9. fam. 51. Opus eſt hic limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſępe verecundiorem me in loquendo facis. Volumnio, lib. 7. 34. 5. Nobis aūt videtur, quicquid literis mandetur, id cōmēdari oīum eruditorum lectione dicere. Tuſ. 2. 6. de N. d. 1. 6.

Grçeni nõ philoſophia ſolum,ſed etiam literis, quod fere cæteros Epicureos negligere dicunt,perpolitus. in Piſ. 64. Nomina aratorum & cum ſingulis pactiones.Decumanorum literis peeſe qui & conficere neceſſe eſt.in Ver. 172. De Craſſo qui mihi eam laudem eo minus deberet,quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus.Att.literis ſe inuoluere. 9. fam. 40. Homo ſine ingenio,ſine literis.in Ver.223.Sed illud ueterum literis eſt uſitatiui.de Nat.d. 69. Non his delector aut utor omnino literis,quæ noſtros animos deterrent atque auocant a religione.de haruſp.247.

Litera,*ſiue* Literæ,*arum*,*codicilli*,*epiſtolę*, *aut tabula*.

A quo adhuc nulla litera eſt.14.Att.31.pro, nulla epiſtola. uel, ne litera quidem una. Neque inde uenit, unde mallem, neque diu obfuit, neque ullam literam ad me. Attic. 13. 260. 5.Ille cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet,ad me literam nunquam miſit. Caninio, lib. 2.16.13. Cum ad u s. x a p. quinquies redegiſſe conſtaret,ut Romam rediit,nullam literam pupillo,nullã matri eius,nullam ſcripſit qua teſtaretur & agno ſceret ſe accepiſſe pecunias,&c.& ſimilia. Nullam literam ſcripſi.pro Archia.13.pro Nihil ſcripſi,literæ Alexandrinæ.11.Att.12.id eſt,Alexandrinæ datæ,ut dicuntur Epiroticæ. literæ ardentes. 14. Att.14.Binæ continuę literę.Ep.154.literæ Britãnicæ. 7.fam.18.literæ non committendæ ſunt eiuſmodi periculo, ut aut interire,aut aperiri,aut intercipi poſſint.1.Att.24.literę cõtumelioſæ,minaces.11.fa.5.in ep.Brut.& Caſſii.literæ de Britannia. Q.fr.2.16.13.diſertæ.3.fa.48.Epiroticę.12.ad Att.66.id eſt, quas in Epirum ſcribis.facetę & elegantes.Ep.111. forenſes & ſenatoriæ.off 2.4.frigidæ & inconſtantes.Ep.153. languidiores. 11.Att.19.longiores & breuiores.9.Att.18. matutinæ & pomeridianæ.12.Att.66.Non eius generis meæ literæ ſunt, ut eas audeam temere committere.Ep.6.Minaces & acerbæ literæ, 16.f. 23.multiiuges.14. Att.10.In Galliam ad te ipſum uenit, in agrũ communem eo denique ubi non modo res erat,ſed ratio quoq. omnis,& omnes literæ.pro Quintio,20.literas uocat, ſocietatis rationes,& ſcripturam,ſeu perſcriptiones & tabulas. literæ ſatis mature perlatæ 3.fam.14.pręposterè redditæ.7.Att.51. reſignatæ.11.Att.21.ſcriptæ mea manu.Ep.34.ſana mente ſcriptę. 9.Att.19.multis uerbis ſcriptę.Ep.54.pridie ſcriptę, quam datæ.15. Att.21.ſtomachoſiores.3.fam.48. literæ tuæ ſemper ſecũ afferunt aliquid.10.Att.43.literæ triplices.13. Att. 8.literę tuæ inſtillarunt mihi quiddam quo ſtarem. 9. ad Att.18. occultant multa.3.Att.25,mihi uolent obuiæ.6.Att.38.literæ ubertores. 11.fam.53.uberrimæ.4.Att.50.& 9.18.nimis ueteres.13.Att.18. uictrices in Senatu recitatæ ſunt. 5. Attic. 45. literæ. ὑπόμεμψιμοι. 6. Attic. 1. Literæ illius ab aliis ad nos commeant.8. Attic. 23. Cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer,accuratius domi meæ literę mihi dantur a te,&c.ep.98.Literarum aliquid ad te darem,ut loquerer tecum abſens.7.Att. 49. Id quando non accidit,utemur bono literarum,&c. ep.251. literarum caput erat. 14.Att.53.Nullum literarum diem a te deſideraui.12.Attic.56.literarum εὐτραπελία. 7, fam. 55. literarum genus uſitatum.4.fa.38.literarum nouo genere iam ad te uſus, ut intelligeres non uulgarem eſſe commendationem.13 fam.29. In Siciliam ſum inquirendi cauſa profectus: quo in negotio induſtriam meam celeritas reditionis,diligentiam multitudo literarum & teſtium declarauit.3.Ver.10. literarum tuarum particula.ad Brut.42.in ep,Brut.Prudentia tuarum literarum.ep.43. literarum ſilentium.16.fa.27.ex ep.Ciceronis filii.literarum tarditas.15.Att.45.literarum mearum uarietas.15.fam.21,literarũ tuarum uarietas.11.Att.30.literis chirographum & ſignum apponebant.2.Att.51.Idibus ueſperi e Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmum habere.Att.116.literas tuas pluribus epiſtolis accepi.3.ad Q.fr.6.Aperire l. Att. 93.97. Cedo mihi eiuſdem Prætoris l. & rerum decretarum, & frumenti imperati. 7.Verr.45.literas conficere.5.in Verr.92.11.Att.8.literas Phrygias conſcripſit.Hercules Nilo natus Aegyptius.3.de Nat.d.29. literas illis meo nomine conſcribas,11.Att.8. literas tuas Fiſulanus mihi dedit.Att.70.literas Pontino de omnibus rebus diligẽtes dabis.Att.50.Vt aut quo dem poſthac literas ſciam, aut ne dem fruſtra.5.Att.10.Sępius ad aliquem literas uno exẽplo dare.ep.48.Dare literas alicui ad aliquem.in Cat.111.literas dare de aliqua re facienda.12.Att.15.literas tuas elicit mea loquacitas.7.Att.45.literas tuas elicere uolo,7.Att.41.Confeſſi ſunt ſe accepiſſe literas,ſed excidiſſe in uia.2.Att.23.Hodie tuas literas expectabamus matutinas:erunt fortaſſe alteræ in poſtmeridianæ,niſi te Epiroticæ literæ impediant.Att.13. Antequam aliquo loco cõſedero,neque longas a me,neque mea manu literas expectabis. Att.75.literas crebras a nobis expecta, aſt plures & ipſe mittito.1.Att.46.Has literas uelim exiſtimes fœderis habituras eſſe uim,non epiſtolæ.5,fam.20.Quamobrem unam ex decem nauibus non prædonum repentino aduẽtu,ſed legati latrocinio:non ui tempeſtatis,ſed hac horribili tempeſtate ſociorum amiſſam,in literas publicas retulerunt.6.Ver.63. Literas in alienum incidere.Att.55.legi tuas literas,quibus ad me ſcribis, &c. ep.6.literas eiuſdem generis ad te miſi.11.Att.20. Te aiebas de tuis rebus geſtis nullas literas miſiſſe. pro Planc. 277. Literas legum obſeruare. 3. de Leg. 40. Cum eius clementiam Corfinienſem per literas collaudauiſſem.Att. 152. Per literas tecum ſæpiſſime colloquar.ep.6.Att.89.Per literas mihi ignoſcit. 10. Att.6.Lucius queritur apud me per literas,&c.Att.83. Lucullus de Dionis iniuria grauiſſime per literas cum Verre queſtus eſt, in Verr.113.literas in publico proponere.8.Att. 4. literas expectatiſſimas a te mihi reddidit ſeruus Plancii.16.fam.10. Literas a te mihi ſtator tuus reddidit.2.fam.34.literas tuas longiſſimas quaſque mihi gratiſſimas fore.7.fam.58. Literas tuas crebro regusto.13.Att.15.A literis mutum tempus.8.Att.62.literis atrociſſimis perculſus.9.fam.59 Binis continuis literis.10.fam.36. in ep Planc.Literis crebris nos appellato.15.f.50.literis creberrimis aliquem fulcire.5.Att.55. Ex literis illius.10. ad Att.30. id eſt, ut oſtendunt illius literæ. Itaque ego id ſolum ex literis oſtendam Syracuſanorum. 7. Vert. 128. In literis tuis antiquior dies fuiſſet aſcripta,quam illius. 3. ad Quin.frat. 6. Literis interceptis cognouimus. 12. fam.33.in epiſto. Lentu. literis tuis uarie ſum affectus.16.fam.5.Ei nunc epiſtolę,literis his reſpondeo.Att.19.Neq. hæc literis longioribus digna. 12. Att.12.Literis publicis conſignatam memoriam publicam nullam habemus.3.de Leg.40.Vnis & alteris literis. 14. Attic.39. Vnis literis totius æſtatis res geſtas ad Senatum perſcribere Ep.13 43.literis aliquid complecti.6.fa.18.id eſt, de re aliqua ſcribere. literis euocare aliquem.10.Att.44.obſtrepere alicui.5. fam.10.literis multorum & ſermone omnium perfertur ad me. 14.fa.1. literis quas communiter cum aliis ſcripſiſti,& iis quas tuo nomine.11.Attic.7.literis,quas uulgo ad te mitto,&c.3.ad Q.fr.14.i. quas do cuilibet ad te ferendas, non certo homini.

Literulæ.

Literulæ meæ deſiderio tui obl anguerunt.16.fam.18. literulę tuæ ſolent eſſe copioſiſſimę & clariſſimæ.6.Att. 48. Vndecimo die poſtquam a te diſceſſeram,hoc literularum exaraui.Att. 12.1.Chryſippum vero,quẽ ego propter literularũ neſcio quid, libenter uidi,in honore habui.Attic. 7. 12 2.20. Etſi noui nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas.Att. 14.5. Signum Apollinis pulcherrimum,cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum.6.Ver.83. Accepi tuam epiſtolã uacillantibus literulis.ad Tironẽ, li.16.20.

Literatus

Albinus & literatus & diſertus fuit,de Cl.4. Homo nec infacetus,& ſatis literatus.off.62. Quiuis mediocriter literatus.ad Her.85.Quod literatum eſt, id eſt melius quam quod non eſt literatum.de Nat.d.64.Plena literatę ſenectutis oratio. de Cl. 189.Quid eſt enim dulcius otio literato? 5.Tuſ.q.149.id eſt, in quo literis damus operam. Viri literati,ac ſtudiis, doctrinisq. dediti.pro Corn. Balb. 1.Circumpedes autem homines formoſos & literatos,ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. 3. Verr. Tua nobilitas hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior. pro Mur. 127. Frater tuus quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret, &c. Epiſ.135.

Literate.

Belle & literate dicta laudantur.de or.122.L.Aelius ſcriptorum ueterum literate peritus.de Cl. 183. Quid igitur reſponderem?(quęro ex eo ipſo qui ferre me non poteſt) me ciuem eſſe Romanum?literate reſpondiſſem,an tacuiſſem? deſertum negotium.de hac reſ.15. Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini pluſquam mihi literas profuiſſe. ita enim ſunt perſcriptæ ſcite & literate,ut ſcriba, &c. in Piſ. 48. Iſdemque temporibus L.Furius Pilus perbene Latine loqui putabatur, literatiuſque quam cæteri.de Cl.55.

Literatura.

Fuit in illo ingenium,ratio,memoria,literatura, cogitatio, diligentia.2.Philipp.111.De Cæſare loquitur. Nihil ſane præter memoriam, quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis.in Part.15.

Litigator,Litigioſus,Litigo,*Vide* Lis.

Lito.

Litemus igitur Lent parentemus Cethego,&c. pro ?la.164.

Litor.

Cum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil uidetur eſſe dirius, proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrime. 2. de Diu. 37. Quid cum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit ut litetur, aliis nõ litetur? 2. de Di. 56. Ἀπότευγμα videtur attuliſſe lex ſumptuaria. 7. fam. 47.

Litura, *Vide* Lino.

Litus.

Litus eſt qua fluctus eludit. Top. 16. Litus atque aer, & ſolitudo mera. 1. Att. 55. Timebam litus inſulæ. Q. fr. 317. Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus eiectis? in Ant. 226. In litore deſerto aram conſecrare. pro D. 241. In litore fluminis Eurotę. de Ion. 74. Villa litore, tum proſpectu maris, tum, &c. Att. 188. Amœnitates orarum & litorum. de Nat. d. 46.

Lituus.

Lituus, id eſt incuruum & leuiter a ſummo inflexum bacillũ, quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomẽ inuenit. Diu. 1. 30. Lituus Actii Nauii, quo terminauit regiones vineæ ad inueſtigandum ſuem. de Nat. d. 2. 7. Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus? 1. de Diu. 30. lituus profectionis meæ. 11. Att. 25. lituus Romuli cum ſitus eſſet in curia Saliorũ, eaque deflagraſſet, inuentus eſt integer. Diu. 1. 30. lituo Romulus regiones direxit tum, cum vrbem condidit. Diu. 1. 30. De lituis βοοπίδων, de ſignifero Athenione, &c. Att. 2. 31.

Liuidus.

Ergo inuidi & maleuoli, liuidi & timidi, & miſericordes, quia procliues ad eas perturbationes, non quia ſemper feruntur. 4. Tuſcul. 42.

Liuor.

Si timore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui. ad Her. 7. Tu enim e certo ſenſu & vero iudicas de nobis: ne faciãt, ſumma maleuolentia & liuore impediuntur. 11. f. 16. in ep. Dec. Brut.

Locus.

Quouſque ludis?nam etiam Philo ferre non poterat, &c. de Nat.d.1.79.Vt qui pila ludunt, non utuntur in ipſa luſione arti ficio proprio palæſtræ,ſed indicat ipſe motus,didicerintne palæ ſtram,an neſciant.de or.91. Tuſc.5.44.& rat.26. Eumque luſi io coſe ſatis.ad Qu.fr.3 13.Non illo ueteri uerbo quod iure luſiſti. ep.98.Domitius in Senatu luſit. Appium.ad Q. fr. 316. Verū in me quidem ille luſit ut ſolet. de or.158. Hoc ciuili bello quam multa luſerunt.Diu.2.41. Qui non dubitaret uel in foro alea lu dere.2.Phil.70.de Fat.50.ludere aliquem.de or. 125. Diſputa-tionem aliquam facetiis ludere.de or.129.Pila bene & duode-cim ſcrupis ludere.de or.103.Sic ludere Carneades ſolebat.Ac. q.ed.1.lib.2.89.Cum uero deos nihil agere,nihil curare confir-mat,membriſque humanis eſſe pręditos,ſed eorum membrorum uſum nullum habere,ludere uidetur.3.de N.d.3.Oratio aut nul la ſit neceſſe eſt,aut omnium irriſione ludatur.de or,89.Sic mul tum ac diu luditur.ep.115. Ludendi autem eſt quidam modus retinendus,ut nē nimis omnia profundamus,&c.ſuppeditant au tē & cāpus noſter & ſtudia uenādi honeſta exēpla ludēdi.off.21.

Ludens.

Illa ludens conieci in communes locos Parad.4. quando pue ris ludentes.de Fin.131.

Luſus.

Omnium cæterarum rerum oratio,mihi crede,luſus eſt homi ni non rudi.1.de or. 39. Sed & illum quem nominaui & cæte ros Sophiſtas,ut e Platone intelligi poteſt,luſos uidemus a So crate.2.de Fin.3.

Ludifico.

Si quis latitare ac diutius ludificare uideatur. pro Quin.32. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere,aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur . pro Roſc.Am.33.

Ludificatio.

Conſecuti dies pauci omnino Ian. mēſe, per quos Senatū ha bere liceret:ſed nī actum nihil,niſi de me,cum oī mora,ludifica tione,calumnia Senatus auctoritas impediretur . pro Sex.64.

Ludibrium.

Libertatis ſignum poſuiſti ad ludibrium impudentiæ magis, quam,&c.pro Do.239. Ne ludibrio ſimus inimicis. in Ant.255. Senatus authoritas turpiſſimo cuique ludibrio eſt. Salluſt. in Cic.270. ludibrio & deſpectui turpiam eſſe.ad Her.36 Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium pop. Rom.ad Br. 3. ludibrio eſſe nobis gloriam.7. Verr.78. Neque me abſentem ludibrio læſum iri.5.ſam.1.in epi. Q. Metel ille hęc ludibria fortunæ ne ſua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona.in Parad.9.

Ludicrus.

Ars ludicra armorum, gladiatori & militi prodeſt aliquid. de or.118. Cum ceſſant pueri, exercitatione aliqua ludicra delectantur.de Nat.d.1.72. Quæ agenda ſunt in foro tanquam in acie, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari. de or. 97. Clarorum uirorũ ludicros ſermones eſſe non oportet, Aca. q edit.1.lib.2.6.

Lues.

Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.de har.reſp.23.

Lugeo.

Fortunam Reip. lugeo Att.127. Quis bonus non luget mortem Treboni? in Ant.244. Sed mehercule & tum Rempub. lugebam, quæ non ſolum ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis mihi erat charior.ad Curium,lib.7.29.5. Illa hoſtium mortem lugebat de Inu.72. Quid ego nunc lugeam uitam hominum? Tuſ 1.130 lugeamus quam honeſtiſſime.4.ſam.2. Senatum Reipub. occaſum atque interitum lugere uetuiſti. in Piſ. 83. mortem ſuorũ. Tuſ.1.25. Grauiter mortuos. Tuſ.3.60. Omittamus lugere. de Cl.or.189. lugere ſuos.de or. 127. Ex hac opinione ſunt illa uaria & deteſtabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarũ, pectoris, feminum, capitis percuſſiones. Tuſ.3.52. Non lugendum viris, cõfirmatum exemplis Q.Maximi, L.Pauli, M.Catonis, & ſimilium. Tuſc.3.59.

Lugens.

Statua deformata, lugenſque.pro Mur.145. Nihil eſſe malum quod turpe non ſit, ſi lugenti perſuaſeris, nõ tu illi luctum, ſed ſtultitiam detraxeris. Tuſc. 3.66. lugente Senatu mœrentibus omnibus bonis.pro D.218.

Luctus.

Luctus, eſt ægritudo ex eius, qui charus fuerit interitu acerbo. Tuſ.4.15. Luctus unde oriatur. Tuſ 1.26. Triſtis & acerbus luctus.pro Plan.275. Spectaculum ſordium atque luctus, & tanti ſqualoris alicuius.pro Clu.58. Eſt autem impudens luctus mœrore ſe conficientis, quod imperare non liceat liberis. Tuſc. 3.23. Funebria omnia quibus luctus augetur, duodecim ſuſtulerunt.2.de Leg.55. Eum plane luctum omnem abſterſeris. Tuſc. 3.37. Ne illius ſqualorem, luctumque aſpicerem. Att.41. Orarne ſuum luctum patris lachrymis, patris mœrorem ſuo fletu augeatis.pro Flac.166. Luctum eſſe uoluntarium. Tuſ.3.54. Luctũ habet concurſus hominum in funere. 2. de Leg. 60. In luctum detruſus.1.ad Q.fr.58. Mulier in familię luctũ, & in priuignorum funus nupſit.pro Cl.57. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem. Attic.3.47.4. Luctum in diuos manes minuito.2. de Leg. 24. Nam & ea ſcripſiſti quæ luctum leuare poſſet.4.ſam.20.3. Att.21. Luctum ex aliquo percipere. 14.ſam.1. Quid hoc aliud placauit, niſi quod luctum & mœrorem eſſe non putabant uiri? Tuſ.3.59. Luctu al quem afficere. in Piſ. 13. Mihi Telamon iratus luctu filii furere uidetur. de Or.126. In ſordibus lamentis, luctuq. tacuiſti.in Piſ 98. Sunt autem alii, quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui ſæpe delectat Tuſ.3.54. In luctu & ſqualore ſum.ep.56. Erat in luctu Senatus, ſqualebat ciuitas.pro Seſt.9.9.ſam.9. Tuſc.3.54. Quam quidem nunc multitudinem uideris iudices, in ſqualore & luctu ſupplicem uobis.pro Plan.17. Quamdiu uixit in luctu. Tuſc. 3. Miſer, luctu perditus.pro Roſ.Am.13. Eorumque, qui grauiora ferunt, luctus, aliorum exemplis leniuntur. Tuſ.3.48 Incidere in maximos luctus. 1.off. 47. luctus maximos uetuſtate tollit diuturnitas.3.ſa.46. Eſſe in maximis luctibus.3.off 127.

Luctificus.

Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori. 2. Tuſcul. 45. Ex Aeſchilo.

Luctuoſus.

Cuius diſceſſus omnibus honeſtis luctuoſus uiſus eſt. Poſtquam.209. Luctuoſa res.2.de Diu.119. Afflicta & proſtrata uirtus maxime luctuoſa eſt.de or.128. Luctuoſum acerbum.graue. de Or.143. & con.Rul.75. luctuoſum ad priuatum dolorem. de haruſ reip, 46. Nam illorum liberi cum erant ſecuri percuſſi ac necati, corpora feris obiiciebantur: hoc ſi luctuoſum eſt parēti, redimat pretio ſepeliendi poteſtatem.7. Verr. 93. O diem illũ Reipub. luctuoſum. pro Seſt. 8. Quam me hercle ego præconi huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto.de Leg. Agr.54. Non deſeram neque optimi, neque unici fratris miſceas ac luctuoſas preces, nec, &c. Att.3.60.3. Miſeris his temporibus & luctuoſis.ep.70.

Lugubris.

Lugubris lamentatio fletuſque mœrens. Tuſ.1.26. Carmen & rebus & uerbis & modis lugubre.3. Tuſ.79. Memini, uidi ſimul cum pop. Rom. forum comitiumq. adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu: ad ſenſum, cogitationemque acerbo & lugubri. 3.Ver.39. Prode lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ ſignificat.5.Ver.107. lugubrem eiulationem in funere Solonis lex uetat.2.de Leg.55. O rem lugubrem. itaque intercludor dolore. Att.li.8.152. 2. Fratris mei lachrymæ ſordeſq. lugubres. Poſtquam.6.

Lumbus.

. & Cepheus cõditur ante lumborum tenus a prima depulſus ad vndas. in Arat.10.

Lumen.

Quaſi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere ſanctitatem tuam.4.fa.7. lumen mentis. Tuſc.3. 8. lumen tenuiſſimum & pleniſſimum lunæ.de Nat.d.2.37. Nunc autem opto, vt ab iſtis Orientis partibus, virtutis tuæ lumen eluceat.ad Caſſium, lib. 12. 58. Plurimum luminis alicui rei adferre. Aca. q. ed. 2.lib. 1. 7. Qui quamquam plurimi ſunt, doctorem tamen lumenque deſiderant.ad Trebarium,lib.7. 36. id eſt interpretationem. Prędiorum ſcito mihi vicinum Marium lumen eſſe.2.ad Q fr.24. Alterum ille extitiſſet lumen ciuitatis. Cato, 32. Omne animi lumẽ extingueret. Cat. 37. Et honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris.de Fin.3.8. Omnium gentium, atque omnis memorię clariſſimum lumen extinguere. pro Deiotaro, 9. Nec vllum habuit lumen literarum Latinarum. Tuſc.1.5. id eſt, defuit philoſophiæ eloquentia. Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi, ingenii, conſiliique tui.de Somn.Scip.6. Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prętuliſtis. pro Sylla, 74. Sic hic, qui illud lumen progenuit, &c. Off 3.86. Quod in eo quaſi lumẽ aliquod probitatis & virtutis proſpicere videamur. Lęlius, 27. Noctu, lumine appoſito, experrecta nutrix animaduertit puerum, &c.de Diu.97. Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit. Off.1.1. Itaque cum ad hanc verborum Latinorum elegantiam adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquã tabulas bene pictas collocare in bono lumine.de Cl. Or. 141. Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere. pro Rab.Poſthumo, 18.7.ad Att. 67. id eſt cras. Luna Solis lumine illuſtrari putatur. de Diu. 127. Tum vero clariſſimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt. 3.in Cat.68 Lumina ingenii.2.ad Q fr. 26. Lumina mentis.pro Rab.Poſth.27. Varietas luminum Lunę.pro D.ſua, 236. Lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat.16.Att.33 Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata habere voluit. de Nat. d. 61. Quod cuicunque particulę cæli officeretur, quamuis eſſet procul, mutata lumina putabat.de Ora.99. M. Buculeius cum ędes L.Fuſio venderet, in mancipio lumina vti tum erant, ita recepit.1.de or.87. Democritus luminib. amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. Tuſ.q 250.pro D.ſua.234. Nam ut horũ concißis ſententiis, &c. ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio.de Cl.or.33. A.Quin. Scio contendit, ut Qu. Poſthumius ſibi domum venderet. Cum ille id negaret, primo ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur, &c.pro D.ſua.88. Quid eſt quod ſignis & luminibus mundum ornare concupiſceret deus.de Nat. d.1. 17. Certis dicendi luminibus ornare orationem.de or 119. Definitiones enim & partitiones, & horum luminibus utens oratio, &c. Acad. quæſt. ædit.1.lib.2.41.

Luminoſus.

Tum ſunt maxime luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ. in Orat.69.

Luminaria.

Octauam partem tuli luminarium, mediam abſtrahere memineris. Att.249. In te autem M. Antoni id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum more maiorum.2.Phil. 66. id eſt, Tot egregiis uiris extinctis.

Luna.

Luna eſt Diana: vt Apollo, ſol.3.de Nat. d.36. Luna a ſole illuminata,

luminata, grauitates & partus uſſert. 2. de Nat. d. 89. Luna a lucendo nominata, eademque eſt Lucina. 2. de N. d. 50. luna ſuo lumine, an Solis vtatur. de Diu. 110. luna maior, quam dimidia pars terræ. 2. de N. d. 75. Cum claram ſpeciem concreto lumine luna Abdidit, & ſubito ſtellanti nocte perempta eſt. de Diu. 84. luna acceſſu ſuo & receſſu Solis lumen accipit. de Or. 159. Huius hanc illuſtrationem eiuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. 2. de Nat. d. 61. Solis annuos curſus, ſpatiis menſtruis luna conſequitur. de Nat. d. 2. 36. luna in infimo orbe radiis ſolis accenſa conuertitur. in Somnio Scip. 16. Docet enim ratio Mathematicorum quanta humilitate luna feratur, terrã prope contingens. de Diu. 127. Luna, ſtellarum minima, ultima cælo, citima terris, luce lucet aliena. Somnium Scip. 13. Luna cũ lucem, quam accipit a ſole, mittit in terras. 2. de Nat. d. 75. luna moderatur ortus naſcentium. Diu. 2. 71. luna ſubiecta ſoli, atq. oppoſita noſtris oculis, eius lumen obſcurat. Diu. lib. 2. 13. & 2. de Nat. d. 75. luna ſolis lumine colluſtrari putatur. Diu. 2. 72. luna quando luſtrato ſuo curſo ſolem conſequuta eſt, fit mẽſis. de Vniu. 41. luna iiſdem ſpatiis uagatur quibus ſol. 2. de Nat. d. 75. Luna, omnium vltima verſatur in terris. de Nat. d. 2. 41. luna, terra multarum urbium & montium, ſecundum Xenophanem. Aca. queſt. edit. 1. lib. 2. 113. lunæ curſus terram proxime ambit. de Vniu. 37. lunę curſus menſes nominantur, quia menſa ſpatia cõficiunt. 2. de Nat. d. 51. Epicurus lunæ dies ſingulos vim quandã habere credidit. de Fin. 86. lunæ luminum varietas tum creſcentis, tum ſeneſcentis. 2. de Nat. d. 70. Quid de fretis & maritimis æſtibus dicam, quorum acceſſus & receſſus lunæ motibus gubernantur? de Diuin. 115. lunę ortu aut obitu, æſtus maritimi, fretorumque anguſtiæ commouentur. de Na. d. 2. 15. Siculi luos dies menſeſque congruere volunt cũ ſolis lunæque ratione. in Verr. 134. Plus terrarum ſitus quam lunæ tactus ad naſcendum valere. de Diu. 128. Lunamque accretione & diminutione luminis, quaſi faſtorum notantem & ſignificantem dies. Tuſc. 1. 55. Nuo ante lunam nouam. 10. Att. 15. Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum, pręter animos hominum munere deorum datos. Somn. Scip. 16. Supra lunam ſunt omnia ęterna. Somn. Scip. 16. Arbores cum luna ſeneſcentes tempeſtiue cædi. de Diuin. 115. Oſtrea & conchylia omnia cum luna creſcunt, pariterque decreſcunt. de Diu. 125. Cum luna laborat. Tuſc. 168. In luna habitari ait Xenophanes. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 123. In luna deos ſpargẽs. de Vniu. 57. Intendit Apollo arcum luna nitens. Acad. q. 21. Cum duo uiſi ſoles, & cum lunæ tres. de Diu. 1. 82.

Lunaris.

Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus, cuius cõuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris & infimus. in Somn. Scip. 18.

Luo.

Itaque mei peccati luo pęnas: quamquam tuæ me literæ ſuſtentant. Att. 3. 49. 3. Qui morte ſua luit Collegæ in Cannenſi ignominia temeritatem. de Sen. 68. Quomodo ergo hæc lues, ſi mihi librum miſeris? Att. 12. 236. id eſt, expurgabis hoc peccatũ. Quæ per uim oblatum ſtuprum voluntaria morte lueret. de Fi. 5. 59. Minime, minime, inquit: immo uero pœnas ille debitas lueret: nos ſubeamus, ſi ita neceſſe eſt, non debitas. pro Mil. 79. Luere pœnas Reipub. pro Syl. 57. Luere ſanguinem. 3. in Verr. 5. Errabas Verres, & uehementer errabas, cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare. 7. Verr. 94. Nonnulli legunt eluere. Verreſne tibi tanti fuit, ut eius libidinem, hominum innocentium ſanguine lui velles? 3. Verr. 53. Acerbum eſt parentum ſcelera, filiorũ pęnis lui. ad Brut. 27. Innocentium ſanguis iſtiui ſupplicio luendus eſt. in Verr. 77. Cum ei qui expectare uelit, ante iniuſta pœna luenda ſit, quam iuſta repetenda. pro. Mil. 7.

Lupa.

Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. pro Mil. 112.

Lupercal.

Quamquã enim Velia non eſt nitior quam Lupercal. 7. f. 37.

Lupercalia.

Hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis. ad Q. fr. li. 2. 25. 5. Inſectatur M. Antonium, quod in lupercalibus, in quibus ſedebat Cęſar amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus ſe Lupercum exhibuerit. 2. Phil. 89.

Lupercus.

Fera quędam ſodalitas & plane paſtoritia atque agreſtis Germanorum lupercorum, quorum coitio, &c. pro Cœl. 19.

Lupus.

Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis ut retinendus eſſet. Att. l. 13. 46. Dicitur hoc adagium, cũ forte fortuna in medio ſermone interuenit is, cuius mẽtio fiebat. O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum. Cuſtoſne urbis, an dĩrepior & uexator eſſet Antonius? 3. Phil. 143.

Lupinus.

Folliculus lupinus. ad Her. 5. Quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. in Catil. 64.

Luſcus.

Cœnabo, inquit, apud te, huic luſco familiari meo C. Sextio: ubi enim locum eſſe video. 2. de or. 136. Id dixit quod cõuenire in omnes luſcos. de Or. 131.

Luſtrum.

Quæritur, qui domini voluntate cenſus ſit, ſi non conditum luſtrum, ſitne liber. de or. 100. luſtrum iam deſperatum eſt. 4. Att. 51. luſtri ſuperioris reliqua publicanis conſeruaram. 2. fam. 25. luſtrum condere, & taurum immolare. 2. de orat 149. Sub luſtrum cenſeri germani negotiatoris eſſe. 1. Att. 60. Populi uutẽ nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerãt, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt. Att 6. 113. 8.

Luſtrum, *pro popina*.

Domus in qua luſtra, libidines, luxuries uerſetur. pro Cœl. 34. Aliquis emerſus ex tenebris luſtrorum ac ſtuprorum. pro Seſtio, 15. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtriſque confectus. 2. Philipp. 33. Cur in luſtris & helluationibus huius ſaltatoris eximia uirtus tam diu ceſſauit? Poſt red. in Senat. 11. In luſtris & in uino quę commentatio potuit eſſe? 2. fam. 4.

Luſtro.

Sol cuncta ſua luce luſtrat & complet. de S. Scip. 15. Mercurii ſtella anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem. de Nat 36. Ad 111. Cal. exercitum luſtraui apud Iconium. 5. Att. 38. & 15. fam. 13. Pythagoras Aegyptum luſtrauit. 5. de Fin. 149. 4. Tuſc. 67. Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui curabant, inertes a maioribus nominabantur. 2. Fin. 93. Cum Imperator exercitum luſtraret. de Diu. 1. 86. Cum Cenſor diceret, populum luſtraret. de Diu. 2. 86. Cum alia maiorem luſtrarent orbem, alia minorem. de Vniu. 39. Sed cum omnia ratione animoque luſtraueris, omnium ſocietatum nulla eſt grauior, nulla charior, quam ea quæ cum Rempub. eſt vnicuique noſtrũ. 1. Off. 81. Luſtrare iuriſdictionem. ep. 25. Totam licet animis tamquã oculis luſtrare terram. de Nat. 58. luſtrare vltimas terras. Tuſ. 4. 34. In luſtranda colonia ab eo qui, &c. de Diu. 1. 86.

Luſtratus.

Luſtratu ſuo curſu luna ſolem conſecuta. de Vniu. 41. Qui exercitu luſtrato cum Aretium verſus caſtra mouiſſet, & contra Annibalem legiones duceret, &c. 1. de Diu. 130.

Luſtratio.

In eodem uero Tribunatu cum Cæſar in Hiſpaniam profectus, huic conculcandam Italiam tradidiſſet, quæ fuit eius peragratio itinerum luſtratio municipiorum? 2. Phil. 70. Quid hę ſuſtinent? non frigus, non famem, non mõtiuagos atque ſylueſtres curſus, luſtrationeſque patiuntur? 5. Tuſc. 115.

Lutum.

O lutum, o ſordes. in Piſ. 49. Fictus ex argilla & luto homulus. in Piſ. 46. Videtis extremam partem nominis, caudam illã Verris, tamquam in luto demerſam eſſe in litura? 4. Verr. 138. Volutatus in luto totius corporis ueſtigiis Verres. 6. Verr. 47.

Luteus.

Tum illum cępiſſe Pręetori dicere, putaſſe ſe, id quod audiſſent, alicuius pretii ſcyphos eſſe Pomphili: luteum negotium eſſe, nõ dignum, quod in ſuo argento Verres haberet. 6. Verr. 28.

Lutulentus.

Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus cum quouis volutari. in Sall. 1. Perſona illa lutulenta, impura, inuiſa. ad Q. fr. 48. pro R. Com. 2 At ne ſum quidem euerſiſſi lutulente Cæſo ex inſterrimis nuturæ tuæ ſordibus, cum, &c. in Piſ. 20. Pauci iſta tua lutulenta uitia noueramus. in Piſ. 1.

Lux.

Hem mea lux, meum deſiderium. famil. lib. 14. 5. Centeſima lux eſt hęc ab interitu P. Clodii, & opinor ultra, &c. pro Mil 75. Lux communis. in Verr. 240. lux quędam videbatur oblata. in Ant. 153. lux liberalitatis & ſapientię. pro Ligar. 4. Hiſtoria lux veritatis. de Or. 111. lux lumenque vitę, ratio. Acad. ed. 1. lib. 2.

26. Po-

26. Poteſtne tibi huius vitæ hęc lux aut huius ſpiritus cæli eſſe iucundus? in Catil. 100. Hęc vrbs lux orbis terrarum, arx omniũ gentium. in Catil. 130. Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum oppreſſit? Cat. 45. lucis aliquid afferre noſtris rebus. 2. Att. 2. Finis huius lucis. 1. Tuſ. 14. id eſt, vitę. Cur, inquã, ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? 7. Ver. 61. Hãc a natura propriam lucem accipere. pro Clu. 14. Quid tam breui tempore lucem afferre Reipub. potuit? pro Pomp. 10. Si Deus erat, cur ſe contra naturam abdidit, vt patefactus aratro lucem aſpiceret? de Diu. 129. lucem aſpicere vix poſſum. 3. Att. 5. Tanquam ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum. de Cl. or. 165. Cur ante lucem galli cantant. de Diu. 130. Ante lucem efferri funera iuſſit Demetrius. 2. de Leg. 60. Pridie Iduum hæc ſcripſi ante lucem. ad Q. fr. 309. Si ad te bene ante lucem veniſſet. ep. 3. & 56. de Or. 133. lucem authoris fortaſſe deſiderant ſententię. de Nat. 1. 9. Qui lucẽ eripere conatur. Aca. ed. 1. l. 2. 30. & 95. Lucẽ eripere, & quaſi noctem quandam rebus offundere. de Nat. 1. 5. Cõmoda quibus vtimur, lucemq. qua fruimur, ſpiritũq. quẽ ducimus, a Deo nobis dari atq. impartiri videmus. pro S. Roſc. 40. Cũ mortali corpore cremato in lucem alius exceſſerit. de Diu. l. 1. 45. Lucem omnino fugeram. 3. Att. 31. Obſcuram familiam e tenebris in lucem euocare. pro Deiot. 149. Proferre in lucem res occultas Acad. q. 16. Et illa commendatio inclusa in veritatis lucem proferenda eſt. de Or. 97. Eodem tempore ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur. de haruſp. reſp. 257. Lucem afferre. 2. Phil. 2. Propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexeris, eos indigniſſime luce priuare. pro S. Roſc. 28. Luce noctem, nocte lucem expectas. ad Her. 35. Etenim illa iam omitto, cum ſeruorũ delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce & palam comportarentur. in Piſ. 17. Omnes deniq. miſeros qui hac luce careant. Tuſc. l. 1. 10. id eſt, qui defuncti ſint. Forenſi luce caruere. de Cl. Or. 15. Quanta luce ea circumfuſa ſunt, &c. Aca. ed. 1. l. 2. 44. Erit vobis luce clarius Iudices, cum eos ipſos produxero qui dederunt. 4. Verr. 135. Tuſ. q. l. 1. 74. Cum id reliquis Solis videatur luce clarius. de Diu. 81. Signa omni luce clariora. pro Cel. 42. Sed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate & clariſſima luce lętatur. pro Cel. 47. Tamquam in clariſſima luce verſetur. Off. 42. Metellus cum prima luce in campum curreret. Att. 56. Luce veritatis menti hominis nihil dulcius. Aca. ed. 3. l. 2. 31. In luce Aſiæ, in oculis prouinciæ, atque in auribus omnium gentiũ eſſe poſitã. 1. Q. fr. 6. Mithridates in reliquis vectigalibus, hoc eſt in Aſiæ luce verſat. pro Põp. 5. Nec vero ille in luce modo, atq. in oculis ciuiũ magnus ſed intus domiq. preſtantior. de Sen. 11. Si canes luce latrent, opinor iis crura ſuffringantur. pro S. Roſ. 27. Ex quibus erat illa minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. de Som. Scip. 18. Tu te Thyeſta dãnabis, orbabiſq. luce, pp vim ſceleris alieni? 3. Tuſ. 45. Luce palã occidit. pro S. 21. Si aquis ſapiẽs rogatus ſit ab eo qui cũ hęredem faciat, cum ei teſtamento ſeſtertium milies relinquatur, ut ante quam hęreditatem adeat, luce palam in foro ſaltet. 3. Off. 125. Prima luce eo ſum profectus. 4. fam. 36. Cum prima luce. Off. 3. 152. quod Gręci ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Communi luce priuari. pro Quint. 13. Primum reuiſi luce, non tenebris: deinde, &c. in Arat. 175. Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. in Ar. 12. pro Stellis.

Luci.

Quis enim audeat luci, quis in militari uia, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi? 12. Phil. 337.

Luculentus.

Non credo, ut eſt luculentus auctor, potuiſſe certe tenere illam prouinciam ſcio. Att. l. 10. 46. Dicęarchum recte amas, luculentus homo eſt. 2. Att. 31. Licinius hauſtus eſt ſane (vt ita dicã) luculentus patronus. de Cl. Or. 176. Pompeius ſcriptor luculentus. Att. l. 7. 53. id eſt, probatus, optimus. Cælius Antipater ſcriptor luculentus. de Cl. or. 173. Etenim eſt luculenta res. Attic. 64. luculentum factum. 10. Att. 42. luculentum matrimonium. in Ant. 243. Luculentum patrimonium. 12. Phil. 332. Luculentam tamen ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix. 7. Phil. 218. id eſt magnam. luculento camino vtendum cenſeo. 7. fam. 20. Sunt pręterea nauigia luculenta Sexti Buciliani. 16. Att. 12. Seruius de duabus legionibus luculẽtus auctores eſſe dicebat. Att. 177. Cato orbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat. 13. Att. 25. Luculentiſſima legio tironum. 10. fam. 52.

Luculente.

Dicere luculente. 1. de Diu. 213. Quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Attic. 136. & Off. 73. Scripſere alii rem vtiliſſime, & luculente quidem ſcripſerunt. de Cl. or. 37.

Luculenter.

Eodem die Gabinium ad populum luculẽter calefecerat Mẽmius. 3. Q. fr. 17. Hoc quidem ſane luculenter, ut ab homine perito definiendi. 3. Offic. 79. Cum Grææce, ut uideor, luculenter ſciam. de Fin. l. 2. 12. luculenter opus texebatur. 3. Q. fr. 27.

Luceo.

Aequitas lucet ipſa per ſe. Offic. 7. luna quæ lucet aliena. de Somn. Scip. 13. Atque uno incotum radianti ſidere lucet. de Nat. deor. 47. Virtus lucet in tenebris, ſplendetque per ſeſe ſemper. pro Seſtio, 16. Sic illa ornamenta in uirtute & induſtria poſita lucent. in Ant. 251. Et ingenii quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. de Clar. Orat. 196. Meaque officia & ſtudia, quæ parum antea luxerunt, ſic exequar, ut, &c. Att. lib. 3. 55. 6. Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit. Off. 11. Cum res ipſa tot tam claris argumentis ſigniſque luceat. pro Mil. 113. Si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor. 1. Att. 2. Luna a lucendo nominata eſt. de Nat. 39.

Lucet.

Iam deeſt quid ſcribam, & lucet. 5. Att. 7. lucebat iam fere. 7. Ver. 74. Deciſus eſt a cœna rediens nondum lucebat, cum Americę ictus eſt. pro Roſ. Am. 59. Nondum legere poteramus, nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat, cum autẽ luceret, &c. Att. 259. 6. Puer poſtridie, antequam luceret, combuſtus eſt. pro Clu. 13. Scæuola quotidie ſimul atque luceret, faciebat omnibus ſui conueniendi copiam. in Ant. 219. Si dicis nunc lucere, & verum dicis, lucet igitur. Acad. q. 24. plura garrire cupiebam: ſed lucet, vrget turba. 6. Att. 19. Vbi lucere cœpit. de Diu. 90.

Lucide.

Lucide breuiterque definire aliquid de or. 118.

Lucifugus.

Ecce autem alii minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtruoſi. 1. de Fin. 47.

Lucerna.

Lumen lucernæ effunditur, uel obſcuratur luce ſolis. de Fin. 99. Duo lucernæ lumina pro uno uideri quodam obtutu oculorum. de Diu. 133. In ſole lucernam adhibere. de Fin. 112. Ego x. 11. Cal. cum eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, quã inflammatam tuam, formis ad Pompeium, ſi de pace ageretur, profectus: ſi de bello, quid ero? Att. 8. 7. Σμικρὸν ἰσύμαιρον. Iam dudum, & facem diutius, niſi lucerna me deſereret. Attic. 7. 30. Itaque Timagoras Epicureus negat tibi unquam, cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. 4. Acad. 141.

Luxus.

Niſi forte exiſtimatis eũ in oino ac luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo ac exitio ſuo riſum tenere non poſſit. 5. Verr. 51.

Luxuria.

Inertia, ignauia, deſidia, luxuria. ad Heren. 2. 37. luxuria quædam libero homine digna. in Piſ. 51. luxuria cũ omni ętati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. off. 1. 173. Hęc libidini potius, luxuriæque quam liberalitati & beneficentiæ pareat. Off. 19. In quo luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? pro Mur. 127. Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi maledicto notabatur. pro Corn. Balb. 66. Quod per ſe ſcelus adeptus ſis, id per luxuriam effundere atque conſumere. pro Cęl. 19. Odit Pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. pro Mur. 69. De luxuria purgauit Erucius, cum dixit hunc ne in conuiuio quidem ullo fere interfuiſſe. pro Sext. Roſc. 24. Quod ſum prolixus de luxuria. de Or. 121. Intelligimus quam ſit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter uiuere. 1. off. 149. Ex luxuria auaritia oritur. pro Roſc. Am. 45. In mulierum corruptelis, & in eiuſmodi luxuria atque nequitia. in Verr. 135.

Luxuries.

Luxuries Hanibalem Capuę corrupit. con. Rul. 64. In Vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt. pro Roſc. Am. 45. Noua quædam & inaudita luxuries. in Piſ. 90. profuſa luxuries. pro Cœl. 46. Quod Si hic noſter Sulpitius faceret, multo eius Oratio eſſet preſſior, in qua nunc interdum, ut in herbis ruſtici ſolẽt dicere, in ſumma hubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. 2. de Orat. 94. & 3. 85. id eſt ſcribendi frequentia, & aſſidua meditatione reprimẽda illa naturalis hubertas, quæ interdum redundat. Auaritiam ſi tollere uultis, mater eius eſt tollenda luxuries. de Or. 124. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapinis, &c. 1. Verr.

Sed

Sed cum perferre non poſſe ut luxuriem, crudelitatem, auaritiã, ſuperbiam.4. Ver.6.pro cæl.21. Domus in qua luſtra, libidines, luxuries, &c. verſentur.pro Cæl.49.

Luxurioſus.

Vt in ſuis rebus, ita in Rep. luxurioſus nepos, qui prius ſyluas uendat, quam uineas. de Leg. Agra.54. Multa & lauta ſupellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. in Ant.173. Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eam ipſam cauſam, quod ita uiuunt, ut perſequantur cuiuſque modi voluptates. de Fin.69. Si quidem eſt eorum gemmare uites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta, &c. in or.45. Si ea quæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu, &c.2. de Fin.35. Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius. in Piſ 94.

Luxurioſe.

Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere. pro Cæl.9.2. de Fin.37.

Lychnucus.

Hanc ſcripſi ante ad Lychnucum ligniolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, cum eſſes Sami, curaſſe faciendum.3. ad Qu. fr.32.

Lychnus.

Lux denique longe alia eſt ſolis, & lychnorum. pro Cæl. 54.

Lymphatus.

Flexamina tanquam lymphata ut Bacchi commota.1. de Diuin.36.

Lynceus.

Lynceus homo.5. Ver.28. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat? 1. fam.3.

Lyra.

Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior. Tuſ.149.

Lyricus.

Lyricorum verſus ſolutæ orationi ſimiles. or.106.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ollegii Illmi

ilegij Illmi

ollegij · Illmi.

M

M Littera, in numeris mille ſignificat, Vide Mille. Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe litteras, tria L L L, duo M M. 2. de Orat. 133.

Macellum.

Sedentem in faucibus macelli. 3. Ver. 123. pro Quinct. 13. Nam ſi propter uoluptatem, quæ eſt iſta laus q̃ poſſit e macello peti? 2. de Fin. 45. Si Epicuri de uoluptate liber roſus eſſet, puta rem annonam in macellu certiorẽ fore. 2. de Diu. 88.

Macer.

Exile & macrum ſolum. de L. Agr. 69.

Macies.

De mea ſollicitudine macieq. tibi narraſſe. 3. Att. 21. Corpus macie extabuit. Tuſc. 196. Homo grandi macie torridus, cõtemptus & abiectus. cont. Rul. 85. Profectus eſt ad bellum A. Hircius uir fortiſſimus, at qua imbecillitate? qua macie? ſed animi uires, corporis imbecillitas non retardauit. in Ant. 211.

Maceria.

Helico nequiſſimus HS M. dabat, nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. Tironi, l. 16. 24.

Machærophorus.

Hominem portaoi ad Baias Neapoli octophoro Aſitiano, machærophoris centum ſequentibus, &c. 2. Q. fr. 24.

Machina.

Columnæ machina appoſita deiectæ, eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt. in Ver. 115. Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tãquam machina comparatur. cont. Rul. 75. Quid ergo iſti doli, quid machinæ, quid præſtigiæ? eque, Num ſine ratione eſſe potuerunt? 3. de Nat. nec quid inde au[illegible] tam, Nec quem dolum ad eum, machinamue commoliar, Sc o quidquam. 3. de Nat. 103. M. Regulus, quem Carthaginenſes reſectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt. in Piſ. 88. Doli, machinæ, fallaciæ, præſtigiæ. de Nat. 74. Omnes adhibeo machinas ad tenendum adoleſcentem. ad Brut. 39. Qui in magiſtratu amicam, quam palam domi habebat, de machinis emit. de Pet. 206. Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. pro Dom. 218.

Machinor.

Quum interea aliud quiddam iamdiu machinetur. 2. Ver. 10. Quæramus igitur cauſſam quæ impulerit eum qui hæc machinatus ſit, ut originẽ rerum & amolitionem nouam quæreret. de Vni. 10. Nam primum aliæ mares, aliæ feminæ ſunt. quod perpetuitatis cauſſa machinata natura eſt. 2. de Nat. 96. id eſt, ſolerter excogitauit. Ad uſum orationis incredibile eſt quanta opera machinata natura ſit. 2. de Nat. 112. Hæc quidem machinati ſunt ad uoluptatem. de Or. 139. Machinatæ ſunt ad numerum & ad ſpatium temporis annorum menſiumq. conuerſiones. de Vni. 65. Nihil aliud niſi uti ne quid per uim agi poſſet, machinabere. pro Dom. 224. Machinari necem uel calamitatem alicui. 4 ad Her. 152. Peſtem aliquã in oſa. in Cat. 1.

Machinator.

Improbiſſimus machinator omnium ſcelerum. in Cat. 32. hoc eſt, inuentor & auctor. Scio omnium architectum & machinatorem eſſe Chryſogonum. pro Roſ. Am. 78. Tibi nos, Rulle, & iſtis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros exiſtimaſti, &c. in Rul. 9.

Machinatio.

Machinatio & ſolertia quædam data eſt nõnullis beſtiis. 2. de Nat. 92. Qui tamquam machinatione aliqua, tum ad ſeueritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. 2. de Ora. 40. id eſt, inuentione & aſtutia. Machinatione quadã mouetur ſphæra, horæ, & alia permulta. 2. de Nat. 71.

Macies, *Vide* Macer.

Macrocolum.

Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius: & quidem ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tranſlatũ in macrocolum lege in arcano conuiuis tuis, &c. Att. l. 16. 7. Sed tamen ego non deſpero probatum iri Varroni: & id, quoniam impenſam fecimus in macraloca, facile patior teneri. Att. l. 13. 32.

Macto.

Serunt laudibus, mactant honoribus. de Rep. Clodius diuiſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactauit. de haruſ. reſ. 39. Tum tu, Iuppiter, hos æternis ſuppliciis uiuos, mortuoſq. mactabis. in Cat. 24. Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. in Ver. 31. Quam poteſtis P. Lentulo mactare uictimam gratiorem? pro Flac. 157. Nonne hunc in uincula duci, non ad mortem rapi, nõ ſummo ſupplicio mactari imperabis? in Catil. 20. Poſt te continuo fecit idem in duobus prodigiis reip. Clodius: quo etiam maiore malo es mactandus. pro Cœl. in Vat. 28. Quorum ego furori niſi ceſſiſſem, in Catilinę buſto uobis ducibus mactatus eſſem. in Piſ. 11. Quo minus ſibi arrogent, minuſq. uos deſpiciant, quum uideſit ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatũ. 6. Ver. 23.

Mactatus.

Hæc dextra Lernam tętrã mactata excetra placauit. 2. Tuſ. 37.

Macte.

Seruuli aiebant, eum & agripetas eiectos a Buthrotijs m. 15. Att. 49. M. virtute: ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim. 1. Tuſc. 32. M. virtute mihi quidem gratum. Att. li. 12. 256. 2. Quæſo quid vobis futurum eſt, m. ſcribas. 6. Att. 30. Macte uirtute uir eſtu. ad Atticum. Macte uirtute eſtu. In officijs.

Macula.

Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. pro L. Man. 4. Magna macula p̃ uos deleta. Att. 282. Eſt enim huius ſeculi labes quædam & macula, virtuti inuidere. pro Bal. 13. At eſt corporis macula næuus. de Nat. 1. 53. Macula familiæ. pro Clu. au. Macula populi deleta. ad Brut. 33. Quoniam illa in repub. macula regni publicati maneret, quã nemo iam poſſet eluere. pro Sext. 53. Sed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. pro Font. 26. Deſinant amici eius ea dictare, quæ detrimento, maculæ, inuidiæ, infamiæ nobis omnibus eſſe poſſint. 5. in Ver. 122. Suſceptam maculã delere. pro L. Manil. 4. Legationis ceremoniam polluere, maculaque afficere. pro S. Roſ. 67. Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non poſſet. in Sal. 274. Maculas flagitiorum tuorum, innocentium ſanguine luere arbitrabare. in Ver. 260. Cuius vt adoleſcentiæ maculas, ignominiaſque præterea. Hunc tu uitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis. pro Plan. 265. Omnium libidinum maculis notatiſſimus. pro Dom. 217.

Macula, *retis foramen*.

Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. 7. Ver. 22. Et in ipſis quaſi maculis, ubi habitatur, uaſtas ſolitudines interiectas. Som. Scip. 20.

Maculoſus.

Auctionis uero miſerabilis aſpectus, uestis Pompeij nõ multa, eaque maculoſa. 2. Phil. 81. Maculoſi ſenatores. 1. Att. 37.

Maculo.

Et tu ſancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora, fineſque ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere maculauit. pro Mil. 118. Quo minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. de haruſ. reſ. 24. Maculare ſplendorem alterius. pro Sext. 16.

Madeo.

Natabant pauimenta vino, madebant parietes. 2. Phil. 105.

Madens.

Primum proceſſit: qua auctoritate vir? uini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo. Poſt redit. in Sen. 11. id eſt, vnguento illita & uncta.

Madeſio.

Vaticinatũ, madefactum iri minus xxx. diebus Græciam ſanguine. 1. Diu. 119. Imbuti ſanguine gladij P. R. legionum, exercituumque noſtrorum, uel madefacti potius duorum conſulũ, tertio Cæſaris prælio. 14. Phil. 388.

Madidus.

Sed ille faſciculus totus aqua madidus mihi redditus eſt. Quinct. fr. 314.

Mæna.

Qui enim uoluptatem ipſam contemnunt, ijs licet dicere ſe acipenſerem mænæ non anteponere. 2. de Fin. 73.

Magis.

M. adeo id facilitate, quã alia ulla culpa mea contingit. 2. de Or. 9. Ac multo etiam m. ad nos. de Or. 121. de Cl. Or. 193. Capeſſentibus remp. nihil minus quam philoſophis, haud ſcio an m. etiam deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. de Off. 13. Quumque Pompeius ita contendiſſet, ut nihil umquam m. lib. 1. 9. 80. Aut enim nemo (quod quidem m. credo) aut ſi quiſquam ille ſapiens fuit. de Amic. 8. Tu m. id diceres, Fanni.

ſi nuper in hortis Scipionis,&c de Amic.25.Et eo m. quod,&c. 5.Ver.65.Atque eo m.ſi,&c.5.Ver.1.Exſpecto tuas litteras,teipſum multo m. ep.264.Etſi m. eſt quod gratuler tibi, quã quod te rogem:tamen etiam rogo,vt ſi quæ,&c.Att.l.16.333.14. Cuius in magnis cateruis amicorum ſi fuit etiam Cœlius, m. eſt vt ipſe moleſte ferat erraſſe ſe,ſicut & nonnumquam in eodem homine me quoque erroris mei pœnitet, quam ut iſtius amicitiæ crimen reformidet. pro Cœl. 10. id eſt, magis conuenit. Nihil huc addi poteſt quo m.virtus ſit in Para.26.Niſi forte m. erit parricida, ſiquis conſularem patrem,quam ſi quis humilem necauerit. pro Mil.13. M.ædilis fieri non potuiſſet; ſed hoc præſtare.qđ ei minus inuideretur. pro Plan.49.Immò vero etiã hoc m.quã,&c.2.de Leg.Agr.95.Nunc uero hoc m. quod, &c. pro Flac.54.Memen'ote non tam illos eſſe nobis,quam hos pertimeſcendos,atque etiam hoc m.ſunt timendi,&c.in Ver. 164. Vereor ne inuidi m.quam amici ſint. de Amic.13. M.miſerrimum. de haruſ.reſ.46. Ac multo etiã m.ad vos,&c.2.de Or.76. Exſpecto tuas litteras de ipſis rebus,teipſum multo m.fam.l.16. 19.1. Sed antiquior & pulchrior,& m.a natura ipſa profecta alia cauſſa.de Am.26. Annos natus m.qradraginta pro Roſ.Am 22. Itaque de Græcia quotidie m.& magis cogito. Att.li.14.316.4. Sed mihi m.magiſque quotidie de rationibus tuis cogitanti,placet,&c.fam li.3.17.2 In dies ſingulos m. magiſque.6.fam.11. Enitar ut in dies m.magiſque hęc naſcens de me duplicetur opinio. fam.li.16.21.4. Quotidie m. magiſque perditi homines cum ſuis ſimilibus ſeruis,tectis ac templis vrbis minarentur. 1. Phil.3. Quotidie m.ac m.ſuſpicor te in Epeirum profectum.ep. 191.Att.71.

Maxime, *ſuperlatiuum*.

Tam ſum amicus reipublicæ, quam qui m.ep.60. Hoc m. admodum mihi accommodatum eſt. ad Her. 27. Itaque pulcherrima illa,& m.naturali catent amicitia. de Amic. 68. Domus celebratur,vt cum m. Q. frat.311. Quod ego cum audiſſem ex aliis, m. ex meo fratre cognoui. Lent. lib. 1. 9. 23 An ego poetis & m. tragicis concederem, vt, &c. Or. 106. Cauſſarum illuſtrium quam m. conficio orationes. de Sen. 84. Mihi uidetur uel m.confirmare,&c. 2.de N.D.242. Et eos m. qui te m. debuerunt,& plurimum potuerunt iuuare.ep. 6. Siue hanc aberrationem a dolore delegerim,quæ m.liberaliſſima, doctoq. homine digniſſima, laudari me etiã oportere. Att.li.12.252.10. Dicere quam m.ad veritatem accommodate.de Or. 97. Intuemini paulliſper animis iuuentutem,& eos m.&c.pro Dom. 37. M.in culpa eſſe.7.Ver. 16. Et id m.fieri temporibus hibernis. 2.de Nat.37.Quæ ratio poetas, m.que Homerum impulit,&c. de Nat.59. Vt quiſque m.opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari.1.Off.74.Vel etiam id quod m.liber. Lent. lib. 1. 8. 7. Quæ quidem uel m. ſuſpicionem mouent.in Part.62. M neceſſarius.1.Aca.49 Quæ m.proſunt. Part. 240. Eo m. quod, &c. Att.177. Ego tuis conſiliis uſus ſum, m.que quod & grauitatẽ in congreſſu noſtro tenui quam debui,& ad urbem,&c.Att.lib. 9.191.5. M. quod is locus id temporis vacuus eſſet. de Finib. M.que quod ſit,&c.Att.109. Omnes ſtulti ſine dubio miſerrimi: m.quod ſtulti ſunt.de Nat.1.17.M.que in eo eſt reprehenſus,quod dixerat,&c.Att.38.Cognoſcat etiam rerum geſtarum, & memoriæ veteris ordinem, m. ſcilicet noſtræ ciuitatis,&c.in Ora.65. Scribe aliquid,& m.ſi,&c.Att.li.7.131.4. Qui m.omnium nobilium Græcis litteris ſtuduit. in Bruto. id eſt, magis quam alij omnes. M.equidem vellem vt,&c.8.Phil.254.Quod cum ita ſit m.uellem,primum,&c.Att.127.

Magiſter.

Dux & magiſter ad faciendum aliquid. in Ver.159.Quãobrẽ hoc uos doceo,bon'ego videlicet & erudit' magiſter. d Or.126. Tum uero ius omne, noſter iſte magiſter mutandæ ciuitatis ignorat.pro Bal.60. Vſus,eſt magiſter optimus. pro Rab. Poſt. 124. Summus magiſter in poculo.de Sen.43. Magiſter Ariſtotelis Plato. de Nat.1.24. Exiſtimator alicuius artificij,non magiſter. Or.207. Magiſter cenandi, diſcipulus dicendi. ep.136. Stylus optimus dicendi effector & magiſter. de Or.97. Stylus perfector dicẽdi & magiſter. de Or.107. Sylla potuit efficere ab interrege, ut dictator diceretur & magiſter equitum. Att. 151. Magiſter in publicanorum ſocietate.13.fam.19. Plato grauiſſimus auctor & magiſter intelligendi & docendi. Orat. 197. Si ab iſto libro,quẽ tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit, uerbo uno diſceſſeris. 1. Ver. 25. Magiſter ludorum,3.Q. fr.36. Quamquam te bonum timor faciebat,non diuturni magiſter officij.2. Phil.93. Iſocrates magiſter omnium iſtorum. de Or. Rectius magiſter populi, &c. quam Sylla,qui trium peſtiferorum uitiorũ, luxuriæ,auaritiæ, crudelitatis magiſter fuit.3.de Fin.59. Iſque aut ſiniſtra dictus populi magiſter eſto.3. de Leg.8. Auctor & magiſter publicæ religionis.pro Dom.234. Miſit in Siciliam litteras ad Carpinatium cũ eſſet magiſter ſcripturæ & ſex publicanorũ,5.Ver.1.... Quidam qui tum magiſter erat eius ſocietatis.in Ver.143. pro Plan.26. P. Craſſus maximarum ſocietatum auctor, plurimarum magiſter. Att.176.ep.207.227. Plato non linguę ſolum, uerumetiam animi ac uirtutis magiſter. de Or. 155. Mihi tamquam magiſtro eſſe affixum. 3. Q. fr.13. Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte non concedit. pro S.R.38. Iam inuideo magiſtro tuo qui te tanta mercede,quanta iam proferam, nihil ſapere docuit.2. Phil.35. Magiſtro populi,equitumq. cum populo patribuſque agendi ius eſto.3. de Leg.10. Eo breuior eſt hęc epiſtola,& ut aduerſus magiſtrũ morũ,modeſtior.li.3.13.7. Tu, ſi nos omnes amas, & præcipue me magiſtrum tuum, confirma te.16. fam.5. Nominat iſte ſeruum, quem magiſtrum pecoris eſſe diceret.7. Ver.14. Suaſionem legis Seruiliæ ſibi magiſtrum fuiſſe dicebat. de Cl. Or.192. Vna agebãt ceteri creditores,in quibus erat Lucullus,& P. Scipio, & is,quem putabant magiſtrum fore, ſi bona uenirent, L. Pontius. Att. l. 1.1.7. Epicurus gloriabatur ſe magiſtrũ habuiſſe nullum. de Nat.15. Magiſtrum me ei profitebor. 2. Q. fr.31. Hæc omnia non a natura ſunt, ſed a magiſtro. pro Mur.139. Ariſtoteles a magiſtro Platone diſſentiens. Or. 198. Pro magiſtro operas dedit in portu & ſcriptura Aſiæ.11. Att.22.13. fam.87. Sine magiſtro, duce natura, mammas appetunt.2.de Nat.97. Magiſtro te,breuitatem ſecutus ſum,11. fam.40. Præſertim illo magiſtro, qui cogeretur docere ante quam ipſe didiciſſet. pro Dom. 241. Te uti in hac re magiſtro uolo. pro Cec. 291. Cui magiſtri fiunt,& domini conſtituuntur,qui, qua lege & qua conditione pereat, pronuntient,&c. pro Quinct.28. Magiſtri ad quos filios noſtros mittimus.de Or.120. Nulli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quamuis conſenuerint uires atque defecerint. Cat.26. Artium liberaliũ magiſtri, uiuendi præceptores. de Inu.50. Magiſtri qui tabulas habebant. in Ver.145. Veſtri præceptores, & uirtutis magiſtri, id eſt Stoici. pro Mur. 139. Pueri in hoc genere apud magiſtros exercentur. de Or.106. Ego habeo auctores & magiſtros colendarum religionum, maiores noſtros.de haruſ. reſ.247. Gracchus ſemper habuit exquiſitos de Græcia magiſtros. de Cl. Or.174. Sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ. Att. l.5. 103.4. De hereditatum poſſeſſionibus, de bonis poſſidendis, magiſtris faciundis, uendendiſque ex edicto, & poſtulari & fieri ſolent. Att. l.6.111. 26.

Magiſtra.

Vita autem hæc ruſtica,quã tu agreſtem uocas, parſimoniæ, diligentiæ,iuſtitiæ magiſtra eſt. pro Roſ.Am.45. Legis æternæ uis, quæ quaſi dux uitæ,& magiſtra officiorum ſit. de Nat.10. Philoſophia magiſtra uitæ. Tuſ.225. Natura magiſtra ac duce. de Or. 111. & 1. de Fin. 107.

Magiſterium.

Magiſterium morum, cenſura. de Prou. Conſ.38. Me uero & magiſteria delectãt a maioribus inſtituta, & is ſermo qui more rerum a ſummo adhibetur magiſtro in poculo. de Sen.43.

Magiſtratus.

Magiſtratus proprium munus eſt, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. Off. 1. 173. Cenſura,ſanctiſſimus magiſtratus.pro Sext.15. Dum unus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. Att. 276. Magiſtratus unicus, ædilitas,creari ſolebat in Arpinati municipio.13. fam. 24. Quem magiſtratus comprehendi,& in uinculis teneri iuſſerat. Iam hoc inauditũ, & plane nouo more, ut Curiata lege magiſtratus detur,cui nullis comitijs ante ſit datus.2.de Leg.Agr.38. Magiſtratus quum iudicaſſit, irrogaſſitue,per populum multæ,pœnæ certatio eſt. 3. de Leg.5. Vt ei triennium ante legitimum tempus magiſtratus, petere, capere, gerere liceat. in Ant.204. Videtis igitur, magiſtratus hanc eſſe uim, ut præſit,præſcribatq. recta & utilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges,ita populo præſunt magiſtratus: uereq. dici poteſt,magiſtratum legẽ eſſe loquẽtem, legem autem mutum magiſtratum.3. de Leg.1. Accipere magiſtratum loco prædæ. in Sal.11. Nulla re allici mentes hominum oportere ad magiſtratum mandandum, niſi dignitate. pro Mur.142. Magiſtratum eundem,ni interfuerint decem anni,ne quis capito.3. de Leg.8. Tum enim magiſtratum non gerebat is qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti. pro Plan.6. Creare & gerere magiſtratum. ep.40. Venit ad me Heraclius is, qui tum magiſtratum Syracuſis habebat. 6. Ver.120. Cedere ijs qui magiſtratum habebant. Off.30. Nam

quod

☙ huc ꝓpeterent in magiſtratum uenire, aut exercitum mittere, cauſſam non haberent. fam.l.12.14.11. Magiſtratum mandare. 4.in Ver.91. Magiſtratum certũ huic procurationi præfecerat. 2.de Leg.61. Mag.eq̃uũ adhuc reperire nõ potui. ꝓ Quinct.5. Magiſtratum a populo contẽdere. 4.in Ver.91. Qui magiſtratu abierint, apud cenſores edant, & exponãt quid in magiſtratu geſſerint, deq. iis cenſores præiudicent. Hoc in Græcia fit publice conſtitutis accuſatoribus, qui quidem graues eſſe nõ poſſunt, niſi ſint uoluntarij. Quocirca melius eſt rationes referri, cauſſamq. exponi cenſoribus, integram tamen legem accuſatori, iudicioq. ſeruari. 3 de Leg.40. Atque abeuntem magiſtratu, concionis habẽdæ poteſtate priuauit. Metello l.5.5. id eſt, deponentem magiſtratum. Nemo tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo priuatus auctor extitit. Att.279. Quæ in magiſtratu uitioſe decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. Q.fr.294 Non magiſtratus, ſed tyranni ſatellites. 14.Att.6. Iis qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiſcendi magiſtratus, & gerenda reſpub. eſt. Off.1.103. Commiſſi ſunt iis magiſtratus. pro Plan.272. Secuti ſunt auariores magiſtratus. in Ver.191. Magiſtratus, legum miniſtri. pro Clu.116. Magiſtratus remp. continent maxime religione conſtituta. 2.de Leg.62. Magiſtratus nec obedientem, & noxium ciuem, multa, uinculis, uerberibuſq. coercento, ni par, maiorue poteſtas, populuſue prohibeſſit, ad quos prouocatio eſto. 3.de Leg.4. Magiſtratus omnes auſpicium, iudiciumq. habento. 3.de Leg.9. Magiſtratus minores periti iuris, plures in prœlia ſunto. 3.de Leg.5. Magiſtratus reliqui præter cenſores annui ſunto. 3.de Leg.7. Magiſtratibus qui aduerſentur, eos e Titanum genere, qui cœleſtibus ſunt aduerſati, Plato conſtituit. 3.de Leg.4. Magiſtratibus omnibus auſpicia & iudicia dãtur: iudicia, ut eſſet populi poteſtas, ad quam prouocaretur: auſpicia, ut multos comitiatus probabiles impedirent moræ. 3.de Leg.26. Magiſtratibus iuncta ſunt iudicia. 3.de Leg 41. Vt magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus, uereq. dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. 3.de Leg.2. Magiſtratibus imperandi, ciuibus obtemperandi modus eſt præſcribendus. 3.de Leg.3. Vbi eos inueniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant, &c. de Amic.56. Extra magiſtratus ſi cœteratore uſus ſit. 3.de Leg.10. A magiſtratibus, priuatisq. doceri patiuntor. 3.de Leg.11. De magiſtratibus ſunt propria quædam a Theophraſto primum, deinde a Dione Stoico quæſita ſubtilius. 3.de Leg.15. Magiſtratibus iisq. qui præſunt, continetur reſpub. & ex eorum compoſitione, quod cuiuſq. in repub. genus ſit, intelligitur. 3.de Leg.14. Cato negat iudicium hominum in magiſtratib. mandandis, uoluptatib. corrũpi oportere. ꝓ Mur. Libertas populi in mandandis magiſtratibus. pro Plan.262. Suffragia in magiſtratibus mandandis palam ferre melius eſſet. de Leg 190. In magiſtratibus urbanam adminiſtrationẽ recip. tibi prouincialem dedit. 1. Q.fr.32. Magiſtratibus non ſolũ obedire, ſed & eos colere & diligere populi debent. 3.de Leg.5. Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe ciuitas non poteſt, quorum deſcriptione omnis reſpub. moderatio continetur. 3.de Leg.5.

Magnanimitas, Magnanimus, *Vide* Magnus.

Magnes.

Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat & trahat; at rationem cur ita ſit, afferre nequeã. de Diu.l.1.75.

Magnus.

certe non habebas. 1. Phi. 90. Mãdatum habere de omnibus rebus. 4. fam. 3. Mandatum negligere uel doloſe exſequi, cur turpe ſit. pro Roſ. Am. 66. Qui mandat uel qui mandatum recipit. pro Sext. R. 37. Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. Att. 70. Et id mandato Syllæ Q. Metellus dixit, Syllam nolle, &c. pro Syl. 179. Accipere mandata ab aliquo. in Ant. 118. Mandata accipere ad aliquem. 8. Phil. 49. Afferre mandata ad aliquem, ut, &c. Att. 115. Agere mandata alicuius. Att. 152. Conficere mandata. in Ant. 222. Mandata pacis mihi das ad Cæſarem. 8. fam. 48. in epiſt. Cœlij. Ego Metuſcilio ad te mandata dedi. Att lib. 8. 163. 4. Mandata plura uerbo, quam ſcriptura legato dedimus. 10. fam. 17. Omnibus ei de rebus, quas agi, quæ curari a me uoles, mandata des uelim. fam. lib. 3. 1. 7. Quamuis ſeuera legatis mandata dederimus. 5. Phil. 182. Dare mandata alicui de magnis rebus. 6. Phil. 208. Mandata depoſcere. 5. Att. 4. Facies ſcilicet ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. 2. Q. fr. 32. Tu mandata effice quæ recepiſti. Att. 10. Exſequi mandata. in Ant. 221. Reliquum eſt, ut antequam proficiſcare, mandata noſtra exhaurias. Att. l. 5. 4. Mandata tua mihi expoſuit, & litteras reddidit. 11. fam. 10. Mandata ferre. 8. Phil. 250. A Dolabella mandata habebo, quæ mihi uidebuntur. Att. l. 15. 329. 10. In quem ipſi cum grauiſſimo teſtimonio, quod nunquam antea, Romam mandata legatoſque miſiſſent. 4. Ver. 117. Vibulius de mea mãſione mandata Cæſaris ad Pompeium pertulit. Q. fr. 321. Tua mandata perſequar diligenter. Q. fr. l. 2. 15. 6. Mandata recipere & efficere. 1. Att. 33. Noli putare me quicquam maluiſſe, quã ut mandatis tuis ſatisfacerem. Att. 84. Veniunt cum mandatis, ueniunt cum teſtimonijs publicis. 4. Ver. 118. Me ex tuis mandatis ea monuit, quæ, &c. 3. fam. 5. In mandatis operæ noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur. pro Sext. Roſ. 36. Idem poſtea præ mandatis requiſitus. pro Plan. 295. Pro mandatis abuſus eſt ſermone aliquo arrepto Att 7. 46.

Mando, *is*.

Alia fugiunt, alia carpunt, alia uorant, alia mãdunt. 2. de Nat. 182. Impius hortatũt me frater, ut meos malis miſer manderẽ natos. de Or. 163. & Tuſ. 226. Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. 2. de Nat. 20.

Mandens.

Aut tam eminentibus canibus Scyllam, tamque ieiunis, quã quibus iſtum uideris, Gellijs, Clodijs, Titijs roſtra ipſa mandentem? de haruſp. 55.

Manſus.

Atque omnia minima manſa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inſerant. 2. de Or. 89.

Mane.

A m. cœnam quærere. 9 fam. 62. v. Calendarum m. accepi a Demea litteras pridie datas. Att. 215. v 118. Iduum litteras dedi bene m. Att. 233. Cras m. putat. Att. 214. Eo die m. Att. 77. Hodierno die m. in Catil. 115. Hodie m. Dolabella, multus ſermo ad multum diem. Att. l. 13. 267. 1. M. cal. Decembris Sthenium citari iubet. in Ver. 128. Excluſi eos, quos tu m. ſalutatum miſeras. in Catil. 199. Quarum alteras mihi multo m. dedit. 5. Att. 7. Poſtridie m. in Ver. 90. Qui uſque a calend. Ian. eſſet, quæ erant futuræ m. poſtridie. fam. lib. 7. 31. 4. Nam hæc Idib. m. ſcripſi. ep. 2. Bene m. hæc ſcripſi. 4. Att. 79. 3. Saturnalibus m. ſe mihi Pindenniſſæ dediderunt. Att. l. 5. 37.

Maneo.

Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerumque. Att. 76. Ego te mihi ſemper amicum eſſe uolui, maneo in uoluntate, &, quoad uoles tu, permanebo. ep. 61. Adhuc Romæ maneo, hæc ego ſuſpicans. ep. 127. Mihi cum eo nulla contentio iam manet. Att. 229. Cum idem omnino, quia nihil ſemper ſuo ſtatu maneat, &c. 1. de Nat. 23. Cuius quidem te fatum, ſicuti C. Curionem, manet. 2. Phi. 37. Simul & elicere cupio ſententiam tuam, ſi manet, ut firmior ſim: ſi mutata eſt, ut tibi aſſentiar. Att. 8. 166. 5. Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudium & induſtria. de Sen. 19. Multa diutius cõmemoratione manent, quã natura ſtare potuerunt. de Leg. 156. Itaque parietes urbis modo ſtant & manent, iique ipſi iam extrema ſcelera metuentes 2. Off. 41. Atque is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. de Vn. 203. Itaque quum ceteri conſulares irent & redirent, in ſententia manſi. 2. Phil. 92. Eo die capua diſceſſi, & manſi calibus. Att. 111. Is in priſtina mente manſit. pro Sext. 16. Cum intempeſta nox eſſet, manſi in villa P. Valerij. in Ant. 154. Et in eo manſimus, ne ad urbem. 9. Att. 67. Serui ui tormentorum adducti, in ueritate manſerunt. pro Clu. 140. Parietes quorum ornatus tot ſecula manſerat, undos deformatoſq. reliquit. in Verr. 228. In ea manebo. Att. 126. Tib. enim Gracchus p. r. tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. 2. Offi. 62. Nummus interea mihi Cæſar, neglecto triumpho, domi manet & manebit. in Piſ. 92. Quæ ſocietas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit. fam. 12. 27. 2. Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. ep. 167. Sed erant cauſſæ cur hoc tempore iſtic eſſe nollem: quæ ſi manebũt, quærenda erit excuſatio ad Brutum, &, ut nunc eſt, manſuræ uidentur. Att. li. 12. 247. 1. hoc eſt, duraturæ. Si manerem in Italia, uerebare ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum, periculum te mecum commouebat. ep. 96. Si uiueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Att. 14 311. 4. Dein ſi tabellarum referendarum ius vetus & mos antiquus maneret. fam. 5. 20. 4. Nempe ſi te nihil impediret, ſi voluntas eadem maneret, ſi ualeres denique, &c. pro Quinct. 35. Pleræque autem ciuitates, & maxime illuſtres, in amicitia perpetuo manerent. 4. Ver. 2. & 7. 57. Auiam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe: & ſimul quod uerita ſit, ne Latinæ in officio manerent, & in montẽ Albanum hoſtias nõ adducerent. Att. 1. t. 12. & 4. ad Her. 153. hoc eſt, Munus ſuum diligenter exſequerentur. Cyrillũ quendam ſuadentem ut in urbe manerent. 3. Off. 63. Tu numquam in hac urbe manſiſſes. in Ant. 167. Vellem Romæ manſiſſes. Att. 37. Maneas apud me cum tuis. Att. 4. 87. 6. Plane hoc mihi explices uelim; in primis maneat ne in ſententia, ut mittam ad eum quæ ſcripſi: an nihil neceſſe putes. Att. Maneat ergo, quod turpe ſit, id numquam eſſe utile. 3. Off. 65. hoc eſt, ſit ita, eſto, fac ſit. Memento curare per te & per omnes noſtros, in primis per Hortenſium, ut annus noſter maneat ſuo ſtatu, ne quid noui decernatur. Att. 5. 15. Eaque mihi conditio maneat, qua profectus ſum. fam. l. 2. 6. 10. Quamobrem illud maneat, & fixum ſit, quod neque moueri, neq. mutari poteſt. pro R. Poſt. 15. Sed uelim maneat Damaſippus in ſententia. fam. l. 7. 24. 4. ad Att. 135. & 9. 171. 1. Vt maneamus in perſpicuis firmius & cõſtantius. Ac. q. ed 1. l. 2. 43. Cum in uilla manerem. de Diu. 93. Nam quum omnes Socratici, Zenoque, & ij, qui ab eo eſſent ꝑfecti, manerent in antiquorum philoſophorum ſententia, &c. 1. de Diu. 9. id eſt, ſequerentur eorum ſententiam. Si integra in ſenatu noſtra cauſſa ad Kal. Ianuar. manſerit. ad Att. 68. Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt? 2. de Fin. 148. Manere in amicitia fideque pop. Rom. in Ver. 252. M. in cauſſa. pro Mil. 8. M. in cautione. 1. ad Q. fr. 46. M. in conditione atque pacto. in Vert. 69. Eidem Dolabellæ, me audiente Cæſar dixit, nihil eſſe quod de Mega uereretur, beneficium ſuũ in eo manere fa. l. 13. 61. Manere in fide. pro Dom. 52. M. in patrijs inſtitutis. de Fin. 5. 12. M. in lege naturæ. Tuſ. 5. 29. M. in liberalitate. 13. fam. 64. In patria manere, eſſe domi ſuæ. Off. 72. Manere in prouincia & ſenatuſconſulto. Att. 101. In quo enim plura ſunt quæ ſecundum naturam ſunt, huius officium eſt in uita manere. de Fin. 3. 47. Quare aut nobis ſtatuendum eſt legem Heliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. de Pet. Conſ. 18. Non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem iudicari nolle. pro Quinct. 18. Scio me domi manſiſſe. pro Dom. 214. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur. Att. l 8. 147. 13 Sed ad primum reuertar: quid putes faciendum, occulte ne aliquo propius ueniendum, an mare tranſeundum? nam hic maneri diutius non poteſt. Att. l. 11. 34. Si Lepidus & Volcatius te manent, manendum puto. Att. 146. Ac ne me exiſtimaris ad manendum eſſe propenſiorem, quod plura, &c. poteſt fieri, &c. Att. 120. Eodem die uulgo loquebantur, Antonium manſurum eſſe Caſilini: & ibi conſtitueram ut pridie idus aut Aquini manerem, aut in Arcano. Att. 258. Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum. Att. 7. 50.

Manens.

Nam terra immobilis manens, ima ſede ſemper hæret. de Somn. Scip. 119. Neque uero eram tam indoctus ignaruſque rerum, ut frangerer animo, propter uitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus. 2. Phil. 56.

Manſio.

Manſio Formijs. Att. 137. Cautior certe eſt manſio: honeſtior putatur traiectio. 8. Att. 55. & 11. Quod tibi mea permiſſio manſionis tuæ grata eſt, id ego ſummo meo dolore & deſiderio, tamen ex parte gaudeo. Q. fr. 3. 7. Nam ita manſionem illam deplorat, ut quemuis mouere poſſit. 2. Att. 39. Sed quum ab his medijs omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſſa dicitur ad ea referri omnes noſtras cogitationes: in his & exceſſum e uita, & in uita manſionem. 3. de Fin. 47. Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communicat. fam. 4. 14.

Manes.

A me quidem pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum ma-

nes mortuorum expiaretis. in Piſ. 82. Manium deorum iura ſancta ſunto. Hos leto dato diuos habento. Sumptum in ollos luctumque minuunto. 2. de Leg. 24. Æquitas tripartita eſt, una ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet Part. 228. Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. in Vat. 31. A dijs manibus uenire. in Verr. a 59.

Mania.

Græci autem maniam unde appellent, nõ facile dixerim. eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius, quam illi. hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, a furore diſiungimus. 3. Tuſ. 9.

Manica.

Solet enim accipere ipſe manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. 11. Phil. 309.

Manicatus.

Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus tunicis, uelis amictos, non togis. in Cat. 42.

Manifeſtus.

Res iam nota ac manifeſta omnibus. in Verr. 178. Manifeſtum furtum. 4. Verr. 54. Manifeſtum periurium. de haruſp. reſp. 252. Scelus manifeſtum atque deprehenſum. in Cat. 113. Manifeſtum & in medio poſitum & apertum. in Verr. 60. Hoc quidem certe manifeſtum erit. in Verr. 145. Quæ ita aperta & manifeſta ſunt, ut, &c. pro S. R. 54. Eiuſmodi res ita notas, ita teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferam, ut, &c. 2. Verr. 29.

Manifeſte.

Vt, quod erat difficillimum, quodque ego ſemper optabam a dijs immortalibus, tota res non ſolum a me, ſed etiam a ſenatu, & a uobis m. deprehenderetur. 3. in Cat. 51. Aliquid m. deprehenſum. pro Flac. 160.

Manifeſto.

Teneo in medijs uectigalibus pop. Rom. in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſto auertentem rem frumentariam omnem pecuniam maximam: &c. 5. Verr. 116. Manifeſto comperiſſe aliquid & manu tenere. de Cl. Or. 190. Exponã uobis Oppianici facinus manifeſto compertum atque deprehẽſum. pro Cl. 52. Cum manifeſto uenenum deprehendiſſet, & res non coniectura, ſed oculis ac manibus teneretur. pro Cl. 15. Hæc tanta in rempublicam coniuratio manifeſto inuenta atque deprehenſa eſt. 5. in Catil 62. Nam is ante celauit, nunc manifeſto tenetur. de Inuẽ. 66. Manifeſto teneri in re turpi. de Inu. 67.

Manipularis.

Et me una hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium, tamquam unus manipularis ſecutus ſim. Att. 9. 35. Addo etiam manipulares iudices ex legione alaudarum. 1. Phil. 15. & 5. 172.

Mano, *as*.

Qui aer per maria manat, is eſt Neptunus. 2. de N. d. 30. Omnis honeſtas manat a partibus quattuor. Off. 31. Fidei bonæ nomen manat lattiſſime. Off 66. Manant hæc ita. 15. Att. 10. Illa ſuperiora unde hæc manant. de Nat. 69. Niſi ea fuerint, unde illa manant. de Leg. 168. Multaque a luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, & augeſcant, & pubeſcant. de Nat. 36. A capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manant uidere. de Or. 119. Peccata ex uitijs manant. Part. 120. Quæ natura fluunt atque manant, ut aqua & terra. de Nat. 10. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie fam. 12. 1. Quare ſi aliquid oratoriæ laudi noſtra attulimus induſtria, multo ſtudioſius philoſophię fontes aperiemus, e quib⁹ etiam illa manabant. 1. Tuſc. 11. Latius opinione diſſeminatũ eſt hoc malum: manauit non ſolum per Italiam, ſed etiã tranſcendit alpes, obſcure ſerpens occupauit multas prouincias. in Catil. 119. Idque eorum nomen uſque ad Pythagoræ manauit ætatem. Tuſc. 229. Ab Ariſtippo Cyrenaica philoſophia manauit de Or. 148. Herculis ſimulacrum multo ſudore manauit. 1. de Diu. 66. Contagiones malorum, quę a Lacedęmonijs profectæ manarunt latius. Off. 50. Manarat ſermo in concilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe uerſatam. pro Clu. 32. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, quam de uno dolore occupabit. 2. Tuſc. 56. Cum, ut ſcitis, hoc triduo uel quatriduo triſtis a Mutina fama manaret. 14 Phil. 394. Nam cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, &c. 1. Phil. 5. Genera quattuor ex quibus honeſtas officiumque manaret. Off. 12. Manare & fundi per omnes partes. Tuſ. 142. Homines qui terram incolunt, interruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit. de Somn. 21. Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. in Catil. 106. Aliquid ſine capite manare. & eius auctorem non extare. pro Planc. 271. Fideique bonæ nomen exiſtimabat manare latiſſime. Off. 3. 92.

Manans.

Æternis cauſſis naturæ neceſſitate manantibus, uerum eſt id quod, &c. de Fat. 144.

Manſuefacio.

A quibus manſuefacti & exculti, a neceſſarijs artificijs ad elegantiora defluximus. Tuſc. 1. 50.

Manſuetus.

Beneficus, ſalutaris & manſuetus ciuis. pro Mil. 15. Illud quæro, cur tam ſubito manſuetus in ſenatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus. 3. Phil. 139. Deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, ex feris & immanibus, mites reddidit & manſuetos. 1. de Inu. 4. In moribus ſuis erga neceſſarios declarandis manſuetiſſimus. 2. de Or. 112.

Manſuete.

At uero cum aliquid clementer, manſuete, iuſte, moderate, ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in uictoria, quæ natura inſolens, &c. pro Marc. 5.

Manſuetudo.

Manſuetudo atque clementia ita probanda eſt, ut adhibeatur reip. cauſſa ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt. Off. 1. 125. Incredibilis uidetur & noſtra manſuetudo & abſtinentia. Att. 78. Quas res & manſuetudo animi cõſecuta & uerecundia eſt. Off. 35. Manſuetudo morum & facilitas. Off. 2. 45. Omni plena clementiæ, mãſuetudinis, humanitatis. Q. f. 294. Lenitatis & manſuetudinis genus orationis. 2. de Or. 110. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum qui cum bellum gerat, tam molli nomine appellari. 1. Off. 57. Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperij, in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe conuerſam. 7. Ver. 90.

Manſus, *Vide* Mando, *is*.

Manus.

Manus & multitudo, idem. Att. 58. & Q. fr. 302. M. aduerſa. Ac. ed. 1. l. 2. 133. M. apta ad eliciendos ſonos neruorum & tibiarum admotione digitorum. de Nat. 56. Manus cur data elephantis. 2. de Nat. 92. Manus Sext. Neuij in propinquorum proſcribendis bonis exercita. pro Quinct. 18. M. firma euocatorũ, 15. fam. 13. Militũ firma manus. ep. 244. M. hoſtilis. Tuſ. 1. 69. M. opulenta. 1. de Inu. 114. M. paruula peditum. 11. fam. 16. M. Cęſaris, & uictoria & fide præſtans. 7. fam. 15. M. renouata pro Sext. 34. Quæ nec haberemus, niſi manus & ars acceſſiſſent. Off. 2. 16. Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarij manus. Q. fr. 323. in Catil. 55. Att. l. 4. 85 1. in Att. 162. Manus litterę. 7. Att. 8. Huc acceſſit manus Ventidij, quę trans Apenninum, itinere facto difficillimo, ad uada peruenit. fam. l. 11. 10. 5. & 6. Verr. 86. Att. l. 2. 59. 3. Ad manum accedentes multi bacbati in piſcinis. 2. Att. 7. Quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum. de Or. 164. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope, accedebat ad ſimilitudinem tuæ litteræ: manum nõ amabam quod indicabat te non ualere Att. l. 7. 122. 3. Introductus Statilius cognouit manum & ſignum ſuum. in Catil. 182. Cum Oppius me hortaretur, ut manum ueteranorũ cõplecterer, &c. Att. 261. Conferre manum cum hoſte. Att. 115. Manum conſerere. pro Mur. 17. Heus tu, manum de tabula: magiſter adeſt citius, quam putaramus. fam. lib. 7. 26. 2. Qui manum fecerit, copias parauerit, multitudinem hominum coegerit, armarit, inſtruxerit, &c. pro Cæc. 24. 7. Verr. 61. Manum fuiſſe iuuentutis. 2. Att. 21. Manum habere. ad Brut. 12. In manum conuenire pro Flac. 65. Top. 7. & 10. Ipſa mihi ueritas manum iniecit, & paulliſper conſiſtere coegit. pro Quinct. 53. Factum per uim, per manum opulentam. de Inu. 61. Manum illam tu mihi cura ut præſtes. 1. Att. 5. Demoſthenes negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ, in hoc in eum, huc an illuc manum porrexerit. Or. 14. Quibus tibi uidebitur, uelim des litteras nomine meo: noſti familiares, ſignum requirent, aut manum: dices ijs me propter cuſtodias ea uitaſſe. Att. 11 4 Qui ſe fatentur uirtutis cauſſa, niſi ea uoluptatem efficeret, ne manum quidem uerſuros fuiſſe. de Fin. 146. Hęc inter cenam Tironi dictaui, ne mireris alia manu eſſe. ad Quinct. fr. 321. Manu cũ hoſte cõfligere. Off. 1. 113. Romam cum manu magna. Att. 259. In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. in Ver. 204. Totum denique hominem tibi ita trado, de manu (ut aiunt) in manum tuam iſtam, & uictoria & fide præſtantem. fam. 7. 15. Manu depellere aliquem. Off. 3. 55. Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas, non modo uideri animo, ſed etiam ſic tractet ut manu doceat, eam

eius

eſſe uim & naturam deorum. 1. de Nat. 36. Eadem manu poteit conciones conciliare 1. ad Q. fr. 57. Manu feminea interimi. Tuſc. 2. 17. Sed in ea Pompeij epiſtola erat, in extremo ipſius manu. Att. 117. Quod preſens tamquam in manu datur, commodius eſt. Off. 1. 88. Quam uelis eum obligare, in tua manu eſt. ep. 115. Verum hæc non ſunt in noſtra manu. ep. 233. Qui in manu ſit, quem eſſe dementem uelit. Tuſc. 1. 24. Hanc putaui in mea manu ſcribendum. Att. 247. Quorum epiſtolas in manu teneo. in Ant. 141. Cum Licinius pyxidem teneret in manu. pro Cœl. 51. Cum pene iu manu iam mortiferum illud poculum teneret. Tuſc. 1. 63. Antequam alio loco conſedero, neque longas a me, neque ſemper mea manu litteras exſpectabis. Att. 75. Si quid mea manu non intelligent librarij. 16. fam. 31. Quæ ſuperioribus litteris mea manu ſcripſi. epiſt. 178. Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu ſcribam ad Att. 260. Epiſtola manu mea ſcripta. Att. 37. Manu mea ſcriptas litteras ad te miſi. 3. fam. 13. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quam plena manu, quàm ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit Att. 2. 66. Manu ſtare. 5. Att. 34. Manu ſua ſcribere epiſtolas. 7. fam. 34. Vocontij ſub manu ut eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. fam. l. 10. 23. 4. id eſt, in promptu & in proximo Epiſtula Timarchidis manu ſcripta. in Verr. 182. Tua manu erant epiſtolæ. 7. Att. 8. ſub. ſcriptæ. Cum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto & manu tenere diceret. de Clar. Or. 190. Leges tollunt aſtutias quatenus manu tenere rem poſſunt: philoſophi, quatenus ratione & intelligentia. Off. 65. Stamus animis, & quia conſiliis, vt uidemur, boni utimur, ſperamus etiam manu. Att. 78. Manus C. Verris multæ. 4. Verr. 17. Comites illi tui delecti, manus erant tuę: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, haruſpices, præcones, manus erant tuæ. 4. Verr. 17. id eſt, tibi lauebant, te iuuabant. Manus victrices. Tuſ. 2. 19. Manus laua, & cena. 2. de Or. 236. Cum manus ad os appoſuit. 8. fam. 3. Et mulli barbati in piſcinis ſint qui ad manus accedant, &c. Att. 22. Cum tribu. plebis populo concitato rem pęne ad manus reuocaſſet. Pro Clu. 107. hoc eſt, ad contentionem & pugnam. Nonnumquam etiam res ad manus atque ad pugnam ueniebat. 7. Verr. 23. Manus a me abſtineam. 3. Att. 6. Manus afferam uulneribus meis. 3. Att. 22. Ac ſi magiſtratibus manus adferãt. Parad. 28. Ego ſenatũ ſibi manus afferre coegi. Octau. 330. Afferre manus ſibi ipſi. Att. 41. Is manus uiolenter uideatur afferre ſocio. Off. 50. Itaque nec ei manus affuit, quia nec capiendum quidquam erat, nec repellendum. de Vn. 198. Manus quas iuſſus in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt 10. fam. 48. Conferre ferrum ac manus aliquo. pro Font. 2. Manus ſuas non in defendenda republ. ſed in plaudendo conſumere. 16. Att. 5. Atque ad extremum dat manus, uincique ſe patitur. de Am. 114. Sapienter igitur quod manus dediſſi. Att. 252. Natura dedit homini manus multarum artium miniſtras. de Nat. 56. Ad extremum autem manus dediſſe. Att. 37. Si impias propinquorum manus effugeris. Somn. Scip. 7. Numquã enim libelli illi in manus inciderunt. de Cl. Or. 69. Tuſc. 1. 71. Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Or. 92. Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, ut, &c. cont. Rul. 69. Poſtulamus, nõ a te quidem qui nobis omnia tribuis, ſed a ceteris qui hæc in manus ſument, ut maius quiddam de L. Craſſo, quam quantum a nobis exprimetur, ſuſpicentur. 3. de Or. 9. Tuſ. 2. 6. id eſt legent. Iſte unumquodque vas in manus ſumere & laudare, mirari. in Verr. 214. Procul apparet, non exeutitur, non in manus ſumitur. pro Planc. 265. In manus ueniebant Antiochi. Aca. ed. 1. l. 2. 11. Nihil de iis quæ in manus uenerunt. Offi. 58. Inferre uim & manus alicui. in Catil. 101. ad Her. 33. Itaque erant exitus eiuſmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tamquam e prœlio auferretur, alius tamquam occiſus relinqueretur. 7. Vert. 24. Genere tamen, quod & ad nos pertineat, & didaſcaliam quandam ut uerſetur inter manus, habeat. fam. l. 8. 3. 9. P. Clodius per manus ſeruulæ ſeruatus fuit & eductus. Att. 7. Per manus hanc prouinciam tradit ei, cui minime nos uelitis. de Pro. Conſul. 77. Reijcere alicui manus ad tergum. 10. fam. 71. Suſtulimus manus & ego & Balbus, tãta fuit opportunitas. fam. 7. 14. Supplex manus tendit patria communis. 4. in Catil. 90. Tendere manus ad aliquem. de Inu. 81. Hortenſius uehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus tolleret. Ac. ed. 1. l. 2. 58. Hæc ciuitas tam procul a manibus tuis atque a conſpectu tuo remota. in Ver. 160. Cuius ub auia mater manibus eſſet accepta. de haruſp. 148. Te, qui tuos omnes fructus publicano tradidiſſes, & rē de manibus amiſiſſes, tum bona tua repetere, ac perſequi lite atque iudicio. 5. Ver. 26. Quod intellexiſti te, præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. 6. Ver. 38. De manibus deponere. Acad. ed. 2. lib. 1. 2. Cauſſa illa mihi tum eſt elapſa de manibus. de Or. 127. 1. Att. 40. Iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus. in Catil. 100. Ponere aliquid de manibus. Q. fr. 194. Manibus facinus deprehendere. pro Cœl. 10. Quoniam Demoſthenem totum cognouiſti, nec eum dimittis e manibus. Or. 206. Fugit aliquis e manibus, deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. pro Cœl. 52. Victoria excidit manibus. Att. 278. Eſt in manibus eius miri laudatio, quam eum legimus, &c. de Sen. 11. Sed affuiſtis, & eſt in manibus oratio. de Ami. 78. id eſt, circumfertur & legitur. Quæſtio, quæ nunc in manibus eſt. de Nat. 63. Res eſt in manibus, tute longe abes. 6. Att. 30. Quæ in manibus ſunt attendere. 11. fam. 21. Libelli nominum ueſtrorum erant in manibus omnium. in Verr. 69. & 4. Tul. 112. Sæpe fit ut agantur ea, quę nõ putaris: illa quæ credideris in manibus eſſe, ut aliqua de cauſſa non agantur. de Petit Conſ. 212. Libri quos nunc in manibus habeo. Att. 16. Sed habeo opus magnum in manibus, quod. &c. Acad. 39. Cum ea ſpe, quam in manibus habeo. ep. 247. Libros, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarij. Att. 212. Philoſophi quamcumque rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt, congerunt omnia. Tuſc. 232. Quam ſpem nunc habent in manibus, breuiter exponam. 2. Ver. 10. Omiſi ea, quæ in manibus habebam: quod iuſſeras edolaui. Att. 220. Scripta tua, quæ in manibus habebam. Att. 254. Tum dicitur eam fabulam, quã in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, iudicibus recitaſſe. de Sen 81. Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebant, ſic me præſente oſculabantur, nõ ut, &c. 1. fam. 36. Multos dies epiſtolam hanc in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. Q. ſi. 321. Virtus Scipionis non mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui, ſed etiam, &c. de Am. 115. Habeamus in manibus, Antonij concionem. Att. 107. In manibus habere ſpem. 10. fam. 15. Poſtea uero peruulgata, atque in manibus iactata & excuſſa, inaniſſima prudentiæ reperta ſunt. pro Mur. 24. Septimus mihi originum liber in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo. de Sen. 84. Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus. Or. 229. & 2. Att 10. Sed ecce in manibus uir præſtantiſſimo ingenio. de Cl. Or. 175. Nonne perſpicuum eſt Verrem eſſe qui ueſtras uillas ſuis manibus ornet? 5. Ver. 8. id eſt, ſignis & ſupellectili quæ deprędatus eſt. Manibus res tenetur. pro Sext. 58.

Manubiæ.

Non illæ manubię meæ, ſed operis locatio mea fuerat. 1. fam. 41. Tu M. Fuluij domum, monumentum earum manubiarũ eſſe noluiſti. pro Dom. 136. Non ne perſpicuum eſt has manubias Roſcijs Chryſogonum re cognita conceſſiſſe? pro Roſ. Am. 64. Iam uero ille qui cũ Ætolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias muſis cõſecrare. pro Arch. 20. Dubitamus quid iſte in hoſtium præda molitus ſit, qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubijs fecerit? 3. Ver. 109. Aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornarat ex manubijs Carthaginenſiũ tyrãnus Gelo, &c. 3. de Nat. 62. Qua ex præda aut manubijs eſt abs te donatio cõſtituta. 5. Ver. 161. Quod ad quemque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. 1. de L. Agr. 7. Roſtra imperatorijs manubijs ornata. de Or. 143.

Manubrium.

Trolla excauata cum manubrio aureo. 6. Ver. 54.

Manufactus.

Nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquãdo conſumat uetuſtas. pro Mar. 132. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, portus manufactos, &c. 2. Off. 18. Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum, tamque compactum & coagmentatũ inueniri poteſt? de Fin. 105.

Manumitto.

Milo ſeruos manumiſit. pro Mil. 112. & Q. fr. 299. Manu uero eius miſerit, ſi quæris, neſcis, &c pro Mil. 512.

Manumiſſus.

Ita fideliter beneuoleque præſto fuit, ut ſi a me manumiſſus eſſet. 13. fam. 39. De Statio manumiſſo, & nonnullis alijs rebus ãngor equidem, ſed iam prorſus occallui. Att. 2. 33. 5. Adſunt ſerui de cognatorum ſententia manumiſſi. pro Cœl. 52.

Manumiſſio.

Sed ſcire cupio quid habeas argumenti iſta manumiſſio, in qua aut crimen Cœlio quæritur, aut iudicio ſubleuata. pro Cœl. 55. Manumiſſionum genera tria. Top. 6.

Manupretium.

Tantum operis in iſta locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium, machinæ. 3. Ver. 104. (Manupretium appellare uidetur mercedem, non quę datur pro materia, ſed quæ artis debetur architecto.) Prouincia tibi iſta manupretium fuerit, non euerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis, &c. in Piſ. 45.

Mare.

Mare cæruleum, quale apparet meridie. Acad. ed. 1. 2. 96. M. quando a ſole collucet, albeſcit & nibi at. Acad. ed. 1. l. 2. 96. M. conglobatur vndique æqualiter, neque redundat umquam, neque effunditur. 2. de Nat. 88. M. clauſum. 2. Q. fr. 21. M. difficile. 16. fam. 11. M. mane flantum. Acad ed. 1. lt. 2 96. M. infeſtum habebimus. 9. Att. 71. M. inflatum. Diu. 1. 11. Illæ vnde comino rum ut m. profundum & immenſum ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu, ut ad alios accedant, ab aliis recedant. pro Plan. 12. M. Fauonio naſcente purpureum uidetur. Acad. ed. 1. lib. 2. 96. Superum M. Ionium. de Or. 149. Iter ad mare ſuperũ. Att. 133. Vt m. quod ſua natura tranquillum ſit, uentorum ui agitari atque turbari; ſic, &c pro Clu. 109. Cum M. vaſtiſſimum hyeme tranſibas. in Piſ. 45. M. atque uenti, res uiolentiſſimæ 2. de Nat. 115. Noſtri duces m. ingredientes, immolare hoſtiam fluctibus conſueuerunt. 3. de Nat. 36. In hunc tu igitur, tamquam in m. quod eſt uentis ſubiectum, perturbationes cadere tibi dixiſti uideri? Tuſc. 4. 46. Qui m. teneat, eum neceſſe rerum potiri. 10. Att. 21. Terra marique conquirere. 5. ep 9. 4 Mari exſpiari putabantur omnia quæ uiolata erant. pro Roſ. Am. 43. Belluæ quę in mari rubro, Indiane gignuntur. 1. de Nat. 68. Tamquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. 1. Tuſc. 60. Infero mari nobis incerto curſu hieme maxima nauigandum eſt. Att. 9. 7. Cælum, ignes, terræ, maria, naturæ omnes, parent diuino numini. de Nat. 1. 17. Maria uentis agitata tepeſcunt. de Nat. 2. 30. Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur. Tuſc. 242. Maria tranſire. Or. 21.

Marinus.

Marini & maritimi æſtus. Diu. 115. Probabile eſt igitur præſtantem intelligentiam in ſideribus eſſe, quæ & æthereã partem mundi incolant, & marinis terrenisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. 2. de Nat. 61.

Maritimus.

Maritimus Triton pingitur natantibus inuehens beluis. de Nat. 1. 54. Quod multas naues in omnem maritimam dimiſiſſet. &c. 5. Tuſc. 57. Quod extremum eſt, te in Arpinati uidebimus, & hoſpitio agreſti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempſiſti. Att. lib. 2. 31. 9. Maritimi æſtus uel Hiſpanienſes, uel Britannici. 3. de Nat. 17. Aeſtus maritimi, fretorũque anguſtiæ ortu aut obitu lunæ commouentur. de Nat. 2, 15. Aeſtus maritimi multum accedentes & recedentes. de Nat. 52. Maritimi curſus incredibili celeritate. 1. de Nat. 121. Loci maritimi. Part. 133. Niſi forte maritimæ nuptię terrenis anteponuntur. 3. de Nat. 32. Inſula, quæ undiq. exitus maritimos habet. in Ver. 146. Tamen homines maritimos non plane reformidat. 7. Ver. 55. In maritimis ſum. 2. fam. 30.

Margarita.

Nego ullam gemmam aut margaritam fuiſſe, quin abſtulerit. 6. Ver. 1. Ornatus margaritarum inſignis. in Or. 43.

Maritus.

Multo maxime requireris, & tu ut maritus ſis quam optimæ mulieris, & hęc ut quam optimo uiro nupta ſit. de Inu. 53. Maritum appellas, ut uerba etiam fingas, non ſolum crimina. pro Plan. 169. Cariorem huic ſororis maritum quam filium fuiſſe. pro Rab. 5. Vigilare ad inſidiandum ſomno maritorum. 1. in Catil. 19.

Marmor.

Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore, at is laudibus, &c. pro Arch. 190. Eius ſimulachrum è marmore in ſepolchro poſitum fuit. pro Dom. 86. Non in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita 2. Diu. 71.

Marmoreus.

Signum marmoreum, eburneum, æneum. 6. Ver. 1. Columnæ marmoreæ pro Dom. 49. Pauimenta marmorea. 2. de Leg. 2. Sola marmorea. Parad. 62. Tecta marmorea. Parad. 14.

Marmoratus.

Marmoratis laudibus certe non ſolum ipſi qui laudantur, ſed etiam pop. Romani nomen ornatur. pro Arch. 16.

Mars, *allegorice*.

Cum omnis belli Mars communis, & incerti ſemper exitus præliorum ſint. 6. fam. 11. 10. Phil. 283. Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem. pro Mil. 112. Grauis eſt modus in ornatu orationis, & ſæpe ſumendus, ex quo genere hæc ſunt, Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro uino. 3. de Orat. 92. Nimium communem Martem bellique caſum metuens. pro Sext. 5. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed, ut dicitur, noſtro Marte. 3. Offic. 43. Rex ipſe ſua ſponte nullis commentariis Cæſaris, ſuo Marte ſuas res recuperauit. 2. Phil. 96. Huius argento domos ueſtras, huius ſignis & tabulis forum, comitiumque ornari: præſertim, cum uos ueſtro Marte his rebus omnibus abundetis. 5. Ver. 8.

Mas.

Anguis mas & anguis femina. Diu. 88. 121. Hoſtia mas & hoſtia femina. de Leg. 175. In mari & in femina commiſcendorum corporum miræ libidines. Part. 133. de Nat. 51. Beſtiæ aliæ mares, aliæ feminæ ſunt. 1. de Nat. 192. Et deos mares & feminas eſſe dicitis. de Nat. 20. Sacra maribus nõ inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita. de haruſp. reſp. 257.

Maſtruca.

Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum Maſtruca mutauit. pro Scauro.

Maſtrucatus.

Maſtrucati latrunculi in Sardinia a T. Albutio deuicti. de prou. Conſ. 12.

Matellio.

Si L. Mummius aliquem iſtorum uideret matellionem Corinthium cupidiſſime tractantem, &c. in Parad. 48.

Mater.

Mater magna agros & nemora cum quodam ſtrepitu peragrare ſolita. de haruſp. reſp. 21. Luxuries, auaritiæ mater. 2. de Or. 92. Nam Saſſia mater huius Habiti (mater enim a me nominis cauſſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt) mater inquam appellabitur: neque unquam illa ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat. pro Clu. 8. Mater omnium perturbationum immoderata quædam intemperantia. Aca. ed. 2. l. 1. 27. Sapientia, omniũ bonarum rerum mater. 1. de Leg. 87. Mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum. Acad. ed. 1. lib. 2. 53. Matris terræ operimento corpus in ſepultura obducitur. 2. de Leg. 51. Vt quaſi matris terræ ſinus & gremium mortuo tribueretur. 2. de Leg. 58. Matrẽ noſtram facere memini. 16. fam. 35. Hecate, quæ matre Aſteria eſt ſorore Latonæ. 3. de N. d. 32. Aut ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet. 11. Att. 21. Iupiter puer, qui lactens cum Iunone, in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens, caſtiſſimè colitur a matribus. Diu. 126.

Matercula.

Nunc denique materculæ ſuæ feſtiuus filius aniculæ minimè ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtulam. pro Flac. 70.

Maternus.

Maternus paternuſque ſanguis. pro R. A. 40. Nomen amantius indulgentiuſque maternum. pro Clu. 8.

Materfamilias.

Petulanter facimus, ſi matremfamilias, ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. pro Cęlio. 23. Genus eſt enim uxor: eius duę formæ, una matrumfamilias, &c. altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. in Top. 7.

Matrona.

Quo matrona nulla adiit. de har. 249. Opulentæ optimates matronæ. fam. l. 7. 6. 3. Tanquam meretricem in matronarum cętum. 2. de Fi. 18. Natio quę quia partus matronarum tueatur, a naſcentibus nominata eſt. 3. de N. d. 65. Sanctitas matronarum. pro Cęl. 23.

Matrimonium.

Matrimonium dotale. ad Octa. 48. Quæ nuptiæ diuturnæ nõ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniunctę. pro Cl. 26. Ius matrimonij caſtum & legitimũ damnatione uiri ſublatum putabat. pro Clu. 139. Collocare aliquam in matrimonium. 1. Diu. 167. Is Saſſiam in matrimoniũ ducere cupiuit. pro Clu. 18. & 98. Te modo Quinti Metelli matrimonium tenuiſſe ſcis. pro Cęl. 25. Curio a te meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo collocauit. 2. Phil. 61. Vectius tuus affinis, cuius ſororẽ habes in matrimonio. 5. Ver. 143. Is habuit in matrimonio Cæſoniam. pro Cęc. 287. pro Quinct. 9.

Matertera.

Cum uirgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu ulla

ullu extitiſſet, puellam deſatigatam petiiſſe a matertera ut ſibi concederet pauliſper, ut in eius ſella requieſceret. 1. Diu. 168. C. Aculeo, quocum erat noſtra matertera. 2. de Or. 2.

Matricida.

Zeuxis, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari. 1. Q. fr. 37. Somnium matricidarum. de har. 152.

Matricidium.

Oreſtes ſi accuſetur matricidij, &c. 1. de Inu. 26.

Matrimus.

Aut puer ille patrimus & matrimus ſi terram non tenuit, &c. de haruſp. reſp. 20.

Materia.

Materia eſt ex qua quæque res efficitur. lib. 1. de Fin. 14. M. ad argumentum ſubiecta. Part. 233. Eſt enim in utroque & m. & tractatio: materia in uerbis, tractatio in collocatione uerborum. Or. 216. M æquitatis. pro Cæc. 300. M. artis eſt, in qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, uerſatur: ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos & uulnera, quod in his omnis medicina uerſetur: &c. de Inu. l. 1. 10. Pene infinita uis & m. artium illarum. de Or. 85. M. facilis. 2. Phil. 60. M. rerum tota flexibilis & commutabilis. 3. de Nat. 69. M. infinita, ſecundum Anaxagoram. Acad. ed. 1. l. 2. 109. Nulla materia niſi admoto igni ignem concipere poteſt. de Or. 125. M. prima ſine ulla ſpecie eſt, carens omni qualitate. Acad. ed. 2. l. 1. 20. M. prima non in nihilum interit, ſed in ſuas partes. Acad. ed. 2. l. 1. 20. M. prima tota omnia accipere poteſt, omnibuſque modis mutare. Acad. ed. 2. l. 1. 20. In uerbis ineſt m. quædam, in numeris expolitio. Or. 215. Eſtque illa ſubiecta quaſi m. ſapientiæ. de Fin. 103. Quocirca huic quaſi m. quam tractet, & in qua uerſetur, ſubiecta eſt ueritas. Off. 4. M. ſine forma eſſe non poteſt. Acad. ed. 2. lib. 1. 18. Materiæ primæ partes infinite ſecari ac diuidi poſſunt. Acad. ed. 2. l. 1. 20. Vnus enim ſatis es materiæ babens, &c. in Sal. 273. Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. de Or. 133. Veruntamen non incommodum videtur, quandam ſiluam & materiam uniuerſam, ante permiſtam & confuſam, exponere omnium argumentationum. de Inu. 50. Cum materiam mutabilem arripuiſſet, & rurſus indiuiduam atque ſimplicem de Vu. 35. Repente lyntribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. pro Mil. 55. Hoc ſi habeto, materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere uelint, Statium dediſſe. Q. fr. 1. 37. Aut ſuſpicioni crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur. in Ant. 253. Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare. de Or. 140. Perpetuis curſibus, conuerſionibuſque cæleſtibus extitiſſe materiam quandam ſerendi generis humani. de Leg. 160. Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ? pro Mil. 108. Lupus egit cauſſam agri Campani ſatis accurate: materiam rei non ignoras. Q. fr. 306. Sed tamen probabilem materiam nacti ſermonis, &c. 3. fam. 14. Illa mors uulgaris nullam præbet materiam ad ornatum. de Cl. 168. Nonne id agendum nobis fuit, ut materiam ſubtraheremus furori tuo? pro Dom. 215. Vti poſſe ligneam materiam neceſſe eſt. de Inu. 83. Plato ex m. in ſe omnia recipiente mundũ eſſe factum cenſet. Aca. 29. & 30. Ex m. prima omnia expreſſa & effecta. Aca. ed. 2. l. 1. 20. Ex m. quę indiuidua eſt, & quæ ſemper uniuſmodi, ſuiq. ſimilis, & ex ea quę corporibus diuidua gignitur, tertium materię genus ea duobus in mediũ admiſcuit. de Vu. 27. Vt materię, ferramenta, &c. Top. 225.

Materies.

Nam illo non ſaxum, non materies aduecta eſt in Ver. 106. Hæc tanquam aliqua m. oratoribus ſubiecta eſſe debent. de Or. 101. Eſt enim deformitatis & corporis uitiorum ſatis bella m. ad iocandum. de Or. 130. & 131. Quod me ut ſcribam aliquid hortaris, creſcit mihi quidem m. ut dicis, ſed, &c. Att. l. 2. 27. 4. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi m. eſt, ut dies ſingulos poſſis conſumere. pro R. A. 54. Sed m. facilis in te & in tuos dicta dicere. in Ant. 168. Quod ſi te adducemus, ut hoc ſuſcipias, erit m. digna facultate & copia tua, ep. 67. Si ornate locutus eſt Phyſicus ille Democritus, m. illa fuit Phyſici, ornatus uero uerborum oratoris putandus eſt. de Or. 89. Eſt etiam quaſi quædam m. ſubiecta honeſtati. Part. 237. M. orationis cuiuſq. generis. de Orat. 121. Quandoquidem in ea uerſatur orator, atque ea eſt ei ſubiecta m. omnia, &c. 3. de Orat. 31. Facilius ſicut in uitibus reuocantur ea, quæ ſe nimium profuderunt, quã, ſi nihil ualet m. noua ſarmenta cultura excitantur. de Or. 116. Fac enim fuiſſe in eo C. Lælij, M. Catonis materiem atque indolem: quid ex eo boni ſperari atq. effici poteſt? 5. in Ver. 136. Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. pro Dom. 215. Mamertini materiem non habent. in Ver. 245.

Materiatus.

Ædes male materiatæ, ruinoſæ. 3. Off. 70. id eſt, compoſitæ ex mala materie, ut ex lignis non cæſis tempeſtiue.

Materis.

Aut idem Gallos ſignificãs dicat, nec tam facile ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt. ad Her. 54. id eſt, haſta militaris.

Maternus, Matertera, *Vide* Mater.

Mathematicus.

Mathematicus, muſicus, omni denique doctrina eruditus. 3. de Nat. 15. Nec de re artificioſa loquitur, ut Mathematici. de Fin. 67. Vt ad minora ueniam, Mathematici, Poetæ, Muſici, Medici denique ex hac, &c. de Fin. 5. 13. Magnum annum Mathematici nominauerunt ex diſparibus motionibus ſtellarum errantium. de Nat. 2. 38. Quis ignorat, ij, qui Mathematici uocantur, quanta in obſcuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici, ſubtilique uerſentur? 1. de Or. 6. Geometricis & Mathematicis probationibus. Acad. 29. Mathematicorum mos eſt, non philoſophorum. Tuſc. 221. Eruditus puluis Mathematicorum. de Nat. 53. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate feratur. Diu. 127. Quæ in Geometria deſcribuntur, &c. Mathematicorum ſunt, non ariolorum. de Diu. 110. Mathematica a falſis initijs profecta, uera eſſe nõ poſſunt. de Fin. 63. In ſummo apud illos honore Geometria fuit, itaque nihil Mathematicis illuſtrius. Tuſc. 1. 4. de Fin. 149.

Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrona, *Vide* Mater.

Maturus.

Sed ne maturum quidem etiamnum fuit. ep. 149. Venit tẽpus Quirites, ſerius omnino, quam dignum pop. Romano fuit, ſed tamen ita maturum, ut differri iam hora non poſſit. 6. Phil. 216. Vides quam maturum ſit. Att. 207. Ego tibi ſpem maturæ diſceſſionis afferebam. pro Quinct. 209. Maturam mortem oppetere. Diu. 88. Mihi uero bene maturum uidetur fore. ep. 128. Satietas uitæ tempus maturum mortis affert. de Sen. 69. Siquis, quod ſpopondit, qua in re uerbo ſe uno obligauit, id nõ facit, maturo iudicio, ſine ulla religione iudicis condemnatur. pro Cæc. 5. Optimæ mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. fam. li. 10. 14. Edidit hæc Calchas, quæ iam matura uideris. Diu. 122. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt. de Sen. 65. In perfectis & maturis omnia meliora docet eſſe Chryſippus. de Nat. 2. 28. Facultas diſcendi maior ac maturior. 1. de Or. 47. Ipſe enim Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet & mitior. de Cl. Or. Non recuſo id quidem, ſed & componendum argumentum eſt, & ſcribendi expectãdum tempus maturius. Att. lib. 15. 323. 8. Vt uirtutes in ætate maturiſſima uelint comparare. ad Her. 29.

Maturitas.

Sic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. de Sen. 92. Etſi abeſt maturitas ætatis: iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi uocibus non eſt inutile. fam. 6. 50. Maturitas animaduertendi. 9. fam. 30. Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum, ac ueteris furoris & audaciæ maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit. 1. in Catil. 22. Inducendi ſenatuſconſulti maturitas nondum eſt. Att. lib. 1. 70. Vt dicendi laude prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari. de Clar. 179. Sed eius rei maturitas neque dum uenit & tamen iam appropinquat. Q. fr. 3. 33. Vt enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis: ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. de Sen 30. Maturitas tempeſtiua. de Sen. 78. Quæ ſtudia in his iam ætatibus noſtris contracthura eſſe debent: in adoleſcentia, tanquam in herbis, ſignificant quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. pro Cœl. 60. Hæc arbor ararum maturitatem ad ſignum floris accommodat. Diu. lib. 1. 14. Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatem frugum & temperationem corporum aptæ. 1. Tuſc. 55. Non enim poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. 2. de Or. 49. hic de ingenio per tranſlationem loquitur. Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conſenſu daret. fam. lib. 9. 14. 17. Quumq. ipſa oratio iam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. de cla. Or. 4. Sed uidebatur illud in me iam eſſe perfectum, & habere maturitatem quãdam ſuam. de Clar. 195. Hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo maturitate ætatis ad prudentiam. fam. lib. 4. 13. Adole-

ſcens

ſcens non tam te & maturitate, quam ſpe & exſpectatione laudatus. de Or. 196. Temporum maturationes, maturitates, uiciſſitudineſque cognouiſſent. de Nat. 21. Sed mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata, grauiditates & partus afferat, maturitateſque gignendi. 2. de Nat. 178.

Mature.

Sed hunc fructum m. fortuna ademit: nam breui tempore M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt. pro Cęc. 9. Quę ſi ſine ſine mora, matureq. decreta facitis, &c. 5. Phil 203. M. extollere aliquem ad ſummum imperium per omnes honores, gradus. 1. in Catil. 20. M. in prouincias mittere. fam. lib. 15. 1. 12. M. perlatæ litteræ. 3. fam. 14. Vt eo, quo intendit, m. cũ exercitu perueniat. pro Mur 128. ep. 31. 258. Fores ædis effringũt, æditui, cuſtodeſq. m. ſentiunt. 6. Ver. 86. Tam mature. in Catil. 103. Venit ipſe m. 5. Off. 78. ad Brut. 14. 5. Balbũ ais m. Romam bene comitatum eſſe uenturum. 5. Q. fr. 9. M. cras nos uidebit. 10. Att. 44. Iſte poſtero die mane, quam multo maturius, quam umquam antea ſurrexiſſet, iudices citari iubet. 4. Ver. 28. Quo quidem & maturius uenimus, quod erat conſtitutum, &c. Acad. ed. 1. lib. 2 9. Eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Aprouium ueniamus. in Verr. 160 Quippe qui omnium maturrime ad publicas cauſſas acceſſerim. 3. de Ora. 42. Nam ut quæque res eſt turpiſſima, ſic maxime & maturiſſime iudicanda eſt: at ea, in qua exiſtimationis periculum eſt, tardiſſime iudicatur. pro Cæcin. 5.

Maturo.

Huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis perfugium erat calamitatis. pro Clu. 136. Te exſpecto, & oro ut matures uenire. Att. l. 4. 6. Quum Hilaram flumen uno die ponte effecto exercitum traduxiſſem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per litteras ipſe, ut maturarem uenire, prꝫſto mihi fuit ſtator eius cum litteris. fam. l. 10. 42. Quod ut faceres, idque maturares, magnopere deſiderabat reſpub. ad Brut. 10. 1. fam. lib. 15. 4. 13. Succeſſor tuus non poteſt ita maturare illo modo, ut tu me in Aſia poſſis conuenire. ep. 28. Maturare mortem alicui. pro Cluen 54.

Maturatus.

Vua primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. de Sen. 48. Omnia quæ terra gignit, maturata pubeſcunt. de Nat. 2.

Matureſco.

Matureſcit Cælianum illud. 17. Att. 48. Partus matureſcunt ſeptem nonnumquam, aut, ut plerumque, nouem lunæ curſibus. 2. de Nat. 100. Maturationes. ad Herc. 16.

Matutinus.

Matutina ſalutatio. ad Brut. 90. Itaque quum bene completa domus eſt tempore matutino, quum, &c. Att. lib. 1. 13. 2. Matutina tempora lectiunculis conſumere. 7. fam. 1. Hodie exſpectabam tuas litteras matutinas aut poſtmeridianas. Att. 203. Et matutinis acredula uocibus inſtat. Diu. 83.

Maxilla, *Vide* Mala.

Maxime, *Vide* Magis.

Maximopere, Maximus, *Vide* Magnus.

Mecum.

Legi tuas litteras, quibus m. agebas, ut, &c. Att. 147. Sæpe m. ipſe cogito. de Iuu. 42. Atque nunam iam ante uidiſſes, neque totum animum tuum mœrori m ſimul dediſſes. Att. 3. 48. 6. Ex eo eſt m. & tecum, non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile illis uobiſcum, atque nobiſcum. in Ora. 86. M. te eſſe puto, quod meã rem agis, & uidere uideor quomodo agas. 12. Att. 7. Si ratio m. facit. Diu. lib. 1. 74. Nam uerba ipſa ſponſionis facerent m. ſi uellem diligenter attendere. pro Cęc. Rem & ſententiam interdicti m. facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat. p Cęc. 58. Multa m. ipſe reputaui. Poſtq. 211. Nunc tãquam emeritus ſtipendiis ambitionis, m. ſum, mecũq. (ut dicitur) uiuo. de Sen. 7. 8. M. ſunt illa, ubicumque ſum. 12. Att. 60.

Medeor.

Conſolatio mihi aliquãtum medetur. Diu. 109. Nec ille liber medetur uulneribus, ſed cicatricib. Tuſc. 202. Medemini religioni ſociorum iudices, conſeruate ueſtram auctoritatem. 6. Ver. 102. Hi medentur reipub. qui exſecant peſtem aliquam tamquam ſtrumam ciuitatis. pro Sex. Roſc. 26. Velim facilius quam tunc mihi, nunc tibi facilius tute medeare. Att. 278. Vt afflictę reipub. quantum poſſet, mederetur. pro S. Roſc. 9. Medici qui morbis, qui uulneribus, qui oculis mederentur. de Ora. 155. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat, erant interea qui ſuis uulneribus mederentur. pro Roſc. Am. 55. Laborantibus ſuccurrere, ægris mederi, afflictos excitare. de Or. 98. Mederi animis. Tuſc. 2 8. Intelligo me ei rate, qui cum capiti Sext. Roſcij mederi debeam, reduuiam curem. pro S. Roſc. 76. Cui quum cuperem mederi, &, ut arbitror, poſſem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt. fam. lib. 16. 10. 4. Mederi incommodis hominum. Q fr. 296. Huic malo pro ſe quiſque noſtrum mederi, atque hoc omnes ſanare uelle debemus. cont. Rul 65. Cum morbo alicui mederi uis, conſuetudo ualentis & natura corporis cognoſcenda eſt. Ver. 225. Dies etiam ſtultis mederi ſolet. Ep. 108. Ita fit ut ego qui tela depellere & uulneribus mederi debeam: tum id facere cogar, quum, &c. pro Quinct. 4 Si quid eſt cum offenſionis, hæc res mederi poteſt. Att. 106. Sunt enim permulta, quibus erit medendum. fam. lib. 12. 10. 10.

Medicus.

Vt ſi medicus grauitatem morbi, gubernator uim tempeſtatis accuſet. 3. de Nat. 56 Si medicus de morbis diſerte dixerit. de Or. 112. Medicus diligens ægro adhibet medicinam. de Or. 225. Medicus Panſæ de morte eius inſimulatus. ad Brut. 15. Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis ut quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur: &c pro Clu. 44. Medico puto aliquid dandum eſſe, quo ſit ſtudioſior 16. fa. 6. Curio miſi, ut medico honos haberetur. ep. 16. 11. Medico ſalus propoſita eſt. 8. Att. 26. Medico mercedis quantum poſcet, promitti iubeto. 16. fam 20. Ad quam quum adduxiſſet medicum illum ſuum, mulier exclamabat, ſe ab eo nullo modo uelle curari, quo curante, ſuos omnes perdidiſſet. pro Clu 25. Si medicum adhibueris, ſiue non, conualeſces. de Fat. 46. Medicum ſummum tantus improuiſo morbus oppreſſerit. 15. Att. 1. De medico & tu bene exiſtimare ſcribis, & ego ſic audio, ſed plane curationes eius nõ probo: ius enim dandum tibi non fuit, quũ κακοστόμαχος eſſes. Ep. 258. Mali medici in aliis ſcientiam profitentur, ipſi ſe curare non poſſunt. 4. fam. 18. Medici quoque ſæpe falluntur. 3. de Nat. 10. Medici quamquam ſæpe intelligunt, tamen numquam ægris dicunt illo morbo eos eſſe morituros. Diu. li. 2. 42. Medici ex quibuſdam rebus & aduenientes & creſcentes morbos intelligunt. Diu. lib. 2. 109. Medici, cauſſa morbi inuenta, curationem eſſe inuentam putant. Tuſ. 3. 20. Medici nihil præter artificium præſtant. pro Clu. 44. Medici curationes. 16. fam. 6. Medici ſolius ſalutis, aliptæ etiam uirium & coloris rationem habent. 1. fam. 41. Medicorum ingenijs nuper, id eſt paucis ante ſęculis, reperta. 2. de Nat. 95. Medicorum præcepta dici uere non poſſunt, ſi quæ inſcij imperitique pro ſalutaribus mortifera conſcripſerint. 2 de Leg. 11. Medicos cogere. 4. fa. 36. Ad ægros nõ uates, ſed medicos ſolemus adducere. de Diu. 110. Aſclepiades, quo nos medico & amico uſi ſumus, eloquentia uincebat ceteros medicos. de Or. 90. Mirari licet quæ ſint a medicis animaduerſa herbarum genera, quæ radicum, &c. de Diu. 82. Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem utitur. de haruſp. 251.

Medicina.

An medicina ars non putanda eſt? quam tamen multa fallunt. de Diu. lib. 1. 25. Quia non omnes conualeſcunt, idcirco ars nulla medicina eſt. de Nat. 2. 9. Medicina ſit errati confeſſio. ad Oct. 46. Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, architectura, &c Off. 30. Medicina in multas partes diſcerpta 3. de Or. 72. Medicina imbecillior eſt, quam morbus 10. Att. 46. Aut ſi ne hoc quidem prodeſſe poterit, profecto nulla umquam medicina his tot incommodis reperietur. 1. Ver. 39. Medicina non minus eſſet probanda, quæ ſanaret vitioſas partes reipub. quam quæ ea cæcaret. 2. Att. 7. Eſt enim tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam affert longinquitas & dies. Tuſc. 3. 31. & 32. Medicina animi cui non tam deſiderata, tam culta, tam grata & probata, quam corporis. Tuſc. 3. 1. Medicina calamitatis. Tuſ. 3 46. Medicina conſularis. Poſt red. in Sen. 7. Medicina doloris Acad. ed. 2. lib. 1. 8. Medicina periculorum. pro Sext. 43. Medicina temporis. 5. fam. 47. id eſt, quam diuturnitas affert mœrori. Quoniam ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio; ſic uiuendi ars eſt prudentia. 5. de Fin. 28. Medicina quæ ſanatet cupiditatem. Tuſc. 214 Medicinæ utilitas deorum immortalium inuentioni eſt conſecrata. Tuſ. 3. 1. nimirum Apollini & Æſculapio. Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. Tuſ. 4. 53. Si qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimen quaſi venenatum aliquod telũ iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. pro Quinct. 5. Medicinam accipere, fortis erat ægroti. 12. Att. 27. Ad medicinam reip. accedere. 2. Q. fi. 39. Deſperatus uetat Iſocrates adhibere

here medicinam. Att. 16.40. Deinde ſingulis medicinam conſilij atque orationis meæ, ſi quam potero, afferam. 2. in Cat. 37. Et medicinam quandam laboris afferret. de Fin. 5.50. Quamquam animus eſt præſens, tamen uoluntas ipſa medicinam efficit. Att. 16. Exercere medicinam. pro Clu. 55. Ita ſum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam feciſſe uideatur. fam. lib. 14.16. Petere medicinam a litteris. epiſt. 71. Aegro a medico petere medicinam. Diu. 85. Medicinam perpetuam ab aliqua re petere. 5 fam. 43. Medicinam quærere 2. Att. 59. Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor. de Amic. 97. Hac una medicina. pro Sext. 35. id eſt, hac una ratione. Medicina ſublata tollitur omnis auctoritas ſomniorum. Diu. 2.96. His quatuor cauſſis totidem medicinæ opponuntur. de Or. 139.

Medicamen.

Quum diceres te uinolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari. in Piſ. 9.

Medicamentum.

Panchreſtum medicamentum. in Ver. 181. Id huic ærumnoſiſſimo non uenenum, ſed multorum medicamentum laborũ fuiſſet. pro Clu 70. & 28. Si quis medicamentum cuipiam dedęrit ad aquam intercutem. 3. Offi. 124. Vt uulneri preſto medicamentum ſit. de Inu. 49. Si eo medicamento ſanus factus fuerit. Off. 70. Medicamenta doloris. de Fin 2.20. Medicamenta illa Epicurea tamquam de naftheclo promant. de Fin. 69. Fucata medicamenta candoris & ruboris omnis repellentur. Ora. 204. Medicamenta quæ parantur. Att. 137. Medicamentorum ſalutarium pleniſſimæ terrę. 2. de Nat. 100. Mulier partum ſibi ipſa medicamentis abegit. pro Clu. 24. Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Clar. 184.

Medidies.

Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat inſuauius. in Or. 89.

Medietas, *uide* Medius.

Medimnum.

In iugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur perpetua atque æquabili ſatione, &c. 5. Verr. 92. Sed tritici ſeptem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pęna, nõ redemptionis aliquo iure tollit. 5. Ver. 44. Ad ſingula medimna multi ſeſtertios, multi quinque acceſſiones cogebantur dare. Ver. 4.92.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, *uide* Medius.

Mediterraneus, *uide poſt* Medius.

Meditor.

Qui meditatur in fratrem pęnam nouam. Tuſ. 4. 64. Græcus teſtis non iuſiurandi, ſed lędendi uerba meditatur. pro Flac. 148. Ego enim te diſputante quid contradicerem? mecum ipſe meditabar. de Nat 60. Ex eius nuntio Manijque litteris meditabar quomodo cum illo loquar. Att. lib. 9.190 1. Is deſignatus alio uultu, &c. eſſe meditabatur cont. Rul. 68. Sed ego hanc ἀνεξίαν in unum annum meditatus ſum. Att 73. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. fam. lib. 2. 4. 5. Meditare aduerſus Brutum cauſſam meam. Att. lib. 5.110.18. Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas. in Piſ. 92. Vides quam cauſſam mediter. Att. 125. Nullum patior eſſe diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum. de Clar. 193. Aut ne ad id meditere, imparatum te offendam fam. lib. 2.3. Hæc multo ante meditere, huc te pares, &c. ep. 8. Hęc ego ad te ob eã cauſſam maxime ſcribo, ut iam de tua quoque ratione meditere. fam. li. 2.8.9. Age uero, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq. mediteris. de Or. 87. Meditetur de ducibus hoſtium, quos accepta pecunia liberauit. 3. Ver. 7. Vt ſi quis, quã cauſſam ſit acturus, in itinere aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſiquid aliud attentius cogitet, non reprehendatur. 1. Off. 102. Cæſar non multos annos regnare eſt meditatus. 2. Phili. 131. Meditari accuſationem. pro Mur. 234. M. ad aliquid. 5. Ver. 163. M. aliquid dies & noctes. Tuſ. q. lib. 2. 56. M. conatum ſuum in alicuius perniciem. 5. fam. 5. Exſilium meditari. Att. lib. 14. 317.2. Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari. de Or. 97. Quid Craſſus ageret meditã di aut dicendi cauſſa? de Ora. 96. Demoſthenes perfecit meditando, ut nemo planius eo loqueretur. de Or. 108. Non in agendo ſolum, ſed in meditando etiam fuit uehemens. de Clar. 172.

Meditans.

Meditantes nefaria ſcelera, inita, ſubductaque ratione. 3. de Nat. 52.

Meditatus.

Quum paratus, meditatoſque ueniſſes, homo timidus, &c. pro Quinct. 21. Sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatuſque uenire cupiebat. 4. Ver. 12. Sed hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe. Cat. 67. Nil feci non diu conſideratum, & multo ante meditatum. de haruſp. 244. Hoc meditatum nobis in perpetuum eſſe debet ad omnem uſum, &c de Or. 119. Verumtamen nocturnis uigilijs iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. de haruſp. 257. Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus. in Ant. 176. Quod uerbum non tibi excidit, ut ſæpe fit caſu, ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. in Ant. 225. Iam accedunt conſules, ſumma prudentia, uirtute, concordia, multos iam menſes de pop. Rom. libertate cõmentati atque meditati 3. Phil. 149 Ad huius uitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modo ad obſidendum ſtuprum, uerumetiam ad facinus obeundũ &c. 1. in Catil. 181. Nos qui meditati ad dicendum paratique uenimus. Ver. 177. & 152. Accuratæ & meditatæ commentationes. de Or. 107. Leniora enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur. 1. Offi. 40. Sint ſemper omnia homini humana meditata. Tuſc. 397. Ea quia meditata ſunt, minus ridentur. de Ora. 131.

Meditatio.

Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo ualet. 2. Tuſ. 71. Meditatio conditionis humanæ. Tuſ. 3.30. Meditationis & artificij ſuſpicio fidem orationi abrogat. 1 ad Her. 17. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur. de Clar. 72. Meditationem futuri mali ſtultam cenſet Epicurus. Tuſ. 3.29. Anni ſunt octo, quum iſta cauſſa in iſta meditatione uerſatur. pro Clu. 66. Seruius in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris obijt. in Ant. 221. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. 2. de Or 65. Multi etiam naturæ uitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt; ut Demoſthenem ſcribit Phalereus, quum, &c. 2. Diu. 144.

Medius.

Eſt tertius ac medius inter illos. Or. 216. Poſſum eſſe medius. Acad. ed. 1. lib. 2 129. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, cum utroque certabat. 10. Phil. 276. Medius mundi locus. de Som 129. Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. Or 218. Nam uerſus æque prima & media & extrema pars attenditur. de Or. 166. in Piſ. 74. An media pendeat terra. Acad. ed. 1 lib. 2. 115. Id medium, infimũ in ſphæra eſt. de Nat. 49. Vnum interiectum medium, & ſeipſum, & ea, quibus eſſet inter poſitum, colligaret. de Vniu. 17. Quum inter bellum & pacẽ medium nihil ſit, neceſſe eſt tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. 8. Phil. 236. Tempus proximum, medium, ultimum. de Prou. 78. Quidam ad medium ianuæ ſedentes. Offi. 52. E quibus partim plane tecum ſentiebant, partim medium quendam curſum tenebant in Vat. 32. Vnum quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe. de Cla. Or 172. Et communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. 1. Offi. 34. id eſt, in communem uſum. In medium agmen educere. 1. de Or. 76. Vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur, & pondere. 1. Tuſ. 63. Procedere in medium. 4. Ver. 126. & 2. de Inu. 153. Vt quidquid de re ſua cogitarit, in medium proferat. 2 de Or. 57. Quæſtus forenſis in medium proferebatur. pro Clu. Proferre aliquid in medium. 2. Ver. 18. Se tamen ante illud tempus, eam rem nũquam in medium propter periculi metum protuliſſe. fam. lib. 15 8. Prima ueniat in medium Epicuri ratio. lib. 1. de Fin. 10. Venire in medium. 4 Ver. 126. & 2. de Inu. 153. Itaque iudices incenſi ſuſpicione, rem in medium uocare cœperunt. pro Clu. 61. Mare, medium terræ locum expetens. de Nat 49. Quum tu furens per medium forum populares uolitares. pro Dom 39. Nam qui ſe medium eſſe uult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. Att. l. 10. 34. id eſt, neutram in partem inclinare. Tamquam arbiter honorarius medium ſe ferre uoluiſſe. Fat. 29. Itaque tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddam tenemus. de Or. 159. Recede de medio, per alium tranſigam. pro Roſc. 66. Remouere aliquid de medio. pro Roſc. Am. 24. in Ver. 144. Non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere litterarum, ſed ſumpta de medio, ex rebus palam per magiſtratus actis. pro Dom. 106. Verba ſumpta de medio Or. 121. Perfacile hunc hominem incautum & ruſticum, & Romæ ignotum, de medio tolli poſſe. pro Roſc. Am. 22. ad Her. 11. Hoc e medio eſt iura ciuili, nihil uero ad pontificium. 2. de Leg. 50.

Hoc

Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. 5. Off. 47. Quum verba iacentia ſuſtulimus e medio. Or. 139. In medio dolore ac deſiderio tui. 2. Q. fr. 55. Dixi pro Beſtia de ambitu apud prætorem Cn. Dominum in foro medio. Q. fr. 2. 7. 9. In teſtamentorum formulis, hoc eſt, in medio iure ciuili verſari. de Or. 96. In medio mundo terra ſita eſt. 1. Tuſc. 62. At hic quidem ipſe & ſeſe ipſum nobis, & eos qui ante ſe fuerant in medio poſuit, ut cæteros & ſeipſum per ſe cognoſceremus. 2. de Inu. 126. Rem in medio ponam. 7. Ver. 124. Ponam in medio ſententias philoſophorum. 1. de Nat. d. 10. In medio poſitus. 1. Ver. 18. Dicendi autem omnis ratio in medio poſita. 1. de Or. 7. Quæ in medio poſita ſunt. 1. Ver. 18. Proponere aliquid in medio. in Ver. 82. Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam, &c pro Cæl. 57. id eſt, cõtrouerſiam relinquam, nihil ſtatuam uel conſtituam. Obſcenas uoluptates, faciles, communes, in medio ſitas eſſe dicunt. 3. Tuſc. 134. Tabulæ ſunt in medio. 4. Ver. 72. Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua denique parte quæſtionis uerbum fecit ullum. pro Clu. 57. In media potione exclamauit mulier. pro Clu. 22. Qui in uinea media dicitur conſtitiſſe. Diu. 87. Medij oratores. Or. 21. Alios eis interiectos & tanquam medios putet. de Opt. g. Or. 142. Iis ipſis alia interiecta & media numerabat. 4. Acad. q. 31. Quod & inter media argumenta faciendum eſt. Or. 508. Vita ergo caſta! media enim Antonius tollit. 15. Att. 58. id eſt, cogit alterutra ſequi. Alteri uicti ſunt, alteri ſunt e medijs C. Cæſaris partibus. in Anton. 200. Neutra autem in medijs relinquebat. Acad. 45.

Medietas.

Vt in ſingulis eſſent bina media: vix enim audeo dicere medietates, &c. de Vniu. 29.

Mediocris.

Si mediocris modo fortuna reip. uos adiuuerit. 10 fam. 52. Is fuit mediocris in dicẽdo de Clar. 175. Mediocris oratio eſt, quæ conſtat ex meliore, neque tamen ex infima & peruulgatiſſima uerborum dignitate. 4. ad Her. 150. Hoc tamen eſt prudentiæ pene mediocris. de Or. 119. Status mediocris. Q. fr. 1. 1. 61. Non enim fuit aut mediocre aut obſcurum. Ep. 64. Omne enim malum etiam mediocre, magnum eſt. 5. Tuſc. 58. Nec uero negligenda eſt fama, nec mediocre telum ad res gerendas, exiſtimare oportet beneuolẽtiam ciuium. de Amic. 55. Hæc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. 2. de Or. 63. Hæc duo propoſita non præteruolant, ſed ita dilatãt, ut non mediocrem curam adhibeant, & diligentiam. Aca. ed. 1. lib. 2. 40. Obiurgationes mediocres & paruæ potius. 1. Q. fr. 45. Quidam e philoſophis, & hi quidem non mediocres. Aca. ed. 1. lib. 2. 18. Quibus mediocres homines non ita ualde mouentur. de Nat. 1. 60. Paruæ aut mediocres res. de Or. 116. Maxima, minima, mediocria. Ep. 65. Mediocria argumenta in mediam turbam conijcienda. 2. de Or. 172. Permultos excellentes in quoque genere uidebis, non mediocrium artium, ſed pene maximarũ. 1. de Or 4. L. Cotta in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude proceſſit. de Clar. 176. Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt de Clar.

Mediocritas.

Omnis uirtus eſt, vt vetus Academia dixit, mediocritas. de clar. Or. 177. Eadem ratio eſt habenda veſtitus, in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt. 1. Off. 182. Eſt ſcilicet utriuſque rei modus & quædam in utroque genere mediocritas. Att. 282. Mediocritas ingenij. 2. Phil. 29. M. officiorum. Tuſc. 5. 30. M. vultus. ad Her. 21. Ad mediocritatem reuocare aliquid. Off. 195. Deſiderare mediocritatem in aliqua re. 1 de Fin. 2. Vt in omnibus fere rebus mediocritatem eſſe optimam exiſtiment. Tuſc. 4. 36. Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuiſſe. de Or. 94. Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non ſane probant. Aca. 34. Numquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis. Tuſ. 195. Non uideo quid in hac mea mediocritate ingenij deſpicere poſſit Antonius. in Ant. 160 Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. pro Mur. 139. Mediocritates malorum quis laudare recte poſſit? Tuſc. lib. 4 46. Mediocritates ſi naturales ſunt, quid opus eſt conſolatione? natura enim ipſa terminabit modum: ſin opinabiles, opinio tota tollatur. Tuſc. 3. 63. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem uolebant eſſe quendam modum. 4. Acad. 244.

Mediocriter.

Corpus etiam ſi m. ægrum eſt, ſanum non eſt. Tuſc. 195. Etiã m. a me tibi commendatus. fam. lib. 13. 29. 1. Tamen eſſet non m. conquirendum. pro Quinct. Quid Theophraſtus, mediocriter ne delectat, cum tractat locos ab Ariſtotele ante tractatos?

1. de Fin. 10. Nemo m. quidẽ doctus igi orat. 2. Tuſc. 11. Neminem ſcriptorem artis ne m. quidem doctum fuiſſe. de Or. 90. Quod me hercule, iudices, mihi non m. ferendum uidetur. 5. Ver. 79. Quiuis m. litteratus. ad Her. 25.

Mediusfidius.

Quæ ita aperta & manifeſta ſunt, ut m. iudices, inuitus ea dicam. pro Roſc. Am. 57. Quod Lentulum uoluiſti hic remanere, mihi gratiſſimum m. feciſti. Att. 155. Ego m. non exiſtimo tam omnes deos auerſos, &c. Brutus Cic. 16. 3. Vnũ m. tecum diem libentius poſuerim, &c. Ep. 77. M. ne tu emiſiſti locum præclarum. 4. Att. 18.

Mediaſtinus.

Itaque ego illum exercitum, &c. magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis, &c. 2. in Catil. 28.

Mediterraneus.

Enna mediterranea eſt maxime. in Ver. 199. Ita ſi, vt mediterranei mare eſſe non credant. 1. de Na. 62. Homines maxime mediterranei. in Ver. 249. Ab hac inſula hæc lucra tamquam mediterraneis exigebantur. in Ver. 199.

Medulla.

Medulla Suadæ dictus eſt ab Ennio M. Cethegus. Cat. 40. Metrodorus omne bonum in uiſceribus medulliſque condidit. Tuſc. 235. Neque ſolũ te, qui mihi hæres in medullis. 15. fam. 44. Qui in medullis populi Rom. ac uiſceribus hærebant. 1. Phi. 26. Præterea illa, quæ mihi ſunt incluſa in medullis. Att. 15. 10. Inſidet in medullis feruor. 4. Tuſ. 56.

Mehercule.

Impetratum eſt, inquit, a conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſſa liceret, & pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas dixerim, & me hercule, quam mehercules. in Or. 89. Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: ſemper ſecum aliquid afferunt litteræ tuæ. Att. lib. 10. 205. 1. Si mehercule ex omni copia conuentus Syracuſani ſplendidiſſimorum hominum, &c. 5. Ver. 25.

Mehercules.

Si mehercules ex his laqueis te exſolueris, &c. 7. Ver. 117. Vere mehercules hoc, iudices, dicam. 6. Ver. 27.

Mel.

Niuem eſſe albam, dulce m. de Fin. 55. M. etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. 3. de Fin. 53. Quæro unde c v. amphoras mellis habueris. in Ver. 143. M. ac delicias ſuas. 8. fam. 18. Eo loco m. ex olea fluxiſſe dicunt. Diu. 126. Villa abundat lacte, caſeo, melle. de Sen. 89. Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio. de Senectu. 83. Xenophon cuius ſermo eſt melle dulcior. Or. 199.

Mellitus.

Ita ſum ab hominibus deſtitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola & mellito Cicerone conſumitur. Att. lib. 1. 55.

Melancholia.

Græci nolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant, &c. 5. Tuſc. 9.

Melancholicus.

Qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens atque diuinum. Diu. lib. 1. 139. Ariſtoteles quidem ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe. 1. Tuſc. 126.

Melici.

Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrãbici. &c. de. Opt. g. Or. 141.

Melior, *vide* Bonus.

Melius, Meliuſcule, *vide* Bonus,

Mellitus, *vide* Mel.

Melos.

Syluani melo Conſimilem ad aures cantum & auditum refert. de Nat. 2. 66.

Membrum.

Membrum orationis appellatur res breuiter abſoluta ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. 4. ad Her. 172. Membrum, ſententia, clauſula. in An. 250. Membrũ, tumidum ac turgidum. Tuſ. 3. 16. Cauſſæ, earumq. quaſi membra. Or. 215. Qui hæc imbecilla & cõmutabilia pecuniæ membra uerbo bona putauerunt appellanda. Para. 8. Ingrediendi mẽbra cæcis non dedit deus. de Vniu. 15.

Membra

Membra mundi, cælum, terræ, maria. de Nat.1.71. Omnes partes atque membra philoſophiæ. de Nat.3. Iam membrorũ, id eſt, partium corporis alia uidentur propter eorum uſum a na tura eſſe donata, vt manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quemdam ornatum, ut cauda pauoni, &c.3.de Fin.15. Vt membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſan guine & tamquam ſpiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: ſic iſta in figura hominis feritas & immanitas beluæ a communi tamquam humanitate corporis ſegreganda eſt. Offi.3.40. Quum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non recte inciſa & membra dicamus. in Ora. 122. In membra quędam quæ Græci κῶλα uocant, diſpertiebat orationem libentius. de Clar.179. Quid quum accuſationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis ſuis ſingulas partes cauſæ cõſtituere? 1.in Ver.24. Oratio articulis membriſque diſtincta. de Ora. 160. Si qua in mẽbris praua, aut debilitata, aut imminuta ſint. de Fin.5.43. Sæpe capienda membris minutioribus oratio eſt. de Or.160. Nec ſum miratus eum qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. Att.lib 8.1.

Membratim.

Quo autem pacto deceat inciſe membratimue dici, iam uidebimus. in Or.113. Narratio autem accuſatoris erit, quaſi membratim geſti negotij ſuſpicioſa explicatio. Part.67.

Membrana.

Quæ primum oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit & ſepſit.2.de Nat.107.

Membranula.

Hiſque imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant. Att.4.18.

Memini.

Memini enim, m. nec obliuiſcar umquam noctis illius. pro Plan.280. Memini, uetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem, quam patremfamilias fieri poſſe. pro Quinct. 32. Quin ea ipſa quæ a te commemorantur, non memini. ad Att. 142. M. Cinnam, uidi Syllam, modo Cæſarem. 5. Phil.175. M. in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui. Att.li.9.22.7. Hoc mem. dicere.6.Ver.129. Quibus rebus intereſſe m. Trebatium. fam. lib.11.27.7. M. Pamphilum hoſpitem meum mihi narrare, ſe, &c. in Ver. 206. Ad me adire quoſdam m. fam. lib. 3. 10.19. Ego m. ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra uiros, qui, &c. de Leg. 158. M. me audire ex multis hoſpitibus. 6.fam.18. M. te mihi Phameæ cenam narrare: temperius fiat: cetera eodem modo. fam.lib.9.16.22. Iuri ſtudere te m.1.de Leg.18. M. tibi librum afferri a Demetrio Magnete. Att.125. De comitijs meis, & tibi me permiſiſſe m. & ego iampridem hoc cõmunibus amicis, qui te exſpectant, prædico. Att.lib.1.6.6. Viuorum m. nec mortuorum obliuiſci poſſum. de Fin.1.5. Meminiſti enim profecto, ut opinor, Attice, &c. quanta eſſet hominum uel admiratio, uel querella. de Amic.2. Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis de immunitate quid dixeris. in Ant.177. Meminiſti me ita diſtribuiſſe cauſam, &c. pro S.Roſc.38 ep.13. Antipater ille, quem tu probe meminiſti. de Or.161. Cui placet obliuiſcitur, cui dolet meminit. pro Mur.134. Meminit etiam ſibi uocem præconis modo defuiſſe, quam minime deſiderarat. pro Mil. 73. Omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. Acad.26. Ex magnis caloribus: non enim meminimus maiores.3.Q.fr.1. Quod quidẽ nuper in columna æneá meminimus poſt Roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe. pro Balb.42. Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam. pro Roſc.Am.72. Qui patriæ beneficia meminerunt. pro Planc.276. Omnia quæ curant meminerunt, &c. de Sen.19. Ac non ſolum erat adminiſter iſtius cupiditatũ, uerumetiam ipſe ſui meminerat æque.4. Ver. 94. Cauſa igitur non bona eſt? imo optima. ſed agetur (memento) fœdiſſime. Att.lib.9.20. Sed memento præter Appium neminẽ eſſe, &c. in Ant. 133. Quæ diſputata ab eo meminiſſet Scæuola. de Amic.4. Meminerim recte.12.ad Att.32. Sed de Erote meminero, & de omnibus. Att.250. Tu ſi dies nocteſque memineris (quod te facere certo ſcio) quantam rem geſſeris, non obliuiſcere profecto. ad Brut.lib.11.5.4. Memineris hoc facere. 15. Att.45. Te rogo ut memineris, quantæcumque, &c. ep.18. Varroni memineris excuſare tarditatem litterarũ mearum. in Ant. 249. Et ſecunda iocunde ac ſuauiter meminerimus. de Fin. 1. 45. Si hæc memineritis, &c. pro Quinct. 19. Non potui magis obliuiſci temporum meorum, & meminiſſe actionum. ep. 113. Ea ſæpe audiendo facile cognouit, quæ uel ſemel audita meminiſſe potuiſſent. 4.Acad.10. Meminiſſe bona præterita. de Fin. 1.46. Quare uelim mihi ignoſcas, ſi illius uoluntati abtemperans, minus uidebor meminiſſe conſtantiæ tuæ. fa.lib.13.76.2. Omnia alicuius dicta & facta meminiſſe. de Somn.126. Reliquum eſt, ut de felicitate, quam præſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero poſſumus, &c. pro L.Man.33. De illo ne meminiſſe quidem volo. ep.61. Ne qui poſſet tantum aut de reip. aut de alicuius periculo meminiſſe, quantum uellet. pro Syll.32. Meminiſſe mandata. epiſt. 150. Lanuuius, quem meminiſſe tu non potes. de Fin.78. Dixi me non meminiſſe ullum tempus laudandi, aut locum dari. ep.37. E qui fortis & uictoris ſenectuti comparat ſuam: quam quidem probe meminiſſe poteſtis. de Sen. 13.

Memor.

Memor an obliuioſus.1. de Inu. 52. Memor & gratus. ep. 214.& cont.Rul 70. Homo animal acutum, memor, &c. de Leg.160. Homo ingenioſus ac memor. de Or.161. Diligens, memor, ſobrius orator. de Or.121. Memor, & quæ dicta contra, quæque ipſe dixiſſet. de Cl.193. Vt officium meum memoremque in benemeritos animum præſtarem. ep. 11. Cuſtos urbis me præclare inſcriptionis memorem eſſe cogeret. Att.102. Qui non tam memores eſſent uirtutis tuæ, quam laudis inimici.ep.6. Quod ſua intereſſe putabant, ſe memores gratoſque exiſtimari.4.Ver.124.

Memoria.

Memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt.2.de Inu.240. M. eſt firma animi rerum & uerborum diſpoſitionis perceptio.1.ad Her.3. M. theſaurus omnium rerum, quæ niſi cuſtos inuentis excogitatiſque rebus & uerbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiam ſi præclara fuerint, in oratore peritura. de Or.86. M. oratoriarum facultatum fundamentum. Ora. 143. M. non modo philoſophiam, ſed omnis uitæ uſum, omneſque artes una maxime continet. Acad.ed.1.lib.2.23. M. meum pectus effodit. pro Marc.6. M. in eo maneat.5.Phil.201. M. artificioſa quibus conſtet.3.ad Her.123. M. multarum artium cõmunis. Or.30. Communis hominum m. Tuſc.1.48. M. omnium dicendi partium cuſtos. Part. 2. M. ceterarum ingenij partium cuſtos. Brut.116. M. litteraturæ germana. Part. 15. Memoria infinita rerum innumerabilium in animo hominis. Tuſ.1.46. Quorum m. & recordatio in maximis noſtris grauiſſimiſque curis iucunda ſane fuit. de Clar.5. Magna m. conſulatus tui. ep.8. Is ∞ iugerum de M. Pilio emit, ut mea m. eſt, HS c x v. omnia ſcilicet nunc minoris. Att. lib.13. 42. id eſt, quantum poſſum reminiſci. Nec uero huic tantæ multitudini, quanta mea m. numquam ullo in iudicio fuit, deero. pro Sext. 28. Noſtra autem m. Philo. pro Font.276.& Tuſc. 176. Diu. lib.1.4. M. omnis ſæculorum.4.Phil.154. M. ueriſſime propagata. ad Oct.45. M. recens. Tuſc.4.39.1.de Leg.3. Quare grata mihi eſt, & m. tua noſtræ coniunctionis & eius augendæ uoluptas. ep.91. M. tua noſtræ neceſſitudinis.13. fam.91. M. noſtræ ueteris amicitiæ.5.fam.50.id eſt, recordatione. M. immortalitatis.2.Phil.55. M. iuriſconſultorum.1.de Or. 63. M. mei. uos teneret. Poſt redit. ad Quir.1. M. præteritorum, futurorum prudentia. de Sen.71. M. præteritorum malorum iucũda. de Fin 2.56. Quorum m. liberis poſteriſq. prodatur. Off.2.91. M. rerum eſt perceptarum comprehenſarumque, ſecundum Stoicos. Acad. ed.1.lib.2.97. M. rerum & uerborum ne in deo quidem quidquam maius intelligi poteſt. Tuſc.1.52. Et quidã, quum ageretur, fleuit m. rerum geſtarum commotus. fam. li. 10.32.6. M. rerum hoc tanto præſtantior memoria uerborum, quanto plus in negotij gerendis res, quam uerba, proſunt. Acad. ed.1.lib.2.2. M. rerum in Themiſtocle ſingularis. Acad. ed. 1. lib.2.2. Quid poetarum euolutio, quid tanta tot uerſuum memoria uoluptatis affert? 1.de Fin.19. Numquam ex animo meo diſcedit illius optimi uiri m. de Som.126. M. uirorum fortium, honore deorum immortalium conſecrata.3.de Nat. 35. Memoriæ dignitas.5.fam.33. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile, quam id in quo aliquid offenderis. de Or.95. Pythagoræorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro ueſperi. de Sen. 84. Memoriæ in Curione patre ſumma inopia. Brut. 124. Memoriæ artificioſæ Simonides inuentor.2.de Or.192. Memoriæ oſtentatio in enumeratione uitanda. Part.32. Memoriæ princeps natura.2.de Or.193. Cn. Pompeius omnium gentium, ſeculorũ omnium, omnis memoriæ facile princeps. poſt redit. in Sen.4. Quare quamquam a Cratippo noſtro, principe huius memoriæ philoſophorum, hæc te aſſidue audire atque accipere confido.3.Offi.7. Cuius rei memoriæque publice retinendæ cauſſã Pont. Max. annales ſcribebat. de Or.113. Memoriæ præteritæ recordatio.2.Q.fr.4. Mihi repetenda eſt ueteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. de Ora.lib.1. 3. Memoriæ ſpecies duæ.3.ad Her.122. Memoriæ tuæ cauſſa de litterarum aliquid.13.fam.67. Quæ uetuſtiſſimæ memoriæ propagata

ſunt. Oct. 303. Memoriæ uis nec cordis eſt, nec ſanguinis, nec cerebri, nec atomorum. Tuſ. 1. 49. Hiſtoria, uita memoriæ. de Or. 111. Memoriæ facile eſſe locum, etiamſi comprehenſio perceptioque nulla ſit. Acad. ed. 1. lib. 2. 97. Quæ res umquam erit commendatior hominum memoriæ ſempiternæ? in Ant. 166. Legere aliquam orationem ad eum finem quem memoria poſſis comprehendere. de Or. 97. Dare operam memoriæ alicuius. 8. fam. 1. Eius diſputationis ſententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. de Am. 3. Quare, mihi crede, & memoriæ manda. ep. 90. Quæſo ut eum diem memoriæ mandetis. pro Quinct. 12. de Fin. 98. Nuperrime dictum, facile memoriæ mandatur. ad Her. 19. Sed quoniam hæc, &c. pergamus ad ea ſolatia, quæ, &c. ſermonemq. L. Craſſi reliquum ac pene poſtremum memoriæ prodamus. 3. de Or. 9. Memoriæ prodendis uirorum fortium factis. 6. fam. 42. Prodere aliquid memoriæ aut litteris. ep. 72. & 89. Tum etiam cum ijs, & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum eſt. Læl. 37. Quin etiam memoriæ proditum eſt, quũ Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu ueniſſet, magno in conſeſſu locum ei a ſuis ciuibus nuſquam datũ. de Sen. 58. In ea quæ iſto modo (nempe poetice) memoriæ prodita ſunt, ne nimis diligenter inquiras. 1. de Leg. 3. Simonides Chius primus artem memoriæ protuliſſe fertur. 2. de Or. 165. Memoriæ repetere præterita. 11. fam. 41. Antonij commemoratio, memoriam Syllæ retulit. pro Syl. 174. Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt uel prodiderunt. de Inu. 62 & 30. Tradere aliquid memoriæ. ad Her. 23. Iſtum doctum & ſapientem uirum fuiſſe, memoriæ traditum eſt. in Parad. 27. Tuſc. 1. 4. pro Mur. 138. Memoriam Plato uult eſſe, recordationem ſuperioris uitæ. Tuſc. 1. 46. Sed loquor de ijs quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus. de Amic. 36. Reuocarem animos ueſtros ad Mithridatici belli memoriam. pro Flac. 47. Hoc eſt maxime inſigne ad memoriam crudelitatis, &c. pro Dom. 222. Motus animi celeres, & ad memoriam firmi atque diuturni. de Or. 94. Rhodiorum uſque ad noſtram memoriã gloria remanſit. pro Pom. 14. Ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impelli. Brut. 166. Hæc erit in monumento, quod poſitum eſt, ut eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis, &c. pro Dom. 87. Cuius etiã illi hortuli non memoriam ſolum mihi afferunt. de Fin. 5. 2. Memoriam amittere alicuius. pro Deiot. 7. Nullam memoriã antiquitatis collegerat. de Clar. 184. Liber quo iſte omnem rerum memoriam breuiter complexus eſt. Brut. 166. Ampliſſimis monumẽtis conſecrare memoriam nominis ſui. 1. Q. fr. 33. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium cõſecratam. de Nat. 69. Conſeruare memoriam beneficiorum acceptorum. ep. 89. Memoriam ſine aſſenſione non poſſe conſtare. Acad. ed. 1. l. 2. 37. Meam tuorum erga me meritorum memoriam, nulla umquam delebit obliuio. ep. 18. Memoriam ſuę ætatis æqualem ipſe depoſcit, ut ea complectatur, quibus ipſe interfuit. 1 de Leg. 6. Et memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente ueſtigia? Tuſc. 1. 49. Itaque non tam iſta me ſapientiæ (quam modo Fannius commemorauit) fama delectat, falſa præſertim, quam quod amicitiæ noſtrę memoriam ſpero ſempiternam fore. de Amic. 14. Sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratam. Att 66. Habet primum animus memoriã, & eam quidem infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem eſſe uult ſuperioris uitę. Tuſc. 1 60. Memoriam litteris publicis conſignatam nullam habemus. 3. de Leg. 40. Habere memoriam alicuius rei præſentem uel auditã. ad Her. 17. & 21. Memoriam alicuius implorare. Acad. ed. 1. li. 2. 12. Sed ordinem ſequens, in memoriam notam & æqualem neceſſario incurro. de Clar. 187. In memoriam patris pondus eſt apud ruſticos. 4. Att. 49. Nec ſepulchra legens uereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum. de Sen. 19. In memoriam rediit Quinctius, &c pro Quinct. 39. Ita ſimul & in memoriam redibit auditor 2. de Inu. 110. In memoriam redire, quæſo, quæ libido iſtius fuerit. 3. Ver. 84. Quidque ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit. fam. lib. 1. 9. 25. De quibus te pollicitus ſis dicturum, & reducere in memoriam. 1. de Inu. 110. Poſt hominum memoriam. in Ver. 235. Hoc poſt hominum memoriam contigit nemini. in Cat. 100. Quod nemo umquam poſt hominum memoriam fecit. in Ver. 156. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi. fam. lib. 10. 16. 1. Quare hortatione tu quidẽ nõ eges, ſi ne in illa quidẽ re, quę a te geſta eſt poſt hominum memoriã maxima, hortatorẽ deſideraſti. ad Brut. 11. 5. 3. Nemo umquam animo aut ſpe maiora concipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem proponendã putet. de Amic. 85. Memoriam præſtare. 3. fam. 36. At hic nihil in domum ſuã intulit, præter memoriam nominis ſempiternam. Off. 2. 113. Prodere memoriam alicuius reio Aſteris. 8. fam. 7. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. pro Arch. 1. Antonij commemoratio memoriam Syllæ retuliſſet. pro Syl. 28. Decedẽs memoriam tui quam iucundiſſimam relinque. 1. Q. fr. 41. Vt memoriam continuitatis ſuę relinqueret. de Cl. Or. 194 Et ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis ſui, uirtute renouare. pro Mur. 14. Repetere memoriam præteriti tẽporis. pro Deiot. 147. Memoriam temporum replicare. 5. de Leg. 29. Memoriam tui conſulatus grauiſſimam is ordo retinet. 3. de Leg. 27. Tenere, ſiue retinere memoriã alicuius. 3. de Fin. 13. ſa. li. 6. 6. Vos tamen, deos uerentes, memoriam noſtri pie inuiolateque ſeruabitis. de Sen. 94. Deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putaui, ut cum etiam nunc uiuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, ſi poſſem. 2. de Or. 5. Quis enim eſt, qui C. Fabritij, M. Curij cum caritate aliqua & beneuolentia memoriam non uſurpet, quos numquam uiderit? de Amic. 28. Res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotæ. in Anton. 42. Memoriam abſentem colere. 15. fam. 53. Memoria complecti aliquam. in Ver. 61. Quomodo igitur hæc infinita, & ſemper noua, aut memoria complecti, aut obſeruando notare poſſumus? 2. Diu. 216. Memoria & ſcientia aliquid comprehendere. 6. fam. 57. Animo percipere & memoria cuſtodire. 1. de Ora. 63. De hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare. pro Arch. 187. Tua memoria ſui delectatur. 13. Att. 2. Aliquid ex ſermone alicuius memoria dignum excipere. de Or. 93. Viri, nomine & memoria digni. de Inu. 62. Res magnæ memoriaque dignæ. de Or. 114. Quis non iure miretur, ex omni memoria ętatum, temporũ, ciuitatum, tam exiguum oratorum numerum inueniri? 1. de Or. 9. Quidam ex annalium memoria. 8. Q. fr. 6. Conſules non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. pro Sext. 10. Ex memoria deponere inſidias factas. pro Syl. 170. Sint euulſa ex omni memoria, utraque noſtra. 5. fam. 19. Iſtæ omnes uerborum acerbitates, non ex memoria ueſtra patrumque ueſtrorum, ſed ex annalium monumentis ac regum commentariis conquiſiuit. pro Rab. 93. De ijs qui memoria excellenti fuerunt. Tuſc. 1 60. Nihil eſt, quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendiſque monumẽtis, efficere poſſit. Diu. 82. In memoria alicuius diligens. 2. Philip. 106. P. Syllæ nomen in memoria Caſſio non fuit. pro Syl. 27. Quod in hac rep. non modo factum ante numquam eſt, ſed in omni memoria ſit omnino inauditum. in Vat. 25. Vt gratus, pius denique eſſe in maximi beneficij memoria poſſim. At. 148. Nihil umquam audiui quod non in memoria mea penitus inſederit. Themiſtoclis dictum. de Or 119. Quãuis enumeres multos licet, nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos. de Leg. 189. Tu ſi meliore memoria es, &c. Tuſc. 1. 10. Memoria ſempiterna beneficij obſtrictus. pro Plan 8. Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater, &c. 1. de Or. 89. Summa memoria pronuntiabat. de Nat. 1. 79. Hortenſius tanta memoria fuit, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis eiſdem redderet. pro Clu. 193. Cauſſam enim ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua. pro Rab. perduel. reo. 19 Quod perſępe & noſtra & patrum memoria ſapientiſſimi iudices, de clariſſimis noſtræ ciuitatis uiris dubitandum non putauerunt. pro Font. 12. Parad. 65. C. Marius noſtra patrumque memoria ſubijt, &c. Poſtq. 199. Repetere memoria, uetera. 1. de Or. 1. Quantum memoria repetere præterita poſſum. Ep. 181. Repetere memoria res antiquas. de Or. 85. Euentuſque aliorum memoria repetendus. Titio, lib. 5. 16. 4. Retinere memoria aliquid. pro Pom. 7. Memoria ſępiſſime res inuentas. de Or. 96. Multi etiam ſuperiore memoria ciues Romani, &c, pro Balb. 21. Multa carmina ex ijs memoria teneo. de Na. 46. Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, cum, &c. rei capitalis eſſe damnatam. pro Clu. 24. Nam profecto memoria tenetis, Cotta & Torquato coſs. complures in Capitolio turres de cælo eſſe percuſſas. 3. in Catil. 63. Tenere noſtra memoria, quod ſæpe oſtenditis, &c. in Ant. 259. Vt aliquando nos memoria mei, deſideriumque teneret. Poſtq. 198. 199. Et ſi non dubito pro tua in me obſeruantia, proque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meã memoria teneas, &c. Phil. 13. 75. 1. Memoria tenere ſiue retinere. pro Roſc. Amer. 19. Credo te tenere memoria, me, &c. ep. 205. Quod quidem ſacrificium nemo ante P. Clodiũ omni memoria uiolauit, nemo umquam adut. de haruſ. reſp. 3.

Memoriola.

Sed quod ſcribis igniculum matutinum, γεροντικώτερον eſt memoriola uacillare. 12. Att. 1.

Memo.

Memoriter.

Quos tu paullo ante, cum m. tū etiam erga nos amice & beneuole collegiſti. 1. de Fin. 33. Rē m. cōplecti. de Clar. 193. Enumeraſti m. & copioſe philoſophorum ſententias. de Natu. 1. 64. Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ eſt habita m. accurate, copioſe. 4. Acad. 114. Q. Mutius augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo m. & iucunde ſolebat. de Amic. 1. Næ tu, inquam, Cato ita expoſuiſti tam multa m. tam obſcura dilucide. 4. de Fin. 1. In quo noſtra quædam Aratea m. a te pronuntiata ſunt. Diu. 111. Memoriter recitare. Att. 56. Tum memoriter reſpondeto ad ea quæ de teipſo rogaro. in Vat. 7.

Memorabilis.

Res a te geſta memorabilis & pene cæleſtis. ad Brut. 34. Cuius memorabilis & diuina uirtus lucem afferret reip. in Ant. 256. Incurret enim in illum memorabilem annū ſuum. de Leg. 157. Sic cum accepiſſemus a patribus maxime memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem. de Amic. 4. Næ ego iſtam glorioſam memorabilemque uirtutem non magno æſtimandam putem. de Fin l. 3. 10. Multa iam memorabilia in domeſticis & in bellicis rebus effecerat. de Clar. 168.

Memoro.

Oceanum Cæli Terræque filium memorauit. de Vniu. 101. Heraclitus de natura nimis obſcure memorauit. de Fin. 68. Nam quid Attium memorem? de Leg. In plebem uero Romanam utrum ſuperbiam prius memorem, an crudelitatē? in Ver. 101. Honoratorum uirorum laudes in concione memorentur. 2. de Leg. 97. Enna aūt, ubi ea quę dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito. 6. Ver. 95.

Mena.

Qui uoluptatem contemnunt, eis licet dicere, ſe acipenſerem menæ non anteponere. 2. de Fin 146.

Mendum.

Caſtricianum mendū nos corrigemus, & tamen ad me Quinctus CIↃ. CCLↃↃ. ↃↃↃ ſcripſerat, non ad ſororem tuam HS XXX. Att. li. 2. 22. 6. Id Martiæ magnum mendum continet. 14. Att. 50. Quæſo codicem circumfer, oſtende: uidetur ne totum hoc nomē, coram ubi facit delatum, eſſe in litura? quid fuit iſtic antea ſcriptū? quod mendum iſta litura correxit? 4. Ver. 72. Nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur, &c. fam. lib. 6. 26. Tantum librariorum menda tolluntur. Att. li. 13. 29.

Mendoſus.

Cum ſeruus ſocietatis, qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutij nomine certo ex loco mendoſus eſſet. 4. Ver. 137. Deinde ſingulorum generum partes, in quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare men loſum eſt. 2. de Or. 46. id eſt uitioſum. Quamquā his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarū eſt facta mendoſior. de Clar. 31.

Mendoſe.

De Latinis uero, quo me uertam, neſcio, ita mendoſe & ſcribuntur & ueneunt. Q. fr. lib. 3. 21. 8. Neque eo dico, quod eius ars, quam edidit, mihi mendoſiſſime ſcripta uideatur. 1. de Inuent. 13.

Mendacium.

Falſum eſt, in quo perſpicue mendacium eſt. de Inu. 58. Mendacium honeſtum & miſericors. pro Lig. 9. Magnum & impudens mendacium. pro Clu. 134. Tollendum eſt ex rebus contrahendis omne mendacium. Off. 3. 81. Opinionis hoc eſt mendacium, non oculorum. Acad. 20. Nolo illos eſſe temeritatis meæ & mendacij conſcios. in Ver. 219. Improbi hominis eſt, mendacio fallere. pro Muren. 58. Mendacio nixa eſt facultas dicendi. 2. de Or. 17. Dicere mendacium alicui. de petit. Conſ. 31. Stare a mendacio contra uerum. 1. de Inuen. 6. Ille ſibi a mendacio non temperat. ad Her. 29. Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio compoſitus. pro Clu. 32. Mendacia oculorum, ſenſuumque reliquorum. Acad. edit. 1. lib. 2. 136. Mendacijs aliquem onerare. 3. fam. 39.

Mendaciunculum.

Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. 2. de Or. 133. Quidam hic legunt Mendaciolis.

Mendax.

Mendax aut auarus. 10. Att 38. Mendaci & periuro eadē pœna a deo conſtituta. pro Roſc. Com. 27. Mendaci homini ne uerum quidem credere ſolemus. Diu. 138. Si, ut noſti, ſatis eſt non eſſe mendacem. Off. 70. de Or. 113. At quid intereſt inter periurum & mendacem? qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. pro Roſc. Com. 17. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces. cont. Rul. 85. Falſis & mendacibus uiſis menſes mortalium concitare. Diu. 135.

Mendicus.

Paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe non poteſt, quamuis ſit ſapiens. 5. de Fin. 144. Inſtrumentum autem hoc forenſe, litigioſum, acre, tractatum ex uulgi opinionibus, exiguum ſane atque mendicum eſt. 3. de Or. 51. Ex mendicis fieri repente diuites. in Ant. 216. Solos ſapientes eſſe, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites. pro Mur. 56.

Mendiculus.

Collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticulis mendiculis, ex decoctoribus, &c. in Catil. 28.

Mendicitas.

Vt omnes animi cruciatus, & corporis egeſtas, & mendicitas conſequatur. 10 Catil. 120. Huius mendicitas auiditati coniuncta, in fortunas noſtras imminebat. in Anton. 198. Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem conſortes ſunt mendicitatis. pro Flac. 27. Paſtus mendicitatis. in Ant. 231. Cum mendicitatem multi perpetrantur, ut uiuant. 5. de Fin. 28. Qui ex eo magiſtratu non emerſeris ex mendicitate, ſed, &c. in Vat. 33. In ſumma mendicitate eſſe. pro Sex. Roſc. 52.

Mens.

Mens, ſenſuum fons eſt. Acad. ed. 1. l. 2. 30. Mens, princeps animi pars eſt. de Fin. lib. 5. 32. Mens, ratio & conſiliū in ſenibus. de Sen. 91. Mens, conſilium, cogitatio, prudentia. de Nat. 2. 14. Mens atque animus, niſi tamquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Cat. 32. Mens, cui regnum totius animi a natura tributum eſt. Tuſc. 192. Mens qua nihil eſt celerius. Or. 216. Mens cingitur corpore externo. de Nat. 1. 20. Mens naturalem uim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur. Acad. ed. 1. lib. 2. 30. Mens mouetur ipſa per ſeſe. Acad. ed. 1. lib. 2. 45. Mens omni turbido motu ſemper uacat. Tuſc. 1. 65 ſecundum Platonē, qui perturbationes a mente procul ſemouet ac diſcludit. Mens ſenſibus oritur. Acad. ed. 1. l. 2. 31. Mens acris & uigēs. de Fin. 2. 39. Mens addita uidetur meis ædibus. 4. Att. 25. Mens alia uiſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur: aliqua ſic recondit, e quibus memoria oritur: cetera autem ſimilitudinibus conſtituit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum. Acad. ed. 1. lib. 2. 30. Mens aliqua eſt ex hominum ſolertia, & ea quidem acrior & diuina. de Nat. 2. 13. & 14. Mens anguſta, humilis, praua, poſt red. in ſen 7. Aperta ſimplexque mens nulla re adiuncta, fugere intelligentiæ noſtræ uim ac notionem uidetur. de Nat. lib. 1. 20. Mens concitata. Diu. lib. 1. 108. Mens conſtans, cui opp. conturbata. Tuſc. 4. 43. Mens diuina in capite. Tuſc. 1. 57. Mens furibunda. Diu. 1. 96. Exſtitit illa adeo Delphis præcepta cognitio, ut ipſa ſe mens uiribus exſutam cognoſcat, coniunctamque cum diuina mente ſe ſentiat. Tuſc. 5. 53. Mens intelligentiaque noſtra inſidat in eas imagines, &c. 1. de Nat. 70. Mens integra, & Error mētis, opp. 3. Att. 18. de Sen. 92. Mens noſtra quiduis uidetur cogitatione poſſe depingere. de Nat. 1. 29. Mens prouida rerum futurarum. Diu. 2. 91. Mens publica. de haruſp. reſp. 54. Quæ mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, &c. auocarint. 10. fam 53. 54. Mens ſoluta ſomno. Diu. 1. 208. Horum igitur aliquid animus eſt, ne tam uegeta mens, aut in corde cerebro ue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa taceat. Tuſ. 134. Alteri mens rationibus agitandis exquirendiſque alebatur, cum oblectatione ſollertiæ. Tuſ. 5. 49. Mens cuiuſque, is eſt quiſque, non ea figura quę digito demonſtrari poteſt. Som. Scip. 28. Mens hominis ad rerum ſcientiam utramque conſtantiam aptiſſima. Aca. ed. 1. li. 2. 31. Mens hominis diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendique & audiendi delectatione ducitur. Off 1. 147. Mens hominis amplectitur maxime cognitionem. Off. 1. 147. Mens hominis κατάληψιν, hoc eſt, comprehenſionem, cum ipſam per ſe amat, tum etiam propter uſum. Acad. ed. 1. l. 2 31. Mens hominis uſque eo philoſophiam ipſam corroborat ut, uirtutem efficiat, ex qua re una uita omnis apta ſit. Acad. ed. 1. l. 2. 31. Mens mundi nonnumquam fortuna ab Academicis uocatur, & quare. Acad. ed. 2. lib. 1. 22. Totius naturæ mens atque animus. de Nat. 9. Mens rerum iudex. Acad. ed. 2. lib. 1. 22. Quemadmodum qui acutis oculis deficientem ſolem intuentur, aſpectum omnino amittunt: ſic mentis acies ſeipſam intuens, nonnumquam hebeſcit. Tuſc. 1. 60. Mentis aciē abducere a conſuetudine oculorum. de Nat. 2. 32. Præſidium in pop. Rom. cuſtodiam prouinciæ, iniuſſu populi ſenatuſque dimiſiſſes, ſi tuæ mentis compos fuiſſes? 10 Phil. 37. Mentis errore me ex dolore affici. 3. Att. 18. Putant aliquid intereſſe ad mentis intelligentiam, quo cibo utare. de Natu. 2. 30. Mentis lumini. pro Rab Poſt. 2. Mentis infinitæ modum omnium rerum deſcriptionem ui ac ratione deſignari & cōfici primus uoluit Anaxagoras. de Nat. 120. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps eſt. Diu. 93. Præſtantia mentis, cui tota hominis natura

Accuſandi terrores ac minæ. pro Mur. 134. Minæ Clodij cõtentioneſque, quæ mihi proponuntur, modice me angunt. Att. lib. 2. 34. 2. Minæ mortis. 3. Phil. 140. Terrorem damnationis & minas quanti uolet, æſtimabit. cont. Rull. 74. Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. pro Quinct. 26. Alicuius minis ac terrore commoueri. pro Font. 281. Hi contra uagantur erecti paſſim toto foro cum quibuſdam minis & barbaro atque immani terrore. pro Font. 280. Is ſe e curia repente proripuit, cum quibuſdam fractis iam atque inanibus minis, & cum illius Piſoniani temporis terroribus. de haruſp. reſp. 243. Clamore ac minis aliquem inſequi. pro Clo. 17. Virtutem inſtituendo ac perſuadendo, non minis & ui ac metu tradi. de Orat. 106.

Minor.

Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur. in Ant. 250. Si quando pueris ludentes minamur præcipitaturos alicunde. de Fin. 131. Quæ autem inconſtantia deorum eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis? Diu. 216. Me appellabat, mihi minabatur. ep. 61. Minabantur crudeliter otioſis. 9. fam. 10. Niſi uehementius homini minatus eſſem, tabularum poteſtas mihi facta non eſſet. in Ver. 434. Cui quum Lyſimachus rex crucem minaretur. 1. Tuſc. 64. Cum mea domus ardore ſuo deflagrationem mei minaretur. pro Plau. 276. Grauius minari cuipiam. in Ver. 123.

Minans.

Minantis nulla eſt auctoritas apud liberos. 11. fam. 6.

Minatio.

Execrationes, minationes, ad.orationes. 2. de Or. 159.

Minitor.

Mortem ne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus: an exſilium, ut ab improbis demigrandum? in Parad. 20. Publius mihi minitatur. Att. 34. Vobis atque huic urbi, ferro flammaq. minitantur. 2. in Catil. 55. in Ant. 238. Iſtis, quæſo, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Tuſc. 170. Cum Ebutius Cæcinæ malum minitaretur. pro Cæc. 290. Minitari mortem alicui. de Or. 163. 6. Phil. 210.

Minitans.

Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem, a ſe retractum eſſe & aſſeruatum, &c. 7. Ver. 123. Minitanti Philippo per litteras ſe omnia, quæ conarentur, prohibiturum. &c. 5. Tuſc. 60.

Minax.

Induciomarus iſte minax atque arrogans. pro Font. 281. Minaces litteræ & acerbæ ad ſenatum a Cæſare miſſæ. fam. lib. 16. 10. 5. Sermones minaces. Att. lib. 9. 18 5. 1. Minacia ſomnia. 2. Diu. 198.

Minaciter.

Minaciter agis. 11. fam. 6. Aduerſarios poſſumus minaciter terrere. 1. de Or. 41. Num putatis P. C. dixiſſe eum minacius, quam facturum fuiſſe? 5. Phil. 179.

Miniatulus.

His litteris ſcriptis me ad *συντάξιν* dedi, quæ quidem uereor ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ ſint. Att. 15. 30. Vetuſtus codex habet, Ne miniata cerula. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Att. 16. 27.

Minime, Minimus, *Vide* Paruus.

Miniſtro.

Menſa exſtructa multa carne ſubrancida, ſerui ſordidati miniſtrant. in Piſ. 94. Cum ardentes faces furijs Clodianis pene ipſe conſul miniſtrabas. in Piſ. 85. Adſint etiam formoſi pueri qui miniſtrent. de Fin. 69. & 79. Cum in eis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur. in Verr. 170. Acaſtum retine, quo commodius tibi miniſtretur. 16. fam. 21. Ipſe ſolus bibiturus, quæ eodem de ſolio miniſtrentur. in Piſ. 84.

Miniſtrans.

Non enim ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Tuſ. 1. 32.

Miniſtrator.

Hic mihi Meandrius quaſi miniſtrator aderat. pro Flac. 42. Vt quum teipſum, Sulpici, obiurgabam, quod miniſtratorem peteres, non aduerſarium. 2. de Or. 167.

Miniſtratrix.

Sed ut omnes comites atque miniſtratrices eſſe diceres. 1. de Or. 38.

Miniſter.

Miniſter ac ſatelles cupiditatum. in Ver. 152. Et illi qui Fabricij libertum, quia miniſter in maleficio fuerat: patronum, quia conſcius, condemnaſſent. pro Clu. 47. Sit anulus tuus non miniſter alienæ uoluntatis, ſed teſtis tuæ. Q. fr. 192. Vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent. Oſt. 2. 76. Miniſtri conſiliorum. ep. 21. Miniſtri imperij tui. 1. Q. ſr. 7. Legum miniſtri magiſtratus. pro Cl. 48. Libidinis miniſtri aut adiutores. de Amic. 34. Miniſtri publici Martis, atque ei deo ueteribus inſtitutis religionibuſque Larinatium conſecrati. pro Clue. 12. Conſules ſerui ac miniſtri ſeditionum. ep. 12. Itaque illi diſertiſſimi homines, miniſtros habent in cauſſis iuriſperitos. de Or. 107. Iufimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudicijs, oratoribus. 1. de Or. 98. Prætor omnes miniſtros imperij ſui ſocijs & ciuibus & reipub. præſtare uidetur. Q. fr. 291. Quibus utitur miniſtris deus. de Vni. 203.

Miniſtra.

Rei familiaris miniſtra & famula corporis. Tuſc. 164. Hui, tanto facinori tua domus popularis miniſtra eſſe non debuit. pro Cæl. 48. Omnes artes miniſtræ & comites oratoris. de Or. 9. Manus multarum artium miniſtræ. de Nat. 56. Miniſtræ uoluptatum, artes. Off. 1. 209. Tu uirtutes, uoluptatum ſatellites & miniſtras eſſe uoluiſti. 2. de Fin. 63.

Miniſterium.

Quibus miniſterijs utitur deus. de Vni. 63.

Minitor, Minor, *Vide* Minæ.

Minor, *Vide* Paruus.

Minuo.

Minuis, inquit, gloriam Pompeij: imo tu moleſtiam auges. pro Flac. 157. Minuit hoc conſulare ius, quod extitit tribunus, qui eo non teneretur. 3. de Leg. 17. Nec ea quæ nunc tracto minuunt, ſed augent potius illam facultatem. de Fat. 140. Vt ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine ulla imminutione dignitatis tuæ. ep. 36. Hos letho dato diuos habento, ſumptum in ollos luctumque minuunto. 2. de Leg. 37. Ego, ut minuerem ſuſpicionem profectionis aut cogitationis meæ, profectus ſum in Pompeianum ad quartum iduum, ut ibi eſſem, dum quæ ad nauigandum opus eſſent, pararentur. Att. lib. 10. 202. 4. Sed ut minuã controuerſiã, uidete quæſo, &c. Acad. ed. 1. l. 2. 74. Quæſtio eſt, maieſtatem ne minuerit. de Inu. 68. Maieſtatem per uim minuere. 1. Phil. 16. id eſt, uim publicam committere. M. contentiones. de Fin. 2. 34. M. moleſtias uitæ. de Fin. 1. 41. Minuere & extenuare ſumptum. de Leg. 182. M. uectigalia. Oſt. 3. 59. Vide quæſo etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipſo minuatur auctoritas. Acad. ed. 1. lib. 2. 18. Minuetur huius pecuniæ inuidia. cont. Rull. 63. Ne quid de ſumma dignitate reip. minueretur. in Cat. 121. Si putares, tuam moleſtiam minui poſſe. Att. 177. Nonnullorum amicorum ſtudia minui ſolere in eos qui prouincias contẽdũt. pro Mur. 134.

Minutus.

Nihil nimis enucleandum, minuta eſt enim omnis diligẽtia: hic autẽ locus grandia requirit. Part. 253. Genus ſermonis exile, aridum, conciſum, minutum & fractum. de Or. 123. Vt enim grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. 3. de Or. 91. Ecce autem alij minuti & anguſti, & omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi: &c. de Fin. 1. 47. Vt quidam minuti philoſophi exiſtimant. Cat. 78. Minutæ & anguſtæ concertationes. de Or. 153. Chryſippus multa & minuta ſomnia collegit, ſed exemplis grandioribus decurrit. Diu. 88. L. Octauio, & C. Cottæ conſulibus, ſenatus permiſit, ut uini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te quæſtores in Sicilia uendere conſueſſent, &c. 5. Ver. 14. Minutorum opuſculorum fabricator. Acad. 30. Orator præſtat minutis imperantibus. de Cl. Or. 188. Multis & minutis ſomnijs colligendis. Diu. 1. 37. Minutos numeros ſequi. Or. 200. Qui ut rationem non redderet, tamen hos minutos philoſophos uinceret. de Diu. 95. Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. 7. Ver. 22. Cato minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. in Parad. 3. Litterulis minutis argẽteis nomen Myronis erat inſcriptum. 6. Ver. 83. Conciſus numeris minutis Thraſymachus. de Cl. Or. 191. & de Or. 200. Hæc autem uniuerſa concidunt etiam minutius. de Fin. 108. Acad. ed. 1. lib. 2. 43. Grandia minute dicere. de Or. 208. Non ita tractantur ut debent, ſed aliquanto minutius. de Fin. 4. 6.

Minutatim.

Quod genus minime in philoſophia probari ſolet, quum aliquid m. & gradatim additur aut demitur. Acad. ed. 1. li. 2. 46. M. ex communibus proprij, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt. de Petit. Conſ. 23. Sed nulla omnino in re m. interroganti, diues pauper, clarus obſcurus ſit, &c. Acad. ed. 1. l. 2. 84. M. præbere. 16. Att. 2.

Minus, Minuſculus, *Vide* Paruus.

Mirabilis, Mirabilitas, Mirabiliter, Miracula, Miratio, Mire, Mirifice, Mirificus, Mirus *Vide poſt* Miror.

Mirmillo.

Etiam ne ab hoc mirmillone Aſiatico ſenatus mandata, legatorum uerba audiemus? 6. Phil. 210. & 5. 178.

Miror.

Atque ego hunc non miror, quid enim faciat? at illos homines ſapientiſſimos miror, &c. de haruſp. reſp. 254. Quamquã miror in illa ſuperbia & importunitate, ſi quemquam habere potuit. de Amic. 49. i. neſcio an potuerit. Miror quid cauſſæ fuerit, quare conſilium mutaris. Att. 130. Miror quid hæc ad te pertineant. Or. 197. Miror quid in mentem uenerit Theophraſto, in eo libro, &c. Off. 44. Miror quid ſit, quod, &c. pro S. Roſc. 18. Miror te ad me nihil ſcribere. Att. 130. Cauſſarum enim ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio ſi in rebus uſitatis eſt, non miramur. 2. de Diu. 73. In his infinitis ſumptibus nihil homines magnopere mirantur. Off. 45. Id, mehercule, inquit Catulus admirans, illud iam mirari deſino, quod multo magis ante mirabar, hunc cũ hæc neſciret, in dicendo poſſe tantũ. de Or. 113. Mirabar quid eſſet quod tu intermiſiſſes. 7. fam. 23. id eſt, mirabar quamobrem tu intermiſiſſes. Qui cum ab eo plurimum diſſentiret, unum tamen præter ceteros mirabatur. 2.

Acad.

Acad. 67. Mirabor ſi id non feceris. 3. Att. 2. Nõ dubito, quin mi rere, utque etiam ſtomachere. Att. 264. Sed ne miremini qua ratione, &c in Vat. 135. Nimium forſitan hæc illi mirentur atque efferãt. 6. Ver. 110. Sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc cauſſæ ſumpſi, quod ex te ipſo coram antea nihil potuiſſem cognoſcere. Att 244. Si quis forte miratur, me, &c. is ſi cognoſcet, &c. putabit, &c. in Ver. 55. Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. 1. de Inu. 62. Cum miraretur ille quidem utrũque, alterum autem etiam amaret. li. 1. de Fin. 13. Quamobrem mirari deſinamus, quæ cauſſa ſit eloquentium paucitatis. de Or. 86. Mirari licet quæ ſint animaduerſa a medicis herbarum genera. Diu. 82. Mirari ſatis hominis negligentiam non queo 10. Att. 16. Mirari ſatis non poſſum unde, &c. 1. de N. 131. Quod mirari non poſſum in eis qui nihil ſcripſerunt. de Cl. Or. 172. Enimuero, inquit Craſſus, mirari ſatis non queo, etiam te, &c. de Or. 98. Cato mirari ſe dicebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum uidiſſet. Diu. 119. Soleo mirari de neſcio queis HS. xx. Att. 165. & 169. Dicebant mirari ſolitum C. Fabricium, quod cum apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet a Theſſalo Cynea, Athenis quendam eſſe qui ſe ſapientem profiteretur. de Sen. 39. Mirandum uero eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, &c. libenter arripere facultatem lædẽdi, quæ detur. pro Flac. 14. In enodandis nominibus, quod mirandũ ſit, laboratis. de Nat. 72. Sed mirandum in modum eſt animo abalienato. Att. lib. 1. 1. 13. Mirandum enim in modum Cn. noſter Syllani regni ſimilitudinem concupiuit. 1. Att. 7. Quoniam mirandum in modum Græci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur. 6. Ver. 118. Marcellum tuum conſulem factum, teque ea lætitia affectum eſſe quam maxime optaſti, mirandum in modum gaudeo. fam. lib. 15. 9. 1. Mirandum in modum læti ſunt. pro Pl. 15. Opus ingens, in mirãdam altitudinem depreſſum. in Ver. 249. Quæ minime mihi miranda ueciderũt. ep. 40.

Mirus.

Mirus homo. 3. Att 30. De pantheris agitur, &c. ſed mira pau citas eſt. ep. 24. Me mirum deſiderium tenet urbis, incredibile meorum. ep. 24. Minime mirum eſt 6. Ver. 91. Ab iis qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referũt, longe diſſentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum, &c. de Am. 31. & 16. Ac. 24. Ne illam quidem prætermiſiſti, Luculle, reprehẽſionẽ Antiochi: nec mirum. Ac. ed. 1. l. 2. 58. Nec mirũ omnibus, &c. in Ver. 235. Nec mirum, qui, &c. quippe qui, &c. pro. S. R. 16. Nec mirum ſi hoc nobis ridiculum uidetur, &c. de haruſp. reſp. 545. Neque enim mirum ſi aliquid non animaduertat. pro. Sex. R. 22. Mirum nemini uideri debeat ſi deſiderem. 5. fam. 12. pro, quod deſiderem. Mirum ni cantem. 2. de Or. 154. Sales qui in dicendo, mirum, quantum ualent. Or. 204. Hoc igitur mirum quiddam ualet. de Or. 125 Mihi mirum uidetur, unde tu inueneris, &c. de Or 161. Per mihi uiſum eſt mirũ, te, &c. de Or. 103.

Mire.

Puero municipia mire fauent. ad Att.

Miratio.

Cauſſarum ignoratio in re noua mirationem facit. 2. Diu. 73.

Mirificus.

Mirificus enim generis ac nominis ueſtri, fuit erga me ſemper animus. fam l. 15. 10. 2. Lepta noſter mirificus. Att. 77. Mirifica improbitas eſt in quibuſdam. 6 fam 40. Cæſaris uero pueri mirifica indoles uirtutis ad Brut. l. 3. 1. Att. l 14. 309. 3. Cato cõtritum Piſoni mirificum fecit. Att. 9. Mirificum ciuem ugis. 8 fam. 48. Mirificum me tibi comitem præbuiſſem fam. l. 1. 9. 7. Sed te mirificam in latebram coniecisti. Diu. 117. Mirificamque cepi uoluptatem. ep. 43. Spectator pugnarum mirificarum. Att. 10. Artes in omni ætate cultæ, cum diu multumque uixeris, mirificos afferunt fructus, &c. de Sen. 8. Mirificas gratias egit, prorſus incredibiles. 13. fam. 85.

Mirifice.

Mirifice & magna & honeſta ſunt. de Pet. Con. 22. Quas m. Plato erat amplexatus. Ac. ed. 2. l. 1. 24 Hi de omnibus rebus m. congruunt de Leg. 169. M. contemnit. de Nat 1 50. Ac iam tum erat adoleſcentulus his ſtudiis m. deditus 1. de Or 30. Delectabatur autem mirifice lectione librorum. Acad. ed. 1. l. 2. 5. M. Cerellia, ſtudio uidelicet philoſophiæ flagrãs, deſcribit a tuis 13. Att. 25. id eſt, miro ſtudio & diligentia. Te m. ab eo diligi intelligebam. de Nat. 13. Tuorum doleo, ut m. quidem. Att. 35 M. perfrui otio tibi licuit. 7. fam. 1. Nam omnes m. ϲυμφιλοδοξοῦϲι gloriæ meæ. 5. Att. 31.

Mirabilis.

Mirabilis ad laudẽ. pro Dom. 16. Mirabilis copia dicẽdi. Top. 226. Mirabile eſt, cum plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quam non multum differat in iudicando. de Or. 161. Mirabile eſt, quomodo, &c. Diu. 117. Nec hoc eſt tam re, quam dictu inopinatum atque mirabile. Part. 122. Atque hæc oſtentorum genera mirabile nihil habent. Diu. 22. Mirabile uidetur, quod nõ rideat haruſpex. de Nat. 1 49. Sed mirabilem in modum Epheſi præſto fuit. Att. lib. 5. 100. 1. Quin magis ſunt Herodotus, Thucydideſque mirabiles, qui, &c. Or. 200. Hæc nõ modo mirabilia ſunt, ſed prodigiis ſimilia pro Lig 138. Mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Acad. ed. 1. l. 2. 126. Nam quibuſdam, quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Græcia, placuiſſe opinor mirabilia quædam. de Amic. 42. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præſtantius. 1. Off.

Mirabiliter.

Satisfacere immortalitati laudum tuarum m. cupit. fam. l. 13. 17. 3. M. me excruciat. 10. Att. 9. M. excellere re aliqua. ad Brut. 33. M. mi Brute, lætor, mea conſilia, meaſque ſententias a te probari. Bruto, l. 11. 14. 1. M. de te & loquuntur & ſentiunt. 4. fam. 42. M. enim moroſus eſt. Att 39. Qui mirabilius & magnificentius augere poſſet atque ornare quæ uellet. de Or. 92.

Mirabilitas.

Ergo, & hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit. 2. Off. 53.

Miracula.

Portenta & miracula non diſſerentiũ philoſophorum, ſed ſomniãtium. de Nat. 1. 14. Vt in hominum uniuerſum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, ut inhoſpitalitas eſt. 4. Tuſc. 38.

Miſceo.

Põpeius abeſt: Appius miſcet, Hirrus parat. Q. fr. l. 3. 38. Qui tamquam ſi offuſa reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. pro R. Am. 53. Omnia infima ſummis paria fecit, turbauit miſcuit. 3. de Leg. 29. Quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi uiueret. ad Oct. 48. Qui iniquis imperiis rempub. miſcerent. cont. Rull 84. Cuius animum ita cum ſuo miſceat, ut efficiat pene unum ex duobus. Læl. 69. Dico ergo in eadem uoluptate eum, qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiẽs, & eum qui illud ſitiens bibat. 2 de Fin. 14. Vt aut cum matre corpus miſcere uideamur, aut, &c. Diu. 1. 56. Miſcere & turbare omnia. de haruſp reſp. 234. Iniquis imperiis rempub. miſcere. 2. de L. Ag. 89. Nec uero finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimillimis rebus miſceri & temperari poteſt. 3. Off. 164. Ea miſceri, parari, impendere reipub. 5. fam. 45. Ego magnum in rep. futurum, & noua quædam miſceri, & concitari mala iampridem uidebam. 4. in Catil. 78 Quos autem numeros cum quibus tamquam purpuram miſceri oporteat, dicendum eſt. Or. 316. Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. in Ant. 155. Sortes fortunæ monitu pueri manu miſcentur atque ducuntur. 2. Diu. 129. Maior mihi moles, maius miſcendum eſt malum. 3. de Or. 121. In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes. Or. 210.

Miſtus, *ſiue* Mixtus.

Mixtus animi uoluptate & moleſtia. de Vn. 55. Nec ille fuſus & candore miſtus rubor, ſanguis eſt, ſed quædam ſanguinis ſimilitudo. 1. de Nat. 101. Sic eſt in oratione miſta modeſtiæ grauitas. Off. 64. Miſtum genus ex ciuitatibus, &c. pro L. Man. 19. Quartum genus ſane uarium & mixtum & turbulentum. 2. in Catil. 41. Si ea mixta ex diſſimilibus erunt. Tuſc. 5. 65.

Miſer.

Nihil tam miſerabile, quam ex beato miſer. Parad. 254. Miſer atque infelix. pro Quinct. 17. Ærumnoſus, infelix, miſer. in Pa. tad. 17. Qui quidem etiam magis ſum, non dicam miſer (natura quidẽ abhorret a uirtute uerbi) ſed certe exercitus. pro Plan. 64. Nec enim poteſt eſſe quiſquam miſer ſenſu peremptο. Tuſc. 1. 74. Miſera & calamitoſa res. pro Roſc Am 46. Res miſera undique. 10. Att. 39. Miſerum id ſolum eſſe quod turpe ſit 8. Att. 20. Miſerum ſpectaculum. 7. Ver. 78. Miſeræ multumque iactatæ fortunæ portum ac perfugium futurum hunc locum ſpero. pro Clu. 4. Quem ego miſerũ miſere perdidi. 3. Att. 41. In uita turpi & miſera commorari. Q. fr. 1. 3. 10. Etenim miſeri animi eſſent, quod pleriſque contingeret, cum dei partem eſſe miſeram. de Nat. 1. 21. Hæc mihi uidentur miſera atque miſeranda. de Cl. Or. 120. Defenſione miſerorum, odio improborũ 6. Ver. 73. Miſerorum fortunam non inſectari. ad Brut. 9. Miſeros interdũ ciues optime de repub. meritos. pro Mil. 47. Laborioſos, non miſeros, qui magnos dolores perferunt, ſolemus dicere. 11. Phil. 294. Ego miſeris & laborãtibus nihil negare poſſum. pro Pl. 68. Miſerius ſtultitia quid poſſumus dicere? de Nat. 1. 17. Nihil fieri poteſt

ri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. Att. 275. Cur unus tu Apollonienſes miſeriores habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit umquam? pro Flac. 161. Nam ſi Cn. Pompeio, &c. miſerrimum magis fuit, quam turpe, &c. de haruſp. reſp. 46. Miſerrimum miſeriarum. Att. lib. 3.7. Miſerrimam te habuit. 14. fam. 16.

Miſellus.

Sed certe quoquomodo res ſe habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt. fam. lib. 14.11. Meum Ciceronem, cui nihil miſello relinquo præter inuidiam & ignominiā nominis mei, tuere quoad poteris. Att. lib. 2.65.9.

Miſere.

Tua me inuidia, at non ego te miſere perdidi. Q. fr. li. 1.3.1. Neque cōmoueri eius deſiderio poſſum, qui tam miſere periit. Quæ nihil valerent ad beate miſereue uiuendum. 3. de Fin. 78. Eas ego, quoad ſciremus, utrum turpi pace nobis, an miſere bello eſſet nobis utendum, in Formiano eſſe uolui. de Fin. 109. Miſere noluit legionem mihi trahere. 12. fam. 20.

Miſeria.

Vbi eſt uirtus, ibi eſſe miſeria & ærumna non poteſt. de Fin. 147. Miſeria uoluntaria. Tuſc. 3.29. Miſeriæ aliquid ſua culpa ſibi quærere ei. de Vniu. 59. In miſeriam naſcimur ſempiternam. Tuſc. 1.8. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. Diu. 126. Ita qui proceſſit aliquātulum ad uirtutis aditum nihilo minus in miſeria eſt, quam ille qui nihil proceſſit. 3 de Fin. 74. Te miſeriæ, te ærumnæ premunt omnes. Parad. 21. Miſeriæ luctu afflictæ. 3. Att. 11. Miſeriis & calamitatibus alicuius opem ferre. 2. Diu. 130. Gentes noſtras flebunt miſerias. 2. Tuſc. 35. Miſerias hominum morte, aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offenſione iudicij ponderamus. 2. de Leg. 42. Quorum ſi utrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias numquam incidiſſemus. 2. Phil. 46. Ex miſeriis aliorum leuis conſolatio. 6. fam. 9. In meis miſeriis & calamitatibus aliquam ſerte opem. Tuſc. 196. In miſeriis uir fortis eſſe non poteſt. 1. de Orat. 114. & 3. Ver. 87. Quibus in miſerijs, una eſt pro omnibus, quod, &c. 31. Att. 21.

Miſereor.

Miſeremini eius qui non de ſuo peccato, ſed huius ſummi & clariſſimi uiri facto: non de aliquo crimine, ſed de periculo ſuo, de publico iure diſceptat. pro Balb. 53. Audite, quæſo, Iudices, & aliquando miſeremini ſociorum. Tuſc. 213. in Ver. 90. Ac ueſtri miſerebor, quibus nec ætas, neque honores, neque uirtus aliena dulcedinem uiuendi minuere potuerit. Brutus Cic. 16.15. Miſerere noſtri. ad Her. 40. Cur miſereare potius, quam feras opem, ſi id facere poſſis? Tuſc. 4.45. Vt maioribus aſſurgatur, ut ſupplicum miſereatur. 1. de Inu. 64. Et tamen poſtulat ut ſui miſereantur. ad Her. 5. Vſq. eo, ut ego miſererer eius eſuriei. fam. lib. 8.1.11. In quem igitur cadit miſereri, in eundem etiam inuidere. Tuſc. 3.18. Nec eam minus diligere debes, ſed miſereri potius. ep. 54. Qui miſereri mei debent, non deſinunt inuidere. Att. 57.

Miſeret.

Mea mater mi me m. mei piget. Diu. 94. in Ant. 177. Eorum nos magis m. qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. pro Mil. 119. Neque te mei m. 1. Tuſ. 169. Caue te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium miſereat. pro Ligario. 8.

Miſeror.

Vt non queam ſatis, neque communem omniū noſtrum conditionem, neque huius euentum fortunamque miſerari. pro Mur. 51. Quare quid inuidendum Murenæ, aut cuiquam noſtrum ſit in hoc præclaro conſulatu, non uideo: quę miſeranda ſunt, uos perſpicere poteſtis. pro Mur. 79.

Miſericors.

Supplex, manſuetus, & miſericors. ad Her. li. 2.59. Mitis & miſericors animus adiutoris. 1. de Inu. 117. Vir bonus, fortis & miſericors. pro Seſt. 41. Honeſtum & miſericors mendacium. pro Lig. 5. Nec miſericordem iudicem eſſe oportere. 4. de Fin. 38. Cum etiam hi, quibus ipſe ignouiſti, nolint te in alios eſſe miſericordem. pro Lig. 139. Aliquem ſemper miſericordem fuiſſe. Poſtq. 207. Teſtis qui in ſe miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. pro Cæc. 19.

Miſericordia.

Miſericordia, eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. Tuſc. 4.14. Quemadmodum miſericordia ęgritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. Tuſc. 3.18. Miſericordia, ægritudoque, clementiæ cauſæ animis noſtris a natura datæ. Acad. ed. 1. lib. 2.126. Nulla de uirtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt. pro Lig. 23. Miſericordia alicuius in aliū. pro Plan. 20. Nihil eſt filio meo tractabilius, cuius miſericordia languidiora adhuc conſilia cepi. Att. 165. Miſericordia noſtri. 1. Q. fra. 52. Perfugium miſericordiæ. pro Lig. 9. Miſericordiæ & imprudentiæ meæ id aſſignes. 1. Q. fr. 56. Afflictæ regum fortunæ facile multorum opes alliciunt ad miſericordiam. pro Pomp. 5. Ad lenitatem miſericordiamque mentes reuocare. 1. de Or. 28. Obſecro adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in reipub. ſalute ſapientiam. pro Rab. perd. reo. 3. Miſericordiam afferre alicui. 1. Q. fr. 55. Quintius Sex. Næuium obſecrauit, ut aliquādo miſericordiam caperet aliquam, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ. pro Quinct. 65. At etiam miſericordiam captabas, ſupplex te ad pedes abijciebat. 2. Phil. 90. Concitare miſericordiā populi. 2. de Or. 115. Non prius ſum conatus miſericordiā alijs commouere, quam miſericordia ſum ipſe captus. 2. de Or. 106. Non debeo tentare, quonam modo dicendo miſericordiam tuā commouere poſſim: ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus, nulla oratione euocata. pro Deiot. 151. Mihique, ſi ita oppreſſus eſſem, remque pub. mecum perdidiſſem, mortuo non modo honorem, ſed miſericordiam quoque defuturam. 10. fam. 44. Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnā habere debet. pro Mur. 145. Miſericordiam alicui impertire. ad Brut. 27. Implorare & expoſcere miſericordiam. pro Mil. 70. Si ſapiens in ægritudinē incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam. 3. Tuſc. 34. Oratores in epilogo miſericordiam mouēt. de Ora. 134. Miſericordiam noſtram exercitusque noſtri ſceleris loco ponatis. 10. fam. 78. Eorum nos magis miſeret, qui noſtrā miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. pro Mil. 71. Peto a uobis, ut ei noſtram miſericordiam me deprecante tribuatis. pro Plan. 2. Oro uos, ut miſericordiā tribuatis fortiſſimo uiro. pro Mil. 119. Miſericordiam utilem eſſe dicunt Peripatetici ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorū ſubleuandas. Tuſc. 4.35. Miſericordia mouetur, ſi is qui audit, adduci poteſt, ut illa quæ de altero deplorentur, ad ſuas res reuocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat, &c. 2. de Or. 116. Clementia & miſericordia ſingulari uir. Poſt red. in Sen. 15. Miſericordia & liberalitate nos muniamus. 9. Att. 24. Qui hominis ſeditioſi imagine deſideria imperitorum miſericordia commoueret. pro Rab. 95. Nemo proditoris ſupplicio miſericordia cōmouetur. Tuſ. 213. Omnes odio Opianici, & illius adoleſcentis miſericordia commouentur. pro Clu. 22. ep. 28. Miſericordia commotus ne ſis, ſed tamen eſt laus aliqua humanitatis. pro Mur. 139. Miſericordia puerorum frangor. 7. Att. 41. Moueri miſericordia. Q. fr. lib. 1.2.17. Nam in eū, cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt. pro Rab. 130. Vt miſericordia permotus eſſe videar. 1. in Catil. 11. Prędia mea tu poſſides: ego aliena miſericordia viuo. pro S. Roſc. 42.

Miſeratio.

Aliud miſeratio ac mœror flebile, plenum, interruptum. de Or. li. 3.120. Odia incitantur & miſeratio naſcitur. Part. 234. Non fuit hæc ſine meis lacrymis, non ſine dolore magno miſeratio. 2. de Or. 106. Tua illa pulcra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio. 2. Phil. 93. Odia incitari, & miſerationem naſci. in Part. 31. contraria. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mātineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? fam. l. 5.38. Nec uero miſeratione ſolum mens iudicum permouenda eſt. in Or. 72. Miſerationibus & communibus locis uti. de Cl. Or. 171.

Miſerandus.

Hunc in minimis tenuiſſimiſque rebus ita labi, ut alijs miſerandus, alijs irridendus eſſe uideatur? 1. de Or. 82. Oratio tua omnibus miſeranda uiſa eſt. 2. de Or. 154. Accede, accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice Euiſceratum corpus lacerati patris. 2. Tuſc. 36. Ex Sophocle. Miſerandum in modum milites pop. Romani capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt. de Prou. Conſ. 4. Hæc mihi uidentur miſera atque miſeranda. in Catil. 70.

Miſerabilis.

Aſpectus auctionis miſerabilis. 2. Phil. 81. Caſus miſerabilis. 2. de Fin. 106. Non ſolum miſerabilis, ſed etiam irridenda fuiſſet oratio mea. 2. de Orat. 106. Sonus miſerabilis. 2. de Or. 114. Cum eius ſqualor inauditus omnibus mortalibus miſerabilis uidebatur. pro Dom. 225. Qui nobis miſerabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluntarius. 2. de Fin. 105. Nihil eſt enim tam miſerabile, quam ex beato miſer. Par. 31. Vox ad miſerabilem ſonum inflexa. de Or. 226. & Or. 202. O admirabilem licentiam, & miſerabilem inſcitiam diſſerendi. Fat. 28. Miſerabilem potius, quam ineptam putes hanc meam diligentiam. 3. At. 37. Funeſtum miſerabilē reſpectū incēdiorū fore. 1. de Diu. 119.

Miſe-

Miſerabiliter.

Etſi enim flemus cum legimus, tamen non m. uir clarus emoritur. 1. Tuſc. 153. At ille etiam in foro combuſtus, laudatuſque m. 14. Att. 13. M. cœlij quidem epiſtolam ſcriptam m. cum hoc idem obſecraret ut expectarem, &c. 10. Att. 30.

Miſſio, Miſſus, *Vide* Mitto.

Mitella, *Vide* Mitra.

Mitis.

Mitis & manſuetus, ferus & immanis. 1. de Inu. 4. contraria. Animus auditoris mitis & miſericors. de Inu. 61. Auſter leniſſimus & mitis. Att. 100. Acceſſit his tot, doctrina non moderata nec mitis, ſed, ut mihi uidetur, paullo aſperior & durior, &c. pro Mur. 55. Facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta & mitis oratio. de Sen. 25. Nihil tã mitis mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in ſororem tuã. Att. l. 5. 88. 3. Ipſe Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet ac mitior. de Cl. Or. 192. Et homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen cœpit. 4. Acad. 13. Quid Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inueniri poteſt? in Hortenſ. Dolorem mitiorem facit patientia. 2. Tuſ. 42. Quod atrociter in ſenatu dixiſti, aut non dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere. pro Mur. 59. Mitiſſimus & leniſſimus homo. 4. in Catil. 82.

Mitigo.

Triſtitiam mitigat & relaxat riſus. 2. de Or. 151. Neque in parentum luctu atque lacrimis, te mei nominis commemoratio mitigauit. 7. Ver. 108. Meipſum longinquitas temporis mitigauit. fam. 6. 4. 12. Vſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. pro Mur. 59. Iam ętas omnia, iam res, iam dies mitigabit. pro Cœl. 53. Eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges. ep. 17. Cumque Autumno terras ad concipiendas fruges pateſecerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, a ſiſtula maturitate alia mitigauerit, alia terruerit. 4. de rep. Reconciliare & mitigare ſibi aliquem. fam. 1. 9. 109. & 6. 13. id eſt, leuare dolorem alicuius. Animum mitigare. pro Font. 22. Quamquam iſtorum animos, qui ipſi Cornelio inuident, non eſt difficillimum mitigare. ep. 78. Dolorem mitigare. 2. de Fin. 153. Mitigare hæc perge. 11. Att. 15. Inuidiam extenuando mitigare. de Or. 157. Populum excitatum in bonos mitigare. 5. de Or. 101. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Q. fr. l. 1. 1. 52. Dolores uetuſtate mitigantur. Att. l. 3. 55. 5. Labores magna compenſati gloria mitigantur. 2. de Or. 58. Iraſci, & mitigari. in Or. 72. Arborum autem confectione, omnique materia & culta & ſyluestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum utimur, &c. 2. de Natu. 115. id eſt, coquendum.

Mitigatus.

Is magna ſigna dedit animi erga te mitigati. 6. famil. 2. Qui ex agreſti uita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus. 2. de Leg. 58.

Mitigatio.

Omniſque ad omnem animi motum & impulſio, &, ſi ita res feret, mitigatio. 5. de Or. 65. Licentia ſi nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. ad Her. 35.

Mitificatus.

Depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo & mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. 2. de Diu. 84.

Mitra.

P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a pſalterio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. de Haruſp. reſp. 40.

Mitella.

Deliciarũ cauſa & uoluptatis non modo ciues Romanos, &c. ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella ſæpe uidemus. pro R. Poſt. 16. Alia exemplaria habent mitrella.

Mitto.

Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, &c. Att. 101. Mitto cætera intolerabilia. Att. 3. 50. 3. pro Quinct. 48. At quem virum dij boni? mitto ciuem, aut ſenatorem, &c. quis illo grauior? de Cl. Or. 170. Non, inquam, iam quæro vnde hæc habueris, ſed quo tibi tantum opus fuerit, id quæro: mitto de melle. 4. Ver. 133. Mitto illam fugam, &c. cetera per occupationẽ. Att. 115. Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempeſtates ſubieris, &c. fam. l. 15. 4. 34. Quotidie vel potius in ſingulos dies breuiores litteras ad te mitto. At. 71. Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. in Piſ. 89. Mitto prœlia, prætereo, &c. pro Mur. 132. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. 5. Ver. 48. Tum cum furiales in concionibus voces mittis, cum domos ciuium euertis, &c. de Haruſp. reſp. 35 Lucem quam a ſole accipit, mittit in terras luna. 2. de Nat. 148 Cum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? pro Cluentio, 67. 3. Verr. 17. Curio miſi, ut medico honos haberetur: & tibi daret quod opus eſſet: me cui miſiſſet, curaturum. fam. lib. 16. 9. 7. Cæſaris litterarum exemplum tibi miſi, rogaras enim. Att. 116. Miſi ei nuntiari. 15. Att. 8. Ei ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis. Att. lib. 8. 145. 2. Quæ deſcripta attulit, illa e via miſi ad te. Att. 9. 188. 5. Laudationem Portiæ tibi miſi correctam, vt, &c. Att. 220. Itaque miſi librum ad Muſcam. Att. 169. Feciſti mihi gratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti. Att. 24. Demetrij Magnetis librum quem ad te miſi de concordia, velim mihi mittas. Att. 129. Hunc vero librum de ſenectute ad te miſimus. de Sen. 2. Cumque languerem de via, miſi pro amicitia qui hoc diceret, &c. in Ant. 155. Miſi qui pro vectura ſolueret. Att. lib. 1. 1. 13. Particulam litterarum tuarum, quas miſiſti Octauio, legi miſſam ab Attico mihi. Att. 284. Ex litteris quas mihi miſiſti, &c. ep. 151. Miſit ad me vt, 11. fam. 13. pro, ſignificauit, vel, miſit quæ ſignificaret vt. Miſit illum deprecatorem ſui. 11. Att. 18. Tum præſes magnitudine & animi & conſilij, legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copiis in mea caſtra eſſe uenturum. 15. fam. 54. Vocem pro Repub. nemo miſit. pro Seſt. 34. pro Flac. 4. Itaque illi obuiam miſimus Athenas, vt inde Theſſalonicam veniret. Att. lib. 5. 48. 1. Miſit puerum ſe venire. 10. Att. 32. Paullo poſt idem mihi Munatius eas litteras legẽdas dedit, quas ipſi miſeras, & quas publice. ep. 151. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam. Att. lib. 1. 11. 25. Tu tamen mitte mihi quæſo obuiam litteras, numquid putes Reip. nomine tardandum eſſe nobis. Att. lib. 6. 118. 2. Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones vt vadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres. fam. lib. 2. 7. 1. Vt etiam filium ſuum electiſſimum adoleſcentem foras ad propinquum ſuum quędam mitteret ad cęnam. 3. Ver. 45. Vota cum feceritis, vt in eos potius ſe mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones. pro Mil. 116. 1. Ver. 30. pro Quinct. 60. Vt mittam cetera, quo tandem pudore tales viros, &c. 5. Ver. 96. Rogas vt tibi mea ſcripta mittam. Lent. lib. 9. 94. In primis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas. fam. lib. 11. 9. 3. Velim obuias mihi litteras quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas. Att. lib. 6. 116. 1. de Procu. Conſ. 74. 2. Phil. 34. 7. fam. 23. Sic Appius, cum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curauit, ſanguinem miſeri, quicquid potuit detraxerit, &c. Att. lib. 6. 111. 3. Hodierno die primum veritas vocem contra inuidiam hic iudicibus freta miſerit. pro Clu. 71. Mittere ad beſtias in Piſ. 70. Mittere aliquem de pace. 9. Att. 56. Mittere de menſa. 5. Att. 2. Nec interea locupletare amicos vmquam ſuos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide ſuſtentare. pro Rab. Poſt. 2. Mittere legatos ad Senatũ. 1. Diu. 192. pro L. Man. 5. Mittere legiones ſub iugum. Off. 3. 147. Mittere munera. Parad. 50. Oratorem ad aliquem de re aliqua mittere. de Cl. Or. 27. Mittere ſe in aliquem. Pro Mil. 57. Sic ergo habeto, ſalutares te mihi litteras miſiſſe. Att. 139. Legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates. &c. Att. lib. 1. 54. 2. Magna me (inquit) ſpes tenet Iudices, bene mihi euenire, quod mittar ad mortem. 1. Tuſc. 80. Mitti in exilium. Læl. 40. Vtetur vtroque, ſed altero in narrando aliquid venuſte, altero in iaciendo mittendoq. ridiculo. in Or. 48.

Miſſus.

Miſſus ad Mithridaticum bellum. 4. Acad. 2. Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis miſſus orator. de Cl. Or. 169. Nam & illud non nobis obeſt, videri noſtrum teſtimonium non ualuiſſe: miſſus eſt ſanguis inuidiæ ſine dolore. Att. lib. 1. 11. 19. Qui cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt poſtea miſſus, &c. pro Flac. 156. Miſſa eſt (vt ipſa ſignificat) ex itinere, cum Verres iam de prouincia deceſſiſſet. 5. Ver. 130. Vos de quæſtura nulla miſſa eſt. pro Flac. 4. Memini tibi librum afferri a Demetrio Magnete, ad te miſſum ſcio περὶ ὁμονοίας cum mihi velim mittas. 8. At. 155 8. Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi ſcilicet, & meo inſtituto vſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Att. lib. 9. 24. id eſt, impune abire permiſi. Liſum facias ad me cohortes. 8. Att. 46. Qui poſtea quoque vadimonium miſſum fecerit, hunc per inſidias vi de agro communi deiecerit. pro Quinct. 25. Si eum miſſum fecerimus. ad Her. 2. Marci quidẽ Catonis ſenis eſt epiſtola ad M. filium, in qua ſcripſit ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a Conſule, cum in Macedonia Perſico bello miles eſſet. 1. Off. 55. Iurauitque ſe illum interfecturum, niſi ſibi

iuſiurandum,

iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Off. 5. 151. Quod ſi iam miſſo officio, periculi ratio habenda eſt, ab illis eſt periculum, ſi peccaro. Att. lib. 10. 197. 7. Quibus de cauſſis miſſi fieri debeant. ep. 118. Duo præfecti fabrum Pompeii, qui in meam poteſtatem venerunt, & a me miſſi ſunt. Att. 151. Hæc miſſa facio: illud quæro, is homo, &c. pro Roſc. Am. 45. Verum ut hæc miſſa faciam quæ iam facta ſunt, ex iis, &c. pro Roſ. Am. 78. Hos agros miſſos facio. in Ver. 170. Deinde ſi in hominibus eligendis nos ſpes amicitiæ fefellerit vt vindicemus, miſſos faciamus, ſemper ita uiuamus, ut, &c. 4 Ver. 19. Miſſos faciant honores, nec remp. attingant. pro Sext. Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or. 119. Pretio certo miſſos facere nautas. 7. Ver. 49. Dicebat quiſque quos miſſos ſciret eſſe. in Ver. 156. Æquum eſt, me a te impetrare ut cohortes, quæ ex Piceno uenerunt, miſſas faciat. Att. 130. Eaſque legiones bello confecto miſſas fieri placet. in Ant. 105. Remotis, ſiue miſſis omnino lictoribus. 9. Att. 2.

Miſſus.

v 1. Kalend. ueſperi Balbus minor ad me uenit, occulta via currens ad Lentulum c o s. miſſu Cæſaris, cum litteris, cum mandatis, &c. Att. lib 8. 24.

Miſſio.

Miſſio litterarum. 1. Att. 10. Miſſio ludorum. 5. fam 55. At ab omnibus tu mercedē miſſionis acceperas. 7. Ver. 86. Non ſine cauſſa legatorū iſtam miſſionem ſemper timui. 7. Phil. 218. Silenus a Mida captus, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe dicitur. Tuſc. 175. Illos reſpondere & docere vnumquemque miſſione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore & fuga, &c. 7. Ver. 79.

Mixtus, *Vide* Miſceo.

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, *Vide poſt* Moueo.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Moderor, Modeſte, Modeſtia, Modeſtus, Modice, Modicus, Modificatus, *Vide poſt* Modus.

Modius.

Ne M. quidem Seio vitio datum eſt, quod in caritate aſſe modium populo dedit. 2. Off. 86. Cogontur Æſchrio dare tritici modios M. M. M. DC. id eſt medimna oc. ut ſupra dixerat. in Ver. 165. Vtrumque illud eſt quod dicitur, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. de Amic. 60. Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exigit. in Ver. 171.

Modo.

Quid dico nup! imo uero m. ac plane paullo ante uidimus. 6. Ver. 5. M. accedens, tum autem recedens. 2. de Nat. 74. Si nos mediocris m. fortuna reipub. adiuuerit. ep. 152 Denique videantur ſane, ne affirmentur m. Acad 21. Namque Carneades cōcertationis ſtudio m. ait hoc, modo illud. 1. Diu. 110. Studia noſtra a quibus antea delectationem m. & ſolatium, nūc uero etiam ſalutem deeſſe non arbitramur. ep. 127. Cui porro, qui m. populi Romani nomen audiuit, Deiotari probitas, integritas, grauitas, uirtus, fides non audita eſt! pro Deiot. 10. Sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda duxiſti, &c. cum ea quæ ſine cauſſa mirantur alij, neglexeris: m. ut conſtiteris fructus otij tui. fam. lib. 7. 1. 1. id eſt, dum modo ubi conſtiteris. Quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter m. conſiderarint, ſtudio adhibito & uſo pertractata eſſe poſſunt. 2 de Or. 80. Quis eſt omnium, qui m. cum muſis, id eſt cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? 5. Tuſc. 93. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti: primum, &c. deinde, &c. ut non m. eum ſecunda ſperare debeas, ſed etiam ſi omnia aduerſa eſſent, &c. fam. 6. 13. 10. Modo egens, repente diues. 2. Phil. 76. In hac arte, ſi modo eſt hæc ars. 2. de Or. 86 Si m. recti ſatis eſt. ep. 92. Nemo aliter philoſophus ſenſit, in quo m. eſſet auctoritas. 1. Diu. 145. Probabo, inquit, m. iſta ſis æquitate, qua oſtendis. 1 de Fin. 45. Cogat alios laudare, ſicut in multos conatus eſt: m. hæc faciat quæ fecit. 4. Ver. 97. Putant enim qui iuculte dicat, m. id eleganter faciat, eum ſolum Attice dicere. Or. 199. M. enim fuit Carneades. 5. de Fin. 7. id eſt, nuper. Quæ ſecundis rebus delectationem m. habere uidebātur: nunc uero etiam ſalutem. fam. lib 6 12. 15. Modo his, m. illis partibus. de Nat. 2. 36. Cotta meus, m. hoc, m. illud. de Nat. 1. 35. M. hoc, m. illud audire. Att. lib. 2. 30. 1. Quod ſi totum ut cælum m. hic, modo, illo modo tēperatur. 2. Diu. 159. O Academiam uolaticam m. huc, m. illuc. Or. 212. M. uno tempore utri clariſſimi interierunt c x 1. ante me conſulem. fam. lib. 4. 5. 15. M. enim hoc malum in hanc remp. inuaſit. 2. Off. 112. Te quoque, ut id modo loqueretur, intelligere. 1. de Fin. 20. M. mundū, tum mentem putat, &c. de Nat. 9. Denique uideantur ſane, ne affirmentur modo. 4. Acad. 155. Mediocritatem illam tenebit quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis, & recte placet, m. ne laudarent iracundiam. 1. Off. 126. In quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum eſt de uia, m. ne ſumma turpitudo ſequatur. de Amic. 54. id eſt, dummodo non ſequatur ſumma reipu. turpitudo. At in his ſi paullum m. offenſum eſt. 3. de Or. 108. Lentulus ſatis erat fortis orator, ſi m. orator. Or. 189. Si Pompeius paullum m. oſtenderit ſibi placere fam. lib. 1. 5. 15. Contundi enim animum, & fortaſſe uici, ſi m. permanſero. Att. lib. 12. 257 5. Vt uel omnem impetum belli in me conuertere non recuſem, ſi modo meo caſu patriæ periculum morari poſſim. ep. 149. Quorum ſatis arguta multa, ſed ut m. primumque naſcentia, minuta, nimiſq. depicta. Or. 200. Quamquam quis ignorat, qui m. umquam mediocriter hæc ſcire curauit, &c. pro Flac. 159. Si unum modo quale ſit ſuſpicantur. Or. 109. Prouinciæ Galliæ M. Fonteius præfuit, quæ conſtat ex iis generibus hominum & ciuitatum, qui partim noſtra memoria bella cum Rom. acerba ac diuturna geſſerunt; partim m. ab noſtris imperatoribus ſubacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, m. ab ſenatu agris urbibuſque multati ſunt: parum, &c. pro Fon. 2. Vide modo etiam atque conſidera. in Ver. 62. Eundemq. Socratem facit & ſolem & animum deum dicere, & modo unum, tum autem plures deos. 1. de Nat. 46. Concede ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit 6. Ver. 9. Magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet a tergo: uidetur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modo ut urbe ſalua. fam. lib. 16. 11. 10.

Modus.

Modus eſt, in quo quemadmodum, & quo animo factum ſit, quæritur. 1. de Inu. 57. Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus. Off. 4. In omnibus rebus uidendum eſt quatenus: etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum. in Or. 40. Non fuit igitur illud iudicium, iudicij ſimile, Iudices, non fuit: in quo non modus eſt habitus, non mos, conſuetudoque ſeruata. pro Clu. 77. Modus eſto ſacrandi auri, argenti, eboris. 2. de Leg. 24. In eis ſingulis pedibus modus ineſt, aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. Or. 216. Modus optimus eſt, decens ipſum tenere. Offi. 1. 197. Itaque non mihi tam copia, quam modus in dicendo quærendus eſt. pro Leg. Man. 2. Modus quidam eſt etiam litterarum, non ſatietas. 9. fam. 61. Ludendi eſt etiam quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus. 1. Off. 146. Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur? 5. de Nat. 132. Diligenter tenendus eſt modus uoluptatis fruendę. Offi. 21. Quemadmodum de tanta re dicam? opinor unus modus atque una ratio eſt. 7. Ver. 224. Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. 1. Off. 189. Ex eo quantum cuique ſat eſt, ad id accommodatur diuitiarum modus. Part. 120. Modus eſt nullus inueſtigandi ueri, niſi inueneris. 1. de Fin. 5. In ipſo tactu eſt modus mollitudinis & lenitatis. de Or. 152. Quibus finem fecit, non mulieris modus, ſed amicorum auctoritas. pro Clu. 58. Non æſtimatione cenſus, uerum uictus atque cultus terminatur pecuniæ modus. in Para. 64. Eſt ſcilicet utriuſque rei modus, ſicut reliquarū. Att. 282. Modus uitæ. Tuſc. 5. 49. Antiquus uocum modus, & uarij canendi ſoni. de Leg. 177. Modus inſinuationi utendi. 1. ad Her. 8. Iam uero animus non eſſe ſolum, ſed etiam cuiuſdam modi debet eſſe. de Fin. 155. Homines cuiuſdam modi. in Ver. 201. Cuiuſdam modi uoluptates. de Fin. 69. Non etiam ſi fiſſum cuiuſdam modi fuerit, in iecore lucrum oſtenditur. Diu. 115. Veteor, cuiuſque modi es, Roſci, ne, &c. pro S. Roſc. 34. Cum tabulæ ipſę cuiuſque modi ſunt, proferuntur. pro Flac. 154. Multa cuiuſq. modi rapit. de Fin. 64. Cuiuſque modi ridicula. de Ora. 135. In tot hominum cuiuſque modi uitijs. de Petit. 213. An eiuſdē modi? de Fin. 86. in Ver. 108. Qui ea poſſit eiuſdem modi exſiſtere falſum aliquod, cuiuſmodi hoc uerum. Acad 25. Eiuſdem modi totum ius prætorium. in Ver. 114. & 100. Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus. 2. Tuſ. 14. In qua utrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum. 1. de Inu. 69. Atque ea quidem argumenta ad hunc modum tentari oportebit. de Inu. 57. Sine certarum perſonarum interpoſitione, ad hunc modum, ut, &c. 1. de Inu. 13. Apponere & adhibere modum. Tuſc. 244. His enim rebus quæ tractātur in uita, modum quemdam adhibentes & ordinem, honeſtatem & decus conſeruabimus. 1. Off. 27. & 5. Tuſ. 115. Voluiſti magnum agri modum cenſeri. pro Flac. 62. Modum mentis infinitæ, & rerum omnium deſcriptionem vi ac ratione deſignari & cōfici primus uoluit Anaxagoras. de Nat. 1. 20. Niſi tibi aliquem uitæ modū conſtitueris, coges me, &c. pro Syl. 34 pro Rab. Poſt. 3. Conſtitueq

uere modum faciendi aliquid. pro Mil. 123. Rebus infinitis modum conſtituere. lib. 1. de Fin. 2. Definire modum alicui rei. pro Marc. 15. Nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro S. Roſc. 61. Tamen antiquum modũ ſationis nulla ex parte exſequi potuit. 5. Ver. 37. Mollis uox, ut muliebris, aut quaſi extra modum abſona atque abſurda. 3. de Or. 24. Cauendum autem eſt, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Offic. 1. 195. Quare faciam modum? 10 fam. 6. Ipſiſque auctorem fuiſſe, ut aliquando controuerſiarum aliquem facerent modũ. 2. de Leg. 79. Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ criminibuſque faciamus. 4. Ver. 82. Nulla fuit umquam liberis amiſſis tã imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit. 3. fam. 46. Etiamne in minimis rebus? etiam: ſiquidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum tenere poſſumus. Parad. 31. Demetrius ſepulchris nouis finiuit modum. de Leg. 2. 103. Nam habet natura, ſicut aliarum omnium rerum, ſic uiuendi modum. de Sen. 78. Sed habet iſta ratio, ut mihi quidem uidetur, quemdam modum. fam. lib. 4. 7. 8. Ergo & auarus erit, ſed finite: & adulter, uerum habebit modum: & luxurioſus, eodem modo. 1. de Fin. 48. Quid uero, modum ſtatuarũ haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt. 4. Ver. 102. Hilarem in modum. Att. 72. Hoſtilem in modũ cruciari & necari. 7. Verr. 58. Incredibilem in modum. Att. 76. In maiorem modum. Q. fr. 315. Peto a te maiorem in modũ, ut, &c. ep. 178. Att. 164. Mirabilem in modum. Att. 74. Mirum in modum gaudeo, &c. ep. 249. & 257. Mirandum in modum iratus eſt. Att. 2. & 27. in Ver. 131. Miſerandum in modum necari. de Prou. 70. Seruilem in modum cruciari. 2. Ver. 8. In modũ hoc procedit. 16. fam. 14. Modice faciam, aut etiam intra modum. ep. 49. Veſenti bello quum lacus Albanus præter modum creuiſſet. 1. Diu. 161. Qui modum uitio quærit, ſimiliter facit, ut ſi poſſe putet eum, qui ſe e Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe, quum uelit. Tuſc. 4. 31, & 32. Statuere modum imperii diuturnitati. pro L. Man. 17. Statuere modum alienæ induſtriæ. 1. de Fin. 6. Ac ſi conſiderare cœperis, utrum magis mihi hoc neceſſe fuerit facere, an ubi intelliges honeſtius te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe, quam me humanitatis. pro Syl. 36. Statuere modum unicuique rei. ad Her. 17. Temperans modum frigoris & caloris acceſſus & receſſus ſolis. 2. de Nat. 71. Oculorum & hilaritatis & uiciſſim triſtitiæ modum res ipſæ, de quibus agetur, temperabunt. Or. 201. Sin ſit quiſpiam qui aliquid tribuat uoluptati, diligenter ei tenendum eſſe eius fruendæ modum. 1. Off. 549. Nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum terminas. Tuſ. 184. Terminare modum artis utilitate. 1. Tuſc. 8. Modo & more facere. pro Mur. 65. Non poetico, ſed quodam oratorio numero & modo. de Or. 97. Modo & ordine dicere & facere aliquid. 1. Offi. 23. Pictoris cuiuſdam ſummi ratione & modo in formarum uarietate locos diſtinguentis. 2. de Or. 195. Modo & ratione omnia facere, & recte & ordine aliquid fieri. pro Quinct. 14. Ἀφιλαργυρίαν quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero. 2. Q. fr. 18. De die iſta uideo, & idipſum bono modo. Att. lib. 14. 181. 4. & 13. 30. Hæc ubi, Luculle, ſi es aſſenſus Antiocho familiari ſuo, tam ſunt defendenda, quam mœnia: mihi autem bono modo tantum quantum uidebitur. Acad. ed. 1. lib. 2. 127. Certi fines Macedoniæ, certa cõditio, certiſſimo modo erat etiam illius exercitus. in Ant. 226. Etſi nihil ſcripſit, niſi de modo agri. Att. li. 13. 288. 1. In omnibus quæ aguntur ex eo modo quem quiſque nactus eſt, quid deceat exquirimus. Off. 24. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique uno aliquo in genere peccaſſet. 4. Ver. 6. Credibile eſt, quod ſine ullo teſte, auditoris opinione firmatur, hoc modo, Nemo eſt, &c. 1. de Inu. 64. Non ille, ut plerique, ſed iſto modo, ut tu. de Nat. 1. 41. Ego autem maiore etiam quodam modo memoriam admiror. Tuſc. 1. 48. Et hæc præterea addidit homo Venerius, nouo modo, nullo exemplo, ob eam rem &c. 4. Ver. 65. Nunc ad ſociorũ tabulas accepti & expenſi, quas remouere honeſte nullo modo potuerũt, &c. 4. Ver. 134. Omni modo egi cum rege, & ago quotidie. Att. lib. 6. 113. 10. Siue ſic eſt, ſiue ullo modo. Diu. 133. Nec ſemper enim tractantur uno modo. Or. 208. Poetæ, quos neceſſitas cogit, & ipſi numeri & modi. de Or. 160. Modi concluſionum apud dialecticos. Top. 27. Non ſunt in oratione tamquã tibicini percuſſionum modi, ſed uniuerſa comprehẽſio. Or. 216. Modi preſſi & flebiles. Tuſc. 3. 95. Ceruices oculoſque pariter cum modorum flexionibus torqueant. 2. de Leg. 63. Illi octo curſus, in quibus eadem uis eſt duorum modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. de Somn. Scip. 129. Solet idẽ Roſcius dicere, ſe, quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum. 1. de Or. 132. Quod ſi ille aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum, tamen aliquid ad requiem ſenectutis excogitat, quãto facilius nos non laxare modos, ſed totos mutare poſſumus? 1. de Or. 133. Varietates & modos uocum ſurdus noſcere non poteſt. 2. Diu. 13. Verbis, rebus, & modis lugubre carmẽ. 3. Tuſ. 79. Modis omnibus animi & corporis uerbum deuitare. pro Sext. 17. Modis Liuianis & Næuianis quæ complecti quondam ſolebant iucunda ſeueritate. 2. de Leg. 38.

Modulor.

Niſi quod hominum aures uocem natura modulantur ipſa. 3. de Or. 103. Ipſa enim natura quaſi modularetur hominum orationem, in omni uerbo poſuit acutam uocem, &c. in Or. 32.

Modulate.

Si ex oliua m. canentes tibiæ naſcerentur, num dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia? 2. de Nat. 32.

Modificatus.

In omne corpus diuiſo & modificato cibo cantus edere quiẽte latiatos. Diu. lib. 2. 43. Tractatione autem, quum aut propria ſumentur uocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut priſca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodam modo. Partit. 10. Verba illa modificata eſſe debebunt. 3. de Or. 103.

Modicus.

Actio modica iactatione corporis. Or. 204. Hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuerunt, niſi quædam eſſent modica natura. de Fin. 131. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte (eſt enim ad vulgi opinionem mediocris) ad tuam nulla, ad meam modica; de me ſilebo, de te loquar. in Para. 60. Genus dicendi ſubtile, modicum, uehemens. Or. 203. Sed tamen modici fuimus in ἀποθέσει Att. lib. 4. 74. 3. hoc eſt, breues. Solis acceſſus & receſſus modici. de Nat. 2. 36. Modici regni termini. pro Deiot. 25. Generum quæſtiones modicæ & paucæ ſunt. de Ora. 121. Quæ cum populo, quæque in patribus aguntur, modica ſunto. 3. de Leg. 10. & 35. id eſt, modeſta atque ſedata. Argumenta ſi ex reis numeres, innumerabilia ſunt: ſi ex rebus, ualde modica. de Or. 121. Utendum eſt exercitationibus modicis. de Sen. 32. Si modo temperatis eſcis modiciſque potationibus eſt affectus. Diu. 104.

Modice.

Modice omnia agemus. 16. fam. 12. id eſt, modeſte, temperate, moderate. Quare dignus ueſtro ſummo honore, ſingularique iudicio ſim, ipſe m. dicam. de L. Agr. 19. Quamquam a me nimide, modiceque dicetur. pro Syl. 59. Sed tamen quoniam effugi eius offenſionem, &c. m. hoc faciam, aut etiam intra modũ. fam. lib. 4. 13. M. ac ſapienter ferre aliquid. Cat. 2. M. ferre aliquod malum. de C. Or. 55. in Ant. 252. de Fin. 58. Noſtrũ enim & noſtra cauſſa ſuſceptum dolorem, m. ferre debemus. 1. Tuſc. 181. pro Plan. 8. & 11. Phil. 293. Genere breuiter modiceque laudato. Part. 236. Minæ Clodii contentioneſque, quæ mihi proponuntur, m. me tangunt. Att. lib. 2. 34. 2. M. & ſcienter uti aliqua re. de Or. 96. Sed ut m. ceteris utile eſt, ubi neceſſe eſt. Att.

Moderor.

Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. 4. Acad. 213. Quincto togam puram iubeo dari, cui Deiotarus moderatur. Att. 80. Ortus naſcentium luna moderatur. 2. Diu. 136. Tormẽta gubernat dolor, & moderatur natura cuiuſque. pro Syl. 181. Oratio ſine uinculis ſibi ipſa moderatur. de Or. Cauſſæ, quibus totis moderatur oratio. Ora. 101. Tecum, Atratine, agam lenius, quod & pudor tuus moderatur orationi meæ, &c. pro Cæl. 5. Cauſſæ quibus ratio moderatur. Tuſc. 242. Verba moderatur, & ſe ipſe ſuſtentat teſtis. pro Flac. 9. Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod reſpuunt, immutandum eſt. Part. 9. Venti & tempeſtates res ruſticas moderantur. 5. Ver. 195. Tibicines, iique qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio, cantus numeroſque moderantur. 5. Tuſ. 547. Lucio moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ. pro Flac. 162. Quamquam moderabor ipſe, ne, &c. de Ora. 94. Moderabor ita, nequid eum offendam. 6. Att. 37. Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. 2. de Or. 137. Moderatio lætitiam popularem in cantu, fidibus, tibiis. 2. de Leg. 24. Te hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. ep. 2'1. Atque hoc ſic moderetur & cogitet, ſi contentus ſit. &c. de haruſp. reſp. 245. Regere, gubernare, moderari. Part 236. Animo & orationi moderari, quum ſis iratus, non mediocris ingenii eſt. Quinct. frat. lib. 1. 1. 39. Moderari nauim ex ſcapha. de Inuent. 51. Conſilia ſua officio moderari. 2. de Fin. 130. Orationi ſuæ moderari. 3. Ver 84. Gubernare & moderari prudentia omnia. fam. l. 2. 6. 2. Moderari religioni ſuæ. pro Flac. 67. Religionem moderari. 2. de N. d. 1. Sententiam aliquam tamquam aliquod nauigium atque curſum, ex reipublicæ tempeſtate mode-

tari, non eſt inconſtantis. pro Balb. 50. Sententiam ſuam non ſemper utilitate reipub. ſed cum ſpe, tum metu moderari. in Ant. 261. Nam ſi hoc more moderari poſſemus, ut, &c. ep. 114. Iudex eſt omni ratione ad tempus, ad cauſſam oratione moderandus. de Or. 115. Actio uocis conformatione moderanda eſt. 1. de Or. 10. Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem tradidit. de Or. 104. Quæſtio ad moderandam religionem neceſſaria. de Nat. 1. Sentio, iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamque ueſtram ſacietatem. 5. Ver. 84. Quæ pertinent ad liberalem ſpeciẽ & dignitatem, moderãda ſunt. Off. 28.

Moderans.

Deus cælum uerſans, terram tuens, maria moderans. 3. de N. 135. Trunco magis toto ſe ipſe moderans. Or. 202. Et multi Epicurei fuerunt, & hodie ſunt, & in amicitijs fideles, & in omni uita conſtantes & graues, nec uoluptate, ſed officio conſilia moderantes. de Fin. 2. 67.

Moderatus.

Moderatus & temperans in omnibus uitæ partibus. pro Font. 25. Moderatus & conſtans ortus. de Vn. 55. Vir caſtus, moderatus, ſanctus pro C. Bal. 56. Acad. ed 2. l. 1. 24. 3. de Fin. 16. Vir natura ipſa moderatus. Q. fr 94. Doctrina non moderata, nec mitis, ſed paullo aſperior ac durior, quam, &c. pro Mur. 138. Excurſio moderata, eaque rara. Or. 202. Conuiuium moderatum atque honeſtum. pro Mur. 127. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum in Ant. 189 Otium moderatum & honeſtum. de Cl. Or. 165. Vnguentum moderatum. de Or. 152. Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? de Or. 111. Id magno argumento ſit, me in utroque fuiſſe moderatum. in Anton. 168. Et in eo uehementer ſe moderatum præbuit. Off. 2. 107. Qui moderato cultu atque uictu quieti ſe tradiderit. de Diu 83. Confirmandus erat exercitus nobis, magis ſæpe premiis ſollicitatus, ut ab reipub. potius moderata, quam ab uno infinita ſperaret. 10. fam. 15. Noſtri illi moderati temperati homines, &c pro Mur. 139. Temperati moderatique mores. 12. fam. 58. Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani ſenes, tolerabilem agunt ſenectutem. de Sen. 7 Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint Or. 123. Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. pro Mur. 139 Moderatis epiſtolis lætaturum putas? 13. Att 37. Moderatior, temperatiorque. 13. fam. 55. Vita quæ omni geſtu moderatior, omni uerſu aptior eſſe debet. Parad. 120. Moderatiſſimi atque humaniſſimi fuit ſenſus. 10. fam. 53.

Moderate.

M. te ea accepiſſe, &c. a meis procuratorib⁹ certior ſum factus. 10. fam. 80. id eſt, non nimis commotum fuiſſe illis rumoribus. Ab his quidquam ſancte aut m. dictum putabitis. pro Font. 18. M. quod euenit feramus. 6. fam. 12. M & tranquille ferre aliquid. Tuſ. 3. 51. Qui copiam rerum m. ferre non poſſunt. cõt. Rul. 64. Placate & m. omnia humana ferre. 6. fam. 3. M. ferre ſecunda. 5. fam. 64. Quod animaduerti te dolorem, quem acceperis, cum ſummi uiri, tum amiciſſimi morte, ferre m. nec potuiſſe non cõmoueri. de Am. 7. M. & amice ſcriptæ litteræ. 14. Att. 9. Authoritas, &c. qua moderate ego utar, &c. pro Syl. 168. Iis, quibuſcum congregamur, uti m. & ſcienter. Of. 36. Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius tamen id uolunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, &c. 1. de Fin. 4. Hoc genus Iſocrates moderatius temperauit. Or 214. Si amiſerit, moderatius tuliſſe. de Or. 112. Quæ res cum ſapientiſſime, moderatiſſimeque conſtituta eſſet a maioribus noſtris, nihil habui ſane non multum quod putarem nouandum, &c. 3 de Leg. 18.

Moderatio.

Bonitas & moderatio. de Or. 140. Ordo autem, & conſtantia & moderatio, &c. Of 4. Tua m. & grauitas. ep. 133. Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Of. 19. Adhibenda eſt etiam in iocando moderatio. de Or. 250. M. animi diffiuita. 1. ad Her. 1. Etenim ad noſtrum uſum propemodum iam eſt definita m. rei familiaris. pro Dom. 114. Mundi diuina in homines moderatio. de N. d. 77. Dummodo illa in hoc genere præſcriptio moderatioque teneatur, parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ pro Cœl. 46. Tum oculorum eſt quædam magna moderatio. Or. 202. Finis omnino, aut moderatio quærẽdi. 10. Att. 7. Moderatio alicuius de alio. pro Sext. 61. Quę etiam collegæ eius moderatio de me? pro Sext 19. Hoc temperatio lunæ, cœlique moderatio efficit. de Diu. 128. Ordo & conſtantia & m. dictorum omnium atque factorum. Of. 10. Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi. cont. Rul. 66. Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. de Or. 111. M. omnis reip. deſcriptione magiſtratuum continetur. 3. de Leg. 3. Tempeſtatum m. atque conuerſio. pro Flac. 152. M. præſentis temporis. 9. fam. 8. Moderatio modo uirium adſit, & tantum, quantum quiſque poteſt, nitatur. de Sen. 29. & 1. de Fin. 99. Si meam in dicendo moderationem, modeſtiamque cognoſcitis. in Ant. 161. Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. de Sen. 1. Conflagrare terras neceſſe ſit a tantis ardoribus. moderatione & temperantia ſublata de N. d. 44. Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione, & pedum. de Or. 107. Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur. Of. 71. Moderatione paullo minus temperatus. Att. 183.

Moderator.

Dux nobis & auctor opus eſt, & eorum uentorum, quos propoſui, moderator quidam & quaſi gubernator. 2. fam. 10. Tu eris omnium m. conſiliorum meorum. 1. fam. 52. Sol dux & princeps & m. luminum reliquorum. de Som. Scip. 128. Rector & m. & tanquam architectus tanti operis, tantiq. muneris. 2. de Nat. d. 531. & 1. Tuſ. 110. Hæc enim ſapientia maxime adhibenda eloquẽti eſt, vt ſit temporum perſonarumque moderator. in Or. 67. Sol moderator & dux temporum. Tuſc. 162. Moderator ille & quaſi temperator huius uarietatis. Or. 203. Moderatori reip. quid propoſitum ſit. 8. Att. 26. Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos, de Leg. 172.

Moderatrix.

Index & moderatrix reſp. 3. Phil. 200. Quid ad hanc fortitudinem; de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ ſit moderatrix omnium commotionum? 5. Tuſc. 61. Semper oratorum eloquentię moderatrix fuit auditorum prudentia. de Or. 199 Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ. 3. de Nat. 154. Cũ ſpeculatur atque obſidet Roſtra, uindex temeritatis & moderatrix officij curia. pro Flac. 45. Moderatrix rerum ſapientia. 1 de Inu. 8. Cæſar remp. ſibi iudicem conſtituit, & moderatricem omnium factorum. in Ant. 204.

Modeſtus.

Modeſtus aduerſus aliquem. 3. fam. 53. Homo frugi & modeſtus. ep. 229. Att. 214. & 227. Nam & modeſtum hominẽ cognoſces & prudentem, Brut. lib. 13. 11. 9. Pulſus eſt modeſtior rex, & probior & integrior. Att. l. 10. 196. 3. Adoleſcẽtia modeſtiſſima. pro Mur. 50. Optima & modeſtiſſima plebs. 2. de L. Agr. 85. Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. pro Planc. 31. Mores modeſtiſſimi. pro Planc 2.

Modeſte

In ea ueſtri iſti ſatellitis m. inſolentiam ſuam continebunt. cont. Rull. 94. M. dicere. 2. Att. 8. pro, frigide, leuiter, non uehemẽter. Et ipſius fortunæ modeſte ferre doceat iniurias. 1 de Fin. 71. M. & abſtinenter ſe gerere in aliqua dignitate. in Sal. 11. M. qui paret, uidetur, qui aliquãdo imperet, dignus eſſe. 3. de Leg. 3.

Modeſtia

Modeſtia a Stoicis definitur ſcientia rerum earum quæ agerentur aut dicuntur, loco ſuo collocandarum. Of. 1. 197. Modeſtia eſt moderatio cupiditatum rationi obediens. de Fin. 2 50. Modeſtia eſt, in animo continẽs moderatio cupiditatum. 3. ad Her. 94. Sic fit, ut modeſtia, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. 1. Off 194 Modeſtia eſt, per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem. de Inu. 82. Omnium quę fiunt, quęque dicuntur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & temperantia. Of. 4. Modeſtia, quo in uerbo modus ineſt. Off. 28. Humanitas & modeſtia alicuius. Att. 7. 115. 2. Modeſtia uirginalis. Diu. 1. 60. Vitæ modeſtia non parum ualet contra falſos rumores. ep. 180. Pudoris & modeſtiæ magiſtra ſeueritas cenſoria. in Piſ. 6. Si ineſt in oratione mixta modeſtiæ grauitas. Off. 43. Modeſtiæ partibus utemur, ſi nimias libidines honoris, pecuniæ, ſimiliumque rerum uituperabimus: &c 3. ad Her. 96. Per modeſtiam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem. 2 de Inu. 243. Si meam in dicendo moderationem modeſtamque cognoſcitis. in Ant. 162. Tironem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quam propter uſum meum. Att. 104. Modeſtia commoti 4. ad Her. 137. Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus modeſtia, temperantia, iuſtitia. Off. 10.

Mœchus.

Ser. Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet. 8. fam. 17. Vt arbitretur te ſibi paratum mœchum, ſi illam duxeris. Terent. 8.

Mœnia.

Hæc tibi ſunt tam defendenda, quam mœnia. Ac. 34. Armatum ad patriæ mœnia accedere. Att. 120. Brundiſium ueni, uel potius ad mœnia acceſſi. pro Planc. 280. Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus cinxerunt. pro Sext. 79. Diligentibus urbem religione, quã

mœnibus

mœnibus cingere. 5. de Na. 157. Cum ſeſe non unis circumdatum mœnibus popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi agnouerit. 5. de Leg. 91. Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, mœnibus ſæpſerunt. pro Sext. 22.

Mœreo.

A te quidē omnia fieri fortiſſime & amantiſſime uideo: nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ ſubleuentur. fam. l. 14. 2. 4. Illud mœreo, quod &c. Q. fr. 56. Mœres cogitationem rerum tuarum. 5. fam. 45. Cum triſtis eſſet Calchas, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus. Or. 203. Vt nemo umquam unici filii mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. in Ant. 221. Nemo enim mœret ſuo incommodo. dolent fortaſſe & anguntur. Tuſc. 1. 25. Attilla ſicut rē acerbiſſimā mœret. Tuſc. 1. 94. Amicis qui mœrent tuo dolore. 4. fam. 19. Qui rempub. nimis tarde concidere mœreat. pro Sext. 8. Non verebar ne quis perditorum ciuium mortem mœreret. pro Sext. 11. Cum grauiter filii mortem mœreret. Tuſc. 173. Etiam ne edicere audeas, ne homines ſuam, meam, reipub. mœrerent calamitatē? pro Sext. 20. Cū omnes boni abditi inluſique mœrerent, templa gemerent. in Piſ. 83. Lugere & mœrere. pro Dom. 22. Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis, quam amici ſit. de Amic. 13. Qui prohiberet quemquam aut ſibi mœrere, aut, &c. pro Sext. 26. Sic timere, ſic mœrere, ſic in libidine eſſe peccatū eſt, etiā ſine effectu. 3. de Fin. 51. & 3. Tuſc. 46. Mœrere ſua voluntate. Tuſc. 3. 60. Vt apud Homerū, quotidianæ neces interitusque multorum ſedationem mœrendi afferunt, &c. Tuſc. 204. Iotel lectum eſt, nihil profici mœrendo. Tuſc. 204.

Mœrens.

Afflictus, debilitatus, mœrens. 2. de Or. 105. P. Sylla mœrens, demiſſus, afflictus. pro Syl. 131. Horridus, ioculus, mœrens. Poſt red. in Sen. 12. Illa lugubris lamentatio fletuſque mœrens. 1. Tuſc. 49. Nec domo mœrens ad remp. confugere poſſum. ep. 51 de Or. 126. Magnū opus eſt probare mœrenti, illū ſuo iudicio, & quod ſe ita putet oportere facere, mœrere. Tuſc. 3. 68. Homines alienis bonis mœrentes. pro. Balb. 45. Lugente ſenatu, mœrentibus bonis. pro Dom. 218.

Mœror.

Mœror ægritudo flebilis. Tuſc. 4. 15. Mœrorā triſtitia differt. Or. 41. Mœror meus lacerat me & conficit. 3. Att. 8. Cum C. Marius mœrorem orationis meæ lachrymis ſuis adiuuaret. de Or 126. Mœrorem exagitare. 3. Att. 6. Mœrorem minui, dolorem nec potui, nec ſi poſſem, vellem. Att. lib. 12. 246. 3. Mœrore ſe conficere. Tuſc. 3. 23. A mœrore deterrere. ad Brut. 19. A mœrore recreari. 12. Att. 15. Nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab vllo eſt, quod, &c. Att. 180. Quā autē ciuitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt. de Amic. 10. In mœrore eſſe. 11. Phil. 288. Cū a ma caponererur, quāto in mœrore verſatus eſſem. ep 59. 71. Iacet in mœrore meus frater. Att. lib. 10. 195. 8. Diſceſſerat ab Aſia frater meus magno ſqualore, ſed multo maiore mœrore. pro Sext. 18. Mœrore proſtigatus. in Catil. 26.

Mœſtus.

Senex mœſtus & ſordidatus. 2. de Or. 106. Vt cum me a rep. mœſtum domus exciperet. ep. 51. Cum eum intuitum, horridum, mœſtumque vidiſſes. Poſt. 207. Mœſto & conturbato vultu. ad Her. 21.

Mœſtitia.

Superciliorum remiſſio aut contractio, mœſtitia, hilaritas. Off. 29. Seueritas, & quaſi mœſtitia orationis. Or. 201. Reſiſtere mœſtitiæ. io Or. 82. Hæc eum preſſis & flebilibus modis qui totis theatris mœſtitiam inferant, &c. 5. Tuſc. 95. Sapientia enim eſt vna quæ mœſtitiam pellat ex animis. 1. de Fin. 68. Tāta in mœſtitia fui, quanta ceteri optimi ciues, ſi idem prouidiſſent, fuiſſent. 2. Phil. 56.

Mœſte.

Deinde modo acriter, tum clementer, mœſte, hilare in omnes partes commutabimus ad Heren. lib. 3. 117.

Mola.

Caput eſt in iecore, cor in extis: iam abſcedet, ſimul ac molam & uinum inſperſeris. Deus id eripiet, uis aliqua conficiet aut exedet. Non ergo omnium interitus atque obitus natura cōficiet: &c Diu. lib. 2. 28. Ac modeſte tamen dixit, ut Rhodi uideretur molis potius, quam Moloni operā dediſſe. Att. l. 2. 16. 16.

Moles.

Erit igitur exſtructa moles opere magnifico, inciſæ litteræ, diuinæ uirtutis teſtes ſempiternæ. 14. Phil. 406. Moles gigantum non biformato impetu, Centaurus ictus corpori inſiſtit meo. 2. Tuſc. 33. Maior mihi moles, maius miſerendum eſt malum, qui illius acerbum cor contundam & comprimam. 3. de Or. 121. Hi Capuam ſedem novæ reip. conſtituunt, molem contra ueterem rempub. comparant cont. Rull. 84. Non facile tantam molem mali a ceruicibus depuliſſem 3. in Catil. 62. Iniuriæ molem ſuſtinere. 1. in Catil. 17. In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt: incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus eſſet. 6 Ver. 105. Moles iacimus ab utroque portus cornu. 9. Att 59. Opponere fluctibus moles. 2. Off. 18. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus. Att. lib. 4. 50. Albanorum aræ, quas ille, ceſis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus, oppreſſerat. pro Mil. 65.

Moleſtus.

Moleſtus non eris. 2. de Or. 144. Operoſus & moleſtus labor. 2. de Na. 84 Nihil laborioſius moleſtiuſq. prouincia. 3. de Leg. 27. Intempeſtiua & moleſta numquam eſt amicitia. de Am. 21. Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. de Sen. 7. Negotioſa & moleſta prouincia. pro Mur. 16. Moleſta ueritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium. de Amic. 75. Grauis aut moleſta uita onoſorum aliquibus minus eſt. 1. Offic. 101. Odioſum & moleſtum eſt cupidit. carere: ſatiatis uero & expletis, iucundius eſt carere. de Sen. 44. Nihil eſt moleſtum, quod non deſideres. Cat. 45. Expone igitur, niſi moleſtum eſt. Tuſc. 1. 22. Cat. 6. Melius quidem afferre nihil poſſum: ſed a te impetra re libenter uelim, niſi moleſtum ſit, &c. Tuſc. 5. 60. Quibus tibi moleſtum non erit. 11. Att. 2. Academiam renouari a te, niſi moleſtum eſt, uelim. Acad. 41. Odioſam mihi dixi, non moleſtam. 13. Att. 67. Moleſti interpellatores. Att. lib. 15. 327. 7. Niſi forte moleſti interpellemus, ueniſſe delectat. 2. de Or. 9. Sunt enim quidam qui moleſtas amicitias faciunt, quum ipſi ſe contemni putant. de Amic. 63.

Moleſtia.

Moleſtia, ægritudo permanens. Tuſc. 4. 15. Aliud moleſtia, ſine commiſeratione graue quiddam, & non preſſu ac ſono obductum. 3. de Or. 121. Cum priuamur dolore, ipſa liberatione & uacuitate omnis moleſtiæ gaudemus. 1. de Fin. 29. Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ, quod, &c. Q. fr. lib. 2. 12. 2. Moleſtiæ ne plus, an uoluptatis attulerit mihi. 11. fam. 41. Quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit eſſe, qua nihil moleſtiæ conſequatur, &c. 1. de Fin. 32. Moleſtiæ magnæ eſſe alicui. 6. Att. 22. Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. pro Syl. 1. de Ami. 76. Qui mouentur, eam moleſtiam, quam debēt capere, non capiūt, &c. de Ami. 113. Deleuit enim mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. Q. fr lib. 3. 24. 1. Moleſtiam paucorum dierum decorare. 6. Phil. 215. Iam exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. Att. lib. ~ 2. fam. lib. 12. 29. 4 Nec ſibi fingere ullam moleſtiam, nec alteri quærere. de Nat. 1. 40. Habeo etiam illam moleſtiā, quod, &c. fam. lib. 16. 17. Sed io hoc ipſo habent tamen īdem ſuſces moleſtiam. Att. lib. 8. 147. 10. Acerba ſane recordatio ueterem animi curam moleſtiamque renouauit. Tuſc. q. 213. & de Or. 142. Moleſtiam magnam ſuſcepit, & minime oeceſſariā. 3. de Nat. 44. Feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger. fam. lib. 16. 10. 3. Trahere moleſtiam ex pernicie reipub. Sulp. lib. 4. 6. In moleſtia gaudeo. ep. 10. Eum, quod ſine moleſtia tua fiat, ſiqua in re opus ei fuerit, iuuetis. 13. fam. 5. & 90. Sine moleſtia atque angore uiuere. Tuſc. 4. 30. Numquam hac te cura & moleſtia liberabo. pro Q. Roſc. 50. Moleſtię me hebetem reddiderunt. 9. Att. 66. Vt & uoluptates repudiandæ ſint, & moleſtię non recuſandæ. 1. de Fin. 27. Mihi quidem ita incunda huius libri confectio fuit, ut non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam & iucundam ſenectutem. de Sen. 2. Omnes moleſtias & ſollicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui, & ciecī. fam. lib. 14. 7. 1. Eas ſi maui honeſtiſſime moleſtias poſſe depoui. Off. 2. 5. Niſi iam & ratio ipſa depulerat omnes moleſtias. fam. lib. 2. 18. Eſſe in moleſtiis. fam. l. 4. 53. 83.

Moleſte.

Te de prædio auiæ exerceri, m. fero. ad Att. 111. Patior, hodieſ, & non m. fero, me laboris mei, uos uirtutis ueſtræ fructum eſſe laturos. 3. Ver. 2. Non m. inquit, fero nos hæc contuliſſe. Ac. ed. 1. l. 2. 136. Obiurgari m. ferunt. de Amic. 76. Sane m. Pompeium id ferre conſtabat. ep. 11. Cupiebam diſſimulare me id m. ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare. 2. Ver. 14. Iam illud m. rogo. ut, &c. Att. lib. 1. 54.

Molior.

Equidē illud molior, ut mihi Cęſar cōcedat ut abſim. At. 138. Quis igitur hanc optimatium diſcordiam molitur? de haruſp. reſp.

reſ. 36. Octauius magna molitur. Att. 257. Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur. pro Sext. Roſc. 33. Qui aliquod munus efficere molitur. de Leg. 195. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde horriſer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. 1. Tuſc. 107. Nihil enim agit, nullis occupationibus eſt implicatus, nulla opera molitur. 1. de Nat. 72 hoc eſt, tentat & conatur facere. De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. Or. 200. Id ſperamus, idque molimur. Lent. lib. 1. 5. 12 Minime obſcurum eſt, quod iſti moliuntur. Att. 236. Molitus eſt deus id tali quodam modo. de Vni 27. Amplius hora iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. in Ver. 212. Euolarat iam e conſpectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc ceteræ naues ſuo in loco moliebantur. 7. Ver. 70. id eſt, magno labore ſe explicabant ut conſequerentur. Agā ipſe per me & moliar. ep. 87. Vt moliatur aliquid & faciat. Acad 7. Verum dij nihil agant, nihil moliantur, atque ab omni curatione & adminiſtratione rerum iacent, an contra ab ijs cuncta regantur. de Nat 1. Moliri æterna. Tuſc. 1. 75. Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro Clu 141. Moliri aliquid de uita alicuius. pro Mil 50. M. aliquid mali pro S. Roſc. 22. M. aliquid occulte cont Rul. 68. M. corruptelam iudicij. Parad. 58. Inſidias filio m. pro Cl. 139 id eſt, inſidiari. Magna m. Att. 16. 335. 1. M. maiora. Tuſc. 151. Obſcure m 2. Tuſc 25. M. periculum alicui. pro Sext. 1. Peſtem patriæ nefarie. 2. in Catil 25. Quoniam hæc fere ſunt in iudicum animis oratione molienda, amor, odium, iracundia, inuidia, miſericordia, ſpes, lętitia, timor, moleſtia: ſentimus amorem conciliari, ſi id uelle uideare, quod ſit utile ipſis, apud quos agas, defendere: &c. 2. de Orat. 213. Agens aliquid & moliens deus. de Nat 16.

Moliens.

Mundum efficere moliens deus, terram primum ignemque iungebat &c. de Vni. 15. Non ceſſans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoſo & moleſto. de Nat. 37. M. Druſus multa in repub. moliens. pro Plan. 266. Sed uidetis, ut ſenectus non modo languida, atque iners non ſit, uerum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens. de Sen. 23.

Molitus.

Niſi quid occulte Cęſar per tribunos molitus erit. Att. 105. Molita quippiam impietas. 1. de Fin. 78. Si Milonem de uia uita nefarie, aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas. pro Mil. 114 Non me pœnitet pro ratione temporum ita eſſe molitum. in Ver. 253.

Molitio.

Sin quæret quiſpiam, cuiuſnam cauſſa tantarum rerum molitio facta ſit, arborumne & herbarum, quæ quamquam ſine ſenſu ſunt, tamen a natura ſuſtinentur? de Nat. 2. 100. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? de Nat. 1. 15. Tanta rerum molitio. 1. de Nat. 17. Quæramus igitur cauſſam quæ eum impulerit qui hęc machinatus ſit, ut originem rerum & molitionem nouam quæreret. de Vni. 10.

Molitor.

Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorq. deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis abſolueret. de Vni. 21.

Mollis.

Mollis animus ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. Att. lib. 1. 12. 3 id eſt, facilis & tractabilis. Voluptaria, delicata, mollis diſciplina, quam grauis, quam continens, quam ſeuera. 1. de Fin. 29. Solutus & mollis in geſtu homo. de Cl. Ora. 819. Mollis, tenera, & ita flexibilis oratio, ut ſequatur quocumq. torqueas. in Or 29. Ex oratione Cæſaris, quæ ſane mollis & liberalis fuit. fam. lib. 6. 46 Mollis, languidus, eneruatus philoſophus, omnia ad uoluptatem corporis doloremque referens. 1. de Or. 115. Molle, tenerum, fragile, flexibile. pro Mil. 32. Effeminatum aut molle, aut ne quid durum aut ruſticū ſit. 1. Off. 179. Molle & remiſſum dicendi genus. 2. de Or. 53. Hic inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. de Cl. Or. 168. Non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed etiam effecerit mollem ac iucundam ſenectutem. de Sen. 2. Quod me quodāmodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes. Att. lib. 2. 6. id eſt, leuiter. Sententiæ molles. in Catil. 21. Auricula infima in repu. & inimicitijs mollior aliquis. Q. fr. lib. 2. 35. Molliorem eſſe in dolore. Offi. 1. 101. Verū igitur putas legem molliorem. 3. Ver. 17. Cultus molliſſimus. 2. Tuſc. 62. Sed ea nos cum iacentia ſuſtulimus e medio, ſicut molliſſimam ceram, ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. 3. de Or. 97. Nam nunc quidem cogitationibus molliſſimis effeminamur. 1. Tuſc. 79.

Mollitia, *ſeu* Mollities.

In primo enim ortu ineſt ſeueritas & mollitia quædam, ut nec res uidere optimas, nec agere poſſint. 5. de Fin. 105. Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt laborum & dolorum fuga. 1. de Fin. 26 Mollitia animi, lenitatem imitatur. Partit. 43. Ceruicum mollitia. in Or. 33. Agilitas, mollitieſque naturæ. Att. 1. 49 Ciuitatum mores lapſi ad mollitiem, pariter ſunt immutati cum cantibus. de Leg. 2. 38 Imbecillitas & mollities uictus alienius. Att. 12. 244. 6. Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiē & conſuetudinem uictus. Att. 194 Qua mollitia ſum animi & lenitate. pro Syl. 13.

Mollitudo.

In pulmonibus autem ineſt raritas quædam & aſſimilis ſpongijs mollitudo, ad hauriendum ſpiritū aptiſſima 2. de Nat. 105. Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Tuſc. 5. 35. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, &c 3. de Or. 88. Mollitudo uocis, cum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus ad Her. 19 In ipſo tactu eſſe modum & mollitudinis & lenitatis. 3. de Or. 55.

Molliter.

Molliter ferre aliquid. Cato 6. Aberat enim omnis dolor: quē ſi adeſſet, nec molliter ferret &c. 2 de Fin. 57. Parce & molliter facere aliquid. fam. lib 1. 9. 98. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. de Sen. 6 Recubare molliter & delicate 3. de Ora. 36. Molliter & delicate uiuere. 1. Off 140 Mollius ferre quam decere uirum. ad Brut. 19 Et cubilia ſibi nidoſque conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt, ut quam facillime oua ſeruentur. 2. de Nat 98.

Mollio.

Molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. 2. Tuſ. 24. Et Annibalem iuueniliter exſultantem, patientia ſua molliebat de Sen. 9. Sed nos umbris, delicijs, otio, languore, deſidia animum infecimus, opinionibus, maloque more delinitum mollinimus. 5. Tuſ. 58. Mollire dolorem 4 fam. 19. Mollire dura. de Or. 201. Dura uerba uſu mollienda. 1. de Nat 132. Dentibus autem in ore cōſtructis manditur, atque ab his extenuatur & mollitur cibus. 2. de Nat. 201. Sed hic forte rectius legas Molitur, pen. corr. a Molo, molis. Itaque & Aquilonibus, reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor, & idem uiciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore. 2 de Na. 20. Mollitur mare. 3. de Or. 91. Ipſa illa Martia, cæleſtis & diuina legio, hoc nuntio langueſcet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet. 12. Phi. 323.

Mollitus.

Agros mollitos oblimatoſque ad ſerendum relinquit recedēs Nilus. de Nat. 201.

Mollipes.

Mollipedeſque boues ſpectantes lumina cæli. 1. Din. 26.

Momentum.

Hæc res nullum habet momentum ad beatam uitam de Fin. 217 Vt ei qui iucunde uixerit annos decem, ſi æque uita iucunda menſtrua addatur, quia momentum aliquod habeat ad iucūdam acceſſionem, bonum ſit &c. 4 de Fin. 24. Vt ſua auctoritas aliquid apud noſtros animos momenti habuiſſe uideatur. pro Font. 276 Id eſt maximi momenti & ponderis. in Vat. 30. Vt omnia ex altera parte collocata uix minimi momenti inſtar habeant Offi. 3. 14. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in uirtute aut uitio propenſionem, ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. 4. de Fin. 78. Hoc nihil habet momenti. de Fin. 72. Momenti nihil eſt omnino in eo. 1. Acad. 51. Cuius teſtimonium propter turpitudinem uitæ, ſordeſque domeſticas, nullius momenti putaretur. in Vat. 1. Permagni momenti eſt in rep. ratio atque inclinatio temporū. 7. Ver 139. Iam illud quidem perſpicuum eſt, maximam animi aut uoluptatem aut moleſtiam plus aut ad beatam, aut ad miſeram uitam afferre momenti, quam eorum utrumuis, ſi æque diu ſit in corpore. 2. de Fin. 86. Si quid habet aut momenti commēdatio, aut auctoritatis confirmatio mea. pro Mur. 145. Permę aliquid publicani, caue quidquam habeat momenti gratia. pro Mur. 139. Magno momento eſſe ad perſuadendum. de Inu 72. Quæſtura utriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. pro Mur 16. An ignorans cetera illa magnifica pop. Rom uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ inclinatione temporis pēderet 2. de L. Agr. 80. Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque iudicio diſpenſare atque diſponere. 1. de Or. 69. Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad

unam.

unamquamque rem exiſtimandam, momentoque ſuo ponderandam, ſapientia iudicis tenet. pro Fon. 10. Nihil aliud alij momentum ullo antepones. de Fin. 96. Ego, quam ille præponendã & magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo, quam Stoici. 5. de Fin. 152. Momenta elementorum quaſi partita inter ſe & diuiſa. Tuſc. 1. 33. Ita ſunt in pleriſque contrariarũ rationũ paria momenta. Acad. ed. 1. l. 2. 115. Non tam auctoritatis in diſputando, quam rationis momenta quærenda ſunt. de Nat. 1. 8. Non enim ignoras, quanta momenta ſint in rep. temporum. Brut. 90. Non ſemper ex eiſdem, argumentorũ momenta ſunt. Or. 201. Paria in contrariis partibus rationum momenta. Acad. ed. 2. l. 1. Inclinationes rerum & momẽta temporum. 5. de Fin. 19. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 1. de Diu. 194. Qui ad appenſionem rerum eſſe in his momenta diceret. de Fin. 117. Elementa habent inter ſe diuiſa momẽta. Tuſ. 156. Ea nobis ipſa cara eſſe propter ſe, & in his eſſe ad bene uiuendum momenta maxima. 5. de Fin. 33. Omnia momenta obſeruabimus, neque ullum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum. fam. lib. 6. 37. M. Cato diligentiſſime perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur. 2. Aſtra forma ipſa figuraque ſua momenta ſuſtinent. de Nat. 2. 9. Minimis momentis p. c. maximæ inclinationes temporum fiunt. 5. Phil. 182.

Momus.

Quod me maxime hortaris, & quod pluris eſt, quam omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino momo ſatiſfaciam: moriar, ſi quidquam fieri poteſt elegantius. Att. lib. 5. 41.

Monedula.

Non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant. pro Flac. 59.

Moneo.

Moneo, prædico, ante denuntio. 2. Ver. 23. Sed eos hoc moneo, deſinant furere. 2. in Catil. 40. Moneo ſic, ut filium: ſic hortor, ut & pro patria, & amiciſſimum. 10. fam. 10. Quæ tu me mones, ut caueam. ep. 27. Mea cauſſa me mones, quod non intelligam: quid igitur me mones? Diu. 135. Id ipſum, quod me mones, quatriduo ante cogitaram. Att. 234. Sulpitius, me quidem (inquit) recte mones. de Or. 117. Quæ noſtra cauſſa nos mones. Diu. 135. Pietas officium erga parentes conſeruare monet. de Inu. 70. Nam cum ſolitudo & uita ſine amicis, inſidiarum & metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, &c. 1. de Fin. 102. Cum dij monent de optimatium diſcordijs. de haruſp. 256. Ut recte præcipere uideantur, qui monent, &c. Off. 18. Et res ipſa monebat, & tu oſtẽderas, & ego uidebam, &c. Att. li. 10. 197. 1. & 1. de Fin. 101. Monui, ſuaſi, deterrui. 1. Q. fr. 33. Quæ tibi eo ſcribo, quod de retinenda Sextij gratia litteris ſæpe monuiſti. Q. fr. lib. 2. 7. 10. Eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. 3. fam. 5. Equidem non deero, monebo, prædicabo, denuntiabo, & teſtabor ſemper deos & homines, quid ſentiam. 10. Att. 212. Monerem ut minorem, obiurgarem ut errantem. 1. Att. 10. Quæ noſtra cauſſa monerent nos. 2. Diu. 197. Extremum eſt quod te orem, ſi putas rectum eſſe, & a te ſuſcipi poſſe, cum Camillo cõmunices, ut Terentiam moneatis de teſtamento. Att. lib. 11. 224. 5. Si te unum illud monuerimus. ad Her. 1. Monere atque hortari aliquem. fam. li. 10. 1. 6. Monere aliquem de aliqua re. Att. 275. Diu. 125. ep. 176. M. aliquem ne aliquid faciat. Offi. 8. M. aliquem, ut fugiat infamiam. ep. 2. Auctoritate monere ep. 145. Sed cum tot ſignis eadem natura declaret quid uelit ac queat, quid deſideret: obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. de Am. 74. De quo ipſo nunc monemur. de haruſp. 254. A qua, præterquam de ſue plena, quid umquam moniti ſumus? 2. Diu. 106. Eaque adhibeatur ad monendum, non modo aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit, & auctoritati adhibitæ pareatur. de Amic. 41. Nam & monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt. de Ami. 76.

Monens.

Sed multo etiam magis monente & denuntiante te. fam. lib. 4. 3. 3.

Monitus.

Memoria noſtræ amicitiæ, & uirtute filij tui monitus. 5. fam. 50. id eſt, recordatione uirtutis filij tui. Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, caueret ne iret: non fuiſſe periturum ſi omini paruiſſet. 2. Diu. 126.

Monitus.

Eorumque iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. 2. Diu. 129.

Monitum.

Itaque quæ ſunt eorum conſolationes, quæ cohortationes, quæ etiam monita & conſilia ſcripta ad ſummos uiros? 4. de Fin. 5. Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaque raperemur. ep. 145. Monitis & præceptis meis egere. 10. fam. 6. Conſilijs monitiſque alicuius niti. fam. lib. 5. 8. 6. Præceptis & monitis omnium patuerunt aures meæ. 14. Phil. 398.

Monitor.

Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet. 1. Ver. 28. Riſerit aliquis fortaſſe hoc præceptum: eſt enim non tam acutum, quam neceſſarium, magis monitoris non fatui, quam eruditi magiſtri. 2. de Or. 55. Appellare ciues per monitorem. pro Mur. 70. id eſt, nomenclatorẽ. Fortaſſe minus erunt, hoc monitore & auctore huiuſce ſententiæ, mihi populares impetus pertimiſcendi. in Catil. 80. Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet dicendum, p. c. non apud nos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. in Salluſt. 7.

Monitio.

Primum, ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia, careat. de Amic. 75.

Moneta.

Atque etiam ſcriptum a multis eſt, cum terræ motus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, uocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe: quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. 1. Diu. 154. Quod idem dici de moneta poteſt: a qua præterquam de ſue plena, quid umquam moniti ſumus? 2. Diu. 105.

Monetalis.

Monetali autem adſcripſi, quod ille ad me proconſulem. Att. lib. 10. 39. id eſt, in ſumma epiſtola ſcripſi, Volteio monetali.

Monile.

Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum uidiſſet monile, ut opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incenſa ſalutem uiri proderet. 6. Ver. 35.

Monimentum, *vel* Monumentum.

Clariſſimum monumentum clementiæ ſuæ. in Ant. 202. Monimentum iſtius crudelitatis. 6. Ver. 22. Marmoreum monimentum. fam. lib. 14. 38. Non meum monumentum, non enim illæ manubiæ meæ, ſed operis locatio mea fuerat. ep. 13. Templum monimentumque noſtrum. 1. Q. fr. 20. Nullum ex ea dedicatione litterarum extat monumentum. pro Dom. 241. Apud te, cuius nullum in repub. umquam monumentum fuit. in Ver. 267. Monumentum quod poſitum eſt, ut eſſet indicium oppreſſi ſenatus, ad memoriã ſempiternam turpitudinis. pro Dom. 235. Nec ſi quidquam patrium, ne monumẽti quidem cauſſa reliquit. pro S. Roſc. 43. Sed ego, quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor: ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. ad Cæſ. Quum ad templum monimentumque noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent, &c. Q. fr. l. 1. 1. 39. Quid, quod nunc apud põtifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumentũ feciſſe, te in meis ædibus ſignum dedicaſſe. pro Dom. 213. Placet mihi, militibus, qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam ampliſſimum. in Ant. 263. Quibus pro tantis rebus nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo. in Cat. 116. Si mea domus, non modo mihi non redditur, ſed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, ſceleris ſui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. pro Dom. 233. Statuere æternum monumentum & æterna inſignia poſtens. 2. de Inu. 173. Res quarum monimenta certa in litteris extant. de Inu. 51. Nulla eius ingenij monimenta mandata litteris, nullum opus otij, nullum ſolitudinis munus extat. Offic. 3. 3. Publica monumenta. pro Syl. 174. Ut annales populi Rom. & monumenta antiquitatis loquuntur. pro Dom. 67. Multa ſunt tuæ clementiæ monumenta, ſed maxime eorum incolumitates quibus ſalutem dediſti. pro Deiot. 28. id eſt ueſtigia uel ſigna. Indicia & monumenta furtorum 4. Ver. 128. Monumenta litterarum. Off. 217. Monumenta ſepulchrorum. Tuſc. 1. 26. Is in Macedonia trophæa poſuit, quæ bellicæ laudis, uictoriæque inſignia & monumenta ſunt. in Piſ. 72. Aditus templorum ac monimentorum ſuorum carminibus exornauit. pro Arch. 20. Elogia monumentorum. 2. de Fin. 184. Monimentorum omni genere ab omnium ingenijs ſcriptorum. 12. Att. 19. Cuius conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus. in Ant. 252. In animis ego veſtris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis inſignia, condi & col

locari uolo.3. in Catil.70. Monumenta tuæ formę ac nominis in ſuis ciuitatibus eſſe cupiebant.4.Ver.113. Rerum geſtarum monimenta & uetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent.1.de Or.100. Extare enim volebam in crudeliſſimos hoſtes monumenta odij publici ſempiterna. Bru.15.12. Magnum eſt enim, eadem habere monimenta maiorum, iiſdem uti ſacris, ſepulcra habere communia. Off.1.79. In deorum immortalium monumenta, atque in urbis ornamenta, prædas & manubias conferre de L.Agr.64. Hæc de ſapientiſſimis monumenta nobis litteræ prodiderunt. pro Planc.279. Qui ſine ullis ornamentis monimēta ſolum temporum hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Or.114. M.Tullius P.Africani monimenta requirit. P. Scipio eum, qui illa ſuſtulit, defendit, &c.6.Ver.70.71. Veſtigia ſceleris, quam monimenta maiorum ſapientiæ ſe qui malle.2.de L.Agr.95. Ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta ac monimenta ſeruabant, & ad uſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrādam nobilitatem ſuam. de Cl.Or.31. Animi cuiuſdam monumenta tenere. pro Mil.79. id eſt, memoriam. Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Rab.perd.re.129. Cupio quam celerrime res noſtras monimentis commendari tuis. ep.5.27. Ampliſſimis monimentis conſecrare memoriam nominis ſui. pro Syl.298. Mandare orationem monumentis & litteris. de Cl. Or. 13. Acad.ed.1.l.2.3.& ed.2.l.1.3. Nec nos quidem noſtra diuinatio fallet, quam tum ſapientiſſimorum uirorum monimentis atque præceptis, &c. conſecuti ſumus.6.fam.19. Iſte omnes & ſuppliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria noſtra ac patrum noſtrorum, ſed ex annalium monimētis, atque ex rerum commentarijs conquiſiuit. pro Rab.10. Vt enim nos ex annalium monimentis teſtes excitamus eos, quorum omnis uita conſumpta eſt in laboribus glorioſis.2.de Fin.107. Primum generis antiquitas, quam Tuſculo ex clariſſimo municipio profectam in monumētis rerum geſtarum inciſam ac notatam uidemus. pro Fon.26. Hoc perſcriptum in monumentis ueteribus reperies. cont. Rul.83. An illa non grauiſſimis ignominijs monumentiſque huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda, quod M. Antonius, &c. in Ant.197. Nihil eſt quod non longinquitas temporum, excipiente memoria, prodendiſque monumentis, efficere poſſit. Diu.82. Grauiſſimis, certiſſimiſque monimentis teſtari aliquid. fam.lib.5.20.16. Publicis monumentis auctoritatem alicuius iudicij teſtari. pro Syl.30. Niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimiſque monimentis teſtata, cui data, quo Senatuſconſulto, &c. ep.75. Artes & ſtudia tradita monimentis diſciplinisque Græcię. Q. fr.lib.1.1.42.

Monitio, Monitor, Monitum, *quære poſt* Moneo.

Monogrammus.

Monogrammi dei, Epicuri, & nihil agentes. de Nat.2.43.

Mons.

Mons qui ſacer appellatus eſt. de Cl.Or.169. In montem perducere.2.de Inuen.241. Tu quoque cum tumulos Albano in monte niuales Luſtrati.1.Diu.32. Montes belli.4.ad Her.157. Montes ueſtiti atque ſylueſtres.2. de Nat.198. Nihil eſt iam ultra illam montium altitudinem, quod ſit pertimeſcendum. de Pron.76. Montium impendentium altitudines.2.de Nat.72. Veſtitus denſiſſimi montium.2. de Nat.240. In montes patrios, & ad incunabula noſtra pergam.2.Att.36. Genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum. de Or.88.

Montanus.

Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut mōtani, quoniam plebi, &c. pro Dom.58. Ligures montani, duri atque agreſtes, docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura & magno labore quæſitum.2.de L.Agr.93.

Montoſus.

Montoſus locus. Partit.21. Montoſa regio. pro Plan.18. Cum locis etiam ipſis montoſis delectemur & ſylueſtribus, in quibus diutius commorati ſumus. de Amic.60. Legitur & Montuoſus.

Montiuagus.

Quid beſtiæ, non ne frigus, non famem, non multiuagos atque ſylueſtre curſus atque luſtrationes patiuntur? 5.Tuſ.115.

Monſtro.

Aut quod Homericus Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam uidiſſe dicit, hodie monſtant eandem.1.de Leg.3. Tu iſtic ſiquid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis fam. li.16.22.3. Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant uiā. 1.Diu.216. Off.3.71.& 1.77.

Monſtrum.

Monſtrum fatale. Diu.1.83. Immaniſſimum & fędiſſimum monſtrum. in Piſ.24. Non mihi iam furtum, ſed monſtrum ac prodigium uidebatur.5.Ver.147. Abiijt, exceſſit, euaſit, erupit: nulla iam pernicies a monſtro illo atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur.2.in Catil.25. Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cauere. de haruſp.reſp.249. Quæ ille monſtra, dij immortales.10.Att.39. Prædictiones uero & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt, portendi, prædici, ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur? 2.de Nat.d.10.1.Diu.80. Ea quę ſunt, monſtrari declarant, ex quo monſtra. de Natur.2.5. Monſtra Parmenidis de deo multa. de Natu.d.1.22. Monſtra quædam non hominis, ſed feræ neſcio cuius immanis.5. Att.29. Iam uidebuntur monſtra dicere. Tuſ.4.43. Monſtra narrant, quę falſa eſſe poſſunt: ſed certe & hæc perdita ſunt, & illa non ſalutaria.9.Att.47. Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monſtra nunciarat.4. Att.24. Monſtra promulgare.2. Quinct.fr.19.

Monſtroſus.

Inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi.1.de Fin.91. Quid minus mirum, quam illam monſtroſiſſimam beſtiam, urnam euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe? 2. Diu.104.

Monſtroſe.

Nihil tam præpoſtere, tam incondite, tam monſtroſe cogitari poteſt, quod non poſſimus cogitare.2. Diu.216.

Montanus, Montiuagus, Montoſus, *vide* Mons.

Monumentum, *vide* Monimentum.

Mora.

Lōga Mora. Bruto.5.6. Tibi ut uideo & ſpero, nulla ad decedendum mora. Att.5.110.1. Habeo aliquid morę, dum promiſſa militibus perſoluo. fam.lib.12.12.6. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamſi eſt futurum, ut non habeat aliquid moræ. At.13.286.1. Vtinam hæc legatio nihil haberet moræ. in Ant.206. Moræ paullulum habui, nunc iam ſum expeditus.12.fam.19. Quid ergo erat morę & tergiuerſationis? pro Mil.40. Acquirere moram ad aliquid agendum, & ſpatium alicui ad ſeſe colligendum dare. pro Cęl.4. Cum ad iudicij morā familiaris funeris excuſatio quæreretur. pro Rab.5. Multa mihi moram afferunt. Att.183. Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello.5.Phil.182. Pharnaces autem, quoquo modo aget, moram afferret. Att.11.228.3. Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem ualuiſſe, ut dilationem aliquam crucis, ut crudeliſſimi teterrimique ſupplicij aliquam paruam moram ſaltem poſſet afferre.7. Ver.130.& 8.fam.22. Apud te prętorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque uſurpatione ciuitatis aſſequi potuit? 7.Ver.131. Qui igitur cōuenit quæ cauſa, &c. eandem eſſe moram ad iudicandū? pro Cęl.286. De Publio autem quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam.16.Att.3. Vænire omnes ſuas poſſeſſiones, & patrimonio ſe ornatiſſimo ſpoliari maluit, quam ullam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum. pro Syl.44 In his, γλυκύτερον illud confirmas, moram mihi nullam fore. Att.lib.5.110.1. *Dein* de utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, an habeat aliquam moram & ſuſtentationem. de Inu.80. Inferre moram & impedimentum alicui.1.de Inu.18. Inijcere moram & religionem iudicandi iudicibus. pro Cęc.3. Ne minimā quidem moram interpoſuiſti, quin quamprimum maximo gaudio & gratulatione frueremur. 10.Phil.269. Quod cum audiſſemus, nullam moram interponendam putauimus, quin uideremus, &c. Acad.ed.2.l.1.1. Itaque bellum nefarium illatum reip. cum uiderem, nullam morā interponendam inſequendi M. Antonium putaui.6.Phil.205. Propter tarditatem ſententiarū, moramq. rerum. ep.156. Morā ſupplicio quærere. in Ver.269. Omnino panſa uiuo celeriora omnia putamus, nunc per auſpicia longam moram uideo. ad Brut.14. Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, &c. tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti, &c. fam.lib.10.31.1. Quod ego ut debui, ſine mora feci. Bru.18.1. Sine mora facere aliquid, abiecta omni cunctatione. Att.177. Comitia ſine mora futura uidentur. de Fat. 307. Vt ne uenienti Bruto, exercituique eius ſine mora tranſitus eſſet paratus. fam.lib.10.18.11. Illi ſine recuſatione, ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt. in Catil.111. ep.117. diſtincta & interpuncta interualla, moræ, reſpirationeſque alios delectāt: &c. in Or.29. Moræ quędā inciderūt Prætorijs.8.fam.9. Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus.8.Phi.245.

Moralis, Moratus, *vide* Mos.

Morbus.

Cum autem hic feruor concitatioque animi inueterauerit, & tanquam in uenis medulliſque inſederit, tum exiſtit & morbus, & ægrotatio, & offenſiones eę, quæ ſunt eis morbis ægrotationibuſq. contrariæ. Tuſc. 4. 18. Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur, uitium autem integra ualetudine ipſum ex ſe cernitur. Tuſc. 4. 35. Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio & uitium, ſic in animo. 4. Tuſc. 43. Morbus grauis & mortifer. Diu. 1. 58. Sic hic morbus qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna, vehementius uiuis reliquis ingraueſcet. in Catil. Morbus ingraueſcens. Diu. 2. 12. Nullus morbus mundum poteſt, aut ſenectus affligere. de Vn. 197. Quas oras quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. pro Syl. 177. Cum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſo morbus oppreſſerit? Att. li. 15. 1. Morbus animi. Tuſ. 3. 1. Morbus edacitatis. 7. fam. 46. id eſt, ex edacitate proueniens. Morbus mentis. Tuſc. 3. 7. Morbus reipub. pro Syl. 57. Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. Att. lib. 11. 11. Bonum ualetudo miſerum morbus. de Fin. 144. Morbi cauſa excuſet in dies ſingulos. 12. Att. 14. Pyliam in idem genus morbi delapſam, curam tibi afferre maiorem ſentio. Att. lib. 7. 23. Qui cum uno genere morbi affligerentur, neque ſe recreare quiſquam poſſet, cum ſemel incidiſſet, dubitabat nemo, &c. in Piſ. 67. Contra uim grauitatemq. morbi contendit, ut ad caſtra perueniret. in Ant. 216. Alter nondum ex longinquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt. in Ant. 227. Num uates acutius coniiciet morbi naturam, quã medicus, &c. Diu. 115. Morbi ſeneſcentis remiſſio. 7. fam. 47. Morbis uis in quartanam conuerſa eſt. 16. fam. 12. Si me aliqua uis morbi, aut natura ipſa conſumpſerit, tamen, &c. pro Plan. 278. Purgationibus & ui ipſius morbi conſumptus es. 16. fam. 18. Mederi morbo alicui. de Or. 215. Morbum appellãt totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: uitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. 4. Tuſc. 22. Si morbum depulero, facile, ut ſpero, illa reuocabo fam. lib. 7. 47. Cadere in morbum. Tuſ. 165. Ille in morbum continuo incidit, ex quo non conualuit. famil. lib. 13. 30. 10. Is in morbum grauem & periculoſum incidit. ep. 156. Is tibi in morbum incidit, ac ſatis uehemẽter diuque ægrotauit. pro Clu. 138. Quoniam in tam grauem morbum inciderat, bene actum cum illo arbitror. 15. Att. 7. Morbum iuranit. 1. Att. 2. Morbum perpetuum iurabo. 12. Att. 14. Medicus morbũ ingraueſcentem ratione prouidet. Diu. 111. Morbum & grauedinem remouere. 10. Att. 52. Morbum ab ægrotatione in animo tantummodo cogitatione poſſumus ſeiungere. Tuſc. 4. 22. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & a uetere morbo & a nouis tentationibus, gaudeo. Att. 10 53. Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. Diu. 94. pro Clu. 24. Graui periculoſoq. morbo affectus. in Ant. 216. Bona ualetudo iucundior eſt eis, qui e graui morbo recreati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt. Poſt red. in Sen. 3 Euadere ex morbo dicitur ægrotus. 2. Diu. 20. Infirmus ex graui & diuturno morbo. 8. Philip. 237. Morbo extingui. pro Syl. 13. Vt ſæpe homines ægri, morbo graui, cum æſtu febrique iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiuſque affligantur: ſic hic morbus, qui eſt in repub. releuatus iſtius pœna, uehementius reliquis uiuis ingraueſcet. in Catil. 23. Quod morbo impeditus, in Ciliciam nõ tranſieris. ep. 17. Corpus quod in morbo eſt. 3. Tuſc. 16. Qui in morbo ſunt, ſani nõ ſunt. Tuſ. 3. 7. Nam ille quoque ſodalis iſtius erat in morbo hoc & cupiditate. in Vet. 95. Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percuſſit, nec Æſculapius miſero diuturnoque morbo intabeſcentẽ interemit. 3. de Nat. 123. Grauius ægrotant ij, qui cũ leuati morbo uidentur, in eum de integro inciderunt. fam. l. 12. 29. 4. Morbo quodam nouo ciuitas moritur. 2. Att. 50. Oppreſſa eſt morbo mulier. pro Clu. 55. Morbo teneri. Tuſc. 215. Animi ualentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. 4. Tuſc. 48. Morbo mortifero urgeri. Fat. 14. Cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationeſque naſcuntur. Tuſc. 113. Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quę uocant illi νοσήματα. Tuſc. 113. Morbi ægrotationeſq. oriuntur ex libidine & lætitia. Tuſ. 4. 19. Morbi & ægrotationes, partes ſunt uitioſitatis. Tuſc. 4. 23. Morbi ex defatigatione membrorum. de Nat. 2. 43. Morbi animi, ſunt cupiditates immenſæ & inanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinoſarum etiam uoluptatũ. de Fin. 1. 46. Morbi inſanabiles. Tuſc. 5. 2. Tanti aderant morbi ueſicæ & uiſcerũ. de Fin. 85. Nec uero quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. 1. de Fin. 93. Mirari licet, quæ ſint animaduerſa a medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad uulnera. Diu. 82. Morbos philoſophi appellant motus perturbatos. Tuſc. 3. 8. Facillius in morbos incidunt adoleſcentes. grauius ægrotant, triſtius curantur. de Sen. 91. Medici ex quibuſdam rebus, & aduenientes morbos, & creſcentes intelligũt. 2. Diu. 510. Ego autem cum omnes morbos reformido, tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicant δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη moleſta eſſe: quorum alterum edacitatis morbum eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperãtiæ. 7. fam. 46. Ex magnis & diuturnis & iam deſperatis reipub. morbis iſta repente uis erupit, ut, ea confecta & eiecta, conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſit. pro Syll. 57. Ex morbis grauibus graues ſolent offenſiones eſſe, ſiqua culpa commiſſa eſt. 16. fam. 18. Medici leuiter ægrotantes, leuiter curant, grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibent. 1. Off. 116. In morbis corporis ut quiſq. eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus adhibetur. At. 173. Morbiſque, ægrotationibuſque contraria naſci putantur a metu Tuſc. 4. 19.

Morboſus.

Maiores noſtri iracundos, ſulos, morboſos nominauerunt. 4. Tuſc. 4. 85.

Mordeo.

Neque non tamen me mordet aliquid, in quo unum non uereor, quæ mihi tuenda ſunt. fam. l. 3. 50. Latrant & mordent canes. pro Roſc. Am. 34. Tamen ſiquis error aliunde extitit, ſi paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. 3. Tuſc. 139. Momorderunt me ualde epiſtolæ tuæ: eædem tamen ſanauerunt. 13. Att. 12. Par pari referio, quod illam mordeat. ep. 55. Quod rogas ut in bonam partem accipiam, ſiqua ſunt in tuis litteris quæ me mordeant. Att. l. 12. 217. 10. Alij canes & latrare & mordere poſſunt. pro S. Roſ. 34. Frænũ mordere. fam. l. 11. 58. Qui ſcribis morderi te interdum, quod non ſimul ſis. 6. Att. 27. Morderi conſcientia. Tuſc. 4. 35.

Morſus.

A beſtiis ictus, morſus, impetitus. Off. 36. Acer morſus doloris. Tuſc. 2. 47. Itaque & dolor corporis, cuius eſt morſus acerrimus, perferetur, ſpe propoſita boni. 3. Tuſc. 103. Morſus uiperinus. Tuſc. 2. 14. 2. de Fin. 255. Ægritudo erit ſublata illa mœrens, morſus tamen & contractiunculæ animi relinquentur. 3. Tuſc. 70. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat. Tuſc. 212. Certare pugnis, unguibus, calcibus, morſu. Tuſ. 243. Cui ferus immanis laceratis uiſcera morſu. Diu. 225. Dum recordationes fugio, quę quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. 12. Att. 19. Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu. de Fat. 147. Acriores ſunt morſus intermiſſę libertatis, quam retentę. Off. 37. Herba ad morſus beſtiarum. Diu. 1. 11. Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. Diu. 85. E quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſus munitur uallo ariſtarum. de Sen. 47.

Mordax.

Cum quæreres id quid eſſet, ſenem tibi quẽdam oppidanum dixiſſe, lacerat lacertum Largij mordax Mẽmius. 2. de Or. 133.

Mordicus.

Auferre mordicus auriculam alicuius. 3. Q. fr. 24. Mordicus premere aliquid. 2. de Nat. 93. Cum id fugiſſit, te eadem defendunt, q̃ Peripatetici, uerba tenent mordicus. de Fin. 4. 74. Nam ab omnibus eiuſmodi uiſis perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abeſſe dicemus. Aca. ed. 1. l. 2. 48.

Moribundus, *Vide* Mors.

Morigeror, *Vide* Mos.

Morior, *Vide* Mors.

Moror.

Nihil moror eos ſaluos eſſe, & ire quo lubet. in Ver. Quid moror in terris? de Somn. Scip. 127. Brutus ualde moratus nõ tergiuerſans, ſed expectans, &c. Att. 254. Curtius cogitat dibaphum, ſed eum infector moratur. fam. 2. 15. 19. & 1. in Cat. 14. Nihil me moratur præter tempeſtatem. 10. Att. 16. Tempus eius tridui quod in his caſtris morabar, in magno officio & neceſſario mihi ponendum putaui. 15. fam. 6. Libri ad Varronem nos morabantur. Att. 212. Tu quod adhuc Brunduſij moratus, es, ualde probo. ep. 254. Cum athenis diu eſſem moratus. de Or. 149. Tu autem, niſi moleſtum eſt, pauliſper exſurge, & perfer hunc dolorem commemorationis neceſſariæ, in qua ego diutius nõ morabor, quoniam. &c. pro Cl. 134. Ego, ubi ut antea ſcripſi, dum mihi a te litteræ ueniant, in Italia morabor. lib. 11. 23. 3.

Ego morabor te. Att. 215. Si quid eum uel impediet, uel morabitur. ep. 91. Tamen legatorum nomen, belli celeritatem morabitur. 5. Phil. 182. Non morabitur me nauigatio. 15. fam. 31. Niſi quid me Eteſiæ morabuntur. ep. 26. Balbo placebat, propinquom diem, & Romæ ſi Cæſar moraretur, poſſe in diem tertiũ differre. At. 217. Cum enim illam ad ſolemne ſacrificiom' eunti uehi ius eſſet, morarentur iumenta, &c. Tuſc. 173. Hic iſte omnia, ne multis morer, aſportanda curauit. 6. Ver. 93. Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. ep. 171. Quod quam ſecus erit, quid te Apulia moretur? Att. 4. 86. 1. Hem, cui legatos mittemus, cui bellum moremue inferre? in Ant. 201. Cum conſtituiſſes ad me uenire, miror quam ob cauſſam moratus ſis. Att. 130. Morari aliquem conſcendentem. in Vat. 31. Diutius morari aut exſpectare præſidium non neceſſe habui. ep. 198 & 3. de Or. 43. Si hic æquo animo morari non potes, abi in alias terras. in Catil. 101. Quam nellem nunc in prouincia morari. Att. 99. Multa eum in Aſia dicfiut morari. Att. 182. Si modo meo caſu aut confirmare patriæ ſalutem, aut periculum morari poſſim. ep. lib. 10. 18. Nec eſt paſſus in rep. diutius ueſtrorum ſcelerum peſtem morari. in Piſ. 85. Publia ſcripſit, ſe una (ſi ego paterer) moraturam. Att. 197.

Moratus.

Moratus triduum Laodiceæ, & triduum Apameæ, & totidem dies Synade. Att. lib. 5. 104. 2. Hæc tardata diu ſpecies, multiſque morata. Diu. 84.

Moroſe, Moroſitas, Moroſus, *Vide* Mos.

Mors.

Mors, diſceſſus animi à corpore. Tuſc. 1. 16. Omnium rerum mors eſt extremum. 6. fam. 55. Mors, eſt finis omnibus, quæ generi humano angorem nequidquam afferunt. ex Euripide. Tuſc. 3. 50. Finis uitæ miſerę mors eſſe uidetur. 1. Tuſc. 90. Mors, eſt migratio in eas oras, quas, qui e uita exceſſerunt, incolunt. Tuſc. 1. 81. Mors non eſt interitus omnia tollens atque delens, ſed quædam quaſi migratio commutatioque uitæ: quæ in claris uiris & fœminis, dux in celum ſoleret eſſe. 1. Tuſc. 23. Quoniam mors ibidem eſt, æternum nihil ſentienti receptaculum. Tuſc. 1. 84. Mors uidetur eſſe notiſſima res. Tuſc. 1. 16. Mors abducit a malis, non a bonis. Tuſc. 1. 68. Accedit etiam mors, quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet. 1. de Fin. 91. Natura ſic ſe habet, ut quo modo initium nobis rerũ omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors. Tuſc. 1. 75. & 76. Neceſſe eſt ſit alterum de duobus, ut aut ſenſus omnino mors omnes auferat, aut in alium quẽdam locum ex his locis morte migretur. Tuſ. 1. 80. Mors ſapientem non deterret, quo minus in omne tẽpus reip. ſuiſque conſulat, & poſteritatem ipſam, cuius ſenſum habiturus non ſit, ad ſe putet pertinere. Tuſ. 1. 75. Mors fugitur quaſi diſſolutio naturæ. de Fin. 215. Mors nihil habet quod ſit horrendum. Tuſ. 1. 2. Mors nullum ſenſum habens. 5. fam. 64. Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ, numquam longe poteſt abeſſe. Tuſc. 1. 75. Mors eum æquiſſimo animo oppetitur, cum ſuis ſe laudibus uita occidens conſolari poteſt. Tuſc. 1. 98. Mors nec ad uiuos pertinet, nec ad mortuos. Tuſc. 1. 76. Mors ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, ſic nihil poſt mortem pertinebit. Tuſ. 1. 76. Mors ſeruituti turpitudiniq. anteponenda. Offi. 1. 113. Omni ætati mors eſt communis. de Sen. 62. Cum ſit omnibus definita mors, optandum eſt, ut ea quæ neceſſitati debetur, patriæ potius donata, quã reſeruata naturæ uideatur. pro Sext. 38. O fortunata mors, quæ, naturæ debita, pro patria eſt potiſſimum reddita. 14. Phil. 405. Et huic & multis alijs mors ob rempub. habita honori fuit. in Ant. 221. Mors honeſta ſæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. pro Quinct. 28. Honeſta mors numquam fugienda, ſæpe etiam appetenda. fam. lib. 11. 28. 10. Mors indigna Palamedis. 2. ad Her. 62. Mors aut plane negligenda eſt, ſi omnino extinguit animum: aut etiam optãda, ſi aliquo deducit, ubi ſis futurus æternus. Cat. 61. Mors neceſſitatem habeat fati, aut ſi ante oppetenda eſt, oppetatur cũ gloria. in Ant. 245. Mors, quam illi mihi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata. 4. in Catil. 92. Mors repentina. Diu. 2. 58. Si mors malum, eſt ſempiternum malum. Tuſc. 1. 90. Mors ſi eſt miſera, finis eſſe nullus poteſt. Tuſc. 1. 90. Mors et ſomno ſimilis eſt, qui nonnumquam etiam ſine uiſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert. Tuſc. 1. 80. Sit mors terribilis iis, quorum cum uita omnia extinguuntur: non iis, quorum laus emori non poteſt. ad. 20. Nec enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti. 4. in Catil. 75. Mors uoluntaria. de Fin. 3. 49. Turpis fuga mortis, omni eſt morte peior. in Ant. 219. Mortis genus gladiatoriũ. 11. Phil. 300. Imago mortis, ſomnus. 1. Tuſc. 147. Mortis metu liberari. Tuſc. 1. 20. Mortis metu omnis quietæ uitæ ſtatus perturbatur. de Fin. 1. 38. Patrocinio uero ſe uſos, aut clientes appellari mortis inſtar putant. Offic. 47. Morti alicuius illachrymari. 3. de Nat. 61. Qui conſulem morti obieceris, incluſum obſederis, extrahere ex ſuis tectis conatus ſis. in Vat. 17. Occumbere morti, mortem, morte. 1. Tuſc. 163. Morti iam aduentanti paullulum obuiam procedere. Tuſc. 5. 41. Mortem, naturæ finẽ eſſe, non pœnam. pro Mil. 121. & 11. Phil. 290. Mortẽ eſſe optimum homini, comprobarit teſtimonio Apollinis. Tuſ. 1. 102. Mortem a dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſſa conſtitutam, ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum aut miſeriarum finem eſſe: itaque eam ſapientes numquam inuiti, fortes etiam ſæpe appetiuerunt. 4. in Catil. 79. Sed uniuerſi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerant, &c. Tuſc. 1. 73. Duci ad mortem. 1. Tuſ. 90. Ad mortem fidenti animo gradi. Tuſ. 1. 99. Lachrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt: quod certe & ad honeſtatem & ad effugiendos intollerabiles dolores fuit aptiſſimum. 1 Q. fr. 58. Magna me, inquit, ſpes tenet, iudices, bene mihi euenire quod mittar ad mortem. 1. Tuſc. 80. Ad mortẽ ſe offerre pro patria. Tuſc. 1. 27. Ad mortem trudi. Tuſc 1. 50. Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus qui ei mortem afferret. fam lib. 4. 12. 7. Mortem aſſequi. pro Planc. 73. Mortem cum uita commutare. 4. fam. 16. Conſciſcere mortem ſibi ipſi. in Ver. 179. Mortem uoluntariam conſciſcere, 7. fam. 10. Mortem non modo contemnere, ſed etiam optare. 5. fam. 64. 1. Tuſc 160. Cum iam præcordijs conceptam mortem contineret. Tuſc. 1. 80. Mortem bellicam peregrinamque excipit lex XII. tab cum homini mortuo oſſa a quoquam, ut funus faciat, colligi iubet. 2. de Leg. 55. Mortem qui leuiorem faciũt, ſomni ſimillimam uolunt eſſe. Tuſc. 1. 76. Mortem alicuius ferre animo forti. 15. fam. 49. Mortem alterius æquo animo ferre. Tuſc. 3. 61. Mortem honeſtam numquam fugiẽdam, ſæpe etiam appetendam putant. 11. fam. 48. Mortem alicuius lacerare. pro Mil. 66. Mortem ſuorum quiſquam eo luget, quod eos orbatos uitæ commodis arbitratur. Tuſ. 1. 25. Quid Macedo Alexander, cum a b ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, non ne tertio & triceſimo anno mortẽ obiit? Phil. 198. Ennius cum Thyeſtem fabulam docuiſſet, mortem obiit. de Cl. Or. 171. Agitur autem, liberi ne uiuamus, an mortem obeamus. in Anton. 116. Eadem ſibi manu uitam exhauſiſſe, qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet. pro Sext. 45. Quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eũ qui mortem obtulerit parenti? &c. pro S. Roſc. 22. 21. Occumbere mortem. Tuſ. 70. Mortem maturam oppetere. Diu. 1. 15. Dyrrhachinum primum ciuitatis eadẽ ratione mortẽ oppetiſſe &c. 3. Ver. 110 & 1. Tuſc. 188. Mortem omnibus natura propoſuit. in Ant. 163. Mortem reddere. 14. Phil. 405. Qui mortem non timet, magnum is ſibi præſidium ad beatam uitam cõparat. Tuſc. 2. 2. Morte homini nihil bonum aliud potius: ſi quidem uel dij ipſi, uel cum dijs futuri ſumus. Tuſc. 1. 62. Homines inimicos ſuos morte effici nolunt. pro Cl. 135. Vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. ep. 4. 15. 7. Morte alicuius amittere magnum præſidium. 12. fam. 10. Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Dom. 75. Quæro autem quid ſit, quod cum diſſolutione, id eſt morte, ſenſus omnis extinguatur, &c. 2. de Fin. 161. Vitam cum morte commutare. fam. lib. 4. 5. 7. Conficere extremum diem morte. 3. de Fin. 114. Homines iam morte deletos reponere in deos. de Nat. 1. 29. Qui illas fortunas morte dimiſerit. Tuſc. 1. 50. Si quis morte pœnas ſceleris effugerit. 3. de Nat. 68. Morte effugiũtur mala, etiam ſi non euenerint, tamen quia poſſunt euenire. Tuſ. 1. 71. Illa uirtus L. Craſſi morte extincta ſubito eſt. de Or. 142. In morte aut ſummum bonum, aut nullũ malum. Tuſc. 1. 99. Sicut is in morte ſua teſtamento declarauit. pro Cæc. 287. In morte ſunt qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed una animum & corpus occidere, animumque cum corpore extingui. Tuſ. 1. 16. In morte nihil mali eſſe. 5. fam. 45. In morte nihil eſſe mali, etiamſi animi ſic, ut corpus, interirent. Tuſ. 1. 67. In morte reſidens ſenſus. 5. fam. 45. In morte nullus ſenſus eſt, cum in eius ſimulachro (ſomno) nullus ſit. Tuſc. 1. 76. In morte fortunæ diſcrimen tolli maxime e natura eſt, ut ſint omnia locupletibus cum plebe communia. 1. de Leg. 55. Is qui & naturæ & legibus ſatisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit. pro Cl. 21. Morte obita. pro Sext. 50. Ne morte patrisfamilias ſacrorum memoria occideret, iura pontificum auctoritate cõſecuta ſunt, ut iis eſſent ea adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia peruenerit. 2. de Leg. 46. Morte & ſuſpendio remedium iniuriæ ſuæ quærere. 5. Ver. 110. Carbo morte uoluntaria ſe a ſeueritate iudicum uindicauit. de Cl. Or. 173. Claræ mortes pro patria oppetitæ, non ſolũ glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ uideri ſolent. Tuſ. 1. 104. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. 2. de Fin. 81.

Mortes oppetitæ. Tuſc.173. Quibus uidemus optabiles fuiſſe mortes cum gloria. Tuſc.1.105.

Morior.

Moritur in Gallia Quinctius, & moritur repentino. pro Quinctio, 3. Æquiſſimo animo moritur ſapientiſſimus quiſque, ſtultiſſimus iniquiſſimo. de Sen.75. Ita moriar Cæſare incolumi. 9. Att.26. Moriar, ni(quæ tua gloria eſt) puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari. fam.lib.7.13.3. Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Att.l.8.18. Moriar, ſi præter te habeo. 9. fam. 32. Numquam ueſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur. Poſtq.204. Memoria ſuauiſſimi hominis ne moriatur. in Piſ.74. In quo tamen ipſo una cum ſatietate memoria quoque moriatur uoluptatis. Off.2.83. Atque ut iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidiæque moreretur, &c. pro Cœl.60. Mori & agere animam. ep.122. Adoleſcentes mori ſic mihi uidentur, ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur: ſenes autem ſic, ut ſua ſponte, nulla adhibita ui, conſumptus ignis extinguitur. de Sen.92. Mori æquo uel æquiſſimo animo. Tuſ 3.61. Diu.1.104. Mori ætate prouecta. Tuſc.1.78. Mori ante tempus. Tuſc.1.76. Ita enim uiuere, ut non ſit uiuendum, miſerrimum: mori autem nemo ſapiens miſerum duxit, ne beato quidem. ep. lib.6.9. Mori cum claritate. Diu.2.77. Deſiderio alicuius mori. Att.lib.1.1.12. Ex uulnere mori. Att.2 Mori exacta ætate. Tuſc. 1.77. Niſi forte me Sardanapali uice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quam exſilio Themiſtocleo. 10. Att.24. de Fin.2.81. Mori uidebamus in ſtudio dimetiendi pene cæli atque terræ, Gallum familiarem patris tui Scipio. de Sen.43. Mori millies melius. 14. Att 50. Mori neceſſe eſt. Tuſc.2.2. Videbatur uel mori ſatius fuiſſe, quam eſſe cum iis. Att.139. Mori, ſi mortuis etiam miſerum eſſet, infinitum quoddam & ſempiternum malum haberemus in uita Tuſc.1 13. Moriendum eſt omnibus. Tuſc.1.8. Moriendum enim certe eſt, & id incertum, an eo ipſo die. de Sen.67. Moriendum eſſe non eſt malum. Tuſc.1.15. Moriendi ſenſum celeritas abſtulit. de Amic.97. Moriendi cum ſpe meliore rationem ex myſteriis illis accepimus. 2. de Leg.36.

Moriens.

Diuinare autem morientes etiam illo exemplo confirmat Poſidonius, quo affert Rhodium quendam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet. Diu.1.58.

Morſus, *vide* Mordeo.

Mortuus.

Cum tu, quod tibi ſuccederetur, exſanguis & mortuus concidiſti. in Piſ 70. Concidit mortuus ueneno poto Themiſtocles. de Clar.21. Mortua cauſſa pro Rab.19. Quædam effigies ſpirantis mortui, Q.fr.14.9. Lacerti ſenis athletæ mortui. de Sen 25. De mortui laude niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publice ad eam rem conſtitutus eſſet, dici licebat. 2. de Leg.60. De mortui laude in funere mentiri, nefas habebatur. 2. de Leg.38. & 59. Homini mortuo ne oſſa legito. de Leg.181. Dij illi mortuo. 15 ad Att.38. imprecatio eſt, suppreſſo uerbo. Mortuo non modo honorem, ſed miſericordiam quoque defuturam. 10. fam. 43.44. Amo illum mortuum, tutor ſum liberis. Att.195. Inferre mortuum in domum alicuius. pro Mil.36. Quem dij mortuum perdant. 15. At.11. Panſæ exercitu concisum eſſe, Panſam ea uulneribus mortuum. fam.lib.10.76. Atticam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe. 1. Att.6. Cum Cæſar ueniſſet mortuo plauſu. 2. Att.47. Mortui, quamquam ſenſus abierit, tamen ſummis & propriis bonis & laudis & gloriæ, quamuis non ſentiant, non carent. Tuſ.1.98. Mortui non ſunt miſeri, quia omnino non ſunt Tuſ.1.13. Mortuæ leges. 7. Ver.36. Mortuorum non uitæ modo commodis, ſed ne uita quidem ipſa quiſquam caret. Tuſc.1.72. Ad mortuos, laudis ornamenta pertinere, illa ſignificatio eſt, quod coronam uirtute partam, & ei qui peperiſſet, & eius parenti ſine fraude eſſe lex XII. tabul. impoſitam iubet. 2. de Leg.56. Is non modo ex numero uiuorum exturbatur, ſed etiam, ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. pro Quinct.18. Infra omnes mortuos mandatur eſſet. Poſt red.200. Excitare aliquem a mortuis. 1. de Or.127. Si cauſſam ageres militis, patrem eius a dicendo a mortuis excitares. de Or.106.

Moribundus.

Tribunum plebis, plus uiginti uulneribus acceptis, iacentem moribundumque vidiſtis. pro Sext.74.

Mortalis.

Fortuna nonnumquam, tamquam ipſa mortalis, cum immortali natura pugnare uidetur. 1. Off.168. Qui mortalis natus conditionem poſtules immortalium. Tuſ.3.32. & 33. Quem nemo qui mortalis eſſet, audiuit. pro Flac.134. Mortale igitur omne

animal, & diſſolubile & diuiduum ſit neceſſe eſt. 3. de Natu.39. Corpus mortale. de Natu.90. Et quidquid eſt, mortale ſit an æternum ? 4. Acad.223. Quod in iis mortale & caducum, quod diuinum æternumque ſit. de Leg.168. Infra autem nihil eſt iam, niſi mortale & caducum. de Som. Scip.128. & Or.206. Quo beatius eſſe mortali nihil poteſt. Parti.118. Animum non eſſe mortalem. de Sen.93. Mundum mortalem fecit Plato. de Nat.1.16. Homines mortali conditione eſſe generatos. de Vni.52. Animum dum in corpore mortali eſt, uiuere de Sen.93. Pro conditione uitæ mortali, immortalitatem conſequi. 14. Philip.407. Omnes mortales omnium generum, ætatum, &c. in Piſ 100. Omnes mortales qui ubique ſunt. de Fin.65. Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, &c. de Nat.77. Quod & ſenatus & populus Romanus & omnes mortales iudicarunt pro Dom.233. Mortales ab immortalibus uſucapere nihil poſſunt. de Haruſp. reſp.28. Corpora mortalia. de Sen.73. Qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus. de haruſp.237. Quæ ſit omnium mortalium exſpectatio, uides. pro S.R.20. Nemo omnium mortalium. in Ver.130. Nam iſtum paucis horis primæ actionis omnium mortalium ſententiis condemnatu.7. Ver.139. Nec me pænitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. pro Rab.127. Defendo multos mortales. in Ver.272. & 55. Vt omnes mortales uidere poſſint, &c. in Ver.147. Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſceretur. pro S. Roſc.34. Cum eius mœror, inauditus omnibus mortalibus, miſerabilis uideretur. pro Dom.225.

Mortalitas.

Mortalitas conſequitur omne quod ortum eſt. de Natu.1.20. Supra mortalitatem tibi ſunt omnia tributa. Oct.44.

Mortifer.

Emiſſio maris anguis erat mortifera Corneliæ. Diu.121. Inſanabilis & mortifera plaga pro Sext.33. & in Vat.15. Et cum pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, uerum in cælum uideretur aſcendere. 1. Tuſc.113. Accepit P. Sylla uehemens & mortiferum uulnus. pro Syll.53. Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere. 3. Tuſc.50. Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. 1. Diu.112. Mortifera præcepta pro ſalutaribus ſi conſcripſerint imperiti medici. 2. de Leg.11. Cur deus mortifera tam multa terra marique diſperſerit. Acad.ed.2.lib.2.111.

Mos.

Manet mos antiquus. fam.lib.5.20.3. Mos & conſuetudo ciuilis. 1. Offi.206. Cum omnes, ut mos eſt, ut fieri ſolet, concurrerent. 7. Ver.53. Vt mos amicorum eſt. Acad. ed. 2. lib. 1.1. Sed quia mos eſt ita faciendi, rogo. ep.194. Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. de Cl. Ora. 42. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. in Ver 241. Geſtus eſt mos & uoluntati & dignitati tuæ. pro Mur. Mos geſtus eſſe uideatur utrique. 2 Att 39. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe. 1. de Or.52. Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. 2. Diu 36. Hic enim eſt mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando. de Or.1.41. Mos uitioſus. Tuſc.1.25. Non mos, conſuetudoque ſeruata. pro Clu.77. Deſidero filiam, effigiem moris, ſermonis, animi mei. Q fr 303. Tum ille negauit moris eſſe Græcorum, ut in conuiuio uirorum accumberent mulieres. 3. Ver.45. Mori ueteri parendum. de Vni. 47. Præclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, ſi eum teneremus: quæ ſalua fide facere poſſit. Offi.3.57. O morem præclarum & diſciplinam, quam a maioribus accepimus. pro Flac.149. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem uſumque transferri. 3. de Or.53. Plerique autem parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur. 2. Offi.165. Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c. Or.101. Contra morem conſuetudinemque aliquid facere. Off.30. Sed tibi morem geſſi. ep.29. Tuſc. 1.15. Morem gerere ſtudio aut cupiditati alicuius. pro Quinct.5. Quæ autem his temporibus ſcripſi, Ariſtotelium morem habent. Att. 209. Aut quod in morem uetuſtas uulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, iudicatum. 2. de Inu.242. In morem Salium. in Hurteu. Apud Platonem eſt, omnem Lacedæmoniorum morem inflammatum eſſe cupiditate uincendi. Offi.13. Retinere & reuocare morem. de Fin. 2.3. Quem morem cum Carneades acutiſſime copioſiſſimeque tenuiſſet, &c. 3. Tuſc.17. More inſtitutoque omnium defendere. pro Cæc.1. More & modo facere. pro Mur.65. Natura uel more perfecta uirtus. 1. Acad.53. Accuſatorio more, & iure facere aliquid, pro Flac.10. More agere, inſtitutiſque ciuibus 1. Offi 206. More antiquo cum parua eſſet uilla. 2. de Leg.2. Non antiquo illo more, ſed hoc noſtro eruditus. de Cl 17. Ariſtotelico

more

more diſputare. de Or. 150. More Ariſtotelico ſcribere. ep. 16. Inclinata ululantique uoce Aſiatico more canere. Or. 199. Auſtero more & modo agere. pro Cœl. 24. Beſtiarum more uagari. 1. de Inu. 3. Multa ſunt a nobis in Academicis, Carneadeo more & modo diſputata. de Vniu. 195. Quæ communi more in foro loquitur, in libello ſuo. de Fin. 4. 19. Dicendi ratio in medio poſita, communi quodam in uſu atque hominum more & ſermone uerſatur. de Or. 80. Quid umquam domus illa uiderat, niſi pudicum? niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? 2. Phil. 78. Gigantum more bellare cum dijs, eſt naturæ repugnare de Sen. 6. Fit ſermo inter eos & inuitatio, ut Græco more biberetur. in Ver 98. More hoc inſulſo & nouo plauſum dediſſet. 4. Att. 4. Nam ſi hoc more moderari poſſemus, ut, &c. ep. 114. Tu, mi Oppi, conſeruabis amorem tuum (etſi more magis hoc quidem ſcribo, quam quo te admonendum putem) meaq. omnia tuebere. fam. lib 11. 53 Iuſ tu natura ſit, an in more. Part. 235. De quo cum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium, quas potiſſimum religiones tenerent: oraculum editū eſt, quæ eſſent in more maiorum. 2. de Leg. 39. Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque maiorum, ut ij qui, &c. 2. de L. Agr. 17. Placet dici omnia Iſocrateo Theopompeoque more. Or. 217. More inſtitutoque maiorum, &c. pro Mur. 124. Ab ipſo more maiorum ſatis commendatum eum tibi arbitrabar. 13. fam. 20. Ipſi conſules, quibus more maiorum conceſſum eſt, uel omnes adire prouincias, &c. Att. lib. 8. 167. 4. Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam, dicere. 1. de Orat. 53. Meretricio more uiuere. pro Cœl. 30. Noſtro quidem more cū parentibus puberes filij non lauantur. Off. 26. Et noſtro more aliquando, non rhetorico loquamur. de Or. 96. Noſtro more ne patiamur intromitti litteras. Att. 223. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, ecquam rem putaus eſſe in Sicilia niſi ad nutum iſtius iudicatam? 4. Ver. 47. Plane nouo more no. cont. Rul. 71. Lex contra omnes leges nullo ſcripta more. in Piſ. 86. Cauſſam more inſtitutoque omnium defendi. pro Cæc. 285. Quod mihi exiſtimationem tuam, dignitatemque cōmendas, facis tu quidem omnium more. fam. l. 12. 17. 5. Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari poſſit, non habebit. pro Cæc. 22. Peruerſo more facere. pro Roſ. Com. 32. Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. de Inu. 50. More Romano te commendabo Balbo. 7. fam. 34. Pompeius Syllano more exemploque uincet. Att. 159. Vitioſo more efficit quidpiā. Tuſc. 154. Humano modo, uſitato more. in Ver. 110. pro Mur. 129. Mores inſtitutaque maiorum. Tuſc. 4. 1. Mores & inſtituta uitæ. Tuſc. 1. 1. Mores corrupti deprauatique. Off. 2. 104. Mores ferendi in diſputatione iuris ciuilis, nec ſcriptis omnia ſancienda. 1. de Leg. 15. Mores multarum ciuitatum in Græcia ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus 2. de Leg. 38. Aſperius quam mores mei patiātur. 9. Att. 62. Mores perditi. ep. Tua ſingularis humanitas, ſuauiſſimique mores. Att. 262. Mores tēperati & moderati. 12. fam. 58. Mores uarij. de Fin. 2. 8. Morum inſtitutio. Acad. ed. 2. lib. 1. 17. Morum mētionem facere apud cenſores, criminum apud iudices. 2. ad Her. 36. Morum mutatio quæcumque in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturam. 3. de Leg. 29. Nihil eſt amabilius nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. Offi. 1. 81. Totam uitam, naturam, moreſque alicuius cognoſcere pro S. Roſc. 36. Philoſophiæ pars, qua mores conformari putantur. de Fin. 107. Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum. 2. de Or. 98. Mores fingere. Acad. ed. 1. l. 2. 104. Quis enim non uidet & formas, & mores, & pleroſque ſtatus ac motus effingere a parētibus liberos? 2. Diu. 142. Imitari mores & diſciplinam alicuius. pro Deiot. 29. Qui hoc primus in noſtros mores induxit. 2. de Or. 66. Mores mutari ciuitatum puto, nobilium uita, uictuque mutato. 3. de Leg. 29. Feros mores, immanemque alicuius naturam oſtendere. pro Roſc. Am. 22. Mores populi cenſores regunto. 3. de Leg. 7. Mores diſpares diſparia ſequuntur ſtudia. Læl. 64. Atque hoc quidem uidere licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari. de Amic. 49. Quid dicam de moribus facillimis? Læl. 10. Ariſtoteles & eius filius Nicomachus, cuius accurate ſcripti de moribus libri, dicuntur Ariſtotelis eſſe. de Fin. 127. In tertia parte philoſophiæ, quæ eſt, de uita & moribus. 1. de Fin. 17. Et de fundo Cæcina moribus deduceretur. pro Cæc. 14. Vt moribus deductio fieret. Cæſar inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq. deleuit. pro Balb. 34. Facta moribus uis. pro Cæc. 1. Siquid eſt moribus inſitū, id ſtudio euellere. 1. Q. fr. 29. Quodq. in patrijs eſt moribus, multorum cauſſas & non grauate, & gratuito defendere. 2. Offic. 97. In moribus ſuis ſimillimas figuras ferarum & pecudum transferetur. de Vni. 57. Suis quiſque fingitur moribus. in Parad. 43. Lacedæmonij qui ſoli iam toť annos unis moribus, & numquam mutatis legibus uiuunt. pro Flac. 159.

Moratus.

Bene moratus, bene inſtitutus, qui commodis eſt moribus, cui mores emendati ſunt. de Amic. 107. 105. & 106. Probus, bene moratus, & bonus uir. de Or. 125 Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac uita cōſtitutus, ut ratio poſtulat? Tuſc. 2 9. Quemadmodum quiſque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum inſtitutus, moratuſque fuerit. in Part. 44. Bene morata ciuitas. pro Mil. 92. Optime morata ciuitas. de Sen. 53. Moratum optime genus hominum. 2. de L. Agr. 83. O poema tenerum & moratū atque molle. Diu. 94. Quæque erant propria, cum præſtantis in rep. uiri, tum bene moratæ & bene conſtitutæ ciuitatis. de Cl. Or. 4. Denique etiam morari melius crimina. de Fin. 1. 49. Apud etiam maiores noſtros fruendæ iuſtitiæ cauſſa uidentur olim bene morati conſtituti reges. 2. Offic. 58. Ea, ſine quibus ciuitates nec eſſe, nec bene moratæ eſſe poſſunt. de Or. 92.

Moralis.

Decet augentem linguam Latinam, appellare moralem. de Fat. 1.

Morigeror.

Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. in Or. 90.

Moroſus.

Mirabiliter enim moroſus eſt. Att. lib. 2. 40. 1. Genus cauillandi moroſum. Att. 7. & de Ora. 132. In defendendo moroſo homini cumulatiſſime ſatisfecimus. Q. fr. 309. Vſque eo difficiles ac moroſi ſimus, ut nobis nō ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. in Or. 56. At ſunt moroſi & anxij & iracundi & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiam auari. de Sen 60. quā ſint moroſi qui amāt, uel ex hoc intelligi poteſt fam. lib. 7. 15. 1.

Moroſitas.

At moroſitas tamen, & ea uitia quæ dixi, habent aliquid excuſationis. de Sen. 60. Ne, ſi iraſcamur aut intempeſtiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus. 1. Off. 123.

Moroſe.

Moroſe, aut ingenuo, liberoque faſtidio ineptias hominum reſpuere. de Cl. Or. 127.

Moueo.

Quod autem in maritimis facillime ſum, moueo nonnullis ſuſpicionem, uelle me nauigare. fam. lib. 2. 15. 7. Partit. 62. Quātam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Att. lib. 2. 33. Sed admirationem magis quā riſum mouet. de Or. 132. Mouet aliquid Parthus. 8. fam. 12. Decorum mouet approbationem eorum quibuſcum uiuitur. Offi. 20. Quæ quidem mea cohortatio, ne tibi inanis eſſe uideatur, illa me cauſſa mouet. ep. 8. Neque illud me mouet, quod, &c. Att. 152. Voluptas ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet. 1. de Fin. 29. Oculos mouet & delectat pulchritudo corporis. 1. Offi. 139. Solum quod ſeipſum mouet, quia numquam deſeritur a ſe, numquam ne moueri quidem deſinit. Tuſc. 1. 44. Quod ſeſe mouet, ceteris quæ mouentur, fons eſt ac principium mouendi. Som Scip. 30. Qui cogitationes comprehenſioneſque rerum, e quibus efficiuntur artes, appetitiones mouent. de Fin. 100. Multa me mouēt in diſceſſu, in primis mehercule quod diſiungor a te. Att. l. 16. 333. 4. Quæ quidem uel maxime ſuſpicionē mouent. Part. 240. Ego me de Cumano ante diem moui, &c. Att. l. 4. 28. Hiſtrio ſi paullum ſe mouit extra numerum, &c. Parad. 51. Quæ animum meum repente mouerunt. ep. 157. Hæc autem ſcribebam pridie non. XIV. die, poſtquam ille Canuſio mouerat. Att. lib. 9. 170. 1. Nec me ex ea opinione, quam a maioribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti mouebit. 3. de Nat. 6. Ne te moueas iſtinc tam infirma ualetudine. 5. fam. 65. Qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum populo moueret. de Or. 1. 116. Eam petitionem comparaſti, quę & riſus & querellas moueret. de Leg. 179 Exarſit dolor, urgere illi, ut loco nos mouerent. Q. fr. lib. 2. 7. 4. Quæ prima ſpecie admirationem, re explicata riſum mouerent. de Fin. 4. 50. Quum Aretiū uerſus caſtra mouiſſet. 6. Ver. 35. & 1. Diu. 130. Quid ergo? hic non noceat, qui quodā quaſi ueneno perficiat, ut ueros heredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? 3. Offi. 100. Moueat ſe illa gens. 12. fam. 45. Si nondum profectæ ſunt, nihil eſt quod ſe moueant. Att. 7. 135. 3. Quid, non ſic aliud ex alio nectitur, ut non, ſi ullam litteram moueris, labēt omnia? 3. de Fin. 112. Quę me cauſſę mouerint, quā acerbę, quam nouæ, non queo ſcribere. Att. 71. Orator non approbationes

rtiones ſolum, ſed admirationes, plauſus, clamores mouere debet. Or. c40. 10. Phil. 270. Mouere aliquem poſſeſſione. 3. Ver. 81. pro Sext. 89. M. aliquem tribu. de Or. 134. Atomos per inane mouere grauitate & pondere. de Fat. 20. Mouere caſtra ex aliquo loco & uaſa colligere. in Ver. 109. Mouere aliquem de ſententia. in Ant. 270. & 2. Phil. 67. Vt alter de ſenatu mouere uelit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet. pro Clu. 96. Mouere metum, ægritudinem, cupiditatem, lætitiam. Tuſ. 4. 50. Mouere ab eo nummum non poſſunt. 1. Att. 2c. Signiferi orbis unamquamque partem, aliam alio modo mouere atque immutare cælum, perinde vt quæque ſtellæ in his finitimiſque partibus ſint quoque tempore. Diu. 116. Et quinquaginta annorum poſſeſſiones mouere non nimis æquum putabat. Off. 2. 119. In quo tamen ille mihi riſum magis, quam ſtomachum mouere ſolet. Att. l. 6. 114. 12. pro Mur. 25. Mouere ſe. 7. Att. 52. pro, migrare alio. Mouere ſenſum maxima dulcedine. de Fin. 2. 34. Mouere alicuius ſententiam. 7. Att. 17. Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco. Diu. 96. Veritus ne mouere hominum ſtudia uiderer, retinere non poſſem. 1. de Fin. 2. Mouere omnes terras, omnia maria. 8. Att. 17. Qui cũ epilogo miſericordiam ſe mouiſſe putaret, poſtquam aſſedit, rogauit hunc, uideretur miſericordiã mouiſſe 2. de Or. 154. Quod ſemper mouetur, id æternum eſt. Tuſ. 43. Som. Scip. 29. Vt noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. de Nat. 57. Mouemur locis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adſunt ueſtigia. 2. de Leg. Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. Att. 8. 35. Nulla contentione mente ipſa ac uoluntate mouentur membra hominum. 3. de N. 83. Omnia quæ mouentur, aut natura, aut ui, aut uoluntate mouentur. de Nat. 2. 32. Mouebar animo, & de ſalute pop. Rom. extimeſcebam. pro Deiota. 6. Mouebatur quidem totum animal, ſed immoderate & fortuito, ut ſex motibus veheretur. de Vni. 61. Ne moueare eius ſermonibus fam. lib. 10. 31. 3. Moueri a ſtatu dicitur corpus. Tuſc. 3. 13. Moueri dulciter ac iucunde dicuntur ſenſus a uoluptate. de Fin. 2. 26. Moueri alicuius auctoritate. Ac. ed. 1. lib. 2. 58. M. comprobatione honeſtatis. de Fin. 3. 57. M. cupiditate. Acad. ed. 1. lib. 2. 125. M. deſiderio alicuius. Læl. 9. M. ex agro. 13. famil. 10. Ea ſeſe & ſua ſponte. de Natur. deorum, 32. Hinc ſummum bonum eſt, in his rebus in neutram partem moueri. 4. Acad. 133. Nullam in partem moueri. Tuſc. 1. 36. Moueri interuallis. Acad. ed. 2. l. 1. 20. M. mente, ſenſibus. Acad. ed. 1. lib. 1. 92. M. Offenſione turpitudinis. de Fin. 3. 57. Sed moueri poſſeſſionibus amiciſſimis, ſedibus ac diis penatibus negat oportere. de Leg. Agr. 61. Moueri ratione placide atque conſtanter. Tuſc. 4. 11. Moueri nulla ratione cælum ac mundum, quæ uix ſumma ingenij ratione comprehenduntur, putare, eſt ſtulte arrogantis. 2. de Leg. 13. Verum illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe uis, deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes. 4. Aca. c55. Itaque magnæ mihi res moueri uidebãtur, &c. Q. fr. 2. 7. 7. Moueri rebus iiſdem. Læl. 58. Non eſt porro tuum, uno ſenſu oculorum moueri. ep. 54. Moueri ſolute ac libere, dicitur, animus relaxatus ſomno. Diuin. li. 2. 78. Sponte moueri & agitari pulſu externo. 2. de Natu. 45. M. ſuapte ui & natura Fat. 32. M. ui ſua, non aliena. Tuſc. 1. 43. M. uiſis. Tuſc. 1. 25. Mouẽdi & efficiendi uis. Acad. ed. 2. l. 1. 20. Adeo ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. 1. Off. 36. Eum præſertim hominem non uidebat ullo modo facilius moturus, quam ſi id, ad quod eum hortater, &c. 8. Att. 21.

Mouens.

Summum bonum puer utra uoluptate diiudicabit? ſtante an mouente? de Fin. 71. Proponenda quædã quaſi mouentia ſunt. Tuſ. 5. 30. Mouentia ſenſum quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt. de Vni. 3.

Motu.

Motus, eſt corporis geſtus, & uultus moderatio quædam, quæ probabiliora reddit ea quæ pronunciantur 3. ad Her. 119. Motus, eſt animi incitatio aut ad uoluptatem, aut ad moleſtiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem. Par. 6. Motus certus & æquabilis eorum, quę aluntur & creſcunt. de Nat. 2. 17. Motus ſtatusue deformis. de Fin. 5. 32. Motus interior. Tuſc. 1. 43. Motus C. Curionis in agendo a C. Iulio falſiſſime irriſus. Brut. 114. Motus magnus animorum eſt factus. 1. fam. 34. Totius Italiæ magnificentiſſimus ille motus, municipiorumque concurſus. pro Dom. 110. Motus naturalis omnium ponderum e regione inferiorem locum petit. l. 1. de Fin. 13. Motus ſine cauſſa nullus iuxta Chryſippum. Fat. 16. Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus eſt. Poſtq. 100. Motus omnis oritur ex mundi ardore. de Nat. c 23. Motus ſempiternus. Tuſc. 1. 34. Motus ſolutus & liber. Diu. 1. 3. & 33. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo. de Fat. 17. Motus in animo turbidus. Tuſ. 3. 19. & 1. 65. Motus uoluntarius eam naturam in ſeipſo continet, vt ſit in noſtra poteſtate, nobiſque pareat. Fat. 20. Motus animi, ira, metus. de Vni. 35. Senſus, motus & appetitus animi. 1. Diu. 122. Cum omnis motus animi, tãquam uentus, hominem defecerat. de Clar. 272. Elaborandum eſt, ne animi motus a natura recedat. Of. 16. Motus animi opinabilis ac uoluntarius. Tuſ. 4. 66. Motus aſtrorum uoluntarius, eaque in orbem circũferuntur. de Nat. c. 32. Motus cæli æquabilitas. de Nat 2. 11. Motus cæli, quo una atque eadem conuerſione circum ſe ipſe torquetur, & uertitur. de Vniuerſ. 23. Cogitationis motus celeriter agitatus. in Or. 74. Motus & ſtatus corporis. de Fin. 5. 43. Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. Diu. 1. 201. Motus atque impulſus deorum. Diu. 1. 93. Motus fortunæ. de Fin. 5. 64. M. ingenij de Fin. 2. 30. M. mentis meæ. 3. Att. 10. Populi motus factus eſt. 2. de Or. 109. Motus terræ. Diu. c. 34. Motus principium ex eo eſt, quod ipſum a ſe mouetur. Som. Scip. 31. Motus principium ab animis eſſe ductum. de Nat. 32. Cum animus ſemper agitetur, nec principium habeat motus, quia ipſe ſe mouet, nec finem quidem habebit motus. de Sen. 93. Motus duo genera diuinis dedit deus. unũ, quod eſſet in eodem æque, & in omnibus idem, atque uno modo celeraret. alterum, quod in antiquam partem a cõuerſione eiuſdem, & ſimilis, pelleretur. de Vni. 45. Quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentię magnitudo. de Amic. 29. Quod motum adfert alieni, quodque ipſum agitatur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi quoque finem habeat neceſſe eſt. Som. Scip. 19. Tuſc. 1. 44. Nullum reip. motum afferre poterat. 2. in Catil. 17. Dulcem motum afferunt ſenſibus res quædam. 2 de. Fin. 16. Motum cælo dedit deus, qui figuræ eius eſſet aptiſſimus, qui unus ex ſeptem motibus mentem atque intelligentiam cohiberet maxime. de Vn. c5. Neque motum ſenſui coniunctum & continentem in infinito ullum eſſe poſſe. de Nat 1. 2c. Sol, Luna, quẽ motum habeãt. Diu. 110. Tantum motum mutationemq. moliri. Acad. 30. Præter motum ingenij quendam, id eſt rationem. de Fin. 4. 29. Nego eſſe iſta teſtimonia, quæ tu ipſe ψηφίσματα appellas: ſed & fremitum egentum, & motum quendam temeritatum Græculæ concionis. pro Flac. 18. Motum inanem ceteri philoſophi, omnem animi conformationem uocant, quam ui a aduentum in animos, & introitum imaginum dicitis. de Na 1. 75. Omnes motum iucundum, quo ſenſus hilarentur, Græce ἡδονὴν, Latine uoluptatem uocant, de Fin. 2. 6. Cietur & agitatur motu ſuo quod eſt calidum & igneum. 2. de Natu. 34. Interiore motu cietur id quod animal eſt in Som. Scip. 32. Retro contrario motu orbes atque cælum uerſantur. in Som. 14. Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolendi in ſtabilitate. de Fin. 67. Magna res in motu eſt, propterea quod aut hominũ, aut legum interitus oſtenditur. ad Q. fr. 3. 19. Videtis quo in motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione uerſemur. pro Flac. 37. In motu uoluptatem eſſe. 1. de Fin. 17. Quaſi quodã igneo motu uenæ & arteriæ micare non definunt. de Nat. 2. 18. Motu atque exagitatione recaleſcunt noſtra corpora. de Na. 2. 20. Eo enim erant uultu, oratione, omni reliquo motu, & ſtatu, ut eos Argiuos diceres. Tuſc. 201. Motu animi ſublato nihil intereſſe inter hominem & ſaxum. Læl. 44. Agitatione & motu uacuus eſſe numquam poteſt animus. 1. Diu. 191. Ad quam rem motu mentis ac rationis utatur. de Natu. deor. 1. 74. Vtile eſt enim uti motu, qui uti ratione non poteſt. Tuſ. l. 4. 45. Celeres quidam motus animi & ingenij eſſe debent. 1. de Ora. 56. Motus animi neceſſitate liberati. de Fat. 29. Motus animorũ duplices ſunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. Off. 1. 183. Acad. ed. 1. l. 2. 37. Omnes animorum motus pernoſcendi. de N. 86. Motus animorum uoluntarij. Fat. 20. & 29. Motus flexi fractique. de Fin. 5. 32. Motus conuerſioneſque mundi. Tuſc. 3. 51. Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. Of. 26. Motus errantium quinque ſtellarum, quæ falſo uocantur errantes. de Nat. 1. 61. & 2. 37. Motus ſoluti & uagi. de Fin 3. 32. Motus temporum 3. Q. fr. 37. Motus turbidi concitatique. Tuſc 4. 27. Motus turbidi, contrarij, inimicique rationi. Tuſc. 4. 9. Motus turbulenti, iactationeſque animorum incitatæ, & impetu inconſiderato elatæ, rationem omnem repellentes, uitæ beatæ nullam partem relinquunt. Tuſc. 5. 12. Duos mundi motus eſſe placuit Platoni, unũ ſuum, alterum externum. de Nat. 2. c3. Motus perturbatos philoſophi appellant morbos. Tuſ. 3. 8. Nos autem hos eoſdem motus concitati animi recte, ut opinor, perturbationes diximus, morbos autem non ſatis uſitate. Tuſc. 3. 6. Maiores enim, quam tibii tulani, efficerent motus ſonantes. Diu. 133. Motus animorũ extinguere uel inflammare, unum in oratione dominatur. 1. de Or. 32. Vt perturbationes fugiamus, id eſt, motus animi nimios

orationi non obtemperantes. 1. Off. 189. Vt nulla uis tantos queat motus, mutationemque moliri. Acad. ed. 1. l. 2. 110. Philoſophi quidam omnino motus negant in animis ullos eſſe debere. de Or. 103. Aut opprimet hominem, aut omnes eius motus conatuſque cohibebit. 2. in Cat. 45. Motus, quos orator adhibere iudici uolet, in ipſo prius uideri debere. 2. de Or. 104. Motus animi turbatos, Græci πάθη uocant. Off. 2. 24. Quæ motus & ſtatus naturę congruentes tenet. de Fin. 5. 51. Motibus mutationibus ſuis cieus omnia natura. 3. de Nat. 37. Motibus ſex uehere tur animal, ante & pone, ad læuam & ad dextram, & ſurſum & deorſum, modo huc, modo illuc. de Vniu. 61.

Motio.

Mullorum & murenarum copia. Parad.49. Murenis me facile abſtinebam. 7. fam.47.

Muria.

Vt iteret magnitudine maris Aegæi ſtilla muriæ, &c. ſic cū ſit is bonorum finis, &c. 3. de Fin.69.

Murmur.

Murmur maris. 3. de Or.28. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus. in Arat.9.

Murmuro.

Vagire, mugire, murmurare, ſibilare. ad Her.33.

Murmurans.

Fremitus murmurantis maris. 5. Tuſc.163. Vidi heſterno die quendam murmurantem, qui, &c. de haruſp.15.

Murus.

Murus alpium. 5. Phil.191. Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. 7. Ver.2. Percuſſit murum aries. 1. Offi.54. Si Annibal ad portas ueniſſet, murumq. iaculo traieciſſet, negaret eſſe in malis, capi, uenire, &c. 4. de Fin.38. De muro imperauit Philotimo ne impediret. Att.25. & 26. Totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulo, quæ dum erit ueſtris mentibus infixa, firmiſſimo me mu-

ro ſeptum eſſe arbitrabor. 4. in Catil. 95. Inſula Delos patua, ſine muro nihil umet. pro Pomp. 14. Lex Ælia & Fuſia euerſa eſt, propugnacula murique tranquillitatis & ocij. in Piſ. 6. Muri urbis, quos uos pontifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiuſque urbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis 3. de Nat. 71. Quattuor mutos cepi, & arcem eorum totam. 5. fam. 25.

Mus.

Sed quod quæris, quid arceſſerim Chryſippum, tabernæ mihi duæ corruerunt. reliquæ rimas agunt. itaque non ſolum inquilini, ſed mures migrauerunt. 14. Att. 11. Quaſi uero quidquam interſit, mures diem & noctẽ aliquid rodẽtes, ſcuta an cribra corroſerint. 2. Diu. 87. Murium aut formicarum cauſſa homines frumentum non condunt. 2. de Nat. 118. Deroſi a muribus clypei. 1. Diu. 161. Aedificata muribus & muſtelis domus. 2. de Nat. 25.

Muſculus.

Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri. 2. Diu. 25.

Muſica.

Idem cenſeres ſcilicet in platanis ineſſe muſicam. de Nat. 30. Muſicam Damon & Ariſtoxenus tractauerunt. 3. de Ora. 72. Vt in muſicis, numeri & uoces & modi. de Or. 92.

Muſicus.

Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam muſicus iacebat, &c. in Piſ. 84. Si abſurde canat is, qui ſe haberi uelit muſicum. 2. Tuſc. 18. Geometræ uero, muſici, grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo. 5. de Fin. 5. Muſici floruerunt in Græcia. Tuſc. 1. 4. Muſicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum ſtatus Platoni placet. 3. de Leg. 39. Muſicorum uero perſtudioſum accepimus. 5. Tuſc. 89. Qui fidibus aut tibijs uti uolunt, earum tractationem non ab haruſpicibus accipiunt, ſed a muſicis. Diu. 110. Muſicis eruditus. 4. Att. 50. In muſicis quę ſpectentur. 1. de Or. 92. Quis muſicis, quis huic ſtudio litterarum. quod profitentur ij qui grammatici uocantur, penitus ſe dedidit, quin, &c. 1. de Or. 6.

Muſicus, a, um.

Muſicas leges poſſe mutari ſine publicarum legum mutatione, negauit uir Græciæ ſapientiſſimus, longeque doctiſſimus. Plato 2. de Leg 38.

Muſca.

Qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodie te iſtic muſcę comediſſent. de Cl. Or. 114. Puer, abige muſcas. 2. de Or. 157.

Muſculus, *Vide* Mus.

Muſcoſus.

Nihil alſius, nihil muſcoſius. Q. fr. lib. 3. 17. 9.

Muſtaceum.

In eodem amomo cœpit laureolam in muſtaceo quærere. 5. Attic. 40.

Muſtela.

Non poſſis adduci, ut domum muribus & muſtelis ædificatã putes. de Nat. 29.

Muſtum.

Sic ego iſtis cenſuerim, & nouam iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidam orationem fugiendam. de Cl. Or. 159.

Mutabilis, Mutabilitas, Mutatio, Mutatus, *Vide* Muto.

Mutilus.

Mutila ſentit quædam, & quaſi decurtata. in Ora. 105. Sed cum mutila quædam, & hiantia locuti ſunt, quæ uel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant Thucydidis. in Orat. 17.

Mutilatus.

In Galliam mutilatum ducit exercit. 5. Phil. 146.

Muto.

Nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum uertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant. pro Cęc. 22. Alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumque mutabat: alias, &c. 3. Ver. 14. Quod ad te ſcripſeram, me in Epeiro futurum, poſteaquam extenuari ſpem noſtram & euaneſcere uidi, mutaui conſilium. Att. lib. 3. 35. 1. Philotimi litteris lectis mutaui conſilium de mulieribus. Att. 116. ep. 49. Cui quidem cum Ciliciam dediſſes, mutaſti pactionem. pro Dom. 18. Sin autem ſententiã mutaſti, ego habebo. fam. lib. 7. 24. 8. Att. lib. 9. 171. 2. Quis mediocris gladiator ingemuit, quis uultum mutauit umquam? 2. Tuſc. 71. Poſteaque rebus geſtis mentes ueſtras uoluntatemque mutaſtis, de Prou. Conſ. 20. Omnes ſcelerati atque impij, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exſilio affici uolunt, exſules ſunt, etiam ſi ſolũ non mutarunt. Parad. 58. Ergo ille princeps uariabit, mutabit, &c. Or 202. Muta iam iſtam mentem, mihi crede, obliuiſcere cędis atque incendiorum. 1. in Catil. 4. Neque te, quo minus, ſi tibi ita uideatur, ſententiam mutes, deterrendum puto. Acad. ed. 1. lib. 2. 38. Sed uiſne, quoniam & ſatis iam ambulatũ eſt, & tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt, locum mutemus, &c. 2. de Leg. 1. Mutare & uertere ad omnem rationem aliquid. 3. de Or. 97. Neque mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt, neque ſi uelit mutare, non poteſt. Q. fr. 508. Mutare conſuetudinem dicendi. de Cl. 194. Mutare principia naturæ. de Fin. 4. 28. Sapientem ſententiam mutare numquam. pro Mur. 129. Teſtamentum mutare. pro Cluc. 23. Teſtem m. poſt red. in Sen. 10. M. uultum. Tuſc. 2. 36. Idque ad omnem rationem mutatur & uertitur. de Or. 159. O iura præclara, &c. ne quis noſtrum plus quam unius ciuitatis eſſe poſſit (diſſimilitudo enim ciuitatum, uarietatem iuris habeat neceſſe eſt) ne quis inuitus ciuitate mutetur, neve in ciuitate maneat inuitus. pro Balb. 23. Conſilia in horas mutari uides. Att. 255. id eſt, nõ conſtare ſibi, diſcedere a ſeſe. Quo uertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſſa, uenerant. pro Dom. 229. Vos ueſtem mutandam cenſuiſtis, cunctique mutaſtis. Poſtq. 206.

Mutatus.

Probitas gratuita, non mutata uoluptatibus. de Fin. 85. Rerum hoc natura, &c. nec manens nec mutata ratio feret. ep. 84. Vt & ciuitate illum mutatum eſſe faterentur, & ius ciuitatis honore digniſſimum iudicarent? pro Balb. 33. Hoc uero tempore, cum alij interierint, alij abſint, alij mutati uoluntate ſint, &c. 5. fam. 62. Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia. pro Sext. Roſc. 55.

Mutatio.

Conſilij mutatio optimus eſt portus pænitenti. 12. Phi. 322. Crebra corporis mutatio. pro Clue. 42. Extorum fieri mutatio poteſt. Diu 105. Vnde igitur ſubito tanta iſta mutatio? in Ant. 159. Fit magna mutatio loci, non ingenij. pro Quinct. 7. Morum facienda mutatio. 1. Offi. 168. Officiorum mutatio, dando, accipiendo. 1. Offi. 34. Eam mutationem, ſi tempora adiuuabunt, facilius commodiuſque faciemus. Offi. 24. Nemo doctus umquam mutationem conſilij inconſtantiã dixit eſſe. 16. At. 22. Atque ita ut nullam mutationem umquam habitura res eſſe uideatur. ep. 8. Et ita eſſe eum undique aptum, ut nulla uis tantos queat motus mutationemque moliri. 4. Acad. 125. Mutationes elementorum inter ſe. de Nat. 63. Mutationes rerum & temporum. de Fin. 5. 64. Mutationes quattuor temporum. de Nat. 56. Luna uarias mutationes lucis habet. de Nat. 46. Motibus & mutationibus ſuis ciens omnia & agitans natura. 3. de Nat. 37.

Mutabilis.

Materia mutabilis. de Vni. 35. Omne corpus mutabile eſt. de Nat. 65. Mutabilem eſſe vult dei formam Heraclides Ponticus. de Nat. 1. 26. Vaga & mutabili ratione labuntur ſidera quædam. de Vni. 46.

Mutabilitas.

Hæc inconſtantia, mutabilitaſque mentis, quem non ipſa grauitate deterreat? 4. Tuſc. 65.

Mutus.

Accuſatio huius temporis muta. pro Flac. 4. Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. pro Dom. 218. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt: in iudicandis nimium loquax. 2. de Or. 87. Sic in ueſtris diſputationibus hiſtoria muta eſt. de Fin 2. 56. Imago aui tui clariſſimi uiri, quæ te a tanto ſcelere etiam muta reuocare debuit 3. in Cat. 55. Cũ res muta aut informis, fit eloquens & formata. ad Her. 4. 257. Mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. poſt red. in Sen. 5. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. in Cat. 116. Muti uel eloquentis origo. 3. Tuſc. 98. Nullum fuiſſe tempus poſt has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum eſſe a litteris. Att. lib. 8. 52. Mutum eſſe ſatius eſt, quam, quod nemo intelligat, dicere. fam. lib. 12. 27. 4. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: ut uere dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. 3. de Leg. 5. Is mutam in delicto perſonam, nomenque præbuit. pro Dom. 240. Neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam utitur, eo qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. pro Roſc. Am. 63. Si mutæ etiam beſtiæ loquerentur. de Fin. 1. 108. Pecudes mutæ. Q. fr. lib. 1. 18. Res inanimatæ atque mutæ. 1. de Nat. 53. Mutarum & nihil intelligentium

gentium beſtiarum cauſſa. 2. de Nat. 101. Eloquentia muta quędam inducere, in Or. 76. Omnia muta atque inanima commouerentur. in Ver. 171. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen uerum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? 3. de Or. 25.

Mutuus.

Mutuus amor. fam. lib. 10. 4. 3. Ad paternas enim magnas, & ueteres, & iuſtas neceſſitudines, magnū attulit acceſſionem tua uoluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Att. lib 16. 341. 1. Mutuum in amicitia, eſt, cum par uoluntas accipitur & redditur. fam. lib. 5. 2. 7. Frumentum mutuum aliquibus dare. 2. de L. Agr. 82. Teſtimonium mutuum date. pro Flac 7. Nō enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuos cumpellarem. in Sall. 273. Voluntatem mutuam alicui tribuere. fam. lib. 5. 2. 4. Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. ep. 204. In amici mutua beneuolentia conquieſcere. de Amic. 20. Beneficia mutua & grata dū ſunt, inter quos ea ſunt, firma deuinciuntur ſocietate. 1. Off. 82. Ille mihi HS quattuordecim non reddit, quæ dedi eius filio mutua. Attic. 165. Multa & magna inter nos officia, paria & mutua intercedunt. ep. 227. Mutuas pecunias ſumere. 3. Ver. 19. Iccirco amicitiæ comparātur, ut commodum mutuis officijs gubernetur. pro Roſc. Am. 66. Cum Appio ſumma mihi neceſſitudo eſt, multis eius officijs & meis mutuis conſtituta. ep. 178.

Mutuo.

Verbum aut tranſlatum aut factum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipſo. Or. 204. Mutuo inter nos certarint officia ſumma conſtiterunt. 10. fam. 80. Fac ualeas meque mutuo diligas. fam. lib. 10. 4. 9. hoc eſt, fac mihi in amore reſpondeas. Te, ut diligas me, ſi mutuo te facturū ſcis, rogo. fam. l. 10. 9 6. Satiſne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime Romam ueniſti, mutuo reſpondiſſe? 5. fam. 4. Nulla enim re tā lætari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia: quibus ſi quando non mutuo reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillime patior. 5. fam. 16.

Mutuor.

Nam ego quæ ſunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis. 1. de Or. 29. Tu quidquam ab alio mutuaris? Q. fr. 326. Orator ſubtilitatem ab Academia mutuatur, & ei uiciſſim reddit ubertatem orationis, & ornamenta dicendi de Fat. 5. Mutuabantur a mundo particulas ignis, terræ, aquæ, quas rurſus redderent. de Vni. 59. Cetera uero a familiari meo Longo mutuabor. de Or. 107. Age, a Cœlio mutuabimur. Att. 103. Mutuemur hoc quoque uerbum, dicaturque tam æther Latine, quam dicitur aer. 2. de Nat. 132. id eſt, aliunde ſumamus. Cum abundare debeam, cogor mutuari. Att. 245. Aut noua uerba facere, aut a ſimili mutuari. Or. 217. Nam L. quidem Craſſus, cum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam laudem ex illa accuſatione nobili & glorioſa. 2. Offi. 66. A uitis uirtus nomen eſt mutuata. 2. Tuſ. 76. Tironem noſtrum ab altera relictum audio, ſed eum uideo in ſumptum ab alijs mutuatum. Att. lib. 8. 150. 3.

Mutuatio.

Ego uero illi maximam gratiam habeo, quod me ea pœna multauerit, quam ſine mutuatione & ſine uerſura poſſem diſſoluere. 5. Tuſc. 161. Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, cum quod non habeas, aliunde ſumas. de Or. 157. Itaque cum Roma clam eſſet profectus, multoſq. minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam uenit. pro Flac. 37.

Myoparo,

Proh dij immortales, piraticus myoparo, cum imperium populi Rom. &c. 7. Ver. 76. Eum iſto prætore Cilicum myoparoni, prædonibuſque patuiſſe. 6. Ver. 104. Illi ſtatim myoparonē egregium de ſua claſſe, ornatum atque armatum dederunt. 3. Ver. 61. Myoparone piratico capto, dux liberatus. 7. Ver. 58. Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone, Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. de Rep. 3.

Myrmillo.

L. Frater, qui myrmillo Mylaſis depugnarat. in Anto. 198. Ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator. in Anto. 189.

Myrothecium.

Meus autem liber totum Iſocrati myrothecium, atque omnis eius diſcipulorum arculas, ac non nihil etiam Ariſtotelis pigmenta conſumpſit. Att. lib. 2. 16 3.

Myſtagogus.

Itaque iodices hi, qui hoſpites ad ea, quæ uiſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquodque oſtendere, quos illi Myſtagogos uocāt, conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. 6. Ver. 116.

Myſterium.

Tacitum, tamquam myſterium, tenere aliquid. 3. de Ora. 37. Myſteria quæ appellantur initia, &c. de Leg. 177. Velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint. Att. lib. 5. 55. Quæ ſunt tandem iſta myſteria? Acad. ed. 2. l. 2. 55. Myſteriorum dies. 15. Att 43. Neque enim ſunt epiſtolæ noſtræ, quæ ſi perlatæ non ſint, nihil ea res nos offenſura ſit, quæ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librarijs quidem fere committamus. 4. Att. 52. Ne rhetorum aperiamus myſteria. Tuſc. 4. 45. Quid ſi petimus ab Antonio ut ea nobis explicet, & illa dicendi myſteria enunciet? 1. de Or. 103. Facieſque me, in quem diē Romana incidant myſteria, certiorem. Att. lib. 6. 112. 7 Vbi ego diutius eſſem moratus, niſi Athenienſibus, quod myſteria non referrent, &c. 3. de Or. 43. Quæ tradantur myſterijs reminiſci. 1. Tuſc. 46. Myſterijs illis Athenæ nihil pepererunt melius, quibus ex agreſti immanique uita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus, initiaque ut appellantur, ita re uera principia uitæ cognouimus: neque ſolum cum lætitia uiuendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. 2. de Leg. 36. Id enunciatis myſterijs totum eſt contemptum. pro Mur 129. Quod quale ſit, ex myſterijs intelligi poteſt. de Nat. 2. 45. μυστικώτερον illud ad te ſcribā, tu ſagacius odoraberis. 6. Att. 38.

N

NÆ ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. de Nat. 26. Scilicet iſta quidem ſumma uæ ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinę, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. ep. 7. 24. 8. Næ, ego uelim. 8. Attic. 22. Quod ſi geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ uim afferre in docendo, uos ipſi ut dicitis, nę ille longum aberit, ut argumentis credat philoſophorum. Acad. 4. 209. Næ ille medius fidius uir ſapiens lætus morietur. Tuſc. 164. Næ illi uehementer errant. 2. in Catil. 19. Nę iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt, ſiquidem non multum differt ab inſania. Tuſc. 161. Nę iſta prȩclara nobilitas deſinat queri populum Rom. hominibus nouis atque induſtrijs libenter honores mandare, &c. 6. Ver. 73. Mediusfidius nę tu emiſti locum præclarum. Att. 4. 18. Nę tu haud paullo plus delectationis habuiſti, quam quiſque noſtrum. ep. lib. 7. 1. 9. Næ tu me ſollicitudine magna liberaris. At. 86. Nę tu ſi id feciſſes, melius famæ, melius pudicitię tuæ conſuluiſſes. 2. Phil 31. Incredibile eſt, quam turpiter mihi facere uideat, qui his rebus interſim. nę tu uideris multo ante prouidiſſe quid impēderet tum, cum hinc profugiſti. 7. fam. 52.

Nænia.

Honoratorum uirorum laudes in concione memorētur, eaſque etiam ad cantus, ad tibicinem proſequantur: cui nomen Næniæ: quo uocabulo etiam a Græcis cantus lugubres nominantur. 2. de Leg. 57.

Næuus.

Næuus in articulo pueri delectat Alceum. at eſt corporis macula næuus; illi tamen hoc lumen uidebatur. 1. de Nat. 55. de Cl. Or. 172. Totum aliquem, non næuo aliquo aut crepundijs, ſed corpore omni uelle cognoſcere. Brut. 173.

Nam.

N. eſt longe aliter in uerſibus, in Or. 115. N. hercule, inquit Antonius, ſi, &c. de Or. 121. N. Hermagoras quidem nec, quid dicat attendere, nec quid polliceatur intelligere uidetur. de Inu. 43. Quamobrem celebratote, Quirites, &c. n. multi, &c. eripi: enim, &c. in Catil 116. Cum eo mihi ſumma neceſſitudo eſt, magno enim beneficio meo affectus cumulatiſſime mihi gratiam retulit: n. nec in honoribus meis umquam defuit, nec in laboribus. ep. 203. Numquid n. reſtat? Part. 231. N. qui audiunt, hæc duo animaduertunt. in Or. 114. N quid ego de Cicerone dicam, qui, &c. ep. 130. N. quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contempſeris? fam. lib. 7. 2. 10. Quinque cohortibus quid ſe n. facturum arbitratur. Att. 273. N. quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam, &c. in Sall. N. quod me tecum iracunde agere dixiſti ſolere,

lere, non eſt ita, uehementer, &c. in Aug. 217. N. quod negas, &c. Att. 135. N. quod purgas eos, &c. Att. 49.

Namque.

N, aſſiduis internuntijs, &c. ep. 152. N. illud quare Scæuola negaſti te fuiſſe laturum, &c. 1. de Orat. 37. Quam ille Namque quod tu non poteris, aut neſcies, quis noſtrum tam impudens eſt, qui ſe ſcire, aut poſſe poſtulet? 1. de Or. 30.

Nanciſcor.

Belluas immanes nanciſcimur uenando. 2. de Na. 121. Cuius rei nullam conſuetudinem nactus ſum, &c. Att. 315. 2. Q. fr. 31. Nactus ſum etiam, qui Xenophontis ſimilem eſſe cuperet. Or. 199. Tamen maiorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſtea quã, &c. ep. lib. 13. 8. 8. Alter alterius, ubicũque nactus eſt, oua frangit. de Nat. 51. Sortem nactus eſt urbanæ prouinciæ, magis ex ſua & Chelidonis, quam ex pop. Rom. uoluntate. 3. Ver. 73. Quo quidem tempore, iudices, iſte ſpem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus eſt. 3. Ver. 39. Poteſtas quam ille per ſcelus erat nactus. de Nat. 3. 123. Quonam modo imperium ferre potuiſſetis, ſi id ille nactus eſſet? pro Mil. 116. Ne uim ullam nanciſcantur, quæ a primo impulſu moueatur. de Som. 131. Si quid firmitatis nactus ſit Antonius. 11. fam. 20. Pluribus uerbis ad te ſcribam, cum plus otij nactus ero. fam. li. 4. 7. 1. & l. 2. 8. 6. Boni aliquid fortuna nanciſci. 3. de Nat. 126. Cato ſic abijt e uita, ut cauſſam moriẽdi ſe nactum eſſe gauderet. 1. Tuſ. 116. Nactus pluſculum laxamenti. ep. 194. Nactus Siciliam. 10. Att. 40. Vitia, ut ſe erigat clauſculis, quaſi manibus quidquid eſt nacta, complectitur. de Sen. Quo minus homines tenebras & ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineãt. de Fin. 31. Quoniam nacti te, inquit, ſumus aliquando otioſum, certe audiam quid ſit, quod, &c. 1. de Fin. 22.

Nares.

Recte rurſum ſunt nares, quod odor omnis ad ſupera fertur, 2. de Nat. 211. Expones quæ ſpectet florida & uaria; faſciculum ad nares admouebis, incẽdes odores, & ſertis redimiri iubebis & roſa. 5. Tuſc. 73. Nares humorem habent ad puluerem, multaq. alia repellenda non inutilem. 2. de Natu. 109. Nares contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat, poſſit peruadere. 2. de Nat. 109. Patenẽ nares propter neceſſarias utilitates. 2. de Nat. 217. Naribus adiunctis os ſpiritu augetur. 2. de Natu. 101. Mollipedeſque boues ſpectantes lumina cæli, Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum. 1. Diu. 26.

Narro.

Narro tibi, hæc loca uenuſta ſunt. Att. l. 15. 329. 2. & 11. fa. 38. Narro tibi, plane relegatus mihi uideor, poſteaquam in Phormiano ſum. Att. 2. 26. 2. Narro tibi, Quinctus exſultat lætitia. Att. 247. & 246. Othonem quod ſperas poſſe uinci, ſane bene narras. Att. 216. Male narras de nepotis filio. 16. At. 36. id eſt, malum & triſtem nuntium affers. Male hercule narras. Tuſc. 1. 9. Narrant monſtra. 9. At. 47. Narra mihi, reges Armenij patricios ſalutare non ſolent? Att. 26. Eſt autem hæc huius generis uirtus, ut ita facta demonſtret, ut mores eius de quo narres, ut ſermo, ut uultus omnes exprimantur. 2. de Or. 133. Incũda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. fam. li. 3. 1. 7. Ad Her. 20. Male narrare de aliquo. Att. 16. 338. 3. Alteram, qua Craſſi libertum ais tibi de mea ſollicitudine macieque narraſſe. 3. Att. 21. Narrandum dilucide. 1. ad Her. 15.

Narrans.

Quod illa ſiue faceta ſunt, ſiue ſic fiunt, narrante te uenuſtiſſima. 15. fam. 52.

Narratio.

Narratio, eſt rerum explicatio, & quædam quaſi ſedes ac fundamentum conſtituendę fidei. Partit. 18. Narratio eſt rerum geſtarum aut perinde ut geſtarum expoſitio. 1. ad Her. 4. & 3. 216. Omnis orationis reliquæ fons eſt narratio. de Or. 139. Narratio accuſatoria in cõiecturali cauſſa quid habere debeat. 2. ad Her. 33. Aperta narratio poterit eſſe, ſi, ut quodque primum geſtum erit, ita primum exponetur, &c. 1. de Inu. 42. Narratio quo breuior, eo dilucidior. 1. ad Her. 15. Obſcura narratio totam obcæcat orationem. 2. de Or. 179. Narratio in ſuaſione rara. Partit. 8. Deinde rem narrare, ita ut narratio uerisſimilis ſit, ut aperta breuia. 2. de Or. 45. Veriſimilis narratio erit, ſi, ut mos, ut opinio, ut natura poſtulat, dicemus. 1. ad Her. 16. Defenſoris narratio ſimplicem & dilucidam expoſitionem debet habere, cum attenuatione ſuſpicionis. 2. ad Her. 33. Narratio præteritarum aut præſentium rerum eſt. Part. 8. Narrationis diſpoſitio. 3. ad Her. 109. Genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt, debet habere ſermonis feſtiuitatem, animorum diſſimilitudinem, grauitatem, lenitatem, &c. 1. ad Her. 13. Narrationis in negotiorum expoſitione poſitæ partes tres. 1. ad Her. 15. Narrationis ultimæ certe. 1. de Inu. 41. Exponere narrationem. in Or. 121. Is mulierum nominibus in Trophoniana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quod, &c. Attic. 6: 113. 4. Quando utendum ſit, aut non ſit narratione, id eſt conſilij. 2. de Or. 179. Credibiles, non hiſtorico, ſed prope quotidiano ſermone dilucide explicatæ narrationes. in Or. 68. Narrationum tria ſunt genera: Vnum genus eſt, in quo ipſa cauſſa, & omnis ratio controuerſię continetur: Alterũ, in quo digreſſio aliqua extra cauſſam aut criminationis, &c. aut amplificationis cauſſa interponitur. Tertium genus eſt remotum a ciuilibus cauſſis, quod delectationis cauſſa non inutili cum exercitatione dicitur & ſcribitur. 1. de Inu. 39. & 2. ad Heren. 12.

Narrator.

Faceti narratores & imitatores. 2. de Or. 121. Ceteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerũt. 2. de Or. 29.

Narthecium.

Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promant. de Fin. 20.

Narus.

Noti erant, & naui, & nari, quibus cum I N præponi oporteret, dulcius uiſum eſt: igitur ignoti, ignaui, ignari dicere, quam ut ueritas poſtulabat. Or. 212.

Naſcor.

Oritur ex ſe, & ſua ſponte naſcitur amor. 2. de Fin. 115. Timiditas ex rebus naſcitur. de Fin. 118. Non minus iucundi atque illuſtres nobis ſunt ij dies, quibus cõſeruamur, quam ij, quibus naſcimur. in Catil. 111. Quoniam autem etiam morum miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam. 1. Tuſc. 8. Cetera naſcuntur & occidunt. in Or. 6. Naſcuntur innumerabilia hoc uno poſito. 2. de Leg. 48. Ex cupiditatibus odia naſcuntur. 1. de Fin. 69. Naſcuntur quæſtiunculæ multæ his propoſitis. 2. de Leg. 46. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. 2. Off. 22. Ergo ita naſceretur exordium. 1. Tuſc. 14. Scribas ad me, ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum fam. lib. 16. 32. hoc eſt, ut inde ſumam argumentum ad te ſcribendi. Si tibi fortuna non dedit, ut patrẽ certo naſcerere. pro Roſc. Am. 26. Binos habebam, iubeo promi utroſque, ne quid plus mali naſceretur. 7. Ver. 27. id eſt, ne quid oriretur amplius mali. Si naſcerentur tibiæ ex oliua modulate canentes. de Natu. 2. 17. Hæc in impeditis & regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicendi ſolet. de Cla. 168. Magna etiam diſſidia, & plerumque iuxta naſci. de Amic. 33. Sunt quædam etiam quæ igne naſci uidentur. de Na. 1. 73. Non naſci homini longe optimum; proximum autem, quamprimum mori. Tuſ. 1. 102. Naſcendi conditio incerta. in Canl. 48.

Naſcens.

Naſcens malum facile opprimitur. 5. Phil. 186. Enitar, ut in dies magis magiſque hęc naſcens de me duplicetur opinio. 16. fam. 27. Sed iam olim naſcenti prope noſtrę laudi, dignitati, ut tuuque præfuiſti. fam lib. 1. 7. 25. Mare illud, quod nunc Fauonio naſcente purpureum uidetur, idem huic noſtro uidebitur. 4. Acad. 181. Naſcentium ortus moderatur luna. Diu. lib. 2. 71. Athenis non naſcentibus, ſed iam adultis, fuit Thucydides. de Clar. Orat. 13.

Natus.

Ita enim natus, ita educatus, ita edoctus es. 6. fam. 17. Natus ad agendum ſemper aliquid dignum uiro. 4. fam. 40. Vir ad dignitatem & gloriã natus. pro Sext. 77. Ad bella natus. pro Leg. Man. 29. Ad facinus prædamque natus aliquis. 11. Phil. 317. Ad dicendi ſingularem quandam facultatem natus Craſſus. pro Balb. 2. Scipio natus mihi uidetur ad interitum exitiumq. Carthaginis. de haruſp. reſp. 144. Natus ad homines iuuandos, tutandos, conſeruandos. Tuſc. 1. 27. Natus, ſuſceptus, & inſtitutus ad laudem. de Fin. 5. 58. Natus atque aptus ad alterius libidines flagitioſas. 4. Ver. 93. T. Annius ad hanc peſtem funditus delendam natus eſſe uidetur. de haruſp. 144. Ad omnia ſumma natus Pompeius. de Clar. 129. Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæſar. 12. Phil. 324. Ad hoc unum natus, aut in hoc ſolo ſe exercuit, aut huic generi ſtudet uni aliquis. in Or. 53. Natus annos quattuordecim. ad Oct. 24. pro Cl. 8. Annos natus unum & uiginti de Or. 149. de Clar. 185. Annos ad quinquaginta natus. pro Clũ. 88. Mortuus eſt (cum ego quinque & ſexaginta annos natus, legem Voconiam uoce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem) annos ſeptuaginta natus: tot enim uixit Ennius. de Sen. Eques Romanus prope annos x c. natus. 5. Ver. 50. Procreatus ſum paruus a parentibus, a nobis natus ſum conſularis. Poſt reditum ad Quir. 3. Sed ut perſpiciatis, unde omnis iſte natus ſit error, uoluptatem accuſantium, doloremque laudantium, totam

rem aperiam. 1. de Fin. 49. Natus ex te, teque dignus eſt. 12. fam. 31 Malo genere natus. 2. de Or. 158. Nat' genere nobili. 7. Ver. 241. Ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ. in Piſ. 31. Imperio huic natus. pro Cœl. 46. In dedecore natus Verres. 5. Ver. 48. Natus in patris egeſtate. de Pet. Conſ. 6. Etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit Parad. 45. Filius natus in decem menſibus. Top. 224. Natus honeſto loco. Tuſc. 5. 42. Natus nobili loco. Diu. 1. 77. Natus ſummo loco. fam. lib. 15. 22. 4. Vt quiſque optime natus inſtitutuſque eſt. de Fin 5. 52. Tuum eſt, Cato, qui non tibi, ſed patriæ natus es, videre, &c. pro Mur. 73. Thyeſtes Tantalo prognatus, Penelope natus. 5. Tuſc 44. Foro & multitudini nata eloquentia. de Clar. 156. Circe e Perſide, Oceani filia nata, de Na. 69. Nata lex, quam legem naturæ dicimus pro Mil. 7. Syri natio nata ſeruituti. de Prou. 7. Ergo nata eſt ſententia ueterum Academicorum & Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, ſecundum naturam uiuere. 2. de. Fin. 59. Natum a te idipſum, ut illi cuperent. 3. de Leg. 28. Natum eſt inde, ut, &c. 12. Att. 22. id eſt, caſu factum eſt. Natum bellum. 2. Philip. 79. Ad honeſtatem natum genus hominum. Part. 49 Omne quod natum eſt, neceſſe eſt eſſe corporeum, aſpectabile, tractabile. de Vniu. 15. Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognouit. de Or. 93. Hic uero in oculis ſenatus populiq. Romani nihil poſſe exſiſtere, quod non ante extingui atque opprimi poſſet, quam plane exortum ac natum eſſet. 2. de L. Agr. 88. Aut quod ex terra natum atque factum eſſe uideatur. Tuſc. 1. 33. Pro eo quod ſe non ſolum ſuis commodis, ſed etiam ſuorum municipum, ceterorumque neceſſariorum natum eſſe arbitrabatur. pro Cl. 95. Natum eſſe parentibus humilibus. Læl. 61. Hi non uidentur, ut ad curſum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: ſic hominem ad duas res, ut ait Ariſtoteles, ad intelligendum & agendum eſſe natum. de Fin 2. 66. Nata tribunorum poteſtate, grauitas optimatum cecidit. 3. de Leg. 17. Antonij colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. Att. 224. Animaduerteram pro re nata te non incommode ad me in Albanum uenire. Att. 186. Orpheum & Rheſus matre muſa nati. de Nat. 68. Omnes nati ſunt ad ſocietatem & communitatem generis humani. 4. de Fin. 7. Homines in uetere dignitate fortunaque nati. cont. Rul. 64. Literis nati Græci. 3. de Or. 72. Quo eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt. Diu. 2. 73. Quidā ſunt ita habiles, &c. ut non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe uideantur. de Or. 94. Nati ſumus ea conditione, ut nihil quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus. 15. Att. 1. Ita nati ſumus, ut & blandiri & ſupplicitor inſinuare iis, a quibus eſſet petendum, & aduerſarios minaciter terrere poſſimus. 1. de Or. 45. Ita nati ſumus, ut rem geſtam exponere, & de omnibus rebus loqui ſine arte poſſimus. de Or. 92. Non nobis ſolum nati ſumus (ut præclare ſcriptum eſt a Platone) ortuſque noſtri partem patria uendicat, partem amici. Off. 1. 33. Nam neque horum poſteri meliores illi quidem mea ſententia, quam reliquarum philoſophi diſciplinarum: ſed ita degenerant, ut ipſi ex ſe nati eſſe uideantur. 5. de Fin. 22. A lanigera nate bouim ceruices. 2. de Na. 157. Seruituti natæ Iudæorum & Syrorum nationes. de Prou. Cōſ. 8. Nata ob has cauſas aſtra. de Vn. 43. Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum eſſe natos. 5. de Fin. 103. Ad iuſtitiam nos eſſe natos intelligere nil præſtabilius. 1. de Leg. 42. Cum his qui ſe patriæ, qui ſuis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui ſomno & conuiuiis & delectationi natos arbitrentur. pro Sext. 12 Quos omnino natos oderet ſebinos. fam. 33. Ex quo uno hæc omnia nata & profecta eſſe concedo. pro Q. libet. 58.

Natus.

Neque porro ex eo natus, &c. de Fin. 77. A primo ſtatim quo à procreatoribus nati diliguntur. de Fin. 1. 41. Caritas quæ eſt inter natos & parentes, dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. de Amic. 27.

Natu.

Non admodum grandis n. ſed tamen ætate prouectior. de Se. 79. Grandis n. parentem Ver. 95. Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem n. ſed tamen iam ætate prouectum. de Sen. 9. Grandes n. matres. in Ver. 262. Quiduis maior n. quam Plautus. de Inu. 72. Aliquot annis minor n. Acad. 16. Ex his omnibus natu minimus. Q. Saturius. pro Clu. 40. Minimus n. hominum omnium Timeus. de Or. 513.

Natio.

Natio dura. 5. Phil. 275. Erudita illa Græcorum natio. 2. de Or. 11. Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem, niſi fortè candidatorum licentia hic quoque uſus, hoc ſubito cognomē arripuit. 15 fam. 73. Deteriores eſſe meliorum quidem eſt magna natio. pro Sext. 23. Natio magna, de haruſp. reſp. 53. Nimirum hoc illud eſt, quod de me potiſſimū tu in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatium. pro Sext. 83. Quid ſi illa officioſiſſima, quæ neminem patitur non honeſte in urbem introire, tota natio candidatorum? pro Mur. 63. in Piſ. 42. Is ſe Ligurem non fecit, ne nationis magis ſuæ, quam generis uti cognomine uideretur pro Cl. 57. In natione hominum genus conſideratur. 1. de Inu. 51. Deum nō curare ſingulos homines, nec ciuitates nec nationes, & gentes. de Nat. 78. & 79. Nationes Arabum. Phrygum, Lycaonum, Cilicum, Piſidarum. 2. de Le. 34. Nationes immanes ac barbaræ, Afri, Hiſpani, Galli. 1 Q. fr. 21. Exteræ nationes & gentes. pro Font. 21. Non modo nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum. 10. fam. 76. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum prœliis feliciſſime decertauit. de Prou. 26.

Natalis.

Natalis dies Brundiſinę coloniæ. 4. Att. 33. Natalis dies urbis, de Diu. 1. 29. Agere diem natalem ſuum, uel alicuius. Att. 49. Quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis. 2. de Fin. 161. O nonæ illæ Decembres, quę me conſule fuiſtis, quam ego diem uere natalem huius urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum. pro Flac. 72. Colere diem natalem. de Fin. 85. Natalē diem ſeruus mei, cura ut in iſtis ædibus amœniſſimis agam tecum, &c. 3. Att. 53. De natali die meo. pro Sext. 26. & Att. 55. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſque uitæ ex natali die minime eſſe credendum 2. Diu. 131 Sed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Ianuarias. inde Pontinum ſummam. inde Albanum Pompeij. ita ad urbem III. nonas natali meo. Att. li. 7. 125. 3. Nam die tuo natali uictoria nunciata. fam. lib 11. 14 5. Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilij. Att. 9. 173.

Natalitius.

Chaldæi notant ſidera natalitia. Diu. 127. Ad quos refert. dij immortales? ad eos ſcilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi ſunt. Hæc ne non ſeſſeri ſit Antonius, cui 1 dat natalitia in hortis. 2. Phil. 30. Natalitia, ſunt conuiuia luxurioſa ad celebrandum natalem diem peculiariter ſtructa. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. 2. Diu. 132.

Natiuus.

Huius gentis ac terræ domeſticis natiuiſq. ſenſus. de har. Et ſimplicia uerba partim natiua ſunt, partim reperta. in Part. 70 Anaximandri autem opinio eſt, natiuos eſſe deos, longis interuallis orientes, occidenteſque 1. de Na. 19. Quot genera, quotque diſparia partim ſubmerſarum; partim terrenarum & iſtiuſmodi beluarum, partim ad ſaxa nantiis teſtis inhærentia. 1. de Nat. 145.

Natura.

Aliud equo eſt n. aliud boui, aliud homini. de Fin 130. N. iuris. de Iu. 81. N. eorum ignea eſt. Off. 3. 94. Mater omnium rerum natura. 26 N. norma legis eſt. 2. de Leg. 57. N. parens omnium. Tuſc. 1. 107. N. eſt igitur quæ contineat mundum omnem, eumque tueatur. de Nat. 2. 21. N. qua nihil poteſt eſſe callidius. 1. de Nat. 507. N. in profundo ueritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſit. Acad. ed. 2. lib. 2. 32. Aperta enim res eſt, & quotidie nos ipſa n. admonet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam uilibus. Tuſc. 5. 74. N. affert dolorem. Tuſc. 3. 60. N. atque ingenium mori ad dicendum maxime adfert. 1. de Or. 56. N. partis non mētes multa aut aſſingit, aut mutat, aut detrahit. Dio. 1. 110. Verum. N. ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tamquā adminiculum adnititur. de Ami. 74. N. iuxta Epicurum, adſciſcit & reprobat, id eſt uoluptatem & dolorem. Fin. 1. 37. Omnia, quæ natura aſpernatur, in malis, ſibi quæ adſciſcit, in bonis. Tuſ. 2. 27. N. in pueris, ut in ſpeculis, cernitur de Fin. 5. 54. N. ui rationis, hominem conciliat homini. & ad orationis & ad, uitę ſocietatem, &c. Off. 3. 19. Vel cum n. ſtatim omnem ſenſum n. conſtare neceſſe eſt. de Som. 13 r. Continet autem ſedationem animi humani in conſpectu poſitam Tuſ. 4. 41. N. corrupit Hortenſij filium, non patris culpa. 10. Att. 10. N. commorandi nobis diuerſorium dedit, non habitandi. Cat. 76. N. paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibuſque deprauatis, ſic reſtinguimus, ut nuſquam naturæ lumen appareat. Tuſc. 3. 2. Quę nobis n. informationem deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus. de N. 1. 93. N. dedit uſuram uitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Tuſc. 3. 72. N. recta & concupiſcentia & conſtantia deſiderat, aſpernaturque contraria. Off. 3. 45. N in his ipſis rebus quæ ad quietem animi delectationemque quæruntur, dominatur. 2. de Leg. 1. Vereor enim ne n. cum corpora nobis infirma dediſſet, iiſque & morbos inſanabiles & dolores intolerabiles

adſtitiſſet, animos quoq. dederit & corporũ doloribꝰ cõgruẽtes, & ſeparatim ſuis angoribꝰ & moleſtijs implicatos. Tuſc. 5.2. N. ſimplici in genere nihil ex oĩ parte perfectũ expoliuit. 2. de Inu. 123. Fabricata eſt hoc incredibiliter n. 3. de Or. 97. Qđ n. fert. Tuſc. 176. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos n. 2. de Or. 121. Ad maiora enim quædã nos n. genuit & conformauit. l. 1. de Fin. 18. N. quicquid genuit, non modo animal, ſed etiam quod ita eſſet ortum e terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo quodq. genere perfectum eſſe uoluit. Tuſc. 5.27. Quod ſi n. tales nos genuiſſet, ut eam ipſam intueri & perſpicere, eademq. optima duce curſum uitæ conficere poſſemus, haud erat ſane, quod quiſquam rationem ac doctrinam requireret. Tuſc. 3.1. N. ipſa diuitias, quibus contenta eſt, & parabiles & terminatas habet. de Fin. 1.56. N. ſicut aliarũ omnium rerum, ſic uiuendi modum habet. Cat. 78. N. nihil habet præſtantius, nihil quod magis expetat, quam honeſtatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Tuſc. 2.41. N. ſic ſe habet, ut, &c. Tuſc. 168. N. ipſa deorum notionem in animis hominum impreſſit. de Nat. 1.32. N. cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi. de Fin. 2.40. N. nihil extremum inuenit. 3. ad Her. 131. N. mutari non poteſt. Læl. 32. Tum uetat in eo uim timere, quo nos iam n. ipſa pene perduxerit. 6. fam. 14. Natura per ſe longius progreditur, quæ nullo docente profecta ab ijs, quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, cõfirmat ipſa per ſe rationem, & perficit. 2. de Leg. 21. N. ſine doctrina plus ualet, quam doctrina ſine natura. pro Arch. 11. Admirabilis ad dicendum n. de Cla. 153. Quæ autem animans n. nihil curans. de Nat. 1.86. N. antiquiſſima, & rerum omnium princeps, ad quã leges hominum diriguntur. 2. de Leg. 11. Natura non artificioſa ſolum, ſed plane artifex ab eodem Zenone dicitur conſultrix & prouida utilitatum opportunitatumque omnium. 2. de Natu. 81. N. maxime cedens & diſſipabilis. 3. de Natu. 21. N. cohærens & continuata cum omnibus ſuis partibus. Acad. ed. 2. lib. 1. 21. Communis omnium n. 5. de Fin. 43. N. quam blanda conciliatrix, & quaſi ſui lena. de Natu. 1.53. N. paruo cultu contenta eſt. Tuſc. 5.70. de Fin. 2.75. N. deprauata. de Fin. 1.40. N. diuina. Tuſc. 1.25. N. duplex generis humani. de Vn 55. Ea n. rerum eſt, & is temporum curſus. 6. fam. 16. Cũ ſit hominis n. generata ſit, ut, &c. 5. de Fin. 117. Nec tam fuit hominum generi infenſa atque inimica n. ut corporibus tot res ſalutares, animis nullam inuenerit. Tuſ. 4.47. Quinta illa non nominata magis, quam non intellecta n. Tuſc. 156. N. ſemper eſt inuicta. Tuſc. 5.58. Nulla melior in hominum genere n. quam eorum, qui ſe natos ad homines iuuandos, tutandos, conſeruãdos arbitrantur. Tuſc. 1.26. & 27. N. de animis hoc merita melius eſt, quod corporum adiumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa in his ipſis eſt. Tuſc. 4.47. N. moderata, natura uitioſiſſima. 1. Q. fr. 5. N. noſcenda eſt, non facultas 12. At. 6. Omnis natura conſeruatrix ſui eſt. de Fin. 5.23. Omnis n. diligẽs ſui eſt. de Fin. 4.27. Omnis natura propoſitum habet quaſi finem & extremum, ſe ut cuſtodiat quam in optimo ſui generis ſtatu. de Fin. 5.25. N. optima recte uiuendi dux. Læl. 17. Hęc eſt natura propria animæ atque uis, ut ipſa a ſeipſa moueatur. de Som. 151. Prouida ſolerſque n. 2. de Nat. 193. Eſt enim uis & n. quædam, quę futura prænuntiat, quorum uim atque naturam ratio numquam explicauit. Diu. 82. N. ſentiens eſt ſecundum Academicos. Acad. ed. 2. 1. 21. Inſolẽs & ſuperba n. uictoria. pro Marc. 5. Cuius rei tanta eſt uis, tanta n. ut, &c. de Or. 101. N. terrena, mortalis & caduca. Tuſc. 1.50. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio: cognitum per teipſum, quæ tua n. eſt, dignum tua amicitia hoſpitioque iudicabis. fam. lib. 13.79.3. Mundus melior, quam ulla n. de Nat. 2. 24. Cæli & loci alicuius natura. 7. Ver. 22. Natura cauſæ, quam alij conſtitutionem uocant. 2. de Or. 72. Medico & conſuetudo ualentis & natura corporis cognoſcenda eſt. de Orator. 223. Hominis n. perfecta non eſt, de Nat. 2.28. N. ignis, & ea ipſa tota feruida eſt, & cæteris naturis uitalem impertit calorem. de Nat. 51. N. iuris ab hominis repetenda natura. 1. de Leg. 15. Vis & n. iuſtitiæ. 1. de Fin. 78. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces non genere, ſed n. loci, quod propter portus ſuos, multis & uarijs mercatorum ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus uocabantur. de L. Agr. 92. N. illius montis. 15. fam. 14. N. mundi ſempiterna ſecundum Academicos. Acad. ed. 2. 1. 21. N. omnium de dijs conſentit. de Nat. 1.32. Vis uerborum & n. orationis. de Fin. 62. N. rerum cõmunis, uniuerſa, atque omnia continens. de N. 1.29. Quum tibi ſiue deus, ſiue mater (ut ita dicam) rerum omnium n. dederit animum, Parad. 118. Rerum n. non uidebatur ferre, ut accidere poſſet. 13. Att. 10. N. rerum uno conſenſu iuncta & continens, ut Phyſicis placet. Diu. 2.24. Quod rerum n. non patitur. Acad. ed. 1.2.51. N. atque ratio temporum ciuilium. 6. fam. 2. 8. N. uniuſcuiuſque multis ſimulationum inuolucris tegitur. 1. Q. fr. 11. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam n. Læl. 46. N. acerbitas. 1. Q. fr 28. Naturæ agilitas, ut ita dicam, & mollities. 1. Att. 49. Naturæ iſta ſunt Balbe, naturæ non artificioſe ambulantis, &c. ſed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis. 3. de Nat. 19. Naturæ uniuerſæ animus & mens. de Nat. 1.29. In naturæ bonis Craſſus ſe uinci æquo animo ferebat, in iis uero quæ ſibi homines parare poſſent, pati non poterat. 2. de Or. 25. Naturæ intelligentis ſapientiſq. cauſas primas conquirere. de Vni. 63. Hoc ualeret, inquam, in cõmuni conſenſu omnium, & dulciſſima commendatione naturę. pro Plan. 265. Naturę fabrica incredibilis. 2. de Nat. 104. Naturę communis fragilitas. pro Mar. 13. Aliquem ſine doctrina naturæ habitum eſſe moderatum. pro Arch. 188. Naturæ inueſtigatio. Acad. ed. 2. 1. 24. Naturæ ius. 2. de Inu. 169. & 241. Naturæ iura a vulgari intelligentia ſunt remotiora. 2. de Inu. 170. Naturæ lex. 11. Phil. 311. Naturæ liberalitas. 2. fam. 10. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat. 2. Nat 59. Naturæ partes quibus in rebus verſentur. 1. de Inu. 52. Naturę patria vna, altera ciuitatis. 2 de Leg. 4. Naturę perfectio, virtus. Acad. ed. 2. lib. 1. 15. Sed quę naturę principia ſunt ſocietatis humanę, repetendum altius videtur. Off. 10. Habui non temporum ſolum rationem ſuorum, ſed etiam naturæ. lib. 1. 9. 81. Id eſt, morũ meorũ. Naturę ſolertiã nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poteſt imitando. 2. de Na. 58. Naturæ ſpecimen ex optima quaque natura capiendum. Tuſc. 1.26. Naturæ ſpeculator, venatorque phyſicus. de N. 1.58. Naturę via una eſt, eaque ſimplex. Cat. 50. In omni genere magna quędam eſt vis incredibiliſque naturę. de Or. 161. Naturę ſentientis vim, animum mundi eſſe dicunt Academici. Acad. ed. 2. lib. 1. 21. Naturę accommodatum. Acad. ed. 1. l. 2. 25. Naturę tuę ea adhibita doctrina eſt, quę vel vitioſiſſimã naturã excolere poſſit. 1. Q. fr. 4. Ita ratio comparata eſt uitæ naturæque noſtræ, ut alia ætas oriatur ex alia. de Amic. 125. Quæ iucunda uidetur eſſe, non modo his extraordinarijs cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. in Ver. 243. Naturæ obſiſti non poteſt. de Fin. 2.42. Naturæ parere. Acad. ed. 2. l. 1. 14. Naturæ rerũ omnium rem ullam præſtare cum nefas ſit dicere, rationem eſſe in ea confitendum eſt. 2. de Leg. 14. Quid enim eſt aliud gigantum modo bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? Cat. 6. Vos autem de eo, in quem iudices non eſtis, &c. de eo qui & naturę & legibus ſatiſfecit, quem leges exſilio, natura morte mulctauit. pro Clu. 21. Naturæ ſeruire. Brut. 19. Naturæ quod debetur ſoluere. pro Marc. 19. Naturam accuſa. Acad. ed. 1. lib. 2. 32. Cum ad naturam eximiam & illuſtrem acceſſerit ratio quędã confirmatioque doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. pro Arch. 12. Ad naturam iura noſtra accommodari gaudeo. 2. de Leg. 57. Ad naturam accommodatum. Acad. ed 1. l. 2. 57. Ad rerum naturam delabi. 6. fam. 36. Quæ ad naturam maxime uita eſt. 4. Att. 46. Naturam atque ingenium ad dicendum uim afferre maximam. 1. de Or. 56. Ariſtoteles longe omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio & diligentia, cum quattuor genera illa principiorum eſſet complexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. 1. Tuſc. 56. Naturam alij eſſe cenſent, uim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios, &c. 2. de Nat. 115. Naturam excellentem atque præſtantem pie ſanctéque colimus. de Nat 1.40. Naturam quaſi cognatione continuatam conſpirare. 3. de Nat. 19. Motus enim uoluntarius eam naturam in ſe ipſe continet, ut ſit in noſtra poteſtate, nobiſque pareat, nec id ſine cauſſa: eius enim rei cauſſa ipſa natura eſt. de Fat. 143. Contra naturam uniuerſam nihil eſt contendendum. 1. Offi. 155. Naturam definire difficile 1. de Inu. 51. Naturam ſentientem dicunt Academici eſſe mentem, ſapientiamque perfectam. Acad. ed. 2. l. 1. 21. Eã eſſe naturam & religionem prouinciæ tuæ, ut illius reditum uel adiuuando confirmares, uel negligendo impedires. fam. lib. 1.7. ad. Naturam eam, quę res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere neceſſe eſt. de Nat. 2.22. Naturam rerum omnium euoluere. Acad. ed. 1. l. 2. 104. Naturam alicuius ferre. 1. Phil. 21. Naturam patibilem habet omne animal. 3. de Nat. 20. Sed tamen ea uiciſti, quæ & naturam, & conditionem, ut uinci poſſent, habebant. pro Mur. 132. Atque hic a magiſtris parum inſtitutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: induſtriam non ſum expertus, ſtudium certe fuit. de Clar. 191. Parere quędam matrona cupiens, dubitans eſſet ne prægnans, uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturam: retulit. negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, cõcipere potuiſſe. 2. Diu. 112. Naturam illam quæ imagines fundat, ac mittat in deorum numero,

mero. de Nat.1.22. Naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam indicare. maximum argumentum eſt, quod omnibus curæ ſunt, & maxime quidem, quæ poſt mortem futura ſint. Tuſc.1.26. Naturam ducem nactus non eſt quiſquam hominum, qui ad uirtutem peruenire non poſſit. 1. de Leg.23. Naturam in duas ſpecies partiebantur Academici, in materiam & formam. Acad.ed.2.l.1.17. Siquis in cælum aſcendiſſet, naturamque mundi & pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſuauem illam admirationem ei fore. de Ami.74. Qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur. Tuſc.4.67. Præter naturam & fatum. 1. Phil.7. An quidquam poteſt eſſe ſecundũ naturam, quod fit repugnante ratione? Tuſ.4.65. Omnia quę ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Cat.64. Secundum naturam uiuere. Offic.3.29. Ducem tamquam Deũ ſequimur optimam naturam, eique paremus. de Sen.5. Naturam ſi ſequemur ducem, numquam aberrabimus. Offi.1.141. Neque naturam ſignificat: eſt enim plena rationis. de Nat 2.32. Acie mentis rerum omnium uim naturamque uidere. de Or.123. Id ſi eſt difficile nobis, ſi tamen in re poſitum atq. natura. de Or.92. A natura corporis experte nihil quidquam effici poſſe arbitrabatur Zeno. Acad.ed.2.lib.1.28. A natura dati hominibus igniculi, a corruptela malæ conſuetudinis extinguuntur exoriunturque & confirmantur uitia contraria. 1. de Leg.25. A natura datum homini uiuendi curriculum. de Vni.55. Maior pars eo ferre deferri ſolet, quo a natura ipſa deducitur. Offic.1.205. Eos a natura ipſa diligere cogimur. Offic.39. A natura deorum hauſtos animos & delibatos habemus. Diu.2.94. A natura repetenda iuris ſtirps. 1. de Leg.15. Sim etenim impudens, ſi plus poſtulem, quam homini a natura rerum tribui poteſt. 11. fam.35. Tantum ſibi perſuaſerant, quantum natura admonente cognouerant. Tuſc.1.24. Quæ natura, non literis aſſecuti ſumus. Tuſc.2.2. Vitia quæ ab natura habeas, ſtudio atque artificio quodam malitiæ condire. pro Clu.32. Honeſtum per ſe nobis placere, animoſque noſtros natura & ſpecie ſua commouet. Offic 39. Si aliquem nacti ſumus cuius cũ moribus & natura congruamus. de Amic.27. De natura deorum quæſtio perdifficilis & perobſcura. de Nat.1.1. De natura uariæ opiniones. 2. de Nat.58. Qui autem natura dicuntur iracũdi, aut miſericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij ſunt eiuſmodi conſtituti, quaſi mala ualetudine animi, ſanabiles tamen. Tuſ.4.67. Natura diiudicanda ſunt honeſta & turpia. 1, de Leg.34. Magiſtra ac duce natura. de Fin.1.55. Natura duce errari nullo pacto poteſt. 2. de Leg.15. Atque hæc ita ſentimus natura duce, nulla ratione, nullaue doctrina. Tuſc.1.26. Natura mũdus effectus, nihil opus fuit fabrica. de Nat.1.38. Si ea rerum natura non poſſem euellere. de Prou.Con.36. hoc eſt delere, tollere. Quod ſi exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem, nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit. de Amic.22. Vita ipſa ex ui ſua naturaque facile perſpicitur. pro Syl.182. Argumenta aut ex ſua ſumi ui atque natura, aut aſſumi foris. de Or.123. Aliquid ex rerum natura ſuſtuliſſe. pro S.Roſc.30. Hoc non natura fit, ſed quodam inſtituto. Or.252. Quid uero hoc elegantius quod non fit natura? in Or.90. Ea quæ natura fluerent atque manarent. de Nat.2.30. In natura eſt bonum ipſum, non in opinionibus: nam ui ita eſſet, beati quoque opinione eſſent 1. de Leg.35. In omni fuſum eſt natura calidum illud atque igneum. de Nat.2.21. In natura, non in opinione, ſita arboris aut equi uirtus. 1. de Leg.34. Noſtris manibus in rerum natura quaſi alteram naturam efficere conamur. 2. de Nat.115. In natura ratio perfecta, iuxta Academicos. Acad. ed.2.l.1.21. In rerum natura duo quærenda ſunt: unum, quæ materia ſit, ex qua quæque res efficiatur: alterum, quæ uis ſit quæ quidque efficiat. 1. de Fin.14. In natura rerum tria ſunt: unum, cum in uoluptate ſumus: alterum, cum in dolore: tertium, cũ nec in uoluptate, nec in dolore. de Fin.2.14. In natura tria ſunt: unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere, nec dolere. Tuſc.3.41. Natura improbus. pro Sext.26. Natura ineſt in mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas ueri uidendi. Tuſc.1.37. Hoc natura eſt inſitum, ut quem timuerir, qui cum de uita, fortuniſque contenderis, cuius ex inſidijs euaſeris, hunc ſemper oderis. pro Syll.63. Natura non eſt interdictum ſingulis hominibus artes plures noſſe. 1. de Or.108. Natura leniſſimus homo. Acad.ed.1.lib.2.12. Tormentum gubernat dolor & moderatur natura cuiuſque tum animi tum corporis. pro Syl.182. Optima natura eſſe. Tuſc.1.29. Pro natura tua. 13. fam.24. Aduerſante & repugnante natura nil decet. 1. Offic.156. Natura ſentiente nihil ualentius, a quo intereat. Acad. ed.2.l.1.21. Natura tributum eſt id optimo cuique, ut laudem uelit conſequi. 13. fam 25. Geſtus natura ita uenuſtus, ut ars etiam quæ non erat, & e diſciplina motus quidam uidere-

tur accedere. de Clar.190. Naturę ſunt diuerſę. de Fin.130 Voluntates hominum occultæ multiplicesq. naturę. Bruto,2.3 Naturę primę & inchoatę de Nat.2.24. Naturę rerum & locorum. 2. Q.fr 40. Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorũ habes? Q.fr.317. Eodem temporis puncto nati, diſſimiles & naturas, & uitas, & caſus habent. de Diu.128. Naturę numini diuino parent omnes. 1. de Nat 32. Quattuor naturas, ex quibus omnia conſtare vult Empedocles, diuinas eſſe cenſet. de Nat.1.22. Theophraſtus perſecutus eſt ſtirpium naturas, omnium fere rerum, quę e terra gignerentur, cauſſas atque rationes. 5. de Fin.17. Naturis, quę ſine animis ſunt, locus eſt proprius. de Nat.1.73. A ſuperis exteruiſque naturis alitur terra. 2. de Nat.60.

Naturalis.

Naturalis æquitas duarum partium. Top.48. Nulla eſt caritas naturalis inter bonos. de Nat.1.85. Diuinatio naturalis. 1. Diu.179. Motus naturalis. 1. de Fin.128. Naturalis & non fucatus nitor. de Cla.Or.18. Naturalis pater. 3. Phil.134. Facile cernes naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauiſſe uitio deprauatæ uoluntatis. de Clar.176. Pabulum naturale. 4. Acad.229. Principium naturale omniũ cauſſarum unum eſt. de Cla.109. Vt homines adoleſcentes, ſi quid naturale forte non habeant, deterreantur. de Or.94. Societas naturalis. 1. Offic.76. Quid tandem poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſſit? Tuſc.4.47. Naturalem unum eſſe deum, populares multos dicit Antiſthenes. de Nat.1.24. legem naturalem diuinam eſſe cenſet Zeno, eamque uim obtinere recta imperantem, prohibẽtemque contraria. 1. de Nat.26. Hanc quaſi naturalem atq. inſitam in animis noſtris ineſſe notionem. 1. de Fin.24. Niſi ipſe ſe cum domeſtica diſciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderet. pro Cœl.36. Naturali tantum norma legem bonam a mala diuidere poſſumus. Nec ſolum ius & iniuria a natura diiudicatur, ſed omnia omnino honeſta ac turpia. 1. de Leg.33. Noſtrarum uoluntatum & appetitionum non ſunt cauſſæ naturales & antecedentes: nihil enim eſſet in noſtra poteſtate. de Fat.241. Quæſtiones naturales & obſcuræ. Partit.34. Hæc enim duo genera diuinandi naturalia ſunt. Diu.82. Eiſque libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulſi ſumus. de Clar.166. Vitioſarum rerum, neque naturalium uocabula. de Nat.2.45.

Naturaliter.

Quod enim homini n. inſitum eſt, eo uti decet: & quidquid agas, agere pro uiribus. de Sen.24.

Naſſa.

Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris. Att.15.38.

Naſturtium.

Perſas negat Xenophon, ad Panem adhibere quidquam præter naſturtium. 5. Tuſc.140. Sit uoluptas non minor in naſturtio illo, quo ueſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quam in Syracuſanis menſis. 2. de Fin.146.

Naſus.

Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur. 2. de Nat.108.

Natalis, Natalitius, *Vide* Naſcor.

Natio, Natiuus, *vide* Naſcor.

Nato, *Vide* No.

Natrix.

Cur Deus omnia noſtri cauſſa cum faceret (ſic enim vultis) tantam uim natricum, uiperarumque fecerit? cur mortifera tã multa pernicioſa terra marique diſperſerit? 4. Acad.215.

Natu, Natura, Naturalis, Naturaliter, Natus, *Vide* Naſcor.

Nauale, Naualis, Nauarchus, *Vide* Nauis.

Nauci.

Non habeo denique nauci Marſum augurem. Diu.1.111.

Nauis.

Conficit optime curſum nauis quę ſcientiſſimo gubernatore utitur. 1. de Inue.74. Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu, pulſuque remorum. de Orat.97. Inſtructa & ornata nauis. 7. Ver.104. Quod ſi peruentum eo, quo ſumpta nauis eſt, ſed nauigantium. Off..70. Conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim: vna nauis eſt iam bonorum omniũ: quã quidem nos damus operam vt rectam teneamus, vtinã proſpero curſu: ſed quicunque uenti erunt, ars noſtra certè non aberit.

ſam.

fam.lib.12.55. Aſcendere ad nauim. Acad.57. Nauem maximam triremis inſtar palam ædificauit.7.Ver.35.Appellere nauim ad uillam aliquam. Att.13.278. 2.Nauem conſcendere. Acad. ed. 1.lib.2.91. Vt enim, inquit, gubernator æque peccat, ſi palearum nauem euertit, & ſi auri: item æque peccat, qui parentem, & qui ſeruum iniuria uerberat.4.de Fin.122. Euertere nauem in portu.1.de Or.85. Qui maximis turbinibus ac fluctibus reipub. nauem gubernaſſem, ſaluamque in portu collocaſſem. in Piſ.15. Quum in nauem patres & cetera parantur. 10.Att. 49. Vidi nauem ſecundis uentis curſum tenentem ſuum. pro Plan.279.E Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium: egreſſus autem e naui accepi tuas litteras. Att. 235.Cũ ab Epidauro Piræum naui aduectus eſſem. fam.lib.4.12.1. De naui exire, non abiectis,ſed ereptis gubernaculis.2.Att.23.Mercatores e naui egredientes terrere,conſcendẽtes morari.in Vat. 81.Naui eius me & ipſo connectore uiuerem puto. 10.Att.53.In naui eadem es.2. fam.6. Si in naui necatus quis, & in mare proiectus eſſet, P.Mutius decreuit familiam puram, quod os ſupra terram non extaret. 2.de Leg.53.A claſſe diſceſſerunt,nauique longa profugerunt,nauarchis relictis.12. fa.15.19. Naues onerariæ, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum:12. fam.33.& 25 Diu.1.63. Naues laborantes in eodem curſu.3.de Na.67.Conſcenſio in naues Diu.64. Potetone in eos eſſe uehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas:in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem,& minus exinanit? 7.Ver.82. Naues inſtructas & paratas in aqua habere.12.fam.32. Nauibus proficiſci.15.fam 11 Quæ ſiunq. cum etiam in his nauibus Diagoram uehi crederent. 3 de Nat. 129.Vt omnes copiæ nauibus Dyrrhachium tranſportarentur. 8.Att 161.4.

Nauicula.

Deinde ad epulas Veſtorij nauicula. Att. lib. 14 318.7. Marius parua nauicula tranſuectus in Africã Poſt red.16. Nauicularũ aliquid habere in ora maritima.9.fa 58. Ita ſermone confecto, Catulus remanſit,nos ad nauiculas noſtras deſcẽdimus. Acad. ed.1.lib.2.137.

Naualis.

Naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. At.10.24. Diſciplina naualis.pro L.Man.37.Gloria naualis.7.Ver.76.Naualis pugna.Acad.ed.1.lib.2.13. [illegible] Græce. Pugna naualis ad tenendum. pro Mur.432.Pugnæ nauales & pedeſtres.de Se. 12. Bellum nauale.pro L.Man.20.Crimen nauale.7. Ver.103.

Nauale.

Atque etiam illæ impenſæ meliores, mœni, naualia, portus, aquarum ductus.2 Off.87. Si huic M.Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium opere dicendum.1.de Or.33.

Nauarchus.

Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, ceteriſque rebus nauarcho ſuo quæque ciuitas ſemper dare ſolebat.2. Ver. 48. An quod forum Syracuſanorum nauarchorum ſanguine redundauit? 2.Ver.161. O dij immortales? quid ſi harum ipſarum ciuitatum militibus,nauibus,nauarchis,Syracuſanus Cleomenes iuſſus eſt imperare. &c.2.Ver.67.

Naufragus.

Sed ut aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorũ hoſtis. pro Syl. 30. Naufragus quidam natans. de Iou. 81. C.Marium Aphrica deuicta,expulſum, naufragumque uidit. in Piſ.33. Quod ſi ſe eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, &c.in Catil.22. Quid ſi una tabula ſit, duo naufragi, hiq; ſapientes,ſibine uterque rapiat,an alter cedat alteri? 3.Off.120.

Naufragium.

Nec tuas umquã rationes ad eos ſcopulos appuliſſet, ad quos S. Titij nauem afflictam, & in quibus C. Deciani naufragiũ fortunarum uidere. pro Rab.19. Clariſſimorum ducum, regumque naufragium.1.Diu.49.Naufragium reip.pro Sext.11. pro Dom.98 & 106. A naufragio uniuerſo maximum periculum eſt,niſi a gubernaculis receſſerint.16 fam. 36. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens, ſi poterit? Off. 70. In eam tamquam e naufragio, reliquias contuliſſet.13.fam.9. Quem tu e patrimonio,tamquam e naufragio nudum eieciſti. pro S.Roſc 43. Hæc enim una ex hoc naufragio tabula me delectat. Att.lib.4.54 id eſt,hoc unicum ſubſidium calamitatis, hæ amicitiarum reliquiæ. Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Anniana ſaxa proiectus eſt. 12.Phil.332. Vt in naufragio capulſus penderes, &c.in Piſ. 34. In quo naufragio reipub. colligendo & reficiendo, ſaluti communi omnia reperientur P. Sextij cõſilia eſſe uerſata: pro Sext.5.

Quod in naufragio reip. tenebris offuſis, demerſo populo,&c. p Dom.141. Execratur luculentis ſane uerſibus apud Ennium Thyeſtes: primum ut naufragio pereat Atreus.1. Tuſc. 172. Interea,qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ep. lib.16.9.3. Hinc nimirum non iniuria, cum ad gubernacula reipub.temeratij atque audaces homines acceſſerunt, maxima ac miſerrima naufragia fiebant.1.de Inu.6. id eſt,maxima bonorum iactura fiebat. Naufragia ex latrocinio. 12. Phil. 316. Neque hercule in ijs ipſis rebus, quæ quamquã erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſariæ,tamen, &c. 1.fam.32. Naufragia iſtorum ex terra intueri. 2.Att 23. Labores quos nũc in naufragijs noſtris ſuſcipis.3.At.27. In eorum naufragijs uetſur & bonorum direptionibus.4.fam.39.

Nauicularius.

Mare magnum & difficile nobis reſtat. Si poteris cum Meſcinio,caute is ſolet nauigare: ſi minus, cum honeſto aliquo homine,cuius auctoritate nauicularius moueatur. fa.lib.16.9 20. Vt aratores,ut mercatores,ut nauicularij.4.Ver 95. Att. li 9 8. Malo inquam te,iſti generi hominum, quam mercatoribus & nauicularij inimicum atque infeſtum putari.7. Verr. 119 Ego nautas illum non putabam habiturum, ille confidebat: & eo magis, quod audita nauicularij hominis liberalitas eſſet. Att. 136.

Nauiculator.

Maiores noſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt. pro L.Man.6.

Nauicularia.

Quid eos loqui qui audiebant; quid exiſtimare eos qui audiebant,arbitrabare? inanem te nauem eſſe in Italiam ducturum? nauiculariam te,cũ Romam ueniſſes, eſſe facturum? 7.Ver.37.

Nauigium.

Prorſus diſſolutum nauigium,uel potius diſſipatum. 15. Att. 12. Eadem nauigij ratio eſt: nam nauis optime curſum conficit ea,quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. de Inu. 54. Sententiã aliquam tamquam aliquod nauigium ex reip.tempeſtate moderari. pro Cn.n.67. Committere paruo nauigio pueros.10.Att. 59. In nauigio latera,carinæ,prora,puppis,antennæ,uela,mali. de Or.159. Sed ſi iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate,&c. 4 Acad.179. Nauigia luculenta.16.At.12. Nauigia minuta 16. Att.1. Arborum conſectio magnos uſus affert ad nauigia facienda. de Nat. 56.

Nauigiolum.

Nos,uix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur.12.fam.35.

Nauigo.

Dionyſius nauigabat Syracuſas, iſque cum ſecundiſſimo curſum teneret,uidetiſne inquit, &c.de Nat.76. Nauigaui magis commode, quam ſtrenue: remis enim magnam partem;a prodromo nulli.16.Att.141. Reliquum eſt ut quæratur, utrum noſtra iſta claſſis curſu & remis, an ſumptu nautarum & litteris nauigauit. pro Flac.152. Rogo te ne nauiges, niſi explorate. ep. 259. Cum ipſe archipirata cum grege prædonum pleniſſimis uelis nauigaret. pro Dom 40. Vt ſi Xerxes,cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copijs, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo maria ambulauiſſet,terramq.nauigauiſſet.&c. 2.de Fin.92. Negotium magnum eſt nauigare, atque id menſe Quinctil. Att.lib.5.99.1. Claſſibus maximis nauigare. Att. lib. 10.197.6. N. ex ſententia, Acad.ed 1.lib.2. [illegible] expeditius. 6. Att.47. N. in alto. Off 3.120. N. incommodiſſime.5. Att. 24. Probo nauigio, bono gubernatore n. 4.Acad. 179. Myoparonibus n.7.Ver.76. N. ſine timore & ſine nauſea. 5. Att. 23. Cum aut hieme, aut referto prædonum mari nauigaretur. pro L.Man.21. Nauigandum eſt nobis infero mari,incerto curſu, hieme maxima. 8. Att.11. Nauigandi felicitate uti. 7. Att.7.

Nauigans.

Recordor enim eum illo Rhodiorum [illegible] nauigans,quã fuerim ſollicitus. Att.165.

Nauigatio.

Videtiſne,inquit,amici, quam bona a dijs nauigatio ſacrilegis detur? de Nat.76. Nauigatio hiberna,odioſa 15. Att.43. Ego, ſi me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipſos Eteſias, propediem te,ut ſpero,uidebo. fam.lib.15 11.4 Vt medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio: ſic uiuendi ars eſt prudentia. 5. de Fin 28. Nauigationis longæ & hiemalis & minime portuoſæ periculum. 6.fam 53. Primam nauigationem omiſeris Q fr lib.2 15. Longa ex nauigatione aliquando in portum uenire.de Sen.65. In nauigatione noſtra puſillum laxamenti

mendi naſlis. 12 fam. 40. Aiebant te primâ nauigatione tranſmiſſurum. Q. fr. 312. Nauigationum curſus. 13. fam. 91.

Nauiter, *vide* Nauus.

Nauita, *vel* Nauta.

Verum quoniam non ſolum nauta ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis, Luculle, tempus eſſe, &c. Acad. ed. 1. lib. 2. 135. Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ. Tuſc. 180. Nautæ tempeſtatem præterire noluerunt. 14. fa. 12. Hæc ſigna uemens poſſunt prænoſcere nautæ. in Ara. 81. Nautæ feſtinare ſolent quæſtus ſui cauſſa. 16. fam. 11. Ego nautas eum non putabam habiturum. Att. 156.

Nauticus.

Inhibere, uerbum eſt totum nauticum. ad Att. lib. 13. 278. 2. Idemque iuuenibus uiſis, auditoq. nautico cantu. 2. de Na. 129. Nauticarum rerum ſcientia. 2. de Nat. 218. Cum eum uobis maiores noſtri, exſuuijs nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. pro L. Man. 38.

Nauo.

Qui, etiã ſi ſuffragandi ſtudia non nauant, tamen afferunt petitori aliquid, &c. de Pet. Conſ. 15. Qui nauarat miles operam imperatori. de Clar. 191. Sed, ſi me audiant, nauent aliam operã, aliam ineant gratiam. pro Cæl. 50. Cum is publicanoſi cauſſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret, & P. Tullioni Syro nauaret operam. de haruſp. reſp. 1. Nemo eſt tam afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit nauare aliquid & efficere. 6. fam. 6. Vtinam aliquod in hac miſera reip. ... opus efficere & nauare mihi liceat. 9. At. 46. Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut cum tibi hic ſatisfecerimus, illic quoque noſtram in te beneuolentiã nauare poſſimus. 1. fam. 57. Nauare operam alicui atque ei ſeſe uenditare. pro Dom. 143. ep. 159. Etſi minus ſa curia atque in foro, at in litteris & libris, ut doctiſſimi ueteres fecerũt, nauare reip. & de moribus ac legibus quærere. 9. fam. 5. At petitionis quidem tuæ annum mihi ſemper fuit exploratã; ſed tamen nauare operam uolebant. ep. 250. Tibi omnes nauare operam & ſtudium uolunt. Att. 172. Quam uellem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſes. ad Brut. 17. & 13. Att. 11. Vtinam potuiſſem pro tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atque beneficijs tibi operam meam ſtudiũque nauare. 15. fam. 34. Equidem iam mihi uideor nauaſſe operam, quod huc uenerim. 2. de Or. 15.

Nauſea.

Tua ἀκολασίας nauſea abiit. At. 226. Feſtinare te nolo, ne nauſea moleſtiam ſuſcipias æger, & periculoſe hieme nauiges. fa. lib. 16. 12. Nauigauimus ſine timore & ſine nauſea. 5. Att. 13.

Nauſeola.

Nauſeolam tibi tum cauſſam otij dediſſe facile patiebar. ad Att. lib. 14. 305. 2.

Nauſeo.

Sudet, palleat, quidlibet, modo ne nauſeet, faciat. 2. Phil. 89. Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius neſcire quod neſciens, quam iſta effutientem nauſeare, atque ipſum ſibi diſplicere? 1. de Nat. 59.

Nauſeans.

Epiſtola quam dediſti nauſeans Buthroto. Att. 18. Ructantem & nauſeantem aliquem in alicuius plagas conijcere. fam. lib. 12. 25. 10. Tu tamen cum audiſſes ab Anicio (uidit enim me nauſeantem) non modo mittendi cauſſam iuſtam habuiſti, ſed etiam uiſendi. 7. fam. 47. Att. lib. 5. 109. 4.

Nauus.

Ceteri ex ordinibus homines naui & induſtrij, partim in Aſia negotiantur. pro L. Man. 11. Nauus, pudens, & probus filius. 5. Ver. 157. Nauus & induſtrius homo. 5. Ver. 45.

Nauitas.

Iſtamque operam tuam, nauitatem, animum in rep. celeriati præturæ anteponendam cenſeo. fam. 10. 55.

Nauiter.

Qui ſemel uerecundiæ finem tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. 5. fam. 29.

Ne.

Non factitatum eſt, ne a barbaris quidem id maleficium. de Inuen. 61. Igitur meo decreto ſoluta res Scaptio, ſtat inquam decretum, ſi tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. ad Att. lib. 6. 111. 16. Ne ægrotus ſim, inquit, ſed ſi fuerim, ſenſus adſit. Tuſc. 192. Ne affligere eum morbus poſſit, aut ſenectus. de Vniu. 21. In qua, niſi, ut dicitur, apertum pectus uideas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidẽ, aut amari poſſis, cũ, id quã uere fiat, ignores. de Ami. 80. Dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur. una non modo contra legem, &c. fam. li. 9. 26. 8. id eſt, etiam ut aliquid tribuamus. Tamen ne arbitraris id te poſſe obtinere? pro Dom. 125. Ne cogito quis ſtipem, præter Idææ matris famulos, eoſque iuſtis diebus. 2. de Leg. 24. Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quitum, &c. pro Mil. 116. Tamen uereor ne conſolatio ulla poſſit uera reperiri. ep. 78. Te horror, ut ne cui, &c. ep. 197. Is ſententiam ne diceret, recuſauit. Off. 72. In tam leues, ne dicam, in tã ineptas ſententias incidiſſe. de Natu. 1. 42. Ego decem annorum peccata recordans, in quibus is erat ille etiam annus, qui nos hoc non defendente, ne dicam grauius, afflixerat. Att. li. 9. 175. 4. Ne dici quidem opus eſt quanta diminutione ciuium, &c. 5. in Cati. 68. Ne diutius tenea, pecunia attributa numerata eſt. 5. Ver. 15. Ne diutius teneam, nullius conſilij exitum inueniunt. ad Att. Ne duriores forte uideamur. 2. de Leg. 37. Quid enim, Africanus indigens mei? minime hercle. at ne ego quidẽ illius. de Am. 30. Ne exiſtiment ita ſe allegatos, ut ab amicis in magnã aliquam rem peccantibus non diſcedant. de Amic. 59. Nullas adhuc a te litteras habebamus, ne famam quidem, quæ declararet, te, cognita ſenatus auctoritate, in Italiã adducere exercitũ. Att. 278. Ne fando quidem auditum eſt. de Nat. 1. 57. Dã operã ut foetus adoleſcentis tua ne fiat. epiſt. 221. Operã datur, ut iudicia ne fiant. Quinct. fiat. 313. Deiotarus ne inquam ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem. pro Deiot. 150. Cum illa cognoueris, nolo ignores, ne hæc quidem humana. Ora. 107. Ne hæc quidem reprehendo, ſunt enim, &c. de Or. 116. Tamen ne hæc uita relegatio appellabitur. pro S. Roſc. 25. Meretrix coronam auream ne habeto. de Iau. 77. Vt ne hoc quidem diceret, illa inuenta eſſe deorum, ſed ipſa diuina. de Nat. 1. 28. An mihi de te nihil eſſe dictum putas, ne hoc quidem cũ hoc, &c. ep. 35. Ne hoc quidem prætermittendũ eſſe duxi, te ut hortarer, ut, &c. ep. 75. Tamẽ uide ſi forte in Tuſculano teſte eſſe poſſim, ne id melius ſit, an hoc, &c. Att. 160. Non enim prætereundum eſt, ne id quidem. in Ver. 107. Tu ne id ueritus es. Q. fr. 303. Ne ille quidem magno deſiderio tenebitur uicinum. de Sen. 83. Non prætermittam, ne illud quidem, Furiom, &c. Q. fr. 312. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Tuſc. 151. Ne in cogitationem quidem cadit. de Nat. 1. 16. Nihil in ædibus cuiuſquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, &c. tota Sicilia reliquiſſe. 6. Ver. 2. Ne in pontificijs quidem noſtris. de Nat. 1. 58. Numquam ne in ſomnis quidem uides. de Nat. 1. 57. Qui fieri poteris, ſi ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex? de Amic. 77. Ne iuuanto mulieres niſi Cereri, Græco facio. 2. de Leg. 24. Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus. pro Roſc. Am. 2. Tamen ne iſti teſtes habebuntur? pro Flac. 159. Impetrant ut ne noceant. 10 Ver. 101. Me uero nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit umquam, ne nunc ſenem. ep. 143. Et ne longum ſit, omnium uicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus. pro Clu. Tibi permitto, reſpondere ne malis, an audire. de Nat. 60. Nulla ne minima quidem aura, &c. Tuſc. 231. Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & diſciplinæ conferendi ſunt. Offic. 15. Numquam illum ne minima quidem re offendi. de Ami. 85. Sunt qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapientũ, ut ne minus amicos quidem, quam ſe ipſos diligant. de Fi. 63. Ne mouentur quidem. de Nat. 2. 38. Ac ne multa. Somn. Scip 7. Vndique reclamatur ne multa, iterum ille aliquanto poſt ad illos uenit. Ne multa, ipſum dicere adoleſcentem audiſtis. 7. Ver. 91. Ne multa, iudices, his contumelijs ſcitote Quinctum Lollium coactum ad Apronij leges conditioneſque ueniſſe. 5. Ver. 51. Ne multa iudices, libertate, quam uos ſocijs dediſtis, hac ille in acerbiſſimo ſupplicio miſerrimæ ſeruitutis abuſus eſt. 7. Ver. 89. Ne multa, locuturum ſe eſſe confirmat. in Ver. Ne multa, nihil me in illo itinere præter conſcientiam meam delectauit. Att. Ne multa: perquiritur a coactoribus, inuenitur ea ſerrula, ad Stratonem peruenisse. pro Clu. 343. Ne multa, HS decem me, inquit, dixi daturum. Ne multis, Diogenes emitur. pro Clu. 56. Quos tu, præfecturas ſume, dum ne negotieris. Att. 85. Ij qui inter ſe ne noti ſunt. Att. 131. Quod ne nunc quidem deſpero. ep. 34. Et quoniam cœpi, &c. ne nunc quidem ſolum de orationis modo dicam, ſed etiam de actionis. Ora. 202. & 201. Ne obeunto ſacra ulla ſolemnia minorũ. 2. de Leg. 16. Conſul edicit, ut ſenatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. in Piſ. 83. An ego Homero, Ennio, reliquis poetis, maxime tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur? in Or. 58. Cum a me litteras librarij manu acceperis, ne paullum otij me habuiſſe iudicato. Q. fr. 317. Interea e Cappadocia, ne pilum quidem. Att. lib. 5. 108. 10. Vt hoc noſtrum deſiderium ne plus ſit annuum. ad Att. 65. Quo

ne

ne pluris emerent. ep.96. Ego ne Protagoram quidem. de Na-tu.1.82. ſub. ſuperſtitioſum eſſe cenſeo. His idem fuit propoſitum quod regibus, ut ne qua re egerèt. Off.14. Illud ne quis admiretur, quoniam hæc,&c. de Or.161. Ne quis agrum conſecrato. 2.de Leg.24. Non tam ut te impediret, quam ne quis Alexandriam uellet ire. ep.4. Ne quis illud admiretur, quonam modo,&c. 3.de Ora.107. Cum eſſet lex Athenis, ne quis plebiſcitum faceret, ut quiſquã,&c. de Opt.244. Vt ne quid meorũ tibi eſſet ignotum, animaduerti te operam date. Bru.l.13.18.1. Vt prorſus ne quid ignorem. Att.44. Satis prouiſum eſt, ut ne quid ſaluis auſpiciis agere poſſint. ep.4. Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi ſit fama mea potius. Att.251. Do operam ut ne quid tuorum mihi ſit ignotum. ep.208. Ego illud ne quidem contemnam. Att.32. Si ne quidem tuorum quiſquam lõ, eo motus erit. pro Cœc.297. Ne, ſi uelim quidem, id facile poſſem. Att.177. Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio. Att.l.16. 337.2. Velitis iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne ſit. pro Dom 35. Ne ſit ſane, uideri certe poteſt. 4.Acad.148. Ne ſit igitur ſol, ne ſtellæ, ne luna: quoniam nil eſſe poteſt, niſi quod attigimus. 1.de Nat.61. Iudicium de pecuniis repetundis ne ſit hoc tempore. in Ver.219. Obliuiſcor iam iniurias Clodia, depono memoriã,&c. ne ſint hęc in te dicta, quę dixi. pro Cęl.28. Quę ne ſpes eum fallat, uehementer te rogo. ep.4. Nec habere ne ſpei quidem extremum de Nat 62. Vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo lõgius aut breuius. de Or.160. Ne ſumptuoſa aſperſione longe coronæ, ne acerræ prętereãtur. 2.de Leg 95. Igitur ne ſuſpicari quidem poſſumus, quẽquam horum ab amico quidpiam contendiſſe. 6.Ver.2. Hęc ne ſuſpicari quidẽ ſunt. de Nat 1.30. Ne ſuſpicione quidẽ poſſunt attingere. 3.de Na.45. Ne tantillum quidem commotus. Ne Titus quidem Poſtumius contemnendus in dicendo fuit. de Clar.189. Ecce autem ne ua turba, ne tamen iſtum ſine amicis plane nudum putetis ac deſertum. in Ver.254. Si ne tum quidem finem iniuriarum faciet. de Vniu.57. Vna me hercule res hæc Cn. Plancij tegere potuerunt, ne tu in ea uita, de qua dicam, tot & tanta adiumenta huic honori fuiſſe mirere. pro Planc.264. Ne tu quidem intelligis. de Nat 1.62. Ne tu quidem Vellei. de Nat.25. Tantũ abeſt ab eo, ut malũ mors ſit, ut uereat ne homini,&c. Tuſ.164. Tamen ne uereris, ut poſſit,&c. pro Quinct.14. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne uiuam, ſi ſcio. Att.lib.4.85.12. Sed ne uiuam, ſi tibi concedo, ut eius rei tu cupidior ſis, quam ego ſum. fam.l.7.24.14. Quaſi diceret, emoriar, uel diſpereã. Et hic metuo, ne uia ſibi conſtet. Acad.33. Nemo non modo Romę, ſed ne ullo in angulo totius Italię fuit, quem,&c. in Catil.106. Huic nihil eſt quod exploratũ habeat, permanſurum ſibi quidem ne unum diem. de Sen.118. Continuo ne cauſſa fuiſſet, cur a prętore poſtulares, ut bona poſſideres? pQuinc.27. Fiat nec ne fiat, id quęritur. Diu.99. Honeſtum ne factu ſit, an turpe, dubitãt. 1.Off.15.Top.44. Nihil mea intereſt, humi ne, an ſublime putreſcam. Tuſ.170. Iam ne uides belliua? iam ne ſentis, quę ſit hominum querella frontis tuę? in Piſ.1. Quid uis nobis dare, iſti ne auferantur abs te, &c. in Ver.207. Vt uideamus ſatis ne iſta ſit iuſta defectio. 1.Acad.62. Sit ne autem, nec ne. 15.Att.59.

Ne ue.

Ne ue aſpere cõcurrant, ne ue uaſtius diducãtur. 3.de Or.95. Vt ne ue aſper eorum concurſus, ne ue hiulcus ſit, 3.de Or.94. Peto a te, ut id a me, ne ue in hoc reo, ne ue in aliis requiras. fam.lib.1.9.70. Eam neque nobis minuas, ne ue uiuus, ne ue mortuus. 2.de Leg.61.

Nebulo.

Hærebat nebulo, quo ſe uerteret non habebat. In Ant.174. Huius nebulonis operatione, ſi Brutus moueri poteſt, licebit eũ ſolus ames. ad Att.63. Et nebulonem illũ, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Att.l.1.7.7. Quem tu illo certiorẽ nebulonẽ? 15.Att.40. Nos ab iſto nebulone facete eludimur. pro Roſ. Am.76. Hoc ego ex P.Vedio, magno nebulone, audiui. Att. lib.6.112.4.

Nebuloſus.

Nebuloſum & caliginoſum cælum. 1.Tuſc.94.

Nec.

Senatori q nec aderit, aut cauſſa, aut culpa eſto. 3.de Leg.15. N.agellos ſingulorum, nec uiticulas dij perſequuntur. 3.de Natu.64. Etſi nec bona, nec mala eſſent, tamen, &c. 1.Acad.51. Propter tuas res ita contractas, ut quemadmodum ſcribis, n.caput, n.pedes: equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. fam.l.7.31.2. N.enim illa prima uera eſt, ut quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus. de Amic.58. N.enim melior uir fuit Africano quiſquã, nec clarior. de Amic.5. N.habet, n.exhibet cuiquam negotium, quod eſt immortale, ut Epicuri dictum. de Nat.1.60. Quo mortuo, n.ita multo poſt in Galliam proficiſcitur. pro Quinct.8. Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longe diſſentimus: n.mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt. de Amic.31. Magiſtratus n.obedientem & noxium ciuem coercento. 3.de Leg.4. N.opinatum patrocinium a uobis ſuſceptum. de Nat.1.5. Ei n.opinanti uoluntatem tuam tantam per litteras demiſiſſe. fam.l.13.19.2. Præſentibus inſidiis n.opinantem liberaui, neque ſolum ei ſaluti fui, ſed etiam curaui ut eſt auctoritate regnaret. fam.l.15.4.15. N.opinante Fauſto, cum is neq. ſciret, neq. uellet, familia eſt comparata. p Syl.41. Non ne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens, n.opinantes aſſecuta eſt ſenectus? 1.Tuſc.150. Pleroſq. n.opinantes oppreſſimus. fam.l.15.4.25. Quod enim accidiſſet, ut alter alterum n.opinato uideremus, ſurrexit ſtatim. 3.de Fin 6. Patrum delubra eſſe in urbibus cenſeo: n.ſequor magos Perſarum, quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Grecię dicitur. 2.de Leg.42. N.ſicut uulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem. de Amic.6. Quod bonum quale ſit, negat omnino Epicurus ſine uoluptatibus ſenſum mouentibus n.ſuſpicari. 1.Acad.11. Excogitat, inquam, quẽadmodum tamen ſe illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adeſſe poſſet. 4.Ver.89.

Necdum.

Caſſius ineptas litteras miſit: necdum Bibuli erant allatæ. Att.lib.6.111.13. Necdum ego tamen Quinctum conueneram. Att.92. Philoſophi ſummi necdum tamen ſapientiam conſecuti. Tuſc.205.

Necne.

Doleam, necne doleam, nihil intereſſe. Tuſc.181. Deliberet utrum trãſijciant legiones ex Africa, necne, & ex Sardinia: & Brutum acceſſant, necne: & militi ſtipendium dent, an decernant fam.lib.11.26.1. Quæro enim potuerit ne Roſcius ex ſocietate ſuam partem petere, necne. pro Roſc. Com.30. Parthi tranſierint, necne, pręter te, video dubitare neminem. fam.lib.2. 16.5. Sit miſſum necne, ſcio dictum quidem tibi Att.193.

Necnon

Nec non meam mentem domum ſæpe reuocat exanimata uxor. in Catil.118. Nec non ſæpe laudabo. Parad.117. Nec non Xenocratem,&c. Off.22.

Nec vero.

Neque in publicis rebus infantes & inſipientes homines ſolitos eſſe uerſari: nec uero ad priuatas cauſſas magnos ac diſertos homines accedere. 1.de Inu.5. Nec uero dialecticis modo ſit inſtructus, ſed habeat omnes philoſophię notos & tractatos locos. in Or.64. Nec uero in hoc quod eſt animal, ſed in ijs etiam, quę ſunt inanima, cõſuetudo ualet. de Am 60. Nec uero multitudo pedes nouit, nec ullos numeros uſe tenet. in Or.100. Nec uero poſſum,&c de Nat.67. Negabãt ullam uocẽ inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quã eius qui dixiſſet ita amare oportere, ut aliquando eſſet oſurus: nec uero ſe adduci poſſe, ut hoc quemadmodum putaretur, a Biante eſſe dictum crederet. de Amicit.53.

Nec, Neceſſum, *vel* Neceſſe.

Alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere n.eſt. epiſt.6. Corpus mortale aliquo tempore interire n.eſt. 2.de Inu.247. De homine enim dicitur, cui n.eſt mori. de Fat.28. Quod omnibus n.eſt, id ne miſerum eſſe uni poteſt, Tuſc.1.107. N eſt, quod animal in eo gignatur. de Nat.2.30. Oratio aut nulla ſit n. eſt, aut omnium irriſione ludatur. de Orat 89. Hoc arator aſſequi per triennium certo fructu ſuo non potuit, uendiderit inſtrumentũ n.eſt. 5.Ver.174. Tantum uini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in pop.Romani cõſpectu uomere poſtridie. 2. Phil.74. Vri poſſe flamma ligneam materiam n.eſt. de Inu.85. Quæ n.eſt ui cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur. de Amic.43.fam.l.11.10.6. Sunt quidem hęc concinne diſtributa, ſed tamen id quod n.fuit hominibus expertibus ueritatis, non perite. de Or.116. Nam & teſtimonium ſæpe dicendum eſt, ut mihi.n.fuit in S.Titium. de Or.112.& 113. Mihi hoc n. fuit facere. pro Syll.176. Quid tibi n. fuit, homo fanatice, ſacrificium illud inuiſere? pro Dom.234. At hic etiam, quod tibi n. minime fuit, facetus eſſe noluiſti. pro Syll.171. Si n.ſit,&c. ſed nihil opus eſt,&c. Diu.110. Niſi quid n. erit, neceſſe ne habeas ſcribere. 12 Att.51. Si alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe, n. erit Hermachum uiuere. Acad.24. Ferre legem conſuli opus eſſe,

eſſe, ſibi n. non eſſe. fam. 1.9.105. His de rebus non n. habeo dicere ea, quæ, &c. pro Qu. 2. Eo minus habeo n. ſcribere, aut etiam cogitare quid ſim facturus. Att. lib. 10.192.8. Non n. habui expectare præſidium. 12. fam. 32. In quibus non uerbum pro uerbo n. habui reddere. de Opt. g. Or. 148. Non habebimus n. ſemper concludere. Part. 26. Planco & Oppio ſcripſi equidē, quoniam rogaras: ſed tibi uidebitur, ne n. habueris reddere. 16. Att. 6. Ex quibus neminem mihi n. nominare, uoſmet nobiſcum recordamini. pro Cœl. 46. Mihi n. puto etiam aduerſarijs prodeſſe. pro Mur. 126. Nam id quidem eſt interdum neceſſium. de Fin. 85.

Neceſſitas.

Nam & neceſſitas ferendę conditionis humanæ cum deo pugnare cohibet, admonetque eſſe hominem. Tuſc. 3.51. Non dicam plura, quam neceſſitas ipſa coget. pro S. R. 39. Nec ob eā cauſſam fatum erat, aut neceſſitas timenda. de Fat. 145. Neceſſitas fidem facit. Top. 39. Facilius apparabis ea, quæ tempus & neceſſitas flagitat. 5. Phil. 209. Sin qua neceſſitas huius muneris alicui reipub. obuenerit, &c. danda erit opera ut homines intelligant, ſi ſalui eſſe uelint, neceſſitati eſſe parendū. 2. Off. 109. Quæ neceſſitas eum tanta premebat, &c. pro R. Am. 39. Neceſſitas diuina. pro Lig. 10. Neceſſitas fatalis, quam εἱμαρμένην dicunt Stoici, a deo primum extitit. de Nat. 1.39. Fatalis neceſſitas rerum futurarum. 1. de Nat. 30. Fatalis neceſſitas, ut quidquid accidat, id externa ueritate, cauſſarumque continuatione fluxiſſe dicatur. 1. de N. 76. Neceſſitas ui magna ſocitata. 2. de N. 53. Mihi de memetipſo tam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo. pro Syll. 16. Efficiendi neceſſitas. Top. 31. Miloni neceſſitas fuit exeundi. pro Mil. 110. Mors aut neceſſitas naturæ, aut laborum, aut miſeriarum finis eſt. in Catil. 119. Mathematici ea prędicunt, quæ natura neceſſitas perfectura eſt. Diu. 112. Neceſſitas rerum gerendarū. 5. Phil. 196. Vitæ neceſſitas. 1. Offic. 120. Neceſſitati crimen. pro Lig. 3. Excuſatio neceſſitatis in dicendo atque in ſcribendo nō probatur. in Or. 135. Neceſſitatis inuenta antiquiora, quam uoluptatis. Or. 107. Ipſique neceſſitati dant operam, ut quam occultiſſime pareant. 1. Offic. 177. Venia neceſſitati datur. 2. Offic. 82. Debetur neceſſitati uita. pro Sext. 39. Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapiētis eſt habitum. fam. li. 4.30. Numeri in quibus neceſſitati parere cogimur. Or. 216. Off. 48. Qui ſeruiendum neceſſitati putet. Or. 219. Ad neceſſitatem reipub. pertinere. de Prou. Conſ. 20. Et ſibi nihil nō modo ad cupiditates ſuas, ſed ne ad neceſſitatem quidē reliquiſſet. pro Clu. 55. Quam interdum eandem neceſſitatem appellant, quia nihil aliter poſſit atque ab ea conſtitutum ſit, inter quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. 1. Acad. 43. Sed mihi p. c. neceſſitatem attulit paullo plura dicēdi ſententia eius qui rogatus eſt ante me. 10. Phil. 269. Nullum eſt corpus, quod effugiat ferendi patiendique neceſſitatem. de Nat. 65. Mors neceſſitatem habet fati. 13. Phil. 341. Ea quæ habent aliquam neceſſitatem. Diu. id eſt, quæ neceſſaria ſunt. Ego mehercule mihi neceſſitatem uolui imponere huius nouæ coniunctionis. Att. lib. 4.74.2. Magnam uim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionē paternus maternuſq. ſanguis. pro S. Roſc. 29. Nec uerum eſt quod dicitur a quibuſdam propter neceſſitatem, iccirco iſtam eſſe cum hominibus communitatem & ſocietatem. Off. 32. Neceſſitatem, familiaritatemq. uiolare. pro Syll. 1. Aſtrictus neceſſitate. 1. de Nat. 27. Neceſſitate cogi. Acad. ed. 1. lib. 2.8. Itaque ille inopia & neceſſitate coactus confugit, &c. pro Clu. 29 & 45. Aliquem ui ac neceſſitate coactum & inuitum aliquid facere. pro Quinct. 9. de Fin. 55. Eaque neceſſitati conſtricti. Tuſc. 2.4. Æternis cauſſis naturæ neceſſitate manantibus uerum eſt id quod, &c. de Fat. 144. Vt etiam ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur. ep. 54. Annuæ commutationes quadam ex neceſſitate, ſemper eodem modo fiunt. de Inu. 54. Fatali aliqua quaſi neceſſitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. Poſt red. ad Quir. 16. Reliquis autem tribus uirtutibus neceſſitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas, tuendaſque, quibus actio uitæ continetur. 1. Offic. 26. Temporibus autem quibuſdā, aut officijs debitis, aut rerum neceſſitatibus euenit, &c. 1. de Fin. 26. Sed uigilantes animi uitæ neceſſitatibus ſeruiunt. Diu. 103.

Neceſſitudo.

Neceſſitudo eſt, cui nulla ui obſiſti poteſt. de Inu. lib. 2.147. Mihi ſummo beneficio meo cum fratribus illis neceſſitudo eſt. Att. 204. Neceſſitudo infertur, cum ui quadam reus, id quod fecerit, feciſſe defenditur. 2. de Inu. 194. Neceſſitudo mutari & leniri non poteſt. de Inu. 83. Cum altero uiro magnus uſus & ſūma utriuſq. officij conſtituta neceſſitudo eſt, pro Clu. Fraterna neceſſitudo. pro Quinct. 3. Neceſſitudo nr̄a ad ſummā beneuolentiā peruenit. ad Brut. 15. Cū Appio Claudio c. 1. ſumma mihi neceſſitudo eſt. Att. li. 11.22.1. Neceſſitudo mihi ſūma cū eo multis eius officijs & meis mutuis conſtituta. 13. fam. 37. Cum ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire poſſimus. 2. de Inu. 248. Contubernij neceſſitudo. pro Plan. 21. Sic enim a maioribus noſtris accepimus, prętorem quæſtori ſuo, parentis loco eſſe oportere: nullam neque iuſtiorem, neque grauiorem cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam coniunctionem ſortis, quam prouinciæ, quā officij, quam publicam muneris ſocietatem. 1. Ver. 33. Familiaritatis neceſſitudiniſque oblitus, &c. pro Mur. 5. Officium neceſſitudinis repudiandum. 1. Ver. 8.3. fam. 7. Coniunctio quæſturæ liberorum neceſſitudini proxima eſt. 13. fam. 22. Magni enim uidebatur intereſſe ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoque accedere. ep. 30. & 29. Adiūgere ad neceſſitudinem ſuam bonos uiros. 13. fam. 24.56. Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium uetus, quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto: &c. 13. fam. 33. Coniungere neceſſitudinem cum aliquo. 9. Ver. 128. Summam neceſſitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt. pro Deiot. 28. Puto igitur hanc eſſe neceſſitudinem cui nulla ui reſiſti poteſt. 2. de Inu. 247. Habere aliquam neceſſitudinem aut cognationem cum aliqua re. in Or. 108. Neceſſitudinem cum aliquo conſtitutam habere. 10. fam. 4. Vt Lyſonem in fidem neceſſitudinemque tuam recipias. fam. lib. 13.36. Primum conſiderandum eſt, utrum per culpam uētum ſit in neceſſitudinem: num culpam uentendi neceſſitudo fecerit. 2. ad Her. 56. An neceſſitudine, quod alio modo agi non poſſit. de Inu. 69. Neceſſitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut uoluntas, diſtrahuntur. ad Her. lib. 4.2.11. Neceſſitudine aliqua te attingunt. 13. fam. 15. Summa neceſſitudine & ſumma coniunctione adductus, os commendabat. fam. lib. 13.28.3. Qui aliqua neceſſitudine alicui eſt adiunctus. de Pet. 209. Iampridem ex noſtra neceſſitudine, quæ ad ſummam beneuolentiam peruenit, ſublatum eſſe debet. Att. 276. Neceſſitudine, non ſtudio, facere. 4. ad Her. 136. In amicitiæ coniunctioniſq. neceſſitudine, ſuperiores ſe æquare cum inferioribus debent. de Amic. 62. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco. in Ant. 248. Hac epiſtola ſeparatim Q. Suffidium, quocum mihi omnes neceſſitudines ſunt, diligentius cōmendo. 13. fam. 25. pro Sext. 32. Neceſſitudinum non ijdē gradus, qui & temporum. Offi. 1.85. Atque etiam noui nomina neceſſitudinum mutauit, uxor generi, nouerca filij. pro Clu. 59. id eſt, affinitatum. Ad paternas enim magnas, & ueteres, & iuſtas neceſſitudines, magnam attulit acceſſionem tua uoluntas erga me. Att. lib. 16.341.1. Dubitatis quin eas tribus, in quibus magnas neceſſitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, indicarit officijs ab hoc obſeruatas, non largitione? pro Plan. 31. Hæc ego noui propter omnes neceſſitudines quæ mihi ſunt cū illo, domi una eruditi, militiæ contubernales, poſt affines, in omni denique uita familiares. pro Lig. 140. Pro plurimis noſtris neceſſitudinibus. ep. 146.

Neceſſarius.

Conclusio neceſſaria. Top. 31. Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit uoluntaria. pro Q. Roſc. 8. Neceſſarium eſt quod imperatur, uoluntarium quod permittitur. 2. de Inu. 230. Si quid primum in connexo eſt, neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium. de Fat. 149. Eſt ſenatori neceſſarium noſſe rempub. de Leg. 192. Hoc tamen ipſum ad id quod propoſitum eſt, non eſt neceſſarium. Or. 203. Non dubitaui id a te per literas petere, quod mihi omnium eſſet maximum, maximeque neceſſarium. fam. lib. 2.5.5. Neceſſarium præſidium uoluntariumque. 12. fam. 37. Neceſſarium tempus. 7. Phil. 221. Non tam neceſſarium eſt male meritis referre quod debeas, quam ut benemeritos colas. Poſtq. 203. At quum illum neceſſarium & fatalem pene caſum non tulerimus, hunc feremus uoluntarium? 10. Phil. 283. Neque eam cauſſam eſſe ad aſſentiendum neceſſariam concedet. de Fat. Nos e terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. omnia uera in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia. 2. de Nat. 227. Si alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe, neceſſe erit etiam Hermachum uiuere. Acad. 24. Et conſecutione neceſſaria ſimplex concluſio efficitur. 1. de Inu. 61. Quominus miremini Siculos re neceſſaria coactos, auxilium a patronis, a conſulibus, ab ſenatu, ab legibus, a iudicijs petiuiſſe. 3. Ver. 60. Pro neceſſario ſępe habetur quod permagni intereſt. Partit. Fatales ac neceſſariæ leges. de Vn. 60. Omnia quæ ſunt ad uiuēdū neceſſaria inquirere. Off. 3. Multa tua iudicia, ſed ad ſcriben-

dum non neceſſaria. Att. 273. Quæ prætermitto; tibi enim nota ſunt, mihi ad commemorandum non neceſſaria. Diu. 106. Ad uſum uitæ neceſſarios experiuntur diuitiæ. 1. Off. 37. Nec eos habere neceſſarios oportet, quos ineunte ætate dileximus. Lel. 64.

Neceſſarius, *cognatus, uel affinis*.

Neceſſarius & coniunctus, &c. non alienus. pro Clu. 29. Neceſſarius & propinquus. pro Mur. 67. Amicus neceſſariusq. communis. pro Cl. 70. pro Quinct. 11. 1. Torquatus meus familiaris ac neceſſarius. pro Syll. 167. M. Cælius homo mihi maxime neceſſarius. epiſt. lib. 3. 24. Neceſſarius ſis utrique. 9. Att. 28. id eſt, neceſſitudine cum utroque coniunctus. Neceſſarius prouinciæ. 5. Ver. 36. Cerelia neceſſaria mea. ep. 220. Virgo ueſtalis huius propinqua & neceſſaria. pro Mur. 141. Nam & priuignus eſt M. Cæſij mei maxime & familiaris & neceſſarij. fam. lib. 13. 13. 2. Vitio mihi dant, quod mortem hominis neceſſarij grauiter fero. ep. 179. A neceſſariis tuis neceſſario meo noli pati iniuriam fieri. fam. 6. 4. Non dubito quin ſcias in his neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe coniunctiſſimum, &c. fa. l. 13. 30. 1.

Neceſſarie.

Neceſſarie demonſtrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt. 1. de Inu. 60.

Neceſſario.

Id facit Appius nonnumquam n. ut cum tabellarios conſtituerit mittere, &c. Q. fr. lib. 3. 17. 11. Feciſſem neque tam libenter, quam n. ad Oct. 329. Tuſc. 210. Res quæ n. mouent alias. de Uniu. 63. Nulliſque unius diſciplinæ legibus aſtricti, quibus in philoſophia n. pareamus. 4. Tuſc. 12. N. ſcripſiſſe. 11. fam. 31. Cum pleriſque eorũ quibuſcum uiuo n. fam. l. 5. 21. 4.

Neco.

Quinque tyrannos, magiſtratus necato. de Inu. 80. In eum, qui parentem necauiſſet, nullum ſupplicium conſtituit Solon. pro Roſc. Am. 42. Nihil igitur intereſt patrem quis necet, an ſeruum. Parad. 28. Necare aliquem fame. Q. fr. 308. Parentem patriam, fame necandam putent. Att. li. 9. 180. 5. Vinculis, uerberibus, atque omni ſupplicio cruciatum aliquem necare. pro L. Man. 6. Necare aliquem ueneno. Offi. 3. 115. Quo minus ambo una necaremini. de Fin. 81. Scaptius incluſum in curia ſenatum obſederat, ut fame ſenatores quinque necarentur. Att. 85. Necari ac trucidari. pro L. Man. 4.

Necatus.

In tormentis necatus Zeno Eleates. 3. de Nat. 118.

Necromantia.

Inde ea, quam meus amicus Appius νεκυομαντεῖα faciebat: &c. Tuſc. 1. 30. uaticinatio eſt, euocatis umbris defunctorum hominum uita.

Nectar.

At poetæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant. de Nat. 23. Non enim ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Tuſc. 1. 52.

Necto.

Quid, non ſic aliud ex alio nectitur, ut non, ſi ullam litteram moueris, labent omnia? de Fin. 3. 58. Ex hoc genere cauſſarum fatum a Stoicis nectitur. Top. 225. Videuſne quanta ſeries rerum ſit? atque ut ex alio alia nectantur? de Leg. 166.

Nexus.

Cauſſa cauſſæ nexa, rem ex ſe gignit. 1. de Inu. 204. Res alia ex alia nexa. de Nat. 1. 8. Aliæ ex aliis aptæ & neceſſitate nexæ cauſſæ. 5. Tuſc. 100. Omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. 3. Tuſc. 32. Res collocatæ & quaſi ſtructæ & nexæ uerbis. Orat. 209. Ex æternitate quædam uera eſſe, & ea non eſſe nexa cauſſis æternis. de Fat. 29.

Nexus, *vel* Nexum.

Nexum per libram agitur. 3. de Or. 87. Niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum, cuius cum proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu, contentus iſto ſum. fam. lib. 7. 31. 6. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, ut mancipia quæ ſunt dominorum facta, nexu, aut aliquo iure ciuili. Parad. 44. Quod ſi in his rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profecto, &c. pro Mur. 3. Tradere rẽ alieni nexu. Top. 13. Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi. de haruſp. 12. Sylla ita tulit de ciuitate, ut non ſuſtulerit horum nexa atque hereditates. pro Cæc. 74. Nexorum & mancipiorum iura. de Or. lib. 1. 84. De nexis centumuiri cognoſcebant. 1. de Or. 84.

Nedum.

Quæ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librarijs quidẽ fere committamus, n. cuilibet. Att. lib. 4. 87. 2. Ego uero ne immortalitatem quidem contra rempub. accipiendam putarem, n. emori cum pernicie rempub. pro Plan. 73. Optimis temporibus non potuerunt, &c. n. his temporibus, &c. pro Clu. 37. N. illud imperium orbis terræ, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, &c. 4. ad Her. 154. Vix in ipſis tectis frigus uitatur, n. in mari & uia ſit facile abeſſe ab iniuria temporis. epi. 259. Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam, &c. 9. Att. 27. Homo priuatus uia facile ſeſe continet; &c. n. iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris. in Rull. 94. Et non permitterem, ut illud faceret, &c. n. nunc iſtud patiar, cum, &c. de Inu. 36. Erat enim multo domicilium huius urbis (quum quidem hæc urbs) aptius humanitati & ſuauitati tuæ, quam tota Peloponneſus, n. Patræ. fam lib. 7. 29. 1. Tu quoniam quartana cares, & n. morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem: te uegetum nobis in Græcia ſiſte. Att. lib. 10. 207. 6. Me uero nihil iſtorum ne iuuenem mouit quidem unquã, n. ſenem. ep. 143. Tamen in ſcelere religio non valeret, nedũ valeat id quod, &c. pro Dom. 241.

Nefandus.

Inſtitutum nefandum. pro Dom. 101. Nefandum ſcelus. de Haruſp. reſp. 253. Cõtraq. eius arma nefanda, præſidia, q̃ oblata ſunt, Cæſaris conſilio & auctoritate firmaui. ad Brut. 10. 6.

Nefas.

Idque ab iis n. eſt decretum. Att. 8. 7. Si ſceleratos interfici n. eſt. pro Mil. 103. Mihi n. ſit obliuiſci. fam. lib. 15. 21. 14. Atque aũt n. ſit tale aliquid & facere rogari & rogaſſe. de Ami. 37. Illi vero dicebant id ſibi n. eſſe. in Ver. 217. Quia profecto videris n. eſſe dictu, miſerũ fuiſſe talem ſenectutem. Cat. 12. Cælius putabat n. eſſe, publicanum iudicare contra publicanum. pro Flac. 148. Is enim nihil umquam n. fuit, nec in facinore, nec in libidine. pro Mil. 115. Mercurius, quem Aegyptij n. habent nominare. de Nat. 70. N. eſt legi nõ obtẽperare. de Inu. 79.

Nefarius.

Subito exorta eſt nefaria Catonis promulgatio. fam. l. 1. 5. 3. Scelestum & nefarium facinus. pro S. Roſc. 14. Latrocinium nefarium. 3. Ver. 107. Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere. de Or. 103. Ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiũque defendere. 2. Off. 72. Horum ego voluntates conſceleratas & nefarias ſanare non potui. pro Syll. 172.

Nefarie.

Quum multa libidinoſe, multa crudeliter in ciues Rom. atq. in ſocios, multa in deos, hominesq. n. fecerit. 2. Ver. 33. Peſtem patriæ n. moliri. 2. in Catil. 25. Pater occiſus n. pro S. Roſc. 23. Non dubito quin Dolabella, qui n. Trebonio occiſo Aſiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit. fam. 12. 12. 4.

Nefaſtus.

Quæque augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita, infectaq. ſunto. 2. de Leg. 18.

Negans, Negantia, Negatio, *vide* Nego.

Negligo.

Quæ quum ita ſint, P. C. pro imperio, pro exercitu, pro prouincia quam neglexi, pro triumpho, ceteriſq. laudis inſignibus. 4. in Catil. 94. Antonius diem edicti obire neglexit. in Ant. 187. Periculum fortunarum & capitis ſui pre mea ſalute neglexit. fam. lib. 14. 4. 4. De Theopompo ſummo homine neglexímus. in Ant. 234. Num Heliam? num Fuſiam legem neglexerit? in Vat. 29. Negligere de aliquo. 13. Phil. 371. Negligere gloriam. Off. 1. 101. Libertate contentũ negligere humana. Att. 286. Mandatum alicuius negligere. pro Roſc. Amer. 66. Minas alicuius negligere & horrere. pro Quinct. 62. Negligere mortem. Tuſc. 1. 98. Negligere officium: cõtra, Colere. Off. 1. 7. Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. Off. 1. 139. Quorum ego neque beneuolentiã erga me ignorare, nec auctoritatẽ aſpernari, nec voluntatem negligere debeam. pro Roſc. Am. 3. Prætermitti ab aliquibus & negligi. pro Clu. 103.

Negligens.

Verres negligens & diſſolutus. 5. Ver. 138. Nam eius æqualem M. Glabrionem, &c. ſocors ipſius natura negligenſq. tardauerat. de Cl. Or. 129. Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. fam. lib. 13. 4. Ignari inſtitutorum, aut negligentes potius. 13. Att. 7. Improuidi & negligentes duces. Att. lib. 7. 138. 2. Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes eſſe. de Amic. 55. Sit aliquis ſociorum atque amicorum negligentior. in Ver. 179.

Neglectus.

Homo inhuman⁹, neglectus, &c. Poſtq. re. i. incultus. Abiectus & negle-

& neglectus vir. 3. de Fin. 102.

Neglectio.

Amicorum neglectio, improbitatem coarguit. pro Mur. 126.

Negligentia.

Negligentia, pigritia, inertia, &c. quos tutari debent, deſertos eſſe patiuntur. 1. Offi. 41. Corrumpit animum negligentia, diligentia comparat diuitias. ad Her. 4. 176. Illa enim ipſa contracta & minuta non negligenter tractanda ſunt, ſed quædam & negligentia eſt diligens. in Or. 43. Negligentia alicuius in faciendo aliquid. pro S. Roſc. 28. Negligentia epiſtolarũ. 1. Att. 15. Quarum rerum negligentia pleraſq. cauſſas videmus amitti. de Or. 118. Agreſtẽ & inhumanã negligentiã fugere. Off. 1. 183. Nihil cuiuſquam aut negligentia contemptum, aut ſcelere eſſe pollutum. de haruſp. reſp. 19. Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & diligendis & colendis. de Amic. 71.

Negligenter.

Temere ac fortuito, inconſiderate negligenterq. ne quid agamus. 1. Offi. 144. Quid eſt quod negligenter ſcribamus aduerſaria? qd eſt quod diligenter conficiamus tabulas? pro Roſc. Com. 5. Tractanda non n. minuta ſunt. in Or. 43. Multa apud alium negligentius. Orat. 100. Adſeruare negligentius aliquid. pro Cæc. 51.

Nego.

Nego eſſe ullam domum, &c. de har. reſp. 247. Nego quemquam eſſe veſtrum, quin ſæpe audierit, ſocios illius fuiſſe decumanos. 5. Ver. 40. Etiam queſtimur ſæpe hominibus nouis nõ ſatis magnos in hac ciuitate eſſe fructus? nego uſquam umquã fuiſſe maiores. pro Clu. 89. Neque plane aſſentior, neque valde nego. 9. fam. 27. Nego umquam poſt ſacra conſtituta tam frequens collegium iudicaſſe. de haruſp. reſp. 246. Tu qui a Nævio; uel ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas, ſurripuiſti. de Cl. Or. 38. Negant intueri lucem fas eſſe ei, qui a ſe hominem occiſum fateatur. pro Mil. 102. Negant enim quemquam uirũ bonum eſſe, niſi ſapientem. de Amic. 16. Negabat ullam vocẽ inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quam eius qui dixiſſet, &c. de Amic. 53. Nega nega nunc equiti Romano homini honeſto, iudici tuo credi oportere. pro Roſc. Com. 25. Negent illi onerariam nauem maximam, &c. 6. Ver. 17. Negare aliquid eſſe perſonæ & dignitatis. lib. 1. de Fin. 2. Negare iucunde quod facere non poſſis. de Petit. Conſ. 29. Negare præciſe alicui. 8. Att. 15. Quæ negare ſoleam liquido, ut ne iſto ipſo ſuffragio alia quæ defendam a te pia fieri. 11. fam. 45. Quibus negare nõ potuiſſes. 5. fam. 2. Tecum agit de mea laude, cui negari a Catone fas eſſe non puto. 15. fam. 24.

Negans.

Sunt enim valde contraria alia quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, ut, Si hoc eſt, illud non eſt. Top. 24.

Negantia.

Deinde addunt coniunctionum negantiam, ſic, Non & hoc eſt, & illud. Top. 29.

Negatio.

Negatio, inficiatioque facti. Partit. 55. Deſperatum eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, Sapere & non ſapere. de Inu. 51. Cum is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negarit, eandem uim eſſe negationis huius, quam ſi extra coniurationem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet. pro Syll. 29. Quid eſt quod non poſſit iſto modo transferri ad coniunctionum negationem? de Fat. 24. Ut negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita contexa ponatur. Fat. 12.

Negotium.

Et negotium datur quæſtoribus & ædilibus, ut nocte uigilias agerent ad ædes ſacras. 6. Ver. 83. Negotium magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, ut curarent, ut ſine ui mihi ædificare liceret. de haruſp. reſp. 247. ep. 179. Si cui forte ea lege negotiũ faceſſetur. pro Clu. 51. Negotium mihi contrahi uidetur. 15. Att. 23. Mihi cum illa eſt negotium. ep. 118. Negotium audax. de Fin. lib. 2. 1. Negotium luteum. 6. Ver. 28. Magnum negotium eſt nauigare, atq. id menſe Quinctili. Att. lib. 5. 22. Negotium impudens. de Fin. lib. 2. 1. Ineptum ſane negotium, & Græculum, ſed tamen fortunatum. Tuſc. 1. 70. Quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negotium umquam otioſum. pro Plan. 273. In extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligentiſſimus ſis. Q. fr. 299. Gerere aliquid negotij. ep. 34. Cuius æs alienum negotij gerendi ſtudio contractum eſt. pro Syll. 178. Neſcio an amplius mihi negotij cõtrahatur. in Cat. 120. Quã ſcilicet cõprimere nihil eſt negotij. 2. de Fi. 88. Nihil eſt negotij hãc cauſſam defendere. de Or. 117. Iam iſthuc quidem nihil negotij eſt. Tuſc. 1. 14 id eſt, difficultatis & laboris. Qua ſi ſæpius uti uoluiſſes nihil eſſet negotij libertatem & rempub. recuperare. fam. lib. 12. 2. 1. Nihil habet negotij. de Nat. 1. 72. Deum nihil habere ipſum negotij, nihil exhibere alteri. Offic. 72. Deus nihil habens nec ſui, nec alieni negotij. de Orat. 517. Plenum negotij deum quis non timeat? de Nat. 1. 39. Cum Epicuro autem hoc eſt plus negotij. de Fin. 2. 57. Pluſculum negotij in aliquibus cauſſis eſt 2. de Orat. 55. Adhibui diligentiam quoties ſenatus fuit, ut adeſſem: plurimũque in eo negotij habui. fam. lib. 5. 6. 5. Nolo enim negotij Q. fratrem habere quidquam. Att. 195. Videamus quid ei negotij demus, cuique eum muneri uelimus eſſe præpoſitum. de Or. 112. Si quid ad me negotij tui detulerit, ſuſcipiam. 1. Attic. 46. Quid negotij eſt, hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? Tuſc. 1. 9. Ego hic cum homine furioſo ſatis habeo negotij. Brut. 90. Satis enim negotij habeo in ſanandis vulneribus quę prouinciæ ſunt impoſita. Att. 77. Puer, quo ego regendo habeo negotij ſatis. 6. Att. 22. Eques Romanus locuples, ſui negotij bene gerens. pro Quinct. 41. id eſt, cui res proſpere ſuccedunt. Negotij ſummam uides. 11. Att. 7. Nunc cum his tantum negotij eſt, ut, &c. ep. 161. Eſt incredibile, quam me negotij tædeat. Att. 75. Negotio præpoſui, ut, &c. 15. fam. 19. id eſt, hãc rẽ illi mandaui. Qui ad negotium ſuũ, relicto procuratore, proficiſcitur. pro Quinct. 11. Quando ages negotium publicum? amicorum? quando tuum? de Or. 110. Non enim uideo cur non agam negotium meum. pro Mil. 110. Negotium hoc totum ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, &c. 16. Attic. 46. Agere negotium alicuius diligenter. ep. 96. Non debuit, cum prætor eſſet, ſuum negotium agere. pro Flac. 162. Aliquando tibi tuum negotium agere licebit. Or. 134. Negotium attingere. 13. fam. 53. Negotium ſuum pro cauſſę ueritate & pro ſua dignitate conficiat. 13. fam. 80. Cum negotium noſtrum aut confecerimus aut depoſuerimus. Att. lib. 7. 125. 6. Negotium ex ſententia conficere. 53. fam. 80. O acutos homines, quam paucis uerbis negotium confectum putant. Diuin. 129. Negotiũ ad aliquem deferre. 11. Phil. 301. Eidem, inquit, utraque de re negotium dedi. pro Dom. 223. Velim des negotiũ alicui qui quærat, &c. Att. 206. Negotium dent mihi, ut Aſiam obtineã. 12. fam. 27. de haruſp. reſp. 33. Verr. 211. Dare alicui de re aliqua negotium. pro Dom. 42. Dare negotium alicui, ut aliquid agat uel faciat. Att. 219. & 248. Dare & imperare quoddam negotium alicui. 6. Ver. 45. Vt exiſtimarent homines Pompeio cũ Cæſare eſſe negotium. fam. lib. 8. 8. 30. Verum tamen hoc uideo, cum homine audaciſſimo paratiſſimoque, negotium eſſe. Att. lib. 7. 123. 8. & 2. de Fin. 72. Exhibere alicui negotium. 1. de N. 117. id eſt, moleſtiam. Expedire & conficere negotium. Att. 215. Cum eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent, &c. fam. lib. 3. 34. Cum audiſſent eis negotium faceſſitum. in Ver. 233. Qui ſuum negotium gerunt otioſe. de Amic. 112. Tu tuum negotium geſſiſti bene. pro Q. Roſc. 50. Negotium nec habet, nec exhibet cuiquam. quod eſt immortale Epicuri dictum. de Nat. 5. 60. Negotium habere, & alteri exhibere. de Nat. 1. 35. Negotium in re aliqua habere. 5. fam. 54. Imponere negotium alicui. fam. lib. 8. 8. 51. Miſcere in negotium, & dare partes alicui. pro Rab. 125. Negotium inuertere. 3. Q. fr. 17. Peregrini officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere. Offi. 25. Procurare negotium alterius in decumis. in Ver. 581. Suſcipere, adminiſtrare, & conficere negotium. Brut. li. 53. 11. 7. Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, cum illum gladio ſtricto inſecutus eſt negotiumque tranſegiſſes, niſi, &c. in Ant. 164. Tranſigere ſuſceptũ negotium. pro Quinct. 50. In negotio quod actũ eſſe dicitur, nullum ueſtigium eſt ſermonis. pro Cœl. 49. Verſari in negotio. Att. 72. Vt eum ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet. Part. 123. Intrabat ad ſummum, quod nullo negotio faceret, amiciſſimum mihi Cæſarem. Attic. lib. 10. 195. 15. Quare tu hoc propter multitudinem ſicariorum, nullo negotio facere potuiſti. pro Roſc. Am. 48. Cum pater huiuſce Sext. Roſcius, homo tam ſplendidus & gratioſus, nullo negotio ſit occiſus: pro R. Amer. 12. Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit. Att. 169. Nullo negotio recuperari aliquid poſſe. fam. lib. 10. 21. 16. Rei familiaris negotia, ſeruorum diligentia cognoſcitur. pro Roſc. Am. 72. Tanto negotio, tantis opibus oppidum Pindeniſſum oppugnabam. fam. lib. 2. 19. Negotia tumẽt. 14. Att. 4. Noſtra negotia, amabo te, explica. 5. Att. 23. Negotijs quæ attributa ſint. 1. de Inu. 54. Intereſſe & præeſſe certis quibuſdam negotijs. fam. 1. 6. 1. Negotia gerere. Acad. ed. 2. lib. 2. 2. Negotia alicuius explicare & expedire. 13. fam. 45.

Qui prædia, qui negotia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. pro Clu. 59. Qui in prouincia magna negotia & ampla & expedita habet. fam. lib. 1. 3. 1. Negotia alicuius procurare & ſuſtinere. 9. Att. 26. Etſi periniquo patiebar animo te a me digredi: tamen eo tempore me conſolabar, quod & in ſummum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs diſcedere. fam. lib. 12. 18. 4. Etſi negotijs familiaribus impeditus. ad Her. lib. 1. 1. & 2. Att. 3. Moleſtis operoſiſque negotijs implicati. 1. de Nat. 73. In omnibus negotijs, prius quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Offi. 1. 105.

Negotiolum.

Erit neſcio quid negotioli. Q. fr. lib. 3. 26. Vſque ad III. Kalend. exſpectabo tuas literas, deque Torquati negotiolo ſciturũ puto. 16. Att. 31.

Negotialis.

Negotialis conſtitutio eſt, in qua, quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos iuriſconſulti æſtimantur. 1. de Inu. 21. Negotialis conſtitutio eſt, quæ in ipſo negotio iuris ciuilis habet implicitam controuerſiã. 2. de Inu. 166. Hæc conſtitutio, quam generalem nominamus, partes nobis uidetur duas habere, iuridicialem & negotialem. 1. de Inu. 21.

Negotioſus.

Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui, cum quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem; non tam gratioſam & illuſtrem, quam negotioſam & moleſtam. pro Mur. 16.

Negotior.

Negotiaris in libera ciuitate. pro Flac. 160. M. Curius, qui Patris negotiatur. fam. 13. 71. id eſt, mercaturæ operam dat. Ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, ſaluum eſſe cupiunt. 4. Ver. 10. Homines induſtrij qui in Aſia negotiantur. pro Pomp. 7. Tum ciues Romani, qui Lampſaci negotiabantur, concurrunt. in Ver. 80. Turius, qui in Africa negotiatus eſt, uir bonus & honeſtus, heredes fecit ſimiles ſui. 12. fam. 56. Equites Romani, qui in Aſia negotiati ſunt. pro Deiot. 148. Quouſque negotiabere? pro Flac. 160. Cum ſe Syracuſas otiandi (ut ipſe dicere ſolebat) non negotiandi cauſſa cõtuliſſet. 3. Offi. 75.

Negotians.

Negaui me cuiquam negotianti dare. Att. 82.

Negotiator.

Improbus negotiator, paullo cupidior publicanus. Q. fr. lib. 1. 1. 11. Sub luſtrum cenſeri, germani negotiatoris eſt. 1. Attic. 60. Negotiatori nemini præfecturam tribuo. 6. Attic. 54. Qui plus exiſtimet apud lectiſſimos ſenatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum ualere. 5. Ver. 118.

Negotiatio.

Vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. 6. fam. 31. In negotiationis ueteris reliquijs colligendis. 13. fam. 89.

Nemo.

N. adhuc conuenire me ualuit, quin fuerim occupatus. de Senect. N. de conſularibus. de Or. 101. ep. 6. N. de ijs qui peritiſſimi ſunt, huic anteponendus eſt. pro Quinct. 14. N. de nobis unus excellat. Tuſc. 248. Quod enim eſt tam deſperatum collegium, in quo n. e decem, ſana mente ſit? de Leg. 188. N. eſt ex tanto numero, quin hunc optime de prouincia, de imperio, de ſocijs, & ciuibus meritum eſſe arbitretur. pro Font. 4. Ciuis eſt n. in tanto populo, qui, &c. pro Dom. 235. Nemo eſt, qui non in ſenſibus ſui cuiuſque generis iudicium requirat acrius. Acad. ed. 1. lib. 2. 21. N. ex tot creditoribus alijs, &c. pro Quinct. 13. Veſtrum n. eſt, quin intelligat pop. Romanum, &c. pro Roſc. Am. 92. N. Gallorum, &c. pro Font. 276. N. magis, quam is quem tu neminem putas. 7. Attic. 18. id eſt, hominem nullius pretij. N. nec homo, nec deus. de Nat. d. 25. N. negat, ſed, &c. 7. fam. 3. N. hoc neſcit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc dicet audire. 5. Verrina. 51. Aperte enim adulantem nemo non uidet, niſi qui admodum eſt excors. de Amic. 81. Nam quod fortaſſe non u. ueſtrum audierit, iſtum a Syracuſanis publice laudari. 4. Ver. 10. Non nemo etiam in illo ſacrario reip. in ipſa, inquam, curia nõ nemo hoſtis eſt. pro Mur. 76. Cum eſſet non n. in ſenatu, qui diceret non oportere, &c. pro L. Man. Vel ut non u. putaret. pro Sext. 12. N. omnium mortalium, &c. in Ver. 130. N. omnium tot ac tanta habuit, &c. de Or. 1. 9. Cum me in iudicium populi n. omnium uocarit. pro Dom. 69. N. omnium tam ſit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. 1. Tuſc. 47. N. rex, ad Her. 29. Vnus n. potuit, &c. ad Her. 25. Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. fam. lib. 9. 14. 15. Quod cum omnibus eſt faciendum, cum haud ſcio an nemini potius, quam tibi. Offi. 53. Quod & ſcripta multa ſunt, ſic ut plura nemini e noſtris. 1. de Fin. 18. Video de iſtis abeſſe non neminem, &c. in Catil. 210. Me quotidie Cæſar magis amplectitur, familiares quidem eius ſic ut neminem. ep. 85. Reſpub. te mihi ita commendauit, ut cariorem habeam neminem. Att. 119. Frater tuus quanti me faciat, ſemperque fecerit, eſſe hominem qui ignorat, arbitror neminem. fam. lib. 15. 10. 4. Excipi de antiquis præter Xenophanem neminem. pro Dom. 98. Neminem omnium hominum pluris facio. 8. Att. 7. Gracchus eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. de Cl. Or. 175. Magis idoneum, quam ego ſum, reperies neminem. Att. 147. Roſcius dicebat ſe reperire diſcipulũ, quem quidem probaret, potuiſſe neminem. de Ora. 95. Verum ſit melius, dij immortales ſciunt, hominem quidem ſcire arbitror neminem. Tuſc. 170. Neminem ex conſularibus amicum tibi eſſe uideo præter Lucullum. ep. 5.

Nempe.

Sed tu omnia qui conſilia differebas in id tempus, cum ſciremus quæ Brundiſij acta eſſent: ſcimus n. hæremus nihilominus. Att. 9. 188. 4. A quo defenderit? n. ab hoſte. 4. Phil. 157. Quorum tandem bonorum? uoluptatum credo, n. ad corpus pertinentium: nullam enim aliam nouiſtis. 1. de Nat. 155. N. ea ſequuntur quæ ad faciendam fidem pertinent. in Part. 39. A quo tempore futurum eſt? &c. n. eo, cum, &c. 7. Ver. 139. N. eũ dicis qui, &c. de Cl. Or. 166. N. igitur ea reſtant quæ, &c. Part. 23. Quibus autẽ hoſtibus, n. his qui, &c. in Piſ. 99. Si dat tantam pecuniam Flacco, n. idcirco dat, ut rata ſit emptio. pro Flac. 163. At auus huius nobilis, Tuditanus, n. ille, qui, &c. in Ant. 186. Legiones abducis a Bruto: quas? n. illas, quas ille ab Antonij ſcelere auertit. 10. Phil. 272. Sed effugi inſidias, n. in Antonij congreſſum ueniendum eſt. in Ant. 244. Cn. Pompeij tertius conſulatus in quibus actis conſtitit? in legibus. 1. Phil. 23. Nun me, inquit, dico ſcire, optime: n. iſta quæ, &c. Aca. 29. N. ita dicis propter decumas. in Ver. 139. N. negas ad beate uiuendum ſatis eſſe uirtutem? A T. prorſus nego. 5. Tuſ. Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? n. quia poſtulabat hæc. Att. 285. Quo crimine? n. quod, &c. pro Clu. 30. Iidem etiam uota ſuſcipi dicitis oportere, n. ſinguli uouent. de Nat. 79. N. ſtudium non defuit declarandorum munerum tuo nomine. ep. 18. Quod eſt, pontifices, ius adoptionis? n. ut is adoptet qui, &c. pro Dom. 110. Quid ergo tulit? n. ut quæreretur. pro Mil. 11.

Nemus.

L. Cæſar, ut ueniam ad ſe rogat, in nemus. Attic. 15. 323. 11. Nemora & ſiluæ multos commouent. 1. Diu. 285. Agros & nemora peragrare. de haruſp. reſp. 21.

Nepa.

Hæc caput atque oculos torqueri ad terga nepai. in Ara. 25. Atq. oculos urget pedib' pectuſq. nepai. de N. 47. Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uidemus boues, nepas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad uiuendum ducem. 5. de Fin. 75.

Nepos.

Ex filia nepos. de Cl. Or. 142. Qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. pro Deiot. 1. Aliquis ut in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus nepos. cont. Rull. 75. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sext. Næuius? pro Quinct. 22. id eſt decoctor. Quærerem ex eo, cuius ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos: facie, patris: &c. 1. Tuſc. 127. Non minus in pop. Ro. patrimonio nepos, quam in ſuo. 1. de L. Agr. 1. Tu inter huiuſmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum collocauiſti. 7. Ver. 107. Metellum multi filij, filiæ, nepotes, in rogum impoſuerunt. Tuſc. 166. Nũmulis corrogatis de nepotum bonis. in Ver. 189.

Neptis.

Neptis. Tuſc. 166. Ergo illam patris elegantia tinctam uidimus: & filias eius Mucias ambas, quarum ſermo mihi fuit notus: & neptes Licinias, quas nos quidem ambas: &c. de Clar. Orat. 111.

Nequa.

Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat. 1. Ver. 18.

Nequam.

N. eſt homo ille atque confidens. in Ant. 210. N. atque improbus

probus homo. pro Cœl.6.Homo ſane n.Att.6.Iiſdem verbis & laudare frugi ſeruũ poſſumus,&c.ſi eſt n.iocari.2.de Or.137. O hominem n. quid enim aliud dicam ? magis proprie nihil poſſum dicere.2. Phil.84. Quum ſacerdotem exſecrabantur, qui Verrem tam n.reliquiſſet.3.Ver.85. Ius tã n.eſſe Verrinum.in Ver.101. Serui n.& improbi.pro S.Roſc.40. Niſi nequior quã Gabinius exſtitiſſet.in Piſ. 30. Homo perditus, multoque nequior, quam ille ipſe, quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti.fam.lib.12.2.1. Habes Sardos uenales, alium alio nequiorẽ. 7.fam.44. Numquam vidi hominẽ nequiorẽ. Att.lib.6.112.5. Nequius aut turpius nihil eſt effeminato viro. 3.Tuſc.64. Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius.in Piſ.94. Cum accuſator homines nequiſſimos reiiceret, reus frugaliſſimum quemquam ſecerneret. Att.10. Homo nequiſſimus, omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt.ep.lib.11.34. Ne Gabinius vnus omniũ nequiſſimus exiſtimaretur.de Prou.71. Nequiſſimũ genus leuitatis. 2.Phil.74. Non cum vno gladiatore nequiſſimo de rep. grauiter querens. 2.Phil.34.

Nequiter.

Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte: ille porro male, praue, n.turpiter cenabat. 2.de Fin.45. Qui fecerit illud tã n. eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirandum. ad Her.7. A me quidem paullo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter & n.facere nihil patiatur. 3.Tuſc.64.

Nequitia.

Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra oritur. nequitia ab eo, & ſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nil ſit ab eo, quod nequidquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.3.Tuſc.15. Inertia ac nequitia.in Catil.3.& 20. Nam plane ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum ſenatus auctoritas concidiſſet, fore vt aperte victrix nequitia ac libidõ pœnas ab optimo quoque peteret ſui doloris, &c. Att.lib.1.11.13. Non eſt vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda.1.in Catil.20. Officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum oĩum domus eius. pro Roſc. Am.79. Sed iam meipſum inertię nequitięq. condemno. 1. in Catil.3. Ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognoſci. ad Her.18. Scio dolorem non eſſe nequitiam. Tuſc.181. Cleomenes autem, qui alterum ſe Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret.7.Ver.69. Perdita nequitia & ſumma egeſtate vir. pro Clu. 26. Singulari nequitia præditus homo. 5. de Fin. 100.

Nequando.

Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, vt n.amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. de Amic.54. Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquandó concerpito n. quid emanet: ego item tuas. Attic.lib.10.204.4.

Nequaquam.

N. iſta amicitia eſt.de Fin.81. Sed n.in iſto ſunt oĩa. Cat.8. N. ſatis explicatæ ſunt. de Nat.1.1. Iſte ait, ſe velle illud etiam atque etiam conſiderare, n. ſe eſſe ſatiatum.6.Ver.57. Vt n. cũ illius commodo fuerit comparanda. de Inue.65. N. iſtuc iſtac ibit. de Nat.72. N.tantum inter eos intereſſet.1.de Inu. 89. N.paribus rebus.ep.246. N.ſimiliter, &c.pro S. Roſc. 19.

Neque.

N.abſolutus, neque damnatus.8. fam.20. Nullæ enim lites n.controuerſiæ ſunt, quæ, &c.1.de Or.59. N.dum rem perfectã arbitraretur.pro Clu. 58. N. dum Roma es profectus. Att.14.306.5. Sed eius rei maturitas n. dum venit, & tamen iam appropinquat. Q.fra.lib.3.24.3. N.enim hoc poſſum negare.5.Ver.91. N.enim ſunt iſti audiendi, qui uirtutem duram & quaſi ferream eſſe quandam volunt.de Amic.44.N.exſpectare temporis medicinam, quam repræſentare rõne poſſumus.5.fam.47. N.feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto.1.de Fin.6. Quare ſibi habeant ſapientię nomen & inuidioſum & obſcurum: concedantq. vt hi boni uiri fuerint, n.id quidem facient: negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi. de Amic.17. N. ira, neque gratia teneri.de Nat.1.33. Ad arbitriũ hoc animo adimus, ut n.nihil, n.tantum quantum poſtulauimus, conſequamur. pro R.Com.5. N.non uere.15.fam.13. Ergo ut te catamitum, n. opinato quum oſtendiſſes, præter ſpem mulier adſpiceret: &c. 2.Phil.84. Nulla enim vitæ pars n.publicis, n.priuatis n. forenſibus n.domeſticis in rebus, n.ſi tecũ agas quid, n.ſi cum altero contrahas, uacare officio poteſt: &c. 1.Off.7. N. quidquã umquam, niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit: n. ſolum colent inter ſe ac diligent, ſed etiam verebuntur.de Amic.69. Ea facie, n.ſolum facie, ſed etiam ornatu nouimus.de Nat.1.57. N.tamen non te cautũ eſſe uolo.11.fam.33. Nam n.tum peccaui, cum, &c. n.cum, &c. Atti.128.

Nequeo.

Nequeo vetera illa iudicare, &c. pro Mil. 116. Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum. de Som.Scip.129. Quidam quæ ſanare nequeunt, exulcerant.de Ora.137. Demoſthenes rho dicere nequibat. Diu.128. Quæ ſi exſequi nequirem, tamen, &c. de Sen. 84. Nihil in rerum eſt natura minimum, quod diuidi nequeat. Acad.44. Nec tamen hæc ita adſtricta ſunt, ut ea, cum uelis laxare, nequeamus. Or. 218. Cuius autem aures clauſæ ueritati ſunt, ut ab amico uerum audire nequeant, huius ſalus deſperanda eſt. de Am.76.

Nequidquam.

Quæ generi humano angorem n. afferunt. Tuſc.203. Secernere autem a corpore animum, n. aliud eſt, quam emori diſcere. Tuſc.104. Nequitia ab eo quod n. eſt in tali homine. Tuſc.194. N. perierit ille.ad Brut. 46. id eſt, fruſtra. Et ſero & n. pudet. pro Quinct.14. Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit.fam.lib.7.6.5. Ex quo Ennius, n.ſapere ſapientem, qui ipſe ſibi prodeſſe non quiret. 3. Off.82.

Neruus.

Sonãt ita in fidibus nerui, ut a digitis ſunt pulſi.2.de Or.119. Nerui atq. artus ſapientiæ ſunt, nõ temere credere.de Petit.211. Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in neruorum uocumque cantibus.1.Tuſc.7. In quibus nihil animi, nihil neruorum putant. Offic.2.51. Quantum in cuiuſque animo roboris eſt & neruorum, tanta eſt conſolatio. fam.lib.6.1.9. Cuius in hoc uno conſiderantiam & ego ſuſtinebo ut potero: & tu ut poſſis, eſt tuorum neruorum. Q.fr.lib.3.24.10. Primum neruos belli pecuniam infinitam, qua nunc eget: deinde equitatũ quantum uelit.5.Phil.166. Huc ad neruos a quibus continentur; eorumque implicationem toto corpore pertinentem, qui, ſicut venæ & arteriæ, a corde tracti in corpus omne ducuntur.de Nat.lib.2.105. Neruos afferre. pro Syl.17.id eſt, animi robur. Itaque contendit omnes neruos Chryſippus, ut perſuadeat, &c. de Fat.144. Magnum fortaſſe onus; & mihi periculoſum, uerum tamen dignum in quo omnes neruos ætatis, induſtriæque meæ contenderem. 2.Ver.22.& 15.fam.39. Illa ſeuera Lacedæmon, neruos iuſſit, quod plures quam ſeptẽ haberet, in Timothei fidibus inde demi. de Leg.2.39. Etenim ſi uectigalia, neruos eſſe reipub. ſemper duximus, eum certe ordinem qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte eſſe dicemus. pro L.Man. Poëtæ neruos uirtutis elidunt. Tuſ.86. Oratio philoſophica neque aculeos. neque neruos forenſes habet. Or.54. Theophraſtus neruos uirtutis incidit. Acad.45. Legionum noſtrarum neruos his conſilijs incidemus. 12.Phil.313. hoc eſt, uires & robur frangemus. Incidere neruos populi Romani. 2. de L.Agr.53. Incidere neruos uirtutis. 1.Acad.51. Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios. Diu.115. A neruis continentur artus. 2.de Nat.105. Sic contende omnibus neruis & facultatibus. 1.Q.fr. Omnibus enim neruis mihi contẽdendum eſt, atque in hoc laborandum, ut omnes intelligant quam improbam, quam manifeſtã, quam confeſſam rem pecunia redimere conentur. 5.Ver.110. Neruis & oſſibus dij non continentur. 2.de Nat.84. Quæ cum de populi Romani uictu, de uectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. 5.Ver.70. Plane uideo fore neruis opus, ſapientiaq. tua. ep. lib.3.10.4. Vides igitur ampliſſimis ex familijs homines, qui ſine neruis ſunt, tibi pares non eſſe. de Pet.Conſ.4.

Neruulus.

Quod certe facies, ſi tu neruulos tuos mihi ſæpe cognitos, ſuauitatemque, qua nemo tibi par eſt, adhibueris. Attic. lib.16.49.

Neruoſus.

Quis Ariſtotele in ſcribendo neruoſior? de Cl. Or. 62.

Neruoſe.

Vt uigilantes, neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. 10.fam.49. Dicetur autem non Peripateticorum more (eſt enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Ariſtotele conſtituta) ſed aliquanto neruoſius. in Or. 70. Itaque neruoſius qui iſta diſſerunt, ſolum audene malum dicere id, quod turpe ſit. Offic. 3.143.

Neſcio.

Neſcio an ignoſcendũ ſit huic, ſi tantopere laborat. 13.fam.3. id eſt, putarim ignoſcendum eſſe. Opinor, ſed certum neſcio. Att.192. Neſcio cuius flagitij.10.Att.53. Neſcio cuius ocij eſſet.8.fa.1. Ille, neſcio quis.ad Brut.1. Ligur iſte, neſcio qui, &c.

pro Sext. 18. At ille neſcio qui ſolet, &c. Acad. 20. Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, ut hominũ congreſſus fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonẽ neſcio quem accepimus. de Ami. 73. Neſcio quem iſtum Pharnacem. 15. fam. 42. Poſteaquam neſcio quid impendit, & in cõmune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. pro Quinct. 7. Non paullum neſcio quid in rem ſuam conuertit. pro Roſc. Am. 68. Fit enim, neſcio quid, ut uideatis. 15. fam. 45. pro, fit neſcio quomodo. Caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, ut cum maxima florere nos oporteret, tum uiuere etiam puderet. fam. li. 5. 13. 5. Ea, neſcio quomodo, pleniore ore laudamus. Offi. 13. Neſcio quomodo ad aures iſtius peruenit. 6. Ver. 56. Sed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina, quam morbus. 10. Att. 40. Serpit enim, neſcio quomodo, per omnium uitam amicitia. de Amic. 72. Sed neſcio quomodo uerũ eſt, quod in Andria familiaris meus dixit, Obſequium amicos, ueritas odium parit. de Amic. 75. Genus autem hoc ſermonũ poſitum in hominum ueterum auctoritate, & eorum illuſtriũ, plus, neſcio quo pacto, uidetur habere grauitatis. de Amic. 4. Sed neſcio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum, id eſt ſapientum, ad leues amicitias defluxit oratio. de Amic. 8 a Sententiæ neſcio unde ex abdito erutæ. Or. 204. Neſcis nec in pace, nec in bello uiuere. Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto: tamen nec eos iratos uereor, quoniam omnino iraſci neſciunt. 3. de Or. 37. hoc eſt, non poſſunt, aut nolunt. Nemo in eo quod neſciat, diſertus eſſe poteſt. 1. de Ora 33. Non ſcire quidem barbarum iam uidetur, neſcire dulcius. Orat. 212. Dum liceat fateri neſcire, quod neſciam. 1. de Or. 31. Nec me pudet, ut iſtos fateri neſcire quod neſciam. Tuſc. 169. Confiteri neſcire, quod neſcires. de Nat. 1. 59. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. de Cl. Or. 72. Inde utrũ conſiſtere uſpiam uelit, an mare tranſire, neſciatur. Att. lib. 7. 131. 2. Vt ſtellarum numerus par an impar ſit, neſciatur. 4. Acad. 63.

Neſcius.

Non ſum neſcius, Craſſe, iſta inter Græcos dici ſolere, &c. 1. de Ora. 24. Non ſum neſcius, quantum, &c. ad Hec. 21. Non eram neſcius, Brute, cum quæ ſummis ingenijs, exquiſitaque doctrina, &c. 1. de Fin. 1. Neque tamen, hæc cum ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerere. ep. 67. Heus tu, ne forte ſis neſcius, Dolabella me ſibi legauit ad 111. Non. April. 15. Att. 22. Non eſſe neſcium, fore, ut, &c. 1. de Fin. 1. Iratum te regi Deiotaro fuiſſe, non erant neſcij. pro Deiot. 145.

Neue, *Vide poſt voculam* Ne.

Neuter.

Neuter anguis. 2. Diu. 92. id eſt, nec mas nec fœmina. Neuter quemquam omnium pluris facere uidetur, quam me. Att. 98. Quid bonum ſit, quid malum, quid neutrũ. 2. Diu. 16. Id quod neutrum. 8. Att. 48. pro, quorum neutrum. Sed neutri σκοπός eſt ille, ut nos beati ſimus, uterque regnare uult. Att. 125. Tamẽ hæc ſine hominum opibus, & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt. 2. Off 27. Huic ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri, quæ ἀπάθεια ab ipſo dicitur. 4. Acad. 135. Ita effici ut neutri illorum quiſquam eſſet me carior. Att. 98. Neutrorum nominum in um genitiui plurales, non tam uſitate contrahuntur. Or. 87. In neutrorum nominum ſecundæ declinationis genitiuis pluralibus ſyncopa. Or. 88. In quo quidem neutrorum eſt contemnenda ſententia. Off. 14. Quod Tarquinium dixiſſe ferunt, tum cum exſul eſſet, ſe intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet, quoſque infidos, cum iam neutris gratiam referre poſſet. de Amic. 49. Quæ non ſane ſunt in omnibus neutris uſitata. Or. 211.

Neutiquam.

Mihi n. cor conſentit cum oculorum aſpectu. Acad. 24. Indiſſolubiles uos quidem eſſe non poteſtis, n. tamen diſſoluemini. de Vni. 202. Cui te ſocium n. puto eſſe oportere. Att. 146.

Nex.

Tiberium Gracchum remp. adminiſtrantem probibuit indigna nex diutius in ea commorari. ad Hec. lib. 4. 179. Inſidiatori uero & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? pro Mil. 7. Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. 2. de Nat. 6. Multorum ciuiũ neces. 1. in Catil. 13. Neces quotidianæ. Tuſc. 3. 55. Homines uincla, neces, ignominiaſque uitant. pro Cec. 304.

Nexus, Nexum, *Vide* Necto.

Ni.

Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium tibi in decumis eſſe dictitaret. 5. Ver. 117. Sponſionem facere poſſent, ni aduerſum edictum prætoris uis facta eſſet. pro Mur. Quod ni ita ſit. de Nat. 1. 86. Ni exeunt, ni pereunt. in Catil. 10. Cogere eum cœpit, cum ageret nemo, nemo poſtularet, HS duobus millibus ſponſionem facere cum lictore ſuo, ni furtis quæſtum faceret. 7. Ver. 110. Quod ut ita ſe haberet, nec iuſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus. 3. de Fin. 102. & 5. Tuſc. 161. Ni ad equeſtrem ordinem iudicia referantur. in Ver. 198. Ni uererer, ne, &c. ep. 83.

Nidor.

Situm nidoris, barba pædore horrida. Tuſc. 196. Paullíſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. in Piſ. 9.

Nidus.

Fingunt & conſtruunt nidos procreationis atque utilitatis ſuæ cauſſa uolucres. 2. de Or. 14. Cubilia ſibi nidoſque conſtruunt, eoſque quam poſſunt, molliſſima ſubſternunt gallinæ aueſq. reliquæ, ut quam facillime oua ſeruentur. 2. de Nat. 98.

Nidulus.

Illam in aſperrimis ſaxulis tamquam nidulum affixam, &c. 1. de Or. 96.

Niger.

Et argentarius Sext. Clodius, cui nomen eſt Phormio: nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. pro Cæc. 10 Aut num neſcio qui ille diuinus ſi oculis captus ſit, ut Tireſias fuit, poſſit quæ alba ſint, quæ nigra dicere: &c. 2. de Diu. 13.

Nigror.

Interea prope iam occidente ſola inhorreſcit mare. Tenebræ conduplicantur, noctiſque & nimbum occæcat nigror. 1. Diu. 49.

Nihil.

Prorſus n. abeſt, quin ſim miſerrimus. Att. lib. 11. 223. 5. N. ad Cœlium, ſed potius ad antiquorum languorem & inſcitiã. de Leg. 137. In quo qui inſiſtunt, n. ad noſtrum genus. de Som. 129. Sed hoc n. ad me. de Or. 121. Recte ac ſecus, n. ad nos: aut ſi ad nos, n. ad hoc tempus. in Piſ. 94. Quem cognouimus uirum bonum, & non illiteratum, ſed n. ad Perſium. 2. de Or. 25. Dichoreus n. enim ad rem, extrema illa longa ſit, an breuis. in Orat. 124. N. ſane ad rem: illa uideamus quę, &c. 2. de Fin. 131. N. ad rem, illud ſit, an nõ, nihil refert. Or. 218. Hoc n. ad te, noſtrum eſt onus. 3. fam. 52. Quando autem, &c. n. ad hoc tempus. de Or. 207. N. admodum. 2. de Or. 5. Omnia dicendo excitanda ſunt, n. adiuuante natura. de Or. 123. Mihi enim qui n. agit, eſſe omnino non uidetur. de Nat. 2. 32. Vos autem n. agitis. Acad. ed. 1. lib. 2. 82. N. agere Craſſum delectabat. 2. de Or. 24. N. agens, ne cogitari quidem poteſt quale ſit Acad. ed. 1. lib. 2. 37. Cum uideatis n. aliud actum, niſi poſſeſſionem per interdictum eſſe repetitam. pro Cæc. 7. N. altius, n. amœnius. 4. Att. 25. N. aliud habet quod agitet in mente. 1. de Nat. 157. Amare autem n. aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. de Am. 83. N. aliud dicis, niſi, numquã uidi ſolem, &c. de Nat. 2. 68. Eſt enim amicitia n. aliud niſi omnium diuinarum, humanarumque rerum cum beneuolẽtia & caritate ſumma conſenſio. de Amic. 19. Si n. aliud fecerunt, niſi rem detulerunt: nonne ſatis fuit his gratias agi? pro Roſc. Am. 64. Nobis autem in hac cauſſa n. aliud opus eſt, niſi te ius iuſiurando tuo dicere. fam. lib. 13. 36. 5. Nihil enim eſt n. quamobrem mihi percipi nihil poſſe uideatur. 5. de Fin. 133. In hoc etiam Græcię n. cedimus. de Leg. 136. Sed ego tam miſero tempore, n. noui conſilij cepiſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quam rempub. offendiſſem. fam. lib. 4. 14. 7. Atque haud ſcio, an ne opus ſit quidem, n. umquam omnino deeſſe amicis. de Amic. 46. N. eſt ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate ſapientis, errore, leuitate, temeritate diſiunctius. Acad. ed. 1. l. 1. 61. N. eſt ijs, qui placere uolunt, tam aduerſarium, quam fateri per quos profecerint. Acad. ed. 1. l. 2. 10. Dignitatem quidẽ illam conſularem fortis & conſtantis ſenatoris, n. eſt quod cogitemus. fam. lib. 1. 8. 10. Quare n. eſt quod ex tanto comitatu uirorum ampliſſimorum me unum abſtrahas. pro Syl. 6. N. eſt quod illi non proſequantur ſuis argutijs. de Amic. 42. N. eſt quod iſto eum admiſceas. 3. Q. fr. 7. Nunc ad epiſtolam uenio, cui copioſe & ſuauiter ſcripſti, n. eſt quod multa reſpondeam. fam. lib. 15. 21. 10. N. eſt quod non alicubi eſſe cogatur. Acad. ed. 2. lib. 1. 18. Si nondum profectæ ſunt, n. eſt quod ſe moueãt, quoad perſpiciamus quo loci ſit res. At. l. 7. 135. 3. pro Quinct. 6. De familia liberata n. eſt quod te moueat. fam. l. 14. 4. 9. N. ſumus, aut nobis quidem ipſis diſplicemus. 7. fam. 57. N. illorum fuit faciendum. Q. fr. 327. N. mihi potius fuit, quam ut Maſ-

niſſam

niſſam conuenirem. in Som. Scip. 1. hoc eſt, n. magis deſiderabam. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei n. eram. ep. 88. Si n. eſſet niſi animus. de Nat. 1. 21. N. mihi cum illo fuiſſet. 14. At. 29 id eſt, nulla conſuetudo aut amicitia. N. umquam menuta ſit. da Nat. 2. 12. Te n. eſſe iſto in genere. 7. fam. 48. Caput autem litterarum, ſibi cum illa mima poſthac n. futurum. 2. Phil. 84. N. facere. Acad. ed. 1. l. 2. 43. quod vulgo, nihil proficere. Itaque erat in animo, n. feſtinare. Att. l. 5. 99. 2. N. fingam, n. diſſimulem, n. obtegam. 1. Att. 55 N. habet negotij. de Nat. 1. 72. N. enim intereſt dactylus ſit extremus, an creticus. in Or. 126. Sic te proſternas, ut n. inter te atque inter quadrupedem aliquid putes intereſſe. Para. 118. Optimatibus uero tuis n. confido, n. iam ne inſeruio quidem. Attic. 137. N. quod ego malim meum eſſe, quam tuum. 4. fam. 42. N. omnium rerum agricultura melius. Offi 30. N. ceſſatione melius exiſtimat. de Nat. 1. 72. Cumque Pompeius ita contendiſſet, ut n. umquam magis, ut cum Craſſo rediret in gratiam. fam. l. 1. 9. 79. N. in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat. Acad. ed. 2. lib. 1. 20. Illi enim corporis commodis compleri beatam uitam putant: noſtri n. minus. 3. de Fin. 67. Sic exiſtimatis eos hic ſagatos brachatoſq. uerſari animo demiſſo atque humili, ut ſolent ij qui affecti iniurijs ad opem iudicum ſupplices inferioreſque confugiunt? n. uero minus. pro Font. 29. Cadit ergo in uirum bonum mentiri emolumenti ſui cauſſa, criminari, præripere, fallere? n. profecto minus 3. Offi. 108. Sed ita tamen, ut n. minus uelim, quam Pomponiam & puerum uerſari in timore ruinę. Att l. 2. 19. 5. Eos confeci & abſolui, neſcio quam bene, ſed ita accurate, ut n. poſſet ſupra. Attic. l. 13. 276. 2. ſub. eſſe, uel addi. Erit autem oratio ſcripta elegantiſſime ſententijs, uerbis, ut n. poſſit ultra cogitari. Att. lib. 15. 321. 8. N. poſſe comprehendi, hinc efficere uolunt Academici, quod his omnibus, quæ uiſa ſunt, ueris ſint adiuncta falſa, quæ a ueris n. differant. Acad. ed. 1. l. 2. 40. N. poſſe percipi. Acad. ed. 1. l. 2. 61. Hoc tamen opus in apertum ut referas, n. poſtulo. Part. 516. Nec n. proficis. 11. Att. 14. Sine quo cum in uita n. quidquam egregium, tum certe hoc quod tu expetis, nemo umquam aſſequetur. de Or. l. 1. 66. Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? n. ſane, &c. de Leg. 156. Latine nõ peſſime loquebatur, uſu credo aliquo domeſtico: nam litterarum admodum n. ſciebat. de Cl. Or. 110. Deinde permultis ciuitatibus pro frumento n. ſoluit omnino. 5. Ver. 141. N. tale metuamus. 1. de Fin. 86. N. de ſuo genere in aliud genus transferri poteſt. Acad. ed. 1. l. 2. 47. N. turpius, quam cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemque præcurrere. Acad ed. 2. l. 1. 32. Ea ſi n. ualet, aut ſi ad hanc rem non pertinet: quid negligentius, aut quid ſtultius maioribus noſtris dici poteſt? &c. pro Cæc. 29. Beneficio iſto legis n. utitur. cont. Rull. 72.

Nihildum.

Et quamquam n. audieramus, nec ubi eſſet, nec quas copias haberes; &c. fam. lib. 12. 7. 5. Summanum adhuc ad te, n. enim ab Albo. Att. 240. N. Brundiſio erat allatum. Attic. l. 9. 172. 2. Itaque a te n. certi exquiro, ſed quid uideatur. Att. 7. 131. 5. Videre maiorum diligentiam, qui n. etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur. 6. Ver. 8. Eum n. ſuſpicantem, ad me uocaui. in Cat. 112.

Nihil non.

Nihil non ad rationem & tamquam ad artem dirigebat Antonius. de Cl. Or. 72.

Nihilum, Nihili.

N. audiebatur de reditu eius. 9. Att. 45. Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege n. rogatum. pro Cæc. 303. At dolorem nihili facit. de Fin 83. Ad n. recidunt omnia. In Or. 137. Hũc tantum apparatum ne ad n. recidere patiare. 7. Phil. 234. In n. interire. Acad. ed. 2. l. 1. 20. Omnia illa tua præclara in remp. merita, ad n. eſſe uentura. fam. l. 11. 12. 3. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad ſummum, ut iam (quod natura fert in omnibus) ſeneſcat, breuique tempore ad n. uentura uideatur. Tuſc. 2. 4. Nihilo beatior Iuppiter, quam Epicurus dempta æternitate. 2. de Fin. 141. Nihilo ſibi magis, quam alij commodum dicet. de Inu. 65. Hoc uos dialectici non facitis: nec ſolum ea non ſumitis ad concludendum quæ ab omnibus concedantur, ſed ea ſumitis, quibus conceſſis nihilo magis efficiatis quod uultis. 2. Diu. 155. Cum hoc tempore nihilo magis ego, quam tu, ſubſidio ire poſſim. Att. 129. Vt enim qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi non longe abſint a ſummo, ut iam iamque poſſint emergere, quam ſi etiam tum eſſent in profundo. 3. de Fin. 73. Beneuolentior tibi, quam fuerim, nihilo ſum factus. ep. 45. Ex quo exſiſter, ut de nihilo quidpiam fiat, quod nulli phyſico placet. de Fat. 29. Erit aliquid quod ex nihilo oriatur, aut in nihilum ſubito occidat. 2. Diu. 56. Nihilo diligentior ad claſſem ornandam, milites reuocandos alendoſque eſſe cœpit. 7. Ver. 64. Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc maiore in diſcriminę eſſe quemquam noſtrum. ep. 80. Tamen nihilo explet ſententias. Or. 219. Niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quam rempub. offendiſſe. ep. 58. Præterita uoluptas pro nihilo eſt. pro Marc. 135. Aliquem condemnatum eſſe pro nihilo. Att. 171. Pro nihilo ducere alios præ ſe. io Ver. 116. Pro nihilo habere. 1. Phil. 11. Pro nihilo habenda eſt adoptio, nullo decreto probata, & contra omne ius facta. pro Dom. 51. Dij immortales, quam mihi iſta pro nihilo. 14. Att. 11. Contemnere & pro nihilo putare aliquẽ. 1. Ver. 13. Quæ cadere in hominem poſſint, deſpicere ac pro nihilo putare. pro Cæc. 295. Tuſc. 3. 35. Quæ Pyrrhoni uiſa ſunt pro nihilo. de Fin. 73.

Nihilominus.

Non ſolum eos, qui, &c. ſed eos n. qui, &c. Att. 127. In ijs autem rebus quæ n. ut ego abſim, confici poſſunt. 10. fam. 3. id eſt, quæ confici poſſunt & me abſente, & ſine opera mea. Et tamen n. αἰὲν ἀριστεύειν. ep. 210. Scimus nempe, hætemus n. Att. 151. Legam, inquit, n. de Cl. Or 181. Legati proficiſcantur, bellum n. paretur. in Ant 199. Peccauit uero n. Partit. 119. Minus dolendum fuit re non perfecta, ſed puniendum certe n. pro Mil. 105. Tamen n. putabant ſe, &c. pro Clu. 33. Veſter autem deus poteſt non impertire, ut nihilominus mundus regat. Diu. 116. Quare meo quidem animo n. eloquentiæ ſtudendum eſt. 1. de Inu. 7. Nihilo ſecius. Her. 35.

Nil.

Ego uero mihi n. aſſumo. pro Syll. 18. Sed tentemus, & luſiſſe putemur ſi n. ſit, ab eo quod nequidquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. 3 Tuſc. 32.

Nimbus.

Quis autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito tranſiſſe lætor. Attic. 15. 18. Imber, nimbi, procellæ, turbines, 3. de Nat. 36. Quę terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, niuibus, &c. 2. de Nat. 20.

Nimirum.

Hæc enim eſt tyrannorũ uita, n. in qua nulla fides, &c. de Amic 16. Veſtibula n. & aditus ad cauſſam faciet illuſtres. Or. 201. Opinor enim eſſe in lege quam ad diem proſcriptiones, uẽditioneſque fiant, n. ad Kal. Iunias. pro Roſc. Am. 36. Si conſideratis &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. hunc regem n. antepones. pro Marc. 131. N. ſimiliter arbitremini iſti, &c. pro S. Roſc. 44. Horum n. aſpectus, &c. Tuſc. 242. Itaque in cognitione n. aſſentiar, id eſt opinabor. 4. Acad. 201. Quæ non modo ſumma bona, ſed n. audebo uel ſola dicere. pro Marc. 134. Nam cum diſſoluerimus, & abſolute n. confecerimus, &c. ad Her. 6. N. didici, &c. in Ver. 200. Et hic n. eſt fletus, qui, &c. Tuſc. 187. Itaque n. hoc illud eſt quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola, cuius exemplum ad te miſi, ſe uelle uti conſilio meo. 9. Att. 32. Is eſt n. ſoter, qui ſalutem dedit. in Ver. 139. Hoc n. eſt illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipſo in libris Socraticorum ſępe dicitur, eſſe diuinum quiddam, &c. 1. Diu. 198. Hoc n. eſt illud, quod non longe a gradibus Aurelijs hæc cauſſa dicitur. pro Flac. 52. Et n. iſtud eſt, quod ab hoc tribuno dictum eſt in ſenatu urbanam plebem, &c. cont. Rul. 80. Sed n. maius eſt hoc quiddam, quam homines opinantur. de Or. 86. Et n. id fuit, ſoluendo enim non erat. Att. 207. Eum extinguere id n. fuit capi Troiam, ad Her. 33. & 4. N. igitur ut in cauſſis, ſic in ęgritudine, &c. Tuſc. 207. Luxuries igitur hominem n. ad hoc ſcelus impulit. pro S. Roſc. 34. Et n. is princeps ea Latinis iſta tractauit. de Cl. Or 172.

Nimis.

N. acer fortaſſe, uerum tamen honeſtus amor. pro Arch. 20. N. acres humores, aut concreti. de Nat. 2. 43. Neque enim ſumus n. auidi, iſta tua mediocri eloquentia contenti ſumus. de Or. 1. 66 N. indociles, admonendi uidentur ſępius. de Nat. 1. 10. Si cuipiam hoc n. infinitum uidetur. de Or. 90. N. inſidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur. Or. 97. Alterum eſt uitiũ quod n. magnum ſtudium in res obſcuras conferunt. Off. 4. Magna n. licentia. ad Her. 30 N. multa uideor de me, ipſe præſertim. de Cl. Or. 177. ſub. dicere. Nimis multa in genera diuidere aliqua. Orat. 131. N. ſæpe ſecus uidemus euadere. 2. de Leg. 42. Ne n. diligenter inquiras in ea, quæ iſto modo memoriæ ſint prodita. 1. de Leg. 3. Vt ne n. cito diligere incipiamus, neve indignos. de Amic. 67. Tametſi incidamus oportet media, ne n. ſero ad extrema ueniamus. 2. Phil. 63. Tu uero illũ nec n. ualde umquam, nec nimis ſæpe laudaueris. 3. de Leg. 1. Teſtes, uerbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco non n.

fam.

fam.lib.9.22.24. Quoniam quæ a natura expetenda ſunt, ea dicis non n. deeſſe nobis, quid præterea eſſe aſſumendum putes? 2.de Or.66. Philotimi litteræ me quidem non n. ſed alios admodum delectarunt. Att.7.141.1. Non n. caenſo me uiris bonis. 9.Att.55. id eſt, non nimis laboro, ut me excuſem. Sed hæc non n. exquiro a Græcis. Att.7.136.4. Non n. honeſtus. ep.140. Homo certe non n. pudens. de Or.191. Non n. in repub. uerſati. 3.de Leg.16.

Nimium.

Sed differre inter honeſtum & turpe, n. quantū, neſcio quid immenſum. de Fin. lib.4.58. Mediocritas illa quæ eſt n. & parū. Offic. lib.1.125. In illius uiri conſilijs atque factis nec n. nec parum umquam fuit. in Aut.229. Iā omni re uidendum eſt quatenus: etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit n. quam parum. Or.103. Nemo n. beatus eſt, & nemo beato beatior. 5.de Fin.140. N. boni eſt, cui nihil eſt mali. de Fin.73. N. diligentes. 2.de Or.151. De quo iam n. etiam diſputo. 4.Acad. 108 N. diu te imperatorem tua illa Manliana caſtra deſiderāt. 1.in Catil.7. Quoniam tu ita uis, n. gratum eſſe concedam. pro Plan.276. N. longum tempus illud mihi uidetur. Att. lib. 12.241.10. Ne autem n. multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. pro Clu.101. Muta n. in excogitandis argumentis dialectica, in iudicandis n. loquax. 2.de Or.87. Succumbam tibi in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe n. pro Plan. 276. Homini forti, ac n. optimati. 9.Att.21. Illud non n. probo quod ſcribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademiſſe. 12.fam.64. Sales qui in dicendo n. quantū ualent. Or.204. alias, Mirum quantum ualent. In hoc genere n. quod eſt, offendit uehementius, quam id quod uidetur parum. Orat 103. Quod erat ingenij uerbis efferueſcentibus, & paullo n. redundantibus, quod erat ætatis, non ſum aſpernatus. 2.de Or.49. Quod nos interdum, uel potius n. ſæpe dicitis. 2. de Fin.68. Nihil tum n. uidebatur. Brut.15.10.

Nimio.

Sed quia te nimio te plus diligo. 10.Att.26.

Nimius.

Vnum reprehendebas, quod in honoribus decernēdis eſſem nimius, & tamquam prodigus. ad Brut.34. Nimia lenitas & ambitio 1.Q fr.8. Nihil tum nimium uidebatur. Att.283. Diligentiam, tota republica ſuſcepta, nimiam nullam putabam. pro Mil.49. Vitis putanda eſt, ne ſilueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. de Sen.48. Celeritates nimias ſuſcipere in feſtinationibus cauendum eſt. 1.Offic.182. Hoc magis intelligendum eſt, hæc ipſa nimia in quibuſdam futura nō fuiſſe, niſi quædam eſſent modica natura. 5.de Fin.54. Nam quod aiunt, nimia reſecari oportere, naturalia relinqui: quid tandē poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſſit? 4.Tuſ.91.

Nimiopere.

Quos ædificia magnifica n. delectant. Parad.46. Hæc opera, atque artificia, ſigna, tabulæ pictæ, Græcos homines n. delectant. 6.Ver.116.

Niſi.

Crederem, n. eius angustio rex Hoſtilius maxima bella geſſiſſet. de Nat.2.7. Chryſippum numquam n. Cheſippum uocabat. de Nat.1.66. Tu n. malo coactus, recte facere neſcis. 5. Ver.51. Si Torquatus Syllam ſolum accuſaſſet, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, n. eum qui accuſatus eſſet, defenderem. pro Syl.173. Si nihil aliud fecerunt, n. rem detulerūt, nonne ſatis fuit his gratias agi? pro Roſc. Am.64. N. admirabilia multa ad ueritatem dixiſſent augures, nō floreret tam diu eorum nomen. 2.de Leg.34. Iudicare difficile ſane, n. expertū. de Am.55. Domitius (n. me omnia fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit. Att.l.1. N. centuriatis comitijs ferri leges de ſingulis maiores noſtri noluerunt. 3.de Leg.38. Etenim non modo auctoritatem, ſed etiam nomen iudicum amittemus, n. hic ex ipſis cauſſis iudicabimus. pro Clu.3. Quod non fere contingit, n. his qui etiam contemnendos ſe arbitrantur. de Amic.65. De re nihil poſſum iudicare, n. illud, certe perſuadeo te nihil temere feciſſe. 13.fam.97. Sed hoc primum ſentio, n. in bonis amicitiam eſſe non poſſe. de Amic.16. Numquam uidi in ulla alia, n. in humana figura. de Nat.1.61. Adhuc certe (n. ego inſanio) ſtulte omnia & incaute. Att.l.7.129.2. Quem umquā ſenatus ciuem, n. me, nationibus exteris commendauit? pro Sext.25. Nihil amplius dico, n. me in Siciliam uenire noluit. de Fin.150. pro Plan.279. Nec uero habeo quemquam antiquiorem, n. quem, &c. de Cl.Or.170. N. quid de Epaminonda ſuſpicari licet, &c. de Cl.Or.190. Hoc me delectat, n. quod, &c. Att.23. In freto medio hanc epiſtolam legi, ut quid poſſem praeuidere, in mentem non ueneris mihi, n. quod præſens me ipſe defenderem. Att.257. Nihil uideo quod timeam, n. quod omnia ſunt incerta. ep.135. Numquam facies: cur, n. quod turpe eſt. de Fin.80. Memento, te, quæ nos ſentiamus, omnia probare, n. quod uerbis aliter utamur. de Fin. Quid enim eſt aliud gigantum more bellare cum dijs, n. naturæ repugnare? de Sen. 6. N. quis nos deus reſpexerit. Att.l.1.11.11. N. reſtituiſſent ſtatuas, uehementer ijs minatur. 4.Ver.117. N. ſi quid erit, &c. Att.24. N. uoluntarij accuſatores ſint, graues eſſe non poſſunt. 3.de Leg.40. Numquid igitur oportet, n. tres ſortes conijci, unā educi? nihil. conijci iubet tres. 4.Ver. Nihil quidquam aliud, n. uerebor, ne quando, &c. Q fr.312. Quid erat quod Capitoni primum nuntiarit, neſcio, n. hoc uideo, Capitonem in his bonis eſſe ſocium. pro S.Roſc.35. In qua n. (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratū habeas. de Amic.80. N. cuipiam L.Cæſar crudelior uidiuſtertius eſt uiſus, cum, &c. in Cat.121. Quid, inquam, tum agimus, n. animum ad ſeipſum uocamus? 1.Tuſc.116. N. enim immortalitatem optare uellet, quid non eſt adeptus quod homini fas eſſet optare? de Amic.9. Neque noſtræ diſputationes quidquā aliud agunt, n. ut, &c. 4.Acad.15. Quid eſt aliud quod nos patroni facere debeamus, n. ut eos qui inſectātur, repellamus? pro Cœl.24. N. forte ego uobis, qui & miles & tribunus & legatus & conſul uerſatus ſum in uario genere bellorum, ceſſare nunc uideor, cum bella non gero. de Sen.16. Erat autem nihil noui, quod aut ſcriberem, aut ex te quærerem, n. forte hoc ad te putas pertinere. Att.136. N. forte iſte ſummarius. Att.l.10.192.5. Miſeros illudi nolunt, niſi ſe forte iactant. lib.2.de Ora.132. N. forte uolumus Epicureorum opinionem ſequi. de Fat.55. Ortum quidē amicitiæ uidetis, n. quid ad hæc forte uultis. de Ami. 32. N. uero Ennium non putamus ita totum illud audiuiſſe. 4. Acad.155. N. uero exiſtimatis hominem, &c. in Ver. N. uero hactenus, &c. pro Flac.153. N. uero paucos fuiſſe putatis, qui, &c. pro Syl.170. N. uero ſiquis eſt qui Catilinæ ſimiles cum Catilina ſentire non putet. 2.in Catil.29.

Niſus, *vide* Nitor.

Nitedula, *vide* Nitidus.

Niteo.

Non dico ſolum hoc in republica uectigal eſſe, quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, &c. 2.de L.Agr.13. Illorum uides quam niteat oratio. de Fin.lib.4.4. Nitere unguentis, fulgere purpura. in Catil.28.

Nitens.

Non ualde nitens, non plane horrida oratio. de Cl.Or.128.

Niteſco.

Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit. in Arat.20. Ingenio, doctrina, præceptione natura niteſcit. ad Her.21. Hic autem, ubi habitamus, non intermittit ſuo tempore cælum niteſcere, arbores frondeſcere. 1.Tuſc.56.

Nitor.

Nummus in Gallia nullus ſine ciuium Rom. tabulis commouetur. pro Font. 276. Ciuitas in qua nummus moueri nullus poteſt, ſine quinque prætoribus. pro Flac. 155. Aſſidens, ſubducunt ad nummum, conuenit. Att. 83. Vnde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, nummum nullum attigiſſent. 2. de Fin. 90. Cogit enim Scandilium quinq. illa millia numum dare, ac numerare Apronio. 5. Ver. 119. Emi eam ipſam domum millibus nummum x x x v, ep. 67 Ne nummo quidem ſumptui fuit noſter aduentus. 5. Att. 26. Tua bona, Poſtume, nummo ſeſtertio a me addicuntur? pro Rab. Poſt. 28. Ecquis eſt ex tanto populo, qui bona C. Rabirij, Poſtumi nummo ſeſtertio ſibi addici velit? pro Rab. Poſt. 28. Quidam proficiſcens ad mercatum, & ſecum aliquantum nummorum ferens. de Inu. 63. Dionyſius, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, aufugit. 13. fam. 101. Nummorum caritas. 9. Att. 34. Nummorum facultas. pro Quinct. 9. Nummorum plena res. 2. Q. fr. 18. Vt libertus negotium conficiat, ad nummoſq. perueniat. 13. fam. 27. Quærite etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, quum id reſciuerit, ſoluturuſne ſit eos, ſicui debeat, pro bonis. 3. Off. 122. Cum aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis ſe date dixit. 12. Phil. 332. Pompeius putat nos nummos comediſſe. Att. lib. 6. 112. 4. Dolabella ſibi habeat nummos, dummodo numeret idibus. Att. 235. Spargere nummos populo de Roſtris. 3. Phil. 136. Non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multos eſſe, ac ſemper fuiſſe. 6. Ver. 10. Reſpondit ſe, quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet: nam, &c. 8. Att. 25. Ternis nummis in pedem tecum tranſegiſſe. 3. ad Q. fr. 3. In nummis ſuis verſari. pro Roſc. Com. 13.

Nummulus.

Tu, ſi tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorũ aliquid expreſſeris, velim me facias certiorem. Att. lib. 1. 14. 12. & lib. 8. 165. 2. 5. Ver. 158. Si iudicium eſt, triginta homines populi Romani leuiſſimos ac nequiſſimos nummulis acceptis jus ac fas omne dedere. Att. lib. 1. 40.

Nummatus.

Volitat enim ante oculos illorum Iubæ regis filius adoleſcẽs, nõ minus bene nummatus, quã bene capillatus. 2. de L. Agr. 62. Id verum Romano more locutus ſit, bene nummatũ te futurum; an, quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui cælo & terra frui poſſint. 7. fam. 30.

Nummatio.

Pone ante oculos lætitiam ſenatus, populique Rom. confer cum nummatione tua, tuorumque: tum intelliges, quantum inter laudem & lucrum interſit. 2. Phil. 120.

Nummarius.

Nummarius interpres pacis & concordiæ nõ probabatur. pro Clu. 81. id eſt, mercenarius. Difficultas nummaria. 4. Ver. 49. Nummaria lex. 3. Ver. 76. Ecquod iudicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex iudicio te vlla fraus ſeruare poſſet? 5. Ver. 112. Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egeſtas, tanta uis oppreſſerit, ut ſacrarium ſuum ſpoliaret, ut deos patrios uenderet? 6. Ver. 19. Illa de ratione nummaria non ſunt eiuſmodi. 10. Att. 37. Prætores & tribuni plebis rem nummariam de cõmuni ſententia conſtituerunt: iactabatur enim temporibus illis nummus, ſic ut nemo poſſet ſcire quid haberet. 3. Off. 103. Qua re in hoc thecam nũmariam ne retexeris: in alus eris cautior. 4. Att. 24. In nummaria difficultate eſſe. 4. Ver. 49. Varia iudiciũ genera, nũmarij pauci, ſed omnes irati. pro Clu. 60. Inſectaudis, exagitandiſque nummatis iudicibus, omnẽ omnibus ſtudioſis ac fautoribus illius uictoriæ παρρησίας eripuit. 1. Att. 41.

Nunc.

N. hic dies aliã uitam affert, alios mores poſtulat. 12. fam. 55. ex Terent. Dicunt, qui ex bello, cæde, & fuga n. primum audent contra M. Fonteiũ inermem conſiſtere. pro Font 4. pro Clu. 58. Etenim quoniam fidã magiſtri cognoſtis, cognoſcite n. diſcipuli æquitatem. pro S. Roſc. 38. Dic n. te ab eo eſſe circumſcriptũ. pro Q. Roſc. 48. N. ego quid tibi, Craſſe, quid ceteris accidat, neſcio. 2. de Or. 102. Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, n. nulla eſt. ep. 76. in Ant. 211. Brutus erat in Neſide, etiam n. Att. lib. 16. 333. 6. N. reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi. Att. lib. 2. 39. 7. & 3. Q. fr. 4. N. tamen ipſum ſine te eſſe non poſſum. 12. Att. 18. N. iam ſum expeditus. fam. l. 12. c. 2. 5. Patior non moleſte, iudices, eam vitam quæ mihi ſua ſponte antea iucunda fuerit, n. iam mea lege, & conditione neceſſariam quoque futuram. 6. Ver. 4. N. ipſum ea lego, ea ſcribo, ut ij qui mecum ſint, &c. 12. Att. 53. Quin n. ipſum minime offendiſſes, ſi eius cauſſa in Italia non fuiſſes. Att. lib. 10. 195. 14. Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & vino, confuſa & perturbata cernimus. 1 Diu. 107. Pecuniam petit nunc denique. pro Quinct. 23. Niſi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Att. 105. Vidi nuper, & nunc uidebam de eadem re, de Clar. 187.

Nunc vero.

Nunc uero ea uis eſt in homine, ut ei multo rhetoricã citius quis ademerit, quam philoſophiam conceſſerit. 1. de Inu. Nunc uero fateris, &c. 2. de Or. Paucorum cupiditati tum quum obſiſtere non poterant, tamẽ ſufficere aliquo modo poterant. nunc uero iam adempta eſt non modo reſiſtendi, uerum etiam ſuppeditandi facultas. 7. Ver. 99.

Nuncupo.

Itaque tum illud quod erat a deo natum, nomine ipſius dei nuncupabant: ut quum fruges, Cererem appellamus. 2. de Nat. 86. Neglectiſque ſacrificiis ſollẽnibus, ante lucem ea uota quæ numquam ſolueret, nuncupauit. 5. Phil. 131. Alterum, quod quum paludatus exiſſet, uotaque pro imperio ſuo, communiq; pop. Rom. nuncupaſſet, noctu ſtupri cauſſa lectica in urbem introferri ſolitus eſt ad mulierem. 7. Ver. 28. & 3. Phil. 131. & 5. 180. Vt totum illud, uti lingua nuncuparet, in magiſtri carminẽ ſcriptum uideretur, de Or. 106. Nuncupare aliquem aliquo nomine: de Nat. 40. Nomine dei aliquid nuncupare. 2. de Nat. 88. Neque enim illud fugerim dicere, ut Cœlius, qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit; nec prolem aut ſobolem, aut effari, aut nuncupari. 3. de Or. 84. Nam quum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata: quæ, qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: a iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. 3. Off. 84. Vocabulis deorum res utiles & ſalutares nuncupatas dicit Perſeus. 1. de Nat. 56.

Nundinæ.

Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, opidorum, immunitatũ, uectigalium flagitioſiſſimæ nundinæ. 2. Phil. 55. In interiore ædium parte totius reipub. nundinæ. in Ant. 169. Receptaculum aratorum, nundinæ ruſticorum, cella atque horreum Campani agri, Capua. 2. de L. Agr. 87. Ipſo die nundinarum. Att. lib. 1. 9. 2. Profecto rem nõ habes vllam, hæc negotia multarũ nundinarum fore. 4. Att. 44. Nundinarum πανήγυρις in circo Flaminio. Att. 8. Domeſticis nundinis Antonij uectigalia non ſolum, ſed etiam imperium populi Rom. diminutũ eſt. 2. Phil. 94.

Nundinum.

Sed quod in ceteris legibus trinum nundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum. pro Dom. 221. Quarta ſit accuſatio trinum nundinum prodita die, qua die ſit iudicium futurum. pro Dom. 222.

Nundinor.

Vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium pop. Rom. nundinabantur. 3. Phil. 130. Qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur. 3. Ver. 83. 2. Diu. 101. In Selonio angues apud focum ſolent nundinari. Diu. l. 2. 52. Ab iſto & præco qui voluit iſtum ordinem, pretio mercatus eſt: & pueri annorum ſenum, ſeptenumque denum ſenatorium nomen nundinati ſunt. 4. Ver. 85.

Nundinatio.

Fuit nundinatio aliqua, &c. 7. Ver. 8. Nam, quæſo, redite in memoriam, iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit, quæ uarietas decretorum, quæ nundinatio, &c. 5. Ver. 84. Nundinatio hominum. 4. Ver. 85. Hinc uos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? 1. de L. Agr. 5. Confer ea cum nundinatione tua in Ant. 182. alij legunt Nummationẽ.

Numquam.

Numquam a Philone diſceſſit, niſi poſteaquam ipſe cœpit, qui ſe audirent, habere. 4. Acad. 125. Videte mihi uideor tantam dimicationem, quanta numquam fuit. Att. 98. Tu numquam in hoc ordine, uel potius numquam in hac urbe manſiſſes, in Ant. 167. Qui conſulatum petit numquam, factus eſt conſul bis. de Amic. 10. Eloquentiam uero ſine ſapientia nimium obeſſe plerumque, prodeſſe numquam. 1. de Inu. 2. Illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem uenit a te requirere. 1. Acad. 5. Numquam uidi in ulla alia, niſi humana figura. de Nat. 1. 61. Numquam uos prætorẽ tam palæſtricum uidiſtis. 4. Ver. 38.

Ver.38. de Amic. 10. Qui numquam philoſophum pictum, ut dicitur, uiderunt. de Fin.lib.5.72.

Numquando.

Numquando tibi moram attulerit, quo minus conſilium aduocares, legemque ferres, quod eo die ſcires de cęlo eſſe ſeruatum? in Vat. 11. Exſiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, Numquando amici noui digni amicitia, ueteribus ſint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere ſolemus. de Ami. 59.

Numquis.

Numquis fundus in Nolano uenalis ſit. Att. l. 13. 266. 1. Numquis ueſtrum ad uim accommodatus eſt? cont. Rul. 90. Numquid eſt aliud? Imo uerò, inquit. pro Roſc. Am. 31. Numquid ergo in his rebus, quod prouiſione aut permotione mentis magis, quam natura ipſa ſentiamus? 2. Diu. 13. Numquid uos duas habetis patrias? an, &c. de Le. 170. Omnia ne officia perfecta ſint; numquid officium aliud alio maius ſit, & quæ ſunt generis eiuſdem? Off. 2. Pecuniam petit: negamus deberi. iudicium fiat ſtatim, non recuſamus. numquid præterea? pro Quinct. 24. Numquid horum probat noſter Antiochus? 4. Aca. 256. Numquid igitur bona Lentuli religionibus religauit? pro Dom. 238. Me enim nemo adhuc rogauit, numquid tu Sardiniam uelim: te puto ſemper habere, etſi non ſemper, qui, numquid Romam uelis, quærant. Q. fr. lib. 2. 6. 1. Is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt: nec quum poſtea in caſtra ueniſſet, atque inde diſcederet, numquid uellem rogauit. Att. lib. 6. 14. 10. Quum me ſpectans ſua uilla, numquid uellem rogaſſet. Att. 5. 5.

Numquidnam.

Numquidnam manus tuæ ſic affecta, quemadmodum affecta nunc eſt, deſiderat? de Fin. lib. 1. 60. Quid nos tandem Craſſus? Numquidnam, inquit, noui? 2. de Or. 8. fam. lib. 11. 27. 5. Numquidnam de oratore ipſo reſtat? Part. 15. Quid ſolis, numquidnam aut lunæ aut quinque errantium ſiderum ſimile uidiſti? de Nat. 1. 61.

Nuntius & Nuntium.

Eam calamitatem non ex prœlio nuntius, ſed ex ſermone rumor attulit. pro Pomp. 8. Ex ea, te imperatore, nuntius ad ſenatum allatus eſt nullus. in Piſ. 35. De cuius morte quum domum falſus ab exercitu nuntius ueniſſet, & pater eius, &c. 1. de Or. 85. Afferunt nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuntius. 7. Ver. 73. At ex hoc uectigali numquam malus nuntius auditus eſt. cont. Rul. 82. Ales nuntius Iouis. in Arat. Senſus interpres ac nuntius rerum. de Nat. 54. Nuntio legatorũ parere. 12. fam. 52. Quum optatiſſimum nuntium accepiſſem, te mihi quęſtorem obtigiſſe. fam. lib. 2. 18. 1. Exoptatum nuntium afferre. pro Roſc. Am. 11. Nolite per deos immortales, iudices, hunc illi acerbum nuntium uelle deferri, ut ſuum præfectum, &c. pro Balb. 51. Philotimus non modo nullus uenit, ſed ne per litteras quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Att. lib. 11. 230. 4. A quo hoc ipſo C. Panſa mihi nuntium perferente, conceſſos faſces laureatos tenui, quoad tenendos putaui. pro Lig. 4. Iam biennium aut triennium eſt, quum uirtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. fam. lib. 15. 44. Deinde ex ſenatuſconſulto conſules rogationem promulgaſſe, uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Att. lib. 1. 8. 6. Top. 9. de Or. 100. & 105. Accerſitus prætoris nuntio 6. Ver. 77. Ex eius nuntio. 9. Att. 66. hoc eſt, ex ijs quæ mihi ab illo nuntiata ſunt. Is qui una die, tota Aſia, tot ciuitatibus, vno nuntio, atq; vna litterarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandoſque denotauit. pro L. Man. 4. Interpretes & nuntij rerum ſenſus. 2. de Nat. 140. Nuntij & litteræ de bello a Parthis in prouinciam Syriam illato quotidie fere afferuntur. fam. lib. 15. 2. 2. Quidam boni nuntij non optimis tamen auctoribus. Att. 109. Quidã boni nuntij me Theſſalonicæ tenebãt. Att. 44. Duo nũtij afferuntur, vnus, &c. Att. Quum graues de Parthis nuntij venirent, perrexit in Ciliciam. Att. 79. Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuntij, fama deniq. ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura, tamen exiſtimaui, &c. Q. Fr. 289. Optatiſſimi nuntij & litteræ venerunt. 14. Phil. 395. In Epirum igitur non iui; quod ſubito mihi aduerſi nuntij venerant. Att. 45. De Q. fratre nuntij nobis triſtes, nec varij venerãt. Att. lib. 3. 15. Omnes ſenſus veri nuntios dixit eſſe Epicurus. 1. de Nat. 49. Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores & nuntios. Ep. 19. Qui eiuſmodi nuntios ſeu pegaſos habet. pro Quin. 14 Quæ numquã quinq. nuntiis animus cognoſceret. Tuſc. 1. 39. id eſt, quinq. ſenſibus: Litteris, nuntiis, cohortationibus ad patriæ præſidium aliquem excitare. 14. Phil. 198. Improbiſſimis litteris, fallacibuſq. interpretibus ac nuntiis impellere aliquem in ſpem aliquam. Brut. 22.

Nuntia.

Nuntia fulua Iouis miranda uiſa figura. 1. de Leg. 3. Hiſtoria nuntia vetuſtatis. 2. de Or. 20.

Nuntio.

Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quó faciant id quod nuntiant lætius. in Ant. 154. Ne ſenſus quidem vera nuntiant. Acad. ed. 1. lib. 2. 71. Atq. hunc tantum mœrorem matri, prius hominum rumor, quam quiſquã Oppianici familiæ nuntiauit. pro Clu. 29. Miſit ad me ſtatim qui ſalutem nuntiaret. Att. lib. 4. 79. 5. Scribes aut nuntiabis illi ſalutem. 12. Att. 1. & 7. fam. 26. Nuntiare alicui. 2. Phil. 88. verbum augurale. Quid me patri nuntiare vis tuo? in Ver. 129. Res ab omni conuentu cognita celeriter domum nuntiatur. 4. Ver. 33. Nuntiabatur id αὐθωρεί. 10. Att. 29. Nihil de inſignibus ad laudem viris obſcure nuntiari ſolet. 3. fam. 44.

Nuntians.

Senatus huius vnius litteris nuntiantibus non credidit, poſtulantibus denegauit. in Piſ. 89.

Nuntiatum.

Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone eum, &c. Acad 39. Nuntiatum eſt nobis, Cæſarem ad 11 x. Kal. Capuæ, &c. Att. lib. 9. 188. 9. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritus metu, fracto animo, fugiſſe Antonium fam. lib. 11. 12. 3. Quum eſſet hoc incommodum nuntiatum. in Ver. 244. Nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur. 8. fam. 11.

Nuntiatio.

Vide etiam ne facilius. nos enim nuntiationem ſolum habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. 2. Phil. 86. Quod cum eo collega tulit, quem ipſe fecit ſua nuntiatione vitioſum? 5. Phil. 169.

Nuper.

N. quid dico n.? imò uero modo, ac plane paullo ante. in Ver. 202. N. quum te iam aduentare arbitraremur, &c. Att. 2. Cauſſa quæ abs te n. dicta eſt. de Or. 105. Qui n. eſt mortuus. 4. Ver. 95. pro Quinct. 60. In quibus erat is, qui nuper Romæ fuit Menedemus hoſpes meus. de Or. 92. Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei M. Pacuuij fuerunt. de Amic. 24. In Cumano nuper quum mecum Atticus noſter eſſet, &c. Acad. 39. Nuper indulgens in patrem, idem ſeuerus in filium. 3. Off. 154. Quibus blanditiis C. Papirius conſul nuper influebat in aures concionis, quũ ferret legem de trib. pleb. reficiendis. de Amic. 78. Neque ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inuenta eſt, hac de re communis vita dubitauit. 2. Diu. 144. Nunc magnopere a te peto, de quo ſum nuper tecum locutus, vt videas ne quid ei deſit. Att. 224. Nuper id patuiſſe dicunt. de haruſ. 251. Vidi enim Mitylenis nuper virum, &c. de Clar. 186.

Nuperrime.

Si fidem factam putabimus, &c. primum nos dicturos pollicebimur, aut ab aduerſarij dicto exordiemur: & ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit. 1. ad Her. 10.

Nuptiæ, Nuptialis, Nupta, *poſt* Nubo.

Nurus.

Reiecta mater, amicam impuri filij, tanquam nurum, ſequebatur. 2. Phil. 71.

Nuſquam.

Commoraturum me nuſquam ſane arbitror. ep. 28. Nullus vſquam delectus, noſter dux nuſquam eſt. Att. 125. Quod nuſquam eſt. de Inu. 80. Quia iam nuſquã ſunt. pro Plan. 271. Quæ nuſquam alibi eſſet. 4. Acad. 185. Ego uero nuſquam eſſe illos puto. 1. Tuſc. 18. Nolite arbitrari, o mihi cariſſimi filij, me, quum a vobis diſceſſero, nuſquam, aut nullum fore. de Sen. 72. Nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meæ prouinciæ nuſquam exceſſi. 10. fam. 73. Sumptus nuſquam melius poteſt reponi. Q. fr. 318. Lex, & recta ratio imperandi atque prohibendi; quam qui ignorat, is eſt iniuſtus, ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam. 1. de Leg. 64. Nuſquam ventum aut habitum ſine cauſſa putetur. ad Her. lib. 2. 33.

Nuto *vide* Nutus.

Nutrio.

Multi priuatorum audacias nutriuerunt, ego nihil timui niſi leges. in Sall. 6.

Nutricor.

Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens (ut ita dicam) atq. educator, & altor eſt mundus,

mundus, omniaque ſicut membra ſua & partes ſuas nutricatur & continet. 2. de Nat. 62.

Nutrix.

Laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, &c. reliquarumque rerum formam quæ abſunt ab forenſi contentione, &c non complectar hoc tempore, non quo negligenda ſit: eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, &c. in Or. 21. Cum lacte nutricis, errorem aliquem ſugere. 3. Tuſc. 4. Iſto enim modo nutrices & pædagogi iure vetuſtatis plurimum beneuolentiæ poſtulabunt. de Amic. 64. Inſerunt manu omnia in os pueris infantibus nutrices. 2. de Or. 89.

Nutricula.

Veniſti iratus omnibus, quod ego, ſimulac te aſpexi, prius quam loqui cœpiſti, quum ante Gellius, nutricula ſeditioſorum omnium, teſtimonium diceret, ſenſi atq. prouidi. in Vat. 2. Nutriculæ prædiorum. 11. Phil. 298.

Nutrimentum.

Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. in Or. 25.

Nutus.

An nutus tuus mihi non faceret fidem? 7. Att. 30. Nutus tuus poteſt hominem ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma uirtute, officioſiſſimum præterea & grauiſſimum, incolumem in ciuitate retinere. 11. fam. 37. Ad voluntatem nutumque alicuius uiri totum ſe conuertere. 3. fam. 43. Ad alicuius arbitrium nutumque totum ſe fingere & accommodare. in Or. 13. Bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus iam non erit. de Aruſp. 56. Illi ad nutum parati ſunt futuri. in Ant. 212. Pendere pecunias ad nutum alicuius. de L. Agr. 96. Nulla res niſi ad nutum iuſtius iudicatur. in Ver. 122. & 68. Tune contra Cæſaris nutum? Att. 226. Si fas eſt reſpirare P. Quinctium contra nutum, ditionemque Næuij. pro Quinct. 63. Tot ciuitates vnius hominis nutum intuentur. Q. fr. lib. 1. 26. Hereditatis ſpes, &c. quem nutum non obſeruas locupletis orbi ſenis. Parad. 49. Illi quos ſæpe nutu ſignificationeque appello. 1. fam. 48. Nutu quod velis conſequare. 13. fam. 87. Nec dubitant quin ego a te nutu conſequi poſſem. 13. fam. 4. Auctoritate nutuq. legum docemur coercere cupiditates. 1. de Or. 96. Hæc deorum immortalium nutu atque conſilio geſta eſſe videntur. in Catil. 115. Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. 7. Ver. 28. Quorum non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas. Cat. 57. Iouis nutu & arbitrio omnia regi. pro S. Roſc. 40. Illũ vero & Iouem & dominatorem rerum, & omnia nutu regentẽ. 2. de Nat. 3. Quidam legunt Motu regentem. Nutu atque verbo non accurata quadam orationis copia libertinos in urbanas tribus tranſtulit Tiberius Sempronius. 1. de Or. 20. Siue aliç declinabunt, aliæ ſuo nutu recte ferentur. 3. de Fin. 30. Eam porro naturam eſſe quattuor omnia gignentium corporum, vt quaſi partita habeant inter ſe & diuiſa momenta, vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur, &c. Tuſc. 1. 33. Terram mediam, ſua ui nutuque teneri. de Or. 159. Interfecto enim rege, regios omnes nutus intuemur. 12. fam. 1. Nutibus ſuis undique in ſeſe conglobata terra. 2. de Nat. 72.

Nuto.

Illud ſignum interea nutabat, cum vectibus ſubiectis conarentur commouere. in Ver. 222. Nũc autem dico ipſum Epicurum neſcire, & in eo nutare. de Fin. lib. 2. 45. Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit, nutare uidetur in natura deorũ. de Nat. 1. 84.

Nux.

Frangere nucem. 2. de Or. 148. Ego enim Magium non conſeruaſſe dico, ſed tanquam nudus nuces legeret, in uentrem abſtuliſſe. 2. de Or. 147.

Nympha.

Si dij ſunt, ſunt ne etiam nymphæ deæ? ſi nymphæ, Paniſci & Satyri. 3. de Nat. d. 57. Clodius ædem nympharum incendit, vt memoriam publicæ recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. pro Mil. 55.

O

O Conſuetudo peccandi, quantam habes iucunditatẽ in improbis & audacibus, cum pœna abfuit, & licentia conſecuta eſt. 5. Ver. 152. Alter, o dij boni, quã teter incedebat. pro Sex 6. Nã quid profitetur o dij boni. Tuſc. 232. Hic, o dij nihil vnquam honorificentius nobis accidit. Conſurrexit Senatus cũ clamore ad vnũ, ſic, &c. 3. Q. fr. 18 O dij immortales, rem miſerã & calamitoſam. pro S. Roſc. 31. O exſpectatas mihi tuas litteras. Att. 66 O factum male de Alexione. Att. 237. O fœlicẽ utrunque, hunc quoque fœlicem: hanc enim, &c. in Ant. 188. O immoderata mulier. pro Cęl. 41. O me perditum, o me afflictum. fam. lib 14. 4 5. O meam calamitoſam ſenectutem, o me numquam ſapientem. Oct. 330. O mi Furni, quã tu tuam cauſſam non noſtri, &c fam. 10. 26 3. O multa intolerabilia locis omnibus. ep. 197. O noſter miſericors, quid facis? in Piſ. 83. Vobis autem referentibus o poſt hominum memoriam fortiſſimi conſules, ſenatus decreuit, &c. de haruſp reſp. 247. O pręclarũ cuſtodem ouium, ut aiunt, lupum. 3. Phil. 143. Ei en fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant quam uiri: & inopes, quam opulenti: & calamitoſi, quam ij qui putantur beati. O pręclaram ſapientiam. ſolem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è uita tollunt. de Amic. 45. O quãdoque tacetur. Me miſerum, cur non ades? Attic. Eſt mihi tanti o Quirites, &c. in Catil. 107. O rem totam odioſam. Att 94. O ſpectaculum vni Craſſo iucundum, ceteris non item. At. lib. 2. 36. 4. O tempora, o mores. 6 Ver. 49. in Catil. 1. O terram beatam quæ illum exceperit. pro Mil. 80.

Ob.

Quanto illud flagitioſius, improbius, indignius, cum a quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, cõdemnare, &c. 4. Ver. 55. Ob eã enim ipſam cauſſam Erichtheus Athenis colitur. de Natu. 69. Omnia ſubiecta uideri maiora, & quidem ob duas cauſſas: primum, quod, &c deinde, &c. Tuſ. 201. Ob delictum pœnas dij expetunt. pro Marc. 20. Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio læſum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatũ iri. fam. lib. 5. 1. 1. Ob aliquod emolumentũ ſuum ſi qui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non conuenit. pro Font. 14. Sunt alia ob quæ magis numquam parebit, &c. in Ant. 200. Vt ſciret, &c. ob eam rem tibi hæc ſcripſi. ep. 222. Hãc rationem Epicurus ob eam rem, quod veritus eſt, ne, &c. de Fat. 145.

Ob, *pro ante.*

Ob os effuſus ignis. de Vni. 61. Ob oculos nullo poſito ſimulacro earum rerum. de Vni. 47. Mihi ob oculos exſilium verſatur. pro Sext. 38. Ob oculos mihi ſæpe mors perſita eſt. pro Rab. Poſt. 24. Cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. 9. fam. 61.

Obambulatio.

Item commodius eſt in derelicta, quam in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia & obambulatio hominũ conturbat &, infirmat imaginũ notas. 3. ad Her. 126.

Obbibo.

Qui quum coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrannorũ venenum vt ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic e poculo eiecit, vt id reſonaret. Tuſc 1. 79.

Obcæco.

Obcæcat orationem totam narratio obſcura. 2. de Or. 179. Tunc nec nimis illuſtres, nec nimis obſcuros locos haberi oportet: ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant. ad Her. lib. 3. 126.

Obcęcatus.

Quod ego negotium non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus non recuſaui. 15. fam. 3.

Obdormio.

Endymion neſcio quando in Latmo obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum, opinor, eſt experrectus. 1. Tuſc. 147.

Obdormiſco.

Quid melius eſt, quam in mediis uitæ laboribus obdormiſcere & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno? Tuſc. 1. 105.

Obduco.

Et ipſe labor quaſi callum quoddã obducit dolori. Tuſ. 2. 38. Nono Kalend. igitur ad Siccam: ibi tamquam domi meæ ſcilicet: itaque obduxi poſterum diem. Att. lib. 16 16. id eſt, circum illa loca duxi & conſumpſi. Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. 9. fam. 4. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat. 3. Tuſc. 6. Thermus eum Syllano contendere exiſtimatur, qui ſic inopes & ab amicis & exiſtimatione ſunt, vt mihi videatur non eſſe ἀδύνατον, Curium obducere, ſed hoc præter me nemini videtur. Att. lib. 1. 2. id eſt, obtrudere in petitionem. Dum huius definitiones labefactare vult, conatur eſt clariſſimis rebus tenebras obducere. Acad. ed. 1. lib. 2. 17. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur. 2. de Leg. 51. Obducunturque libro aut cortice trunci ſtirpium, quo ſint a frigoribus & caloribus tutiores. 2. de Nat. 179.

Obductus.

Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta, ita vt curioſis oculis perſpici non poſſit. pro Sext. 16. Iam ille mos a Cecrope (vt aiunt) permanſit corpus terra humandi: quam cum proximis fecerant, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur, vt, &c. 2. de Leg. 58. Obducta terra mortuis humatis. 2. de Leg. 58. Ne refricare obductam iam reip. cicatricem videret. 3. de L. Agr. 3. Primum enim ſuperiora ſuperciliis obducta, ſudorem a capite & a fronte defluentem repellunt. 2. de Natu. 215. Pluma alias, alias ſquama videmus obductas animantes. 2. de Natu. 90.

Obductio.

Obductio capitis. pro Rab. Perdu. 10. id eſt, obuolutio.

Obduro.

Quis autem tam agreſtibus inſtitutis viuit, aut quis contra ſtudia naturæ tam vehementer obdurauit, vt a rebus cognitu dignis abhorreat, &c. 5. de Fin. 50. Quare obduretur hoc triduũ, ut te quoque ponam in eodem πάθει. 12. Att. 3.

Obdureſco.

Obdureſcunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tribuni. ad Brut. 59. Exanimauit omnes qui mecum erant: nam ipſe obdurui. ad Att. lib. 10. 29. Equidem ſic iam obdurui, vt ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderem T. Plancum. 12. fam. 44. id eſt, patiens iam factus, & quendam velut callum ac duritiem in animo contraxi. Obduruit patientia. pro Mil. 57. Sed iam ad iſta obduruimus, & humanitatẽ omnem exuimus. 13. Att. 2. Atque his quidem iam inueteratis conſuetudine obduruĩmus. 2. Phil. 105. Alij occiderunt, alij neſcio quo pacto obduruerunt. 5. fam. 41. Sed neſcio quomodo iam uſu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. pro Mil. 57. Niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem nouum, 2. fam. 28. Iam uero cum in eiuſmodi patientia turpitudinis, aliena, non ſua ſatietate obduruiſſet. 7. Ver. 27. Ita Sopater de ſtatua cum iam pæne obduruiſſet, vix viuus aufertur. in Ver. 230. Obduruiſſeque ſeſe contra fortunã arbitrantur. Tuſ. 3. 57.

Obedio.

Hic eſt ille moderatus, hic fortis, hic ſapiens, hic & naſcentibus & cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis parebit, & obediet præcepto illi ueteri. 5. Tuſ 52. Nec vero ſolũ ut obtemperent obediantque magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant, diligantque præſcribimus. 3. de Leg. 7. Si ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, ut ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi poſſit, obtemperent. pro Cæc. 38. Obedire conſilio rationiq. Off. 1. 121. Quantum in hac urbe polleat, multorum obedire tempori, multorumque uel honori vel periculo ſeruire. de Clar. Or. 231. Obedire & parere voluntati architecti. de Natu. 1. 15. Obedire voluntatibus impulſu libidinum. Som. Scip. 33.

Obediens.

Obediens cupiditati. de Fin. 3. 59. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus deus. de Vniu. 199. & 2. de Nat. 111. Naturæ obediens homo, homini nocere non poteſt. 3. Off. 31. Quæ natio ſemper obediens huic imperio fuit. in Piſ. 97. Appetitum rationi obedientem præbeamus. 1. Off. 184. Appetitiones obedientes efficere rationi. 1. Off. 25.

Obedientia.

Seruitus eſt obediẽtia fracti animi & abiecti, & arbitrio carentis ſuo. Parad. 122. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. 1. Off. 143.

Obeo.

Obit inferа Perſeus in loca. in Arat. 50. Qui rerum priuatarum cauſſa legationes liberas obeunt. de L. Agr. 52. Homines ſæpe cũ obeunt plures cõpetitores, & uidẽt unũ eſſe aliquẽ, q hæc officia maxime animaduertat, ei ſe dedũt, deſerũt ceteros, &c. de pet. Cõſ 23. Ego Siciliã totã quinquaginta dieb⁹ ſic obii. 2. Ver. 4. Obiit legatus Ægyptum. in Som. Scip. 6. id eſt, Legatione functus eſt in Ægyptũ. Is Aſiam ſic obiit, ut, &c. pro Mur. 128. Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtrauit, & Perſarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? 5. de Fin. 149. Nolite exſpectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates: hoc uno complector crimine omnia. 4. Ver. 87. Quas enim eos cenas & facere & obire ſcripſit ad me Sextus, quam lautas, quam feſtiuas? 9. Att. 55. Obire cogitas reliquas colonias. 16. Att. 24. Quo facilius & noſtras obire domos, & ipſe a ſuis adiri poſſet. pro Cæl. 13. Cui noſtrum non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas inuiſere? de Or. 106. Obire hereditates. in Rull. 4. Quam, niſi obire facinoris locum tempuſque voluiſſet, numquam reliquiſſet. pro Mil. 20. Negotium obire. pro L. Manil. 24. Nam æſtate ſumma, quo tempore ceteri prætores obire prouinciam, & concurſare conſueuerunt. 7. Ver. 64. & 2. 4. & 7. 63. cont. Rul. 73. Prætores tum putant obeundam eſſe maxime prouinciam, quum in areis frumenta ſunt. 7. Ver. 24. Tantum teſtituiſſet urbis, quãtum flamma obire non potuiſſet. in Catil. 116. Cui tantummodo reciperet, quantũ uideret ſe obire poſſe. de pet. Conſ. 121. Quum ita clauſa erant nobis omnia maria, ut neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. pro L. Manil. 37. Vt noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. 7. fam. 5. Seruus uidetur obiiſſe legationẽ. Att. 241. Acad. ed. 1. l. 2. 5. Quantum ceteris ad res ſuas obeundas cõceditur temporis. pro Arch. 9.

Obire, *pro Exſequi, expedire.*

Multi clariſſimi uiri, quum reipub. darent operam, annum petitionis ſuæ non obierunt. 10. fam. 55. Venias ad id tempus, quod ſcribis, obieris Q. fratris comitia. Atoc. l. 1. 8. Obire diem auctionis. 13. Att. 15. Antonius diem edicti obire neglexit. 3. Phil. 137. Quum in hortos D. Bruti auguris commentandi cauſſa (vt aſſolet) veniſſemus, eo nõ affuiſti, qui diligentiſſime ſemper illum diem & illud munus ſolitus es obire. de Am. 7. id eſt, adire & adeſſe eo die. Iudicia priuata magnarum rerum obire. 1. de Or. 84. Nec vero hęc extrema quiſquam poteſt iure reprehendere, quod mare non tranſierim. id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. Att. lib. 8. 160. 3. Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiua fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire. Tuſ. 172. Sacra obire. 2. de Leg 32. Vadimonium mihi non obijt quidam ſocius & affinis meus, quicum mihi neceſſitudo uetus, controuerſia de re pecuniaria recens intercedit: &c. pro Quinct. 31. pro Roſc. Com. 21. Iacere humi ad facinus obeundum. in Catil. 102. Seruius in ipſa meditatione obeundi ſui muneris exceſſit e uita. in Ant. 221. Quando obitura omnia. 2. de Leg. 46.

Obire, *Occumbere, Mori.*

Quid Macedo Alexãder, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne tertio & trigeſimo anno mortem obijt? 5. Phil. 198. Q. Martio, Cn. Seruilio c o s. mortem obijt Ennius. de Clar. Or. 78. Sulpicius in legatione mortem obijt. de Clar. 271. Primum illud uulnus acceperit, quo teterrimam mortem obiret, pro Mil. 65. Qui ſi mortem tum obijſſet, in ampliſſimis fortunis occidiſſet. Tuſc. 1. 71. Paullo ante lucem, Marcellum diem ſuũ obijſſe. fam. lib. 4. 12. 6. Omnibus obeunda mors eſt. pro Clu. 27.

Obiens.

Quis in reliquis orientis aut obeuntis ſolis ultimis aut Aquilonis, Auſtriue partibus tuum nomen audiet? in Som. Scip. 23.

Obitus.

Nec vero illorum quiſquam, quos a maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atque in Roſtris collocatos videtis, &c. pro Sext. 71. 4. Phil. 260. Qua tibi uadimonium non ſit obitum eadem te hora conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas funditus euertere. pro Quinct.

Obitus.

Obitus conſulum. ep. 172. Interitus atque obitus omnium rerum conficit natura. 2. de Diu. 56. In aſtrologia cæli conuerſio, ortus, obitus, motuſque ſiderũ. 1. de Or. 92. Diu. 1. 108 Qui dies poſt obitum occaſumque noſtrum reip. primus illuxit. in Piſ. 26. Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu filię tuę, ſaneqquam pro eo ac debui, grauiter moleſteque tuli. fam. li. 4. 5. 1. Aut æſtus maritimi, fretorumque anguſtiæ, ortu aut obitu lunę commoueri. 2. de Nat. 15.

Obſi-

Obfirmatus.

credibile eſt quanto mihi videatur illius voluntas obſtina-, & in iracundia obſirmatior. Attic. lib. 1. 20. Vetus codex et Affirmatior.

Obiicio.

In idem vitium incidam, quod huic obiicio. in Sal. 272. Non tibi obiicio, quod hominem digniſſimum tuis moribus, &c. ſpoliaſti ac depeculatus es. 6. Ver. 52. Quum alter alteri obiicit vocis flexiones. Orat. 202. Antonius ignobilitatem obiicit C. Cæſaris filio. 3. Phil. 154. Illa dilnam quæ de peculatu mihi iſte obiicit. pro S. Roſc. 52. Obiicit mihi, me ad Baias fuiſſe. Att. 12. Obieci meum caput pro veſtris ceremoniis atque templis, perditiſſimorum ciuium furori atque ferro. pro Dom. 112. Quæ res igitur tantum iſtum furorem Sext. Ruſcii obiecit? pro Roſc. Am. 25. Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit, vt probrum M. Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxiſſet. 1. Tuſc. 3. Tempus omnia iis fluctibus obiecimus, qui per nos a cōmuni peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt. 1. de Or. 2. De Criſpio mihi ne tu obiicies, quem ego de me bene meritum, quia te teſte cognoueram, te eodem auctore defendi? pro Planc. 61. Te miramur cum hæc reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obiiceres. fam. lib. 11. 3. 4. Numquam me pro ſalute veſtra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obieciſſem. pro Arch. 10. Qui ſe ſæpe telis hoſtiū, qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit. pro Balb. 59. Tuſc. 1. 74. Quid ſtultius, quàm obiicere aduerſario, quod ille, ſi verbo negarit, longius progredi non poſſit, q obieceris? in Ant. 162. Poteſtati aliquorum aliquid obiicere. de haruſp. reſp. 22. Me culpam fortunæ aſſignare, calamitatem crimini dare, me amiſſionem claſſis obiicere. 7. Ver. 102. Noluerunt feris corpus obiicere, ne, &c. pro Roſc. Am. 43. & 7. Ver. 95. Qui mihi auſus es eloquentiam vt vitium obiicere. in Sall. 4. Furta, largitiones, libidines obiicere alicui. pro Dom. 72. Obiicere ignobilitatem generis alicui. pro Mur. 14. Maledictum alicui obiicere. pro Mur. 11. Obiicere probra alieni. de Or. 155. Obiicere aliquam rem in magnis criminibus. in Ver. 244. Salutem ſuam pro aliquo obiicere. pro Planc. 65. Ita conſiſtendum eſt, ut quod obiicitur, factum neges. Partit. 55. Obiiciuntur autem ſæpe formæ, quæ reipſa nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. Diu. 97. Obiiciebatur animo meo metus. Tuſc. 2. 7. Vt alter conſenſu poteſtati ſeruorum obiiceretur. de haruſp. reſp. 249. Facinoroſorum armis meos ciues pro me obiici nolui. pro Mil. 108. Concionibus ſeditioſorum, inſidiis coniuratorum, & telis aliorum obiici, & ad omne periculum atque omnem inuidiam opponi. pro Mur. 79. Obiiciendi erroris cauſſa. 2. de Leg. 45. Quorum tu nihil in Sext. Roſcium ne obiiciendi cauſſa contuliſti. pro Roſc. 24. Cum tu mihi Cornelij defenſionem in maledicto obiiciendam putaris. in Vat. 30.

Obiectus.

Obiectus ad omnes caſus ſubitorum periculorum. 6. fam. 15. Error in aliqua re obiectus. pro Cæc. 4. Cum Lucullo obiecta eſſet magnificentia villę Tuſculanę. de Leg. 190. Cū nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quicquid ſit. Tuſ. 158. Cum aliqua ſpecies utilitatis obiecta eſt. Off. 3. 44. Crimen obiectum alicui & in aliquem. pro Clu. 41. Cunctari illum diutius in uita fortunæ obiectum, inutile putabat ipſi. Tuſc. 1. 100. Oppoſitum & obiectum hoſtibus propugnaculum. pro Font. 3. Docete in illorum iudicijs quid præter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, ſed in maledicti loco ſit obiectum. pro Clu. 49. Si tale uiſum obiectum eſt a deo, dormienti, &c. Acad. ed. 1. l. 2. 46. Quod eſt ab eo obiectum, lepore magis leuandū, quam contentione frangendum uidetur. de Or. 150. Non poteſt obiectam rem perſpicuam non approbare. Acad. 10. Tuſ. 158. Hodie neſcio qua obiecta re remiſſior Senatus fuit. in Ant. 206. Vt ſi qui tremerent obiecta terribili re. Acad. 13. Pleriique autem qđ tenere atque ſeruare id quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos. 1. de Fin. 73. Quod nulla utilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia, etiamſi incommoda datura ſit, gaudeant. 5. de Fin. 93. Signo obiecto aliquē monere quid euenturum ſit, niſi caueat. 1. Diu. 57. Multique ad deprauandum parati, qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenij præſtringi poſſe confidunt. Bruto. 18. 4. Sed etiam quod ad omnes caſus ſubitorum periculorum magis obiecti ſumus, quam ſi abeſſemus. fam. lib. 6. 5. 12. Tum ille, cui nulla hoſtium diutius urbs umquam fuit clauſa, qui omnes anguſtias, omnes altitudines, omnium obiecta tela, ſemper ui & uirtute perfregit, &c. de haruſp. reſp. 46. Non tam ſum exiſtimandus de geſtis rebus gloriari, quam de obiectis non confiteri. pro Dom. 72. Quibus ergo rebus obiectis, cum uiderem, &c. mecum reputaui, &c. Poſtquam. 211.

Obiecto.

Mihi lachrymulā Cypriani obiectas. in Sal. 281. Sed eſt quædam calumnia, quam unuſquiſque noſtrum teſtante animo ſuo fert de eo qui falſum crimen bonis obiectat. in Sal. 2. Probrum obiectare alicui, & illius laudem illuſtrare. pro Domo ſua. 50. 2. de Or. 157.

Obitus, *vide* Obeo.

Obiurgo.

Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes, me mei præſidij cauſſa cum illo coniunctum eſſe. Att. lib. 2. 6. Obiurgaui Senatum, ut mihi uiſus ſum ſumma cum auctoritate. Att. 15. Is fuit in hac cauſſa pertriſtis quidam patruus, cenſor & magiſter, obiurgauit M. Coelium, ſicut neminem umquam parens. pro Cæl. 62. Meque obiurgauit uetere prouerbio. Att. 94. Cæſar nominatim Curtio paratum eſſe perſcripſit, meamque in rogando verecundiam obiurgauit. Q. fr. lib. 3. 17. 14. Ne in quo te obiurgem, idipſum uideat imitari. ep. 38. Quod me de Pompeij familiaritate obiurges, &c. Att. 22. Ea villa quæ nunc eſt, tāquam, philoſophia, uidetur eſſe quæ obiurget cæterarum villarum inſaniam. Q. fr. li. 3. 17. 9. Quem cum obiurgarem, quod, &c. ep. 181. Aliquem monere ut minorem, & obiurgare vt errantem. 1. Att. 10. In quo cum obiurgarer, quod, &c. ep. 22. Expectationem, corripit: Curionem prorſus non mediocriter obiurgarat. 8. fam. 26. Nunc te obiurgari patere, ſi iure. Att. 66. Monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt. de Amic. 75.

Obiurgatio.

Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia eſt; primū ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. Læl. 75. Atque etiam illud ipſum quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius cauſſa qui obiurgetur, ſuſceptū eſſe. Off. l. 1, 191. Tum obiurgatio, ſi eſt auctoritas; tum admonitio, quaſi lenior obiurgatio. 2. de Or. 184. Deliciarum obiurgatio fuit longa, & ea lenior, pluſque diſputationis habuit, quam atrocitatis. pro Cęl. 19. Obiurgationem ſuſceptam reprimere. 4. Att. 52. Hæc eo ſcripſi, ut potius releuares me, quod facis, quam aut caſtigatione aut obiurgatione dignum putares. Att. lib. 3. 50. 4. Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuitio a tanto errore coner auertere? Off. 68. Cohortationes, conſolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis vigent maxime. Off. 1. 85. Obiurgationes quatenus adhibendæ, & quid decori in eis ſeruandum. Off. 1. 191. Obiurgationes etiam nonnumquam incidunt neceſſariæ: in quibus utendum eſt fortaſſe & uocis contentione maiore, & uerborum grauitate acriore. Off. 1. 189. Obiurgationes amoris pleniſſimæ. 1. Q. fr. 45.

Obiurgator.

Ferendus quidem obiurgator non eſt is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. 5. Ver. 4. Nam attendite quātas conceſſiones agrorum hic noſter obiurgator uno uerbo facere conetur. 3. de L. Agr. 7. Qua quidem in cauſſa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos uituperatores confutare poſſumus. de Natu. 1. 5. Conuincere ſuos obiurgatores. 1. Diu. 182.

Obiurgatorius.

Vna cum illius obiurgatoria, tibi meam quoque, quam ad eum reſcripſeram, miſi. Att. lib. 13. 6.

Oblangueo.

Litterulæ meæ ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt. 16. famil. 18.

Oblatus, *vide* Offero, Oblecto.

Cum his me oblecto, qui res geſtas aut orationes ſcripſerunt. de Or. 114. Adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant hæc ſtudia. pro Arch. 12. Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricolatione oblectabāt? de Sen. 52. Oblecta te cū Cicerone quam belliſſime. Q. fr. lib. 2. 15. 5. Quid agas, ut te oblectes, ſcire cupio. Q. fr. 309. Vt quā diutiſſime te iucunda opinione oblectarē. Q. fr. li. 3. 1. 2. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle, quo amicos inuitare, & ubi ſe oblectare poſſet. Off. 3. 75. Ludis tamen oblectamur & ducimur. pro Mur. 135. Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quod ſine te, ceterum ſatis commode oblectabar, & eram in iiſdem locis. Q. fr. lib. 2. 15. 5.

In communibus miſeriis, hac tamen oblectabar ſpecula, Dolabellam meum, vel potius noſtrum, fore ab iis moleſtiis, quas liberalitate ſua contraxerat, liberum. ep. lib. 2. 15. 16.

Oblectatio.

Nam ſiue oblectatio quæritur animi, requieſque curarum, quæ conferri cum eorum ſtudiis poteſt, qui ſemper aliquid acquirunt quod ſpectet & valeat ad bene beateque viuendum? 2. Off. 7. Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio. 1. de. Or. 59. Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio deo? de Nat. 6. In amicitia Scipionis mihi fuit plena oblectationis requies. de Amic. 85. Indagatio ipſa rerum, cum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. 4. Acad. 129. Doloris medicinam a philoſophia peto, & ocij oblectationem hanc honeſtiſſimam iudico. 1. Acad. 17. Nos autem non ſolum beatæ vitæ oblectationem videmus, ſed etiam leuamentum miſeriarum. 5. de Fin. 96. Oblectationes ingenuæ ea doctrina. de Fin. lib. 5. 51. Sed, me hercule, a ceteris oblectationibus deſeror; & voluptatibus propter rempub. ſic literis ſuſtentor & recreor, &c. 4. Att. 29.

Oblectamentum.

Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requietem oblectamentumque noſcatis. de Sen. 48. Ita venuſta habeantur iſta, non vt vincula virorum ſint, ſed vt oblectamenta puerorum Parad. 47. Tamen hæc relinquebant, vt illi quibus ea iucunda ſunt, quæ nobis leuia videbantur, haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. 6. Ver. 118.

Obligo.

Magis enim illum, pro quo ſpopondi, quam me obligaui. ad Brut. 289. Scaurum beneficio defenſionis valde obligaui. Q. fr. lib. 3.17.12 Alter Conſul pactionibus eca luorum præmiorum obligauit. Poſtq. 29. Is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit pro Mur. 3. Multi, quorum pro ſalute ſe hic Syllæ obligauit. pro Syl. 180. Si quis quod ſpopondit, qua in re verbo ſe vno obligauit, id non facit, &c. pro Cæc. 5. Num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe vlla re obligauit? Top. 224. Quem fac vt tua liberalitate tibi obliges. Q. f. lib. 1. 32. Vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. Tuſ. 2. 34. Æſculapius, qui primus vulnus obligauiſſe dicitur. de Nat. lib. 3. 77. Qui ludos certiſſimos ſcelere obligares. de haruſ. reſp. 24. Qui quum lege nefaria, Ptolemæum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem cauſſa incognita publicaſſes, populumque Romanum ſcelere obligaſſes, &c. pro Dom 56. Cato ad Pompilium ſcripſit, vt ſi eum pateretur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret militiæ ſacramento. 1. Off 55. Huius domum non ſolum affligere; quod eſt præſentis inſaniæ, quaſi tempeſtatis repentinæ, ſed etiam in poſterum tempus religione ſempiterna obligare? pro Dom. 82. Quem cum velis obligare, in tua manu eſt. ep. lib. 8. 14. Audebo etiam obligare fidem meam p. c. vobis, p. Q. R. 5. Philip. 201. At iſte medicum modo requiritc a quo obligatur. Tuſc. 183. Eſt enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude, aut ſuſceptis anili ſuperſtitione, obligemur. Diu. lib. 1. 7. Quum interrogabuntur, obligentur non ſolum iuriſiurandi atque exiſtimationis periculo, ſed etiam communi inter ſe conſcientia. 4. Ver. 128. Vt intelligant te ſibi in perpetuum ſummo beneficio obligari. de Pet. Conſ. 54. Off 2. 102. Obligari impia fraude. Diu. lib. 1. 7. Iudicio aliquo diſtringi & obligari. 2. Ver. 16 Obligari pœnis legum iudiciorumque. de Fin. lib. 1. 37. Populus Romanus iniuſſu ſuo nullo pacto poteſt religione obligari. pro Cor. 61. Statuit enim collegium locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari 2 de Leg. 54. Sponſione obligari. 2. de Leg. 66. Et qui volunt obligandi tui tempus ſibi aliud nullum fore. de Pet Conſ. 5.

Obligatus.

Obligatus alicui. 16. Att. 51. Magno beneficio eius, magnoque merito ſum obligatus. exp. 175. Obuolutus & obligatus corio. ad Her. lib. 1. 23. Dolabellam autem tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram. nec enim acciderat mihi opus eſſe, & ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis. Nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio quod, &c. vt nemini plus debeam. 6. fam. 58. Obligatum eſſe maximis alicuius beneficiis. Off. 1. 83. Velim ſic exiſtimes, non tibi tam Atticum, quam me obligatum fore. Att. 164. Videbam me hoc iudicio diſtrictum & obligatum fore. 2. in Ver. 16. id eſt, occupatum. Te ita exiſtimare volo, quibuſcumque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. 13. fa. 35. Obligatum beneficiis aliquem habere. 2 Phil. 121. Tum me tuo beneficio obligatum puto. in Att. 247. Magnus & multis pignoribus eum reſp. obligatum tenet. 15. Phil. 348. Tenere aliquem obligatum largitione. pro Planc. 167. Soluta meliore in cauſſa ſunt, quam obligata. cont. Rul. 89 Patria & parentes, cuius beneficiis obligati ſumus. Off. 12. Vt qui nobis adhuc obligati fuerint, &c de Pet. Con. 25. Obligatæ ciuitates largitionibus. 10. fam. 16. Hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſeruiunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant. 4. in Cat. 93.

Obligatio.

Eſt autem grauior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quam pecuniæ, obligatio. ad Brut. 58.

Obligurio.

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. 2. in Catil. 31.

Oblimatus.

Ægyptum Nilus irrigat, & quum tota æſtate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. 2. de Nat. 99.

Oblinio.

Vt ſemel e Piræo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus. de Clar. 25.

Oblitus.

Libidine flagitioſa oblita eſt Antoniorũ vita. 14. Phil. 390. Si Protogenes Ialyſum illum ſuum cœno oblitum videret. 2. Att. 53. Atque eum nondum tanto parricidio oblitum, hoſtem ſua ſententia indicauit. 11. Phil. 310. Oblitam orationem reddunt exornationes, ſi crebræ collocabuntur: quæ ſi raræ diſponentur, diſtinctam ſicuti coloribus. ad Her. lib. 4. 159. Nolo eos iudices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac vrbe notatos, iſto abſoluto ambulare, vt non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur. 7. Ver. 157. Socij Catilinæ, vnguentis obliti. in Catil. 106. Poſtq. 106. Contraque ſunt omnia quum ſummo dedecore ac turpitudine, tum ſingulari ſtultitia atque inhumanitate oblita. 5. Ver. 7. Ego autem mirifice capior facetiis, maxime noſtratibus: præſertim quum eas videã primum oblitas Latio. fam. lib. 9. 15. 5. id eſt, aſperſas intermiſto Latio.

Obliquus.

Nam, ſi omne animal, vt vult, ita vtitur motu ſui corporis, prono, obliquo, ſupino, membraque quocumque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eaque ante efficit pæne quam cogitat, quanto id eo eſt facilius, cuius numini parent omnia? Diu. 105. Off. 129. in Arat. Hoſque qui incolunt terram, non modo interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit, ſed partim obliquos, partim verſos, partim etiam aduerſos ſtare vobis. Somn. Scip. 21.

Oblique.

Primum erit hoc quaſi prouincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. 1. de Fin. 30.

Oblitero.

Publici mei beneficii memoria priuatam offenſionem obliterauerunt. Poſt. red. in Sen. 18. Si eum magnitudo contentionis, ſtudium gloriæ, præſtans animus, excellens nobilitas aliquo impuliſſet, quod in viro & tum ferendum eſſet, & maximis rebus, quas poſt ea geſſit, obliterandum: &c. in Vat. 12.

Obliteſco.

Quæſque temporibus a noſtro aſpectu obliteſcant: rurſuſque eruerſi errorem incutiant rationis expertibus. de Vni. 47.

Obliuiſcor.

Obliuiſcor eos viros eſſe primarios, improbos temporis cauſſa fingo. pro Q. Roſc. 53. Obliuiſcor iniuriam, depono memoriam doloris mei. pro Cæl. 47. Ciues de repub. optime meriti, in quibus homines non modo res præclariſſimas obliuiſcuntur, ſed etiam nefarias ſuſpicantur. pro Mil. 113. Is etiam in ſcriptis obliuiſcebatur quid paullo ante poſuiſſet. de Clar. 184. Curio ſubito totam cauſſam oblitus eſt. de Cla. 184. Habui ſuauem recordationẽ clariſſimi iuriſiurandi, quod ego non eram oblitus. Att. 88. Vt aliam obliuiſcar. pro S. Roſc. 53. Memini enim, memini, nec vmquam obliuiſcar noctis illius. pro Plan. 82. Et artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat licebit. pro Roſc. Am. 29. Dignitatis tuæ obliuiſci. fami. lib. 1. 7. 14. Conſuetudinis & inſtituti ſui obliuiſci. Att. lib. 4. 87. 1. Quę te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant. 2. Ver. 31. Noli te obliuiſci Ciceronem eſſe, & eum, qui aliis cõſueueris præcipere & dare conſilium, &c. 4. fam. 18. Quod laudas, quia obliuiſci me ſcripſi antelacta & dicta noſtri amici,

ego uero ita facio. Att.142. Obliuiſci quid amiſeris, quid recuperaueris cogitare. 6. fam.38. Non potui magis obliuiſci temporum meorum, & meminiſſe actionum. ep.11. Obliuiſci uigilarc. 6. Att.26.

Oblitus.

Gratulor Baiis noſtris: ſiquidem, vt ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt: niſi forte te amant, & tibi aſſentantur, & tamdiu, dum tu ades, ſunt oblitæ ſui. 9. fam.21.

Obliuio.

Obliuio nos cepit. pro Mil.76. Nos poſt exactos reges ſeruitutis obliuio ceperat. 3. Phil.129. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos iuſtitiæ capiat obliuio, &c. 1. Off.38. Quæ umquam uetuſtas obruet, aut quæ tanta delebit obliuio? pro Deiot.26. Nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio. 9. Phi.265. Tuas laudes obſcuratura nulla vmquam ſit obliuio. pro Mar.28. Exempla obliuionis. de Clar.184. Mithridates omne reliquum tempus, non ad obliuionem ueteris belli, ſed ad cõparationem noui contulit. Pro Pomp.5. Tu tuis, uita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: ut etiam ſi fuerint egregij ciues, certe uenerint in obliuionẽ. in Salluſt.3. in Ver.218. Non obliuione amicitiæ noſtræ, neque intermiſſione conſuetudinis meæ ſuperioribus temporibus ad te nullas litteras miſi: ſed quod, &c. 5. fam.47. Ego, cum mihi cum illo magna iam gratia eſſet, quod eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiæ cauſſa uoluntaria quadam obliuione contriueram: repẽtinam eius defenſionem Gabinij, quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppugnaſſet, &c. 1. fam.48. Omnem memoriã diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. 1. Phil.1. In obliuione iacuit. 3. Ver.71. id eſt, in obſcuro. Iam uero morſus animi, ſollicitudines, ægritudineſque obliuione leniuntur, traduct in animis ad uoluptatem. Tuſc.5.78. Et aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus. 2. de Fin.88. Et id ipſum niſi eſſet unius Ennij teſtimonio cognitum, hunc uetuſtas ut alios fortaſſe multos obliuione obruiſſet. de Clar.30. Veſtra uirtus, nec obliuione eorum qui nunc ſunt, nec reticentia poſterorum ſepulta eſſe poterit. 14. Phil.406. Sermo numquam de ullo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. Somn. Scip.130. Obliuione hominum & taciturnitate tanta dedecora tegere. 7. Ver.108. Laudem eorum iam prope ſeneſcentem, quantum ego poſſem, ab obliuione hominum atque a ſilentio uindicarem. 2. de Or.5.

Obliuioſus.

Acutus an hebetior, memor an obliuioſus. 1. de Inu.52. Stultus & obliuioſus ſenex. de Sen.32.

Obloquor.

Tu uero, ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim. Q. fr. lib.2.23. Tamen uocat me alio iamdudum tacita ueſtra exſpectatio, quæ mihi obloqui uidetur. quid ergo? &c. pro Clu.49.

Obmuteſco.

Tum etiam eloquentia obmutuit. de Clar.166. Repẽte homo loquaciſſimus obmutuit. pro Flac.156. Hoc ſtudium, Brute, noſtrum conticuit ſubito & obmutuit. de Clar.195. De me nulla umquam obmuteſcet uetuſtas. pro Mil.120. Ego uero, inquit Craſſus, neque Antonium uerbum facere patiar, & ipſe obmuteſcam, niſi prius a nobis impetraro. 2. de Or.16. Sed quia tabeſcit, ut uel ſi ignorarent id homines, uel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulcritudine eſſet ſpecieque laudabile. 2. de Fin.81. Num quemquam bonorum coegit in ſuis ſtudiis obmuteſcere ſenectus? de Sen.21. Si quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat. de Fin.107. & 75. Miror ei non & linguam obmutuiſſe, & manũ obtorpuiſſe. pro Dom.240.

Obnitor.

At non P. Clodio mortuo, vſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. pro Mil.26.

Obnoxius.

Viuat hercule Cicero qui poteſt, ſupplex & obnoxius, ſi neque ætatis, neque honorum, neque rerum geſtarum pudet. ad Brut.56. Obnoxiæ ſunt res omnes ſuperſtitionibus. 2. ad Her.43.

Obnubilus.

Obnubila & obſita tenebris loca. 1. Tuſc.77.

Obnubo.

Sed Tarquinij, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis, iſta ſunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis libentiſſime commemoras, Caput obnubito, Arbori infelici ſuſpendito. pro Rab. Perd. re.8.

Obnuntio.

Aſſequitur inter lucos homines Milo, obnuntiat. Att. lib.4.72.8. Non in eo eſt culpa qui obnuntiauit, ſed in eo qui nõ paruit. 1. Diu.56. Itaque cum fretus ſanctitate tribunatus, cum ſe non modo contra uim & ferrum, ſed etiam, &c. obnuntiauit conſuli, cum ſubito manus illa Clodiana in cæde ciuium ſæpe iam uictrix, exclamat, incitatur, inuadit. pro Sext.68. Cumque auſpicijs, religionique parens, obnuntiaret quod ſenſerat. pro Sext.62. Niſi Milo in C. Appius obnuntiaſſet, comitia futura ante diem XII. Kalend. Decemb. Att. lib.4.72.7. Quo inſpectante ac ſedente, legem trib. pleb. tulit, ne auſpiciis obtemperaretur, ne obnuntiare conſilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret. Poſt red. in Sen.9. Obnuntiare in campum. 4. Att.15. Metellus tamen poſtulat, vt ſibi poſtero die in foro obnuntietur. Attic. lib.4.16.

Obnuntiatio.

Marco Craſſo quid acciderit uidemus, dirarum obnuntiatione neglecta. 1. de Diu.29. Obnuntiationibus per Scæuolam interpoſitis. 4. Att.44. Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus magna uoluntate bonorum omnium. Quinct. fr.3.20.

Oboleſco.

Ne oboleſcerent, hæc renouabam. 1. Acad.17.

Oborior.

Vide quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. pro Lig.54.

Obrepo.

Cratippus ſæpe inſcientibus nobis & cenantibus obrepit. 16. fam.28. Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quam pueritiæ adoleſcentia obrepit? Cat.5. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. Diu. lib.2.106. Obrepebat ἀπαλλάξεως mihi deceſſionis dies. 6. Att.41. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil, præter colorem. in Piſ.1. id eſt, feſelliſti pop. Romanum cõmendatione familiæ cognomento frugi. Obrepſit dies, vt uides. Mihi enim ad tertium Kalend. Sextiles de prouincia decedendum eſt, nec ſucceditur. Att.6.114.2. Et doceo Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores, ſed eo ueniſſe curſu, qui ſemper patuerit omnibus hoc noſtro equeſtri loco. pro Planc.13.

Obrigeo.

Ita Sopater de ſtatua C. Marcelli, iam cum pene obriguiſſet, uix uiuus aufertur. 6. Ver.76. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas uidemus, quod pars earum appulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit niue pruinaque, longinquo ſolis abſceſſu. 1. de Nat.19. Obriguiſſe pruina uides. Som. Scip.22.

Obrogo.

Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare S.F. ſua non liceat, &c. Att. lib.3.65.5. Quid, quod obrogatur his legibus Cæſaris, quę iubent ei, qui de ui, itemque ei qui maieſtatis damnatus ſit, aqua & igni interdico? 1. Philip.17.

Obruo.

Perpetua obliuione aduerſa obruimus, ſecunda iucunde ac ſuauiter meminimus. 1. de Fin.88. Tuſculanum & Pompeianũ ualde me delectant: niſi quod me illum ipſum uindicem æris alieni, ære nõ Corinthio, ſed circumforaneo obruerunt. Att. l.2. 16.17. Cyrſilum quendam ſuadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. 3. Off.63. Ante enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, quam Salaminij trophæi memoriam. 1. Tuſc.177. Hæc nulla umquam uetuſtas obruet, nulla umquam delebit obliuio. pro Deiot.150. Et aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus. de Fin.1.44. Quod dij omen obruant. de haruſp. reſp.38. Hoc ita præter exſpectationem accidit, vt teſtem omnium riſus obrueret. 3. de Or.157. Et idipſum niſi unius eſſet Ennij teſtimonio cognitum, hunc uetuſtas, ut alios fortaſſe multos, obliuione obruiſſet. de Clar. Or.30. Nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. pro Arch.18. id eſt, nullam ſui memoriam, ſiue famam nominis reliquiſſet poſteris. Nec uero quemquam ſenum audiui oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. de Sen.19. Oua obruere teſtudines & crocodilos, eum in terra partum ediderint, deinde diſcedere aiunt: ita naſcuntur & educantur ipſa per ſeſe. 2. de Nat.194. Ranæ marinæ obruere ſeſe arena ſolent. de Nat.51. Obruere aliquem lapidibus. Off.3.63. Ait, hac leuitia Deiotarum elatum, uino ſe obruiſſe, in conuiuioque nudum ſaltauiſſe. pro Deiot.17. Sermo obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. Som. Scip.27. Obruitur enim aratorum teſtimoniis. 4. Ver.108. Tætra bellua, quę

quoniam

quondam in foueam incidit, obruatur. in Ant. 193. Aut itapatum malū, vt id obruatur ſapiētia, vixq. appareat 3. Tuſc. 136. Mala virtutis magnitudine obruentur. 3. de Fin. 139. Et quū obruerentur copia ſententiarum atque verborum, ieiunitatem & famem ſe malle, quam vbertatem & copiam dicerent. 2 Tuſc. 5. Si prima quæque bene ab eo conſulta atque facta, ipſius obliuione obruerentur. 2. de Fin. 168. Ambitione & foro obrui. 1. de Or. 47. Obrui & opprimi criminibus & teſtibus. 3. Ver. 13. Ne ve te obrui tam quam fluctu, ſic magnitudine negotij ſinas. Q. fr. l. 1. e. 6.

Obrutus.

Obrutus & oppreſſus. in Ver. 80. Nam qui ſciet vbi quidq. poſitum ſit, quaque eo veniat, is etiam, ſiquid obrutum erit, poterit eruere. 4. de Fin. 17. Ægyptum Nilus irrigat: & quum tota æſtate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, &c. 2. de Nat. 196. Firmamēta ad fidēm poſita digreſſionibus obruenda. Part. 9. Voſque Albanorum obrutæ aræ. pro Mil. 118. Exordini hic iam obrutis rebus omnibus & perditis illa defenſio, eum deiici poſſe, qui non poſſideat. pro Cæc. 63.

Obſcenus.

Obſcenum & turpe dictu. 9. fam. 51. Illiberale, petulans, flagitioſum, & obſcenum iocandi genus. 1. Off. 131. Quod facere non turpe eſt modo occulte, id dicere obſcenum eſt. Off. 25. Delicatæ & obſcenæ voluptates. 1. de Nat. 153. Obſcena omnia. pro Dom 108. Nam & obſcenas uoluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, &c. 5. Tuſc. 134. At hodie penis eſt in obſcenis. ep. 140. Illud Antipatri eſt quidem paullo obſcenius, ſed non abſurda ſententia eſt. Tuſc. 249. Obſcenisſimi uerſus. 2. Q. fr. 8.

Obſcenitas.

Obſcenitas orationis petulantia non uacat. Off. 1. 177. Verborum obſcenitas, ſi turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus eſt. 1. Off. 145. Quas ego non ſolum propter longitudinem, ſed etiam propter turpiſſimam obſcenitatem uerborum prætereundas puto. pro. Flac. 26. Turpitudinem uerborum, & rerum obſcenitatē uitare. 2. de Or. 34.

Obſcene.

Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe eſt, ſed dicitur non obſcene. 1 Off. 178 Excitata obſcenius Mercurij natura traditur, quod aſpectu Proſerpinæ commotus ſit. 3. de Nat. 76.

Obſcurus.

Obſcurus in agendo. 2. Ver. 3. Nimis obſcurus Euphorion poeta: at non Homerus. 2. Diu. 197. Heraclitus ualde obſcurus, minime Democritus. 2. Diu. 197. Interim uenit index ad Dineā neque obſcurus, neque incertus, qui nuntiaret ei filium eius M. Aurium uiuere. pro Clu 13. Obſcurus vir, aſtutus, fallax. 3. Off. 74. Quia non eſt obſcura tua in me beneuolentia, fam l. 13. 71. 1. hoc eſt, eam omnes nouerunt. Libonis & Hipſæi non obſcura concurſatio & contentio, omniumque Pompeij familiarium ſtudium. fam. l. 1. e. 10. Non ut deorum naturam tollerem, ſed vt intelligeretis quam eſſet obſcura, & quam difficiles explicatus haberet. 3. de Nat. 70. Obſcura oratio quomodo fiat. Part. at Omnis peregrinatio (quod ego ab adoleſcentia iudicaui) obſcura & ſordida eſt iis, quorum induſtria Romæ poteſt illuſtris eſſe. fam li. 2. 11. 4. Cur hoc tam eſt obſcurum atque cæcum. 2. de L. Agr. 46. Obſcurum cauſſæ genus. 1 de Inu. 30. Non ne in ea cauſſa ius applicationis obſcurum ſane & ignotum, patefactum in iudicio atque illuſtratū eſt a patrono. 1. de Or. 86. Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum. de Amic. 17. Quid autem tam obſcurum dici poteſt, &c. Acad. ed 2. l. 2 36. Non erat obſcurum quid homo improbus aut nefarius cogitaret. 4. Ver 93. id eſt, nemo ignorabat. Poſteaque Pompeius humili atque obſcuro loco natus. 7. Ver. 142. De oratione Rulli obſcura. cont. Rul. 68. Nolo ſuſpenſam & incertam plebē Romanā obſcura. ſpe & cæca exſpectatione pendere. de L. Agr. 68 Obſcuræ res & perturbatæ. 4. fam. 19. Quemadmodum res obſcuræ dicendo fierent apertiores: ſic res apertas obſcuriores fieri oratione. 2. de Inu. 238. Obſcura & ambigua multa erant, adhibitæ ſunt interpretum explanationes. 1. de Diu. 190. Chryſippus totum uolumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obſcuris, ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa ad ſortes referenda ſit partim ambiguis, & quæ ad dialecticum deferēdæ ſint. 2. de Diu. 172. Obſcuris orti parentibus. 1. Off. 163. Neque enī obſcuris perſonis, nec paruis in cauſſis res agetur fam. l. 3. 3. 6. Tua uero nobilitas Serui Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus litteratis & hiſtoricis eſt notior, populo uero & ſuffragatoribus obſcurior. pro Mur. 13. Obſcurior uultus. pro Mur. 46. De Thucidide, & eius oratione obſcuriſſima. Or. 195.

Obſcure.

Obſcure, & non diſſimulanter, contraria. 1. fam. 13. Non agā obſcure. in Catil. 99. Omnia non modo quæ reprehendi palam, ſed etiam quæ o. cogitari poſſunt, timemus. pro Mil. 32. Nimis o. aliquid commemorare. 2. de Fin. 24. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe, tacite obſcureque conceditur. pro Quinct. 28. Quam argute, quam o. etiam contra Stoicos diſſerendum. Ac. ed. 2. l. 1. 3. Neque id o. ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat. pro Clu. 41. Itaque iſtam paupertatem, uel potius egeſtatem ac mendicitatē tuam numquam o. tuliſti. in Parad. 38. Nihil minus o. tulit. 9. Att. 19. Neque ille quidem o. locutus eſt 4 Ver. 34. Heraclitus de natura omnis obſcure memorauit. de Fin. 67. Serpit o. hoc malum. 4. in Catil 78. Alterum quidem, ut uidemus, palam: alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius 4. Acad 28. Amicum ex Conſularibus neminem tibi eſſe uideo, præter Hortenſium & Lucullum: ceteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. fam. lib. 1 5. 13. Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, ſed paullo obſcurius. 4. Acad. 221.

Obſcuritas.

Obſcuritas ignoratioque cauſarum. Acad. ed. 2. lib. 1. 22. Naturæ obſcuritas. 1 de Or 35. Acad. ed 1. lib. 4. 135. Obſcuritas orationis. 1. Off. 178. Cum rerum obſcuritas, non uerborum, facit, ut non intelligatur oratio, qualis eſt in Timæo Platonis. de Fin. lib. 2. 12. Obſcura, inquit, quædam eſſe confiteor: nec tamē ab illis ita dicuntur de induſtria, ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. 4. de Fin. 3. Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus, maximaque eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in iudiciis noſtris infirmitas. Ac. ed. 1. l. 2. 7. Reiecit te a libris obſcuritas. in Top 2. Sed habeo alia ſigna quæ obſeruem, quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen, uel obſcuritatis, uel erroris, habēt. ep. 83. Duæ ſunt huius obſcuritatis cauſſæ: una pudoris, &c. altera ſceleratis, &c. cōt. Rul. 73. Adhibuit etiā latebram obſcuritatis, vt iidem verſus aliàs in aliam rem accommodati poſſe viderentur. 2. de Diu. 166. Oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat, &c. 3. de. Or 28. pro Deiot. 7. Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in uitam atque mores. de Or. 90. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominū ignoratione uerſatur: hi ſimulac, &c. 2. Off. 63. De obſcuritate naturæ, deque errore tot philoſophorum, &c. 4. Ac. q. 263. In obſcuritate ac dubitatione omniū Cānutio perito homini, qui quodam odore, &c. pro Clu. 38. Inuoluta naturæ obſcuritate cauſſa latet. 1. de Diu. 65. Iā uero quo pertinent obſcuritates & ænigmata ſociorum? intelligi enim a uobis dij uelle debebant ea, quæ noſtra cauſſa uos monebant. Diu. 2. 102.

Obſcuro.

Obſcurat magnitudinem periculi lucrum. 3. Verr. 113. id eſt, tegit ita ut non appareat. Tenebris obſcurat omnia nox. 1. in Catil. 4. Si erunt mihi plura ad te ſcribenda. ἀλληγορίαις obſcurabo. Att. lib. 2. 35 3. Tanta uis boneſti, ut ſpeciem utilitatis obſcuret. 3. Off. 62. Vt omnes intelligant nihil me nec ſubterfugere uoluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. pro Clu. 1. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur. 2 de N. d. 139. Obſcuratur, obruitur, & interit ſplendore uirtutis & magnitudine, oīs iſta rerū in corpore æſtimatio. 3. de Fin. 36. Vt enim obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ &c. de Fin. 3. 36. Minora maioribus obſcurantur. 5. de Fin. 103. Omnia illa quæ bona tu uocas, neceſſe eſt obſcurari, & non apparere, & in uirtutem tamquam in ſolis radios incurrere. de Fin. Obſcurari nec apparere quædā, quia ualde parua ſint 4. de. Fin. 47. Quæ minimæ ſunt uoluptates, eas obſcurari ſæpe & obrui. de Fin 4 24. Et ab omni conſuetudine, quam obſcurari uolui: 4. Ac 78. Neque enim eſt hoc diſſimulādum, quod obſcurari non poteſt, ſed præ nobis ferendum. pro Arch 19 Firmamenta ad fidem poſita, aut per ſe diluenda, aut obſcuranda, aut digreſſionibus obruenda. in Part. 9.

Obſcuratus.

Senſim obſcurata eſt & euanuit eorum memoria. de Or. 53. Obſcurata beneficia. poſt red. ad Quir. 2. Tuas laudes obſcuratura nulla umquam eſt obliuio. pro Marcel. 17.

Obſcuratio.

Obſcuratio propter exiguitatem rerum conſequitur. 4. de Fin. 48. Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non ſit, fieri tamen non poteſt, &c. 4. de Fin. 49.

Obſecro.

Obſecro,inquit,Torquate,hæc dicit Epicurus.de Fin. 68. Obſecro mi Pomponi,nõ uides,&c.Att.43.Obſecro Pyliæ ſalutem. Att.190.Idque ut facias,te obteſtor atq. obſecro.Att.l.11.209.2. Itaque te hoc obſecro,ut,&c.pro Quinct.18.Quamobrem te obſecro iiſdem precibus,quibus S. P. Q. R. ut,&c 11.fam.9.Attica mea, obſecro te, quid agit? quæ me ualde angit. Att.208. Quid,obſecro te,me miſerum,quid futurum eſt? epiſt.233.Sed obſecro te,quid hoc miſerius,quam &c.Att.124 Ego uos P. C. oro atque obſecro,ut,&c.ep.166. Deinde me obſecras amantiſſime,ne obliuiſcar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. Att. 88. Næuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis,ut,&c.pro Quinct 65.Idem pro ſalute mea populum Romanum obſecrauit. pro Dom.119. Denique ipſe ad extremum pro mea uos ſalute non rogauit ſolum, uerumetiam obſecrauit.Poſt red.ad Quir.14. Si intelligã poſſe ad ſummos peruenire,non ſolum hortabor ut elaboret,ſed etiam ſi uir quoque mihi bonus uidebitur, obſecrabo.2.de Or.47. Cũ multis lacrymis eum oraret atque obſecraret Heraclius, impetrare non potuit 4.Ver.29.Cum mihi C.Marcellus frater amantiſſimus mei, non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret.4.fam.34.

Obſecratio.

In quo conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes & obſecratio. de haruſp.reſp.58. Grauiorem duxiſſe eius obſecrationem,quæ ueſtris ſacris præſit, quam eorum audaciam,qui cum omnium ſacris delubriſque bella geſſerunt. pro Fonteio.33.3. de Or.114. Cauete,ne periculoſum ſuperbumque ſit, eius uos obſecrationem repudiare,cuius preces ſi dij aſpernarentur, hæc ſalua eſſe non poſſent pro Font.31.Prece & obſecratione humili ac ſupplici uti.1.de Inu.32.

Obſecundo.

Non modo ciues aſſenſerint,ſocij obtemperarint, hoſtes obedierint,ſed etiã venti,tẽpeſtateſq; obſecũdarint. ꝓ L.Manil.34.

Obſepio.

Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant. pro Mur.45.

Obſequor.

Conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. in Or. 88. Quamobrem,Cluenti,de te tibi obſequor; neque ego ſepẽ recito &c.pro Clu.120. Obſequar igitur voluntati tuæ, dicãq. ſi potero, rhetorice.2.de Fin.15. Sic faciemus,tuiſque optimis ſtudijs obſequemur. 2.Tuſc.57. Sic diſtrahuntur in contrarias partes impotẽtium cupiditates:quum huic obſecutus ſis,illi eſt repugnandum. 5.Tuſc 85. Ego vero,inquit,obſequi ſtudeo.de Or.93. Obſequi amico. Ac.ed.1.3.2. 8. Obſequi alicui in omnibus.Q.fr.l.1.1.47. Obſecutus fortunæ. 10.Att.28. Naturæ hominumque alicuius obſequi. pro Quinct.65. Sed quum pudori tuo maluiſti obſequi,quam valetudini, reliqua cura. Fam.l. 16.11. Dum tibi roganti obſequi vellem,ſcribendi impudentiã ſuſcepi. Orat.220. Studijs ſuis etiam in aſperitatibus rerũ obſequi. 1.de Or.3. Tempeſtati in nauigando obſequi. artis eſt. fam.1.9.85.

Obſequens.

Filius obſequens patri. ep.148. Filia,matris pellex,tibi iucũdior atque obſequẽtior, quam parenti par eſt. Salluſt. in Cic.1.

Obſequium

Obſequium & Indulgentia, pro eodẽm. 10.Att.38. Obſequium amicos, veritas odium parit. Læl.75. Sed obſequium modo moleſtius,quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit. de Amic.75. Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate. 10.Att.9. id eſt,indulgentia mea. Obſequio meo ad omnes res abuteretur. 10.fam.31. Obſequio filius,conſilio parens. 1.Q.fra.51. Quum animus cunctis virtutibus a corporis obſequio indulgẽtiaq; diſceſſerit. 1.de Leg. 89. Ea vero ſunt ab obſequio noſtro. Att.165. Comprehẽdere multos amicitia & obſequio. pro Cœl.40. Mulieres valde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis. At.95. Feci omni obſequio,vt neutri illorum quiſquam eſſet me carior. Att.l.6. 117.2. Ego Antonium collegam patientia atque obſequio meo mitigaui. in Piſon.5. Obſequia in homines. de Leg.164.

Obſero.

Obductaque terra erat,frugibus obſerebatur. 2.de Leg.58.

Obſitus.

Obſitus canis us. 5.Verr.38. Acherontia templa, alta Orci, pallida. Leti, nubila,obſita tenebris loca. 1.Tuſc.41.

Obſeruo.

Illud [Greek] (ita enim putatur)obſeruo,[Greek] præſertim in te,a quo,&c. Attic.lib.7.136 5. Quid tu, id quemadmodum obſeruas? pro Quinct 16. Reſtricte non obſeruat amicitia,ne plus reddat quam acceperit. de Am.52. In araneolis aliæ quaſi rete texunt, ut ſi quid inhæſerit, conficiant: aliæ autem vt ex inopinato obſeruant,& ſiquid incidit,arripiunt,idque conſumunt. 2. de Natu 183. Nunc autem homines in ſpeculis ſunt,obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrum gerat in retinenda religione,conſeruandiſq; legibus.2.Verr 28.Quid in uiris ſidemne obſeruabant? minime. ad Her.29. Maiores noſtri nũquam perinde vt rem iudicatam, obſeruauerunt animaduerſionem cenſoriam. pro Cl.92. Chaldæi ſtellarum motus obſeruarunt,quibus notatis,quid cuique ſignificaretur,memoriæ prodiderunt. de Diu 80.Parad.23. Lena delinita argento nutum obſeruabit meum 4.Tuſc.q.110.Parad.49. Nõ enim id agit, vt inſidietur & obſeruet:ſed iam fauet,proceſſumque vult,dicendique vim admirans,non inquirit quod reprehẽdat. in Or.122. Latronum leges eſſe dicuntur,quibus pareant,quas obſeruent. Off.41. Quum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent,tempuſq; aucupentur, &c pro R.Am.13. Itaque ei præcepi, vt obſeruarat tempus epiſtolæ tibi reddendæ. 11 fam 27.id eſt,caueret ne intempeſtiue tibi eam redderet. Magis mihi iſti ſeruiunt,ſi obſeruare ſeruire eſt. Att.li.13.64. Scribis tibi in animo eſſe obſeruare Cæſarem, & ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet,confeſtim in Samnium ad me venturum. Att.li.8.163.1. Obſeruare centeſimas. 5.Att.53.Obſeruare cõmendationes.13. fa.46.Obſeruare facta hominũ,ad legeſq; reuocare.3.de Le.40. Leges obſeruare. pro Dom.56. Obſeruare literas legũ.3.de Le. 40.Obſeruationes alicuius diligenter obſeruare.fam.l.14.28.1. Signa aliqua obſeruare.fam.l.6.6 16. Tempus aliquod obſeruare.Bruto,l.11.16.1.Tẽpus vlciſcendi obſeruare.4.Tuſc.16. Quæ ſua ſponte homines eloquentes fecerũt, ea quoſdam obſeruaſſe atque collegiſſe.de Or.97. Etſi cauſſæ nõ reperiuntur iſtiuſum rerum, res tamen ipſæ obſeruari animaduertique poſſint. de Diu.l.2.69. Fac itaque vt ſe abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant.de Pet.Conſ 36. Obſeruati cauſſa temporis. Læl.26. Metellus eum cenſum obſeruari iuſſit, qui Sex. Peduceo prætore habitus eſſet 4.Verr.96. Quod ne accidat obſeruari non põt. Or.215. Et perſæpe me,quæ ſoleres in dicendo obſeruare,docuiſti. de Or.93.Quo hæc infinita obſeruando notare poſſumus? de Diu.138.Canes ibi quãplurimos eſſe, vbi permulti obſeruãdi,multaq; ſeruãda ſunt.pro Ro.Am.54. Sũt enim quidã oratorij numeri in oratione obſeruandi ratione quadam. Or. 124.

Obſeruare, *pro Colere, Venerari.*

Vehementerque illum ordinem obſeruo in Ver. 245. Hoc magis ſum Publio deditus,quod me, quanquam a pueritia ſua ſemper,tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. fam.l.5.8.13. Colimus & obſeruamus diligenter Cæcilium. Att.l.2.34.9. Omnes fere familiariſſimi ei⁹, quaſi deuincti meis magnis veteribus officijs, me diligenter obſeruant & colunt. de Amic.101. M. Æmilius Auianus,ab ineũte adoleſcentia me obſeruauit,ſemperque dilexit. fam. l.13.38. In quo ille exiſtimat,quod facile appareat,quum me colat & obſeruet,tibi quoque in eo ſe facere gratiſſimum.ad Sulp.4.3.16. Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt,ne obſeruent tribules ſuos,ne diligant. pro Planc.268. Eos autem quorum vita perſpecta in rebus honeſtis atque magnis eſt, bene de repub. ſentientes,ac bene meritos aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos,obſeruare & colere debemus. 1.Off.107. Perofficioſe & peramanter obſeruare aliquem. Plato.l.9.20.7.

Obſeruatum eſt.

Habitum ita & obſeruatum eſt. Att.3.65.4.

Obſeruatus.

Obſeruatum & vetuſtum aliquid habere.2.de Diu.69. Quæ obſeruata ſunt in vſu ac tractatione dicendi. de Or.94. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo: & ſignificatione euentus animaduerſa ac notata. de Diu.82. Tribus officijs ab aliquo obſeruatas neceſſitudines,non largitione. pro Planc.32.

Obſeruans.

Obſeruans homo. 2.Q.fr.32. Is nimium inquirens in ſeſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuenſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deprauabat. de Cl.155. Quem ſpero tui fore obſeruantem. 14.fam.13. Ita credo hominem propinquum,tui obſeruantem,virum bonum,&c.pro Quinct.21.Amantem ſe & obſeruantem habere aliquem & ſui cupidum. 16.Att. 42. Vt me hercule paucos æque obſeruãtes atque amantes me habere exiſtimem. Att.l.16.341.1. Fert enim grauiter homo & mei

mei obſeruantiſſimus,& ſui, dignitatiſque retinens, ſe apud te ne que amicitia, nec iure valuiſſe. ad Q. fr.1.2.28. Aulus Fuſius, obſeruantiſſimus noſtri. 5.fam.5.

Obſeruantia.

Obſeruantia eſt, per quã ętate aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus 2.de Inu. 570.341. Obſeruantia,indulgentia,aſſiduitas.10 fam.51. Obſeruantia in eo eſt.15.fam.49. Mea tibi obſeruantia numquam defuit. fam.1.5.8.9. Magnum onus obſeruantię alicui imponere. Att 13.268.4. Officia illius obſeruantiamque dilexit. pro Corn. 51. Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruãtiam tenuiorem ab hoc netere inſtituto officiorum excludere. pro Mur.65. Propter meam in te obſeruantiam Att.l.4.70.1. Seruius tuus, uel potius noſter, ſumma me obſeruantia colit. Sulp.4 4.16.Ses. Aufidius & obſeruantia qua me colit, accedit ad proximos, &c. fam.l.12. 26.1. Deque tua erga ſe obſeruantia, beneuolentiaq. mihi pluxima exponit. 11. An 37. Obſeruantia ſibi aliquem deuincire. 13.fam.6. Retinere obſeruantia amicos, rem parſimonia. pro Quinct.40.

Obſeruatio.

Obſeruatio cõſtãs atque diuturna. Diu. 2.96. Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artē. Diu. 2.112. Summa erat obſeruatio in bello mouendo apud antiquos.1. Off. 55 Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici futura poſſent. de Diu. 8. Verumtamen oatura magis, tum caſu nonnumquam: quam aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. de Cl.16. Inueniri obſeruatione ſcientia non potuit. 2.de Diu.218. Prudentium obſeruatione & aurium terminatione iuuentus eſt verſus. 10 Or. 103. Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis, & obſeruatione rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe. 2. Off. 127.

Obſideo.

Quum ſpeculatur atque obſidet Roſtra uindex temeritatis, atque moderatrix officii curia. pro Flac.45. Aditus armati obſident. 2 Phil.92. Armis obſedit ſenatũ Antonius 7.Phil.226. Scaptius equitũ turmis incluſum in curia Salamine obſederat. Att. 85. Vim regiæ poteſtatis obſederat dictatura. 1. Phil. 2. Qui impelluntur, ut obſideant ſenatum. pro Dom.231. Vt perſpicuum cuiuis eſſe poſſit, hominem ab iſto quæſitum eſſe non qui rerum ſuum adduceret, ſed qui meum tempus obſideret. 2. Ver.4. id eſt, qui accuſando locum occuparet, ut ego iſtum ac euitare non poſſem. Cum omnes aditus armati obſiderent. in Ant.177. Qui Mutinam coloniam pop. Romani & conſulem deſignatum obſederit. 7.Phil.227. Totam Italiam ſuis præſidiis obſidere & occupare cogitat. 2 de Leg. Agr. 74. Obſidere tempus alterius. in Verr. 67. Obſidere uim regiæ poteſtatis. 1. Phil. 2. Obſidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem. de Haruſp.reſp 5. Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. 10 Verr. 265. Is obſeſſus eſt domi. de haruſp. 255. Quum is qui audit, ab oratore iam obſeſſus eſt ac tenetur. in Or.122. Ab his gentibus ſanctis, & in teſtimonio religioſis, obſeſſum Capitolium eſt. pro Font. 17. Vrbemque Aſiæ clariſſimam Cyzicenorum, obſeſſam eſſe ab ipſo rege, maxima multitudine, & oppugnatam uehementiſſime, quam, &c. pro L. Manil.13. Cum ui ferro, metu obſeſſi teremini. Poſtquam. 2. Corporibus omnis obſidetur locus. de Nat. 1. 46. Nos quoniam ſuperũ mare obſidetur infero nauigabimus. Att.154. Obſideri ab hoſte. Off. 2. 82. Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum. Att. 240. Iacere humi nõ modo ad obſidendum ſtuprum, uerum etiam ad facinus obeundum. 1. in Cat.18.

Obſidio.

Vrbem Cyzicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine, & oppugnatam uehementiſſime. quam L. Lucullus uirtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberauit. pro L. Manil.13. Dominum periculo obſidionis liberare cupio. Att.119. Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. ep.63. Vrbes partim obſidione cepit. pro Mur.17. Eximere ex obſidione fœneratores Se l.5.6. 6. Quum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione rempublicam liberaſſet. pro Rab.perd.22. Colonia quæ per hunc obſidione liberata eſt pro Font.263. Obſidione liberatis Bruto & Mutina. 10.fam.21.

Obſeſſio.

Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ. pro Dom.3. Obſeſſio militaris viæ. pro Corn 56. Hunc enim in ea ciuitate, in qua ſit natus, honeſtiſſimo loco natum eſſe concedis, &c. nullius laboris, nullius obſeſſionis, nullius prælii expertem fuiſſe. pro Corn.4.

Obſeſſor.

Obſeſſor curiæ. pro Dom.51. Depopulator fori, obſeſſor patrię. pro Dom.255.

Obſes.

Obſes fidei alicuius. 10. fam.55. Reipub. tuus paruus filius in Capitolium a te miſſus obſes fuit. in Ant.159. Paruus filius qui mihi uidetur amplecti rempub. tamquam obſidem conſulatus mei. in Cat.118. Stalenus hanc condemnationem dederat obſidem Balbo & ceteris. pro Clu.67. Nuptię quarum illa obſides filios ab eo accepit pro Clu.35. fam. lib 15.4.31. Tantũ quod oratoribus Metellus obſides non dedit 5. Ver.105. A nobis multos obſides habet populus Romanus. 1. Ver 59. Pompeius ei ſpẽ deditionis non ademit, obſides imperauit. pro Lege Manl.25. Confecta Britãnia, obſidibus acceptis, &c. Att.l.4.85.18 Habemus enim a C. Cęſare, ſicut ipſius dignitas & maiorũ eius amplitudo poſtulabat, ſententiam tamquam obſidem perpetuæ in remp. voluntatis. 4 in Catil.71.

Obſigno.

Cum obſignas tabulas clientis tui, quibus id ſcriptum quo ille capiatur. de Or.99 Iſte in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo. 7. Ver 82. Plane te rogo ſicut olim matrem noſtrã facere memini, quę lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes fuiſſe 16. Iam 35. Decretum quod ego obſignaui cum multis ampliſſimis viris. Att 164. Oppianicus, ne lituris coargui poſſet teſtamentum in alias tabulas conſcriptum, ſignis adulterinis obſignauit. pro Clu. 30. Eius rei conditionisque tabellas obſignauerunt uiri boni cõplures. pro Quin. 48. Obſignaram iam epiſtolam meam, quam puto te modo perlegiſſe ſcriptam mea manu, in qua omnia continentur, cum ſubito, &c. Att. l.5. 107.1 Quod tum codicem obſignaſſem. in Ver. 106. Duas enim tabulas ſe putauit obſignare. in quibus in unciis firmiſſimum. ad Q. fr l 3.24.14 Tabulę obſignantur. de Inu.81. Lex tabulas iudicũ ſignis obſignari iubet. pro Flac. 50. Quæ cognoui egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſſa veniſſem. in Ver.68 Ad obſignandum adhibitus. 14. Att. 4. Publico ſigno litteras obſignandas curaui. 6. Ver.124.

Obſignatus.

Hæc quę eſt a nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica qua utimur omnes in publicis & priuatis litteris. pro Flac.154. Scripta & obſignata iam epiſtola, litterę mihi redditæ ſunt a te. ad Brut.2.1. Pecuniaque obſignata, quæ ad eam rem datur, in manibus Scamandri liberti Fabritiorum deprẽhenditur. pro Clu.36. Decretum ab ampliſſimis uiris obſignatum. Att l.16 341.3. Ridiculum eſt illud Neronianum uetus in furace ſeruo, ſolum eſſe cui domi nihil ſit nec obſignatum, nec occluſum, quod idem in bono ſeruo dici ſolet, &c. 2. de Orã. 138. Curij teſtamẽtum, Ciceronum ſignis obſignatum. Att.100. Admiratus ſum, ut uidi epiſtolam obſignatam, breuitatem eius. Att.97. Quædam matrona uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturam: retulit: negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, cõcipere potuiſſe. de Diu.l.2.214. Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, quam e lege oporteat. in Ver. 100. Hęc omnia ſumma cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honeſtiſſimis obſignata ſunt. 4. Verr.137. Agere cum aliquo tabellis obſignatis. 5. Tuſc.48.

Obſignator.

Litterarum obſignator. pro Clu.147. Potero ne eos ipſos nõ laudare qui te obſignatorem adhibuerunt. Att.l.14.312.6 Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur, Auius, ut erat conſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere uelle. Oppianicus obſignatores ad eum, qui neque Aſinium, neque Auium nouiſſent, adduci, &c. pro Clu.27. Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui, primum tibi perſuade, me iſtæc non curare. Att.lib.12.21. Quod Cæſar nobis teſtibus & obſignatoribus probarit. 16. Att. 50.

Obſiſto.

Quod ſi in omnibus his rebus obſiſtit. de Nat. d.1.70. Qui autem nec defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in uitio, quam ſi parentes aut patriam deſerat. Off. 1.35. Conſiliis Catilinę occurri atq; obſtiti. in Cat.1 4. Quis enim umquã iſtius libidini obſtitit? 7. Ver. 66. Græcis, Lydis obſiſtent Rhodii. &c. pro Flac.165. Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno a Solone reſponſum eſt, cum illi quærenti qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret, reſpõdiſſe dicitur, ſenectute. de Sen.65. Niſi Panſa obſtitiſſet. in Cat.186. Qui primo eum obſiſtere & defendere conarentur, male multati clauis ac fuſtibus repelluntur. 6. Ver. 84. Obſiſtere dolori tamquam hoſti. Tuſc.2.45. Odiis

multorum

multorum nullæ opes poſſunt obſiſtere. 2. Off. 31. Obſiſtere opinionibus, repugnare viſis. Ac. ed. 1. l. 2. 99. Nunc quoniam pugnare contra me inſtituiſti, non tamen ex tua natura, quam ex iſtius tẽpore & cauſſa malitioſe, neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. 2. Ver. 21. Sermoni alicuius obſiſtere. Q. fr. l. 1. 38. Cogitis certe: ſtudiis enim generoſorum, præſertim in re bona, cum difficile eſt, tum æquum quidẽ obſiſtere. de Ami. 25. Viſis obſiſtere, aſſenſuſq. ſuos firme ſuſtinere, ſummũ munus ſapientis eſt. 3. de Fin 48. Vitiis obſiſtere. 2. Off 52. Ambitionem meam putabis obſtitiſſe. Att. 1. Repugnari, obſiſtiq. fortitoq, magnitudine animi facile poteſt. 4. de Fin. 29. Itaque idem natura victus (cui obſiſti nõ poteſt) dicit alio loco, &c. 2. de Fin 81. Obſiſti nõ potuit illi, quo minus videret. 7. Att. 9. Poſtea autem quam alicuius culpa tãtum valeret vnus, ut obſiſti non poſſet. ſam. l. 7. 3. 14.

Obſoleo *vide* Obſoleſco.

Virtus ſplendet per ſeſe ſemper, nec alienis umquam ſordibus obſoleſcit. pro Sext. 31. In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. 2. Phil. 103. ideſt, ſordida erant, ſordebant. Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quam verbis refutata. pro L. Man. 36. id eſt, deſueuit, ſiue ab vſu receſſit. Annquam officij rationem dilexit, cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. pro Quinct. 40. Charitæ quoque quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt. pro Cœl. 31. Propter vetuſtatem obſoleuerunt ret. 1 Ac. q. 55. Quæ ſane nunc obſoleuerunt. de Or. 55. Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renouabam, cum licebat, legendo. Ac ed. 2. l. 1. 8. Non dico ſolum hoc in repub. veſtigal eſſe, quod amiſſis aliis remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. de L. Agr. 13. id eſt, ſordideſcat. Hoc vero a pleriſque eorum deſertum obſoleuiſſe. de Inu. 42.

Obſoletus.

Numitor obſoletus. ad Her 35. Atque inde obſoletus Theſſalonicam venitti. in Piſ. 70. id eſt, ſqualidus & triſtis. Abiecta & obſoleta verba fugiat orator. 5. de Or. 83. Nimis antiqua hæc & iam obſoleta ſunt. 3. Ver. 37. Barbara & obſoleta verba. ad Att. 1. 14. 13. Audacem? cupidum? perfidioſum? uulgaria & obſoleta ſunt. res autem noua & inaudita. pro Quinct. 39. Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus. Off. 75. Quid nunc vobis faciendum eſt, ſtudiis militaribus apud iuuentutem obſoletis, &c. pro Fõt. 27. Paullo obſoletior oratio. 3. de Or. 19. Iam deſignatus, alio uocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto, &c. 2. de L. Agr. 27.

Obſoletius.

Saltem ut eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paullo tamen obſoletius ueſtitum uideret. 3. in Verr. 108.

Obſono, *vide* Opſono.

Obſtinatus.

Incredibile eſt, quando mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia affirmatior. Att. l. 1. 7. 3. Q. fr. 20.

Obſtinatio.

Quæ ego omnia nõn ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui. de Pro. Conſ. 33.

Obſtipus.

Atque vno mentum radianti ſidere lucet, Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum, Obtutum in cauda maioris figere dicas. 2. de Nat. 154.

Obſto.

Miloni facinoris ſuſpicio, non facti crimen obſtat. pro Mil. 120. Eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi ſani ſunt ac ualentes, & omnia remouẽtur quæ obſtant & impediunt. Ac. ed. 1. l. 2. 11. Obſtitiſti uidelicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiæ poſſent. 7. Ver. 4. Aut aliquid afferet, quod oppoſitum probabilius ſit, quam illud quod obſtabit. Or. 201. & pro Quinct. 7. Quis obſtet. 5. Verr. 192. Niſi quæ cauſſa grauior obſtiterit. de Diu. 109. Commodis alicuius officio ſimulato officere & obſtare. pro R. Am. 66. Quoniamq. ei pecuniæ vita Sex. Roſcij obſtare atque officere uideatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem metumque tollatis. pro R. Am. 4. Obſtare reip. 12. Phil. 333. Neque enim quod poteſt, id ei licet: nec ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur. 13. Phil. 333.

Obſtita.

Obſtita ac fulgura haruſpices pianto. 2. de Leg. 18.

Obſtrepo.

Quæ res fecit, ut tibi litteris obrepere non auderem. fam. 5. 20. Atque ut quodammodo ipſi ſibi in dicendo obſtrepere uideantur. 3. de Or. 28. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videotur, & tubarum ſono. pro Marcel 5.

Obſtringo.

Omnes iã amicos meos ære alieno obſtrinxi. ep lib 11. 10. 20. Obſtrinxiſti pop. Romanum religione. 2. Philip. 88. Memmius religione ciuitatem obſtrinxit. de Or. 2. 149. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannum occidit, quãuis familiarem? 2. Off. 53. 6. Ver. 62. & 7. 141. Quæ primum vt illum confirmaret Oppianicum accuſatorem filio ſuo, donis muliebribus collocatione filiæ, ſpe hereditatis obſtrinxit. pro Clu 150. Quem uobis in perpetuũ obſtringite. pro Clu. 160. Præſertim quum ſex libris tamquam prædibus meapium obſtrinxerim. Att l. 6. 1. 16. Teq. ita exiſtimare uolo, quibuſcũque officiis in Epiroticis reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. 13. fam. 35. Vt is qui omnia deorum, hominumque iura nouo, inaudito, inexpiabili ſcelere polluerit, nefarioq. patriæ ſe parricidio obſtrinxerit, &c. 11. Phil. 3 2 2. Poteſt enim (dii immortales) cuiquam eſſe utile, fœdiſſimum & teterrimum parricidium patriæ, quãuis eo qui ſe obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuib. parens nominetur? 3. Off. 111. Qui tot ſceleribus ſe obſtrinxerit. in Ver. 77. Obſtringere beneficiis, donis ſpe. 2. Off. 97. Legibus obſtringi. 2. de Inu. 120. Memoria beneficij ſempiterna obſtringi alicui. pro Planc. 1. Vt me omnium officiorum obſtringi religione arbitraret. 7. Ver 29. Et ad beneficiis obſtringendos homines accommodata. Off. 2 96.

Obſtrictus.

Qui etiam tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti, cum, &c. p Dom. 29. Religione uoti obſtrictus. Att. 12. 257. 2. Excogitaui quãobrem uideret maximis beneficij uinculis obſtrictus, quum liber eſſem & ſolutus. pro Planc. 59. Si hic obſtrictus voluptatibus teneretur. pro Cœl. 16. Si defendes eũ, quem obſtrictum eſſe patriæ ſuſpicere pro Syl. 5. Qui tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentit. in Ver. 116. Addictũ, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere. pro Cœl. 63. Fœdere vel pactione obſtrictum teneri. in Piſ. 23. Religione tanta obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium Siculorum occupauit: vt, &c. 6. Ver. 201. An legibus obſtrictos in tantis moleſtiis eſſe æquum eſt? de Inu. 79.

Obſtruo.

Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. de Cl. 33. Et hercule, magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes obſtruxeram. Att. l. 2. 17. 1. Sic autem officiens ſignis mons obſtruet altus. in Arat. Munire communem arcem bonorum, obſtruere perfugia improborum. pro Syl. 59. Qui iter Pœnis corporibus ſuis obſtruere voluerunt. de Sen. 68. Primo ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur. pro Dom. 88.

Obſtructus.

Ad quos omnis nobis aditus, qui pæne ſolis patuit, obſtructus eſt. pro Clu. 166. Et ſi enim omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eaque eſt & in ipſis rebus obſcuritas. Ac. ed. 1. l. 2. 7. Obſtructa ſunt omnia. 3. Att. 26. id eſt, nihil explicari poteſt. Sopyrus ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardũ, quod iugula concaua non haberet: obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. de Fat. 8.

Obſtructio.

Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit. pro Sext. 16.

Obſtupeo, *ſiue* Obſtupeſco.

Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi, niſi uerborum decerni ſino: &c. Att. l. 5. 110. 6. Obſtupui, & mihi uiſus ſum captus eſſe. 8. fam. 4. Obſtupui, iudices, cum hoc mihi primum, &c. 5. in Verr. 246. Obſtupuit hominis improbi dicto. 3. Ver. 45. Quidnam torpentes ſubito obſtupuiſtis Achiui? de Diu. 122. & ep. 112. Sic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnumquam inter ſe aſpiciebant, ut nõ iam ab aliis indicari, ſed ipſi a ſe uiderẽtur. 3. in Catil. 57. Obſtupeſcent poſteri certe imperia, prouincias, Rhenum, &c. pro Marc. 27. Eius aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. de Diu. 2. 39.

Obſtupefactus.

Si Catilina obſtupefactus ac perterritus mea diligentia in exſilium abierit. in Cat. 35. Immoderato potu atq. paſtu obſtupefacta ea pars animi, in qua feritas quædam eſt, atque agreſtis immanitas, exſultat in ſomno, immoderateq. iactatur. de Diu. 2. 56. Obſtupefactis hominibus. pro Deiot. 29.

Obſum.

An in eo auctoritas nihil obeſt? 4. Ac. 109. Fuit enim miſericus

fuiſſet quidam in Craſſo pudor, qui tamen non modo non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. 1. de Or 60. Deinde ſubiicimus id quod dici oportet, aut nobis adiumento futurum ſit, aut obfuturum e contrario. ad Her. l. 4. 181.

Obſurdeſco.

Sed quum tot ſignis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid deſideret: obſurdeſcimus tamen, neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. de Am. 74. Hoc ſonitu completæ aures hominum obſurduerunt, in Somn. Scip. 18.

Obtego.

Frater meus pulſus è Roſtris in comitio iacuit, ſeque ſeruorum & liberorū corporibus obtexit. pro Sext 63. Quicum ego conloquor, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam. Att. 1. 55. Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. 2. de Leg. 51. Habet hoc præmium tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. in Vat. 8.

Obtectus.

Quæ uitia multis poſtea uirtutibus obtecta adoleſcentiæ excuſatione defendi poſſunt. pro Cœl. 46.

Obtempero.

Sic mihi ſemper obtemperauit, tamquam filius patri. Sed tamen, quod me nos ſperare uultis, uobis obtemperabo. Att 43. Te audi, ubi obtempera. fam. l. 2. 6. 4. Deniq. imperium domeſticū nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, ut ad uerba uobis obediāt: non ad id quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent. pro Cœl. 38. Si id eſt defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem uelit, iniquo iudicio opprimere poſſit. pro Quinct 4. Verū eſſet Siculis utilius, ſuiſne ſeruire, an pop. Romano obtemperare? 6. Ver. 65. Sibi obtemperare, & decretis ſuis parere. 2. Tuſc. 17.

Obtemperatio.

Quod ſi iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſq. populorum, &c. 1. de Leg. 26.

Obtendo.

Multis enim ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſque natura: frons, oculi, uultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſime. 1. Q fr. 11.

Obtento.

Obtentabat me quædam ſpes, fore, &c. 9. Att. 37.

Obtero.

Imo ut viro forti ac ſapienti dignum fuit, ita calumniam ſtultitiamque obtriuit atque contudit. pro Cœl. 13. Proſternere atque obterere obtrectationes & inuidias maleuolorum. 5. fam. 22. Inter ſe ſtrepere, aperteq. artem obterere, extiſpicum ſoluere imperat, &c. 1. de Diu. 55. Ne patiamini talem imperatorem populo Romano Siculorum teſtimoniis eripi, ne ne obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ uelitis. 7. Ver. 2. Ea uirtutibus iis, quibus a natura eſſemus ornati, obteri poſſe. de Fin. 4. 48.

Obtritus.

Quos cum humare uellent ſui, neque poſſent obtritos internoſcere ullo modo, Simonides dicitur, &c. 2. de Or. 292.

Obteſtor.

Ceteros item deos, deaſq. omnes imploro atque obteſtor, &c. 7. Verr. 148. Idque ut facias, te obteſtor atque obſecro. Att. 170. & pro Sext. 28. Te obſecro obteſtorque per ſenectutem ac ſolitudinem meam, nihil aliud, niſi ut, &c. pro Quinct. 17. De quo te, patria, obteſtor, me fugiſſe, &c. pro Sext. 12. Oro, obteſtorq. te pro uetere noſtra coniunctione ac neceſſitudine, proque ſumma mea in te beneuolentia, &c. fam. l. 6. 22. 4. Oro obteſtorq. te, ut Quinctum fratrem ames. Att. l. 3. 65. 9. Quare oro obteſtorque, uos iudices, ut qua in ciuitate paucis diebus Sext. Clodius abſolutus ſit, &c. pro Cœl. 62. Oro obteſtorque uos, ut miſericordiam huic tribuatis. pro Mil. 119. Vos enim Albani tumuli atque luci, uos, inquam, imploro & obteſtor, ueſtræ tum aræ, ueſtræ religiones uiguerunt. pro Mil. 218. Obteſtatur fidem ueſtram, miſericordiamque implorat. pro Mur 78. Id ſibi ne eripiatis, uos obteſtatur. pro Syl. 184. Cum ego te, Flacce, cælum, noctemque conteſtans, flens flentem obteſtabar, cum tuæ fidei ſpectatiſſimæ ſalutem ciuium commendabam. pro Flac. 78. Mecum uos ſimul miſerrimus obteſtatur parens, & pro uno filio duos pares deprecamur: nolite, iudices, per uos, per fortunas ueſtras, per liberos, inimicis meis dare lætitiam. pro Planc. 281. Quem enim aliū appellem? quē obteſter? quem implorem? pro Flac. 146. Itaque poſt diceſſum legatorum, cum binis coronis litteris, & Lepidus me, ut uenirem rogaret, & Laterenſis multo etiam magis prope implorans obteſtaretur, non illam, &c. 10. fam. 36. Precibus omnibus orare & obteſtari. Att. l. 6. 183. 3.

Obteſtans.

Oro atque obſecro te, mi Cicero, neceſſitudinem noſtram, tuamque in me beneuolentiam obteſtans, obliuiſcaris, &c. Att. 280. Obteſtans omnes deos, &c ep. 40.

Obteſtatio.

Quid ergo tua obteſtatio tibicinis uoluit? pro Dom. 95. Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, ueſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit. fam. l. 3. 11. 10. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, &c. pro Corn. Bal. 25. Mei officij eſt meminiſſe, qua obteſtatione decedens, mihi, ne paterer fieri, mandaris. 8. fam 12. Mulier obteſtatione uiri domo exire non debuit pro Clu. 24.

Obturo.

Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet: obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. de Fat. 16.

Obtineo.

Omnino ad ducentos. 2. ad Quinct. frat. 1. Theopompus, & Ephorus ab Iſocrate, magiſtro impulſi, ſe ad hiſtoriam contulerunt, cauſas o. nunquam attigerunt. 2. de Orat. 3. Poetas o. non conor attingere. de Orat. 1 ε4. Plurimùm qoidem & poetis noſtris, omninoque Latinis, & literis luminis & verbis attuliſti. ε. Acad. q. ε4. Poſt verò Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos noſtram ad ętatem, vt non multum; aut nihil o. Græcis cederetur. ε. Toſc. 9. Omnino fortis animus & magn⁹ duabus rebus maaimè cernitur. 1. Offic. 94. Perfeceratque fortunæ nequit tale ſcribere poſſem, aut o. cogitare ad Nigidium, lib. 4. 13. 2. Omnino aut certè facilius labore alicoius, & ſtudio quędam cooſequi. pro Corn. Balbo. 34. Hoc genus & cætera neceſſaria, & o. omnis argumentatio, & eius reprenſio quandã vim continet, & latios patet, quã hic eapooitur. 1. de Inuent. 99. Iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo, vtrumq; o. durum de N. d. 20. Omnino eſt amans ſui virtus. de Amic. 80. Quid. n. eſt o. ipſum diu? pro Mar. 135. Quod amici genus adhibere o. leuitatis eſt do Am. 78. Miſerima eſt o. ambitio, honorumque contentio. 1. Offic. 123.

Omnino

Omnino omnium horum vitiorum atque incõmodorũ vna cautio eſt, atque vna prouiſio, vt ne nimis citò diligere incipiamus de Amic. 67. 2. hoc eſt, vna o. cautio atque vna prouiſio eſt. Aptiſſima o. ſunt Scipio & Læli, arma ſenectutis, artes, & c. de Sen. 8. id eſt, quàm aptiſſima, aut omnino aptiſſima. Impedimento o. hæ fuerunt. Tironi. lib. 16. 10. 4. Quinq; o. fuerunt qui illum veſtrum innocentem Oppiani cum, & c. abſoluerent. pro Cluent. 162. a It o. ſeruus in fam. nõ erat, eũ ſtatim exhiberi iubet. 7. Verr. 14. Nego illũ adoleſcentem, quem ſtatim epotu poculo mortuũ eſſe dixiſtis, o. illa die eſſe mortuũ. pro Cl. 134. Epulabar igitur cũ ſodalib9 o. modice de Sen. 41. Omnio illud honeſtum, quod ex animo excelſo magnificòque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. 1. Offic. 11. Omnio omnis eruditionis expers vir. 2. de Orat. 1. Mihi perdifficile eſſe contra tales oratores, non modò tantam cauſã perorare, ſed o. verbum facere conari. p Quint. 51. Id eſt, quouis modo. Cui cùm cuperem mederi, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt omnino o. epiſt. 260. Vix, aut o. non poſſe fieri. ad Att. l. 3. 65. 3. Nunquam improbi ciues habuerũt paratiorem ducẽ omnino. epiſt. 262. Omnino præclarè te habes. 4. Verr. 106. Omnino amicitiæ confirmatis iam ingenijs iudicandæ ſunt. de Amicit. 11. Cum defenſionum laboribus, aut omnino, aut magna ex parte eſſe aliquãdo liberatus. 1. Tuſc. q. 1. Vis & iniuria & o. omne quod obfuturum eſt. de Inuentione, 82. Q. verò Maximum fratrem. egregium virum, o. ſibi nequaquã parem. de Amicit. 61. Perſcribere diligentiſſimè o. aliquid Att l. 6. 114. 11. Omnino qui Reipu. præfuturi ſunt, duo Platonis præcerta teneãt. 1. Off. 120. Omnino pugnas, ſed cum aduerſaro facili. 4. Ac. 148. Et tamen quantum & cuiuſmodi, & o. quale ſit quæritur. de Inu. 44, & 45. Omnino omnia ſe facturum recepit. 5. Att. 24 Nequis o. regem reduceret, cui ſcis interceſſum eſſe. l. 1. 5. 13. Omnino res tota inmẽſem Ianuarium reiecta erat. ep. 63. Omnino reliquendum. 5. Verr. 68. Hos autem omittamus, qui o. nuſquam reperiuntur. de Ami. 20. Semel omnino. 15. Att 31.

Omnipotens

Teque omnipotens Neptune inuoco, & c. 4. Tuſc. q. 119. 2.

Omniuagus.

Quæ eadem Diana omniuaga dicitur: non à venando, ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. 1. de Nat. 51.

Onager.

Erat præterea cynocephalus in eſſedo, nec deerant onagri. Att. li. 6. 19.

Onus.

Magnum mihi dicendi onus imponitur. in Saluſt. 207. Hoc nihil ad te: noſtrũ eſt onus. fam. l. 3. 13. 6. Hnc quicquid eſt oneris ac muneris. 5. fam. 22. Tibi hoc oneris non impono, nolo te àllum iratum habere. Att. l. 14. 317. 4. Oneris illius magnã partem abs te ſuſtineri. 14. fam. 9. Imponere nimiũ oneris plebi. in Verr. 136. Ego plus oneris habeo quàm alii, & c. & amplius neris ſuſcepi quam cæteri, & c. 5. Verr. 3. Plus etiam quam pars virilis poſtulat, p volũtate Populi Romani oneris ac muneris ſuſcipere debeam. 5. Verr. 6. Fide, ſapientiaque veſtra fretus, plus oneris ſuſtuli, quã ferre me poſſe intelligo. pro S. Roſc. 6. Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam. de Or. 140. Oneris tibi imponere non audeo quicquam. ep. 33. Nunc quum mihi ab amico officioſiſſimo tantũ oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officijs. fã. l. 13. 57. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, ſtudio, & induſtria Iudices. pro R. Am. 6. Ne magnum onus obſeruantię Bruto noſtro imponerẽ. Att. 207. Cauſa ſerò perorata, ſentẽtias ſe rogaturum negauit, nequod onus ſimulcatis nobis imponeret Q. fr. l. 2. 1. Iniuſtum onus alicui imponere. in Or. 19. & 6. fam. 29. Nullum onus officij cuiquam reliquum feciſſet Ap. l. 3. 13. 2 Suſcipere onus officij quod non poſſis ſuſtinere. pro S. Roſc 37. Adductus ſũ Iudices officio, & c. vt onus hoc laboris atque officij, nõ ex meo, ſed ex meorum neceſſarium tempore mihi ſuſcipiendum putarem. 1. Verr. 3. Cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? 6. Ver. 70. Magnum quiddam eſt onus ac munus ſuſcipere ac profiteri, ſe, & c. 1. de Or. 57. Onus Ætna grauius mihi videor ſuſtinere. de Sen. 4. Ita ſe geſſit in Tribunatu, vt onere depoſito domeſtici officij nihil poſtea niſi de Reipublicę commodis cogitaret. pro Syl. 49. Opprimi me onere officii malo, quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiã abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro R. Am. 6 Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Tuſc. 2. 48. Onera quibuſdam beſtijs, & iuga imponimus. 2. de Nat. 114. Onera ſuorum ſuſtinere. 15. fam. 39. Inſula Delos tam procul à nobis Ægæo mari poſita, quo omnes vndique cum mercibus, atque oneribus commeabant. pro Leg. Man. 38. Eram neſcius quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum. 5. fam. 38. Municipium maximis oneribus preſſum. 13. fam. 14.

Onuſtus.

Aſellus onuſtus auro. Att. 13. Onuſta frumento nauis. 3. Off. 66. Nauis onuſta præda Siciliensi. in Ver. 244. Nunc onuſti cibo, & vino, confuſa, & perturbata cernimus. Diu. 1. 155.

Onero.

Te autẽ quibus mendaciis homines leuiſſimi onerarunt, & c. quererer tecum atque expoſtularem. fam. l. 3. 39. Omnibus eum contumelijs onerasti. 2. Phil. 98. a Etiamne aures noſtras tuo odio onerabis? Sal in Cic. 4. Onerare aliquem bonis conditionibus. 5. in Ver. 118. Argumentis quamplurimis onerare iudicem. 3. de Nat. 10.

Onerarius.

Oneraria corbita. 16. Att. 16. Et occultè in aliquam onerariam corrependum. Att. l. 10. 104. 1. Itaque in onerariam nauem ſuã conijcienda curauit. 3. Verr. 31. & 1. de Diu. 121. Et noctu flagrantes onerarias videbatis. 1. de Diu. 121.

Opacus.

Opacus & Apricus locus, contraria. in Part. 21. Opacus, & frigidus locus in ſylua. 3. de Or. 11. Nubes opaca. in Arato. 23. Ripa viridi & opaca inambulare. 1. de Leg. 22.

Opaco.

Cùm terras nox opacaſſet. 2. de Nat. 76. Vt quum terras larga luce compleuerit, eaſdem modò bis, modò illis partibus opacet. de Nat. 2. 36. De ſole. Nã me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis 1. de Or. 15.

Opera.

De verſibus, quos tibi à me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modò tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſyderat. 3. Q. fr. 25. Opera datur de illo. 10. At. 49. Opera ſumma à nobis dabitur, nequid. 11. fam. 23. Primum omnium opera danda eſt, qui famæ noſtræ capitique conſulant. in Verr. Summa data eſt opera à me, vt quamplurimo decumas vẽderem. Verr. 175. Vtrum data ſit opera vt ſciretur. ad Her. 20. Opera extabit peregrinationis huius. 15. Att. 27. Ne & opera, & oleum philologiæ noſtræ perierit. Att. l. 2. 32. 2. Opera forenſis. Diu. 2. 108. Ac. ed. 1. l. 2. 2. Opera optima. 9. fam. 59. Omnis mihi cura atque opera poſita ſit in omnium periculis defendendis. pro Clu. 126. Opera publica. Ac. ed. 1. l. 2. 6. Tibi hęc opera ſumenda eſt. 6. Verr. 61. Tribuenda eſt opera Reip. vel omnis potiùs in ea cogitatio, & cura ponenda eſt 2. de Diu. 11. Foris operæ intermiſſio. 2. de Diu. 209. Operæ opportunitas. 16. fam. 12. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scæuolę P. F. de Cl. Or. 169. Operæ multum mihi eripitur in exſcribendis hypomnematis, 16. fam. 30. Ponere multum operę in aliqua re. Att. 191. Vt ergo in huiuſmodi re tribues nobis paulum operæ. 5. Att. 35. Plus te operæ Græcis dediſſe rebus video, quàm putaram. de Orat. 122. Laboris, & operæ plus in aliqua re conſumere, quàm cæteri in alia. pro Font. 1. Cur ego ſimulem me, ſiquid in ſtudiis operæ poſuerim, perdidiſſe? in Parad. 42. Qui in agris colendis tantum operæ temporiſque conſumpſerunt. pro S. Roſc. 26. Quoniam vos tantum operæ mihi ad audiendum datis de Or. 119. Mirenturque in ea tantum me operæ & temporis ponere. Off. 2. 3. Non parcã operæ. fam. l. 13. 28. 1. Quod in rebus honeſtis & cognitione dignis operæ curæque ponitur, id iure laudabit. 1. Off. 19. Vti ſeruis vt mercenarijs ad operam exigendam. Offic. 9. Quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt. 1. Off. 29. Multam operam fruſtrà conſumere. Tuſc. 1. 92. Conſumere operam in maximis philoſophiæ partibus. de Inu. 63. & in Verr. 72. & 6. fam. 45. Operã literis Græcis legendis conſumere. lib. 1. de Fin. 1. Dionyſius mihi operam dat egregiam. Att. 69. Canuleius verò qui in portu Syracuſis operam dabat, furta quoque, & c. 4. Verr. 123. Venerat enim in funus cui funeri ego quoque operam dedi. Att. l. 15. 3. 3. Miloni Rhodio Romæ operã dedimus. de Cl. Or. 193. Ac ed. 1. l. 2. 12. & 17. In quã exercitationẽ ita nos ſtudioſè operã dedimus, vt, & c. Tuſc. 1. 6. Da operã rebus diuinis. 2. de Leg. 43. Da operã vt valeas. Att. 262. Ex ſermoni reliquo dem9 operã ſedẽtes. de Leg. 169. Cũ Seſtij auctione operã dedeſis, nos reuiſes. Att. 203. Egregiã operã alicui dare. Att. l. 5. 90. 2 Liberis dare operam, quàm honeſtè dicitur. fam. lib. 9. 22. 9. Dare operam

memoriæ alicuius.ep.111.Is ad me venit,dixitque iudicẽ operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo,quo de Seſtio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat.Att.l.13.296.3. Operam valetudini dare.1.de Or.138.Dare operam vt aliquid fiat.Se.li.13.28.6.Tibi omnes nauare operam,& ſtudiũ volunt.Att.277.&.15 fam.34.2.de Or.15.Quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicã operam perdidiſti:ſed,&c.pro Mur.20.Appollonius,quos indicabat non poſſe oratores euadere,operam apud ſeſe perdere nõ patiebatur.1.de Or.62. Is fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe 7.fam.3.Operam meam ei polliceor ſine vlla exceptione aut laboris,aut,&c.6.fam.15.Quicquid erit,operam Faberio ponam⁹. Att.l.13.35.Bene ponere operam ad Q.fr.l.2.15.6.Operã in re aliqua ponere.1.Q.fr.23.Multam operam,& magnũ ſtudiũ in aliquo ponere.l.1.de Fin.1.Gellius multã operã & vtilitatẽ amicis præbuit.de Cl.90.Operã ſuam profiteri.4.Verr.59. Tu muſis noſtris para vt operã reddas.fam.l.16.12.4.Nõ modò operã noſtrã nunquã à populari cœtu remouemus,ſed,&c.Ac.ed.1.l.2.6. Operam ſumere.6.in Verr.61. Officiũ potius quã dicendi ſtudio hãc operã & mun⁹ ſuſcepi.pro C.Balb.12. Maiorẽ curã & operã ſuſcipere,q̃ cauſa poſtulet. Off.28.Quis eſt q non præclarè & ab illis poſitã,& à nobis ſuſceptã operã philoſophãdi arbitre? Tuſ.5.2.At qui opera ad eſt virtute & induſtria benefici & liberales erunt,primũ quò pluribus profuerint, eò plures ad benignè faciendũ adiutores habebunt.2.Offi.75.Opera & artificio ſingulari ſimulacrũ.6.Verr.64.Duabus in rebus legatorũ vna opera conſumitur,in laudãdo & repetendo.in Verr.111. Data opera parui,qui ſic,&c.ep.111.De eodẽ oleo, & opera exaraui neſcio qd ad te.Att.217.Nã primũ quaſi dedita opera dicebat, &c. de Or.92.Dedita opera facere aliquid Att.131.Opera diſtentus. 3.ad Q.fr.34.Ope atque opera omni eniti,vt aliquid fiat.Att. li. 14.317.7. Qui ſeſe iſtius opera funditus extinctos eſſe arbitrarẽtur.37.In artificio & opera quã tenui & leui adhibere multam diligentiã.de Or.95.Sed quis eſt tandẽ qui inopis & optimi viri cauſæ nõ anteponat in opera danda gratiã fortunati & potẽtis? Off.47.b.In opera verſari.2.Att.57.Debeo laborare vt ſint opera,ſtudio,labore meo doctiores ciues mei.l.1.de Fin.9.Opera mea frumenti inopiã eſſe clamaret.4.ad Att.4.Cãdelabrũ gẽmis clariſſimis opera mirabili perfectũ in Verr.2 14.Omnibus rebus magna cura,multa opera & labore cõfectis.Att.263. Quid tibi ergo opus eſt? Tuſc.q.lib.1.21.Neque eſt Antonio poſtulandũ,vt ijs imperet, quorum opera liber eſt.Brutus ad Att.l.11.3.6.Neq; enim valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuũque reliquorum perceptio & conſeruatio ſine hominũ opera vlla eẽ potuiſſet. 2. Offi. 16.Eas nos nullo modo ſine hominũ manu atq; opera capere poſſem⁹.Off.35.Negat opera deorum ſe vti ad fabricandum mundum.4.Aca.217.Neque opera,neque conſilio neque labore alicui deeſſe. 5. fam. 48. Operę mihi annuę ad id tempus emerentur. 6. Att.25.Operæ Clodiane pontes occuparant.1. Att. 31. Deinde eius operę repente græcoſtaſi a & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt. ad Q.fr.l.1.7. Cura vt eius operę (quod tibi facile factu eſt) quàm gratiſſimę ſint ſocijs.l.13.10.5.a Operæ mercenarię multitudo conducta.1.Phil.16 Mercenariorum operæ,non artes emuntur.1.Off.209.Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorũ tulerunt.3. Verr. 104.Boni viri precibus Clodij à cauſa remouentur,operæ comparantur Att.l.1.8.6. Confirmat operas ſuas Clodius.fam.l.2.7.8.Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat. fam.l.13.87.Ipſe dabat purpuram amici operas.in Verr.213.Terentius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſię pro magiſtro dedit 11. Att.22.His pro rebus,quòd portoriũ non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L.Canuleium, qui ĩ portu operas daret. 4.Verr.128.Plancius ĩ operas plurimos miſit.pro Planc.37. Per Tribunum aliquem & ſexcentas operas ſe fortunis ſpoliari, & regno omni poſſe nudari.pro.Seſt.50.Qui erant mecum,facilè operas aditu prohibuerunt.Att.l.4.72.4.Tu muſis noſtris para,vt operas reddas.16.fam.19.Cęteriſq; operis & officiis erit id quod violatum eſt,penſandum. Off. 2. 100. Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis, & ad diripiendam vrbem concitatis. pro Seſt. 30. Ego verò cum forenſibus operis,laboribus,periculis nõ deſeruiſſe mihi videor præſidium,&c.1.de Fin.17.Quę ad tuam laudationem miſſa eſt, nauem tibi operis publicis Mamertinorum eſſe ædificatam.7. Verr. 38. Cuius enim maleficij iſta pœna eſt, vt dicere in hoc ordine auderet, ſe publicis operis diſturbaturum publicè ex Senatus ſententia ædificatam domum?1.Phil.9.Qui operis dandis, publicis ſumendis rem honeſtè quærunt.in Part. 124. C. Cuppius,qui eſt in operis eius ſocietatis. 13. fam. 19.5. Verr. 78 Is venditabat ſe operis,à quibus,&c.pro Sex.6.

Operarius.

Appoſitus ad deferenda q̃dã onera operarius.6.Verr.112.Homo operarius.pro R.Am.72.Orator operarius.1.de Or.137.Operariũ quendam oratorẽ nobis Antoni facis. 1.de Or. 137. Nã de altero illo minus ſum admiratus,operario homine.7.Att.12. Vtrum de bonis eſt quærendum quid baiuli atque operarij, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? in Parad. 27.&. 5. Tuſc. 147. Operarij autem & baiuli deeſſe non poſſunt.de Cl.Or.188.Parad.150.Barbari quidam operarij mercede accepta ſignũ iſtud ſuſtulerunt.in Verr.217.Siquid in Rep.maius actum erit, quod iſti operarij minus commodè perſequi poſſint,&c.ad Cic.li.8.2. Sub.lingua.Barbaros quoſdam Lilybæo ſcitote aduocatos eſſe operarios.6.Verr.68.Hos quos nos oratores vocamus, nihil eſſe dicebat niſi quoſdam operarios lingua celeri & exercitata.1.de Or.41.Quos ſingulos ſicut operarios barbaroſq; cõtẽnat.ep.111.

Operoſus.

Operoſus & moleſtus labor.2.de Nat.84.&Curſatio operoſa. de Cl.Or.188.Sed res operoſa eſt, & hominis perdiligentis. Q.fr.l.3.21.8.Sed videtis vt ſenectus non modò non languida atq; iners non ſit,verùm etiam ſit operoſa,& ſemper agens aliquid & moliens.de Sen.13.Scribebam illa politica,ſane ſpiſſum & operoſum opus.Q. fr.l.2.15.5.Viuendi artem tantam,tamque operoſam relinqueret? de Fin.2.109. Moliri aliquid cum labore operoſo,& moleſto.de N.d.37.Nec quę sũt min⁹ operoſa. de Nat. 44.Quæ in vſu & tractione belluarum ſunt vtiliter ad hominũ vitam,arbitrus ea tribuuntur operoſis. Off.l.2.23. Operoſis negotijs,& moleſtijs implicatus de Nat.1.38. Textile, nec operoſius,quàm mulieris opus menſtruum.2.de Leg. 72. Lege ſanctum eſt nequis ſepulchrũ faceret operoſius,quàm quod decem homines effecerint triduo.2.de Leg.102.

Operoſe.

Quod vel maximè deſiderat diligentiam, (eſt enim quaſi ſtructura quædam)nec id tamen fiet operoſe.in Or.85.

Operępretium.

Iam vt hæc omnia reperire,ac perſcrutari ſolitus ſit Iudices, eſt operæpretium cognoſcere. 6. Vrr. 25. Cognoſcere operępretium eſt, quemadmodum in Sicilia iſto Prętore creati ſunt Cenſores.4 Verr.91. At quo viuntur homines acuti argumento ad probandum,operæpretium eſt conſydera re.4.Fin.109. Si nihil in iſta pugna Roſcij,quod operæpretium eſſet,fecerunt: quam ob cauſam à Chryſogono tãtis præmijs donabantur? pro R. Am.64.Quo in genere eſt operæpretium diligentiam maiorũ recordari contra Rull.80.

Operatio.

Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licebit eum ſolus ames,me æmolum non habebis.ſed illum eum futurũ eſſe puto qui eſſe debet.6.Att.114.18.

Operio.

Operite,abſcedite.Tuſc.186.Fons qui fluctu totus operiretur, munitione ac mole lapidum,à mari diſiunctus eſſet.6.Verr.105.

Opertus.

Is lectica operta facere iter ſolebat.de Diu.124.At iſte lectica operta latus eſt per oppidum vt mortuus.2.Phil. 103. Nullo imbre,nullo frigore adduci,vt capite operto ſit.de Sen.30. Non importuniſſimas iſtius libidines, nõ vim,non contumelias,quibus operti oppreſſique erant,conquerebantur.6.Verr.99. Iudicia,&c.atque operta dedecore & infamia,defenſioni locum nullum reliquiſſunt. pro Clu. 47. Patefactio rerum opertarum.2. Fin. 7.

Opertum, ſubſt.

Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit,vt ſi opertum Bonę deæ acceſſiſſes,exulares.in Parad.39.Quaſi ĩ operto dicas fuiſſe.1.Att.43.Romæ ſum,inquis.Et tu quidem in operto fuiſti. in Parad.40.i.domi clauſus tanquã latens,nõ prodiſti in publicũ.Similiter Martius,& Publius vates cecinisse dicuntur, quo de genere Apollinis operta prolata ſunt.1.de Diu.97.Nec Apollinis opertis credendum exiſtimo.de Diu.2.87.

Operimentum.

Oprimento matris terræ obducitur corpus in ſepultura.2.de Leg.51.

Operculum.

Aſpera arteria tegitur quaſi quodam operculo.de N.53.

Opes,vide Ops.

Opifex.

Is.n.eſt dicẽdi opifex.fã.l.7.26.4.Opifex ædificatorq; mũdi Platonis de Timæo deus.1.de nat.37.Zeno verborum opifex. 5.Tuſc.49.Sed ne opifices quidẽ ſe artibus ſuis remouerunt.Tuſc.135

Opifices.

Oppifices omnes in ſordida arte verſantur. Off. 1. 209. Omne opificum inſtrumentum, omnis opera ac quæſtus frequentia ſuſtinetur, alitur otio. in Catil. 122. Adhibitis opificũ manibus, omnia nos conſecutos eſſe. 2. de Fin. Oppifices etiam poſt mortem nobilitari volunt. Tuſc. 1. 28. Opifices & tabernarios, atque omnem illam fæcem ciuitatum quid eſt negotij concitare? pro Flacc. 14.

Opificina.

Nec enim quicquam ingenuum habere poteſt oppificina. 1. Off. 209.

Opimus,

Ager opimus & fertilis. de Leg. Agr. 56. Aſia vero tam opima eſt & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. pro Leg. Man. 9. Opima legatio. 2. Att. 22. Opima præclaraque præda. pro R. Am. 5. Syria opima & fertilis. pro Dom. 217. Opimum quoddam & tamquam adipale dictionis genus. in Or. 13. In extis bonis opimi cor non fuit. de Diu. 105. & 5. Tuſc. 140. Indignum iſti videri cœpit, ex tanta æde, tantoq; opere ſe non opimum præda, præſertim à pupillo diſcedere. 3. Verr. 94. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accuſationem. pro Flac. 63. Iecore opimo fartos & ſatiatus. 2. Tuſc. 43. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. de Clar. 31. Contentus tam opimis ſpoliis non fuiſti. in Verr. 95.

Opinio.

Opinio eſt quædam effoeminata ac leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate, qua cum liqueſcimus, fluimusq; mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Tuſ. 2. 46. Opinio eſt aduentus eius. 11. Att. 34. In his locis opinio eſt, coniectura magis quàm nuntio aut literis, Cæſarem Formiis ad XI. Calend. April. fore. Att. l. 9. 176. 2. Opinio, quòd homini homine nihil eſſet pulchrius, ſimulachrorum ſuperſtitionem fortaſſe inuenit. de Nat. 1. 53. Erat opinio bona de Plautio, bona de Lepido. fam. lib. 1. Opinio de diis, non inſtitutis eſt confirmata, non legibus. Tuſc. 1. 25. Opinio, non inſtituto aliquo aut more, aut lege eſt conſtituta. de Nat. 1. 32. Valde de aduentu Cæſaris opinio eſt. Att. 180. Opinio de diis immortalibus, & omnium eſt, & quotidie creſcit. 3. de Nat. 15. Opinio de te multum me fefellit. ad Octau. 10. Perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus. pro Clu. 34. Aut æterna in eo, aut certè diuturna valet opinio tarditatis. de Or. 95. Vt ſpes Romani Populi bona de te ſit, & honeſta opinio. de Petit. Conſul. 34. Honeſta de numine deorum & mente opinio. pro Dom. 82. Opinio imbecilla, & cum falſo incognitoque communis. Ac. ed. 2. l. 1. 30. Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. l. 1. 7. 29. Magna nobis pueris opinio fuit, L. Craſſũ, &c. de Or. 108. Vt opinio mea fert. 6. Verr. 20. Vt opinio, & ſpes, & coniectura noſtra fert. 2. Att. 66. Plura dixi, quàm vt opinio tuleris, aut voluntas mea. pro Dom. 219. b Opinio hæc in dies magis magiſque naſcens de me duplicetur. 16. fam. 27. Quod vtinam neq; noſtra nos opinio, neq; tua fides fefelliſſet. fam. 7. id eſt, vtinam non falſi eſſemus opinione, iudicio & perſuaſione, quam de tuis moribus habebamus. Cum hæc audirentur ab iis, quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis aut falſa, aut certe obſcura opinio. de Orat. 92. Popularis opinio. pro Clu. 113. Opinio præiudicata. de Nat. 1. 8. Non tam ſtabilis opinio permaneret, non confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum ſeculis ætatibuſque hominum inueterare potuiſſet. 2. de Nat. 7. Opinio vehemens, inhærens, & penitus inſita. Tuſc. 4. 20. Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio quæ per animos gentium barbararum peruaſerat. pro Leg. Man. 16. Opinio vetus, & omnium gentium firmata conſenſu. Diu. 1. 1. Vetus hæc opinio Græciam opplenit, ſcilicet exectum eſſe Cælum a filio Saturno. 2. de Nat. 46. Vetus opinio eſt iam vſque ab heroicis ducta temporibus, &c. de Diu. 80. Vetus eſt hæc opinio, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis atque monumentis. 6. Verr. 94. Vulgaris opinio. 1. de Orat. 54. Opinio eſt Anaximandri, natiuos eſſe deos. de Nat. 1. 19. Opinio comitiorum eſt. 4. Att. 32. Tuque latona, & Apollo, & Diana, quorum iſte Deli non fanum, ſed vt hominum opinio, & religio fert, ſedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. 7. Verr. 145. Opinio quam is vir habet integritatis meæ. Att. 100. Omnibus opinio iuſtitiæ neceſſaria eſt, quam qui non habent, iniuſti habentur. Offi. 40. 41. Opinio magni mali. Tuſc. 3. 52. Philoſophorum de ſe ipſorum opinio firma in hoc vno & ſtabilis inuenta eſt. de Cl. Or. 174. Opinio religionis de haruſp. reſp. 34. id eſt, de religione. Opinio rerum eſt ſub ſenſum cadentium. Ac. ed. 2. l. 1. 43. Aeterna aut certe diuturna valet opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehenſum eſt. 1. de Or. 62. Nam quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defecerimus. de Amic. 36. Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ ſcientiaque comprehenſa. 1. de Or. 54. Quoniam ſententiæ & opinionis meæ voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. de Or. 1. 8. Paruam exigui temporis vſuram, bonæ de me opinionis poſtulo. contra Rull. 87. Opinionem iſtorum ſtudiorum, & ſuſpicionem artificij apud eos qui res iudicent, oratori aduerſariam eſſe arbitror. 2. de Orat. 85. Opinionem volunt Stoici eſſe imbecillam aſſenſionem. Tuſc. 4. 13. Accipere falſam opinionem de aliquo. 1. fam. 42. Ad opinionem magni mali cum illa etiam opinio acceſſit, oportere, rectum eſſe, ad officium pertinere, ferre illud ægre: tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. Tuſc. 3. 52. Sine me ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum. 14. At. 23. Penetrare ad ſenſum opinionemque iudicis. Par. 68. Non habeo ad vulgi opinionem quæ maior vtilitas, quàm regnandi eſſe poſſit. 3. Off. 112. Retinetur aut ad opinionem vulgi, Reip. mos, religio, &c. de Diu. 123. Quod affert opinionem per ſeſe, rationis expers. de Vn. 3. Hi opinionem afferunt populo, eorum fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum. Off. lib. 2. 66. Si quam huc grauiorem de illo opinionem attuliſtis, hanc quæſo deponite. pro Clu. 113. Nihil enim affirmare poſſum, niſi ſententiam & opinionem meam. de Or. 122. Deinde ſiquam opinionem iam veſtris mentibus cõprehendiſtis, &c. ne repugnetis: eamque animis veſtris aut lubentibus aut æquis remittatis. pro Clu. 3. Contra hanc opinionem, ratione pugnare. 3. de Nat. 101. Opinionem deorum non collocutio hominũ, non conſenſus efficit. Tuſc. 1. 25. Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtã. pro Clu. 2. Hanc excutere opinionem mihimet radicitus volui. Tuſc. 1. 102. Cn. autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat. de Cl. 186. Vt nullam eius opinionem reliquam faciat? de Nat. 1. 23. Non fallam opinionem tuam. ep. l. 1. 6. 4. De Cæſaris aduentu eã opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ. Att. 206. Eſto, falſam de illis habuit opinionem, malam de nobis. in Verrem, 160. b Vt opinionem habeas rerũ. 4. Att. 44. Integritatis alicuius opinionem habere. Att. l. 7. 122. 6. Opinionem habere de re aliqua. 13. Att. 50. Et tamen credo Romulum, qui vrbem auſpicato condidit, habuiſſe opinionem, eſſe in prouidendis rebus augurandi ſcientiam. 2. de Diu. 107. Hic de vobis malam opinionem animo imbibit. in Verr. 74. Et in eam opinionem Cæſenniam adducebat, vt mulier, &c. pro Cæc. 20. In eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. fam. lib. 8. 1. 11. Hanc in opinionem diſceſſi, vt mihi tua ſalus dubia non eſſet. 6. fam. 47. Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. de haruſp. 49. In eam opinionem venerat Caſſius. fam. l. 8. 30. id eſt, ita de eo opinari cœperant. Minuere aliquam opinionem. 2. de Or. 116. Opinionem incredibilem nacta ſunt. 8. fam. 9. Hanc opinionem vſque ad hanc ætatem perduxiſti. de Nat. 1. 46. Sane et præter opinionem improuiſo incidit. 4. in Verr. 132. Opinionem à ſcientia ſepararunt veteres philoſophi ratione ſubiecti, vt illa ſit in ſenſibus, hæc in notionibus animi atque rationibus. Ac. ed. 2. l. 1. 23. Nos publicam prope opinionem ſecuti ſumus. de Nat. 88. Poſthac quod voles a me fieri ſcripto, vincam opinionem tuam. ad Cæſarem iuniorem, hoc eſt, diligentior ero, quàm tu opinaris. Opinionem omnium vincere. Lucceio, lib. 5. 12. 3. Acad. ed. 1. l. 2. 1. Non opinione hoc timeo, ſed interfui ſermonibus. Att. 9. 30. Nihil a noſtra opinione diſſentis. 3. Q. fr. 34. Quantum ego opinione auguror. pro Mur. 54. Quamobrem opinione celerius cõfido ſceleratiſſimũ latronẽ pœnas daturũ. fam. l. 12. 38. Si quis ductus opinione vulgi, putet, &c. de Or. 144. Non re ductus, ſed opinione eſſe. pro Mur. 57. In cœlum tranſlatos non re, ſed opinione eſſe dicunt. 3. de Nat. 37. Ego autem non de virtute nunc loquor, ſed de virtutis opinione. de Amic. 80. Opinione prædã deuorare. 3. in Verr. 95. Ex opinione multa vulgus æſtimat. pro R. Com. 17. Ex communi quadam hominum opinione dicere. 1. de Or. 47. Ex opinione hominum atque fama hæc ſcribo. 12. fam. 8. Excellens opinione fortuna, cum laboribus & miſeriis permiſta eſſe videatur. 2. de Or. 116. Aliquis falſa opinione, errore hominum commendatus. pro Sex. 7. Non in opinione, ſed in natura ſita arboris aut equi virtus. 1. de Leg. 34. In ea opinione fui, qua reliqui omnes. Att. lib. 8. 159. 3. Antea eram in illa opinione populari. pro Clu. 47. In ea opinione

res

res erat.2.Att.62. Res erat nõ in opinione dubia, ſed in præſentia atque ante oculos propoſito periculo.pro Dom.9.Probabile eſt, quod in opinione poſitum eſt.de Inu.52. Sed etiam illa maior opinione mea:id eſt ſententia.de Or.118.Formam totius negotij,opinione maiorem, melioremq́ue video.de Or.98. Ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.de Am.30.Opinione omnium,maiorẽ animo cępi dolorem. de Cl.165. Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus:pecuniæ magnitudine, ſua ſpe ac prædicatione abſolutus.2. Ver.2. Eſſe deos perſuaderi mihi nõ opinione ſolum, ſed etiam ad veritatem planè velim. 1.de Nat.43. Quòd familiarem meum tuorum nomine habes, opinione tua mihi gratius eſt.fam.l.10.31.14.Opinione valentior.7.Att.25. Qui vuulgi opinione deſerti ſunt habiti, ijdem intelligentium quoque iudicio probantur.de Cl.Or.181.Opiniones deprauatę. Tuſc.3.1.Tum opiniones aſſenſionesq́; firmæ & veræ gignuntur.de Vn.37.Opiniones dialecticorum pueriles. 2. ad Her. 49. Opiniones & ſententiæ philoſophorum. de Nat. 4. Commenta opinionem delet dies.2.de Nat.8.Contraque opiniones omniũ. pro R. Am. 25. Videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. 2. de Nat.4.Inſerere nouas opiniones, & euellere inſitas. in Or. 52. Itaque opiniones omnium ſuperaui. Att.l.5. 104. 3. Opiniones videas apud eos firmiores eſſe de beſtijs quibuſdam.de Nat.1.57. Mollire animum opinionibus, maloque more delinitum. Tuſc. 5. 58. Opinionibus his imbuas tenerum eius animum. 14. ad Att. 25. Opinionibus obſiſtere. Ac.ed.1.l. 2. 99. Opinionibus vulgi rapimur in errorem. 2. de Leg. 42. Opinionibus & inſtitutis omnia teneri.Ac.ed.2.l.1.32

Opinioſus.

Quid? duo vel principes dialecticorum, Antipater & Archidemus, opinioſiſſimi homines, nonne multis in rebus diſſentiunt? Ac.ed.1.l.2.132.

Opinor.

Capius(opinor) olim non omnibus dormio: ſic ego, &c. ep. 106. Sed opinor quieſcamus, ne noſtram culpam coarguamus. 9.Att.13.Primus, vt opinor,introitus.Att.l.1.13.4.A primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni.2. Fin. 53. T.Albitius, vel potius penè Græcus: loquor vt opinor,ſed licet ex orationibus iudicare.de Cl.Or.68.De vobis Senatus opinatur non ſecus, ac de deterrimis hoſtibus.in Piſ. 53. Gubernatores nihil ſine certa rõne opinantur. 2.de Diu.24.Falſo multa in vita hoĩes opinantur.pro Dom.81.Non rebar, aut opinabar,& alia multa,&c. 3.de Or.84.Quoad opinatus ſum me in prouinciam exiturum.ep. 103. Opinari magis, quàm ſcire poſſimus. 9. Att.28.Sapientem ſæpe aliquid opinari quod neſciat. pro Mur. 58.2. Sapientem nihil opinari, id eſt nunquam aſſentiri rei vel falſę vel incognitę.4.Ac. 108. Nihil ſine ratione opinari. 2. de Diu. 24. Carneades delabebatur interdum vt diceret opinaturum, id eſt peccaturum eſſe ſapientem. Acad.15. Nihil eueniſſe, quod non opinandum fuiſſet. Tuſc. 202.

Opinatus.

Nec opinatus & improuiſus prouinciæ caſus. 15.fam. 34. Ergo iſta nec opinata non habeat tantam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. Tuſc.3.47.Nec opinata,quia recentia ſunt,maiora videntur, non quia repentina. Tuſc. 3. 43. Separatim autem in ſingulis admirantur, ſi perſpiciunt nec opinata quædam bona.Off.2.50.Nonnumquam quidem eandem fortunam,quod efficiat, multa improuiſa hæc, nec opinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. 1.Ac,44. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis. Tuſc.211.

Opinato.

Si nec opinato quid euenerit. Tuſc. 3. 44. Nec opinato eum oſtendiſſes, &c. in Ant.175.

Opinatio.

Hæc autem opinatio eſt, iudicare ſe ſcire quod neſciat. Tuſc. 214.Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade,quòd vt feram & immanem belluam, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt opinationem & temeritatem extraxiſſet.4. Ac.194. Opinationem autem quam in omnes definitiones ſuperiores inclusimus, volunt eſſe imbecillam aſſenſionem.4.Tuſc. 25. Senſus mouentia quæ ſunt,eadem in opinatione conſidunt. de Vn. 5. Opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio. Ac.ed.1.l. 2.71.

Opinabilis.

Omniſq́ue opinabilis diuinatio:coniectura enim nititur. de Diu.85. Quod totũ opinabile eſt. de Vn.3.Eſt enim illud quod in omni perturbatione dicitur demõſtrandum, nullam eſſe niſi opinabilem, niſi iudicio ſuſceptam, niſi voluntariam. 4. Tuſc. 124. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant.1.Ac.46. Artes, quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles.de Diu.85.

Opinator.

Ego verò ipſe & magnus quidem ſum opinator.4.Ac.119.

Opipare.

Itaque & edit & bibit ἀδεῶς, & iucundè, o. ſane & apparatę. Att.l.13. 67. Opiparè a Pythio apparatum conuiuium. 3.Offic. 76. Cum opiparè epulati eſſemus hilarem in modum. Att. 72. Corcyræ Alexion me opiparè muneratus eſt.Att.l.7.9.

Opis, Vide Ops.

Opitulor.

Subueni patriæ, opitulare Collegę. ad Planc.l.10.10.5.& 1. Offic. 116. A quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus. pro Arch.1. Vt quiſq; maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. 1.Off. 74. Quoniam nihil iam videmur poſſe opitulari Reip. fam. l.4.1.4.& 7.Verr.40. Opitulari fontibus.ep.57.Nihil ſane poſſum tibi opitulari. ep. 201. Mulier hoſpiti oppreſſo iam deſperatoque ab omnibus opitulata eſt.pro S.Roſc.23. Permultum ad dicendum opitulati ſunt pręceptores.2.de Inu. 126.

Oportet.

Non oportet, &c. nihil eſt quod, &c. quid ego, &c. pro Cęc. 291. Nequid fiat ſecus, quàm volumus, quàmque oportet.Att. l.6. 113. 3. Quãquam te abundare oportet præceptis philoſophiæ, &c.Off. 1. Ex rerum cognitione efflореſcat & redundet, oportet oratio.de Or.86. Quibus ſemel eſſe ignotum à te oportet, nec tuum beneficium in dubium vocari pro Deiot. 28.Beneuolentia & charitate ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis. 2. Phil.108. Et oportet, & opus eſt hoc fieri.13.Att.31.Sed id crebrius fieri non oportet. Or. 228. Pericula facile vt hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus. pro Pomp. 17. Proponi oportet quid afferas, & id qua re fit, oſtendere.de Or. 154.Oportet putare, &c. & conuenit arbitrari, &c. de Inuent. 55. b Ego verò, qui ſi loquor de Repub. quod oportet, inſanus ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor: ſi taceo, &c. ad Att.lib.4.75. 2. Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, quod minime vis, aut memoriam mihi remittas oportet.4. Ac.190.Docet enim ratio Mathematicorum, quam iſtis notam eſſe oportebat, quanta humilitate, &c. de Diu. 127. Quos ferro trucidari oportebat. in Catil.99. Hac lege accuſatum eſſe oportuit. pro Clu. 72.Pecunia quam oportuit ciuitatibus pro frumento dari. in Verr. 187. Hoc quod iam pridum factum eſſe oportuit, certa de cauſa non adducor vt faciam. 1.in Catil. 3. Irritari Antonium non oportuit.7.Phil.219.Si à populo prętoritus eſt, quem nõ oportuit.pro Plan.260. Apollinis ſignum ablatũ certe eſſe nõ oportuit. Totam enim rem Lucullo integram ſeruari oportuit. Att.3.Tum erupit è Senatu triumphans gaudio.quem omnino viuum illinc exire non oportuerat. pro Mur. 48.Cum ſibi de iis quę dici ab oratore oporteret,ſumeret.de Or.144.Si aliquid non contra ac liceret factum, diceretur, ſed contra atque oporteret. pro C. Balb. 56. Quid in iudicando ſpectare oporteret? pro Mil. 104. Eſt enim aliquid quod non oporteat, etiam ſi licet.quicquid verò non licet, certè non oportet. pro C. Balb. 5. Oportet eſt conſentaneum eſſe officio, licere legibus & iure, decere temporibus & perſonis.pro C. Balb. 5. Oportere perfectionem declarat officij, quo & ſemper vtendum eſt & omnibus. Decere quaſi aptum eſſe, conſentaneumque tempori & perſonæ.in Or.40.

Opperior.

Ego in Arcano opperior, dum iſta cognoſco.Att.lib.10.194. 2. Sed quid plura? coram opperior reliqua.Att.77. Ibidem opperier. Att. 43. Scribas ad me velim ſiquid eſt quod opperiare. Att.lib.5.89. 4. Nihil puto tibi eſſe vtilius, quàm ibidem opperiri. ep.92.

Oppeto.

Veſtras manus peto, prius quàm oppeto malam peſtem hoſtili manu. 1. Tuſc. Mortem pugnans oppetiſſes. pro Seſt. 12. Cum milites pro ſalute populi Rom. mortem oppetierint. in Ant.265. Aequius eſſe cenſuit ſe maturam oportere mortem. 1.de Diu. 35. Oppetere mortem pro patria. Off.1. 83. Oppetere mortem pro Repub. de Fin. l. 3. 51. Mors neceſſitatem habeat naturæ, aut ſi ante oppetenda eſt, oppetatur cum gloria. in Ant. 245. Neque his qui ſine virtute retinentur in vita, nec his qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda. 3. de Fin. 93.

Equi-

Equidem etiam ſi oppetenda mors eſſet, domi, atque in patria mallem, quàm in externis atq; alienis locis fam.l.4.7.13. Claræ verò mortes pro patria opetitæ, nō ſolum glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolent. 1.Tuſc. 118.

Oppidum.

Segeſta eſt opidum peruetus in Sicilia ſodicet, quod ab Aenea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditū eſſe demonſtrant.6.Verr.63. Magnas copias ad opidum Antiochiā acceſſiſſe.ep. 244. Tum ante opidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit.de Diu.95. Caſſius in opido Antiochię cum omni exercitu, nos in Capadocia ad Taurum, &c. 5. Att. 33. Phęre, quæ erat vrbs Theſſalię, in quo oppido, &c. de Diu. 91. Opida quæ quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos iacent. 4.fam.17. Tot opidorum cadauera proiecta iacent.4.fam. 17. Opidorum nominibus uō prępoſendum.7.Att.19. Sex opida vi oppugnando cepi.5. fam. 25. In opidit præſidia nulla ſunt.Att.lib.8. 157. 2.

Oppidulum.

Neque ſolum illud extorſi opidulum, quod erat poſitum in Euphrate & Zeugmate, &c. Q.fr.l.2.26. Nec tamen in acie, ſed Melitæ, aut alio in loco, ſiue in opidulo futurum puto. Att. l. 10. 199. 4.

Oppidanus.

Senex quidā opidanus.2. de Or.133. Quęſtores cęleriter facti ſuos oppidano quodam & incondito genere dicendi. de Cl. Or.130. Quod dicitur Atinę factum à iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure maximeq; opidano.pro Planc.25.

Oppido.

Sed eorum definitiones paulum o. inter ſe differunt. de Fin. 3.27. Sin ad nos pertinerent, ſeruirent, præterquam o. pauci. fam.l.14.12. Totus è iutor minus vetut o. ridicul⁹.2.de Or.144.

Oppignero.

Libelli pro vino etiam ſępe oppignerabantur, manebat inſaturabile abdomen. pro Set.95.

Oppilatus.

Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernę liberarię conieciſſet, hiſque oppilatis, impetum iuum compreſſiſſet.2. Phil. 44.

Oppleo.

Nanque Aeſculapij liberorum ſancij opplent porticus. Tuſ. 183. Nam vetus hęc opinio Gręciam oppleuit, ſcilicet exectū Cęlum à filio Saturno.2.de Nat.91.

Oppletus.

Aegyptum Nilus irrigans, & quum tota ęſtate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit.2.de Nat.196. Mentes oppletæ tenebris ac ſordibus. Poſt red.in Sen. 7.

Opploro.

At ille quin illum mihi datis? ac vos auribus meis opplorare definitis? 4. ad Her. 235.

Oppono.

Principio orationis hoc oppono, me, &c. pro C.Balb.55. Cuius ego imperio non Alpium vallū contra aſcenſum tranſgreſſionemque Gallorum, &c. Germanorum immaniſſimis gentibus obiicio & oppono.in Piſ. 64. Pompeium perſequi Cęſar dicitur ut interficiat (ò me miſerum) & non omnes noſtra corpora opponimus? Att. l. 7. 64. Opponebant illi interdum nomen Africani.6.Verr. 66. Oppoſuiſti ſemel ἀντίκτον cauſam, Ciceronis noſtri valetudinem. Q. fr. 312. Et tamen muri cauſam oppoſuit, ſpecie honeſtatis, nec probabilem, nec ſatis idoneam.3. Off. 54. Ad omnes introitus armatos homines oppoſuit. pro Cęc. 15. Et illud ſuum regnum iudiciale oppoſuit. 1. Att.2. Iis oppoſuit ſeſe Socrates, qui, &c. de Cl. Or. 167. Sed quid oppones tandem, ſi negem me vnquam iſtas literas ad te miſiſſe? quo me teſte conuinces? 2. Phil. 35. Defenſor aliquid opponet de tribus Top. 229. Nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet. Off. 64. Et primum gladiatori illi imperatores noſtros opponite. in Catil. 109. Id protulit non tam vt probaret, quàm vt Stoicis. quibus cum bellum gerebat, opponeret. de Fin.73. Introducebat etiam Carneades, non quò probaret, ſed vt opponeret Stoicis ſummum bonum eſſe, &c.4. Ac. 237. Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non ſuam vim, ſed tuum ſcelus ac nomen opponerent. 5.Verr.112. Authoritas autem tanta mouebat, niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam. Ac.ed. 1. l. 2. 59. Habeo quem opponam illi. pro Set. 7. E quibus pullos quum excuderunt, ita tuentur, vt & pennis foueant, ne frigore lędantur: & ſi est calor à ſole, ſe opponant. 2.de Nat.195. Oppoſuerit ſe in itinere meo.10.fam.20. Hoſtibus opponere aliquos.2.de Fin.156. Eiuſmodi iniquitati & boni & ęqui nomen, dignitatemque opponere.pro Cęc.48. Minas iactare, formidines opponere.pro Quinc.8. In iis ipſis intercludere inſidiis, quas mihi conaris opponere.pro Cęc. 61. Opponere ſe inuidię pro patrię ſalute.de haruſp. reſp. 56. Periculis ſe opponere. pro C.Balb. 19. Terrorem armati exercitus opponere togatis. pro Set.43. Illam vrbem huic vrbi volunt opponere contra Rull.11. Par pari referre, contrarium contrario opponere, verbum verbo comparare.Or.213.218. Omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.3.de Fin.64. Scripto opponitur voluntas teſtatoris tum, vt quęratur, verbane plus, an ſententia valere debeat. in Top. 51. Paribus paria redduntur, & contraria opponuntur. in Or. 94. Huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur: vnum, &c. de Opt. 244. His quatuor cauſis totidem medicinę opponuntur.2.de Orat.184. Minę iactentur, pericula intendantur, formidines opponātur, vt, &c, pro Quinct.26. Obiici inſidiis coniuratorum, & ad omne periculum atque ad omnem inuidiam opponi. pro Mur. 79. His ardentibus perturbandę Reipub. cupiditate, quod opponi poſſet præſidium non habebamus. ad Brut. 15. 6. Vt ante occupet, quod putat opponi. pro Or. 209.

Opponens.

Sed quid opponent tandem? ſi negem, &c. quo me teſte conuinces? in Ant. 162.

Oppoſitus.

Luna ſubiecta atque oppoſita ſoli.2.de Diu. 26. Aut aliquid affert quod oppoſitum probabilius ſit, quàm illud quod obtla bit.Or.201. Specula pop.Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.pro Font.3. Corpore oppoſito vim, ſcelus, & furorem aliquem à bonorum ceruicibus depellere.pro Dom.50. Oppoſito dedecore ſententia depelli. 2. Tuſc. 23. Lacedęmone Ephori regibus à Theopompo ſunt oppoſiti. de Leg.187. Oppoſiti Conſulibus Tribuni apud Romanos.3.de Leg.17. Moles oppoſitę fluctibus.2.Off.18. Oppoſita ſunt ea ambitioſis.3. de Leg. 34.

Oppoſitus.

Non modo excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.pro Marcel. 19.

Oppoſitio.

Diſparatarum autem eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, Sapere & non ſapere. 1. de Inuent.58.

Opportunus.

Idoneum tempus, & locus opportunus ad eam rem de qua narratur.1.de Inu.43. Hęc res mihi accidit opportuna.ep. 115. Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli. pro Cęc.287. Vrbs opportuna, munita, propinqua, fortiſſimorum virorum, fideliſſimorum ciuium atque optimorū. 4. Phil. 156. Tempus actionis opportunum. 1.Off. 199. Milites Alię cōſtituerunt in vrbe opportuna.in Ant. 192. Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, grauiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris. fam.l.2. 18. 5. Cęterę res quæ expetuntur, opportunę ſunt ſingulę rebus ferè ſingulis, diuitię vt vtare, opes vt colare, &c. de Am. 100. Tantùm dico, ſi mihi accidiſſet, vt numerator in multis, ſi operoſa eſt conturſatio magis opportunorum.de Cl.188. Nihil opportunius poſt hominum memoriam vidi.ep.153. Aetas opportuniſſima. fam.l. 7. 7. 3. Capua non modo non obfuit, ſed opportuniſſimam ſe nobis prębuit. contra Rull. 89. Claſſes optimę atque opportuniſſimę cum magna ignominia pop. Rom. amiſſę & perditę.2.Ver.8.

Opportunè.

Opportunè adeſt homo ſumma fide, & omni virtute pręditus.pro Clu.132. Tempus idoneum, locus o. captus ad eā rem. pro R.Am.41. Opportunè facere.3.de Fin.93. Reddere o. alicui literas. Att.l.13.317.1.2. Illud ſatis opportunè. Att. l. 16.338. 18. Tu verò cum Craſſo, vt cętera quàm commodè, opportunè, autem, quod id ipſum apud me mones, quatriduo antè ad eum ſcripſeram. Att. 234. Trebatius opportunè ad me ante aduentū Cęſaris venerat. Att.144. & 1.de Nat.24. Accidere opportunius nihil potuit, teipſum cupio. fam.lib.1.9.23.

Opportunitas.

Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus *εὐκαιρίαν*) non fit maior productione temporis, &c. ſic recta effectio.3. de Fin. 36. & 37. Cum ad cęteras ſummas vtilitates hęc quoque opportunitas adiungatur, vt, &c. pro Pomp.13. Diuina vero opportunitas, vt in ſortitione prouinciarum, quę cuique apta eſſet, ea cuique obueniret. 3.Phil. 141. Idonea opportunitas

res erat.2.Att.62.Res erat nõ in opinione dubia, ſed in præſentia atque ante oculos propoſito periculo.pro Dom.9.Probabile eſt, quod in opinione poſitum eſt.de Inu.52. Sed etiam illa maior opinione mea:id eſt ſententia.de Or.118.Formam totius negotij,opinione maiorem, melioremque video.de Or.98. Ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.de Am.30.Opinione omnium,maiorẽ animo cępi dolorem. de Cl.165.Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus:pecuniæ magnitudine, ſua ſpe ac prædicatione abſolutus.2.Ver.2. Eſſe deos perſuaderi mihi nõ opinione ſolum, ſed etiam ad veritatem planè velim.1.de Nat.43. Quòd familiarem meum tuorum nomine habes, opinione tua mihi gratius eſt.fam.l.10.31.t4.Opinione valentior.7.Att.25. Qui vuulgi opinione deſerti ſunt habiti, ijdem intelligentium quoque iudicio probantur.de Cl.Or.181.Opiniones deprauatę. Tuſc.3.1.Tum opiniones aſſenſionesq; firmæ & veræ gignuntur.de Vn.37.Opiniones dialecticorum pueriles. 2. ad Her. 49. Opiniones & ſententiæ philoſophorum. de Nat. 4. Commenta opinionem delet dies.2.de Nat.8.Contraque opiniones omniũ. pro R. Am. 25. Videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. 2. de Nat.4.Inſerere nouas opiniones, & euellere inſitas. in Or. 52. Itaque opiniones omnium ſuperauit.Att.l.5. 104. 3. Opiniones videas apud eos firmiores eſſe de beſtijs quibuſdam.de Nat.1.57. Mollire animum opinionibus, maloque more delinitum. Tuſc. 5. 58. Opinionibus his imbuas tenerum eius animum. 14. ad Att. 25. Opinionibus obſiſtere. Ac.ed.1.l. 2. 99. Opinionibus vulgi rapimur in errorem. 2. de Leg. 42. Opinionibus & inſtitutis omnia teneri.Ac.ed.2.l.1.32

Opinioſus.

Quid? duo vel principes dialecticorum, Antipater & Archidemus, opinioſiſſimi homines, nonne multis in rebus diſſentiunt? Ac.ed.1.l.2.132.

Opinor.

Capius(opinor) olim non omnibus dormio: ſic ego, &c.ep. 106. Sed opinor quieſcamus, ne noſtram culpam coarguamus. 9.Att.13.Primus, vt opinor, introitus.Att.l.1.13.4.A primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni.2. Fin. 53. T.Albitius, vel potius penè Græcus: loquor vt opinor, ſed licet ex orationibus iudicare.de Cl.Or.68.De vobis Senatus opinatur non ſecus, ac de deterrimis hoſtibus.in Piſ. 53.Gubernatores nihil ſine certa rõne opinantur.2.de Diu.24.Falſo multa in vita hoĩes opinantur.pro Dom.81.Non rebar, aut opinabar,& alia multa,&c. 3.de Or.84.Quoad opinatus ſum me in prouinciam exiturum.ep. 103. Opinari magis, quàm ſcire poſſimus. 9. Att.28.Sapientem ſæpe aliquid opinari quod neſciat. pro Mur. 58.2. Sapientem nihil opinari, id eſt nunquam aſſentiri rei vel falſę vel incognitę.4.Ac. 108. Nihil ſine ratione opinari. 2. de Diu. 24. Carneades delabebatur interdum vt diceret opinaturum, id eſt peccaturum eſſe ſapientem. Acad.15. Nihil eueniſſe quod non opinandum fuiſſet. Tuſc. 202.

Opinatus.

Nec opinatus & improuiſus prouinciæ caſus.15.fam. 34. Ergo iſta nec opinata non habeat tantam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. Tuſc.3.47.Nec opinata, quia recentia ſunt, maiora videntur, non quia repentina. Tuſc. 3. 42. Separatim autem in ſingulis admirantur, ſi perſpiciunt nec opinata quædam bona.Off.2.50.Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat, multa improuiſa hæc, nec opinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum.1.Ac,44. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis. Tuſc.211.

Opinato.

Si nec opinato quid euenerit. Tuſc. 3. 44. Nec opinato cum oſtendiſſes, &c. in Ant.175.

Opinatio.

Hæc autem opinatio eſt, iudicare ſe ſcire quod neſciat. Tuſc. 214.Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quòd vt feram & immanem belluam, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt opinationem & temeritatem extraxiſſet.4. Ac.194. Opinationem autem quam in omnes definitiones ſuperiores incluſimus, volunt eſſe imbecillam aſſenſionem.4.Tuſc. 25. Senſus mouentia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt. de Vn. 5. Opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio. Ac.ed.1.l. 2.71.

Opinabilis.

Omniſque opinabilis diuinatio: coniectura enim nititur. de Diu.85. Quod totũ opinabile eſt. de Vn.3.Eſt enim illud quod in omni perturbatione dicitur demõſtrandum, nullam eſſe niſi opinabilem, niſi iudicio ſuſceptam, niſi voluntariam. 4. Tuſc. 124. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. 1. Ac.46. Artes, quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles.de Diu.85.

Opinator.

Ego verò ipſe & magnus quidem ſum opinator.4.Ac.119.

Opipare.

Itaque & edit & bibit ἀδεῶς, & iucundè, o. ſane & apparate. Att.l.13. 67. Opiparè a Pythio apparatum conuiuium.3.Offic. 76. Cum opiparè epulati eſſemus hilarem in modum. Att.72. Corcyræ Alexion me opiparè muneratus eſt.Att.l.7.9.

Opis, Vide Ops.

Opitulor.

Subueni patriæ, opitulare Collegę. ad Planc.l.10.10.5.& 1. Offic.116. A quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus. pro Arch.1. Vt quiſq; maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari.1.Off. 74. Quoniam nihil iam videmur poſſe opitulari Reip. fam.l.4.1.4.& 7.Verr.40. Opitulari fontibus.ep.57.Nihil ſane poſſum tibi opitulari. ep. 201. Mulier hoſpiti oppreſſo iam deſperatoque ab omnibus opitulata eſt.pro S.Roſc.23. Permultum ad dicendum opitulati ſunt prę ceptores.2.de Inu. 126.

Oportet.

Turpis enim excuſatio eſt, & minimè,accipienda,quum in ceteris peccatis, tum, &c.de Amic. 38. a. Homo m. ambitioſus, minimè in rogando moleſtus.ad Memmium, lib.13.4. Id eſt nihil eo minus ambitioſum. Eſt id in totam orationem confundendum, nec m. in extremam. de Or.138.b. Et ſi in hac quadriremi,propter honorem, & gratiam Cleomenis, m. multi remiges, & milites deerant.7. Verr. 70.a. Quid attinuit eum potiſſimum nuntiare quod, ſi,&c.ad te m. omnium pertinebat? pro Roſc. Am. 58.a. Sed mihi placebat Pomponius maximè,vel dicam m. diſplicebat.de Cl. Or. 183.b. Sic iſti curioſi, quos offendit noſter m. nobis iniucundus labor.de Fin.49.b.M. miſerum putabis, &c.14. fam.20.pro eo quod minimũ habet miſeriæ. Minimeq; artes eæ ꝓbãdæ,quę miniſtrę ſunt voluptatũ.1.Off.209.a. Vidi vos in hoc non m.cùm teſtes dicerent,cõmoueri.in Verr.229.b. Hoc m.videtur graue ijs,qui minimè ipſi leues ſunt.pro Sext.Roſc.37 b.Philoſophi qdã m. mali illi qdem,ſed nõ ſatis acuti.Off.59.b. Te alia m. reprehẽdenda ratio ad honeſtũ otiũ duxit.Att. 14.b. M.verò.1.Tuſc.17.a. Hoc ego præſente ineptus eſſe m. vellẽ. de Or. 94. b. M. vulgare genus dicendi.de Cl.Or.193.b.Vos aũt mihi veremini,ne labar ad opinionẽ,& aliqd adſciſcã,cõprobẽ incognitũ,quod m. vultis. 4. Acad.249.a. Id eſt, nihil minus vultis.

Paſco.

At in eius corpore lacerando cùm animum ſatiare non poſſet, oculos pauit ſuos. in Ant. 232.b.Quos P. Clodij furor rapinis, & incẽdijs pauit.ꝓMil. 102.b. Qui quũ pp paupertatẽ ſues pueꝛ paſceret, vna ex his amiſſa vouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet, vuã ſe deo daturũ,quę maxima eẽt ĩ vinea.1.de Diu.59.a.Ex quo genere cõparationis illud eſt Catonis ſenis,à quo cùm quæreretur qd maximè in re familiari expediret, reſpondit, Bene paſcere. Quid ſm? Satis bene paſcere. Quid tertiũ? Bene veſtire. Quid quartum? Arare Off.2.130.a.Sine hominũ opera,aut paſcere equos,aut domare nõ poſſumus.2.Offi. 19.a.Lancib. & ſplẽdiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere.Att. 6.11t.23.a. Cũ eius cruciatu paſcere oculos, animumque exaturare vellent.in Ver.249.b.

Paſcor.

Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. Att. 4.29. Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quòd, &c.in Piſ. 35. a. Neceſſe eſt offa obiecta, cadere fruſtrum ex pulliore, cum paſcit. de Diu. 86.b.Qui maleficio,& ſcelere paſcũtur.Off. 55. Cũ cauea liberati pulli nõ paſcerẽtur.de Nat.d.27.b.Diſcordijs ciuiũ ac ſeditione paſci.ꝓ Seſt.86.a. Qui colendi aut paſcendi cauſa eſſe in agro conſuerant pro Cęc. 296.b.

Paſtus.

Hic ille planus quęſtu iudiciario paſtus,cõtrahit frontẽ ꝓ Cl. 57.Vt etiã beſtię,fame dominãte,plerũque ad cũ locũ vbi paſte aliquãdo ſint reuertãtur.ꝓ Clu.53.a. Nũc tibi noſtri milites malis orbiculatis eſſe paſti videntur.8.fam.43.in ep. Cæl.

Paſtus.

Suauiſſimus paſtus animorũ, oblectatio ſolertiæ.5.Tuſ.49.Accedunt ad paſtũ animalia alia gradiendo,alia ſerpendo,alia, volãdo,alia nando.2.de N.d.181.a. Partes corporis ad paſtũ capeſſendum conficiendũque.2. de Nat.d.180.a.Cõtraque vt tardã aliquã & languidã pecudẽ ad paſtũ,& ꝓcreandi voluptatẽ,&c.2.de Fin. 67.a. Qui popularetur agros, non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum dicitatis ſuæ. 11. Phil.291. Cõparauit paſtũ animãtib. largè, copioſè natura eum q cuiq;aptus erat.2.de Nat.d.180.a.Omne genus animantiũ,oĩa quæ ſint ad viuendũ neceſſaria,inquirũt,parant, vt paſtũ,vt latibula.1.Of. 18.a.Beſtiæ in paſtu circunſpectãt.de Nat.d.51.b. Tũ pecudũ paſtu,& apum examinib.tũ florũ omniũ varietate, &c.de Sen.50.Ciliees paſtu pecudũ maximè vtuntur.de Diu.99.b.Sine paſtu aliquo, nullus ignis ꝑmanere poteſt.de N.d.2. 29. Volucrũ lapſus, pecudũ paſtus,vita ſylueſtriũ.de N.d. 46.b. & 58.b. Fundit ex ſeſe paſtus varios, varieq; abundantes beſtiijs nihil laborantibus terra.&c.2.de Fin.176.a.

Paſtio.

Aſia uerò tã opima eſt & fertilis, ut & ubertate agrorũ,& uarietate fructuũ,& magnitudine paſtionis, & multitudine earũ rerũ quę exportãtur, facilè oĩbus terris antecellat.ꝓ L. Man.9.a.

Paſcuum.

Vtrũ tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionib. an in Cẽſorum

rum paſcuis inueniſti? 1. de L.Agr.1.a

Paſtor.

O paſtores neſcio quos cupidos literarum. pro Flanc. 30.a

Paſtoralis.

At ille Romuli auguratus paſtoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. 1. de Diu. 174.a

Paſtoritius.

Itaque & ludis & gladiatoribus mirandis ἐπισημασίας ſine vlla paſtoritia fiſtula auferebamus. Att. 1.44. Ferra quædam ſodalitas & planè paſtoritia atque agreſtis germanorum Lupercorum. pro Cæl. 19.a

Paſſer.

Ex paſſerum numero, belli Troiani annos auguratus eſt Calchas. 1. de Diu. 125.a

Paſſerculus.

Cur autem de paſſerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum: &c. 2. de Diu. 99.a

Paſsim.

Illas fabulas deſcribi ab omnibus ſtatim, diuidi paſſim, & peruulgari, atque edi populo Romano imperaui. pro Sylla. 32. a. Num locum ad ſpectandum dare, aut ad prandium inuitare? minimè: ſed vulgò, p. quid eſt vulgo? vniuerſos. pro Mur. 66.a. Bidno me Antonius anteceſſit, itinera multò maiora fugiens, q̃ ego ſequens: ille enim ijt p. ego ordinatim. Brutus Cic. 11.22. P. & liberè leuandi laboris ſui cauſa opere ſolutas aues videmus. 2. de Or. 14.a. P. licet carpentem & colligentem vndique repleri iuſta iuris ciuilis ſcientia. 1. de Or. 94.a. Hi contra vagantur læti atque erecti p. toto foro. pro Fonteio. 19.a. Huc & illuc p. vagantes volucres natura efficit. 2. de Diu. 121.a. P. per forũ volitare. pro Sext. Roſc. 41. b

Paſſus.

Edixitq; vt ab vrbe abeſſet mille paſſus. pro Seſt. 9. b. Paſſuũ millia quatuor & viginti abeſt. 10. fam. 34. in ep. Planci. Ne propius vrbem millia paſſuum ducenta exercitum admoueret, in Ant. 213. b. Erat enim Brutus citra Veliam millia paſſuum tria. Att. 256. b. Millia paſſuum ſeptingenta triduo ambulare. pro Quint. 52.a. Seſe menſum pedibus aiebat paſſuum. c c c c M. Q. fr. 318. b. Qui me deduxit in Academiã perpaucul is paſſibus. de Leg. 167. b. Peragrare paſſibus disiunctiſſimas terras. pro Marcello. 3. a

Patella.

Patella grandis cum ſigillis ſimulachriſq; deorum. in Verr. 210. b. Antiqui reperiemus aſotos primũm ita non religioſos, vt edant de patella: &c. 2. de Fin. 38. a.

Pateo.

Hęc enim ars & latè patet, & ad multos pertinet. de Or. 105. b. Auaritia latiſſimè patet. 1. Off. 37. a. Patet à Syria Cappadocia. 15. fam. 14. Mea domus tibi patet, mihi clauſa eſt. pro Sext. Roſc. 42. b. Huic homini ſi cuius domus patet, vtrum ea patere, an hiare ac poſcere aliquid videtur? 5. Verr. 7.a. Latè enim patet hoc vitium, & eſt in multis. ep. 34. b. Hoc maiorem quandã vim habet, & latius patet, quàm hic cap liceiur. de Inu. 58. b. Hoc latiſſimè patet, ad plurimoſque pertinet. Off. 18. b. Patet iudicatus p. Phil. 14. Literis Latinis illuſtratus locus patet. 2. de Diu. 7. a. Quod enim omnibus patet, & æque promptum eſt mihi & aduerſario meo, id eſſe gratum nullo pacto poteſt. pro Mur. 25. In philoſophorum vita patent, quæ fortuna feriat. Off. 15. b. Si cuius aures ad hanc diſputationem patet. ep. 27. b. Valuæ Concordiæ nõ patent. 2. Phil. 108. a. Cuius beneficia latè patent. Of. 47. b. Patent hæc omnibus ad viſendum. 6. Verr. 5. a. Semper nares propter neceſſarias vtilitates patent. 2. de Nat. d. 217. a Ita patent omnia quæ accidere poſſunt, vt, &c. 10. Att. 42. Septies millies ſeſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat. 2. Phil. 49. Nec ex cõditis, qui iacent in tenebris, & ad quos oĩs nobis aditus, qui penè ſolis patuit, obſtructus eſt. de Cl. Or. 8. a Patuit mihi magis animus tuus, quàm domus. 14. Att. 25. in ep. ad Ant. Domus Iſocratis cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit. de Cl. Or. 167. b. Quòd ſi nobis is curſus, quem ſperarem, pateret, effeciſſem aliquid profectò, vt tu optas, vt hortaris dignum noſtra mora. Att. 10. 204. 5. a. Iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, eſſe facturos. Senatui, lib. 15. 5. Id eſt, minimè aduerſus hoſtiles impetus munita. Vt nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret. de Diu. 109. b. Pateat vacuus aduenienti Cæſari. 8. fam. 32. in ep. Cæl. Quà nos pateamus, & quà ſimus imbecilli. 8. fam. 49. in ep. Cæl. Sed quum illa pateant, in promptuq; ſint omnibus, neque, &c. 1. de Or. 13. a. Velim domum ad tuos ſcribas, vt mihi tui libri pateant, non ſecus acſi ipſe adeſſes. Att. 4. 83. 1. a. Iniurioſum & contumelioſum eſt, his præmijs, & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos & cõiunctiſſimos ſocios, quæ pateant ſtipendiarijs, pateant hoſtibus, pateant ſæpe ſeruis. pro Corn. Balbo, 17. a. Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum? de Aruſp. 256. b. Niſi enim quum deus is, cuius hoc templum eſt omne, quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non poteſt. in Somn. Scip. 10. a. Id eſt, non potes peruenire ad cognitionem harum rerum. Non habere ſe hoc nomen in codice fatetur, ſed in aduerſarijs patere contendit. pro Quint. Roſc. 45. b. Qui exiſtimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. de Amic. 111. b. Facillimos eſſe aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium. ad Q. frat. 1. 19. 37. a. Id eſt, te omnium querelas libenter audire. Vt intelligant omnia mea patere Trebatio. ep. 87. b

Patet.

Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet videmus omnia, neque per nos ſolum, ſed admonemur à noſtris. 12. Phil. 321. a. Quid porrò quærendum eſt, factumne ſit? at conſtat: à quo? at patet. pro Mil. 11. Quum pateat igitur æternum id eſſe, quod ſeipſum moueat, &c. 1. Tuſc. q. 85. a

Patens.

Patens & apertum ex omni parte cælum intueri. 1. de Diu. 3. a. Ac latiſſimè quidem patens hominibus inter ipſos, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. 1. Off. 75. a. Longè latèque patens lucus. in Or. 39. a. Non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ, patentem atque expoſitam cupiditati & voluptatibus. pro Quint. 63. a. Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. 1. de Diu. 152. a

Patentius.

Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non vt negotialis implicitè & expeditè, ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionẽ continet. 2. de Inu. 172. a

Patefacio.

Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio. ad Allienum, lib. 13. 102. Quum illa indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meoſque redundant ex eo fonte dolores. pro Mil. 78. Itaq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci. 6. fam. 34. Ex quo tibi patefeciſti Seianum. 7. fam. 1. Nunc vterque veſtrum patefecit earum rerum additum, quas quærimus. de Or. 93. b. Hæc quæ patefecit oratione ſua Craſſus. 1. de Or. 102. a. Racilius qui vnus eſt hoc tempore Trib. plebis, rem patefecit. ad Q. fr. 2. 10. 5. a. Hæc igitur vobis, ac populo Romano & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna patefecit. de Aruſp. reſp. 11. a. Ne auaritiæ, qua ante hac occultis itineribus atque anguſtijs vti ſolebat, authoritate veſtra viam patefaciatis illuſtrem atque latã. 5. Verr. 188. a. Patefacere aditum aliquò. Tuſc. 5. 48. aliquid, in iudiciumque proferre. Top. 227. b. aliquid obſcurum. Academ. 12. b. aliquid quod non apparet. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 42. aures aſſentatoribus. Off. 1. 129. & Læl. 80. Coniurationem re. pro Syl. 2. a. Vide quam tibi defenſionem patefeceris. 5. Verr. 167. a. Patefacere & illuſtrare obſcura. de Or. 99. b. Odium ſuum in aliquem. Att. 11. 221. 3. a. Verum patefacere & illuſtrare. de Amic. 79. a. Patefacere nobis prouincias, quò exire poſſumus. in Cat. 123. b. Nec quæ ſint in illa Reipub. flamma geſta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi eſſe arbitror. pro D. ſua, 24. a. Qui ea proferenda patefaciendaque curauit. pro Flac. 147. b. Quumque ipſa natura accuratè orationis hoc profiteatur, ſe aliquid patefacturam quod non appareat, &c. 4. Acad. q. 82. a

Patefactus.

Aditus patefactus. Tuſc. 241. b. Vt patefactus aratro lucem aſpiceret. Diu. 2. 39. Lentulus patefactus eſt indicijs & confeſſionibus ſuis. in Ant. 114. b. Quare iſta coniuratio ſi patefacta per me eſt, tã patet Hortenſio, quàm mihi. pro Syl. 167. b. Peruenturos ab hoc aditu ianuaque patefacta. 1. de Or. 102. a. Tamen verum valet, ſi modò id patefactum & illuſtratum eſt. de Amic. 79. Nonne in ea cauſa ius amplicationis obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illuſtratum eſt à patrono? 1. de Or. 86. a. Non patefactum iter ad vrbem? Att. 8. 147 6. a. Patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum, qui antè Populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet. pro L. Man. 14. a Neque ante philoſophiam patefactam hac de re quiſquam dubitauit. de Diu. 88. b. Quia poſſit fieri, vt patefacta & detecta muten-

mutentur. Academ. quæſt. ed. t. l. 2. t t 3. Quibus patefactis, &c. epiſt. 10.

Patefactio.

Atqui hæc patefactio, quaſi rerum operatarum, quum quidque ſit aperitur, definitio eſt, qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam. de Fin. 2. 3. & 4.

Pateſco.

Quæ res pateſcit P. Conſcripti: ſed ſuo tempore totius huius ſceleris fons aperietur. 14. Phil. 395.

Patulus.

At illa quæ in concha patula pinna dicitur, iſque qui enat è cōcha, &c. de 3. Fin. 97. a. Patulis eſt diffuſa ramis. t. de Or. 15. a

Pater.

Quibus nec pater, nec mater ſit. de Or. t 32. b. Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos, Pater Conſcriptus repentè factus eſt. 13. Phil. 336. a. Pater nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. 10. Att. 17. Pater naturalis. in Ant. t 86. b. Pater diuumque hominumque à poetis dicitur Iuppiter. 2. de Nat. d. 47. Patriæ pater, parens libertatis atque Reipublicæ. pro Rab. perduel. reo, 2 t. a. De C. Mario. Pater Stoicorum Zeno. 3. de Nat. d. 15. Pater vitæ neciſque poteſtatem habebat in filio. pro D. ſua, 228. b. Non patris culpa, ſed natura ipſa Hortenſij filium corrupit. 10. Att. 10. Me in patris locum his ſucceſſiſſe exiſtimes. ad Brut. 29. in ep. Brut. Patris præceptis parere. 16. fam. 29. ex ep. Cic. filij. Ne patri quidem meo, ſi reminiſcar, hoc conceſſerim. ad Brutum, 46. in ep. Bruti. Patrem huius mundi nominari negat poſſe Plato in Timæo. de Nat. d. 1. 23. Quæſo, inquam, pater ſanctiſſime atque optime, &c. Somn. Scip. 10. Patres maioreſque noſtri. t. Verr. 37. a. Ei quem produnt patres conſulum rogandorum ergo cum populo patribuſque agendi ius eſto. 3. de Leg. 10. Patrum noſtrorum ætas. Or. 198. b. Patrum auſpicia ſunto, olliq; ex ſe produnto, qui comitijs creare Conſules rite poſſint. 3. de Leg. 8. Memoria patrum id vſu venit. 1. de Or. 90. a. Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. de Amic. 96. b. Vt Petronius apud patres noſtros, Papius nuper. Off. 6 t. b. Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros. Q. Tubero. pro Marcel. 142. b. Quæ cum patribus agentur, modica ſunto. 3. de Leg. 35. Id eſt, modeſta atque ſedata. St ad ſenes de patribus aut parentibus cogitent. de Inu. 61. b

Pater patratus.

Cùm propter inuidiam Numātini fœderis pater patratus ex Senatuſcōſulto C. Mancinum Numantinis dediſſet. 2. de Or. 75.

Paterfamilias.

Paterfamiliàs, quod in eius donatione, qui in Ipſius poteſtate eſſet, approbauit, ratum eſt: quod eo inſcio factum eſt, ſi id non approbat, ratum non eſt. 2. de Leg. 48. Prudens & attentus paterfamiliàs. pro Quint. 6. a. Paterfamiliàs vnus. t. de Or. 66. Patrisfamilias mortui pecuniam ſacris eius coniungi pontifices voluerunt, iiſdemque ferias & ceremonias aſcribendas putant. 2. de Leg. 47. Vt ne morte patrisfamiliàs ſacrorum memoria occideret. 2. de Leg. 77. a

Pateſco, Vide Pateo.

Alterum quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi & concitantur. Or. 208. b

Patibilis, Vide Patior.

Patritius.

Patritius apparatus. pro Seſt. 65. Vt ſi ego me à M. Tullio eſſe dicerem, qui patritius cum Seruio Sulpitio Conſul fuit. de Cl. Or. t 70. b. Dum enim vnus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. ad Brut. 5. 6. a. Quaſi in familiam patritiam venerit Fibrenus fluuius, poſtquam in Lirem fluuium præcipitauit, amittit nomen obſcurius. 2. de Leg. 5. Omnes patritij antiquiſſimique ciues. pro Cæc. 73. Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam niſi plebium fuiſſe? fuerunt enim patritij minorum gentium. ep. t 39. b. De patritijs & plebis familiis locus. pro Mur. t 3. Sylla primus è patritijs Cornelijs igne voluit cremari. pro Murena, t 27 & de Leg. 18 t. b. Exire è patritijs. pro D. ſua, 30. a

Patrita.

Patritam & auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam cognitionis cupiditate incluſam excitant. t. Tuſc. 71. a

Paternus.

Paternus amicus. Att. t 4. 3 10. 2. a. Honor paternus. 5. Verr. 35. a. Paternus, maternuſque ſanguis. pro Roſc. Am. 40. a. Paterna neceſſitudo & amicitia. ad Catonem, lib. 15. 4. 39. a. Nominis paterni ſatis amplum patrimonium liberis ſuis relinquere. pro D. ſua, 114. Egiſſetque lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius. 1. de Or. 86. a. Paterna neceſſitudine me coniunctum habuiſti. 16. Att. 47. Bonorum paternorum exhæres filius. t. de Or. 86. a. Paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus. 4. Acad. 1. a

Patrius.

Patrius animus in liberos. pro Roſc. Am. 13. 14. Hic enim eſt mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando. de Or. lib. t. 41. Vigebat in illa domo patrius mos, & diſciplina. de Sen. 33. a. Sermo patrius. t. de Fin. 7. a. Patria & auita philoſophia. Tuſc. 1. 37. Id eſt, qua vſi ſunt patres, & aui, rudi ſcilicet & impolita. Res patria & auita. 2. Verr. 8. a Senſum percipere ex mœrore patrio. pro Flac. 82. a. Patriæ fortunæ. 3. Verr. 104. a. Patrias pœnas perſequi. t 3. Phil. 382. Ex patriis ritibus optima colunto, præter Idææ matris famulos. 2. de Leg. 36. a

Patrimonium.

Patrimonium dignitatis Senatus. 3. de Or. 2. Mutius paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator fui. de Or. t. 126. At qui vir? &c. qui patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorum conuiuijs maluit diſſipare? pro Flac. 70. Lege Sempronia patrimonium publicum diſſipari. Tuſc. 3. 42. & 43. Effundere patrimonium. 2. Off. 78. a Patrimonium ſuum gubernare. 10. Att. 23. Id ſcito eſſe eiuſmodi, vt frater meus verè exiſtimet, adiuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te conſtitutum. Lent. lib. 1. 9. 102. a. Patrimonium neglexit, agros deſeruit incultos, quid quærena aliud quàm beatam vitam? 5. de Fin. 150. a. Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ noſtræ relinquamus. pro Cæl. 46. & pro D. ſua, 243. b. Expellere aliquem è patrimonio nudum tanquam è naufragio. pro Roſc. Am. 87. a. Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. in Ant. t 79. b. Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, remque præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet, &c. pro Rab. Poſth. 23. a. Patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus. 3. de Nat. d. 57. Publica patrimonia iuris non minus diligenter, quàm priuatæ rei veſtræ retinere debitis. pro Cæc. 54. a. Patrimonijs multos malè vti, nec ob eam cauſam eos beneficium à patribus nullum habere. 3. de Nat. d. 5 t.

Patruus.

Quòd ſcribis libenter repulſam tuliſſe eum, qui cum ſororis tuæ filij patruo certaret, hoc magni amoris ſignum. Att. 6. 107. 3. a. Patruo teſtimonium dicente. 3. Verr. 7. a

Patruelis.

Quòd ſi adeſſet, non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis, & ſocer T. Torquatus, illi omni virtute & laude par. pro Planc. 22. a. Vnaque nobiſcum Q. frater, & T. Pomponius & L. Cicero, frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. 5. de Fin. t. a

Patera.

Patera qua mulieres ad res diuinas vterentur, &c. 6. Verr. 41. a. Mercurius è patera ſanguinē viſus eſt fundere. t. de Diu. 83. Excipere ſanguinem patera. de Cl. Or. 2 1. a Pateræ ſilicatę. Parad. t 2. Idem victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat. 3. de Nat. d. 1 2 t. a

Patibulum.

Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes macellorum fuit? 6. Verr. 81.

Patientia, Vide Patior.

Patina.

Quem denarium narras? quam tyrotharici patinā? 9. fam. 39.

Patior.

Non modò facilè patior, ſed etiam gaudeo. Att. 263. b. Torquato noſtra officia grata eſſe facile patior, eaque augere non deſinam. Att. 209. b. Conſilium meum a te probari facile patior. Att. 238. b. Quibus ſiquando non mutue reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillime patior. Cir. F. Pompeio, libro 5. 7. 4. a. Patior non moleſte eam vitā, &c. 5. Verr. 4. a Cur pateris inquam? malo enim ita dicere, q̄ cur conuellis. 13. Att. 55. Mundus per ſe, & à ſe & patitur, & facit omnia. de Vu. 198. b. Pop. Ro. deligit magiſtratus, in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur: ſin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt.

eſt.pro Planc.272.b.Aequo aïo belli patitur iniuriam.12.Phil. 315.a.De Gallia. Hoc quidem vtiq; perficies, ſi me leuari vis, quem iam etiam grauius accuſas,quàm patitur tua cõſuetudo. Att.12.256.3.a. Patimur enim iã multos annos & ſilemus,quũ videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias perueniſſe.7.Verr.90.a.Quare facilè omnes patimur eſſe quamplurimos accuſatores.pro Roſc.Am. 33.a. Aſperius, q̃ ſui patiuntur mores,aliquid facere.Att.9.188.6.a. Facilè patiebar nos potius Romæ vnà eſſe,quàm alibi.Att. 211.b. Etſi periniquo animo patiebar te à me digredi.Cornif.12.18.4.a.Nullum patiebatur eſſe diem,quin in foro diceret.de Cl.Or.167.a & imbri frumentũ corrumpi in area patiebatur.in Verr. 155.b. Cluentius Stalenum abeſſe patiebatur.pro Clu.35.b.Is nullo ſe implicari negotio paſſus eſt.pro Lig. 137.b.Multa paſſus Vlyſſes in illo diuturno errore.Off.23.b.Non feram,non patiar, nõ ſinam.1.in Cat.7.a.Quoad fides tua,dignitasq; patieẽ Thermor.l.13.54.2.a.Nõ modò facilè patiare,ſed etiam gaudeas.16 Att.46.47.Nam id facilius paterer.2.de Fin.33.a. Paterer mihi à te ſatisfieri.2.Phil. 64. Quem bonum ciuẽ ſemper habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur.ad Lent.l.1.9.28.a.Nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur,qui non Latinis literis illuſtratus pateret.2.de Diu.7.a.Aut ſi per Trib.Pl non patiatur,tamẽ quieſcat rem adduci ad interregnum.Att.107.b.Aſperius q̃ tui patiantur mores,de Dionyſio ſcripſiſti. Att. 251.b. Vt eos quos tutari debeant,deſertos eſſe patiantur.1.Off.41.Etiam ſi dolores tolerabilius patiantur.de Fin.99 b. Patiãtur viros fortes labore,ſe otio ſuo perfrui.pro Seſtio,121.a.Neq; ſolum pati,ſed etiam ei negotio te præficere.16.Att.43.Indignè pati aliquid.7. Verr.25.a Pati aliquid periniquo animo.ep.195.b.Dolores pati toleranter.2.Tuſc.74.a.Pati iudiciũ.pro Quint.34.& 5. Ver. 56.Seruitutem pati poſſunt aliæ nationes:propria eſt Pop.Romani libertas.6.Phil.217.a.Indignè pati.in Verr.242.b.Neque eum,ſi Tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratũ fuiſſe.pro Quint.16.b.Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari.ad Papirium,l.9.25.7.a. Pati poterunt oculi, me cum Gabinio ſententiam dicere.Att.10. 21. Quod in turpi re o patiendum non eſſet.pro Font.281.b. Ad patiendum tolerandumq; difficiles res.2.Tuſc.27.a. De dolore patiẽdo.de Fin. 111.b.Sed ea omnia mihi ſunt patienda.Att.165.b.Iſta non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ videntur. in Catil. 108. b.

Patiens.

In quo ego non quo libenter malè audiã, ſed quia ego cauſã non libenter relinquo, nimium patiens & lentus exiſtimor.2. de Or.168.a.Vir patiens & lentus.Or.134.b.Non modò patienti,ſed etiam libenti animo religioni parebo.de Aruſp.8.Præcepta quæ habent ordinem,& quaſdam errare in dicendo non patientes vias de Cl.Or.189.b.Quis in laboribus patientior? pro Cęl.40.b.Meæ quoq; literæ te patientiorem, lenioremq; fecerunt.ad Q.fr.1.1.60.a.Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſimum Lacedęmonium Lyſandrum accepimus. 1.Off.153.a. Sed iam hoc totum omitto,nõ tam vt ne offendam tuas patientiſſimas aures,quàm ne Tubero,&c.pro Ligario, 14.

Patienter.

Vt igitur & monere & moneri, proprium eſt veræ amicitiæ: & alterum liberè facere,non aſperè:alterum patienter accipere,non repugnanter. de Am.76.Quę tuliſſe illum fortiter & patienter ferunt.11.Phil.293.Otiũ nobis exoptandũ eſt,qđ ij qui potiuntur rerũ, pręſtaturi videntur, ſi q̃dam hoies patientius eorum potentiam ferre potuerint.ad Lent.lib.1.8.9.a

Patientia.

Patientia,eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarũ ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. 2. de Inu. 242. Sed neſcio quõ vſu obduruerat,& percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.pro Mil.57.a. Patientia dolorum animi intentione firmanda eſt. Tuſc.2. 55. Bonorum in carendo patientiã, in vtendo rõnem expetendã putaui.pro D.ſua, 113.a.Patientiã imitatur duritia immanis.Part.43. Habes vbi oſtentes tuam illam pręclaram patientiam famis,frigoris,inopię rerum omniũ. 1.in Cat.19.a.Patientiam optimi cuiuſq; manere.12.fam.34.in ep.Lent.Tentare patientiam alicuius.2.de L.Agr.32.a.Quouſque tandẽ abutere Catilina patientia noſtra quandiu nos etiã furor iſte tuus eludet?1.in Cat. 1.a. Atque hæc cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignũ ſit, non ſolum animum comprimit, ſed ipſum etiam dolorem neſcio quo pacto mitiorem reddit. Tuſc.2.47.Patientia mea bellum alere 10.fam.47.in ep.Plan. Ego Antonium collegam patientia atque obſequio meo mitigaui.in Piſ.3. a. Iam verò quũ in eiuſmodi patientia turpitudinis, aliena,nõ ſua ſatietate o... duruiſſet,&c.7.Verr.27.a.Maximè aũt hęc ętas à libidinibus arcenda eſt,exercendaq; in labore, patientiaq; & animi & corporis.1.Off.172.a. Hoies non ſolum honoribus populi rebuſq; geſtis,verumetiam patientia paupertatis ornatos.2.de L.Agr.66. a.Brutus vſus eſt incredibili patientia.10.Phil.274. a

Patibilis.

Cũq; omne animal patibilẽ naturã habeat, nullũ eſt, &c. 3.de Nat.d.20.Negligenda mors eſt,patibiles & dolores & labores putandi.4.Tuſc.78.a.πάθος Gręci vocant, id eſt, morbũ, quicunq; eſt motus in animo turbidus.Tuſ.3.19.πάθη, hoc eſt morbi,motus ſunt animi rõni nõ obtemperantes.Tuſ.3.6.Quæ Græci πάθη appellant,ego poteram morbos,& id verbũ eſſet è verbo.Tuſc.3.6. Qm̃ quę Gręci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet,q̃ morbos.Tuſc.4.9. παθητικόν, orationis genus.Or.70.Patrę,vrbs Peloponneſi.7.fam.49.

Patria.

Patria eſt, vbicunq; eſt bene.5.Tuſc. 78.Vox Teucri.Patria, qua nihil põt eſſe iucundius.Poſt reditũ in Senatu,204.b.Et eorum eadẽ terra parens altrix,patria dicitur.pro Flac.159.b.Antiquiſſima & ſanctiſſima parens patria.Att.9.180.4.a Patria Athenienſis an Lacędemonius.de Inu.50.b.Patria quæ cõis ẽ omnium noſtrũ parens.1.de Or.13.a.Patria deſerta per Pompeiũ, oppreſſa per Cęſarẽ.10.Att.8. Patria non multò ſecus dulcis ẽ ea quę genuit,q̃ quę excepit.2.de Leg.5.Hęc ẽ mea & huius fratris mei germana patria: hic.n.orti ſtirpe antiquiſſima ſumus: hic ſacra,hic genus,hic multa maiorum veſtigia.2.de Leg.2.Ac nos id quod maximè debet,patria noſtra delectat,cuius rei tanta eſt vis, tanta natura, vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.1. de Or.96.a. Patria pręponenda eſt amicitiæ. 11. familiarium, 47. in ep. Martij. Omnes omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Off. 1.83. Si contentio quædam fiat & comparatio, quibus plurimum tribuendum ſit officij, principes ſint patria & parentes, quorum beneficijs maximis obligati ſumus: proximi liberi, totaque domus,quę ſpectat in nos ſolos,neque aliud poteſt habere perfugium: deinceps bene cõuenientes propinqui, quibuſcum communis etiam fortuna plerunque eſt.Off. 1.83.Patria agitur.pro Planc.64. Id eſt, ius ciuitatis.Patriæ compos. 3. Att.23. Patriæ conſeruator Codrus. de Fin.139.b.Patriæ libertas vitæ amici anteponenda. 11. fam. 45.Me Q.Catulus parentem patriæ nominauit.in Piſ.4.a. Solũ patriæ cùm omnibus eſt charum, tum verò dulce atque iucundum. 4.in Cat. 88.a. Patriam dicimus eam vbi nati, & illam, qua excepti ſumus: ſed neceſſe eſt charitate eam præſtare,qua Reipub.nomen vniuerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere,& quaſi conſecrare debemus. 2. de Leg. 4. Chariorem decet eſſe patriam nobis, quàm noſmet ipſos.3. de Fin.99. a. Cuius cùm patriam Pericſnem cepiſſet hoſtis, admonitus eſt, &c. Parad. 117. b. Omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cælo ac definitum locũ,vbi beati æuo ſempiterno fruantur.in Somn.Scip.8.a.Qui contra patriam pugnauerunt.9.Att. 36.Ego arma contra deos patrios araſque & focos, contra patriam tuli. in Ant. 174. b. Patriam ſeruando euertere. 9. Att. 31. Quærentibus amicis, velletne Clazomenas,in patriam ſi quid accidiſſet,afferri, nihil neceſſe eſt,inquit, &c. Tuſc. 171.b Patriam parentem antiquiſſimam & ſanctiſſimam fame necare. 9. Att. 30. Nam vt peccatum eſt, patriam prodere, parentes violare,&c.3.de Fin.51.a.Patriam reliquit.16.Att.20.Patriam non ſeruandam ad redditum noſtrum, ſed diripiendam & inflammandam reliquimus. 8. Att. 5. Non patriam, ſed prędam putet illa templa & tecta. 7. Att. 43. Patriæ duę Catonis, vna naturę, altera ciuitatis. Nam quum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaque quum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. 2. de Leg. 4. Potius vita quàm patria carebo.3. Att.45.Quę quidem omnia ſunt patria Democriti, quàm Democrito digniora.de Nat.d.1.84.Non ẽ patria expulſi, ſed euocati.3.Att.45.Ne in noſtra patria peregrini atque hoſpites eſſe videamur. de Orat. 106. b. In patria funditus delenda occupatum eſſe. Offic. 1. 83. Mortem virgines, regis opinor Erichthei filiæ, pro patria contempſiſſe dicuntur. pro Seſt. 13. b. Pro patria, & in patria mori pręclarum eſt. Att. 8. 5. Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere,ſi ſit ei profuturus. Offic. 12. b. Patria procul multi ſuam rem bene geſſere & publicam.7.fam.16.

Patricida, Patritius, Patrimonium, Patrius, Vide Pater.

Patro.

Putaſne te poſſe, quæ C. Verres in Quæſtura, quę in Legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaia, Aſia, Pamphyliaq; patrarit, ea quemadmodum locis, temporibusq; diuiſa ſint, ſic criminibus & oratione diſtingueret. Verr. 30.a. Tu, χρίσιν promiſſa patrauit. tu mandata effice quæ recepiſti. Att. 1.9. t 1.a. Ferijs iurgia amouento, eaſq; in famulis, operibus patratis, habento. de Leg. 2. t6.

Patronus.

Patronus, laudator, aduocatus. pro Clu. 88.a. In quibuſdam ciuitatibus patronus cauſis publicè conſtituitur. pro Mur. 334. b. Hic de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti. pro Sext. Roſc. t9.b. de Fin. 4. t9. Patronus ærarij. Tuſc. 3.43. Hic patronus, cuſtos, defenſor illius prouinciæ. pro Syl. 45. Patronus criminum. pro Syl. 9. Patronus omnium fortunarum ac rationum ſuarum. 3. fam. 37. Qualis tum patronus iuſtitiæ fuit contra accuratam orationem Phil. de Am. 25.a. Patronus omnium, & cliēs olim, contraria. 6. fam. 38. in ep. A. Cęc. Domi ſuæ nobiliſſimus vir, Senatus propugnator, atque illis quidem temporibus penè patronus, &c. M. Druſus occiſus eſt. pro Mil. 12.a. Patroni eſt, nonnunquam veriſimile, etiam ſi minus verum ſit, defendere. 2. Off. 72. quis eum vnquam non modò in patroni, ſed in laudatoris aut aduocati loco viderat? pro Cęl. 40.b. Pero à te vt Antonium libertum in patroni eius negotio tueare. ep. 213.b. Conuentus ille me vnum patronum adoptauit. pro Seſt. 4.b. Atqui quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. in Ant. 207.b. Conſtituere alicui cauſæ patronum. pro Mur. 3. a. Dare patronum alicui cauſæ. 2. de Or. 155.a. Alicui cauſæ patronum exiſtere. pro Roſc. Am. 3.a Patronum quærere ad iudicium capitis. Tuſc. 1.58. Patrone mi bene vale. 7. fam. 51. in ep. M. Curij. Hanc tu igitur patrone fœderum & fœderatorum conditionem ſtatutis tuis ciuibus. pro Cor. 59.b. A reſtrorum commodorum patrono conſcripta hęc lex eſt. con. Rull. 81.b. De patrono Marcus eſt adhibendus: iſque diu & multis lucrubationibus commentata oratione ad Tiron. lib. 16.35. Nec tam pertinaces habeat patronos. de Fin. 3.1.

Patrona.

Neque prouocationem patronam illam ciuitatis ac vindicē libertatis Populi Romani dari ſine nobiliū diſſenſione potuiſſe. 2. de Or. 198. a.

Patrocinium.

Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quàm imperiū poterat nominari. 2. Off. 37. Patrocinium nec opinatum. de Nat. d. 1.5. Cum in eius bona, fortunas, patrocinium huius imperij immiſiſſes. pro D. ſua, 217.b. Aut hęc tibi Torquate ſunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. 2. de Fin. 107. a. Arripere patrocinium æquitatis. 7. de Or. 125. 2. Patrociniū Academiæ non defuit. Acad. q. ed. 1. l. 2. 27. Niſi ſomniorum patrocinium philoſophi ſuſcepiſſent. Diu. 2. t 15. Suſcipere patrocinium alicuius deſertæ diſciplinæ. 1. de Nat. d. 10.a. Suſcipere patrocinium patris. in Anto. 210.b. Patrocinium tueri. 5. fam. 21 Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videtur. de Cl. Or. 174. b. Ligitimarum & ciuiliū cōtrouerſiarum patrocinia ſuſcipere. in Or. 65.2. Voluptas plurimorū patrocinijs defenditur. in Parad. 17. a. Si tuam conſuetudinem in patrocinijs tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro ſe cauſam dicier vult. Vatinius Cic. 5.9.1. a

Patruelis, Patruus, Vide Pater.

Patulus, Vide Pateo.

Paucus.

Quum & ego eſſem vnà, & pauci admodum familiares, in eū ſermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore. de Am. 2.a. Poſſet agi, necne, pauci quondam ſciebāt. pro Mur. t19 b. Quanti paucę operę & mercedes fabrorum tulerunt. in Verr. 106.b. Generum quęſtiones modicę & paucę de Or. t21.b. Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionemq; pertimuit. in Or. 7.2. Qui quum plures erant, paucis nobis exęquari non poterant. ad Her 4.171.a. Ad paucos pœna, ad oēs metus peruenit. pro Clu. 101.a Paucos ex multis ad ignominiam ſortiri. pro Clu. t01. Paucas tribus ad vſurpandam libertatem vocare. cont. Rull. 69. b. Pauca niſi è multis eligi non poſſunt. Tuſc. 1.1. Quàm multa, quàm paucis. t t. ſam. 38. Sub. cōplexus et. Aperta enim res eſt, & quotidie nos ipſa natura admonet, ꝙ paucis, ꝙ paruis rebus egeat, ꝙ vilibus. 5. Tuſc. t45. a. Ecce aūt repentè his diebus paucis, comitijs Cōſularibus factis. 2. Verr. t1.a. Paucis interpoſitis diebus iterum redijt. de Cl. Or. 43. Paucis diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios. ad Curionem, l. 2.6.7.a. Id eſt, intra paucos dies. Spero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore. ad Q. fr. 3.17.4. a

Pauculus.

Quintum Voluſium tui Tiberij generum, certum hominē, ſed mirificè abſtinentem, miſi in Cyprum, vt ibi pauculos dies eſſet. Att. 5.110.5. a

Paucitas.

Paucitas in partitione ſeruatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permiſtè cum partibus implicantur. 1. de Inu. 47. De pantheris, per eos qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt, & eas, quæ ſunt, valde aiunt queri, quòd, &c. ad Cęl. lib. 2. 10.4.a. Paucitas militū. 15. fam. 4. Quanta oratorum ſit, ſemperq; fuerit paucitas, iudicabis. 1. de Or. 5.a Definita numero & paucitate genera. 2. de Or. 79.a. Ex paucitate eius decem ad me tranſierunt. 10. fam. 31. in ep. Planci. Id eſt, ex paucis equitibus eius. Vt de reliquorum paucitate publicè diceret. 5. Verr. 68. a

Paueo.

Animus pauet apud cōſiliū illud pro reo dicere. 5. Phil. 172.a

Pauens.

-nauem vt horriſono freto.
Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ. 2. Tuſc. 4 t. a

Pauor.

Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. 3. de Or. 85. & 121. a. 3. Tuſc. 30. a

Pauimentum.

Compoſtę arte pauimento lexes. 3. de Or. 94. a Pauimenta marmora. 2. de Leg. t Natabant pauimenta vino: madebant parietes. 2. Phil. 103.a. Facere pauimenta. Q. fr. 3.17.2.2. Pauimenta & porticus habet villa. Q. fr. 3. 1.

Pauimentatus.

In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatum trecentum pedum concupierat. pro D. ſua, 89.

Pauio.

Sed quia quum paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, poſt terripudium dictū eſt, hoc quidam iam tripudium. 2. de Diu. 57.

Paulatim, Paulisper, Paulò, Paululum, Paulum, Vide Parum.

Pauo.

Alia autem nullam ob vtilitatem quaſi ad quendam ornatū, vt cauda pauoni, plumę verſicolores columbis, viris mammę atque barba. 3 de Fin. 19. a. Plures pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. 9. fam. 44.

Pauor, Vide Paueo.

Pauper.

M. Manlius patrum noſtrorum memoria pauper tandē fuit: habuit enim ędiculas in Carnis, & fundū in Labicano. in Parad. 64.a: Ex paupere diues factus in Var. 35. b. Non modò non copioſi ac diuites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt. in Parad. 66.a. De improbis & auaris.

Paupertas.

Paupertas, ignobilitas, humilitas. Tuſc. 234. b. Paupertas ſi malum eſt, mēdicus beatus nemo eſſe poteſt. de Fin. 144.b. Paupertas diuitijs inter homines ęqualis eſſe debet. 2. de Leg. 26. Paupertas deorum aditu arcenda eſt, ſumptu ad ſacra adhibito 2. de Leg. 26. Paupertas orationis. 4. fam. 10. Cauſam paupertatis defendere. 5. Tuſc. 144.a. Homo non ſolum honoribus populi, verum etiam patiētia paupertatis ornatus. 2. de L. Agr. 66.2. Paupertatis vna eademq; vis eſt. Tuſc. 3. 48. Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquā obſcurè tuliſti. in Parad. 57.a. Qui propter paupertatem ſues paſceret. Off. 40.b. Vt de paupertate nonnumquam, cuius onus diſputando leuamus, docentes quàm parua & quàm pauca ſint quę natura deſyderet. 3. Tuſc. 94 a

Pax.

Pax, eſt tranquilla libertas 2. Phil. 109.a. Pax & cōcordia cęteris gignetur, cū iam domeſticis non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. in Ant. 193.b. Quęſo (inquit) ne me è ſomnō excitetis, & pax ſit rebus, audite cętera. in Somn. Scip. 8.a. Nihil eſt aliud in fœdere, niſi vt pia & ęterna pax ſit. ꝓ Cor. 38. a. Pax denique per eum cum præſtantiſſimis ciuibus confirmata eſt. in Ant. 153.b. Tibi data eſt ſumma pax, ſumma trāquillitas. ad Q. fr. 1.

fr.1.1. 8.2. Macedoniæ à Barbaris, quibus eſt propter auaritiam pax erepta, vexatur, de Prou.3.2. Cũ his ficta pax, nõ erit pax, ſed pactio ſeruitutis 12. Phi.328.2. Pax vel iniuſta vtilior eſt, quã iuſtiſſimũ bellũ. 7. Att.49. Pax victoria nõ pactione pariẽda eſt 10. fam.11. Pax placidiſſima, Tuſ.5.36. Pax in quo ſit 10.fam.12. Mihi pacis authori quò Martis ſignũ? 7.fam.41. Pacis cãpi.4.ad Her. 157. Comes pacis & otij ſocia eloquẽtia, de Cl.Or.22. Conditio pacis quę eſt, in qua ei cũ quo pacẽ facias, nihil cõcedi poteſt? 12 Philip.326.2. Pacis defenſor.4.fam. 1. Pacis fundamenta.1. Philip.1. Nũmarius interpres pacis & cõcordię nõ probatur, ꝑ Cæl. 38.b. Pacis mãdata mihi das ad Cæſarẽ 8.fam.48. in ep. Cæl. Nomẽ pacis dulce, & res ipſa ſalutaris 2.Ph.109.2. Pacis dulciſſimũ & pulcherrimũ nomẽ, i Ant.241.b. In ſpẽ pacis venire. Att.9.186. 2.2. Sũma trãquillitas pacis & otij. 1. de L.Agr.15.2. Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarũ, ſemper eſt cõſulẽdũ. Off.1.53. Pacẽ accipere.5.fam.63. Ad pacẽ deprecãdã miſerat legatos 12. fam.52. Quũ ſentẽtia Senatus inclinaret ad pacẽ & fœdus faciẽdũ cũ Pyrrho. de Sen.15.2. Equidẽ ad pacẽ hortari nõ deſino, quę vel iniuſta vtilior eſt, quã iuſtiſſimũ bellũ in ciuibus. Att.7.133.4.2. Pacẽ quamuis iniqua cõditione cupiebã. 6.fam.13. Cõciliare pacẽ inter aliquos, ep.160.b. Põpeius pacẽ maritimã cõfecit, ꝑ Fla.152. b. Pacẽ cõſtituere, pro Roſc.Am.13. Pacẽ eſſe cupere pro Ligar. 11. Ego pacẽ cũ M.Antonio eſſe nolo, in Ant.210.b. Pacem inhoneſtã cũ Gallis fecit C.Põpilius.1.ad Her.27. Cõſules noſtri pacẽ cũ Samnitibus fecerũt, de Orf.2. Inter pacẽ & bellũ nihil mediũ. 8.Phil.236. Pacẽ haberemus q̃ erat facta per obſidẽ puerum M.Antonij filiũ. 2.Phil.93.2. Poteritis igitur exploratã habere pacẽ, quũ in ciuitate Antonium videatis, vel potius Antonios? 7. Phil.227.2. Spero etiã in præſentia pacem nos habere, ad Att.7. 133.2.2. Ab Ioue Optimo Maximo, cęteriſq; dijs, &c. pacẽ & veniã peto, precorq; , &c. ꝑ Rab.perd. reo,3.2. In bellis gerẽdis ab dijs imortalibus pacẽ & veniã, petere ꝑ Fõt.2. Etenim vt circũſpiciamus omnia, q̃ populo grata atq; iucũda ſunt, nihil tã populare, quã pacẽ, quã cõcordiã, quã otiũ reperiemus. 1. de L.Agr.14.2 Pacẽ retinere. 8.Att.37. Cũ his pacẽ ſeruabit Antonius? 7.Phil. 230.2. Nos illud quidẽ cũ pace agemus. 5.Tuſc.121.2. L.Sylla Mitridatẽ, &c. cũ pace dimiſit, ꝑ Mur.30.2. De pace Pyrrhi agere.1. Phil.8. De pace ſentio ſimulationẽ eſſe apertã, parari autẽ bellũ acerrimẽ. 10.Att.4. Tu eſſes vnus profecto, qui & meo iudicio, & omniũ vix vllam cæteris oratoribus (pace horũ dixerim) laudẽ reliquiſti.1.de Or.38.2.3.de L.32. Pace magiſtri dixerim. Fat.4. Cuius ego iudiciũ (pace tua dixerim) lõge antepono tuo 5.Tuſc. 9.& 3.de L.27. Atq; vt in perpetua pace eſſe poſſitis, ꝓuidebo 3. in Cat.72.2. In pace & otio copias parare, ꝑ Cęc.24.2. Pace iniqua 7.fam.12. Id eſt, pacis iniqua cõditione. Qui vt pace vterentur, vim argenteã dederũt, de Prouin.Conſ.3.2.7.Att.55.

Pacificatio.

Quod quæris ecquæ ſpes pacificationis ſit, quãtũ ex Põpeii multo & accurato ſermone ꝑſpexi, ne voluntas quidẽ ẽ. Att.7.31. Reſpõdit ſe nõ dubitare, qn & opẽ & gratiã meã ille ad pacificationẽ quæreret. Att.9.181.19.2. In pacificatione ſe iterponere. 10.fa.59.

Pacificator.

Pacificator cũ librariolo ſuo videtur obiiſſe legationem 15. Att.16. Iam enim illũ emptũ pacificatorem peroraſſe puto, iam actũ aliquid eſſe in conſeſſu Senatorũ. Att. 10.1. Primum igitur ſcito, me primum non eſſe rogatũ ſententiam, prępoſitumque eſſe nobis pacificatorem Allobrogum. Att.1.25.

Pacificatorius.

Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. 12.Phil.320. Id eſt, quę pacem fieri petebat.

Pacificus.

Ecquæ pacifica perſona deſyderetur, an in bellatore ſint omnia. Att.8. 41.

Paco.

Pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi, ad Catonem, lib.15.17.

Pacatus.

Huic inquam tali viro, quem nos Senatuſconſulto collaudari mus, poteritne pacatus eſſe Antonius? 7.Phil.232. Pacata nequitia. 5.Phil. 181. Ciuitates non modo pacatæ, verũ etiam ſociorũ atq; amicorũ ad vim atq; arma confugient 3. Verr.54.2. Pacatæ gazæ, quæ longa pace collectæ ſunt, ꝑ Seſt. 80. Sed & huius oratio in philoſophia tranſlata, pugnacior (vt ita dicam) videtur, & illorum in iudicia pacatior, de Cl.Orat.63.2. Prouincia pacatiſſima, pro Lig.2.2.

Paxillus.

Quomodo.n. veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? Quã literã etiã è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, cõſuetudo elegans Latini ſermonis euellit, in Orat.86.2.

Pecco.

Nõ multa peccas, inquit ille, &c. At ego te veriſſimè dixerim peccare nihil, ꝑ Mur.55.2. Empedocles multa alia peccat, de Na.d. 7.b. In hoc eodẽ peccat Hieron. de Fi.71.b. Eadẽ ferè peccat paucioribus verbis Xenoph. de N.d.1.14. Peccat magis ineptiis, quã improbitate.13.fa.3. Nemo peccat, niſi aſſenſione. Aca.q. edit.1.l 2.38. In eã partẽ potius peccãt quę eſt cautior, ꝑ Roſc.Am.33.2. Peccaui, ſceleriteq, feci.1.ad Q.fr.50. Si quid i re peccaui, ac potius quoniã peccaui, ignoſce: i me.n. ipſum peccaui vehemẽtius. Att.3.55.6.2. In his ſiqui errauerũt, hominũ cõiectura peccauit, de N.d.28.b. Vt.n. ſi grammaticũ ſe profeſſus quiſquiã barbarè loquatur: aut ſi abſurdè canatis, qui ſe velit haberi muſicũ, hoc turpior ſit, quòd in eo ipſo peccet, cuius profitetur ſciẽtiam: ſic, &c. 2.Tuſc.18.2. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique uno aliquo in genere peccaſſet. 4.Ver. 6.2. Peccare, eſt tanquam tranſire lineas, Para.23. Nunquam igitur eſt utile peccare, quia ſemper turpe: & quia ſemper honeſtũ eſt uirum bonum eſſe, ſemper eſt utile. 3.Off.84. Vt ipſum, quòd maneam in uita, peccare me exiſtimem, Figulo, lib.4.13.5.2. Peccare in alium, & peccare in ſe 3.Att.23. In ratione uitæ. Tuſc.2. 9. In Repub. Att.98.b. Mihi apud te in ſcribẽdo licet 13. fam.34. Nemini licet. Tuſc.5.41. Suauitatis cauſa peccare ut liceret, impetratum eſt à conſuetudine, in Or.89. Peccare principes tantũ mali non eſt (quanquam eſt hoc malum per ſeipſum magnum) quantum illud, quòd permulti imitatores principum exiſtunt. 3.de Le.29. Peccare mihi interdum uideor, id faciens: interdum peccaturus eſſe, niſi faciam 12.Att. 16. Peccaſſe mihi uideor qui à te diſceſſerim. 16.fam.2.

Peccatur.

Decori ignoratione in pœmatis ſæpiſſime peccatur, in Ora. 39.2. Num igitur dubium eſt, quin ſi in re ipſa nihil peccetur à ſuperioribus, uerbis illi cõmodius utũtur? 4.de Fi.93.2. Perturbatione rationis atque ordinis peccatur, quicquid peccatur, in Parad.32. Quo in genere etiam in Rep. multa peccãtur. 1.Off.49.2. Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore quàm putas.7. Verr.137.2. Peccandi nulla omnino cauſa eſt, de Fi.1.41.

Peccans.

Multa alia peccans, de Nat.d.1.22.

Peccatum.

Peccatũ eſt proper e patriã 3.de Fi.51.2. Nõ meo uitio ſit hoc quidẽ tẽpore (à te.n. eſt peccatũ) ut me iſta epiſtola nihil conſoletur. Att.11.224.1.2. Si gladiũ quis apud te ſana mẽte depoſuerit, repetat inſaniẽs: reddere, peccatũ ſit: nõ reddere, officium 3. Off.128.2. Peccatũ meũ corrigi nõ poteſt 11.Att.33. Noſtrũ quidẽ ſi eſt peccatũ, in eo eſt q, &c. Att.7. 123.14.2. Omne peccatũ, imbecillitatis & inconſtantiæ eſt, de Fi.4.73. Oratoris peccatum ſi q eſt animaduerſum, ſtultitię peccatũ uidetur 1.de Or.61. Peccati cauſa ſępę pecunia.2.ad Her.33. Excuſatio peccati nulla eſt, ſi amici cauſa peccaueris, de Amic.53.2. Vir ſapientiſſimus, atque haud ſcio an omniũ prǽſtantiſſimus, peccatũ ſuum q celari poſſet, cõfiteri maluit, quã hęrere in Rep. religionẽ 2.de Na.d.9. Peccatum non excuſat amor.2.ad Her.57. Peccatum nõ excuſat iracundia 2.ad Her.57. De quibus memini mihi è te Myrina literas eſſe allatas, non mei errati, ſed tui, in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modò erat, fratris tui & Tullij, Rufo, lib.5.60. Ne illud quidem animaduertebas, eiuſmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu negare poſſes: in tabulas enim retuliſti. 3. Verr. 103.2. Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & contra officiũ, media locabat quædam: rectè facta ſola in bonis actionibus ponẽs. 1.Acad.53.2.& de Fin.104. b. Præter culpam ac peccatum, qua ſemper caruiſti & carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. Meſcinio, lib.5.216.14.2. Nemo ita in manifeſto peccato tenebatur, vt quum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur, ſi negaret. 4.Verr.139.2. Cum eo, quod ſine peccato meo fiat. 6.Att.8. Vitia & peccata 2. Phi.61. a. Peccata quoniam ex vitijs manant, ſint ęqualia neceſſe eſt. Para.27. Peccata ea ſunt animaduertenda maximè, quę difficillimè præcauentur, pro Roſc. Am. 68. Peccata non rerum euentis, ſed vitijs hominum metienda. Parad.23. Peccata paria, iuxta Stoicos. Acad. queſt. edit.1. lib. 2.124. At leue delictum eſt, omnia peccata ſunt paria, pro Mur. 139. b. Peccata eſſe paria quomodo probent Stoici, de Fi.4.72. Quam facultatẽ mihi multitudo iſtius vitiorũ peccatorumq; largitur, in Ant.169.b. In iis pernicioſus eſt error, qui exiſtimãt libidinum peccatorumq; omniũ patere in amicitia licentiam. de Amic. 111.b. Sic ego decem annorum peccata recordans, &c. ſuccenſebam. Articlun.9. 173.4.2.

Supplicia peccatis, prȩmia rectè factis exiſtēt. 3. de Nat. d. 64. Scin nos multis noſtris peccatis in hanc ęrumnam incidiſſe. Att. 3. 54. 2. a. Id quantis noſtris peccatis vitiiſq; euenerit, non poſſum ſine moleſtia cogitare. Att. 8. 165. a. a.

Pecto.

Quod proprium eſt Catilinæ de eius delectu, imò verò de amplexu eius, ac ſinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, 2. in Cat. 42. a.

Pectus.

Onerandum, complendumque pectus maximarum rerum & plurimarũ ſuauitate, copia, varietate. 3. de Ora. 67. a. In amicitia niſi (vt dicitur) apertũ pectus videas, tuumq; oſtẽdas, nihil fidũ, nihil exploratũ habeas, de Amic. 80. Ad pectus aduolare. 15. fa. 44. Amicus per ſe amatur toto pectore, vt dicitur. 2. de Le. 73. a. Te vehementer etiã atq; etiã rogo, magis quã à me vis aut pateris te rogari, vt hãc cogitationem toto pectore amplectare. Att. 12. 45. Toto pectore, vt dicitur, cogitare aliquid. Tuſc. 2. 50. Incumbe toto pectore ad laudem. Plan. 10. a 1. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. 13. 270. 1. a.

Pecuaria, Pecuarius, Vide Pecus.

Peculium.

Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tãta lucra facit, vicariũ nullũ habet, nihil omnino peculij 5. Ver. 74. a. An eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij nullã conditionẽ recuſant duriſſimæ ſeruitutis? in Para. 49. a. Homines, poſteaquã reus factus eſt, alij redditi, alij etiam nunc retinentur, peculia omnium vicarijque retinentur. 3. Verr. 65. a.

Peculiaris.

Exoritur peculiare edictũ repẽtinũ, Nequis frumẽtũ de area tolleret, ante quã cũ Decumano pactus eſſet. 5. Ver. 28. a. Id eſt, ad aliquod tẽpus propriũ. Hoc verò mihi peculiare fuerit, hic etiam iſto frui. Q. fr. 1. 12. 4. a. Venio ad Lyſaniã, peculiarẽ tuũ Deciane teſtẽ, ꝑ Flac. 40. a. Quid? peculiarẽ habes aliquã Siciliã, q̃ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditet? in Verr. 186. b.

Peculator.

Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt. 3. Off. 95. a.

Peculatus.

Certiſſimus peculatus. 5. Ver. 142. a. Cũ pecuniã publicã auerterit, nũ fraude poterit carere peculatus? in Ant. 241. b. Si q̃s peculatus accuſetur, q̃ vaſa publica de loco priuato dicitur ſuſtuliſſe, ad Her. 4. b. Damnari peculatus, & damnari pecuniæ publicæ, ꝑ Flac. 33. a. Erũt etiã fortaſſe Iudices, qui illũ eius peculatũ vel acerrime vindicandum putent: quòd, &c. 5. Ver. 7. a. An de peculatu facto, de tabellario incẽſo longa oratio exprimenda eſt? pro Rab. 91. b. De ſicarijs, de veneficijs, de peculatu inficiari neceſſe eſt, Or. 118. b.

Peculiatus.

Balbus planè bene peculiatus. 10. familiarium, 70. in epiſto. Aſ. Pollionis.

Pecunia.

Quæ fuit eius peragratio itinerum, luſtratio municipiorum. 2. Phil. 70. a.

Peramo.

Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore? 1. de Leg. 77. a.

Peramans.

Homo peramans ſemper noſtri fuit, nec mihi vnquam odio. 4. Attic. 27.

Peramanter.

Qui me quidem perofficioſe & peramanter obſeruant, nono famil. 47. b.

Peramplus.

Signa perampla, in Ver. 226. b. Sunt ea ſimulachra perampla atque pręclara, ſed non ita antiqua, a. Simulachra duo perampla & pulcherrima, a.

Perauguſtus.

Vt in dolore cruciatuque moriens, perauguſto freto diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. 7. Verr. 133. a

Perauguſte.

Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, vt Craſſus hęc, quæ coarctauit, & perauguſtæ referſit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet. 1. de Orat. 79. a

Perantiquus.

Denique hunc proximo ſęculo Themiſtocles inſecutus eſt, vt apud nos perantiquus: ut apud Athenienſes, non ita ſanè vetus, de claris Ora. 50. a Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate in ædibus à maioribus traditum, perantiquum: in quo ſigna pulcherrima quatuor ſummo artificio, ſumma nobilitate, quæ non modo iſtum hominem ingenioſum atque intelligentem, verùm etiam quemuis noſtrum, &c. 6. Verr. 3. a.

Perappoſitus.

Sunt etiam illa perabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolum nimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis. 2. de Orat. 151. a.

Perarduus.

Mihi autem hoc perarduum eſt demōſtrare. 5. in Verr. 141. a

Perargutus.

Quem ſtudebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam (ut ſcitis) deſertus, de Claris Ora. 86. a.

Perattentus.

Superiore omni oratione perattentos veſtros animos habuimus. 5. Verr. 9. a.

Perattente.

Animaduerti enim Iudices audiri à uobis meum familiarem L. Herennium perattentè. pro Cæl. 18. a.

Perbacchatus.

At quàm multos dies in ea villa turpiſſimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. 2. Phil. 101. a Qui poſteaquam ille ſuum annum in Repub. perbacchatus eſt; omniaque quę commouerat, pace & otio reſederunt, &c. in Saluſt. 6. a.

Perbeatus.

Cogitanti mihi ſæpenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe Quinte frater illi videri ſolent, qui, &c. primo de Orat. 1. a.

Perbelle.

Perbelle feceris, ſi ad nos veneris ad Attic. lib. 4. 73. 2. a. Sed ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas, ad Tironem, lib. 16. 24.

Perbene.

Perbene loqui Latinè putabatur, de claris Orat. 55. a

Perbenigne.

Perbenigne mihi reſpondit, ad Q. fr. 2. 10. 2. a

Perbeneuolus.

Cennius eſt perbeneuolus nobis. 14. fam. 13.

Perblandus.

Huic videlicet perblandus reperiendus fuit, qui hominum, vt tu uis, auariſſimum exorare, pro Rab. Poſth. 31. a Succeſſorem habes perblandum, cętera valde illius aduentu tuo requirentur. primo ad Q. fr. 41.

Perbonus.

Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat, poſtea Pompeij procuratoribus ſexcentis premij cœptus eſt, ad Attic. 6. 3. Perbona toreumata, ſexto Verri. 33. Agros habent, & natura perbonos, & diligentia, culturaque meliores, pro Flacco. 56.

Perbreuis.

Quodque difficile eſt, idem & perornatus & perbreuis, de claris Orat. 81. a. Altera pars ea quæ propria eſt iudicij veſtri, & legitimæ veneficij quęſtionis, per mihi breuis, & non magnæ in dicendo contentionis fore videtur, pro Clu. 1. a. Perbreue tempus, in Verr. 152. b

Perbreuiter.

Sed hæc de auſpicijs, quæ ego nunc perbreuiter attingo, acta ſunt à te, pro Domo ſua. 32. Ac ne diutius vos demorer, de omni iſto genere quid ſentiam perbreuiter exponam, ſecundo de Orat. 130. a.

Percalleo.

Sed neſcio quo modo iam vſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia, pro Mil. 57. Si modo vſum rerum percallueris, nihil te effugiet. 2. de Ora. 80. a Hoc eſt, perfectè callueris, intellexeris.

Percautus.

Delectus in familiaritatibus, & prouincialium hominum & Græcorum percautus & diligens, ad Quintum fratrem libro primo. 1. 37. a

Percelebro.

De qua muliere plurimi verſus qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur. 7. Verr. 65. a Id eſt, vulgo canuntur. Audita & peruulgata & percelebrata ſermonibus res eſt, pro Cæl. 55. a.

Perceler.

Cuius ſerui perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum venenum, pro Cæl. 46. a

Perceleriter.

Perceleriter aliquid afferre, epiſt. 89. b.

Percello.

Vis Martis, non ira victoriæ, ciues, quos amiſimus, perculit, pro Marcello, 10. a. Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto, pro Milone, 42. Scipio qui T. Gracchum perculit, de Oratore 135. b. Quid enim ullum aliud perculit, niſi quòd poteſtatem intercedendi Collegæ abrogauit? 3. de Leg. 34. a Hæc te nox non perculit? non perturbauit? 5. Verr. 113. a. Deſinant, deſinant homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt, pro Domo ſua, 21. a. Quæ quamuis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent, pro Milone. 113. b. Si te fortè dolor aliquis perculerit, exclamabis ut mulier? ſecunda Tuſcula. 80. a. Ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe, atque afflixiſſe videamini, pro Cæl. 54. b. Repentina vi ac tempeſtate populari percelli, pro Seſtio. 113. a.

Perculſus.

Perculſus deſtitutione, pro Quint. vndecimo. Repente perculſus eſt atrociſſimis literis, in quibus ſcriptum erat, fundum, &c. Peto, libro 9. 25. 5. a. Qua ille rei nouitate perculſus. Diuin. libro 1. 101. Timore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat, recreata ad XII. Calen. Maij te huc venire, quàm ſe ad te ire malebat, ad Brut. 6. Perculſa & afflicta iamdiu ſuis conſilijs Gręcis, pro Flacco 12. a. Iacet ille nunc proſtratus Quirites, & ſe perculſum atque abiectum eſſe ſentit, ſecundo in Catil. 26. a. Sum animo perculſo & abiecto, ad Attic. 3. 2. Neque enim dubito, quin ii tales viri ſuſpicione aliqua perculſi repentina, de ſtatu ſuo declinarent, pro Clu. 85. a. Perculſę copiæ decimo famil. 37. in epiſt. Planc. Perculſa & proſtrata fœdiſſimo

bello

bello iacent omnia. 4. fam. 11. Omnia ſunt excitanda tibi C. Cæſar vni quæ iacere ſentis, belli ipſius impetu (quod neceſſe fuit) perculſa atque proſtrata. pro Marcel. 13.a. Improbos eſſe quaſi perculſos. Att. 116. b

Percenſeo.

Italiam percenſuiſti, perge in Siciliam. de Lege Agr. 54. a. Quo in genere percenſere poterit pleroſque inueniendi locos. in Part. 70. a. Quod tam diuinum atque incredibile genus orationis, quo quiſquam poſſit veſtra in nos vniuerſa promerita, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando? poſt reditum in Senatu, 1.

Percitus.

Huius rei timore p.c. percitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam, noſtra omnia prius experiri malui. Plancus ad Senatum, lib. 12.33. Siue enim illud animo irato ac percito ſeciſſet, vt incenſus odio, trucidaret inimicum, arbitrabantur eũ tanti mortem P. Clodij putaſſe, vt, &c. pro Mil. 46.

Percipio.

Qui quid percipit, aſſentitur ſtatim. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 37. Quid percipit & quid iudicat, quo aut petat, aut fugiat aliquid, præter voluptatem & dolorem? 1. de Fin. 24. Ea magis percipimus atque ſentimus, quæ nobiſipſis proſpera aut aduerſa eueniunt, quàm illa quæ ceteris, quæ quaſi longo interuallo interiecto videmus. Off. 1. 43. Vnde memoria, ſi nihil percipimus (ſic enim quærebas) quòd meminiſſe viſa niſi comprehenſa non poſſumus? 4. Acad. 189. a. Acerbiſſimos dolores, miſeriaſque percepit. ad Terentiam, lib. 14. t. 3. a. Themiſtocles omnium ciuium nomina perceperat. de Sen. 19. a. Vt quodcunque tu conſilium percepiſſes, id nobis perſequendum putaremus. Att. 126. b. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt. 1. Off. 86. a. Cognoſcere & percipere aliquid. de Fin. 61. b. Animo percipere aliquid, & memoria cuſtodire. 1. de Orat. 63. a. Oculis aliquid percipere. 6. Verr. 56. a. Diligenter quæ dicuntur percipere, & ea penitus animis noſtris mandare. 1. in Cat. 19. a. Diſciplinas ſingulas percipere ſi magnum eſt, quanto maius omnes? 1. de Nat. d. 18. a. Percipere fructum ex aliqua re. Tuſc. 2. 1. Vt fructum victoriæ Populus Romanus percipere poſſit. 7. Verr. 62. a. Serere, percipere, & condere fructus. de Seneƈt. 21. a. Percipere cogitatione futura. Off. 1. 113. Percipere humanitatem, virtutem & doctrinam. 1. ad Q. fr. 21. Iucunditatem vel lætitiam percipere. 2. de Fin. 22. a. Capere voluptatem, percipere luctum, ep. 232. b. Percipere præcepta artis. Off. 1. 85. Percipere quale quidque ſit. Tuſc. 1. 40. Percipere religionem & authoritatem alicuius. pro Cæl. 43. Percipere virtutem. pro Arch. 12. Percipere animo maximas voluptates. de Fin. 2. 89. Non enim hanc ſolam ſequimur, quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus. lib. 1. de Fin. 29. Eam autem ita perſequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus. 2. de Fin. 51. a. Id ſi minus intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque ex diſcordijs percipi poteſt. de Amic. 23. a. Neque tamen id percipi ac comprehendi poſſe. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 24. Id ſolùm percipi poſſe, quod eſt tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 103. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. ad Trebat. 7. 20. 3. a. Quæ neque oculis, neque auribus, neque vllo ſenſu percipi poteſt. Or. 197. b. Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi poſſe. 1. de Fin. 96. a. Philoſophia oratori neceſſariò percipienda. 1. de Or. 111. a. Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimùm à pueritia ſtudij fuiſſet & temporis. ad Q. fr. 295. b. Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis, quàm propinquum. Off. 12. b

Perceptus.

Tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina. 4. Acade. quæſt. 1. a. Si nihil habeat percepti & cogniti. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 24. Id perceptum cognitumque eſſe. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 19. Perceptæ & vſitatæ deorum cognitiones. de Nat. d. 1. 17. Tamen quoniam vſu percepta ſunt. de Fin. 3. 4. Percepta & comprehenſa tenere. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 23.

Perceptio.

Perceptio, quam κατάληψιν Græci vocant. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 18. Neque agricultura, neque frugum, fructuumq; reliquarum perceptio & conſeruatio, ſine opera hominum vlla eſſe potuiſſet. 2. Off. 16. Nulla eſt cognitio, nulla pceptio. de Nat. d. 1. 55. Neque hoc quicquam eſſet turpius, q̃ cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemq; percurrere. 1. Aca. 65. a. Perceptiones animi. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 23. Ars verò quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex vna, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? 4. Acad. quæſt. 45. a

Percomis.

Qui peritiſſimus iuris, idemque percomis eſt habitus. de claris Or. 113.

Percommodè.

Hoc loco percommodè accidit, q̃ non adeſt is qui paulò antè affuit. pro Cæc. 56. a. Et q̃ mihi nihil, aut q̃ nõ multum relinquis, p. facis, eſtque mihi gratum. 2. de Or. 190. a. P. factum eſt, q̃ eis de rebus, quæ maximè metuuntur, de morte & dolore, primo & proximo die diſputatum eſt. 4. Tuſc. 104. a.

Perconditus.

Exponam vobis non quandam aut perconditã, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem conſuetudinis meæ. 1. de Or. 67. a

Percontor.

Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Rep. percõtatus eſt. in Somn. Scip. 3. a. Nunquam te, niſi omnia, quę percontati erimus, explicaris, dimittemus. de Or. 93. b. Cùm interrogamus noſmetipſos, aut percontamur. Part. 234. b. Et ab aduerſarijs percontabatur accuſator, quid futurũ ſit, ſi, &c. ad Her. 10. b. Cum Theophraſtus percõtaretur ex anicula quadã, quanti illud venderet, &c. de Cl. 89. a. Quę nec percontari, nec audire ſine moleſtia poſſumus. Aca. q. ed. 4. l. 1. a. Percontari ab alijs ad Her. 10. b. Diſciplinam aliquam ex alio percontari. 2. de Diu. 115. a. Is ſolebat ex me percontari noſtri augurij diſciplinam, & ego illius. con. Rull. 85. b. Singulos percontari. Cęlius Cic. 8. 7. 4. a. Sed tamen percũtando de nominibus Milonis, aliquid proficies. Att. 6. 118. 1. a. Is enim percontando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibuſcum differebat, vt ad ea quę hi reſpondiſſent, ſiquid videretur, diceret. 2. de Fin. 3. a. De Socrate. Itaque quum totum iter & nauigationẽ cõſumpſiſſet, partim in percontando à peritis, partim in rebus geſtis legendis, &c. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 2.

Percontans.

Quo in genere tu Antoni (verè loquar) nunquam mihi percõtanti aut quęrenti aliquid, defuiſti. 1. de Or. 49. a. Sic enim percontanti reſpondetur. de Seneƈt. 81. b. Qui iſtinc veniũt, ſuperbiam tuam accuſant, quòd negent te percontantibus reſpondere. ad Treb. 7. 16. 5. a. Quęrentibus quaſi percontantibus lentè reſpondere. de Or. 135. b

Percontatio.

Rogatio atq; huic finitima quaſi percõtatio expoſitioq; ſententię ſuę. 3. de Or. 113. a. Seruilis pcontatio. de Or. 138. b. Percõtatione, ſciretne, &c. ad Her. 8. b. Ducere ſermonẽ pcontatione alicuius. de cl. Or. 115. a. At primũ quidẽ ipſis ſalutationibus, reliquũ percõtatione cõſumpſimus. de Vn. 3. Sermo ductus è pcontatione filij, quid in Senatu actũ. de Cl. 184. b. Poſt aliquid adiungere dictum de veneno, quod non percontatione quęſitum, ſed dolore expreſſum videretur. pro Clu. 146. a.

Percrebreſco.

Cũ hoc percrebreſcit plurimos noſtros amicos inueniri. At. 1. b Tñ ipſa fama q̃ de tua voluntate percrebuit, magnã es laudẽ conſecutus. ad Planc. 10. 10. 2. a. Inueterauit. n. iam opinio pernicioſa Reip. vobiſq; periculoſa, q̃ nõ modò Romę, ſed & apud exteras nationes oĩum ſermone percrebuit. 2. Verr. 1. Qđ ita percrebuit, Siculos oẽs actorẽ ſuę cãę cõtra illius iniurias quęſiſſe. 1. Verr. 7. Res percrebuit, in ore atq; ſermone oĩum cępit eſſe. 10 Ver. 120 b. Vox illius nefarij percrebuit. pro Mur. 47. Quod cum percrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui, &c. 3. Offic. 75. Ipſi enim illi putaui pernicioſum fore, ſi eius hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. At. 11. 217. 4. a. Pręſertim cum hęc oĩno fama de noſtrorum hominum auaritia & cupiditate percrebuerit. 6. Verr. 60.

Percrepo.

Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniæ. 7. Verr. 26. a

Percupidus.

Cognoui Hortenſium percupidum tui ſtudioſum Lucullum Lentul. 1. 7. 6. a

Percurioſus.

Nicoſtratus qdã fidelis Oppianici ſeruulus pcurioſus & minimè mẽdax. multa dñ renuntiare dño ſolitus eſſe. pro Clu. 139. a

Percurro.

Hic qui adeſt, à quo hęc, quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſimè ſunt oĩa perpolita, M. Craſſus. pro Cor. 40. a. Apud doctos & ſemidoctos properans hæc percurro. 2. de Or. 95. a. Hoc ego ſi ſic agerem, tanquã mihi crimẽ eſſet diluendũ: hæc pluribus verbis dicerem, quę nunc paucis percurrit oratio mea. pro Clu. 133. a. Nã per oẽs ciuitates, quę decumas debẽt, percurrit oratio mea. 5. Verr. 82. a. Faciles. n. inquit, Antoni partes ea fuerũt duę, quas modò percurri, vel potius penè pręterij, Latinè loquendi, planeq; dicendi. 3. de Or. 29. a. Et id tametſi extra cãm eſt, percurram tũ breui. pro Cęc. 68. a. Nam niſi ita faceret, ego prius q̃ ad vrbẽ accederẽ, vbicunq; tu eſſes, ad te percuriſſem. Att. 10. 201. 5. a. Orator percurrat oẽs locos. Or. 27. Et identidem primos quoſq; locos imaginũ renouandarum cauſa, celeriter aĩo percurramus. 3. ad Her. 132. a. Percurrere prouinciam. 12. fam. 36. in ep. Lentul. Quas quidẽ percurrere oratione facilè eſt. de Diu. 2. 75. Sit boni oratoris multa auribus accepiſſe, multa vidiſſe, multa aĩo & cogitatione, multa etiã legendo percurriſſe: neque ea vt ſua poſſediſſe, ſed vt aliena libaſſe. 1. de Or. 110. a. Et multò apertius ad intelligendum eſt, ſi ſic conſiſtitur aliquando, ac non iſta breuitate percurritur. 2. de Or. 178. a. Vtrũ igit̃ pcurri omnem Epicuri diſciplinam placet, an, &c. lib. 1. de Fin. 22.

Percurſus.

Sed pauca etiam requirimus, in primiſq; ea, quæ valde breuiter à te Craſſe de ipſa arte percurſa ſunt. 1. de Or. 102. a. Ve omnes eas diligentes & memores, & ſobrij oratores, percurſas animo, & prope decantatas habere debeant. 2. de Or. 76. a

Percurſio.

Velocitas autem corporis, celeritas appellatur. quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerũ breui tempore percurſionem. 4. Tuſc. 48. a.

Percurſatio.

Italię rurſus pcurſatio eadẽ comite mima. 2. Phil. 73. O pclaram illã pcurſationem tuã mẽſe Aprili atq; Maio. 2. Phil. 100. a

Percutio.

Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romę eſſe hoĩem, & fuiſſe aſſiduũ: percuſſit aĩum. Att. 4. 77. 5. a. Torquatus ſecuri filiũ percuſſit. l. 1. de Fin. 18. Quonã modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus, inani cogitatione percuſſit? pro Mil. 60. a. Hunc igitur Iupiter fulmine non percuſſit. 3. de Nat. d. 77. a. Quæſiſſe Domitiũ qui tantã beſtiã percuſſiſſet: illũ reſpõdiſſe Venabulo. 7. Ver. 6. a. Non quæro quis percuſſerit: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. pro Sext. Roſc. 59. a Probabilitate animum alicuius percutere. 5. Tuſc. 48. a. Percutere locum. pro Seſt. 69. Percutere terram pede. Tuſc. 2. 52.

Percuſſus.

Cùm Cato percuſſus eſſet ab eo qui arcã ferebat. Or. 134. b Is fulmine pcuſſus dicit̃ humatus eſſe Cynoſuris. de Na. d. 71. b Deinde gladio percuſſus eſt ab vno de illis. pro Mil. 48. a. Percuſſus atrociſſimis literis. 9. fam. 59. Percuſſus grauiſſimo fortunæ vulnere. 1. Ac. q. 17. a. M. Aemiliũ lapide percuſſum eſſe conſtabat. 2. de Or. 107. a. A quibus ille ſe lapidibus appetitũ & pcuſſum eſſe dicit? pro D. ſua, 10. a. Homines percuſſi Syllani temporis calamitate. pro Mur. 47. a. Percuſſę de cęlo turres complures in Capitolio. in Cat. 63. a. Id eſt fulminatæ.

Percuſsio.

Si dares hanc vim M. Craſſo, vt digitorum percuſſione hęres poſſet ſcriptus eſſe. Off. 3. 99. Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones. Tuſ. 3. 52. Sed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorum, & minuti pedes 3. de Or. 100. a. Modi percuſſionum non ſunt in oratione ſoluta tanquam tibicini. in Or. 115. a

Percuſſor.

Quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus, deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica. 2. Phil. 81. Sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocant: quære in cuius fide ſint & clientela. pro Roſcio Am. 56. a

Perdifficilis.

Sed & nauigatio perdifficilis fuit. Att. 3. 48. 3. a. Tum perdifficilis Brute (qđ vt minimè ignoras) & perobſcura q̃ſtio eſt de natura deorum. de Nat. d. 1. 1. Nam quæ perdifficilia ſunt, perinde habenda ſæpe ſunt, ac ſi effici non poſſint. Part. 45.

Perdifficiliter.

Aut ſi ea quoque poſſit, cur illa non poſſit, quæ perdifficiliter, internoſcantur tamen? Acad. q. edit. 1. lib. 2. 45.

Perdignus.

Sed tamen ſuſpicior ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia. ad Valerium, lib. 13. 12.

Perdiligens.

Sed res operoſa, & hominis perdiligentis. ad Quintũ frat. 3. 21. 8. a

Perdiligenter.

Et mea ſponte faciebam antea, & poſt duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis, magnopere ſum commotus. Att. 1. 7. 1. a. Nempe eum dicis, inquit, quo iſte omnem rerũ memoriam breuiter, & vt mihi quidem viſum eſt, p. complexus eſt. de cl. Or. 78. a

Perdiſco.

Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò, perdiſcimus. de Or. 107. b. Si ego nihil reſcripſero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. 3. ad Q. frat. 8. Omnia iura bella perdiſcere ac noſſe potuiſſe. pro Cornelio Balbo, 37. a. Illa perdiſcere, ludus. de Fin. 54. b. Ortus, obituſque ſignorum perdiſcere. de Fato, 26. a. Quod certè ita fieret, ſi tu maluiſſes beneuolentiæ, quàm litium iura perdiſcere. ad Treb. 7. 14. 4. a. Voluntatem diſcendi, ſimul cum ſpe perdiſcendi abijcere. de Or. 121. b. Num igitur ſi, &c. Magonis Carthaginenſis ſunt libri perdiſcendi? 1. de Or. 129. a. Perdiſcetè. de Or. 90. b

Perdiu.

Ego, quòd, per Theſſaliam ſi irem in Epeirum, perdiu, nihil erã auditurus, & q mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cùm illa ſuperiora Theſſalonicæ ſcripſiſſem. Att. 3. 36. Quum boni p. nulli, vix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirentur. 1. de Or. 5. a

Perdiuturnus.

Natura aut ſempiterna ſit neceſſe eſt, hoc eodem ornatu, quẽ videmus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum, & immenſum pene tempus. de Nat. d. 42. b. Bellum perdiuturnum. pro Seſt. 16. b.

Perdiues.

Amici regis duo treſve perdiuites, ſed ij ſuum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu. Att. 6. 11. 8. a

Perdo.

Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi, ſed certè vt facere ſe arbitrarentur. Lentulo, lib. 1. 9. 31. a. Hic tu ſi amplius n̄ s. numo petiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti. pro Roſc. Com. 5. Aut quòd oculos non perdidiſti. de Aruſp. 34. a. Quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti. pro Mur. 20. a. M. Cato ſumma virtute filium perdidit. ep. 51. b. Sæpe ventis vehementioribus, &c. vrbes deleuit, fruges perdidit, &c. pro Roſc. Am. 77. a. De Ioue. Vnde amiſit vitam, at non perdidit: re enim viliſſima & parua maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam, &c. ad Her. 4. 221. a. De Decio. Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique ſeipſos penitus perdiderunt. 1. de Fin. 76. a. Nam eos quidem iam ſuperioribus edictis ſatis perdiderat atque afflixerat. 5. Verr. 29. a. Si non potuero, tempus non perdam. 3. de Or. 81. a. Ne quid perdam ex amore aut iudicio tuo. 10. fam. 50. in ep. Planc. Nunc quum tam æquo animo bona perdas, non eo ſis conſilio, vt, &c. Pæto, lib. 9. 16. 21. a. Per fortunas miſeras noſtras, vide ne puerum perditum perdamus. ad Terent. lib. 14. 3. Quem dij mortuum perdant. 15. Att. 11. Hoc ſi non fuerit, vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. 2. Offic. 123. a. Dicerem iucundius, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Luccio, lib. 5. 15. 1. a. Veritus eſt, niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. 1. de Or. 120. a. Recuperata verò ſua dignitate, ſe non commiſſurum, vt quum ea, quæ amiſerat, ſibi reſtituta eſſent virtutem animi, non haberet, quam nunquam perdidiſſet. poſt red. ad Quir. 16. a. Quum beatiſſimi ſint qui liberos nõ ſuſceperunt: minus autem miſeri qui his temporibus amiſerũt, quàm ſi eoſdem bona, aut denique aliqua Repub. perdidiſſent. Titio, lib. 5. 16. 7. a. Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo. Ant. lib. 5. 5. 7. a. Perdere aliquid in alea. 2. Phil. 70. omnem fructum vitæ ſuperioris. Diu. 2. 18. iudicium bonorum. 11. Att. 14. Libertatem. pro Rab. Poſth. 15. a. memoriam. Cat. 19. Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non poſſe oratores euadere. operã apud ſeſe perdere. 1. de Or. 62. a. Perdere vel amittere aliquod oppidum. de Or. 2. 152. Cur ego ſimulem me, ſi quid in his ſtudijs operæ poſuerim, perdidiſſe? in Parad 42. a. Exiſtimabam omnes me, & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ

ſunæ perdidiſſe.Ep.lib.4.6.8.a. In quibus ipſe Pompeius conſiteretur ſe & operam & oleum perdidiſſe.ad Marium,lib.7.1.11.a Neque intelligebat,ſi ita eſſet actum, litem aduerſarium perditurum.1.de Or.81.

Perditus.

Perditus & diſſolutus adoleſcens.4.Tuſc.87.a.Perditus abiectusque latro.10.fam.30.in ep.Planc. Aere alieno perditus, & egens.2.Phil.85.Perditus audacia.pro Seſtio,73.Perditus egeſtate & fame.7.Verr.79.a.Perditus luctu.pro Roſc.Am.13.Confectus morbo, perditus mœrore ac lachrymis.pro Mur.a. Mœrore ac miſerijs perditus.7.Verr.19.a.Perditus egeſtate aut ſcelere.pro D.ſua,90.Perdita & planè euerſa prouincia.5.Att.29. Perdita Reſp.& bona,contraria.6.fam.25.Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum, qui non modò animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet.5.Verr.114.a. Quidam Larinas perdita nequitia & ſumma egeſtate.pro Clu.26.a.Quum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine.8.Phil.254. Miſeri & perditi.7.Verr.69.a.Perditi magiſtratus.pro D.ſua,1.Claſſes amiſſæ ac perditæ.in Verr.68.b.Perditæ vitæ rationes.2.Phil.65.Mentes & res perditæ.de Aruſp.reſp.49.Perditæ res & partes.1.Att.33. Diſſoluta & perdita conſilia.2.de l.Agr.59.a.3.Phil.137. Hæc perdita ſunt,& illa non ſalutaria.9.Att.47.Iudicia perdita, & profligata.pro Rab.95.b. Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita.pro Sexto Roſc.24.b.Omnia tum perditorum ciuium ſcelere,diſceſſu meo,religionum iura polluta ſunt.2.de Leg.67.a.Perditarum concionum conſuetudo.14.Att.15.Perditorum exercitus.pro D.ſua,11. Perditorum tẽporum perturbatio.5.fam.44.In perditis & deſperatis aliquid habere.13.fam.77.Exoritur hic iam obrutis rebus omnibus & perditis illa defenſio,eam deijci poſſe,&c.pro Cæc.65.a.12.fam.5.Miſerius,perditius,fœdius nihil fieri poteſt.8.Att.28. Nihil eſt enim perditius his hominibus,his temporibus.ad Q.fr.3.249.a. Sed hoc perditus in quo nunc ſum,fieri nihil poteſt.14.Att.1.Perditiſſimus homo.pro Roſc.Amer.66.a. Populi fæcem perditiſſimam atque infimam.2.de Q.fr.19.Tu omnium profligatiſſime & perditiſſime.5.Verr.53.a

Perdite.

Qui hic poteſt ſe gerere non perditè? Att.9.6.

Perditor.

Committerem vt idem perditor Reip.nominarer, qui ſeruator fuiſſem? pro Planc.73.a. Ita perpetuos defenſores Macedoniæ, vexatores ac perditiores effeciſti.in Piſ.67.a

Perdoceo.

Rem quæris præclaram iuuentuti ad diſcendũ,nec mihi difficilem ad perdocendum.pro Seſtio,83.a.Ac ſi mea authoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præſertim rerum varietate atque vſu ipſo iam perdoctum viderent, etiam ab illis maioribus diſcordijs auocarent.pro Cor.Balbo,48.Cuius rei nonnullam conſuetudinem nactus ſum in hoc horũ dierum otio,Cicerone noſtro minore perdocendo.2.ad Q.fr.31.

Perduco.

Expoſitis ſuis difficultatibus hominem ad HS.LXXX.perducit, eamq; ei pecuniam numerat.in Verr.123.b. Perduxiſti hanc opinionem vſque ad hanc ætatem.de Nat.d.1.46. Ad furorẽ mortemque perduxit ira Aiacem.4.Tuſc.80.a Perduxit doctrinam non modò in ſolem & puluerem, ſed in ipſum diſcrimen & aciẽ.3.de Leg.16.Is Theſſalonicam me,in quæſtoriumq; perduxit.pro Planc.280.b.Octauius veteranus perduxit ad ſuã ſententiã 16.Att.24. Sed vſque mihi temperaui, dum perducerem eò rẽ, vt dignum aliquid & Conſulatu meo,& veſtra expectatione efficerem.Plancus ad Cic.10.13.Scaptius rogat vt eos ad talenta CC.perducam.Att.5.100.5.a Quum eum ad rationis habitũ perduxerit.de Fin.lib.4.31. Vt quum ad ſpicam perduxerit ab herba.de Fin.lib.4.31.Perducere ad cœnam.7.fam.19.Perducere aliquem ad ſuas conditiones iniquis rationibus.pro Quint.4 b.Ad ampliſſimos honores aliquem perducere.de Am.63.;Reperiemus,ſi iſtum viuum ad aliud iudicium perducere potuerimus,quibus probemus, &c.3.Verr.7.a.Perducere in morem.2.de Inu.241.Nihil non procedere poſſis vno ſermone,quò velis.10.Att.37.M.quidem Val.Coruinũ accepimus ad centeſimũ annũ vitã perduxiſſe.de Sen.56.a Integrã famẽ ad ouũ affero: itaque ad aſſum vitulinũ opera perducitur.Pęto,l.9.20.3.a Quæ ſi ad tẽpus tuũ perducitur,facilis gubernatio eſt.ep.143.b Perducantur ad te hę legiones,quas audio duci.12.fam.45.Tñ his ſuſceptis difficultatibus cõpleri, atq; ad exitũ perduci põt.2.de Inu.247.& 6.fam.29.in ep.A Cæc.Nec.n.abſolui beata vita ſapientis,neq; ad exitũ ꝑduci poterit.2.de Fin.87.Nã qui ſemel à veritate deflexit,hic non maiore religione ad periurium, q̃ ad mendacium perduci conſueuit.pro Roſc.Com.27.a

Perductus.

Eſt autem virtus nihil aliud quam in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura.1.de Leg.37.a

Perductor.

Lenones,aleatores, perductores.in Verr.82.b Perductorum nulla mentio fiat.3.Verr.22.

Perduellis.

Equidem illud etiam animaduerto, ꝙ qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante.Off.1.55.Nam pirata non eſt ex perduellium numero deffinitus,ſed communis hoſtis omnium.3.Off.145.

Perduellio.

Actionẽ perduellionis alicui intẽdere.ꝑ Mil.28.a Nã de perduellionis iudicio,qđ à me ſublatũ eſſe criminari ſoles, meũ crimen eſt,nõ Rabirij.ꝑ C.Rabirio ꝑduel.reo, 6.a Perduellionis iudicio Cęl.tabellã dedit.3.de Leg.32. Ego in C.Rabirio perduellionis reo XL.annis ante me Conſulem,&c.in Piſ.2.a Nam qui perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicij dederit,ſi, &c. de Leg.191.ad Her.27.b

Peredo.

Lachrymæ peredere humore exangueis genas.3.Tuſc.45.a

Peregrinus.

Nemo neq; ciuis, neq; peregrinus.in Verr.217.b Peregrina mors.2.de Leg.56. Peregrini atq; incolę officiũ eſt, nihil ꝑter ſuũ negotiũ agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; eſſe in aliena Rep. curioſũ.1.Off.175.a Hoſtis apud maiores noſtros is dicebatur,quẽ nũc peregrinũ dicimus.1.Off.57. Eſt.n.quiddã aduenictẽ nõ eſſe peregrinũ atq; hoſpitẽ.Att.93.b Fateor.n.callidũ quendã hunc, & nulla in re tyronẽ ac rudẽ, nec peregrinũ atq; hoſpitẽ in agendo eſſe debere.1.Or.120.a Peregrini dij iudicati,è ciuitate eiecti ab Ariſtophane.2.de Leg.37.Itaq; ciues potiores ſunt q̃ peregrini,& propinqui q̃ alieni.de Amic.18.a Nos aũt hinc Roma qui veneramus,iam nõ hoſpites, ſed peregrini atq; aduenę nominabamur.2.de l.Agr.92.a At ſi tibi nos peregrini videmur, quorũ iam & nomẽ & honos inueterauit, & huic vrbi & hominum famæ ac ſermonibus &c. pro Syl.17.a Eijcere Roma peregrinos.1.de l.Agr.7.a Peregrinos vſu vrbis prohibere, ſanè inhumanum eſt.Off.3.61.

Peregrinor.

Latè lõgeq; peregrinatur animus.de Nat.d.1.38. An verò tu ſolus ignoras?tu hoſpes in hac vrbe verſaris?tuæ peregrinantur aures?neq; in hoc peruagatio ciuitatis ſermone verſantur? pro Mil.107.b Et quũ alij ſępe qđ ante pedes eſſet, nõ viderent, ille infinitatẽ oẽm peregrinabatur,vt nulla in extremitate conſiſteret.5.Tuſ.82.Adeone ignarus es diſciplinę,cõſuetudiniſq; noſtrę, vt hæc neſcias?vt peregrinari in aliena ciuitate,nõ in tua magiſtratũ gerere videare?pro Rab.perduel.reo,21.a Peregrinari errareq; in aliquo loco tãquã hoſpes.Ac.q.ed.2.l.7.Itaq; mihi videris Latinè docere philoſophiã,& ei quaſi ciuitatẽ dare,quæ quidẽ adhuc peregrinari Romę videbatur, nec eſſerre ſeſe noſtris ſermonibus.3.de Fin 62.a.Nã vt ſemel è Piręeo eloquentia euecta eſt,oẽs ꝑagrauit inſulas, atq; peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus.de Cl.25.a.Tamẽ diutius quàm vellem, tanta vis virtutis atque ingenij peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ.4.Acad.q.7.a

Peregrinans.

Nos in vrbe noſtra peregrinantes erranteſq; tãquã hoſpites, tui libri quaſi domũ deduxerunt.Aca.q.ed.2.l.7.Quàm oĩbus peregrinantibus gratum ſit, minimarum quoque rerum quę domi gerantur,fieri certiores.8.fam.1.in ep.Cæl.

Peregrinatio.

Peregrinatio itinerum.2.Phil.70. At quàm nobilius eſt illa peregrinatio.2.Phil.100. Peregrinatio omnis obſcura, ſordida eſt iis, quorum induſtria Romæ poteſt illuſtris eſſe.2.fam.22. Curabo vt eius peregrinationis tibi opus extet. Att.25.b. Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius poſſe diſtribuere. Attich.2.16.7.a Hæc fuga quam tu peregrignationem ὑποκοδίχον appellas. Atthic.145.b Iam verò exilium,ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quęrimus,quantum demum à perpetua peregrinatione differt? 5.Tuſ.150.a.In peregrinatione perpetua nobiliſſimi philoſophi ætates conſumpſerunt.Tuſc.5.77. In peregrinatione omne tempus conſumere.Att.16.333.4.a. Non me hercle in hac mea

peregrinatione quicquam libentius facio, quàm ſcribo ad te Caſſius de Cic.lib.15.19 1.a.In hac autem peregrinatione militiáve noſtra, ſæpe incenſum ira vidi, ſæpe placatum. At.6.113 1.a.Curſu & peregrinatione lætantur turtures.2. de Fin.175.a. prugationes ruſticationesq; communes.de Amic.65.a.

Peregrinator.

Mehercule non tam ſum peregrinator iam, quàm ſolebam. 9. fam. 51.

Peregrinitas.

Infuſa eſt in vrbem noſtram peregrinitas.9. fam.31.

Peregre.

Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.5.Phil.186.a.P.rediens ſemper cogitet. Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.Tuſ.3.27.

Perelegans.

Genus eſt perelegans, & cum grauitate ſalſum.2.de Or.150.a. Et quoniã tua fuit perelegans ac perſubtibilis oratio, digna Equitis Rom.vel ſtudio vel pudore.pro Planc.47.a

Pereleganter.

Quæ quidem omnia cùm peritè & ſcienter, tum ita breuiter & preſſè & ſatis ornatè & peleganter diceret, &c.de cl.Or.101.a

Pereloquens.

C. autem Lentulos Marcellinus, nec vnquam indiſertus, & in Conſulatu perloquens viſus eſt, non tardus ſententijs, non inops verbis, voce canora, facetus ſatis.de clar.Or.133. a

Perendie.

Hodie, cras, perendie.ep.136.b.Scies igitur fortaſſe cras, ſummum p.Att.12.257.5.a.Vt ſpero p.Att.214.b

Perendinus.

Dies tertius an perendinus. pro Mur. 24.

Perennis.

Hic me meus in Remp.animus priſtinus ac perennis, cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam.de pro.Conſul. 18.a.Ille perennis inimicus amicorum ſuorum.ep.lib.1.30.Perennis & profluens loquacitas.3.de Or.103.a. Continuata motio & perennis. Tuſc. 153. b. Sermo nunquam de vllo perennis fuit.de Somn.Scip.27.Perenne auſpicium.de Nat. d.27.b.Perenne ac proprium aliquid manere.Poſt reditum in Senatu,7.a. Si illud de duobus Conſulibus perenne ad proprium manere potuiſſet.Poſtquam.206.b.Tarda ac ſera nimis, ſed fama & laude perenni.2.de Diu.98.a.Ab hac perenni conteſtataq; virtute maiorum non degenerauit L.Flaccus.pro Flac.19.Aquæ perennea. 6.Verr. 95. a. Perennes & perpetui curſus ſtellarum.2.de Nat. d.79.a.Itaque maximæ Reip.partes, in ijs bella, quibus Reip.ſalus continetur, nullis auſpicijs adminiſtrantur, nulla parennia ſeruantur.de Nat.d. 2.7. Contine te in tuis perennibus ſtudijs. in Brut.186.a.

Perennitas.

Adde huc fontium gelidas perẽnitates, liquores perlucidos amnium, &c.2.de Nat.d. 72.

Pereo.

Meo vitio pereo.Att.11.217.2.a.Id, ſi putas me poſſe ſanari, cures velim: ſin perij planè, minus laboro.Att.3.52.2.a. Varius ſummo cruciatu perijt.de Nat.lib.3.117. a. Scipio & Afranius fœdè perierunt.ep. 121.b. Liberalia tu accuſas: quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus.Att.226.b.Peream niſi ſolicitus ſum, ac malo veterem & clementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri.Caſſius ad Cic.15.49.Si frẽnũ momorderis, peream ſi te omnes quot ſunt, conantem loqui ferre potuerint. Brutus ad Cic.lib.11.38.Ne opera & oleum philologiæ noſtræ perierit.ad Att.lib.2.23.2.a.Perire cum ignominia & dedecore.Diu.2.17.P.naufragio.Tuſc.1.95. Pecuniã tantam populi Romani tam breui tempore perire potuiſſe, portenti ſimile videtur.5.Phil.171.a.Vt & publicanis ſatisfacias, ac ſocios perire non ſinas.Q.fr.296. b. Perijſſe cauſam clamaſti. 14. Att.13.Perijſſe me totum non arbitrabor, ſi fratrem incolumẽ relinquo.3. Att. 19.

Pereruditus.

Sed vereor, ne lepore ſuo detineat diutius Prætor Clodius, & homo pereruditus, vt aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis Pituanios.Att.4.35.

Perexiguus.

Aut nulla, aut perexigua pars.ad Q.fr.1.1.7. a. Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet.2.Verr.4.a.Solicitabar rebus maximis, vno atque eo perexiguo tempore.2.Verr.15.a. Quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & minuta videantur.2.Tuſc.54.a.Perexiguè. Att.251.b

Perexpeditus.

Sed hæc qdẽ eſt pfacilis & pexpedita defenſio.3.de Fi.57.a.

Perfacetus.

Et quia (vt fiat in multis) erit aliquando aliquid, ſi non perfectum, attamen fortaſſe non ruſticum: quod quiſque dixit, me id dixiſſe dicunt.pro Planc.28.a. Atque eundem, & vehementẽ, & valde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat.de Cl.54. a

Perfacete.

Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac ſeueritate digna ſunt.3.Verr.85.a

Perfacilis.

Perfacilis.de Or.92.& Or.208.b.Perfacilis cognitu. 4. Tuſc. q.11.a.Perfacilis defenſio.3.de Fin.56.Nam ſententias interpretari perfacilè eſt.2.de Leg.29.a

Perfacile.

Demonſtrant, &c. perfacilè hunc hominem incautum & ruſticum, & Romæ ignotum, de medio tolli poſſe. pro Roſc. Am. 12.a. In educando p.appareat aliud quiddam his propoſitum, non voluptatem?2.de Fin.175.a. Video enim Curules magiſtratus cum legitimis annis p.cepiſſe.Att.13.287.3.a. P.ſeſe Sicilia tuebatur, ne quod in ipſa bellum poſſet exiſtere.7.Verr.7.a. P. verò apud iſtiuſmodi Prætorem, &c. 3.Verr. 109.a

Perfamiliaris.

Perfamiliaris.de Fin.147.b.Perfamiliaris meus.13.fam. 72. M.Gratidius M.Antonij perfamiliaris.de clar.Or.87.a.Ipſe eſt enim veterator magnus & perfamiliaris Philiſto.ad Q.fr.2.15. 4.a.Vident perfamiliarem Næuij qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat, L. Publicium. pro Quint.12.

Perfecte, Perfectio, Perfector, Perfectus, vide Perficio.

Perfero.

Ac mihi quidem nõ ita moleſti ſunt, facilè omnes perpetior & perfero.2.de Or.43.a.Pertuli credulitatem inimicorum.pro Seſt.128.a.Pertuli pœnarum ſatis.pro Seſtio,128.a.Et Atticus ad me ſermonem tuum pertulit. Ep.182.b.Non ſolum animum ac verba pertulit.ad Cornificium,lib.12.29.7.a. Itaque hæc ludices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.5. Ver. 196.a.Sin à vobis (id quod non ſpero) deſerar, tamen animo nõ deficiam: & id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam. pro Roſc. Am.6.a.Expectas fortaſſe dum dicat, patietur, perferet, non ſuccumbet, &c. Tuſc.178.b.Fortaſſe tibi moleſtus ſum, qui hæc prædicem de me, perfer, ſi me amas. Att. 82. b. Perferto, & vltima expectato.7.fam.32.Hæc quum ad me frater pertuliſſet, collegi ipſe me, &c.ep. 11. b. Quamobrem hortor omnes qui facere id poſſunt, vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant, & perferant hanc vrbem.1.Tuſc.7. a. Si Curio legem pertulerit. Att.6.112.5.a.Perferre omnem cruciatum.Ac. q.ed.1.lib.2.74.cuſtodiam.pro Rab.Poſth.24.curas, ſolicitudines, vigilias.de Fin.5.53.& 6.fam.55.Dolorem.1.de Finib.52.a. pro Clu.134.a.multa gaudia dictu, perpeſſu aſpera. Tuſc.2. 15. & 16.ignominiam.Tuſ.2.12.impetum in aliquẽ. pro D.ſua,234. b.legem.Att.18.b.plagas.Tuſc.2.36.promulgatum.pro D.208. b.Pruinas ac niues.2.in Cat. 43 a. regnum.1. Phil. 2. Syllanus ager à certis hominibus latiſſimè continuatus, tãtam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni pleb.ſtridorem vnum perferre non poſſit.de L.Agr. 71. a. Supplicium pro meritis perferre. Att.8.159.10.a.turpitudinem.Tuſc.2.12. Quæ pertuliſſe illum ad te exiſtimo.9.fam.3.Id eſt, tibi retuliſſe, vel renuntiaſſe.Scripſique ad Cæſarem, Vibulium Cæſaris mandata de mea manſione ad Pompeium pertuliſſe. ad Q.fr.3.17.23.a. Et literis multorum, & ſermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuã virtutem & fortitudinem eſſe.Terentiæ, lib.14. 1. Amor autem eius erga nos fertur omnium nuntijs ſingularis.ad Q.fr. 2. 28. Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur.pro L Man.27.a. In his enim ſum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardiſſimè omnia perferuntur.ad Cæl.2.8.a. a. Has quamprimũ ad te perferri literas magnopere vellemus.Curioni, lib.2.5.a. a. Tamen exiſtimani a me quoque tibi huius moleſtiæ nuntium perferri oportere.ad Q.fr.1.2. 1.a. Noſtras enim res in actis perferri ad te certò ſcio: tuas autem ignoramus.ad Craſtium, lib. 12. 9. 1. a. Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubue-

cadue-

cubuerat. Att.1.14.5.a. Nunc etſi omnia vt ſcripta eſſe à tuis arbitror, aut etiam nuntijs ac rumore perlata, tamen, ea inſcribã breui, quæ, &c. Att.4.70.4.a

Perferens.

Horum igitur exprimere mores oratione, iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet, &c. 2. de Or. 98.a

Perficio.

Demoſthenes multa perficit, nos multa conamur: ille poteſt, nos volumus, &c. de Cl.206. b. Id nos fortaſſe non perficimus, conati quidem ſumus. Or 217.b. Ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutos libros ad Varronem. Att. 208.b. Quod enim vehementer mihi vtile eſſe putabas nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. ad Matium, lib. 11.27.5.a. Callidè enim qui illa compoſuit perfecit, vt quodcunque accidiſſet, prędictum videretur hominum, & temporum definitione ſublata. 2. de Diu. 166. a. Perficiam ne te fruſtrà ſcripſiſſe arbitrere. 5. fam. 50. Perficies vt ego iſta innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opiner? 4. Acad. quęſt. 204.a. Perficiam profectò vt neque Reſp. ciuis à me animum, neque tu amici deſyderes. Att.8 159.12. a. Quod aſſequar profectò, ſi inſtituta perfecero. 2. de Diu. 4. Perficere aliquid contra vim & ferrum. Poſt reditum in Senatu. 19. Cogitata perficere. pro Deiot. 13. a. Perficere. & inchoatum relinquere, contraria. 1. fam. 42. & 43. Vides profectò illum multa pficere, nos multa conari, illum poſſe, nos velle: quocunque modo cauſa poſtulet, dicere. in Or. 56.a. Onus, & munus perficere. Cęcinna Cicer. lib.6.7. 16.a. Poema inſtitutum perficere. Q. fr.3.24.4. a. Scelus perficere. ꝓ Clu.153.a. Sic in omni natura ac multò etiam magis neceſſe eſt abſolui aliquid ac perfici. 2. de Nat. d. 50 a. Perficiendi, & occultandi maleficij ſpes. pro Cęl.42. &. 2. ad Her.37. Nam res noſtras geſtas attigit hic verſibus, & inchoauit, quibus auditis eum ad perficiendum ſum hortatus. pro Archia, 191. b. Itaque eos ad perficiendum ſcelus furię quædã incitarunt. pro Syl. 181. b. pro Clu. 58.b. Iſta nobis ad pridie Calendarum tractanda, & perficienda ſunt. Att.232.b. Ea enim prędicant, quę naturę neceſſitas perfectura eſt. de Diu. 112. b.

Perfectus.

Perfectus & abſolutus. de Inu. 54.b. Perfectuſque verborum ambitus. in Or. 96.a. Concinus, perfectus, politus ad perſuadendum homo. in Pis. 47. Perfectus in dicendo homo & perpolitus. 1. de Or.31.a. Summus atque perfectus Imperator. pro Pomp. 11 b. Vterque in ſuo genere perfectus. de Or. 144. b. Rutilius penè perfectus in Stoicis. de Cl.174. b. Literis Gręcis perfectus Memmius. de Cl. 133.a. Perfectus mundus, ex & pfectis partibus. de Vniu.21. Homo non perfectus, nec ſapiens. Off. 10. b. Orator in omni genere ſermonis atque humanitatis perfectus. 1. de Or. 19. a. Tria genera nobis reliqua ſunt, eaque mortalia, quibus prætermiſſis, cœli abſolutio perfecta non erit. de Vniu. 58.a. Expleta & perfecta forma honeſtatis. 2. de Fin.79. a. Athenis ſumma dicẽdi laus, & inuenta eſt & perfecta. de Or. 26.b. Quorum tamẽ ipſorum ad ætatem laus eloquentię pfecta nondum erat. de Cl.196 b. Hic igitur ſi eſt excultus, & ſi eius acies ita curata eſt, vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id eſt abſoluta ratio, quod eſt idem virtus. 5. Tuſc.56.a. De animo humano. Ratio quum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur rite ſapientia. de Leg.160. b. Plena & perfecta ſententia. 4. de Fin.60. a. Perfecta cumulataque virtus. pro Seſtio. 75.a. Quod perfectum atque abſolutum eſt, & vt Stoici dicunt, omnes numeros habet. Off.55. b. Nihil in uita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adijt, nihil mali timuit, quod non totum à matre eſſet conflatum, & pfectum. pro Clu.12.a. Pfectum & plenum. Or.97.b. Aptum vndique, pfectum, expletumque omnib. ſuis partibus & numeris. 2. de Nat. d. 27. Neque enim dici poteſt in nulla rerum inſtitutione eſſe aliquid extremum atque perfectum. 2. de Nat. de. 49.a. Opera mirabili, & clariſſimis gemmis perfectum candelabrum. 6. Verr.55.a. Inuentum ſimul & perfectum nihil eſt. de Cl. 35.a. Eo die nihil perfectum eſt. Qu. fr.308. b. Omnia præclara, rara, nec quicquam difficilius eſt, quàm reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. de Amic.67. Perfectum omni ratione. de Pet. Conſ.37. Vnum eſt genus perfecti, à quo qui abſunt, nõ genere differunt, vt ab Accio Terentius, ſed in eodẽ non ſunt pares. Or. 142. Virtutis perfectæ qui perfecto functus eſt munere, non parum diu vixit. 1. Tuſc.176.a. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto. 1. de Fin. 31.a. Plenum atque perfectum oratorem eſſe cum dicam, qui de omnibus rebus poſſit varie, copioſeque dicere. 1. de Or. 31.a. Statuiſti oratorem in omni genere ſermonis, atque humanitatis eſſe perfectum. de Or.86. & 91.b. Tametſi ipſam exactionem mente, non lingua perfectam videmus. de Or. 88.b. Videbam Italici belli hiſtoriam iam penè à te eſſe perfectã. ep.67.b. Vt vnũ opus totumque ad perfectũ eſt omnibus totis atque perfectis abſolueretur. de Vniu.197.b. Ad perfectum eſt tua res. 3. ad Quin. fr. 20. Nam quum ſtatuerem nihil huc niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere, &c. pro l. Man. 1.a. Ac primum illud, & ſi cupidiſſimè expetitum à me ſit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia eſſem, tamẽ non eſt noſtra contentione perfectum. Att.101.b. Quum autem anno poſt è Sicilia me recepiſſem iam videbatur illud in me, quicquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. de Cl.177.a. Perfectum iam eſſe de te. 6. fam.40. Id eſt, tuum negotium eſſe confectum. Natura in ſuo quodque genere perfectum eſſe uoluit. Tuſ. 235.b. Omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore. Qu. fr.318.b. Socratem illum ſolitum aiunt dicere, perfectum ſibi opus eſſe, ſi quis, &c. de Or. 102.b. Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Pet. Conſ.214.b. Perfectum ingenio, elaboratũ induſtria. pro Pomp. 4.b. Eruditione perfecta, & ingenio præſtanti ad hæc opus eſt. 2. de Diu.195.a. Et certè quòd & ingenij quædam forma lucebat; & exercitatione perfecta erat, &c. de Cl.183.a. Quoniam niſi tu perfecta re de me non conquieſti. ep.2.b. Philoſophi qui propè iam abſoluti & pfecti uidentur, de Diu. 2. 222. Quæ ut plenè eſſet, cumulateque perfecta. Diu.2.2. Manus extrema non acceſſit operibus eius, præclara inchoata multa, perfecta non plane. de claris Or. 65.a. de Graccho. Mitto, inquã, hæc omnia, quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt. in Verr. 127. b. Omniaque in omnibus, quantum in ipſis eſt, nulla ut impediente perfecta ſunt. Tuſc.235.b. A primis inchoatiſque naturis ad ultimas perfectaſque procedere. de Nat. d.32.b. & de Cl. 175.b. Ad ſumma, atque in omni genere perfecta peruenire 1. de Or.65. a Vt ea quæ per eum affecta ſunt, perfecta Reip. tribuantur. de Prou.74.b. Quoniam non uiuitur cum perfectis hominibus, pleneque ſapientibus, &c. Off.10.b. Omnia in perfectis & maturis meliora, ait Chryſippus de Nat d.2.28. Erit enim hoc totum ex utroque pfectius. 4. Tuſc.16.a. Summus & perfectiſſimus iudex. in Or. 2. a. Perfectiſſima diſciplina. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 16. Illud cui nihil addi poſſit, quo ego ſummum, & perfectiſſimũ iudico. Or. 197.b.

Perfectè.

Perfectè eloquentis eſt, non eam ſolùm facultatẽ habere, quę ſit eius propria, fuſè, lateque dicendi: ſed etiam vicinam eius, atque finitimam dialecticorum ſcientiam aſſumere. Or.61. Abſoluta eſt p. omnis honeſtas. 4. de Fin. 31.a. Quumque duę ſint artes, quibus p. ratio, & oratio compleatur, vna inueniendi, altera diſſerendi. 4. de Fin. 16.a. Eius omnis in dicendo facultas ex hiſtoria ipſius nõ inelegãter ſcripta pſpici poteſt: quę neq; nimis eſt infans, neque p. deſerta. de Cl. 52. a. P. planeque eruditus uir. de Cl.154. a. Nihil Roſcius, niſi p. nihil niſi cùm ſumma uenuſtate faciebat. 1. de Or. 64. a. Imitatur nunquam p. veritatem caſus. 1. de Diu.47. a. P. & abſolute pares Acad. q. edit. 1. l.2.52.

Perfectio.

In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio. de Cl.177.b. Nulla eſt enim ullo in genere laus orationis, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. in Or.55.a. Perfectio in homine, in eo potiſſimum, quod eſt optimum, id eſt, in uirtute laudatur. de Fin.4.31. Perfectio naturæ, uirtus. Acad. q. ed.2. lib. 1. 19. Hanc ego abſolutionem perfectionemque in oratione deſyderans, à qua ipſe longè abſum, facio impudenter. 1. de Or. 64. a. Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. pro Marcel.15.a. Perfectione rationis excellit ea natura, quæ res omnes complexa teneat. de Nat. d.2.25. Ea quæ proficiſcuntur à uirtute, ſusceptione prima, non perfectione recta ſunt iudicanda. 3. de Fin. 51. a. Aut anteponet eam quam cum honeſtate ornatiſſima, tum etiam ipſis initijs naturæ & totius perfectione uitæ locupletatam uidebit. 2. de Fin.65.a.

Perfector.

Ac ſtylus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. 1. de Or. 134. a. Huius enim operis maximi inter omnes atque optimi illum eſſe perfectorẽ uolo. Att.8.155.3.a.

Perfidelis.

Poſthac autem ad te ſi perfidelem habebo cui dem ſcribã omnia plane. ad Att.2.49.

Perfidus.

Amicus perfidus. Poſt reditum ad Quirit. 17. a. Ergo & Pythius

thius

thius,& omnes aliud agentes,aliud ſimulantes,perfidi, improbi malitioſi ſunt.3. Off.79.a

Perfidia.

Perfidia & iniquitas hominum. Lent.lib.1.a.10. Vtriuſque veſtrum perfidia in Dolabellam.1.Phil.85. a. Perfidiæ ſuſpicionē fuggere.Att.158.b. Ita nonnulli dum operam ſuam multi exiſtimari volunt,&c.cauſas dicunt incognitas,in quo eſt illa quidem magna offenſio vel negligentiæ ſuſceptis rebus:vel perfidiæ receptis.2.de Or.56.a.Quum illius in me perfidiam increparet, auditus eſt magno . ſilentio maleuolorum.ad Q. fr.2.7.6.a.Perfidia & ſcelere violatæ ſūt dextræ,quæ fidei teſtes eſſe ſolebāt. 11. Phil.291.a.Iſtius fide ac potius pfidia deceptus ſum. pro Roſcio Am.65.a.In tanta hominum perfidia & iniquitate.ep.3.b.

Perfidioſus.

Quòd fallax,q̄ pfidioſus, q̄ impudens, q̄ audax eſſe videatur in Piſ. 52. Hō improb. & perfidioſus de Or.1136.b.Nihil in me non modò perfidioſum & inſidioſū & fallax i amicitia, ſed ne humile quidem,aut ieiunum debes agnoſcere.Appio,lib.3.39. Etenim ſi veritate amicitia,fide ſocietas,pietate propinquitas colitur: neceſſe eſt iſte, qui amicum,ſocium,affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt,vanum ſe & perfidioſum & impium eſſe fateatur. pro Quint.13.Cur omnium perfidioſiſſimus C.Marius Q. Catulum præſtātiſſima dignitate virum,mori potuit iubere?3.de Na. d.116.a.

Perfidioſe.

In odium rapiemus,ſiquid eorū ſupbè, ſpurcè, perfidioſè,crudeliter,confidenter,malitioſè,flagitioſè factum proferemus. ad Her 1.a.

Perflabilis.

Deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles & habitantes tanquā inter duos lucus,ſic inter duos mundos propter metum ruinarum.2.de Diu.59.a

Perflagitioſus.

Num tibi perturpe aut perflagitioſum eſſe videatur.pro Cæl.39.

Perfluens.

Perpetuis malis voluptatibus perfluens.de Fin.2.96.

Perfodio.

A petendo, petulantia. a procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt. 4. de Repub. a. Vt petulantia & libido magis eſt adoleſcentum, quàm ſenum, nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborum. de Sen. 33. a. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc ſtuprum. 2. in Cat. 44. a. Itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis obſcœnitas. 1. Off. 178. a. Furorem & petulantiam hominis fregi. in Piſ. 24. a. Cauẽdum eſt ne in petulantiam incidas. Cęcinna Cic. 6. 27. Nulla turpitudo, quæ a libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata eſſet, ab accuſatore obijceretur, ſi non vera, attamen ficta, cum aliqua ratione ac ſuſpicione? pro Font. 23. a. Quibus liberos, coniugeſque ſuas integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitum eſt. 2. Ver. 9. a. Iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis quàm animi morbo petulantia iſta vti. Saluſt. in Cic. 270. b

Petulanter.

Facimus petulanter ſi matremſamilias, ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. pro Cęl. 23. a. Nã quòd iſta inuſitata rabie p. in vxorẽ & in filiam meam inuaſiſti, &c. in Saluſt. 5. a. Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium p. inuectus eſt. Att. 2. 34. 4. a. Si vidua libere, proterua p. diues effuſe, libidinoſa meretricio more viueret: &c. pro Cęl. 30. a. Contumelia ſi petulantius auctatur, conuitium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. pro Cęl. 4. a. Quam cenſes acerba nunc eſſe, quum à perditis in ciuili nefario bello petulantiſſime fiant? Att. 9. 191. 2. a

Petulus.

Redeo ad deos: ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos eſſe arbitramur? 1. de Nat. d. 56.

Pexus, Vide Pecto.

Phantaſia.

Α'ιγυπου φαντασία emergit. ad At. 9. 15. Sẽſus inuctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille phantaſiam, nos viſum appellemus licet. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 19. & edit. 2. lib. 1. 28. Excitare φαντασίας ſpectris. Caſſio, lib. 15. 16. 2, a

Pharmacopola.

Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circonforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur. pro Clu. 30. a.

Philologia.

Non deſſeamus, ne opera & oleum philologiæ noſtrę perierit, ſed conferamus tranquillo animo. Att. 2. 12. 4. a. Non eſt. n. ſeiunctus locus à philologia & quotidiana συζητήσει. Tironi, lib. 16. 41.

Philologus.

Homines nobiles, ſed nullo modo philologi. Att. 207. b. Ita philologi ſumus, vt vel cum fabris habitare poſſimus. 2. ad Q. frat. 24. & 13. Att. 13.

Philoſophor.

Et quum minimè videbamur, tum maximè philoſophabamur. 1. de Nat. d. 11. a. Qui vna ſecum philoſophati ſunt. 2. de Fin. 162. a. Cum Græculis philoſophari. Poſt red. in Senat. 12. a Decreui philoſophari potius, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. 2. de Or. 85. a. Nam quibuſdã, & iis quidem non admodum indoctis, totum hoc diſplicet philoſophari. 1. de Fin. 2. a. Quanquam quid opus ſit in hoc philoſophari, cum rem nõ magnopere egere philoſophia videamus? Tuſc. 1. 73. Philoſophari ratione & via. Tuſc. 2. 5. Moderatius philoſophari. lib. 1. de Fin. 2. Quibuſdam totum hoc diſplicet philoſophari. 1. de Fin. 1. Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. 13. Phil. 380. a. Admirabili quadã ad philoſophandum ſtudio concitatus. de Cl. Or. 195. b

Phreneticus.

Ego autem haud ſcio an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis. 1. de Diu. 139 a. Prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quę eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. 1. Off. 513.

Phyſiologia.

Ad phyſiologiam traducit Diogenes Babylonius partũ Iouis, ortumq; virginis. de Nat. d. 1. 31. Rationem naturæ phyſiologiam Gręci appellant. de Diu. 78. Hunc cenſet primis, vt dicitur labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturę rationem, &c. 1. de Nat. d. 30. a. Dum aruſpicinam veram eſſe vultis, phyſiologiã totam peruertitis. de Diu. 2. 28

Piaculum, Vide Pio.

Picearię.

Societas quę picearias de P. Cornelio, L. Mummio, cenſoribus redemiſſet. de Cl. Or. 172. b. Legitur & pecuaria.

Pie, Vide poſt Pietas.

Pietas.

Pietas, iudicio meo, ſuodamentum eſt virtutum omnium. pro Planc. 23. & 65. Pietas, eſt iuſtitia aduerſus deos. de Nat. d. 1. 81. Iuſtitia erga parentes, pietas eſt. in Part. 41. a. Pietas eſt, per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium & diligens attribuitur cultus. 2. de Inu. 54. a. Pietas eſt, quę erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officium conſeruare moneat. 2. de Inuent. 170. 241. Top 45. Pietas ſanctitas religio pure & caſte deo tribuendę ſunt, 1. de Nat. d. 5. a. Nec verò pietas aduerſus deos, nec quãta his gratia debeatur, ſine explicatione naturę intelligi poteſt. 3. de Fin. 111. a. Pietas cui coniuncta eſt iuſtitia, reliquęque virtutes. de Nat. d. 57. b. Nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de nomine eorum ac mente opinio: &c. pro D. ſua, 82. Pietas erga matrem. Tuſc. 173. b. Pietas in parentes, indulgentia in liberos. pro Cel 63. Nimia pietas & ſummus amor in patriam. pro Flac. 74. a. Pietas erit in referenda gratia iucunda. 2. ſam. 11. Quod pręclarè à ſapientibus dicitur, uultu ſępe lęditur pietas. pro Roſc. Am. 22. Pietas ineſſe non poteſt in ſpecie fictę ſimulationis. de Nat. d. 1. 3. Pietas, & charitas, & bonitas quaſi idem valere videntur. in Part. 234, & 236. b. Pietas & ſanctitas deos placatos efficit. 2. Off. 25. a. Pietatis ędes Romæ ex cęlo icta. Diu. 1. 83. Pietatis eſſe meę, fratrem relinquere. 6. Att. 31. Pietatis grauiſsimum & ſanctiſſimum nomen. 1. ſam. 28. Pietatis partes ſuſcipere. pro Seſt. 2. Iuſtitiam cole & pietatem, quę cùm ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. de Som. Scip. 12. Periucundę mihi fuerũt literę tuę, quibus intellexi te perſpicere meam in te pietatem. ad Lentul. 1. 9. 1. a. Vtinam Grachus non tam fratri pietatem, quàm patrię prętare voluiſſet. de Cl. Or. 275. b. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro Quint. 13. Quorum alter eloquentiæ damnationẽ illam tacita pietate deplorat. pro Clu. 31. b. Qua ſanctiſſimi homines pietate erga deos immortales eſſe ſolẽt, eadem erga populum Romanum ero. Poſtquam. 202. b. Hic tui omnes valent, ſummaque pietate te deſyderant. 6. ſamil. 54. Tu qui pietate ad accuſandum excitatus es. pro Clu. 137. a. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cęteris ſatisfacio omnibus: mihi ipſe nunquam

quam ſatiſfacio. 1. fam. 1. Opto vt mihi liceat iam præſenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. 10. fam. 50. in ep. Planc. Pietate & induſtria præditus. Ac. q. ed. 1. l. 2. 1

Pius.

Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. de Fin. 2. 59. Dolor pius & iuſta iracundia. pro Seſt. 2. 2. Pius in maximi beneficij memoria. 9. Att. 49. Non ſecus in me pius, quàm pater in filios. 2. Oraſtes ne pius quidem ſine ſcelere eſſe potuit. pro Sexto Roſ. Am. 40. 2. Nihil eſt enim aliud in fœdere, niſi vt pia & æterna pax ſit. pro Cor. Balbo, 28. 2. Pium conſiliũ. 10. fam. 75. in ep. Pollionis. Deos piorum & impiorum habere rationem. de Leg. 172. b. Ipſi patriæ conducit, pios habere ciues in parẽtes. 3. Off. 121. 2. Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. 13. Phil. 379.

Pie.

Sed quom eſſet hæc illa propoſita conditio, vt aut iuſte, pieq; accuſaret, aut acerbe, indigneq; moreretur. pro Clu. 32. P. ſancteq; colimus naturam excellentem atque præſtantem. de Nat d. 1. 40. Quintus filius, p. lane, &c. ſed currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. 6. Att. 45. Metuo enim ne ſceleſtate dicã in te, quod pro Milone dicam p. pro Mil. 121. b. Illa p. fecit. pro Mur. 141. b. Vt confiteare aliquando quid faciam, me & grate & p. facere. pro Planc. 280. b. Alia quæ defendam a te p. fieri & humanẽ. ad Matium, lib. 11. 27. 16. 2. Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, debitis moueri, cum Q. Metellum tam p. lugere videatis. de Or. 123. b. An obliuiſcimur quantopere in audiendo, legendoq; moueamur, quum p. quum amice, quum magno animo aliquid factum cognoſcimus: 5. de Fin. 112. 2. P. & caſte ſatiſfacere deo. 14. fam. 16. Memoriam noſtri p. inuiolateq; ſeruabitis. de Sen. 94. b P. tacere id non poſſum. 9. famil. 16. in ep. Dolabellæ.

Piger.

Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. Trebatio, lib. 8. 17. 2. 2. Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. ad Her. 34. b. Ad literas ſcribendas pigerrimus. 8. fam. 1. in ep. Cęl.

Pigritia.

Certe pigritia fuit, & quædam infinita via lachrymarum & dolorum. 1. ad Q. fr. 50. Quæ autẽ ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, pigritiam metum conſequentis laboris. Tuſc. 4. 15. Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eam neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant. Off. 1. 142. Facere me pigritia noli putare, quòd non mea manu ſcribam. Att. 16. 339. 1. 2. Negligentia, pigritia, inertia, aut ſuis ſtudijs quibuſdam, occupationibuſve ſic impediuntur, vt eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. 1. Off. 41. 2

Pigror.

Tu quæſo quicquid noui (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere. Att. 14. 1.

Piget.

In cupiditatem incubi, nec me piget. Att. 75. b. Mea mater tui me miſeret, mei piget. 1. de Diu. 116. 2. Neque piguit quærere cur ego P. Craſſi domum emiſſem, cum te veteris villæ dominus ſis, cuius paulo ante fuerat Cæſar: &c. in Salluſt. 12. 2. Quod ſi eſſes ab illis ortus, turpitudinis tuę iam nonnullum pigeret. in Salluſt. 3. 2. Vt me non ſolum pigeat ſtultitiæ meę, ſed etiam pudeat. pro D. ſua, 23. 2. Te ipſum iam expletum huius miſerijs pigeat. pro Syll. 184. b. Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum. de Cl. Or. 97. 2.

Pigmentum.

Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere poſſunt. 1. de Diu. 24. Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorẽ defuiſſe. de Cl. Or. 165. 2. Meus autem liber, &c. Ariſtotelica pigmenta conſumpſit. Att. 2. 16. 3. 2. Tam integræ ſententię, tam veræ, tam nouę, tam ſine pigmentis, fucoque puerili, vt, &c. 2. de Or. 101. 2

Pigmentarius.

Accius pigmentarius valde gaudebat, ſe aduerſarium perdidiſſe. 15. fam. 46.

Pignus.

Vt quamprimum illud pignus libertatis populi Romani D. Brutum aſpicere poſſim, &c. 12. Phil. 334. 2. Magnum pignus ab eo Reipub. datum, ſe liberam ciuitatem eſſe velle in Ant. 153. b Nam quid ego de ſupercilio dicam, quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus Reipubl. videbatur? pro Seſt. 24. de Piſ. Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit. pro Clu. 152. 2. An tu, cum omnem authoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putares, eamque in conſpectu populi Romani concideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? de Or. 143. b. Quonam me animo eſſe oportet in eos, cuius illi ſalutem pro pignore tradiderunt ad explendas ſuas cupiditates? de Prouinc. Conſ. 1. 2. Nec pro his libertatem, ſed pro libertate hæc proijcias, tanquam pignora iniurię. 13. Phil. 347. 2. Sed me illorum ſententiæ minus mouebant, minus multa dederant illi Reipub. pignora. Att. 8. 23. & 1. 61. Habet ab hoc Reſpublica duas accuſationes, vel obſides periculi, vel pignora voluntatis. pro Cæl. 62. 2. Poſteaquam magna pignora eis dederat, cũ quibus ſe coniunxerat. in Salluſt. 274 b. Vt nos duo quaſi pignora Reipublicæ retineri videremur. Att. 18. b. Philippus grauiter exarſit, pignoribuſque ablatis, Craſſum inſtituit coercere. 3. de Or. 3. 2. Coguntur enim ſenatores non pignoribus, ſed eorum, quorum de honore agitur, gratia. in Ant. 155. b. Magnis & multis pignoribus M. Lepidum Reipub. obligatum tenet. 13. Phil. 348. 2. Id eſt, fidei retinaculis.

Pigneror.

Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quenque pignerari ſolet. 14. Phil. 405.

Pignerator.

Cum in his inquam rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, nõ ereptor, neq; poſſeſſor ſoleat eſſe: &c. 4. Vert. 21. 2

Pigritia, Pigror, Vide Piger.

Pila.

Ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras ſe conferunt homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti, quum tempeſtatis cauſa opere prohiberentur. 3. de Or. 33. 2. Neve tanquam pilam reſorſerit. Cat. 75. Claudi more tenere pilã. in Piſ. 54 2. prouerbiũ. Vt qui pila ludunt de Or. 91. b. Atque is quum pila ludere vellet, &c. adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur. 5. Tuſc. 84. 2. Licet iſta ratione dicamus pila bene, & duodecim ſcrupis ludere, proprium eſſe iuris ciuilis. de Or. 1 e 3. b. Tityus præclare pila ludens, Bruſla talis. Or. 151. b

Pilum.

Idque caput fixum geſtari iuſſit in pilo. in Ant. 231. b. Vt ſemper Macedonibus imperatoribus ijdem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum atque pilorum. in Piſ. 29. 2. Sparſorum pilorumq; multitudo. pro Mil. 113. b. Pilis & gladijs, non conſilijs noſtris de iure publico diſceptati. 6. fam. 4.

Pilus.

Nullũ eſſe pilũ omnibus rebus talẽ, qualia ſit pilus alius, &c. 4. Acad. 150. 2. Interea e Cappadocia ne pilum quidem. Att. 80. b Nihil eſt quod vereare, ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Qu. fr. 2. 40. Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne vllũ pilum viri boni habere videatur. pro Roſc. Com. 11. Munitæque ſunt palpebræ tãquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis ſiquid incideret, repelleretur, &c. lib. 2. de Nat. d. 214. 2

Piloſus.

Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genę, non dentes putridi deceperunt. in Piſ. 1. 2

Pingo.

It & cęteras tabulas pinxit, quarum nonnulla pars vſque ad noſtrã memoriã pp ſani religionem remanſit, &c. 2. de Inu. 122. 2 Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. Att. 4. 74. 4. 2. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo vero. ad Qu. fr. 2. 34. Vt in pictura qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, is poteſt cuiuſuis vel formæ vel ętatis, etiã ſi non didicerit, pingere. de Or. 2. 38. 2. Cleanthes tabulam verbis pingere ſolebat, &c. de Fin. 79. b. Neque enim Alexander ille gratię cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi volebat: ſed quòd illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi glorię fore putabat. Luceio, lib. 5. 12. 23. 2. In verbis pingendis & illuminandis ſententijs. de Cl. Or. 177. b

Pictus.

Quę quidem dicunt, qui nunquam philoſophum, vt dicitur, pictum viderunt. 5. de Fin. 139. 2. Stragulum textile magnificis operibus pictum. 5. Tuſc. 86. 2. Pictę tabulę. pro Roſc. Am. 79. 2. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. de Cl. Or. 166. b. In pictis, fictis, cęlatiſque formis 2. de Nat. d 110. Lyſias, quo qd poteſt eſſe pictius? de Cl. Or. 162. 2

Pictura.

Textilis pictura. 6. Verr. 1. 2. Homerum tradunt cęcum fuiſſe, at eius picturam, non poeſim videmus? Tuſcul. 5. 82. Cum animum ab iſta pictura, imaginibuſque virtutum ad

rem veritatemque traduxeris. Tuſc.229.b. Tenentur pictura oculi, aures cantibus.4 Acad.41. 2. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra, alios nitida, lata, colluſtrata delectant. in Or.20. a

Pictor.

Quorum alterum fingere opiuor e cera ſolitum eſſe, alterum eſſe pictorem.6.Verr.25.2.Poetæ, pictores, opifices auxerunt ſimulachrorum ſuperſtitionem. de Nat.d.1.53.Deos nouimus ea facie, qua pictores fictoresque voluerunt. de Nat.d.1.57. Zeuxis, Polygnotus, Timantes, qui non plus quàm quatuor coloribus vſi ſunt: Etion vero, & Nicomachus, & Protogenes perfecti pictores fuerunt.de Cl.Or.170. b. Vident multa pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus.Academ.quæſt.edit. 1.lib.2. 21.

Pinguis.

Corduba nati poetæ, pingue quiddam & peregrinum ſonãtes. pro Arch. 19. 2. Nam ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue & concretum eſſe cœlum, vt, &c 1.de Diu.21.2.Quod ipſi Antiocho pingue videbatur, & ſibi ipſi contrarium. Acad.q. edit.1.lib.2.100. Id eſt, hebes & parum ſubtile. Agamus igitur, vt aiunt, pingui Minerua.Læl.17. Thebis craſſum cœlum, itaque pingues & valentes Thebani. de Fato, 12.2

Pinna.

Pinnarum talaria affingunt Mineruæ quintæ Pallantis filiæ.3. de Nat.d.42. Atque Auis ad ſummam, caudam primaſque recedit Pinnas. in Arat.42.

Pinna.

Pinna vero, &c.duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi.2.de Nat.d.183.2 At illa, quæ in concha patula pinna dicitur,&c.3.de Fin.50.

Pinnula.

Pulli quum pinnulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur, reliqua cura liberantur.2.de Nat.d.98.

Pinnatus.

Pinnatus Cupido.3.de Nat.d.78.2. Hoc eſt alatus. Cauda pinnata.2. Tuſc. 43.2. Hic Iouis altiſoni ſubito pinnata ſatelles.1.de Diu.171.2. De aquila.

Pinnoteres.

Iſque, qui enat, a concha, qui, quod eam cuſtodiat, Pinnoteres vocatur.de Fin.3.50.Πῖνος literarũ ſignificat doctiorẽ.14.At.8

Pio.

Hetruriæ principes, fulgura atque oſtenta piare.2.de Leg.18. Si quid tibi piandum aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica. pro Dom.239.b

Piaculum.

Cotta cenſet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati.2.de Leg.53.

Pirata.

Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed cõmunis hoſtis omnium. cum hoc non fides eſſe debet, nec iuſiurandum commune. Off. 3.145. Barbarus pirata & nefarius prædo. pro Roſc. Amer. 87.2. Iſtum clam a piratis ob hunc archipiratum pecuniam accepiſſe.7.Verr. 52. 2. Vrbes piratis prædonibusque patefactæ. in Verr. 86.b

Piratica.

Profecto egeſtate & improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet, &c. Poſt red.in Senat.2.Piſæ.Q.fr.310.b

Piſcis.

Capiuntur hamo piſces. de Sen. 40. 2. Generant oua piſces. 2. de Nat.d.194.2. Piſces oua quum genuerunt, relinquunt. 2. de Nat.d.97. Extructa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida menſa. in Piſ. 53. 2. Exin contortis Aries cum cornibus hæret. quam propter Piſces, quorum alter paulum prælabitur ante. lib.2.de Nat.d.163.2

Piſciculus.

Piſciculi parui.2. de Nat.d. 183.

Piſcor.

Tum Pythius piſcatores ad ſe conuocauit, ab ijs petiuit, vt ante ſuos hortulos piſcarentur. 3.Off.76.

Piſcatus.

Viuere piſcatu, aucupio, venatione.2.de Fin.40.2

Piſcator.

Quæ artes miniſtræ ſunt voluptatum, cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores, vt ait Terentius.1.Off. 150.2.Piſcatores ad ſe conuocare. 3.Off.76.2

Piſcina.

Magna vis aquæ, vſque ad publicam piſcinam. 3.ad Q.fr. 32. Intelligo mirifica ſuauitate te villam habiturum piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſylua viridicata.ad Q. fr. 318.b. Latiorem piſcinam voluiſſem, vbi iactata brachia non offenderentur. 2. Piſcinarum Tritones.2. Att. 26. Piſcinas ſuas fore ſaluas, amiſſa Rep.1.Att.59. Si mihi in piſcinis ſunt mulli barbati. Att. 2. 16. 14. 2

Piſcinarius.

Mihi vero vt inuideant piſcinarij noſtri, aut ſcribã ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. Att.15. 5. 2. Tum autem beatos homines hos piſcinarios (dico amicos tuos) non obſcure nobis inuidere. Att.1.14. 8. 2

Piſtor.

Coqui piſtores, lecticarij, artes vulgares. pro Sexto Roſc.Am. 79.2.Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola atque decupa.in Piſ.94.b. Nemo noſtrum illius generis aſotos iucunde putat viuere, mundos, elegãtes, optimis, cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantis cruditantem, quibus vinum diffuſum e pleno ſit hirſiphon, vt ait Lucilius, &c.2.de Fin.40.2

Piſtrinum.

Oratorem in iudicium tanquam in aliquod piſtrinum protrudi & compingi videbã.1.de Or.25.2.Tradare aliquem in piſtrinũ. Q.fr.lib. 1.46. Viuere in eodẽ piſtrino cum aliquo.2. de Or.79.

Piſtrix.

-& fera piſtrix
Labitur horribiles epulas funeſta requirens.in Arat.45.2. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.in Arat. 21. 2. Hanc vna ſtella vertuntur quam iacit ex ſe Piſtricis ſpinæ valida cum luce refulgens. in Arat.18.2

Pitho.

Pitho quã vocãt Græci, cuiꝰ effector eſt orator.de Cl.Or.29.2

Pittacus.

Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum. 2. de Leg. 66.

Pituita.

Quemadmodum quum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes naſcuntur. 4. Tuſc.17.Nam ſanguinem, bilem, pituitam, oſſa,&c.videor poſſe dicere vnde concreta,& quomodo facta ſint.1.Tuſ.88.2. Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilẽtes, in alijs pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exiccatos atque aridos. de Fat. 6

Pius, Vide Pietas.

Placabilis, Placabilitas, Placate, Placatio.

Placatus, Vide Placo.

Placeo.

Agam ſic, vt ipſi auctori eius diſciplinæ placet.li.1.de Fin.44. 2.Vtrum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet, an de vna voluptate quæri, de qua omne certamen eſt? 1. de Fin.42.2. Eſtne hæc vera contentio? placetne ſic agi? 2.Nam nõ placet Stoicis,&c.de Diu.103.b.Si placet.16.fam.23.Si dijs placet.de Fin.2. 28.Si dijs immortalibus placet. pro S.Roſc.35.b.Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum.4.Ac.176.2.Meum mihi placebat, illi ſuum.Att.14.318.4.2.Video tibi non probari, quæ ne mihi quidẽ placebant.Att.149.b.Ego enim (vt quẽadmodum ſentio, loquar) nunquam mihi minus, quàm heſterno die placui.2.de Or.9. 2. Vt Doctiſsimis ſapientiſſimiſq; placuit.lib.1.de Diu.180.2.Hoc mihi in te placuit.At 276.b.Poſtea mihi placuit, eoq; ſum vſus adoleſcens vt explicarem,&c.de Or.97.b. Itaq; poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus ad Lentul.1.2.2. 2. Cluentio placuit repente iudices pronuntiare. pro Clu. 58. 2. Quod ſcribere non auderem, niſi idem placeret Panætio. Off. 43.b. Quod mihi placeret, oſtendi.4.fam.34.Id eſt, meam ſententiam: vel, quod mihi videretur. Cum ſcripſiſſem ad Brutum de optimo genere dicendi, nõ modo mihi, ſed ẽt tibi ſcripſit, ſibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare ſine quæſo ſibi quẽq; ſcribere. Suam cuiq; ſponſam, mihi meam: ſuum cuiq; amorem, mihi meum. non ſcite, hoc enim Attilius poeta duriſſimus. Att.14.318.4.2. Nõne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placaret, de exulibus Byzantinis diſpliceret? pro D. ſua, 42.2. Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem.Att.13. 261. 3.2. Videbis quid Lyſoni, quid medico placeat. 16. famil.1. Tumultum eſſe decerni, iuſtitium edici, ſaga ſumi, dixi placere.6. Philipp. 205.2. Volo Dolabellæ valde deſyderãti placere, nec reperio quid.At.208.b

Longilius

Longilius mihi aiebat ſe velle nobis placere. ad Q. fr. 310. b. Senatui placere, C. Caſſium Proconſulem prouinciam Syriam obtinere, vt qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit: &c. 11. Phil. 312. a. Et vt pro tantis eorum in Rempub. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur, Senatui placere. 3. Phil. 152. a. Senatui placere vt C. Panſa, A. Hircius Conſules, Imperatores, &c. ſanguinem pro vrbe, templiſque deorum immortalium profudiſſent. 14. Phil. 410. a. Etſi nihil eſt ijs, qui placere volunt, tam aduerſarium. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2. 10. De prouincijs placitum eſt vt coram Pompeio ageretur. Cęlius Cic. 8. 4. 12. a. Quũ in his anguſtijs verſarer, placitum eſt mihi vt poſtularem legationẽ liberam mihi. D. Brutus Bruto & Caſſio, lib. 11. 15. a. Quãobrem placitũ eſt mihi, vt Brunduſium ducerem hãc copiã. Att. 8. 261. 4. a. Ita nobis placitum eſt, vt ſcriberemus, &c. ad Her. 6. b

Placidus.

Placida, ſummiſſa, leuis oratio. 2. de Or. 98. a. Placida & lenis ſenectus. de Sen. 2. a. Placidum mollemq; aliquem reddere. pro Cæc. 20. a. In partitione rationis ponunt tranquillitatem, id eſt placidam quietamque conſtantiam. 4 Tuſc. 17. a. Semper in animo eius eſſe placidiſſimam pacem. 5. Tuſc. 69. a

Placide.

Placide & ſedate ferre dolorem. Tuſc. 2. 50. Prætoris iniurias tacite, hoſpitis p. ferendas arbitrabatur. 4. Verr. 59. a. Loqui p. ſedateq; in Or 50. a. P. atque conſtanter moueri. Tuſc. 4. 11.

Placo.

Pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit tẽperantia. 1. de Fin. 72. a. Hoſtis humanis placãt deos Galli. pro Font. 17. a. Placaui odia improborũ. pro D 222. b. Quoſcũq; de te queri audiui, quacunq; potui rõne placaui. Q. fr. 300. b. Nemo vnquã te placauit inimicus, qui vllas reſidiſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. pro Deiot. 145. b. Hæc dextra Lernã tetrã mactata excetra. Placauit. 2. Tuſ. 37. a. Iã vero ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ, à qua exceſſus & repudiatus eſt. 7. Phil. 232. Quamobrẽ collige te, placaq; animum aliqñ & mitiga. 10. Phil. 272. Et eos animos quaſi concordia quadã placet ac leniat. de Fin. 1. 37. Is igitur Patro, cũ ad me Romam literas miſiſſet, vti te ſibi placarem, peteremq; vt neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes: nihil ſcripſi ad te ob eam rem, q, &c. Memmio, l. 13. 1. 7. a. Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, q̃ ſanare, & ipſos placare Reip. in Cat. 33. a. Animos iudicum placare. pro Fõt. 30. a. Placare & lenire animos cõcordia. 1. de Fin. 72. a. Qua quidem in cauſa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos vituperatores confutare poſſumus, vt alteros reprehendiſſe pœniteat, &c. 1. de Nat. d. 5. Impius ne audeto placare donis irã deorũ. 2. de Leg. 24. Iras diſcordiaſq; noſtras inter nos placare. de Aruſpicũ reſp. 38. a. Cum diuinũ numẽ ſcelere violatũ precibus placare cogeretur. pro D. ſua, 241. b. Placare numina diuũ tauris aorigeris. 2. de Diu. 49. Odia improborum placare. pro D. 35. a. Primũ tibi de noſtro amico placando, aut etiam plane reſtituendo pollicear. 1. Att. 17. Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæque placandæ. de Aruſp. reſp. 258. b

Placatus.

Animi quietus & Placatus ſtatus cernitur, quum perturbatio nulla eſt qua moueri queat. 5. Tuſc. 26 a. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quàm tum meus frater erat in ſororem tuam. Att. 5. 88. 3. a. Vt omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ, vitæ deduceret? 1. de Fin. 108. a. In hac autem peregrinatione militiave noſtra ſæpe incenſum ira vidi, ſæpe placatum. Att. 6. 113. a. a. Vt mihi quidem videantur dij immortales, etiam ſi pœnas a populo Romano ob aliquod delictum expetiuerint, &c. vel placati iam, vel etiam ſatiati aliquando, omnem ſpem ſalutis, ad clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe. pro Marcel. 10. a. Placatę res & minime turbulentæ. in Or. 34. a. Si mihi placata & tranquilla omnia fuiſſent. Poſt reditum in Senatu, 198. b. Deos placatos pietas efficit & ſanctitas. 2. Off. 15. a. To autem etiam Deciorum deuotionibus placatos deos eſſe cenſes. 3. de Nat. d. 19. a. Tamen ij poſſunt abs te placati æquoique diſcedere. de Petit. Conſul. 30. Placatis fluctibus vt. 8. Att. 11. Placatis his vtor. 9. famil. 1. Id eſt, redij cum his in gratiam. Placatiorem me illi fore. 11. Att. 44. Placatiſſima quies. 1. Tuſ. 155. a

Placate.

Omnia humana placate & humane feramus. ad Torquatum, lib. 6. 3. Remiſſius & placatius quotidie aliquid ferre. ep. 90. b

Placatio.

Vbi igitur illæ mos ſuperiorum extorum, aut quæ tam ſubito facta eſt deorum tanta placatio? 2. de Diu. 27. Sed omnis eiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. 4. Tuſc. 95. a. Noſtra ciuitas nunquam ſine placatione deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet. 3. de Nat. d. 4.

Placabilis.

Cui non modo placabilem me prębuiſſem, ſed totum remiſiſſem. 10. Att. 50. Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. ad Heren. 4. 165. a. Animi irritabiles & placabiles. Att. 1. 49. Vt eos ipſos quos contra ſtatuas, ęquos, placabileſque dimittas. in Orat. 18. a. Legitur & placatos. Vt eo te placabiliorem prębeas. 14. Attic. 23. in epiſt. Ant. Omnia habuit ęquiora & placabiliora, quàm animum iudicis. 4. Verr. 66.

Placabilitas.

Nihil enim laudabilius, nihil magno & pręclaro viro dignius placabilitate atque clementia. 1. Off. 154.

Plaga, priore producta, vulnus, percuſſio.

Plaga vna accepta patres conſcripti conciderent. Attic. 1. 41. Plaga ea nonne ad multos bonos viros pertinet? lib. 2. Att. 8. Illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ maxima. pro Mur. 45. Plaga honeſtior. 11. Att. 15. Hęc leuior eſt plaga ab amico, quàm a debitore. 9. famil. 39. Plaga peſtifera. Offic. 1. 119. Vehementior plaga. 2. Tuſc. 96. a. Dico mercedem vulneris atque plagæ conſtitui nefas eſſe. in Verr. 263. b. Luculentam tamen ipſe plagam accepit. 7. Philipp. 258. a. Grauiorem plagam accipiebat Epicurus, vt leuiorem repelleret. de Nat. d. 1. 40. Eam plagam potius accipiam, quàm, &c. Fat. 17. Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagã malunt, quam turpiter vitare? 2. Tuſc. 36. Plagam hanc effugi. 7. Att. 4. Sic oratio nec plagam grauem facit, niſi, &c. in Orat. 134. a. Imponere plagam inſanabilem alicui. pro Seſtio, 35. a. Infigere plagam mortiferam alicui. in Vatin. 15. a. Si eorum plaga perculſi (ſub. deorum immortalium) afflictos ſe & ſtratus eſſe fateantur. Tuſc. 3. 61. Nulla vox alia iſtius miſeri inter dolorem crepituſque plagarum audiebatur, niſi hęc, Ciuis Romanus ſum. 7. Verr. 126. a. Gladiatores aut perditi homines, aut barbari quas plagas perferunt? Pæto, lib. 9. 16. 12. a. Phrygem plagis fieri ſolere meliorem. pro Flac. 51. a

Plagæ, priore, correpta, retia dicuntur.

Si ex eis laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt. in Verr. 266. b. & 12. fam. 55. Suntne igitur inſidię, tendere plagas, etiam ſi excitaturos non ſis, nec agitaturus? 3. Off. 89. a. Plagas contra ſe Stoici texuerunt. Acad. quęſt. edit. 1. lib. 2. 136

Plaga, priore ſimiliter correpta, Cęli uel terrę ſpatium, quod Gręcis clima dicitur.

Atomi vim quandam habent a Democrito impulſionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro grauitatis & ponderis. de Fat. 144. b. Motus extra pondus & plagam, cum atomus declinat interuallo minimo. de Fato, 144. b. Quod ante oculos eſt, non vident, cęli ſcrutantur plagas. 2. de Diu. 44. a

Plane, vide Planus.

Planeta.

Planetarũ motus tarditate & celeritate diſſimillimi. Tuſ. 1. 51 Septem alia (hoc eſt planetas) ſuos quęque tenere curſus, multũ inter ſe aut altitudine aut humilitate diſtãtia, quorum vagi motus, rata tamen & certa ſui curſus ſpatia definiunt. Tuſc. 5. 51.

Plangor.

Fœmineus plangor. ad Her. 21. b. Plangore & lamentatione complevimus forum. in Or. 72. a. Tum diadema imponebas cum plangore populi. 2. Phil. 89. a

Planta.

Hunc Orionis ſub lęua cernere planta Serpentem poteris. in Arato, 17. a. Malleoli, plantę, ſarmenta, vites, tradnces, propagine ita efficiũt, vt quemuis cũ admiratione delectẽt. de Sen. 48. a

Planus, ſcurra.

Hic ille planus, inquit, improbiſſimus, quęſtu iudiciario paſtus, &c. pro Clu. 57. a

Planus.

Plana & ſtabilis via. pro Flac. 81. a. Quòd ſi vniuerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur, neque in eo quicquam eſſet requiſitum, &c. de Vniu. 18. Hic niſi planum facit HS ıↃↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. pro Roſc. Com. 6. a. Habebat pater in animo, planum fac. pro Roſc. Am. 35. a. Hoc dico, niſi vobis id hominum honeſtiſſimorum tabulis planum fecero, fingi a me hoc totũ temporis cauſa putatote. 3. Verr. 111. a. Cũ pręſertim planum facere multis teſtibus poſſim, C. Verrem dixiſſe, &c. in Verr. 73. & 269. b. Hoc planum factum eſt. 3. Verr. 24. a. In illo primo iudicio planum factum ſit. pro Rabirio Poſthum. 23. a Se planum facturum, ab eo maleficium non abeſſe. ad Her. 7. b

Id teſtibus me pollicitus ſum planum me facturum. pro Quint. 59. a. Vt hoc tibi planum ſit faciendum. pro Quint. 52. a. Quum planum fieret, decumis contra inſtituta legis, conſuetudinemq; omnium venditis, in aratorum bonis, fortuniſq; diripiendis Decumanos dictitaſſe tuas eſſe partes:&c. 5. Verr. 1 12. a. Sed ne æquo quidem & plano loco. pro Cæc. 37. a. Narrationes planę, ſint breues, euidentes, credibiles, moderatæ, & cum dignitate. in Top. 52. a. Duę formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. de Nat. d. 2. 34. Capua planiſſimo in loco explicata. con. Rull. 85. b

Plane.

Plane, obſcure, apertiſſime. 12. Att. 49. Neque omnino, &c. neque p. &c. de Or. 98. b. Te rogo, vt p. ad nos aduoles. Att. 39. b. Vt p. confidas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 19. Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportaret, vt ibi te p. confirmares. ad Tironem, li. 16. 1. 2. a. Nec illi hoc p. atque omnino defuit. de cl. Or. 184. b. Quare ſi p. a nobis deficis, moleſte fero. Trebat. 7. 12. 5. a. Cauſa Alexandrina videtur ab illo p. eſſe depoſita. ep. 5. & 21. b. Nam & complectitur verbis, quod vult, & dicit p. quod intelligam. de Fin. 52. b. Rem vllam ex illis quinque partibus p. atque omnino defuiſſe. de cl. Or. 113. a. P. & perſpicue dicere aliquid. 3. de Fin. 30. a. Effice id quod iam propemodum vel p. potius effeceras. de claris. Orat. 186. a. perfecte planeque eruditus P. Craſſus. de cla. Or. 154. a. Quòd conueniſti, &c. feciſti p. bene. Att. 105. b. P. belle ſe habere. 12. Att. 46. Aenigma Oppiorum p. non intellexi. Att. 110. b. Intelligere p. aliquem. Gallo, lib. 7. 14. 3. a. Gladiatorem appello, vt appellant hi qui p. & Latine loquuntur. 7. Phil. 228. a. Epicurus autem, vt opinor, necnon vult ſi poſſit, p. & aperte loqui, nec de re obſcura vt Phyſici, &c. 2. de Fin. 24. a. Plane & dilucide loqui. 1. de Or. 70. a. De Ocella parum p. ad me ſcripſeras. ep. 28. b. Memini verò, inquam, ſed tu iſtuc dixti bene Latine parum p. 2. de Fin. 15. a. Vnum hoc ſcito, ſi te habebo, non mihi videbor p. periiſſe. ad Terentiam, lib. 14. 4. 7. a. Penitus cognitæ, planeque perſpectę res. 1. de Or. 54. a. Te p. etiam atque etiam rogo. 5. fam. 29. & 13. 18. Nam iſte eam profecto, niſi p. nihil ſapit, nunquam proferet. 1. Verr. 30. a. In hoc genere ſæpe fieri poteſt, vt non p. par ſit numerus ſyllabarum, & tamen eſſe videatur. ad Her. lib. 4. 175. a. Illud plane moleſte tuli, quod videbam, &c. ep. 40. b. P. videre aliquid. Tuſc. 1. 48. Finge aliquid ſaltem commode, vt ne p. videaris id facere quod aperte facis, &c. pro Roſc. Am. 32. a. Explicari mihi tuum conſilium p. volo, vt penitus intelligam. Att. 128. b. Sed ego p. vellem me arbitrum inter eos datum. de Leg. 166. b. Quo planius accipiatur. Top. 222. b. Planius commemorare. 3. Verr. 90. a. Planius & apertius dicam. pro Q. Roſc. 52. b. Explicari mihi tuum conſilium plane volo, vt penitus intelligam. Att. 8. 160. a. a. Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, vt planiſſime diceret. de Diu. 128. b. Apertiſſime & planiſſime aliqd explicare. 4. Ver. 112. a. Scribi quàm planiſſime illa res potuit. Trebatio, lib. 7. 36. Quod omnes leges planiſſime vetant. in Piſ. 90. b

Planities.

Aequatę agri planities. 6. Verr. 95. a. Principio Aſſyrij, vt ab vltimis authoritatem repetem, propter planitiam, &c. 1. de Diu. 3. a. Sed hoc πλάσμα magnas habet certe copias. Att. 149. b

Platalea.

Legi etiam ſcriptum eſſe auem quandam, quæ Platalea nominaretur, eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quę in mari mergerent: &c. 2. de Nat. d. 93.

Platanus.

Platanus, quæ ad opacandum aliquem locum patulis ſit diffuſa ramis. de Or. 87. b. Nā me hęc tua platanus admonuit, quæ, &c. 1. de Or. 15. a. Vmbrifera platanus. 2. de Diu. 49. Quid, ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? de Nat. d. 2. 17.

Plateæ.

Hinc rhetorum campus de Marathone, plateis, &c. Off. 13. b.

Plaudo.

Stantes plaudebant in re ficta. Lęl. 24. Inimici erant equitibus qui Curioni ſtantes plauſerant. Att. 34. b. Neque ſapienti vſque Plaudite, viuendum. Cat. 63. Populum vero præclarum, qđ propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur. 13. Att. 56. Id eſt, plauſu excipitur propter imminēs periculum. His in theatro plaudebatur. pro Seſt. 91. a. Huic plauſum eſt, vt ſalua Repu. Pompeio plaudi ſolebat. Att. 34. b. In plaudendo, non in defendenda Rep. manus ſuas conſumere. 16. Att. 5.

Plaudens.

Te curaturum fumo vt combureretur tota plaudente prouincia. ad Q. fr. lib. 1. 40. Quod quidem plaudente dicit. Tuſ. 242. b

Plaudentibus dijs hominibuſq;. 2. ad Q. fr. 13. id eſt, exultātibus

Plauſus.

Plauſus, immortalitas, ſibilus, mors homini leni. pro Seſt. 100 Quibus cū à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus. Cat. 58. Plauſus facetus. 14. At. 2. Ille plauſus qui Miloni quodammodo nobis videtur dari. 3. ad Q. fr. 1 c. Tantus plauſus, tanta approbatio infimorum. Att. 14. 314. a. a. Excitatus eſt ex omnibus ſpectaculis plauſus tantus, vt, &c. pro Seſtio, 108. a. Quęrere vel captare plauſum. 2. Tuſc. 108. a. Cum populus eo nomine plauſum dediſſet. ad Att. 53. b. Plauſum in recitādo dare. Att. 4. 4. Qui nec plauſum, nec lucrum quærunt. Tuſc. 229. b. Magno clamore atq; plauſu in roſtris collocatus ſum. ad Brut. 6. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plauſu reiiciebat. 2. Phil. 89. a Idq; frequentiſſimo theatro, incredibili clamore & plauſu comprobatum. 1. de Diu. 106. a. Plauſu infinito fratris tui. 12. fam. 5. Plauſu maximo cū eſſet mihi gratulatio ſignificata. 4. At. 3. Plauſu maximo tuliſſe calumniam. 8. fam. 18. in ep. Cęl. Cęſare cū veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. 2, At. 47. Perſequi plauſu effrænatos furores alicuius. de Aruſp. reſp. 48. a. Galli cantu plauſuq; premunt alas. de Diu. 120. b. Huic plauſus maximi, conſalutatio forēſis perhonorifica. Att. 2. 33. 2. a. Equidem is ſum qui iſtos plauſus, quum à popularibus ciuibus tribuerentur, ſemper contempſerim: &c. 1. Phil 27. a. In cauſa fœdiſſima plauſus quærere. 8. Att. 23. Pręſertim tantis plauſibus, tanta approbatione infimorum. 14. Att. 31.

Plauſibilis.

Nomen Cenſorium iam populare atque plauſibile factum eſt 1. Verr. 5. Quoniam hæc plauſibilia non ſunt, vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. 3. Tuſc. 44.

Plauſtrum.

Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe coniectum. 1. de Diu. 102. a

Plebes.

Plebes, quos pro ſe contra vim, auxilij ergo decem creaſſit, tribuni eius ſunto 3. de Leg. 9.

Plebs.

Plebs & infima multitudo. pro Mil. 73. a. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos. Tuſc. 172. b. Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet. de cl. Or. 169. b. Plebs de ſuo iure periculoſas contentiones nullas facit. 3. de Leg. 23. Plebi, exactis regibus, re non verbis danda fuit libertas: quæ tamen ſic data eſt, vt multis præclariſſimis adduceretur, vt authoritati principū cederet. 3. de Leg. 24. Gradus templorum ab infima plebe cōpleti erant. Att. 4. 70. 6. a. Accuſator de plebe. de cl. Or. 68. a

Plebecula.

Miſera & ieiunia plebecula. Att. 1. 44. Videtur enim mihi & plebeculam vrbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos viros ſecum habiturus. ad Att. 16. 25.

Plebiſcitum.

Plebiſcitum, lex, rogatio. pro D. ſua, 35. a. Decreta eſt blebiſcito a Senatu Conſultq. 2. de Fin. 87. a. In rem confertur, vt ſiquis ex teſtamēto quod facere iuſſus ſit, ex plebiſcito vetet. ad Her. 1. 27. a. Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges, plebiſue ſcita. Att. 3. 65. 5. a. Minuere plebiſcitis dignitatem Senatoriam. 2. de Or. 108. a

Plebeius.

Sed videbatur mihi, ſiquid eſſet in eo populare, q plebeius factus eſſet, id amiſſurus. At. 2. 22. 2. a. Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia, ac pene fuſca. p Seſtio, 14. a. Quid tibi venit in mentem, negare Papirium, quemq; vnquam niſi plebeium fuiſſe? ep. 139. b. Plebeij ludi. 2. Verr. 19. Licet concurrant plebeij omnes philoſophi, &c. 1. Tuſc. 86. a

Plebicola.

Plebicola Tribunus plebis. de L. Agr. 83. Qui (vt credo) non libidinis cauſa, ſed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem. pro Seſtio, 96.

Plector.

Plecteris ergo, inquiunt. ep. 180. b. Aemilius fecit, plectitur. Rutilius. de Or. 135. b. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & deligendis & colendis. Lęl. 71. Vt in iudicijs & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. pro Clu. 3. a. Vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia ſanciatur. 3. de Leg. 66. a. Cauendum eſt, &c. & ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. 1. Offic. 125. Iure plecti. 2. Offic. 39. a

Plectrum.

Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere: chordarum, dentes.2.de Nat.d.113.

Plenus.

Plenus ac refertus.1.Acad.q.25.2. Numerus plenus.de Somn. 117.b. Orator plenus & perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit varie & copioſe dicere. de Or.31.a.Verres plenus deceſſerat.4.Verr.8.a. Id eſt,diuitiis onuſtus.Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio,quidnam de nobis velit aut oſtendat. Att. 3. 19. Vir fide plenus.de Sen.1.a.Perpetuis pleniſque gaudiis vita beata exiſtit.5.Tuſc. 95.a. Adoleſcens ingenij plenus, locuples metu,&c.pro Flac.11.a. Plenus inimicorum. de prou. Conſ.15. Ille alter vno minus vitio vitioſus, quod iners, quod ſomni plenus,quod imperitus Att.1 9.10.a.Plenus homo officij. 11.fam.41.& 13.26.Procedit in medium,vini, ſomni, ſtupri plenus. 7. Ver.74.a.Alabaſter plenus vnguenti.Acad.q.li.2.b. Adoleſcentia plena ſpei maximæ.pro Cæl.63.a. Perfecta & plena argumentatio ex quinque partibus conſtat.ad Her.2. 63.a.Ornamentis fanorū plena domus,villæ refertæ.in Ver.129 b.Argenti cęlati optimi,multęq; ſtragulę veſtis,ꝑtioſiſſimorumq, mācipiorū domus plena.4.Ver.24.a. Feſtinationis plena ep. Att. 5. 101. 3.a.Plena ac referta formula diſciplinæ.Acad.q.edit.2.lib.1.11. Referta Gallia negotiatorum eſt, plena ciuium Rom. pro Font. 276.b.Plena laboris,periculi,detrimenti prouincia.12. fam. 29. in epiſt.Lentuli.Perfecta atque plena ſententia.4. de Fin. 60. a. Vita voluptatibus referta & plena.pro Seſt.17.a. Plenum & inane, principia vniuerſi iuxta Leucippum Acad.q.ed.1.lib. 2. 109. Si & plenum eſt,ſit imminutum. Or. 211. b. Graue plenumque carmen ſine cęleſti aliquo mentis inſtinctu fundere.1.Tuſc.98.a. Sceleris plenum conſilium.pro Roſc.Am.7.a.Artis plenum & peracutum genus orationis.de cl. Or.59. a. Sed ſi eadem hora aliæ pecudis nitidum atque plenum eſt, Aliæ horridū & exile, quid eſt quod declarari poſſit habitu extorum & colore?2.de Diu.46 a. Quaſi vero neſciamus in hoc genere & plenum verbum recte dici,& imminutum vſitate.in Or. 88. b. Plenum volumen querelæ iniquiſſimę.3.fam.17.Plenum atque integrum annum habere ad Pręturam gerendam. pro Mil.18.a. Plenum negotij deū quis non timeat? de Nat.d. 1. 39. Quem quidem cognoui cum doctum,tum ſanctum,plenum officij,ſtudioſum etiam meæ laudis. Att.7.124.1.a. Noctem timoribus plenam habui.Tironi,lib. 16. 20. Vt quoniam in aliena pecuniam tam plenam atque præclarā nullo iure inuaſerit.pro Roſc.Am.4.a.Ingreſſum pleno gradu eo hortari non intermittemus. Trebonius Cic. 12.39. Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtolit? Att.2.40.2.a.Pleni coactive. 2.de Diu.210.a.Literæ grauiſſimis verbis ſententiiſque plenæ.ep.153.b. Sed deinceps omnia,nonne plena conſiliorum, inania verborū videmus? 1.de Or.20.a. Quia plena ſunt dedecoris ac turpitudinis. Off. 3. 114.Gaudiorum plena omnia honeſta ſunt. 5. Tuſc.95.a.Plena ſunt monimenta Græcorum,quomodo,&c.9.fam.38.Stultorum plena ſunt oīa.ad Papiriū,l.9.22. 14.a. Ex perpetuis pleniſque gaudijs vita beata exiſtit.Tuſc.241. b. Nemo plenior & vberior ad dicendum fuit.de claris Or.275.b.Eo beatior quiſque ſit,quo ſit corporis,aut externis bonis plenior. 3. de Fin. 67. a. Plenior epiſtola.ad Brut.30.7.fam.19.id eſt,prolixior & copioſior. Quis plenior fuit inimicorum C. Mario? de Prouinc Conſul. 15. a. Plenior cæli natura.de Nat.de.1.13. Syllaba longior & plenior. ad Her.30.b.Quid plenius,quam omni genere cumulata oratio? de Or.111. b. Quod ſi quis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem,aut Craſſum fuiſſe pleniorē putet,quam, &c.3.de Or.10 a. Noli.n. putare quenquā Brute pleniorē & vberiorē ad dicendum fuiſſe.de cl.Or.64.a.De C.Graccho. Orationem Latinam legendis noſtris efficies pleniorem.1.Offi.4.a.Grandiorem & pleniorem vocem ſubſellia deſyderant.de cl. Ora. 160. a. Vocem pleniorem aut ſuauiorem audiſſe mihi videor neminem. 2.de Or.65.a.Tutiorem vitam & voluptatem efficere pleniorem 1.de Fin.82.a.Ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudam'. 1. Offi.89.a.Piſcium pleniſſimus fons Arethuſa.6. Verr.105.a. Nauium pleniſſimus portus. pro L. Man. 13. a. Turpiſſimum eſt, & pleniſſimum temeritatis.4.Acad.q.203.a.Pleniſſimæ cohortes.3 fam. 15. Pleniſſima omnia deſperationis. 2. Att. 44. Pleniſſima omnia omnium miſeriarum. 2. Att.64.Velis pleniſſimis nauigare.pro D. ſua.20.a.

Plene.

Perfecte pleneque eruditus.de Cl.105.b.P cumulateque perfectum. 2.de Diu.4.a.Perfecti homines,pleneq; ſapientes. 1.Off. 70.a. Hoc p vitare non potes,ad Q.fr.lib.1.1.58.a. Quum enim ſuperiores,e quibus pleniſſime Polemo ſecundum naturam viuere,ſumum bonum eſſe dixiſſet.4.de Fin.33.a. Vetus exemplar legit pleniſſime. Te oro,&c. quam pleniſſime ad me ſcribas. Att. 3.62.1.a.

Plenitudo.

Cum in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores ſyllabæ erunt,vt longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.ad Her.30.

Plerique.

Vt plerique dicunt phyſicæ rationis ignari. in Ant. 212. b.P. eorum,quibuſcum viuo neceſſario.ep.77.b Eſt enim magni laboris,quem p. fugimus.de Or.97.b. Partes generum pleræque. de Inu.66.b.Pleræque quæſtiones.Tuſc. 216. b. Vt contra omnium ſententias dies tam pleroſque deduceret.1.Aca.q.95.a.Teophraſtum adhibemus ad pleraque.de Fin. 127. b. Nec ratione animi quicquam,ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabāt. de Inu. a.Pleraque ea illis conuenient huic tenuitati.Or. 204.b.

Plerunque.

Aut ſemper,aut plerunque.de Diu.107.b.Sententia aptis conſtricta verbis cadit plerunque numeroſe.de Cl.167.b.P. nō ſemper quæ eueniūt, fortuita ſunt.2.de Diu. 21. a. Feruentior p. eſt animus fortis & magnus in homine non perfecto nec ſapiente. 1. Off.71.a.Quid,quum in altiſſimos montes, quod p.fit? 1.de Diu. 65.a. P. improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo,& fama,tum,&c.de Fin 59.b.Manere p. in aliquo loco.At. 5. 104.3.a. Multis locis ne tectum quidem accipio,& in tabernaculo maneo p. Att.76.b.Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus,ſed p. neceſſarius ut hoc tempore.ep.219. b.

Ploro.

Ploro atque imploro fidem.de Nat.d.1.11. Senatum pro me plorare & ſupplicare prohibuerunt.pro D. ſua,45.b. Feſſus ſum plorando.Att.15.18.

Ploratus.

Heu virginalem me ore ploratum edere.2. Tuſc.18. Ciuitatū gemitus,ploratus,&c. Att.5.104.2.a.

Ploſtrum.

Omnia ex fanis,ex locis publicis, palam ſpectantibus omnib. ploſtris,euecta,aſport ataque eſſe.3.Verr.36.a.

Pluma.

Quem rutila fulgēs pluma preteruolat ſales.in Arat.b.c 011. qui pluma aut folio facilius mouentur. 8. Att. 55. Verſicolores plumæ columbis ad ornatum ſunt. de Fin.3.15.Obductæ plumis quædam animantes,aliæ ſquamis. 2. de Nat. deo. 90.

Plumeus.

Collocemus in culcitra plumea.3.Tuſc.79. a.

Plumatus.

Extrema nitens plumato corpore coruus.2.de Nat. d. 171.a.

Plumbeus.

O plumbeum pugionem.4.de Fin.79.a.Id eſt, argumentum frigidum. Quum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. 1. Att.36. In animi autem cognitione dubitare non poſſumus,niſi plane in phyſicis plumbei ſimus,quin nihil ſit animis admiſtū.1. de Fin.58.

Plurimum,Plus, Pluſculum, vide Multus.

Pluſquam, vide Plus, poſt Multum.

Plutia,Siciliæ ciuitas.5.Verr. 166.

Pluo,

Sanguinem pluiſſe Senatui nuntiatum eſt.2. de Diu.85.a.Pluuia,& pluendo coniugata.Top.224.b.Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſueruut,à pluendo: ὕειν enim eſt pluere.2.de Na.d.161.

Pluuia.

Equidē etiam pluuias metuo,ſi prognoſtica noſtra vera ſunt, raoæ enim [illegible]. 15. Att.33.

Pluuius.

Pluuiam aquam arcere.Top.19.Tu ſcis vt aquæ pluuiæ arcētur. pro Mur.19.a.

Plutealia.

Præterea tipos tibi mando,quos in tectorio atricoli poſſim includere,& plutealia ſigilla duo.Att. 1. 6. 5. a. Melius legitur. Putealia.

Poculum.

Poculum mortiferum.Tuſc.1.58.Quæ deinde interceptio poculi?pro Clu.134.a.Cui cum ipſe poculum dediſſet,ſubito illa in media potione exclamauit ſe maximo cum dolore mori.p Clu. 21.a.Cum venenum obbibiſſet,reliquum ſic e poculo eiecit,vt id reſonaret.Tuſc.169.b. Iā exhauſto illo poculo mortis. pro Clu. 23.a.

23.a. In his pocula duo quędam, quę Heraclia nominantur, Men
toris manu ſummo artificio facta. 6. Verr. 34. a. Pocula immania
2. Phil. 74. Pocula vt in ſympoſio Xenophontis minuta atque ro-
rantia. de Sen. 43. Nam iſte magnitudine poculorum, bibendo-
que totam Aſiam ſuperauit. pro Flac. 71. Illis diligenter legibus,
quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. 7. Ver. 23. a. Poſcunt
maioribus poculis. 3. Verr. 45. a.

Poculentus.

Habitat in ea parte oris quam eſculentis & poculentis iter na
tura patefecit. 2. de Nat. d. a Legitur & potulentis.

Podagra.

Quum arderet podagræ doloribus, viſitaſſetque hominē Car
neades, &c. 5. de Fin. 162. a. Doloribus podagræ complures an-
nos cruciari. 2. Tuſc. 78. a. Si quod cum podagra conſtitutum ha
bes. 7. fam. 12.

Poema, vide poſt Poeta.

Pœna.

Pœna damnationem neceſſario conſequitur. 2. de Inu. 164. Pœ
naque eſt, ſi quis buſtum violarit de Leg. 183. b. Mors, naturæ pę
na eſt: iracundiæ, tormentum atque cruciatus. 11. Phil. 290. a. Pæ
na eſt, vt opinor, Dorylenſium grauior, quam apud alios, falſarū
& corruptarum literarum. pro Flac. 30. a Pæna non erat olim in
poteſtate iudicum, ſed ſola damnatio, pro Syl. 48. Pæna violatę
religionis iuſtam recuſationem non habet. 2. de Leg. 40. Pæna p-
uenit ad liberos qui nihil meruerunt. ad Brut. 40. Non in eo, cui
facta eſt iniuria, ſed in ijs qui fecerunt, ſceleris ac conſcientiæ
pæna remanſit. in Piſ. 75. a. Sequitur pæna ſcelus. de Aruſp. reſp.
34. a. Morbi excuſationi pæna addita eſt. pro Mur. 135 b. Reticē
tiæ pæna etiam eſt à Iuriſconſultis cōſtituta. 3. Off. 84. a. Pæna in
ciues Rom. nominatim ſine iudicio conſtituta. pro D. ſua, 122. b.
Quæ pæna diuina ſit, nō recte exiſtimamus, & opinionibus vulgi
rapimur in errorem, nec vera cernimus, morte, aut dolore corpo
ris, aut luctu animi, aut offenſione iudicij hominū miſerias pon
deramus, quæ & humana ſunt, & multis bonis viris accidunt, ſce
leris aūt pæna, triſtis, & præter eos euētus q ſequūt, pͥſe ipſa maxi
ma eſt. 2. de Le. 42. Pæna falſarū & corruptarū literarū Romæ gra
uis eſt. p Flac. 158. b. Cauēdū in puniēdone maior pęna, quā culpa
ſit. Off. 1. 125. Improbis aūt pœna ſtaduēda ē. Læl. 40. Quæ te tāta
pęna tuorū ſcelerū ac flagitiorū vexat? vt arbitreris. p D. ſua, 213
b. Pœna capitis cum pecunia nunquā iongi ſolita. pro D. ſua. 36.
Pęna violati iuris votorū eſto. 2. de Leg. 24. Pœna noxię par eſto.
3. de Le. 11, & 39. Pœna periurij diuina, exitiū: humana, dedecus.
2. de Leg. 24. Cum magiſtratus iudicaſſit, inrogaſſit, ve, per popu
lū mulctę pęnę certatio eſto. 3. de Le. 8. a. Pœnæ pſentis metu vt
religio confirmetur, deus vindex conſtituitur. 2. de Leg. 27. Ad
pœnā qui accedit iratus, nunquā mediocritatem illa tenebit, quę
eſt inter nimium & parum. Off. 1. 125. Hanc pœnam fœderibus a-
ſcribere, vt nullus populus fœderatus ciuitate donari poſſit, niſi
Dignitas præſtabilis,de Prou.Conſul. 31. Præſtabilis & inſignis alicuius virtus, de Aruſp. reſp.37. Summendæ autem res e runt,aut magnitudine præſtabiles,&c.2.de Or. 189.a. Virtute excepta,nihil amicitia pręſtabilius, de Amic. 86. a. Nil mente præſtabilius natura homini dedit, de Sen. 39. a. Nihil melius mundo, nihil præſtabilius,nihil pulchrius 2.de Nat. d.28.a. Quæro,verum tandem putes melius fuiſſe & præſtabilius, me naſci, an te, in Vatin. 31. b. Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? de Finib. 1. 32.

Præſto.

Iſte homo certus & diligens ad horam octauam præſto eſt 4. Verr.64.a.Simul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago 1.de Nat.d.76.Præſto eſt huius vitii temperatio.3.de Leg.26.Hirūdines æſtiuo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt, ad Her.4.227.a.Vt ad omnia,quæ ſi operæ,ſi vigiliæ deſeruiunt amicis,& præſto ſunt omnibus, ep.53.b. Si officia mea cauſis, tu etiam præſto fuiſti, pro Syll. 172.b.Quibus quidem cauſis tu etiam præſto fuiſti,de Cl.Or.193.b. Tu interea Romæ ſcilicet amicis præſto fuiſti:fateor,pro Mur.40.a.Id eſt, forenſem operam,vrbanaque officia præſtitiſti.Dionyſius nobis præſto fuit, Att.61.b.Q.Fabianus legatus tuus mihi præſto fuit. Att.3.3.1. a.Is tibi victori non ſolum ad hoſpitium, ſed ad periculum atque ad aciē præſto fuit,pro Deiot.148.b. Is qui tibi præſto ſemper fuit,pro Quint.30.a.Præſto mihi fuit ita fideliter beneuoleque 13.fam.39.Ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit,pręſto multis fuit,pro Mur.17.a.Traleis veni ad v 1.Calēd. Sextiles:ibi mihi præſto fuit L.Lucilius,cum literis, mandatiſque tuis,ad Appium Pulchrum,lib.3.5.1.a. Pręſto fuit res eius familiaris,& patuit fortunæ meæ 13.fam.52.Hoſtiæ ad ſacrificium præſto non fuerūt,de Inu.74.b. Togulę lictoribus ad portam pręſto fuerunt,in Piſ. 91. b. Præſto fuiſſet ad horam morti deſtinatam 5.Tuſ.89. a.Conſtitui cum hominibus quo die Meſſanæ mihi præſto eſſent,in Verr.122.b.Vt ad omnia quę tui velint,ita ſim præſto,vt,&c.ep.53.b.Si officia mea,ſi operę tui velint,ita ſim præſto,vt,&c.pro Syll. 172.b. Pręſto ſis mihi ad vrbem 9.Att.65.in ep.Cæſ.Pręſto eſſe ad nutum alicuius,& libidini eius cupiditatique parere 3. Verr. 54. a.Præſto eſſe aduenienti 5.in Verr.52.& pro Quint. 30.Acad.q.edit.1.lib. 2.92. Macroni vix videor præſto eſſe poſſe.Att.61.b.Pręſto eſſe maximis Reip.temporibus bonus augur debet 3.de Leg.38.Pręſto eſſe virtutes vt ancillulas,quæ,&c.2.de Fin.110.a.Præſto fuiſſe animum 13.Phil.352. De mea autem in te voluntate ſic velim Iudices,me, &c.opera tamen & conſilio,ſtudio quidem certe,rei,famæ,ſaluti tuæ pręſto futurum 4.fam.46. Præſto me tibi ſummo cum ſtudio ſemper futurum 6.fam.56.

Præſtolor.

In Formiano tibi pręſtoler vſque ad 111. Non. Mai. Att. 2. 30.3:a.Qui tibi ad forum Aurelium pręſtolarentur armati,in Cat.17.Pręſtolari alicui 2.Att.36.Ego huic ſpei & expectationi,quę nobis proponitur,maxime tamen volui pręſtolari apud te in Epeiro 3.Att.33.

Præſtringo.

Cuius dignitas & ſplendor præſtringebat credo oculos Vatinii,in Vatin. 9.a. - Ita omnes meos dolos,fallacias,Pręſtigias pręſtrinxit commoditas patris 3. de Nat. deo. 104.a. Sed quaſi per caliginem præſtrinxerat aciem animi, in Ant. 240.b. Quorum vtrunque pręſtringere aciem mentis ſolet 1. de Diuin. 102. a.

Pręſultor.

Exin quidam ruſtico Romano dormienti viſus eſt, venire qui diceret,præſultorē ſibi non placuiſſe ludis,&c.de Diu.1.51.

Præſum.

Auſpicia quibus ego & tu Craſſe pręſumus,de Orat. 88.& de Nat.d.4.b.Qui cuique artificio pręſunt,de Fin.123.b.Cognitio iuris ciuilis prodeſt iis,qui ei pręſunt,de Or.101.b. Magiſtratibus leges,populo magiſtratus pręſunt 3.de Leg. 3.a. Qui rogati Reipub.pręſunt,Off.16.b. Et clariſſimi viri ei ſtudio etiā hodie pręſunt,de Or.101.b. Prouincia in qua tu triennium pręfuiſti,in Verr.188.b. Non enim paruit ille T. Gracchi temeritati, ſed præfuit,de Amic.35.Qui non ſolum interfuit his rebus,ſed etiam præfuit, ep. 8.b.Frater meus triennium Aſię pręfuit, ep. 26.b.In Aſiam Quęſtor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude prouincię pręfuit. Acad.q.edit. 1.lib.2.1.M. Fannius huic quęſtioni iudex pręfuit,pro Sext.Roſc.Am.17.Hi omnes Pręter Thalem ciuitatibus ſuis præfuerunt, de Or.155. b.Secuti ſumus claſſem Dolabellę,cui Lucilius pręerat.Caſſius ad Cic.12.13.9.a.Hi qui portui faciundo pręerat,ab eo ſubornati fuere,a.Id,niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem,multiſque præeſſem,qui,&c.de Ora.88. b.Cum C.Coponius Pręțorio imperio claſſi Rhodiæ pręeſſet 1.de Diu. 119.a. Aliquem curatorem præficere,qui ſtatuis faciendis præeſſet, in Verr. 137.b. Cum pater armis faciendis tunc præfuiſſet,pro Sext.Roſc.26.& in Piſ.98.b.Nihil negotii eſt continere eos quibus pręſis, ad Q. fr.290.b.Pręſint ſacerdotes ceremoniis & ſacris 2.de Leg.17.de Aruſp.reſp.12.a.Præeſſe agro colendo,pro Roſc.Am.29.a.Præeſſe cuique artificio,4.de Fin.124.a. Alicui crudelitati non ſolū intereſſe,ſed etiam præeſſe,Att.139.b.Exercitui præeſſe, Plancus Senatui,lib.10.8.8.a.Præeſſe legionibus,ep.260.b.Nauibus & claſſi pręeſſe 7.Verr.66.a.Sacerdotiis præeſſe, pro D. ſua,81. a.Intereſſe alicui rei & pręeſſe,Lentulo,lib. 1.8.1.a.Faciūdæ alicui rei publice præeſſe 7.Verr.38.a.Pręeſſe Reipub. Off.1. 111. Studio alicui præeſſe 1. de Or.120.a. Temeritati alicuius pręeſſe, de Amic. 35.a. Metellus huic quæſtioni præfuturus eſt. in Verr.71.b.

Præſens.

Aderat præſens M.Bibulus,&c.pro Dom. 221.b. Quod præſens tanquam in manum iucundius eſt:&c.2.Off.68.a.Bellua ad id ſolum quod adeſt,quodque pręſens eſt,ſe accommodat 1.Off. 19.a.Illud vero nonne ita præſens eſt, vt Iouis nutu factum videatur?in Cat.115.b.Pręſens tecum egi, itēque petiui ſæpe per literas.Curioni,lib.2.6.9.a.Corpore nihil niſi præſens,& quod adeſt,ſentire poſſumus,de Fin.60.b.Quantum pręſens mihi prodeſſes,magis poſt diſceſſum tuum ſentio 12.Att.62.Interfuit,& pręſens vidit 1.de Inu.116.a. Sed animus acer & pręſens,& acutus,idem atque verſutus inuictos viros efficit 2.de Or.47.In Repub.vero quanquam animus eſt præſens,tamen voluntas etiam atque etiam ipſa me deficit.Att.1. 13.4. a.Auxilium præſens 6. Verr.96.a.Erat igitur pręſens caritas & futura fames,pro Dom. 9.Pręſens & præpotens deus,de Nat.d.2.3. Hercules tantus & tā pręſens deus.Tuſc.154 b.Id eſt,propitius.Præſens iracundia,ad Lentul.1.1.77.a.Peſtis pręſens 3.Phil.363.a. Atqui ne ſi nauigare quidem velim,ita gubernatem,vt ſomniauerim:pręſens enim pœna ſit 2.de Diu.184.a.Præſentis animi vti conſilio 2.Off.113. a.Facultas optabilis tui pręſentis ſi mihi eſſet, nunquam a tuis conſiliis diſceparem.Planc.Cic.10.4.7.a.Pręſentis tui poteſtas mihi fuerit 1.fam.52. Ille pręſenti potius,quam futurę dignitati cōſulebat.a.Sed hoc pręſenti tibi commodius exprimam.Att. 14.b.Cętera(vt tu ſcribis)pręſenti ſermoni reſeruentur, ad Q. fr.2.16.Pręſentem atque audientem,vita priuandum eſſe dixit. in Cat.85.a. Populari agros non ad ſpem conſtituendę rei familiaris,ſed ad pręſentem paſtum mendicitatis ſuę 11.Phil.291.a Gratiam pręſentem refero,pro Planc.81.a.Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturum 1.Off.48. a.An verò ſi de re ipſa,ſi de finibus, cum in rem pręſentem non venimus:ſi de tabulis & pręſcriptionibus,cōtrouerſia eſt, &c.1. de Or.130.a.Placuit de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem pręſentem veniretur,pro Cęc.288.b.Pecuniam pręſentem non debitam ſoluit mulieri,pro Clu.25.a.3.Verr.104. Pro eo tibi pręſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres 2.Att.14. Tametſi video, ſi mea voce ire in exilium animum induxeris,quanta tempeſtas inuidię nobis, ſi minus in pręſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impēdeat 1.in Cat.16.Exponere commodius aliquid pręſenti.Att.1.12.5.a.Hęc ad te i pręſenti ſcripſi, vt ſperes,&c. ep. 23.b. Dicerem de eius virtute eo pręſente timidius, pro Cec.56.a.Me pręſente & me inſpectante hoc factum eſt, in

Verr:

Verr. 78.b & ep. 112.b. Hic eſt vnus homo ex omnibus, quo præſente minime ineptus eſſe vellem 1. de Ora. 55.a. Præſente Roſcio geſtum agere, pro Quint. 52.a. Præteritorum meminit, præſentia cernit, futura præuidet animus 1. de Diu. 111.a. Cognoſcent omnes tui pręſentes, tui abſentis amorem, Lentul. t, 1, 13.a. Eorum, quibus ambo illi oratores cogniti ſunt, viuorũ & præſentium memoria teſte, &c. 2. de Or. 6.a. Neque ſolum viui atq; præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atque docent, ſed, &c. 1. Off. 218.a. In contentione vires ad nocendum pręſentes habere Att. 15.225.3.a. At enim præſentes videmus deos, vt apud Regillum 3. de Nat. d. 15.a. Vt tanquam a præſentibus coram haberi ſermo videretur, de Amic. 96.b. Teſtibus præſentibus liberam cretionem cognoſcere. Att. 3.294.2.a.

Præſentia.

Præſentia animi, pro Mil. 46. a. Pręſentia mei exercitus 10. fam. 31. in ep. Planc. Deſyderium præſentiæ tuæ meo labore minuam, Licinio, lib. 5.8.17.a. Declarant præſentiam ſuam ſæpe diui, de Nat. d. 2.4. Alicuius aſpectum pręſentiamque vitare, in Cat. 110.b. In pręſentia 16. Att. 35. Periculum in pręſentia & ante oculos propoſitum eſt, pro D. ſita, 9. Deorum præſentiæ quales ſupra commemoraui 2. de Na. d. 46.a.

Pręſumptio.

Præſumptionem dialectici vocant πρόληψιν 2. de Diu. 84.

Prætendo.

Tu, qui te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætendere: &c. in Vatin. 10.

Prætentatus.

Tota cauſa prætentata atque perſpecta 2. de Or. 174.a.

Pręter.

Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt, præter cæteros, crudelitas nobilitata 2. Off. a. Præter cæteros, diuinare mortem eſſe optimum homini 1. Tuſ. 185.a. Quod ſi, vt ampliſſimum nomen conſequeremur, vnus præter cæteros adiuuiſti, certe idem, vt id retineamus, præter cæteros elaborabis, Q. fr. 298.b. Guſtatur dulcitudine pręter cęteros ſenſus commouetur 3. de Or. 55.a. Attici in eo genere præter cæteros excellunt, de Or. 128.b. Hoc mihi pręcipuum eſt præter cęteros, pro Syll. 6.a. Segeſteis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius, quam ferre poſſent, in Verr. 217.b. Quæ me res igitur pręter cæteros impulerit, &c. pro Sext. Roſc. Am. 18.b. Loquebantur enim Decumani palam, & præter cæteros ii qui apud iſtum plurimum poterat 5. Verr. 115.a. Vnũ præter cęteros mirabatur 1. Acad 67.a. Mulieres noſtrę pręter cæteras Romæ remanſerunt. Att. 111.b. Vt etiam ſi præter conſuetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere 2. de Diu. 88.a. Pręter conſuetudinem tuam. Att. 365.1.a. Credo quod literis dandis pręter conſuetudinem proxima nocte vigilauerat, in Cat. 112.b. Qui omnes præter eum, de quo per te egimus, reum me facere tentur. Att. 7.153.16.a. Nihil magis ridetur, quam quod eſt præter expectationem, 2. de Or. 156.a. Cauendæ ſunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, &c. ad Q. fr. 1.1.34.a. Præter ideæ matris famulos, eoſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito 2. de Leg. 24. Præter cõmunem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominũ generi præcipue debemus, ad Q. fr. 1.1.41.a. Præter laudem bonis atque innocentibus nihil ex hoſtibus, neque a ſocijs reportandum 3. de Leg. 18. Nullas enim literas adhuc acceperam, præter quæ mihi biuæ ſemel in Tribulano redditæ ſunt. Att. 5.90.2.a. Amicum ex conſularibus neminem tibi eſſe video, præter Lucullũ, ep. 5.b. In reliquis officiis, cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, vt domum ventitares? ep. 181.b. Pręter modum creuit lacus Albanus 1. de Diu. 161.a. Præter modum plerique exterrentur 2. Off. 52.a. Gratum præter modum, pro Planc. 66.a. Ariſtides expulſus eſt patria, quod præter modum iuſtus eſſet 5. Tuſ. 148.a. Multa autem impendere videbantur præter naturã etiã, pręterq; fatũ 1. Ph. 7.a. Pręter duos nos 7. fam. 45. Pręter oculos Lolij hæc omnia ferebãt 5. Verr. 51.a. Quod quia pręter opinionẽ mihi acciderat, &c. ad Cæl. l. 2.8.4.a. Nihil vt plerumq; euenit, præter opinionẽ accidet, pro Plan. 12.a. Quæris ex me quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omniũ factum ſit. Att. 1.11.1.a. Conſul comitia habere cępit ſubito præter opinionem omnium, pro Planc. 269.b. Dionyſius ad me pręter opinionem meam venit, Att. 8.154.b.a. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed valde ex voluntate, in Piſ. 35.a. Præter peccatum & culpam nihil homini pertimeſcendum accidere poſſe 5. fam. 64. In ſuperioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti ſumus, ad Her. 13.b. Præter ſpem aliquid dicere. Sulpit. 4.49.a. Præter ſpẽ ſiquid erit, facies vt ſciã. Att. 15.327.6.a. Nil iam præter ſpem vnquam, ad Brut. 11.14.5.a. Omnibus ſententiis præter vnam Scamander condemnatus eſt, pro Clu. 28.b. Cum ei nihil adhuc pręter ipſius voluntatem cogitationemque acciderit, niſi quod, &c. in Cat. 107.b.

Præterea.

Addebant præterea Rempubl. conuenturam Calend. Sextilibus 1. Phil. 6.a. Nam & in omni genere prudentiam ſuam mihi expoſuit, & pręterea mihi non ignotam in conſuetudine ſuauitatem ſuam adiunxit, pręterea ſummam erga ſe liberalitatem, quę omnia, &c. ep. 144.b. Multa pręterea oſtenta, multa in extis admonentur, multique aliis rebus, de Nat. d. 59.b. Præter communem fidem quæ in omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipue debere videmus. Qu. fr. 295.b. Reliquis ſyderibus animoque præterea diuinitatem dedit, de Na. d. 1.20. Ipſum præterea ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuincies, ep. 203.b. Se & alios præterea tres factos eſſe dixit, pro Clu. 22.b. Deinde nihilne pręterea diximus? 4. Acad. 140.a. Duo præterea teſtes nihil dixerunt, pro Cęc. 20.a. Pop. Rom. deligit magiſtratibus, &c. in quibus ſi qua pręterea eſt ars, facile patitur ſin minus, &c. pro Planc. 51.a. Non poſſumus huius ciuitatis & cumſuis pręterea eſſe ciues, pro Corn. Balbo, 21.a. Prudentiã tuam mihi expoſuit, &c. præterea ſummam erga ſe liberalitatem, Planc. 10.3.2.a. Nam Lyſiadem nouimus: eſt enim Phędri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus 5. Phil. 173.a. Expedito nobis homine opus eſt, & eo qui imperium legionũ habeat, qui præterea authoritatem, nomen, &c. 1. Phil. 308. Præterea de veſtra vita, &c. hodierno die iudicandum eſt, in Cat. 122.b. Vnum Clitarchum, neque præterea quenquam de Græcis legiſſe videatur, de Leg. 1.6. A me vero ſic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini, Sulpit. 4.3.16.a. Num quis tamen reſtitutit vnum aiebat, præterea neminem 4. Phil. 22.a. Eundem hunc vnum ab hoſtibus metui, præterea neminem, pro L. Man. 3.a. Quas cum recitauiſſem, cecidit Sextilius, multi præterea, de Ora. 88. & ad Brut. 90.b. Præterea mihi promiſit Paulus ſe daturum operam, &c. ep. 191. & 144.b. Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Craſſo requiratis? 1. de Or. 27.a. Præterea quidem de Conſularibus, &c. Lentulo, lib. 1.7.7.a. Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribam, tu ſagacius odorabere. Att. 94.b. Dilectus noſter, belli periculum, militum improbitas, ſexcenta præterea alia, Att. 94.b. Multos præterea & noſtra ciuitas & Græcia tulit ſingulares viros, de Na. d. 59.b.

Prætereo.

Cædes relinquo, libidines prætereo: &c. nec hæc quidem idcirco omitto, quod, &c. de Prouinc. Conſul. 5. Hæc nunc prætereo ac relinquo, in Verr. 170. & 188.b. Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamen, &c. pro Cæc. 73.a. Non me pręterit, nos eam rem Epheſi expertos eſſe, ad Silium, lib. 13.66.2.a. Non me præterit Recuperatores, &c. pro Cęc. 73.a. Nam illud me non præterit, in iudicio, pro Clu. 21.b. Certe quęri hoc ſcelere me non præterit, quemadmodum, &c. pro Cæc. 304.b. Non te præterit, Att. 8.164.3.a. Hoc eſt ſcis, Sed te non præterit, quam ſit difficile, ep. 9.b. Et hoc te pręterit, non id ſolum ſpectari ſolere, &c. 1. Verr. 29.a. Non me præteribat in tanta ſolicitudine hominũ, &c. Plancus ad Senatum, l. 10.8.2.a. Sum multum equidem cũ Phædro in Epicuri hortis, quos modo præteribamus, de Fi. 124.b. Et, quod pene præterii, Bruti tui cauſa feci omnia. Att 6.114.6.a. Quam pene præterii. 9. Att. 68. Et quod pene præterit, capella quædam, in Verr. 126.b. Fratris filium præterit Qu. Furii honeſtiſſimi Equitis Romani ſuique amiciſſimi &c. 2. Phil. 59.a. Tempus non legis, ſed libidinis tuæ præterit. Att. l. 7.126.12.a. Vt illud prætercam & miſſum faciam, pręteribo, pro Qu. 2.b. Vt non modo nullam captet, ſed etiam prætereat omnes voluptates, de Finib. 1.19. Dignos præterire nonnunquam populus ſolet, pro Planc. 5.a. Tantam omnium laudum excellentiam non queo ſilentio præterire, ad Brut. 15.11.a. Atque illud nõ queo præterire. Att. 17.b. Nihil eorum præterire, quæ pro cauſa dici poſſunt. Ac. q. ed. 1. l. 2.59. Præterire tamẽ non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem 9. Att. 27. in ep. Cæſaris. Neque ab alio vinci poteſt, neque ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire, in Saluſt. 1.a. Sed quum ſapiens, & bonus vir, qualis fuit ille, ſuffragiis præteritur, &c. Tuſ. 5.40. Damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipſius pertulit, prætereantur 3. Ver. 22.a. Ne ſumptuoſa reſperſio, ne longæ coronæ, nec acerræ pręterantur. a. de Leg. 95.a. Nõ enim fuit aut mediocre, aut obſcurum, aut eiuſmodi quod ſilentio poſſit præteriri, ad Lentulum, lib. 5.8.2.a. Nec vero M. Cælium prætereundum arbitror, de Cl. 90.b. Non prætereundum eſt ne id quidem 3. Verr. 110.a. Sed prima duo

capita epiſtolę toę tacita mihi quodammodo pręterennda ſunt ep. 36. b.

Prætetiens.

Si præteriens aſpexerit, de Cl.Or. 182. b. Voo aſpectu & pręteriens de aliqun iodicare, de Cl. 104. a. Quaſi præteriens ſatiſfaciam vniuerſis. t. Verr. 27. a. Doctus homo & copioſus & paratus, & nihil præteriens eorum quæ pro illa cauſa dici poſſent 4. Acad. t 56. a.

Præteritus.

Cum bonis ſuffragiis præteritus, & a vano populo repulſam refert. Tuſc. a 38. b. Aetas præterita quamuis longa, qoum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem, de Sen. 5. a. Præteritum tempus oonquam reuertitor, nec quid ſequatur, ſciri poteſt, de Sen. 63. a. Præteriti doloris ſecura recordatio delectationem habet 5. fam. 5 t. Quoad lōgiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, pro Arch. 185. b. Præteritum eſſe a columniariis 8. fam. a8. io ep. Cæl. Io prætetito tempore quid conſiderandum a. ad Her. 38. Præterita ea vera dicuntur, quorum ſuperiore tempore vera fuerint in ſtanria. Fat. a t. Præteritorum io Ere & Erunt, indifferens vius. Or. 88. Animus ſeuocatus a ſocietate, &c. tum memioit præteritorum, præſentia cernit, futura pręuidet t. de Diu. t t t. a. Memoria præteritorum, futurorum prudentia, de Sen. 7 t. a. Præteritorū ſyncopa vſitara. Or. 88. Aedilitate pręteiitos ſcimus Conſules eſſe factos, pro Pl. 42. Cōuerti præterita in falium e vero nō poſſunt, de Fat. t 1. Mutare præterita non poſſumus, in Piſ. 46. a. Præterira tenere, & futura prouidere, & complecti præſentia, ſola diuina ſunt. Tuſ. s. 53. Quęque ab his dicuntur, ſic perſequamor, vt othil io præteritis relinquamus 4. Acad. 84. a.

Præterfluo.

Animus præſentem voluptatem percipit pariter cum corpore, & proſpicit venientem, nec præteritam præterfluere ſinit. 5. Tuſc. t 36. a.

Prætergredior.

Currens Lepta venit, mihique nuntiauit, te iam caſtra pręter greſſum eſſe, ad Appium Pulchrum, lib. 3. 7. t 0. a.

Præterlabor.

Tum & in ſenſom & in mentem iudicis intrare non poteſt: ante enim præterlabitur, quam percepta eſt 2. de Or. 60. a.

Prætermitto.

Ego nullom diem prætermitto. Att. t 50. b. Nullum locom prætermitto laudandi tui, ep. l. 12. 24. t. a. Nos tamē oihil, quod ad eam rem pertinet, prætermittimus, ep. 5. b. De aqua & via oihil prætermiſi quadam epiſtola, quin ad te enucleate ſcriberē. Q. fr. 323. b. Nihil prætermiſi in te ornando, quod, &c. ad Planc. l. 10. t 3. 1. a. Ego nihil prætermiſi, quantom eniti potui, quin Pōpeium a Cæſaris coniunctione auocarem a. Phil. 45. Certe nihil ſciens pręteraniſi 7. Ver. 20. a. Neminē prætermiſit, cui ōn eadem iſta dixerit, ad Brut. l. t a. 8 t. t. a. Neqi vllum officium erga te hominis amantiſſimi prætermiſit, ep. l. t. 8. a. a. Hæc te igitur ſcire volui, oe illod quidem prætermittam, ad Qo. fr. 3 t a. b. Ne illud ioidem ptermittā, Hortenſiut filius fuit, &c. Att. 6. 1 t 4. t 3. a. Equidē Patras euntē neminem prætermittā, ad Tironē. l. 16. 1. 4. a. Sub. eūnon dem ad literas. Multa crimina prætermittere 2. Verr. 20. a. Nihil q ad rem pertinet, prætermittere, Lent. l. 1. 5. t 4. a. Prætermittere officium. Ac. q. ed. 2. l. t. 26. Sceleris pœnam prætermittere, ad Brut. t 5. t 4. a. Prætermittere prouiociā. 5. fam. 3. Nullū prætermittere officii ſtudiique munus aut tempus 6. fa. 46. Voluptates prætermittere 3. de N. d. 4 t. a. Quę prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. ep. 1. 9. a. a. Quid Libonem prętermiſſurū ſceleris putas? 9. ad Att. 47. Sed ea pars quæ contra Philonē erat, prætermittenda eſt 4. Ac. 25. a. Ne hoc quidem prętermitteodum duxi, te vt hortarer, vt, &c. Seſt. l. 5. t 7. 6. a. Ac ne illud quidem ſilentio &c. prętermittendū puto, q, &c. 13. Phi. 352. a. Prętermittendæ autem defenſioois, deſereodiq; officii plures ſolent eſſe cauſæ 1. Off. 41. a. Temperantia conſtat ex prætermitteodis uoluptatibus, de Natu. deo. 67. b. Pręterniſſum eſt a me ut dicerem 13. Attic. 26. pro, prætermiſi dicere.

Prætermiſſus.

Qui negant illum locum a Panętio prętermiſſum, ſed conſulto relictum, &c. Off. lib. 3. t t. Qoare Craſſe neque nos tua ſuauitate oos priuabis, vt ſiquid ab Antonio aut prætermiſſum, aut relictom ſit, noo explices 2. de Or. 69. a. Quid, n. eſt a Chryſippo prætermiſſum in Stoicis? l. t. de Fi. 5. Exitus illius minuit eius officii prætermiſſi reprehenſionem. Att. 174. b. Hac diuiſione, &c. duo prætermiſſa ſunt 3. Off. 8 t. a. Prætermiſſos fructus pręteriti temporis exigere 4. Att. 1. Siquid eſt prætermiſſum aut commiſſum, aſſeruot, de Aruſ. reſp. 19. a.

Prætermiſsio.

Mamerco homioi ditiſſimo Aedilitatis prętermiſſio, Conſulatus repulſam attulit 2. Offic. 85. 2. Formæ igitur ſunt, hæ, in quas genus ſine vllius prætermiſſione diuiditur, &c. 10 Topi. 16. a.

Præterquam.

Nullas iis præterquam ad te dedi literas, ad Appium, l. 3. 7. a. a. Iuno Moneta, a qua, p. de ſue plena, quid vnquā monitu ſumus? de Diu. a. 105. a. Pro tātis rebos oullū a vobis præmium poſtolo, p. huius diei memoriam ſempiternam 3. in Cat. 79. a. Nā p. quod te moueri arbitror oportere iniuria quę mihi a quoquam facta ſit, &c. Att. 9. 138. 6. a. Et p. quod Reip. cōſulere debemus, tamē tuę dignitati ita fauemus, vt, &c. ep. 10. t. 7. a. P. quod a Senatu deſciuerat, de Aruſp. reſp. 37. a. Hoc autem loco tantū explicemus, hęc honeſta quæ dico, p. quod noſmetipſos diligamus, præterea ſuapte natura per ſe eſſe expetenda, de Fin. 5. t 09 Neque quod diſpliceat committam, p. quod hominis mihi coniunctiſſimi doleo grauem caſom, ep. t 80. b. Hoc nihil aliud quā bonorum meorum direptio, p. quod ne id quidem per legem Liciniam, vt ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti? pro D. ſua, 41. a. At id p. qood fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt, de Diu. t t 4. b. Ego ne io Cumano & Pompeiano, pręterquam qoòd ſine te, cętera ſatis commode oblectabar, ad Qu. fr. a. 3 t.

Præteruecho.

Neque enim vocum ſuauitate videntur, aut nooitate quadā & varietate cantandi reuocare eos ſolitę, qui pręteruehebantur, &c. 5. de Fin. 89. a. de Sirenibus. Magna ſpe ingredior in reliquam orationem, &c. quoniam periculoſiſſimum locum ſilētio ſum pręteruectus 7. Phi. 223. Inſulā totā pręteruectus eſt, 7. Ver. 77. a. Tādiu in imperio ſuo claſſem ille Prętor diligēs vidit quādiu cōuiuiū eius flagitioſiſſimū pręteruecta eſt 7. Verr 69. a Emerſi iam e vadis, & ſcopulos pręteruecta eſt oratio mea, pro Cęl. 39. Etenim ei ſuccedo orationi, quę non pręteruecta ſit aures veſtras, ſed in animis omoium penitus inſedit, pro Corn. 1. a.

Præteruectio.

Monimentum ſceleris audacięque ſuę voluit eſſe in conſpectu Italię, veſtibulo Sicilię, pręteruectione omnium, qoi ultro citroque nauigareot 7. Verr. t 34.

Præteruolo.

Fugit eos & pręteruolat numerus. Or. 2 t 6. b. Hic ſe iam totū cęcas Equus abdit in vmbras, Quem rutila fulgens ploma pręteruolat Ales, in Ar. 45. a. Hęc duo propoſita non pręteruolant ſed ita dilatant, &c. Acad. quęſt. edit. 1. lib. 2. 40. metaphora ab auibus, quę vltra uolando celeriter effugiunt. Sententięq; ſępe acutę, oon acutorum hominum ſenſus pręteruolant 3. de Ora. t 24. a. Illud a te nimium feſtinanter dictum eſt, neſcio quomodo pręteruolauit oratio de Fin. 5. 69.

Prætexo.

Sic omnia, quę fiuot, quęque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura pręteauit 2. de Or. t 74. a. Neque. n. quiſquā poteſt. exercitum cupere, aperteque petere, vt non prętexat cupiditatem triumphi, in Piſ. 44. Atque in Sibyllinis ex primo verſu cuiuſque ſenteotię, primis literis illius ſententię carmeo ordine prętexitur 2. de Diu. 167. a.

Prętextus.

Tongillom mihi eduxit, quem amare in prętexta calumnia cœperat 2. io Cat. 27. a.

Prætexta.

Prętexta, Conſulatus inſigne, in Piſ. 17. Prętexta toga populi iudicio dari ſolita, pro Seſt. t 27. Sed prӕterea togā ſuam eius prętextam, &c. magoo hominum riſu cauillatus, ad Q. fr. lib. 2. t 4. a. a. Pueri togam ſumentes, prętextam deponebant, de Am. 102. b. Eripies igitur pupillę togam prętextam? 3. Verr. 79. a. Prętextam, ſi voles legere, &c. 10. fam. 73. in ep. Pollionis. Aediles cum toga prętexta & ſella curuli, in Verr. 243. b. Conſul vnguentis oblitus cum toga prætexta, quam omnes Prętores Aedileſque tum abiecerant, irriſit ſqualorem veſtrum. Poſtquā. 206. b. Neque te tam commouebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod ſine bulla venerat 3. Verr. t 80.

Prætextatus.

Magnus enim prętextatus illo die fuit. Att. 88. b. Tu S. Clodium, qui nunquam antea prętextatus fuiſſet, ludos facere, prætextatum volitare paſſus es, in Piſ. 81. b. Pupillus prętextatus, 3.

rus 3.Verr.107.a.Teneſne memoria prętextatum te decoxiſſe? in Ant.169.b.Filii triumphantium prętextati,pro Mur.10.a.Vi dere prætextatos inimicos,pro D.ſua,75.a.

Prætor.

Prætor qui dies totos aut vim fieri vetat, aut reſtitui factum iubet,qui de foſſis,de cloacis,de minimis aquarum itinerumqꝫ controuerſiis interdicit, pro Cæc.291.b.Prętor interea Piſo tā ta de re tacebit,pro Cęc.26.a.Prętor iuris diſceptator eſto,qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, is iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento 3.de Leg.7.Iuſtiſſimus Prętor, pro Flacco 6.a.Prætor primus centuriis cunctis renuntiatus ſum, pro L. Man.13.a.Sapiens Prętor offenſionem uitat ęqualitate decernē di,beneuolentiam adiungit lenitate audiendi, pro Mur. 39.a. Prætor Quæſtori ſuo parentis loco eſſe ſolitus 1.Verr.33.Prętor vrbanus M.Druſus.2.ad Her. 52. Prętoris edictum lex annua 3. Verr.76. Prætoris exceptiones 2. de Inu. 162. Prætoris erat dare iudicia,pro Cæc.6.Pętori cum populo patribuſque agendi ius eſto 3.de Leg.10.Prætori nemo intercedere poteſt 4. Verr.20.Prætorem decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Off. 1. 201. dictum Periclis ad Sophoclem collegam.Per Prætorem vrbanum iudices ſortiretur 2.ad Qu. fr.2.A Prætore dies tertius diceretur,de Aruſp.reſp.6. Tali ciue Prætore in vrbanis officiis indigere 10.ſam.35. in ep.Planc. Prætores ſuis Quæſtoribus in parentum loco olim habiti, pro Planc.23.Vrbani prætores iurati debent optimum quenque in ſelectos iudices referre,pro Clu.96.a. Prętores præeundo etiā Conſules appellantur 3.de Leg.8.Prętores ius dicunt,Aediles ludos parant? Att.9.184. 3. a.Prętores Romani cum duobus fascibus incedebant,in Rul.91 Prętores abſentium Conſulum munus ſuſtinere ſoliti more maiorum. 10.ſam.26.Collegium Prætorum 3 Off.105.a.

Prætorius.

Prętorius apparatus,pro Seſt.65.Cohors Prętoria.2.in Cat. 41.a.10 ſam.63.in epiſt.Galbæ.Imperium Prætorium. 7. Verr. 3..a.Ornata & merces in Prætoriam demum deferebantur.7.in Verr. 113. a. Cum C. Coponius Prætorio claſſi Rhodiæ præfuiſſet de D..u.94.b. Quæ quidem pleraque iure Prætorio liberantur. 1.Off.48.a.Loco prætorio ſententiam dicere.12.Att.25. Viri Conſulares & Prætorii.Att.16.334.2.a.Prætoriæ exceptiones in priuata actione fiunt.1. ad Her.23.

Prætorium.

Curritur ad Prętorium.7.Verr.73.a.Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante Prętorium.de Diu.95.b. Cedat Conſula ri generi Prætorium,nec contendat cum Prætorio Equeſter locus,pro Planc.2.a.Imperat ſuis, vt candelabrum illud in Prætorium deferrent.6.Verr 56.a.Procedit iſte repente e Prętorio 7.Verr.83.a.

Prætura.

Probata in iure,grata in munere, ornata in prouincia Prætura Murenę,pro Mur.50.a.Pretura iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates,pro Flac. 147.b. Ex prætura triumphare,pro Mur.13.

Præuaricor

Qui enim poterat tum in gratiā redire cum Oppianico Cluentius:&c.an vt tu pręuaricaretur?pro Clu.69.a.Clodius a Catilina pecuniam accepit,vt turpiſſime præuaricaretur,de Aruſ. reſp.39.a.Deinde quum videtur præuaricari potuiſſe, ſi prouiſum eſſet,&c.3.Tuſc.89.a.Hoc quanquam ſedulò faciebat,tamē interdum non defendere,ſed pręuaricari accuſatori videbatur, pro Clu.45.Id eſt,præuaricando ſubſeruire. Omnino accuſatorum incredibilis infantia,id eſt L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes pręuaricatum.Att.4.85.12.a.

Præuaricator.

Piſo pręuaricator Catilinę quondam,nunc vltor,in Piſ.84. & in Verr.64.b.Præuaricator cauſæ publicæ.Cælius ad Cic.lib. 8.15.2.a.Iam vereor ne,&c.præuaricatorem mihi appoſuiſſe videar.2.Phil.47.Vtrum te perfidioſum,an præuaricatorem exiſtimari mauis? 1. Verr. 32. a. Præuaricatorem iudicare, in Vatin. 2. a.

Pręuaricatio.

Cauſam præuaricationis dicere Cæl.Cic.8.8.7.2.Præuaricationis nomen ſignificat eum qui in contrariis cauſis quaſi uarie eſſe poſitus uideatur,In Part.66.a. Vt ſi in reo pecunia abſoluto,ruſuſque reuocato, pręuaricationē accuſator eſſe definiat omnem iudicis corruptelam ab reo:deſenſor autem non omnē, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo.Par.68.Quo die hæc ſcripſi,Druſus erat de præuaricatione a Trib. ærarii ab

ſolutus,ad Q.fr.1.16.12.a. At pręuaricatione eſt Aſcitius liberatus,pro Cæl.17.a. At ego id ipſum quod uir optimus Diogenes Chaldęus quaſi quadam pręuaricatione concedit,nego poſſe intelligi.2.de Diu.136.a.

Præuenio.

Hæc Poetius credo perſecutus fuiſſet, niſi aliquis caſus aut occupatio conſilium eius pręueniſſet,de Off.59.b.

Præuerto.

Nemo vnquā me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem nō præuerterim, pro Syll.34.a.Ita tamen, ſi vacas animo, ut quid habes aliquid quod huic ſermoni pręuertendum putes,de Diu.1.9.

Præuideo.

Pręuideo quod ſit deſenſurus Hortenſius,in Ver. 139.b.Animus pręuidet,&c.de Somn.Scip.130.b.Tum meminit pręteritorum,præſentia cernit, ſutura prętuidet. 1. de Diu.111.a.Multa aures præuident:de Nat.d.58.b. Ita ſutura eloquentia præuiſa in infante eſt,de Diu.96.b.Res mihi tota præuiſa atque pręcauta. eſt in Verr.a21.b.

Præuolo.

Grues in tergo pręuolantium colla & capita reponunt.2.de Nat.d.188.a.

Pragmaticus.

Sed quia, ut uideo, pragmatici homines omnibus hiſtoricis præceptis,uerſibus denique cauere iubent,& vetant credere.2. Att.49.& 50.Itaque non ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudiciis oratoribus,ii qui apud illos παραγματικοὶ uocantur 1 ſic, &c. 1. de Orat. 90.& 132.

Pragmaticon.

Tu,ſiquid pragmaticon habes,ſcribe.14.Att.4.

Prandium.

Id autem ex eo,ut opinor,quòd anteceſſerat Statius, ut prandium nobis uideret.Att.5.88.4. a. Ad prandium inuitare, pro Mur.141.b.Dico illum,cum ad illud prandium crudior ueniſſet,& ut ętas illa fert,ſibi tum nō pepercisset,ęgrotaſſe,pro Clu. 53. b. At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium uulgo uocati,pro Mur.65.a.Si gladiatoribus uulgo locus tributus, & item prandia ſi uulgo eſſent data, &c. pro Mur. 62.a.Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimę nomine, magno honori fuerunt.2. Off.85.a. Quid prandiorum apparatus proferam?2.Ph. 110.a.Prandia & cœnas alicuius commemorare.3.Verr.33.a.

Prandeo.

Sed prandimus in Arcano.Att.5.88.3.a. Cum in eius nuptiis more Latinatium multitudo hominum pranderet,uenenum habiti conſilio paratum,pro Clu.133.

Pranſus.

Adde inſcitiam pranſi,poti,oſcitantis ducis,pro Mil.42.

Pratum.

Iugera prati irrigare,Qu.fr.3.17.5.a.Viriditas pratorum,de Sen.53.a.

Pratulum.

Pro iſto aſſo ſole,quo tu abuſus es in noſtro pratulo. 12. ad Att.9.

Prauus.

Affectio non diſtorta nec praua.4.Tuſc.44.a.Quid rectum in oratione,prauumue.1.Acad.28.a.Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe arbitrabantur,pro Roſc.Com.17.a.Rectæ prauique partes.Or.201.b.Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum,ſic inter uerum & falſum. Aca.q.9.& 46.b.Beſtiarum uero nullum iudicium puto. quanquis enim deprauatę non ſint, prauæ tamen eſſe poſſunt 2.de Fin. 56.a.Si qua in membris praua aut debilitata aut imminuta ſunt,de Fin.115.b.Recta & praua tacito quodam ſenſu diiudicamus.de Or.161.b.Praua ſentire.Tuſc.1.15.Nec ſolum in rectis, ſed in prauis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo,de Leg.262.b.

Praue.

Quia quod bene,id recte,frugaliter,honeſte: ille porro male,praue,nequiter turpiter cœnabat 2.de Fi.45. a.Recte facta ſola in bonis actionibus ponent:praue,id eſt peccata, in malis. 1. Acad.53.a. de Zenone.

Prauitas.

Prauitas,imminutioque corporis,de Fin.5.44.a. Vitium,quũ partes corporis inter ſe diſſident,ex eo quo prauitas membrorum,diſtortio,deformitas.4. Tuſc. 43. a.Quę tanta prauitas tementis

mentis tenuit, vt, &c. in Vat. 31. b. Erroribus prauitatis mentes Agyptiorum imbutæ 5. Tuſc. 114. a. Qualis iſta philoſophia eſt, quæ non interitum afferat prauitatis? 2. de Fin. 48. a. Ne mala cõſuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemque veniamus. 1. de Or. 76. Oris prauitatem, & verborum latitudinem imitari 2. de Or. 51. a. A vitæ prauitate ad deum conuerterent, de Nat. d. 1. 53. Da operam vt eum de illa prauitate animi deducas, de Pet. Conſ. 27. a. Tanta in prauitate eos animaduerti 12. fam. 34. in ep. Lentuli. Tamenne in iſta prauitate perſtabitis? Aca. q. edit. 1. lib. 2. 26. Animi prauitates recte vitia dicuntur, in Parad. 26. a. Corporis prauitates ſi erunt perinſignes, an habebũt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit? 1. de Leg. 38.

Praxiteles.

Praxiteles Roſcii, dum eſſet in cunabulis, ſerpentis amplexu circũplicati ſpeciem cælauit argento. Diu. 1. 70. Praxiteles marmoreum cupidinis ſignum Theſpiis fecit 6. in Verr. 3. & 4. Chares a Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, vt Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycletis, ſed omnia coram magiſtrum facientem videbat, cæterorum opera, vel ſua ſponte conſyderare poterat. 4. ad Her. 148.

Praxitelus.

Quaſi non potuerit id euenire caſu, & non in omni marmore neceſſe ſit ineſſe vel Praxitelia capita, l. 2. de Diu. 37.

Precius.

Clamabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Coſſanum, meruiſſe ſe cũ L. Precio ſplendidiſſimo equite Rom. qui Panormi negotiaretur, &c. 7. Verr. 126. a.

Precius.

Qui quum ab Equite Romano, &c. non impetraſſet, vt inſulam in lacu Precio venderet, &c. pro Mil. 55.

Precor.

Præcor ac quæſo, voſque, &c. pro Dom. 111. A Ioue Optimo Maximo, cæteriſque diis, deabuſque immortalibus pacem & ueniam peto, precorque, vt, &c. pro Rabirio 91. b. Bona a quibus precamur, ab iis dantibus nolle ſumre, ſtultitia eſt de Natu. deo. 121. a. Quid ueneramur, quid præcamur? deos de Nat. d. 25. b. Ita vero Quirites, ut precamini veniat, vt huius amentiæ pœna in ipſum recidat in Ant. 193. b. Quibus vtinam euenĩſſent ea, quę tum homines præcabãtur, pro Seſt. 29. b. Hæc ego ſemper de vobis expetini, hæc optaui, hæc precatus ſum, in Piſ. 36. Quę deprecatus ſum a diis immortalibus, &c. vt ea res mihi bene atque fœliciter eueniret, eadem præcor ab iiſdẽ diis immortalibus, ob eiuſdem hominis Conſulatum vna cum ſalute obtinendum, & vt, &c. pro Mur. 1. a. Vtrum tandem bono viro & ſapienti optabilius putas, ſic exire a patria, vt omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur (quod mihi accidit) an quod tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent in Piſ. 25. a. Sed hæc vtinam non experiare: quod precarer deos niſi meas preces audire deſiiſſent verumtamen precor, ut his infinitis noſtris malis contenti ſint, &c. 1. ad Qu. fr. 55. Nec ego ſi vnquam vobis mala precater, quod ſępe feci, in quo dii immortales meas preces audiuerunt, morbum, aut mortẽ, aut cruciatum precarer, Thyeſtea iſta execratio eſt, in Piſ. 88. b. Precati amicis ab indigno, ſupplicare, tum acerbius in aliquem inuehi inſectarique vehementius, &c. de Amic. 51. a. Cum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetũ faciunt, ad Her. 41. b. Deos immortales, precari, venerari, atque implorare debetis, vt urbem defendant. 2. in Cat. 47. Deos immortales ſcientia peregrina & externa, mente domeſtica & ciuili precari, pro Corn. Balbo, 44. a. Verres in iudicium venit, vbi nec precari quidem deos, atque ab eis auxilium petere poſſit 6. Verr. 62. a. Dii, quos nos colere, precari, venerarique ſolemus, de Nat. d. l. 1. 162 Mala precari alicui, in Piſ. 33. a. Sacerdos a deo precata dicitur, vt daret, &c. Tuſc. 173. b.

Precans.

Paulus Perſæ precanti ne in triumphum duceretur, inquit, &c. Tuſc. 251. b.

Precatio.

Itaque in ea dea, quæ eſt rerũ cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt, de Nat. d. 39. b. Si illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet vim & religionem, quanta, &c. pro Mur. 1. a. In augurum precatione fluminum nomina videmus, de Natu. d. 70. b. Simili precatione Trophonius & Agamedes vſi dicuntur. Tuſc. 173. b.

Precis.

Nec prece, nęc pretio, nec gratia, nec ſimultate a recta uia deduci oportet, ad Her. 17. b. Quintus non modo non cum magna prece ad me, ſed acerbiſſime ſcripſit. 11. Att. 32. Si prece & obſeruatione humili ac ſupplici vtemur 1. de Iuu. 32. a. Preces feruẽtis aduerſus regem ad Brut. 43. in ep. Brut. Niſi incredibilis cõtentio & preces Pompeii fuiſſent, ad Qu. fr. 32. b. Nihil tuli grauius, quam me non poſſe matris tuæ precibus cedere. Att. 280. b In quo dii immortales meas preces audiuerunt, in Piſ. 33. a. Quod precarer deos, niſi meas preces audire deſiiſſent, ad Qu. fr. 305. b. Nocturna illius ſacrificia, ſceleratesque preces, & nefaria vota cognoſcimus, pro Clu. 58. b. Eorumque preces & notaria vota cognoſcimus... de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi, pro Plancio, 79. a. Quare noli expectare lõgas preces, intuere meipſum, qui, &c. ad Brut. 29. in ep. Brut. Impetrare precibus ſalutem alicui. Brutus Cic. 16. 5. a. Nihil ſentiens deus, qui nunquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis 1. de Nat. d. 51. a. In precibus & gratulationibus non ſolum id venerari, verumetiam id oſculari ſolẽt. 6. Verr. 84. a. Precibus iiſdem te obſecro, quibus, &c. 11. fam. 9. Precibus quoq; me obſecraret 4. fam. 34. Precinus omnibus pro & obteſtor 9. At. 49. At literæ ſunt Fauſti, per quas ille precibus à Sylla petit vt emat gladiatores, pro Syl. 41. a. Placare precibus diuinum numen ſcelere violatum, pro D. ſua, 108. a.

Precarius.

Precarium facere quæſtum, ad Octau. 47. Nempe quia poſtulabat hæc, ſalutem abs ſe peti, precariam non incolumitatem habere, a quibus ipſe libertatem accepiſſet: &c. Brutus ad Cic. 16. 7. a.

Precario, ablatiuus pro aduerbio.

Nec ui, nec clam, nec precario poſſidere, pro Cæc. 67. Etiam ſi precario eſſent rogandi, tamen, &c. 7. Ver. 48. a. Etiãne ſi ui eiecit, ſi clam, ſi precario venit in poſſeſſionem, &c. con. Rul. 89. b. Atque vt precario, non ui ueniſſe videatur 3. de Or. 90. a.

Prehendo, & Prendo.

Deinde ipsũ Craſſũ manu ꝓhẽdit, & heus tu, inquit, &c. 1. de Or. 123. a. Stirpes tellus amplexa prehẽdit. i. Arato 14. a. Renũtiatũ nobis erat, Hirrum diutius dicturũ, prendimus eum, nõ fecit. 8. fam. 33. in Ep. Cæl. Dein cũ otioſus ſtylum prehendebat, flacceſcebat oratio, de cl. Or. 47. a. Sex. Alphenus ſeruulum vnũ, quẽ iſte prehenderat, abducit, pro Quin. 14. a. Prende C. Septimium, L. Statilium, &c. Att. 12. 240. a. a. Vt gubernacula reipub. prẽderem. ad Brut. 91. b. Cum tabulas prendiſſet Oppianicus digito legata deleuit, ꝓ Clu. 25. b. Quid diuinũ ęternũq; ſit viderit, ipsũque ea moderãte & regẽtẽ pene ꝓhẽderit. 1. de L. 91. a. Prehẽdere locum, pro Flac. 64. Viſum tibi eſſe C. Marium prehendiſſe eum dextram tuam, & bono animo te iuſſiſſe eſſe. 1. de Diu. 105. a. Sed quum acceptũ iam & approbatũ eſſet, cõprehenſionẽ appellabat, ſimilem iis rebus quæ manu prenderentur. 1. Aca. 58. a

Prenſo.

Prenſat vnus P. Galba, ſine fuco ac fallacijs more maiorum Att. 1. 1. 2. a. Initium prenſandi facere cogitabamus eo ipſo tempore, quo, &c. Att. l. 1. 1. Cum peterem magiſtratus, ſolebam in prenſando dimittere a me Scæuolam, &c. 1. de Or. 55.

Prenſatio.

Fuit illius hęc præpropera prenſatio. 1. Att. 1.

Premo.

Quoniam verbo me premis, poſthac, &c. Tuſ. l. 1. 12. Timarchides autem columen familiæ veſtræ premit fauces defenſionis tuæ. 5. Verr. 151. a. Curſum ingenij premit hæc importuna clades ciuitatis, de clar. Or. 186. a. Alas premunt cantu plauſuque galli. 2. de Diu. 85. a. Neceſſitas te tãta premebat, pro Roſ. Am. 59. a. Sic premebat Zeno, quæ dilatantur à nobis, de Na. d. 2. 16. Premam te, cum ex te cauſam vniuſcuiuſq; rei exquirã. de Diu. 117. b. Spero ſi te viderim, & ea quæ præmant, & ea quæ impendeant, me facile tranſiturum, ep. 126. b. Premere argumentum, Tuſ. 1. 72. Premere forum, pro Plan. 54. Premere omnia humana, Tuſc. 4. 50. & 51. Ne vrbem hanc vrbe alia premere atque vrgere poſſitis. 1. de L. Ag. 10. a. Quo quidẽ in iudicio, odio premitur omnium generũ, &c. ad Q. fr. 3. 19. 4. a. Qui quãquã premuntur ære alieno, dominationẽ tñ expetuut. in Cat. 39. a. Denique hoc loco cauſa teſtibus honeſtiſſimis hominibus premebatur, pro Cla. 41. a. Omnes qui ære alieno premantur. Att. 7. 123. 8. a. Cũ inuidia & odio populi Galba ꝓmeretur. 1. de Or. 116 Iſtã cõciliationẽ gratię Stalenus tũ recenti re, quum faucib. premeretur, excogitauit, ꝓ Cl. 68. a. Qui quom ſeruitute premere mur. &c. 4. Phi. 154. a. Premi ęgritudine. Tuſc. 3. 59. Bello terro periculoſoq; premi. pro L. Man. 21. a. Premi acerrimis doloribus corporis. Tuſcu. 5. 84. Doloribus ſummis premi. 2. Tuſc. 1 a.

Deſiderio rerum omnium & luctu premi. Atti.3 63.3.a, Premi ſexcentis talentis.6.Atti.3. Hoc vno uitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quòd, &c.4.de Fin.t a 5.a

Preſſus.

Preſſus orator quæ cauere debeat. Brut. 105. Verbis aptus & preſſus Thucidides.2.de Or.30.a.Orō pſſa.2.de Or.64.a.Preſſa voa.Poſt redi.in ſena.1 t.Preſſo oratori cauenda inopia & ieiunitas. Brut.105.Aſiatici Oratores non contemnendi quidē nec celeritate, nec copia, ſed parum preſſi, & nimis redundantes.de clar.Orato.25.a. Sonos vocis diſtinctos & preſſos efficere.2.de Nat.d.233.a.Preſſis & flebilibus modis concinere.1. Tuſ.170.a. Quis re autem eſt, &c.in definiendis & explicandis ſententijs preſſior? in Hortenſio, a.

Preſſus.

Animus intentione ſua preſſum depellit omnem ponderum. Tuſ.5.48. Hic preſſu duplici palmarū continet anguē.de Nat.d.47.b.Oris preſſu & ſono aliquē facile vincere.3.de Or.15.a.

Preſſe.

Preſſe & anguſte definire.Or.207.b.Attenuate preſſeq; dicere.de Cl.181.b.Preſſe & ęquabiliter & leniter loqui.3.de Ora.26.a.Alterū exercitatio augebit, alterū imitatio preſſe loquētiū & leniter.1.Off.185.Ad iſtū locū pſſius videbaſ accedere.Acad. quæſt. edit.1.lib.2.29.Quę a tę dicta ſunt, preſſius agamus.4.de Fin.41.a.

Pretium.

Falſum eſt, & ob vacationē pretium datum, quum immunis nemo fuerit.pro Font.6.a.Merces operę, pretiumq; impudētię.5.Verr.64.a.Cum ab eo merces sui beneficii pretiumq; prouinciç meo ſanguine tibi eſſet perſolutum, pro D.ſua.217.b.Res alicuius pretu.in Ver.201.b, Audierant alicuius pretij ſcyphos eſſe, in Verr.207.b.Veſtem pretii maioris habeo, quàm tu, de Inu.53.b, Noli ſpectare quanti hō ſit, parui.n.pretii eſt, qui iam nihil ſit.1.ad Q.fr.47.Nihil ad ptium addidiſſe.3.ad Q fr.4.Vt ſi pręd onibus pactū pro capite pretiū nō attuleris.3. Off.145.a, Pretium ſummū conſtituā.15.Att.40.Conſtituere certū pretiū.At.14.309.1.a, Quomodo pſuaſit? pretium dedit? cui dedit? pro Sex.Roſ.45.Enumerare pretiū.pro Sex. Roſ.40.b.Annona pretium, niſi in calamitate fructuum, nō hēt.5.Verr.195. Nunc qm tuum pretium noui, in licitationē potius ponā, quàm illud minoris veneat, ep.96.b.Pēdere pretiū.Att.228.b, Pretiū fundi ſeruare.3.ad Q.fr.3.pro tanti quāti ſit emptus, vēdere, Adduci pretio, pro Cæc.21.a.Hic ager oīs quoquo pretio coemptus erit, iſt ingenti pecunia vobis inducetur.2.de L. Agr. 71.a, Nec pretio quidem corrumpi, iudex in eiuſmodi cauſa pōt, pro Cæc.28.b. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate a recta via deduci oportet, ad Her.17.b. Pretio & mercede duci ad aliquid faciendū.2.Off.29. Facere finem pretio difficile eſt, niſi libidini feceris.6.Verr.12.a, Cōem eſſe factum gratis, qui pretio proprius fuiſſet.pro Q.Roſ.49.b, Ab iſto & preco qui voluit, iſtum ordinem pretio mercatus eſt.4.Ver.85.a, Mercari aliquid tanto pretio, pro S.Roſ.74.a, Pretio atq; mercede minuiſti maieſtatē Reip.7.Ves.40.a, Authoritas pretio ſuperabatur, in Verr.120.b, Vendere aliquid paruo pretio.6.Verr.118.a, Nec tamen iſta pretia hortorum pertimueris, &c.Att.12.244.1.a, Nunc iacent pretia prædiorum, pro Quint.Roſc.19.

Pretioſus.

Facies non erat, ars erat pretioſa, pro Q. Roſ.49.b, Pretioſa veſtis, in Ant.173.b, Quæris ſi in mari iactura facienda ſit, equine pretioſi potius iacturā faciat, an ſerui vilis.3. Off.119.a, Non minor voluptas percipitur ex viliſſimis rebus, quàm ex pretioſiſſimis, de Fin.83.b, Et dic unde tu pretioſiſſimos hortos paraueris? in Salu.275.

Pretioſe.

Vaſa magnifica & pretioſe cælata.2.de Inu.201.a

Pridem.

Quòd ad me pridem ſcripſeras, Seſtio, lib.5.6.4.a, Fuit.n.regnante iam Græcia, noſtra autē ciuitate nō ita pridē dominatu regio liberata, in Bruto, 20.a, Quàm pridem hoc nomē Fannii in aduerſaria retuliſti? pro Quin. Roſ.4.a, Demonſtrat quàm pridem ſibi hæreditas veniſſet, in Verr.202.b

Pridie.

De Terentia autem ſcripſi ad te eis literis, quas dederā pridie.At.12.241.10.a, Dederā Epheſo pridie, has dedi Trallibus, Att.75.b, Hæc eſt pridie data, quàm illa.Att.42.b, Pridie Nonas Iunias quum eſſem Brunduſij.Appio, l.3.4.1.a, Non auditis ſententiā meā flagitari. Cui quum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanē pacis deuoluti.7. Phil.255.a. Ibi eſſe vſq; ad pridie Calend.Maias uolo, Att.2.24.6.a, Ad pridie Idus Maij.pro Planc.151.b, Ex ante diem Nonarum Iun. vſque ad pridie Calend.Septēb. Att.47.b, Sententiā Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.Att.11.229.2.a, Pridie cōpitalia memēto, Att.a, Pridie q̄ has literas dedi, Coss.cōuenti, Att.12.b, Pridie q̄ exceſſit e uita, de Amic.11.a, Mēmius q pridie quàm ego Athenas venirē, Mitylenas pfectus erat, At.74.b De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, Senatus authoritas grauiſſima intercesſerat, ad Lentulum, lib.1.2.12.a, Pridie Quinquatrus. Att.149.b, Pridie ſcriptæ literæ, quàm datę.15.Att.2 2. Philotimus pridie eius diei venit.Att.183.b, & ep.14.b

Primus.

Aeſculapius, qui primus vulnus obligauiſſe dicitur.de Na.d.71.b.Annus primus ab honorum perfunctione.3.de Or.5.a, Caniatis primus Dyrrhachinus.5.Verr.110.a, Primus homo.6.in Verr.32.pro primario. Qui Trib.pl.primus inter homines nobiliſſimos factus eſt.pro Seſt.4.b, Genere & nobilitate ſui municipij facile primus, pro Roſ.Am.9.a, Prima illa conſolatio eſt.6.fam.13.id eſt, præcipua. De his igitur quæ diximus, hac ſit prima diſtinctio, de Vniu.196.b, De quibus ex ornationibus nominatio eſt prima, ad Her.33.b. Prima prouincia.3.fam.13.& 12. Atti.35.id eſt, prima pars prouinciæ, Primum & maximum eſt in actionibus cum populo vt vis abſit.3.de Leg.36 Primū & ſummū.Par.1.Primū nihil a natura inuentū.3.ad Her.131. Me tibi primū qdq; cōcedēte.in Ver.213.b, Poſtea Racilius de priuatis tibi me primū ſententiā rogauit, ad Qu. fr. 2.5.5.a. Recita mihi quæſo hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum, Canuleii.4.Verr.132.a. Poſtremam quamque nauem piratæ primam adoriebantur, in Verr.154.b. Primum tempus ſalutationibus conſumpſimus, de Vniu.3.Eo ſum profectus prima luce. Sulpit.Cic.lib. 4. 12.5.a. Nominibus vterentur his quæ prima ſpecie admirationem, re explicata riſum mouerent, 4. de Fin.99.a. A Lyſone Lilybetano primo homine, in Verr. 208.b. De morte & dolore primo & proximo die diſputatum eſt. Tuſc.223.b. Primo quoque die. Att.219.289.& 130.b.in Ant.220.b.Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expoſitum eſt 2.de Inu.129.a. In primo viget, iacet in extremo, in Or.155.a.Primo progreſſu feſtiue tradit elementa loquendi.Ac.q. ed.1.l.2.83.Primo quoque tempore afferretur 6.Verr.51.a.Primo quoque tempore aliquid fieri vel agi. Att.112.b.Omnes copias primo quoque tempore in vnum locū cōuenire. Att. 8.159.3.a.Eiuſmodi iniuriæ, vt de eis indignum ſit non primo quoque tempore iudicari, de Inu.69. b. Pompeiū in fuga eſſe, eumque primo vento nauigaturum. 9. Att.52.Quinque primi accitu iſtius euocantur, in Verr,162.b. Sex primi, de Nat.d.74.b.Decretum ſit, vt decem primi proficiſcantur ad Syllam, pro Sext.Roſc,22.b.Peripatetici primi ex omnibus philoſophis docuerunt.4.de Fin.18.a. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cum muneribus, &c.notiſſimæ mihi ſunt. Plancus Cic. 10.11.a.a.Cui primæ fine controuerſiæ referebantur, in Ora. a. Eorum quæ ſunt prima naturæ, propter ſe nihil eſt expetendum, de Fi.3.18.& 24. Prima duo capita epiſtulæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda ſunt, ad Appium, lib.3.8.2.a.Prima in oratione pauci cernunt, poſtrema plerique 3.de Or.106.Prima & ſumma, habentur vtilia.3.Off.138.a.Prima enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis, tertiiſque cōſiſtere.Att.112.Or.3. Euocat ad ſe Centuripinum magiſtratum & decem primos, in Verr.141.b.Agebat primas in cauſis Hortenſius, de Cl.Or.171.b.Non poſſum equidem non ingenio primas concedere 2. de Ora. 81.a. Amoris erga me tibi primas defero.Att. 1.12.8.a. Ad quem tū Epicurei primas deferebant, de Nat.d.1.12.Pater tuus, &c.primas omnium ciuium P.Naſicæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare ſolebat 8.Phil. 243. Primas Idus, id eſt proximas.8. Phi.255. Erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat adoleſcens, de Cl.Or.183.a.Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt, de Claris Or. 95.a.Id eſt, ſapientiſſimi & doctiſſimi habiti ſunt.Cum primis domi ſuę locuples & honeſtus homo Sopater 4.Verr. 47. a. Sapiens cum primis noſtræ ciuitatis homo 2.de Or.123.a. Me quæſtorem in primis, ædilē priorē, prætorē primū Pop. Rom. fecit, in Piſ.79.b. Cū Crotoniatæ, in Italia in primis beati numerarentur, de Inu.62.b.Clarum & ornatum in primis Siciliç oppidum Himera 4. in Verr. 60.a. Stenius in primis Siculorum in dicendo copioſus, in Verr. 126.b.Illud vero minime conſectarium, ſed in primis habes, de Fin. 117. b. In primis hoc à ſe coanimaduerſum eſſe dicebat, de Orat.114. b. In primis honeſtus. 13. fam. 26.

In primis honeſtus.13.fam.26.Si omnes debent,certe in primis imperatores,de Ora.123.b.Homo in primis improbiſſimus. 5. Verr.55.a.Democritus vir magnus in primis,de Nat d.24.b.Cũ ad me frater veniſſet,in primis nobis ſermo de te fuit.Att.68.b. In primis ſplendidus Minutius Eques Romanus 4. Verr.48.a. Hunc cenſes primis,vt dicitur,labris guſtaſſe phyſiologiam,&c. de Nat.d.1.15.Quæ autem inconſtantia deorum eſt, vt primis minentur extis,bene promittant ſecundis?1.de Diu.118.a.

Primum.

Vt primum forum attigi,&c.Licinio,lib.5.8.8.a. Primum a- uerti pecuniam domum non placere:deinde,&c.4. Verr.101.a. Quo die primum conuocati ſumus, ieci,&c. in Ant. 200. b. Vt primum poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil præter miſi in te ornando,&c.Planco,l.10.13.1.a.Primum eam, quum poſita eſſet apud eas ſocietates,vnde erat attributa,binis cente ſimis fœneratus eſt.5.Verr.141.a.Primum ne,&c.deinde ne,&c. poſtremo ne,&c.pro Syl.175.b.Nunc primum,&c.de Inu.96.b. Equidem qui nunc primum huc venerim, ſatiari non queo, de Leg.169.b.Primum omnium non te fugit,&c.ep.172. b.Primũ ab diis immortalibus,quos ſperare mihi videor, hoc idem Iudi ces peto,&c.2.Verr. 30. a. Primum ne qui poſſet tantum aut de Reipublicæ,aut de alicuius periculo meminiſſe quantum vel- let,pro Syl.31.a.Serpentes quædam ſimulac primum niti poſ- ſunt,aquam perſequuntur,de Nat.d.56.b. Quæro igitur, veſtes deus primum ubi habitet, deinde,&c.de Nat.d.22.b.Cum pri- mum in eam inſulam veni,ep.222.b. De Antiliano autem nego tium quod mihi mandaueras,vt primum a tuo digreſſu Romam veni,confeceram,ad Att.1.3.3.a.

Primo, ablatiuus pro aduerbio.

Primo,&c.deinde,&c.pro Clu. 20.b. Tantum impelli primo iudex debet,vt,&c. Tuſc.229.& de Or. 138. b. Iſocrates primo artem dicendi eſſe negauit,de Cl.168.b.Hoc a primo cogitauit omnes terras,omnia maria mouere,ad Att.lib.8.27.& 16.21.De Pompeio.Tuas nunc epiſtolas à primo lego,hæ me paulum re creant.primæ mouent,& rogant,ne,&c.proximæ oſtendũt, &c. Att.138.b.In illa pro Cteſiphonte oratione longe optima,ſum miſſius a primo:&c.in Or.14.2.2.Phil.82.

Primarius.

Vir primarius,homo nobiliſſimus,dicit.7.Verr.93.a.Vir pri primarius populi,de Sen.57.a.de Fin.184.a.C.Plotius ſenator vir primarius,pro Flac. 40. Scilicet magno præſidio fuit Anniæ pupillę mater fœmina primaria.3.Verr. 109. a. Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætate ageret.4.fam.16.in epiſt. Seru.Sulp.Sic in vita non ea quę primario loco ſunt,ſed ea quę ſecundum locum obtinent 3.de Fin.81.a.Hęc omnia doceo ciui tatum,& priuatis primariorũ virorum teſtimoniis. 5.Verr. 103. a. Obliuiſcar enim Roſcium & Cluuium viros eſſe primarios, pro Roſc.Com.29.a.

Primores.

Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atque abdita, quę iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſ- ſent.1.de Or.43.a.Equidem multos & vidi in hac ciuitate,& au diui nõ modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ, & extremis,vt dicitur,digitis attigiſſent,&c.pro Cœl.20

Primigenius.

Primigenia fortuna a gignendo.2. de Leg.47.a.

Primipilus.

Aquila primili 12.Ph. 332.a.L.Martius primipili Centurio cũ Gaditanis fœdus iniſſe dicitur,pro Cor.Bal.27.a.At ille cohor tem illam primam totam perdidit, Centurionemque primipili nobilem ſui generis.Att.5.108.6.a.

Primordium.

Primordia agendi capienda a diis immortalibus.2.de Leg.6. Primordio maiore muſarum totum hunc tibi dicamus diem, ſi cut in Arati carmine orſi ſumus 2. de Leg.6. Vt primordia re- rum & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti, in Part.5.a.

Princeps.

Totum enim tua libidine & ſcelere,ex ſua patria,in qua mul tis virtutibus & beneficiis floruit principes, ſuſtuliſti, 7. Verr. 100.a. Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. 10. Phil.286. Vt quiſque in fuga poſtremus, ita periculo princeps erat 7.Verr.71.Cui in repub.Cn.Pompeius princeps, eſſet,ep. 12.b.Ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat.Plãc.Cic. 10.35.Princeps ad ſalutem,pro Sylla,6.id eſt dux.Princeps ali quid faciendi 3.Phil.131.Amor princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam, de Amic.26. Aliquis cõſilio & lingua prince 1.de Or.49.Princeps ciuis 7.Phil.230.Eudoxus, Platonis audi tor,in aſtrologia iudicio doctiſſimorum hominum facilè prin- ceps.2.de Diu.131.a P. Decius princeps in ea familia conſula- tus,de Fin.77.b.Gorgias princeps ex omnibus, auſus eſt, &c.de Or.154.b.Herodotus ille qui princeps genus hoc ornauit 2. de Or.30.Honoratus homo & princeps 1.Off.192.a.Ego princeps in adiutoribus,atque adeo ſecundus.Att.1.53.Is qui princeps in agendo eſt,in Verr.62.b.Princeps in omni virtute,pro Plan.16. Et nimirum is princeps ex Latinis hæc tractauit, de Claris Or. 171.b.Princeps lex & vltima mens omnia ratione aut cogentis aut vetantis dei.2.de Leg.6. Natura huius boni princeps eſt.2. de Or.193.a.Princeps populus,pro Planc.8.Princeps Senator. 2.Phil.40.Vox princeps in Rep. in Cat.91.a. Princeps ille Ar- gonautarum.Tuſc.224.b.Princeps belli.2.Phil.80.Cneus Pom peius longe princeps ciuitatis,pro Domo, 52. Princeps ciuium ſuorum 13.fam.102.Princeps conſilii 15.fam.40.Conſilii publi ci princeps plurimos annos fuit Pericles 1.de Or.109.a.Longe omnium quicunque fuerunt grauitate dicendi princeps Plato. in Or.34.a.Demetrius utraque re excellit,nam & doctrinę ſtu diis & regenda ciuitate princeps eſt.3.de Leg.16.Author con ſilij publici,dux regendę ciuitatis, ſententiæ atque eloquentię princeps in Senatu.3.de Or.36.a.Princeps facti.12.fam.6.Inge- nij & doctrinæ princeps Plato.ad Q. fr.1.1.43.a.Princeps legis Agrariæ P. Rullus.2.de Le.Agr.27.a.Princeps mentis publicę Senatus.de Aruſp.reſp.54. Longè princeps municipij.13.fam. 26.Primũ,quòd omnium nationum exterarum princeps Sici- lia ſe ad amicitiam fidemque Populi Romani applicuit:prima omnium,id quod ornamentum imperij eſt,prouincia eſt appel lata &c.4. Verr.2.a.Princeps necis.pro D.ſua,17.Sed tamen eo rum omnium hic dux eſt atque princeps.de Aruſp.reſp.157. b. Exordium princeps omnium debet eſſe.1.de Inu.29.In iure ci- uili longè omnium princeps Seruius.de cl.Or.78.2.Orbis ter- rę princeps.pro D.ſua.85. Princeps Peripateticorum Cratip- pus.de Vniu.3.Princeps philoſophorum & authoritate & anti- quitate Socraticus Ariſtippus 2.Tuſc.22.a.Philoſphorum prin ceps Socrates 2. de Nat.d. 248.a. Leon princeps Phliaſiorum. Tuſc.229.b.Vſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum eſſet Meandrus,pro Flac.43.a. Princeps pu blicanorum,pro Planc. 19. Princeps alicuius rei agendæ, pro Cor.Bal.48.& 4.Phil. 152. id eſt author. Princeps lagorum 12. Phil.330.Princeps atque architectus ſceleris, pro Clu. 47.a. Princeps ſententiæ in ſenatu,dux regendæ ciuitatis, author pu- blici conſilii,de Or.148.b.pro D.ſua,8.& 25. Et quoniam prin ceps Craſſus eius ſermonis ordiendi fuit,date nobis hanc veniã vt,&c. 1.de Or.49.Princeps Stoicorum Panętius.Acad.q. ed. 1.l. 2.98.Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit 4.Ac.q.138. Princeps vitiorum 7.Ver.3.Principis ordinis conſilio rempub. gubernari velint 3.de Leg.26.Is perſonam principis ciuis facile dicendo tuebatur,de Cl.171.b.O dii immortales,quam ma- gnum eſt perſonam in Repub. tueri principis? quæ non animis ſolum debet,ſed oculis ſeruire ciuium.8.Phil.253.a.Quæ ma- gi Cyro illi principi interpretati ſunt,de Diu. 90. b. Nos enim principi ſeruimus,ep.lib.9.17.7.a.id eſt Cęſari.Cum noſtri im peratores ad illam ipſam principem aram vota perſoluerent, de Aruſp.25.Naſennius Cretenſi bello Metello imperatore o- ctauum principem duxit,ad Brutum,8.id eſt, octauum ordinem inter principes.Longe omnium in iure ciuili eſſe principem,de Cl.178.b.Principem tamen habuimus Panſam,&c.Ampio, l.5. 12.5.a.Id eſt,pręcipuũ adiutorẽ.Ille legatos quindecim cũ po- ſtularet,me principẽ nominauit,Att.53.b.Deinde ſe & ſenatui, bonisq; oĩbus authorẽ,principem ſe ac ducem pręberet,ep. 146. b.Principem ſe ac ducem huic animanti pręberet,vitamq; eius pulcherrime regeret ac gubernaret,de Vniu.59.Me principẽ ſe natui populoq; Rom.profeſſus ſum 12.fam. 52. Ille ſe principẽ ciuem putat,de N.d.l.2.248.a. Qui in mea ſalute principẽ locũ authoritatemq; tenuiſtis,pro D.ſua,144.& 114. Te ſignifero ac principe.Att.22.b.Quos illi labores non ferũt, vt ęquales prin cipes ſint.5.de Fin.110.a.Patroni principes,de Cl.Ora.177.a. Quales in Repub. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues.1. fam. 38. Tres enim triũ diſciplinarum principes conue niſtis, de Nat.5. b. Principes vitioſi eo pernicioſius de republ. merentur, quòd non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infun- dunt in ciuitatem. Neque ſolum obſunt, quod ipſi corrum- puntur, ſed etiam quod corrumpunt,pluſque exemplo, quam peccato nocent. 3. de Leg. 29. Cur tot ciuitatis principes à Cinna trucidati? de Nat.d.76. b.Acad. quæſt. edit. 1.lib.2.5. Ex ſummis inquiunt, principes ciuitatis ſumus. Parad.123.b.

Principes Heroum. 2. de Nat. d. 124. Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. in Ant. a 13. b. Principum cupiditatibus & uitijs ut infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari & corrigi continentia. 3. de Leg. 28. Facta principum imitari. Off. 28. b. Ciuitas in qua in principum numero vultis eſſe. in Piſ. 86. b. Principes peccare non tantum mali eſt (quanquam eſt hoc magnum per ſeipſum malum) quantum illud, quod principum permulti imitatores exiſtût. 3. de Leg. 29. A principibus longè abeſt Clodius. de Aruſp. reſp. 49. Is in principibus patronis aliquot annos fuit. de Cl. 186. b. Cùm eſſem in principibus patronis quinquennium verſatus de Cl. 195. b. Quem tamen illi in principibus eſſe facilè ſunt paſſi, eum lare altius certè noluerût. ep. 7. b. In principibus ciuitatis quæcunque mutatio morum extiterit, eandē in populo ſequuturam. 3. de Leg. 29.

Principatus.

Sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipſum ſit principatus. Att. 13. 276. 4. a. Eloquentiæ ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. Off. 2. 97. Regius principatus. 3. de Fin. 80. a. Huic veri videndi cupiditati adiuncta eſt appetitio quædam principatus. Off. 3. b. Principatus ſermonis. 13. Att. 20. Pertinacia & nimia cupiditas principatus facillimè in elatione animi innaſcitur. 1. Off. 92. a. Principatū id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius. de nat. d. 31. b. Principatum huius rei appetam. 11. fam. 11. M. Antonius concupierat regnum principatum. Or. 319. b. Delere principatum ſummorum virorum. ep. 15. b. Principatum mundi, qui in mête & ratione verſetur, Chryſippus deum eſſe dicit. de Nat. d. 1. 29. Caſſio mea ſententia dominatum & principatum dedi. 11. Phil. 315. Cæſar qui tibi detulerat ex latronibus ſuis principatum. 2. Phil. 32. a. Qui huius belli feret principatum. 13. Phil. 380. Habere aliquem in ſe principatum neceſſe eſt naturam, quæ non ſit ſimplex. de Nat. d. 2. 21. Sol, qui aſtrorum obtinet principatum. de Nat. d. 35. b. Qui eloquentiæ principatum petet. Or. 202. b. Illa enim huius belli propulſandi, adminiſtrandi, ſuſtinendi principatum tenet. 11. Phil. 326. a. de Gallia loquitur. Principatum omnium animantium teneant. de Vniu. 53. Sententiæ principatum tenere. de Seneƈt. 59. a Tuſ. 1. 17. Diuinum tribuit principatum mêti Theophraſtus. 1. de Nat. d. 26. An mundus ab aliquo temporis principatu ortus eſt? de Vniu. 195. b.

Principalis.

Aſſenſio non poteſt fieri niſi commota viſo, & ad id viſum proximam cauſam habet non principalem. de Fato. 61. a. Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. de Fat. 148. b. Non ſequitur tamen, vt ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum ſit. de Fat. 142. b.

Principium.

Principium eſt oratio perſpicuè & protinus perficiens auditorem beneuolum, aut docilem, aut attentū. 1. de Inu. 30. Principium huiuſmodi eſſe debet, vt ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus, aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem. 1. ad Her. 11. Principium non eſt, quod gignitur aliunde. Som. Scip. 30. Principiū ſi nunquam oritur, nec occidit quidem vnquam. Somn. Scip. 30. Principium nulla ex re fieri poteſt. Somn. Scip. 30. Nec enim eſſet id principium, quod naſceretur aliunde. Tuſ. 1. 44. Principium nunquā occidit, quia nunquam oritur. Tuſcu. 1. 44. Quid eſt cuius principiū aliquod ſit, nihil ſit extremum. 1. de Nat. d. 16. Principium reliquæ orationi connexum eſſe debet. 2. de Or. 176. Pricipium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Som. Scip. 31. Cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principium eſt mouendi. de Som. 30. Natum omnino eſt principium à me. Brut. 91. b. Omnium cauſarum vnum eſt naturale principium. de Cl. 109. a. Principium motus ex eo eſt, quod ipſum à ſe non mouetur. Som. Scip. 31. & Tuſ. 1. 44. Philoſophiæ principium eſt ſcientia. 1. de Nat. d. 2. a. Hoc autem eſt principium vrbis, & quaſi ſeminarium Reip. Off. 51. b. Principij ab inſinuatione differentia. 1. ad Her. 11. Principij nulla eſt origo: nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autem ex nulla re alia naſci poteſt. Tuſc. 1. 44. Principij nulla eſt origo. Somn. Scip. 30. Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem nō dedit. de Fat. 149. b. Animus ſemper agitatur, cuius motus nec principium nec finem habet. de ſen. 71. Qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atq; imperiorum maximorum. pro Cornelio Balbo, 6. b. Quûmque animus ſemper agitetur, nec principium motus habeat, quia, &c. de Sen. 71. a. Cuius orationis difficilius eſt exitum, quàm principium inuenire. pro Pomp. 4. b. Veneni neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. pro Cæl. 44. A principio dij omnia fecerunt. de Nat. d. 2. b. A principio audire amiciſſimè monentem. Att. 7. 121. 4. a. Motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. lib. 1. de Fin. 14. Dixi à principio me, &c. pro Dei. a 41. b. Non poteras hoc à principio diſcere? de Cl. 178. & de Diu. 126. b. A principio diuidere. Top. a 17. b. Ferri à principio ad exitum, & à capite ita fluere, vt ad extremum veniens conſiſtas. in Or. 116. a. Gaditani à principio ſui generis ac reip. ſluxerunt. pro Cor. Balbo, 63. b. A principio inſtituere aliquid. de Fin. 114. b. A principio neceſſe eſt oriri omnia. Somn. Scip. 30. & 31. Si quæ propoſui à principio. Off. 7. & 11. b. A principio coniurationis vſque ad reditum noſtrum. ep. 57. b. Iam inde à principio huius imperij. de Prou. 76. b. De principio. pro Syl. 180. b. Ex principio oriuntur omnia. Tuſc. 1. 44. Sin honeſtum genus cauſæ erit, licebit rectè vel vti, uel non vti principio. 1. ad Her. 5. Si vti principio uolemus, aut id oportebit oſtendere, quare cauſa ſit honeſta, aut breuiter, quibus de rebus ſumus dicturi, exponere. 1. ad Her. 6. Principia ducuntur aut ex perſonis, aut ex rebus ipſis: ſumuntur autem trium rerum gratia, vt amicè, vt intelligêter, vt attentè audiamur. Part. 76. Principia dicendi ſemper cùm accurata, & acuta, & inſtructa ſententijs, apta verbis, tum uerò cauſarum propria eſſe debêt. 2. de Or. 173. Principia in ſententijs dicendis breuia eſſe debebunt, non enim ſupplex ad iudicem venit orator, ſed hortator atque author. Part. 52. Principia, è quibus oriuntur omnia. Tuſc. 1. 19. Data à natura principia. 4. de Fin. 29. a. Omnium rerum magnarum à dijs immortalibus principia ducenda ſunt. in Vat. 10. Quocirca vereor committere, ut non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur. 1. de Leg. 28. Principia in deliberatione, vel non longa, vel nulla. Part. 8. Omnium rerum principia parua, ſed ſuis progreſſionibus vſa augentur. de Fin. 5. 54. Principia cauſis pro portione rerum præponenda. 2. de Or. 175. Principia rerum ab ingenio profecta. 3. ad Her. 131. Tarda principia in omni genere dicendi ſunt, exitus ipſi & producti eſſe debent. 2. de Or. 118. a. Principia verecunda non elatis intenſa verbis, ſed acuta ſententijs vel ad offenſionem aduerſarij, uel ad commendationem ſui. Or. 68. Iuris principia. 1. de Leg. 26. a. Principia & cauſæ rerum. Off. 3. b. Principia rerum, ex quibus omnia conſtant. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 108. Cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus. Tuſc. 1. 19. Principiorum & narrationum præcepta in totis orationibus conſeruanda. 2. de Or. 45. Principijs conſentiant exitus. 11. fam. 9. Ea habemus principia naturæ, quibus parere debeamus. 3. Off. 68. a. A ſe principia rei gerendæ peti. de Fin. 4. 39. Principijs cognitis multò facilius extrema intelliges. pro Clu. 7. Conſtans ex principijs rerum omnia. 4. Acad. q. 209. a. Principijs à natura datis. de Fin. 110. b. Spes libertatis nuſquam niſi in noſtrorum caſtrorum principijs eſt. ad Brut. a. Exalbeſcere in principijs dicendi. 1. de Or. 60. a. In principijs naturalibus diligendi ſui plerique Stoici non putant uoluptatem eſſe ponendam. de Fin. 3. 14.

Principio.

Principio in omni quæſtione conſiderandum. de Vniu. 5. In augurum, etſi diuinationis opinione principiò conſtitutum ſit, tamen poſtea reipub. cauſa conſeruatum ac retentum. de Diu. 2. 114. a. Nam ſi quæreretur, &c. conſtituendum putarem principiò, quis eſſet, &c. de Or. 102. & 138. b. Qui principiò qualis in edicto conſtituendo fuerit cognoſcite. 3. Verr. 7[illegible]. Principio, inquam, in phyſicis, quibus maximè gloriatur, primùm totus eſt alienus. 1. de Fin. 23. de Epicuro. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, ut, &c. 1. Off. 18. a. Principiò corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationē. Off. 25. b.

Prior.

Qui poſterius priori non conuenit? de Fin. 105. b. Priori poſterius, poſteriori ſuperius coniungere. 4. Aca. q. 83. a. Epiſtolæ priori prius reſpondebo. 15. Att. 24. Me quæſtorem in primis ædilem, priorem prætorem primum populus Rom. fecit. in Piſ. 79. b. Indignum hoc uideo uideri omnibus iudices, & id iā priore actione, cū hæc teſtes dicerent, intellexi. in Verr. 265. b. Quæ de Q. Fratris negotio ſcribis, te priore æſtate conficere non potuiſſe, &c. ep. lib. 1. 9. 101. a. Anno priore. ep. 189. b. Loco priore cauſam dicere. pro Quint. 4. a. Primas etſi utrique, priores tamē libenter deferunt Lælio. de claris. Or. 42. a. Primum, &c. deinde, &c. tum, &c. poſtremo, &c. nos autem quæ priora duo ſunt, ſumamus, tertium & quartum puto in aliud eſſe tempus differenda. de Nat. d. 26. b. Priora tēpora, poſteriora [illegible] 5. fam. 492

Priora tempora in ruinis Reip. noſtriſque iacuerunt. 5. fam. 47. Erat is prioribus comitiis Tarentinam tibi à Plancio eſſe conceſſam. pro Planc. 270. b

Priſcus.

Verborum priſca vetuſtas. 1. de Or. 95. a Et illud quod loqui tur, priſcum viſum iri putat, ſi planè fuerit ruſticanũ. 3. de Or. 24. a Cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificii mirifica tua ſoror exiſtimatur imitata. de Aruſ. reſp. 24. a Verba paulo magis priſca. de Cl. 172. b Credẽdum nimium eſt veteribus & priſcis, vt aiunt, viris qui ſe progeniem deorum eſſe dicebant, itaq; eorum vocabula nobis prodiderunt. de Vniu. 48. a Verbis priſcis & pene ſolennibus bona alicuius conſecrare. pro D. ſua, 94. a Nam Iones quoque plures in priſcis Græcorum literis inuenimur. 3. de Nat. d. 55. a Itaque vnum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum, neque exceſſu vitæ ſic deleri hominem, vt funditus interiret. Tuſ. 1. 23

Priſcè.

Sed tamen ex ipſa quæram prius, vtrum me ſecum ſeuerè, & grauiter & priſcè agere malit, an remiſſe ac leniter & vrbanè. pro Cęl. 24

Priſtinus.

Si ille labor meus priſtinus, ſi ſolicitudo, ſi officia, ſi operæ, ſi vigiliæ deſeruiunt amicis, præſto ſunt omnibus. pro Syl. 19 Vetus cõſuetudo fori & priſtinus mos iudiciorum. pro Mil. 1. a Bonitas priſtina & miſericordia. pro Roſc. Am. 89. a Dignitas priſtina. Lentul. 1. 5. 15. a Senatum ad priſtinam ſuam ſeueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. Att. 1. 11. 14. a Vt priſtinam tuam dignitatem & gloriam conſequare. ep. 1. 5. b Odio priſtino incenſa mulier. pro Clu. 144. a Non neceſſe eſt, & illa priſtina manere. 5. de Fin. 52. a Quod cùm accidiſſet noſtræ reipub. tum priſtinis orbati muneribus, hęc ſtudia renouare cœpimus. 2. de Diu. 10. a

Priuignus.

Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente priuigno Memmio. ad Q. fr 523. b Quanto autem magis illa callet videtur Philippus, qui priuigno munus tribuerit, quàm Cicero, qui alieno tribuat. Brut. Cic. 17. 8. a Nubere in familiæ luctum, atque in priuignorum funus. pro Clu. 149. a

Priuigna.

De vxore Tuberonis & priuigna, neque poſſum iam abdere (eſt enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere. Att. 13. 277. 1. 2

Prius.

Cùm in Capitolium nos ſenatum conuocaſſemus, nihil eſt actum prius. pro Syl. 179. b Prius dixerat, poſtulant. 1. de Leg. 3. Prius omnia mihi eripuerint, quam, &c. ad Bru. 46. 10 epi. Bru. Nihil prius mihi faciendum putaui, quam vt tibi gratularer. Att. 4. 70. 1. a Prætor iudicium prius de probro, quam de re maleficii dedit? pro Quint. 2. b Præſtabo (ſi Cæſarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis, quam ſuæ vtilitatis rationem habiturum. 9. ad Attic. 26. in ep. Balbi. Quamobrem cum illo quidem (vt ſuprà dixi) actum optimè eſt, mecum autem incommodius, quem fuerat æquius, vt prius introieram, ſic prius exire de vita. de Amic. 14. a. Ad te antea, atq; adeo prius ſcripſi. Att. 244. b. Priuſque Bœotia Leuctra tollentur, quam, &c. Tuſ. 172. b.

Priuſquam.

Ac priuſquam aggrediar ad cauſam. pro Corn. Balbo. 12. a. P. aggrediamur ad leges ſingulas. 2. de Leg. 7. P. loqui cœpiſti, quum ante, &c. Senſi, atque prouidi. in Vatin. 2. a. Tamen quid potius faciam, p. me dormitum conferam, non reperio. ep. 142. b Sed p. illa conor attingere, ponam breuiter. de Ora. 145. b. P. de Rep. dicere incipio, pauca querar de heſterna M. Antonij iniuria. 1. Phil. 7. a. Cui p. de cæteris rebus reſpondeo, de amicitia pauca dicamus. 2. Phil. 30. Vt ne quis corona donaretur in magiſtratu, p. rationes retuliſſet. ep. 143. b. de Opt. 244. b. Ne de bonis quæ Octauii fuiſſent, diminui paterentur, p. Fundania debitum ſolutum eſſet. ad Q. fr. 2. Præclarè enim vixero, ſiquid mihi acciderit, p. hoc tantum mali videro. pro Mil. 76. a.

Priuatus.

In fortuna quæritur, ſeruus ſit an liber, pecunioſus an tenuis, priuatus an cum poteſtate. 1. de Inu. 53. a. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, ſenatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur. 4. Verr. 2. a. Priuatus poterit eadem manu conciones concitare. 1. ad Q. fr. 57. Priuatus vitæ commodis. Tuſc. 1. 16. Quia cum Scipione vixerim, quocum mihi coniuncta cura de Repub. & de priuata fuit. de Amic. 14. a. Domus priuata. pro Quint. 7. a. Priuata quotidianaque vita. 1. ad Q. fr. 28. Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudiũ & induſtria: nec ea ſolùm in claris & honoratis viris, ſed in vita etiam priuata & quieta. de Sen. 19. a. Priuatum ius. de Aruſ. reſp. 12. & 14. Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? Brut. ad Cic. 16. 6. a. Priuati acta ad Cenſores referunto. 3 de Leg. 11. Priuati officium. Off. 1. 173. Priuati iuris ſpecies Part. 71. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. 1. Off. 2. Quid, quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius, quã pro vno ciue & bonos omnes priuato conſenſu, & vniuerſum Senatum publico conſilio mutaſſe veſtem? pro Seſt. 21. a. Tua iſ virtus eadem fuit quæ priuato quondam proauo tuo. de Aruſp. reſp. 248. b. Priuatæ cauſæ & tenues. 9. fam. 48. Res ipſius erant priuatæ. pro Quint. 8. a. Priuata natura nulla ſunt, ſed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, vt qui bello potiti ſunt, aut lege, pactione, cõditione, ſorte. Off. 1. 31. Priuata ſacra perpetua manento. 2. de Leg. 14. Priuata iudicia. 3. de Inu. 163. In priuatos homines leges ferri maiores noluerunt, id eſt enim priuilegiũ. 3 de Leg. 38. Vetant xii. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. pro D. ſua, 34. a. Priuatis ſtudiis de opera publica aliquid detrahere. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 6. Verbis tamẽ in dicẽdo quaſi priuatis vtuntur ac ſuis. 3. de Fin. 5. a. Deinde vt cõmunibus vtatur pro cõmunibus, priuatis vt ſuis. 1. Off. 32. a. Illud priuatius nõ aſcribis, &c. 7. Att. 27

Priuatim.

Mira quędã tota Sicilia priuatim ac publicè religio eſt Cereris Ennenſis. 6. Verr. 96. a. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum eſt, etſi ea quidam & priuatim & publicè abutuntur. 1. de Inu. 7. Priuatim cadere turpius eſt, quã publice. lib. 16. Att. 41. Neque interea verbum vllum interpoſuit Næuius, aut ſocietatem ſibi quippiã debere, aut priuatim Quintium debuiſſe. pro Quint. 8. a. Priuatim mihi ſunt tecum multæ cauſæ amicitiæ. 6. famil. 48. in ep. Bithynici. Nam aut priuatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo ſunt, capeſſunt Rempub. honoribus imperiiſque adipiſcendis. 5. de Fin. 101. a. Si hanc ei rem priuatim S. Roſcius mandauiſſet, &c. pro Sex. Roſ. 67. a. Nulla enim me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. Figulo, lib. 4. 13. 4. a. Nemini video dubiũ eſſe iudices, quin aperiſſime C. Verres in Sicilia ſacra profanaq; omniá, & priuatim & publice ſpoliarit. 7. Verr. 1.

Priuatè.

Illud priuatè non aſcribis, & tibi gratias egit. Att. 7. 127. 1. a. Vetuſtiſſimus codex legit, Illud puto non, &c.

Priuo.

Aegritudo me ſomno priuat. Att. 9. 181. 1. a. Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat ſenſu. 4. Acad. q. 111. a. Præpoſitio enim in priuat verbum ea vi, quam haberet, ſi in præpoſitum non fuiſſet, vt dignitas indignitas, &c. in Top. 24. a. Vos Ser. Sulpitium vita priuaſtis. in Ant. 222. b. Itaque priuabo potius illum debito teſtimonio, quam id cum mea laude communicem. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 4. Vt per ſe afflictum atque euerſum propinquum ſuum non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi luce priuaret. pro Quint. 49. a. Si quis aliquem oculis priuauerit. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 33. Exilio aliquem priuare. Att. 1. 11. 16. a. Fructu liberalitatis aliquem. Ruf. lib. 5. 20 1. a. aliquem luce. pro Sex. Roſc. 28. b. aliquem poteſtate, 5. fam. 6. Patrem vita, ſi per ſe ſcelus eſt, Saguntini, &c. in Parad. 29. a. Noli patriam multis claris viris orbatam priuare etiam aſpectu tuo. Marcel. 4. 9. 13. a. Cur hæc eadem Democritus, qui, &c. dicitur oculis ſe priuaſſe. 4. Acad. q. 65. a. Priuauiſſe ſe etiam videtur multis voluptatibus. lib. 1. de Fi. 18. Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, ſed priuatur iniuria. 1. de l. Agr. 2. a Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, &c. ad Curionem, lib. 2. 2. 1. a. Demetrius aſpide ad corpus admota, vita priuatus eſt. pro Rab. Poſth. 126. b. Vt alter vita crudeliſſimè priuaretur. pro Rab. 91. b. Dolore priuari. 1. de Fin. 58. a. Priuari ſpe beatioris vitæ. Tuſc. 1. 67. Nauarchos omnes, teſtes ſui ſceleris vitã eſſe priuandos. 7. Verr. 81. a.

Priuans.

Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græce appellantur ϛερητικά. Top. 24.

Priuatio.

Quia dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris priuatio. 1. de Fin. 50. a. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. 1. de Fin. 59. a.

Priuilegium.

Vetant leges ſacratæ, vetant xii. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. Id eſt enim priuilegium. pro Dom. 34. a. 3. de Leg. 38. An licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre non legẽ, ſed

ſed nefarium priuilegium?&c. pro Dom.218.b. An ſine iudicio priuilegium? pro Dom.45.a. T.Libo rogationẽ in Galbani priuilegii ſimilem tulit. de cl.Or.45. Vim & crudelitatem priuilegii, authoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis literis conſignauit. Poſt red. in Senatu, 26. a. Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. in Parad.39. Priuilegium ferre. pro Domo, 22. Cum XII. tabulis ſancitum eſſet, vt neque priuilegium irrogari, neq; de capite ciuis, niſi comitiis centuriatis, rogari poſſet. pro Seſt.55. Quod cũ Curione de priuilegio locutus es, eſt aliquid. 3. Att. 24. Priuilegia ne irroganto. 3.de Leg.tt. Tum leges præclariſſimæ de duodecim tabulis tralatæ duæ, quarum altera priuilegia tulit. 3.de Leg.63.a. Quum indemnatum exturbares priuilegiis tyrannicis irrogatis. pro Domo, 235.b.

Pro.

Pro dii immortales, quæ fuit illa quãta vis. de Or.129.b. Pro deum atque hominum fidem. Or.211.b. Vel pro deum dico, vel pro deorum. Or.211.b. Nam quis eſt pro deum fidem atque hominũ, qui velit, &c. de Amic.48.a. 5. Ver.115.a. Tuſc.237.b. Pro dii immortales, qui magis nobiſcũ loqui poſſetis, ſi eſſetis, verſareminique nobiſcum? de Aruſp.22. Pro dii immortales, quam illud iter iucundum eſſe debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura ſit, &c. 1. Tuſc.152.a. Quæ res vnquã pro ſancte Iupiter in terris eſt geſta maior. 2.Phil.53.

Pro.

Pro abſoluto Seruilius haberi cœptus. 8.fam.19. in ep Cæl. Pro ſua æquitate. pro Flac.39. Ennius pro Afris immutat Africam. in Ora.205.b. Pro aliquo ſentire. pro Mil.3. Pro aliquo curam ſuſcipere. ad Brut.26. Omnia alter pro altero ſuſcipiat. de Amic.111 b. Deprecari aliquid pro amicis, & non pro ſe. 2.de Or.120.a. Miſi ꝑ amicitia qui hoc ediceret. 1.Phil.6 & 10.272. Quam porticum pro amore quem habetis in Remp. vt ſemper habuiſtis, veſtris manibus diſturbare cuperetis. pro Dom. 234. b. Pompeius, Cn.F. pro patris maiorumque ſuorum animo, ſtudioque in Remp. ſuaque priſtina virtute, induſtria, volũtate fecit, quod S. P. Q. R. pollicitus eſt operam ſuã. in Ant.258.b. Hoc ipſum etiam poſui pro argumento, quod ille eũ, &c. egiſſet, &c. de Cl.190.b. Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? in Ant.231.b. Videor hoc leuiter ꝑ mea authoritate vobis præcipere poſſe. pro Font.26. a. Totum Sempronium vſq; eo perago, vt, &c. & illam fabulam narrem quemadmodum tibi ꝑ beneficio dederit, &c. Cælius Cic.8.8.4.a. An hoc pro beneficio eſt habendum? Brutus Cic.16.4.a. Quod tibi facile me probaturũ pro tuo in me beneficio arbitrabar. Att. 128.b. Tibi pro ſummis beneficiis gratias ago. Att.264.b. Dixit ſe dimidium eius, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturũ. de Or.141.b. Sicilia non ſolum pro penaria cella, ſed etiã pro ærario Romanis fuit. 4. Ver.4.a. Quum ambiguũ pro certo conceſſeris. de Inuen.100.a. Nec enim ipſum mundum pro certo, rotundum eſſe dicitis. de Nat.d.35. Poteſt accidere, vt ſignũ aliquod dubie datum, pro certo ſit acceptũ. de Diu.106.b. Aliquid pro certo futurum eſſe. Diu.2.16. Pro certo habemus de Cæſaris aduentu. Att.251.b. Pro certo iã habetur. 8. fam.11. in ep. Cæl. Omnia quæ certa non erunt, pro certo negato. lib.5. Att. 110.3.a. Id ſumunt pro certo & probato. Tuſ.232.b. Incerta ꝑ certis habere, falſa pro veris. de Sen.62. Perſcribere ad aliquẽ pro certis ea quæ certa ſunt. Ampio, lib.6.41. Dubia pro certis & conceſſis ſumuntur. 2.de Diu.157.a. Sũt impii ciues pro charitate Reipub. nimium multi, pro multitudine bene ſentientiũ admodum pauci. 3.Philip.149. Id eſt, ſi charitatem Reipub. ſpectes. Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectum eſt non licere. 3.Off.61.a. Ita ſe iam tum geſſit pro ciue. pro Archia, 8. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen, &c. ep. 226.b. Communibus pro communibus vti: priuatis autẽ vt ſuis. Off.5.b. Id ſumunt pro cõceſſo & probato. 5. Tuſc.28. Qua de cauſa pro mea conſuetudine breuiter ſimpliciterque dixi Iudices, &c. pro Arch.23.a. Quantum dolorem acceperim, & quãto fructu ſim priuatus & forenſi & domeſtico, L. fratris noſtri morte, in primis pro noſtra conſuetudine tu exiſtimare potes, &c. Att.1.3.1.a. Metellus pro L.Cotta dixit, accuſante Africano. de Cl.Or.171.b. Pro mea perpetua cupiditate veſtræ dignitatis augendę, quęſo oroque vos, vt, &c. in Ant.210.b. Quũ Verres iam pro damnato mortuoque eſſet. 6. Verr.29.a. Benefacta pro debitis exigimus. Att.286.b. Pro decreto putare. 11.Philip. 310.a. Pro deliciis crudelitas alliuit. 11.Phil.295.a. Pro derelicto habere hęc oppida. 8.Att.1. Nonne tibi nox pro die? caupona pro oppido? in Piſ.41. Hunc pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commode poteſt. pro Sex.Roſc.24.b. Vidẽdum eſt, vt pro dignitate cuique tribuatur. 1. Off.65.a. Vterque pro ſua dignitate & pro rerum magnitudine, in ſumma ſeueritate verſatur. in Cat.119.b. Pro dignitate tua. 13. fam. 57. Ego vos pro mea ſumma & vobis cognita in Rempub. diligentia moneo, pro authoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, vt otio, vt paci, vt ſaluti, vt vitæ veſtræ, & cęterorum ciuium conſulatis. pro Mur.77. a. Aut quoniã taciturnitas imitatur confeſſionem, pro ea, acſi cõceſſum ſit, cõcludere oportebit argumentationem. 1.de Inu.70.a. Sanequam pro eo ac debui, grauiter moleſteque tuli. Seru. Sulpit. ad Cic. 4.14. Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor relaturos gratiã eſſe. in Cat. 75.a. Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris, approbabo. 3.fam.6. Vereor ne parum tibi pro eo, quod a te habeo, reddiderint. pro Planc.279.b. Quum Annibal Carthagine expulſus ad Antiochum Epheſum veniſſet exul, proque eo, quòd nomen eius magna erat apud omnes gloria, inuitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis. &c. 2.de Or.42.a. Sin minus, pro te tamen id habeamus, quomodo a te data ſit opera, vt impetraremus. ep.206 b. Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn.Põpeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciundum fuerit, non ignorant. pro Domo, 219.b. Id enim mihi erit pro explorato. Att.11.224 6.a. Legitur &, pro deſperato. Si mancipiũ pro fabro aut pro textore emimus. pro Plancio, 272. Rem nõ factã pro facta habeo. ep.75.b. Itaq; iſtud iã pro facto habeo. ad Att. 13.261.3.a. Pro ſua quiſque facultate parat. 1. Tuſc.174.a. Quare faciendum eſt, modo pro facultatibus, &c. Off.45.b. Ludi pro feſtis pene funeſti extiterũt. Att.249.b. Pro fide ſua cauſam explicauit. pro Corn.Balb.12. Cererem pro frugibus, Liberũ appellare pro vino, &c. 3.de Or.92. a. Querela miſera quidẽ, ſed mihi pro hoc gradu, in quo me S.P.Q.R. collocauit, neceſſaria. in Ant.165.b. Qui patre nõdum mortuo, pro hærede geſſerit omnia. in Saluſtium, 8.a. Partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc eſſe. pro Clu. 91. a. In quo omnes pro ampliſſimis veſtris honoribus ſummam grauitatẽ eſſe cognoſcitis. pro Põp. 17.b. Is a Dione pro hoſpitio, quod ſibi cum eo eſt, cognouit. 4. Verr.15. Si omnes huic pro patris eius hoſpitiis & gratia adeſſe vellent, is ſatis copioſe defenderetur. pro Sexto Roſc. 43.b. Pro ſingulari eius humanitate. At.9.178.2.a. Vulnus quod acu punctũ videatur, pro ictu gladiatoris putari. pro Mil.114.b. Pro imperio & poteſtate. 6. Verr.44. Neque tamen Senatus ſatis ſeuere ꝑ rei indignitate decreuit pro Mur.136.b. Et id quod iudicatum non ſit, pro infecto haberi oportere. 2.de Inu.182.a. Hæc pro tuo ingenio conſydera. Tironi, lib.16.3.5.a. Nunquã te mihi pro tuis in me iniuriis ſatis eſſe facturum putabas. 2. Phil.65 Pro iure amicitiæ noſtræ a te peto. Att.162.b. Pro meo iure dico. pro Flac.73.a. Itineris noſtri cauſa fuit, quòd non habebã locum, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, &c. Att.3.42.1.a. Pro ſuo iure. 7. Verr.2. Itaque aer quoq; (vtimur enim pro Latino) ignis, &c. 1. Acad.q.39.a. Quibus verbis conſuetudo iam vtitur pro Latinis. Acad.q.43.b. Habere rationes relictas pro latis. Rufo, lib. 5. 20.9. a Licinius ſeruus apud Patronem Epicureũ pro libero fuit. Q.fr.302.b. Sunt fortes illi quidem, ſed propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro populi Romani libertate, & dignitate nimis feroces. in Ant.245.b. Sic quæ ab hoc pro facultate huius, pro loco facta ſunt, grata eſſe vobis debent. pro Corn.67.b. Pro magiſtro. 13.fam.87. Terentius magnas operas in ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Att. 176. b. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. 4. Verr. 122.a. Si pro magnitudine iniurię, & pro eo quod ſumma Reip. in huius periculo tentatur, hæc omnes vindicarent. ꝑ S. Roſc.43.b. Pro magnitudine rei. ep.255. b. Supplicia pro maleficiis ſuis metuere. pro Sex.Roſc.20.b. Nam ꝑ malis rectè habebat. Att. 12.241.3.a. Pro malis temporum non eſt quod moleſtè feras. 6. fam.7. Sermone aliquo alicubi accepto pro mãdatis abuti. Att. 111.b. Hoc non modò non pro me, ſed contra me eſt potius. 3. de Or.43.a. Qui populum Romanum pro me tanquam pro fratre aut pro parente non ſolùm hortatus eſt, ſed etiam obſecrauit. Poſtquam.210.b. Ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. ep. 252.b. Hoc pro mercede vel pro præmio tibi erit. Att.21.b. Etiam noctes certarum mulierum, &c. nõnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerũt. Att.1.11.10.a. Si pro veſtris immortalibus in me meritis parum vobis cumulatè egero, quæſo, &c. Poſtquam, 204.b. Vnus Cato mihi eſt pro centum millibus. Att.2.20.2.a. Tu auſus es pro nihilo præ tua pręda tot res ſanctiſſimas ducere? 4. Verr.27.a. Pro nihilo eſſe. 2.Phil.70. Pro nihilo habere. 1.Phil.11. Pro nihilo habenda ſit ciuitas. 2.de Leg.10. pro nihilo putare. 1.Verr.13.a. Ego tamen, quoniam condemnatum eſſe pro nihilo vis, ſi ita eſſet, ignoſcerem. 2. Phil.70. a. Quæ quum Ariſtoni & Pyrrhoni omnia viſa

ſunt pro nihilo, vt, &c. 2. de Fin. 70. a. Tibi pro tua natura ſemper placuiſſe eum, &c. ad Att. 245. b. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine, & cõiunctione depoſco. in Ant. 248. b. Qui ad me pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cum illo ordine, pericula rerum ſuarũ detulerunt. pro Pomp. 4. b. Romæ mihi nummorum facultas eſt, quam ſi ſapies, communẽ exiſtimabis, pro fraterna illa neceſſitudine & pro noſtra affinitate. pro Quint. 9. Quæ pro nobis ſunt amplificãda, quæ pro aduerſariis ſunt infirmanda. de Or. 96. b. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. 7. Verr. 50. a. Pro rerum obſcuritate. Tuſc. 316. b Pro occiſo relictus eſt Seſtius. ꝓ Seſtio, 68. a. Si fieri hoc poſſe exiſtimaſſet, pro illo odio, quod habet, in ordinem equeſtrem feciſſet. pro Clu. 50. b. Vt pro tuo in nos officio, & noſtro in te ſtudio munus hoc accumulatiſſimè tuæ largiamur voluntati. 1. ad Her. 30. a. Cæſar nequaquã ſatis ꝓ meis officiis, &c. in me liberalis fuit. Att. 7 123. 5. a. Neque defatigabor ante, quam illorum ancipites vias rationeſque, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero. 3. de Or. 81. a. Quibus in miſeriis vna eſt pro omnibus. Att. 176. b. Nemo fuit qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtatu defenderit. ꝓ D. 83. a Si pro meis priſtinis opibus poſſem. ep. 204. b. Hæc nequaquam pro opinione vulgi extimeſcenda ſunt. 3. Tuſc. 98. a. Pro illa ienus infimaque parte. pro Roſc. Am. 80. Id eſt, pro viribus. Fieri non moleſte tuli, atq; etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui. 5. fam. 8. & 13. Att. 64. Præcipue quod in his artibus ꝓ mea parte verſor, quarũ ille princeps fuit. 6. Verr. 73. a. Pro noſtra parte. 12. fam. 25. in ep. Caſſij. Omnes qui adſunt, qui laborant, qui ſalutem volunt, pro ſua parte atque authoritate defendunt. ꝓ Syl. 3. a. Ac poſt de eius hæredibus aliquis ex egiſſet ꝓ ſua parte. 2. de Leg. 81. a. Tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. 13 Phil. 348. a. Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo fuit. in Verr. 221. b. Achaiæ ciuitates pro horum tẽporum perturbatione fœlices ſunt, quod, &c. ad Seruium Sul. lib. 13. 29. 10. a. Quum tu omnem authoritatem vniuerſi ordinis ꝓ pignore putares. de Or. 143. b. Tradere aliquid pro pignore. de Prou. Conſul. 1. a. Qui cùm omnes Aſiæ ciuitates pro portione in prouincias deſcripſiſſet. pro Fla. 25. Pro rata portione diſtincta interualla. in Somn. Scip. 17 a. Principia pro portione rerũ proponere. 2. de Or. 176. a. C. Quintius illud iudicium pro poteſtate dimitti iuſſit. pro Clu. 59. 6. Verr. 9. Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Mur. 138. b. Occupare aliquid pro præmio alicuius facti. de Prou. 69. b. Beſtia dãmnationem pro pretura putar. in Ant. 236. b. Non enim ꝓ tua prudẽtia debes illud ſolũ animaduertere, quod, &c. Att. 130. b. Reliqua tu pro tua ſingulari prudentia conſyderabis. ad Brut. at. 12. 2. a. Pro quo quum a P. Varino Prætore pecuniam accepiſſet, &c. pro Flac. 36. Animaduerterã poſſe pro re nata, te non incommode ad me in Albanũ venire 111. Nõ. Iun. Att. 7. 128. a. a. Nihil prætermiſſum eſt, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro eo diſputandum. pro Seſt. 3. b. Antecedebat vt hæc tu pro Repub. quæri exiſtimarere. Offic. 126. b. Sui, ne putreſcat, anima pro ſale data eſt. 2. de Natur. deor. 238. b. Idem pro ſalute mea populum Romanum obſecrauit. pro Domo, 219. b. Præcepta quæ imperiti pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt. de Leg. 171. b. Quorum vobis pro veſtra ſapientia Quirites, habenda eſt ratio diligenter. pro l. Man. 11. a. Spe tamẽ deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de concordia ciuium agi velle arbitrarer. Att. 147. b. Pro tuo ſcelere. pro D. ſua, 17. Non tam pro ſe, quam contrà me laborare dicitur. 11. Att. 21. Iactatur domi ſuæ vir primarius & homo honeſtiſſimus, pro ſe quiſque manus affert. 2. Verr. 46. Pro ſe quiſque quod ceperat, afferebat. 3. Off. 76. a. Pro ſe quiſque eorum certabat. de Or. 91. b. Pro ſectione pecuniam debere. 1. Phil. 80, & 96. Pro ſocio arbitriũ. pro Quint. 7. Pro ſocio damnatus eſt. pro Flac. 33. a. Ego pro ſodali, & pro mea omni fama fortuniſque decerno. 2. de Or. 110. a. Ornamentis alicuius pro ſpoliis abuti. pro Quint. 66. a. Huic diſputationi pro tuo ſtudio non eſt alienũ te interceſſe. 1. de Nat. d. 12. Hæc ego vos concupiſſe pro veſtra ſtultitia atque intemperantia nõ miror. con. Rul. 97. Quem omnes amare meritiſſimo pro eius eximia ſuauitate debemus. de Or. 105. b. Vendicare aliquid pro ſuo. pro Mil. 109. b. In eam rationem pro ſuo quiſq; ſenſu ac dolore loquitur. in Verr. 90. b. Pro temporibus. Att. 123. b. Pro teſtibus, à teſtibus, ſecundum teſtes. ad Her. 8. b. Qui nuper ꝓ teſtimonio, &c. a te ſecuri percuſſum eſſe dixit. 7. Verr. 123. a. Poſteaquam Cordius pro teſtimonio dixit te ſibi reddidiſſe, finẽ reddendi feciſti. 6. Verr. 38. a. & 5. Verr. 62. & 6. 25. 26, & 40. Pro teſtimonio aliquid dicere. pro Sext. Roſc. 35. b. Lentulus Popilium in iudicio de ambitu pro teſtimonio diligentiſſime laudauit. pro Clu. 45. b. Sed heſterno pro teſtimonio te eſſe mentitum, paulo ante imprudens indicaſti. in Vatin. 1. In quibus ꝓ verbo proprio ſubiicitur aliud. a. Verbũ pro verbo reddere. de opt. gen. Or. 148. a. Quia quaſi ſummittunt verba pro verbis. in Or. 50. a. Pro veris falſa probare, turpiſſimũ, vt vera videre pulcherrimum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60. Conficere negotium pro cauſæ veritate, & pro ſua dignitate. Thermo, lib. 13. 58. 4. a. Qui à me pro eximia ſua virtute, ſummis honoribus, quos, &c. ꝓ Clu. 41. b. pro C. Rab. 4. Reddita eſt ei tum a maioribus ſtatua pro vita. in Ant. 221. b. Credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, & pro ea ſpe facultatum, quam tum habebamus, quam humaniſſime potuerim reſcripſiſſe. ep. 76. b. Quibus du rebus pro Cluentii voluntate nimium;, pro Reip. dignitate parum, pro veſtra prudentia ſatis dixiſſe videor. pro Clu. 52. b.

Pro, ante.

Nonne audiente populo ſedens pro æde Caſtoris dixit, niſi qui viciſſet, victurum neminem? 3. Phil. 143. a. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris. 2. Phil. 75. a. Illa prædia quæ pro templis omnibus cernitis. pro Mil. 1. a

Proauus.

Pater, auus, proauus, atauus. pro Cæl. 44. b. Proauus L. Murenæ & aui Prætores fuerunt. de Fin. 98. b. Tuditanum illũ proauum Hortenſij plane non noram, &c. Att. 13. 264. 3. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Craſſo, & de tribus proauis. de Cl. Or. 115. a.

Probabilis, Probabilitas, Probatio, Probator, Probatus, Probe, Probitas, vide Probus.

Problema.

Abiit illud quod tum me ſtimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα ἀρχιμήδειον. 2. Att 4. & 13. 37. Iam explicandum eſt πρόβλημα ſiquid acturus es. 12. Att. 3. πρόβλημα illud meum proprium ſuſcipe. 7. Att. 2. πρόβλημα, quem præficiã. 6. Att. 41. Id eſt, rurſum quærendum erit, & cogitandum quem præficere debeam. πρόβολας pugilis. 13. Att. 24.

Probrum.

Probrum in Senatu cenſores ne relinquunto. 3. de Leg. 7. Nõ eſt ſatis: probri inſimulaſti pudiciſſimam fœminã. 2. Phil. 98. a. Vita ruſtica, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere. ꝓ S. Roſc. Am. 28. Illis inimicorum iniuria probro non fuit. pro Domo, 239. b. Quibus iam præſcribis, quanto illis probro futurum ſit, ſi tu defenderint. in Vatin. 3. a. Tuum ſcelus, meum probrum putas eſſe oportere. pro D. ſua, 68. a. Inferre probrũ alicui. pro Cæl. 33. a. Obiicere probrum. 2. de Or. 157. a. Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrũ, Marco nobiliori, quod &c. 1. Tuſc. 6. a. In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. pro Do. 59. a. Sumptus effuſi cũ probro atque dedecore. pro S. Roſc. 41. a. Tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperii dedecus. de Sen. 85. b. Prætor iudicium prius de probro, quam de re maluit fieri. pro Quint. 2. b. Omnium in me probrorum plenæ epiſtolæ. 11. At. 20. Emergere ex paternis probris ac vitiis. 5. Ver. 138. a. Itaque in probris maximè in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt, &c. Off. 12. b. Aliquem probris omnibuſque maledictis vexo. pro Flac. 156. b.

Probroſus.

De quo vos homine Iudices, ne ab inimicis quidem vllum fictum probroſum non modò crimen, ſed ne maledictum quidem audiſtis. pro Font. 22. a.

Probus.

Nauus & pudens & probus filius. in Verr. 184. b. Probus, bene moratus & bonus vir. de Or. 125. b. Probus inuidet nemini. de Vniu. 9. Ob eam cauſam credo, quod inſit in his aliquid probi. Off. 55. b. Sic in ipſo ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. 1. Off. 145. a. Poeta peccat, quum probam orationem affingit improbo. Or. 203. b. Probo nauigio proficiſci. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91. At hoc ne homines quidem probi faciunt. de Diu. 119. b. Probæ res, lecta verba. Or. 213. b. Sic imperabat, vt iuſtus parens probis filiis. Tuſc. 185. b. Pulſu eſt modeſtior res, & probior, & integrior. Att. 59. b. Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, &c. eſſe quiſquam poteſt. pro Clu. 105. a. Probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem eſſe neminem. 7. fam. 14.

Probe.

Oculus conturbatus non probe affectus ad munus ſuum fungendum. 3. Tuſc. 16. a. De Saturnino curaſti p. Att. 68. b. P. dicis ſed, &c. Tuſ. 180. b. De Seruio p. dicis. de Cl. 77. a. Itaque p. definitur

nitur

Actum eſt de te, niſi prouides. Pæto, lib.9.18.8.a, Animus ſeparatus a corpore, meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. de Diuin.93.b, Prouidentia, quæ πρόνοια Græce dicitur, hæc potiſſimum prouidet, & in his maxime eſt occupata, primum vt, &c. de Natur deor.37.b. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator &c.2.de Diuinta. 123.a, Circunſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi prouidetis. in Catil.118.b, Nec quid prouenturum ſit, prouident. de Finib.1. 37. Occæcati cupiditate non prouident. lib.1. de Finib. 26. Iam ſocii ne ſpoliarentur, fide ac officiis prouiderunt. 7.Verrinarum, 99.a, Sed, ne accidat, prouidebo.1.Tuſc.122.a, Quæ vt quam rectiſſime agantur, omni cura prouidebo. epiſtol.3.b, Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Attic.11.211.4.a, Prouide aliquid coniectura. Attic.1.b, Prouide etiam ne vni tibi iſtam ſententiam minime liceat defendere. Academ. quæſt. ed. 1.lib.2.57. Huic loco per deos immortales, Iudices conſulite & prouidete.2.Verr.27.a, Prouidento augures diuorum iras. 2.de Legib.18. Quis non ex iniuria, quæ tibi eſſet facta, ſibi prouideret?3.Verrin.60 a, Tum demum animis ſaluti veſtræ prouideretis, quum oculis maleficium ipſum videretis. in Cat. 50.a, Nam qua inuidia C. Iunius conflagrarat, ea, niſi prouidiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſet.3. Verrin. 112.a, Quod opus erit prouideas atque adminiſtres. epiſtol. 239.b, Quod & præterita teneat, & futura prouideat.1.Tuſcul.103.a, Diu. 1.58.& 2.97. Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi.3. Tuſcul.79.a, Geometræ prouideant. Academ.quæſt.edit.1.lib.2. 107. Quæ propterea prouiderim prætereo. epiſt.83.b. Vigilare, prouidere. epiſt.88.b, Prouidere alicui contra aliquem. pro Cæl.16.a, Prouidere ante, & præcauere. pro Planc.270.b, Conſilio prouidere. Plancus ad Cic. 10.4.6.a, Prouidere exitus. ad Torquatum, lib.6.10. Eſt boni Conſulis non ſolum videre quid agatur, verunetiam prouidere quid futurum ſit. pro Mur.4.a, Prouidere & futura proſpicere. ep.22.b, In poſterum quã longiſſime prouidere.7. Phil.229. 3.de Leg.63.a, Prouidiſſe tantum in poſterũ maiores.3.de Leg. 38. Multo ante prouidere aliquod malum. ep.45.b, Ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur. Q.fr.1.1.58.a, Ex aliorum euentibus, rationibus ſuis prouidere ad Her.4.154.a. Conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti. Quin.fr.1.1.46.a, Quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſiliis noſtris prouidebuntur.6.fam.37. A deis hominum vitæ conſuli ac prouideri & proſpici. de Natur.d.1.b. Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas, dum ades, quicquid prouideri poteſt, prouide. Att.5. 98.1.a, Cætera, quæ conſilio prouideri poterunt, cauebuntur. Att.10.207.3.a. Ego enim, quæ prouideri poterunt, non fallar in iis.11.fam.35. Nunc venio ad atrociſſimam ſuſpicionem tuã, quę non tibi ipſi magis, quam nobis omnibus prouidenda eſt. pro Marcel.134.b. Eſt etiam de Brunduſio prouidendũ. in Ant. 236.b. Qua de re vobis magnopere prouidendum eſt. in Verr. 114.b. Proſpice id quod prouidendum eſt. pro Clu.50. Si deus iſta viſa nobis prouidendi cauſa dat. de Diuin. 134.b. Celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. pro Lege Manil. 20. a.

Prouiſum eſt.

A me ita præcautum & prouiſum eſt. Att.22.b. Nihil vel vrbi ſatis eſſe præſidii, conſultum & prouiſum eſt. in Cat. 110.b. Et vt eſſet a me (tute ſcis) multo ante prouiſum. Attic.119.b Prouiſum eſt rationibus multis, ne nocere poſſit Verri.2.Ver. 17.a. Si rationibus meis a te prouiſum eſſe intellexero. epiſtol. 31.b. Sane multum in eo Reipubl. prouiſum eſt. Attic.1.16.2.a. Si qua conabuntur agere, ſatis prouiſum eſt. epiſt.4.b. Quum videtur præcaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet.3. Tuſcul. q.89.a. Faciliuſque intelligitur a diis immortalibus hominibus eſſe prouiſum; ſi, &c.2.de Nat.d.201.a.

Prouiſus.

Mea quidem ratio cum in præteritis eſt rebus cognita, tum in reliquis explorata atque prouiſa eſt.3.Verr.10.a, Cui vitiendi via conſyderata atque prouiſa eſt. in Parad.42.a, Quæ timebatis ea ne acciderent, conſilio meo ac ratione prouiſa ſunt. con.Rul.87.b. Siue illa ante prouiſa expectata ſint, ſiue inueterauerint. Tuſc.197.b. Cur fierent prouiſa leuiora?3. Tuſc.57.a, Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. Att.241.b. Quocirca vereor committere, vt non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur. de Leg.163.b.

Prouiſio.

Prouiſio animi & præparatio multum poteſt ad minuendũ dolorem. Tuſc.3.27. Poſteri temporis prouiſio. in Part. 37. a, Omnino horum vitiorum atque incommodorum ſumma cautio eſt, atque vna prouiſio, ne nimis cito diligere incipiamus. de Amicor.67. Nunquid ergo in his rebus eſt quod prouiſione aut promotione mentis, magis quam natura ipſa ſentiamus? 2.de Diuin. 6. Vitium longa animi prouiſione fugiendum. in Orat.110.a.

Prouidens.

Gręcia longe prouidens. in Ant.177.b. Quod quidem ego a principio ita me malle dixerã, hoc ipſum prouidẽs dialecticas captiones, &c. de Fin.66.b. Homo valde eſt acutus & multũ prouidens. Cæc.lib.6.6.21.a. Iſte in tabellas refert: obſignat ſignis amicorũ prouidens homo.7.Ver.80.a. Prouidentes rerum maximarũ dii.2.de Nat.d.56. Nobis vigilantibus & multum in poſterũ prouidentibus. in Ant.190.b. con.Rul.84.b. Id.n. mihi & ad breuitatẽ eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius.3.fam. 1

Prouidenter.

Ratio de prouidentia deorum ab illis ſanctiſſime & prouidentiſſime conſtituta eſt.3.de Nat.d.137.a.

Prouidentia.

Prouidentia eſt, per quã futurũ aliquid videtur, ante quã factũ ſit.2.de Inu.240. Talis igitur mens mundi quũ ſit, ob eãque cauſam vel prudentia, vel prouidentia appellari recte poſſit, Græce enim πρόνοια dicitur: hæc potiſſimum prouidet, & in his maxime eſt occupata. de Nat.d.lib.2.83. Id enim ſapientis eſt, prouidere: ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia.2. Matrix rerũ ex qua & in qua omnia ſint, fictrix & moderatrix diuina prouidẽtia.3.de Na.d.133.a. Anus fatidica Stoicorũ πρόνοια, quã Latine licet ꝓuidentiã dicere. de Nat.d.1.27.a. Diuinã prouidentiã quocunq; ſe moueat, efficere poſſe quicquid velit. de Nat.d.78.b. Eſſe deos, & eorũ prouidẽtia mundũ adminiſtrari, eoſdẽq; conſulere rebus humanis, nec ſolũ vniuerſis, ſed etiam ſingulis.1.de Diu.191.a. P. diuina cõſtitutus mundus, animal intelligẽs. de Vniu.11. Tu me cura tua & ꝓuidẽtia iuua. At.151.b

Prouidus.

Is parũ cautus prouiduſq; eſt. ꝓ Sex.Roſ.38. Orator prudẽs & prouidus. in Part.9.a. Mẽs prouida rerũ futurarũ.2.de Diuin. 176.a. Prouida ſolerſq; natura.2.de Nat.d.193.a. Natura conſultrix & prouida vtilitatum, opportunitatumque omnium. 2. de Nat.d.82.a. Homo animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, &c.1.de Leg.32. a. Afflatus ex terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat. de Diu.133.b. Homines cauti prouidique. pro Roſc.Am.69.a.

Prouincia.

Sicilia princeps ſe ad amicitiam fidemque Populi Romani applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii eſt, prouincia eſt appellata.4. Verrinum. 2. a. Prouinciæ

Galliæ M. Fonteius præfuit. pro Font. 267. b. In prouinciæ oculis. 1. ad Quint. frat. 6. Ea eſt natura & regio prouinciæ tuæ. epiſt. 7. b, Prouinciæ tempus. 2. famil. 16 Præeſſe alicui prouinciæ. pro Fonteio, 2. a. Academic. quæſt. editio. 1. lib. 2. 1. Prouinciam adminiſtrare. 10. famil 4. Illam ſibi ab iſto prouinciam datam. 6. Verr. 45. a, Defendo prouinciam deponere. 2. Att. 3. & 5 famil. 4. Ego prouinciam Galliam Senatus autho ritate. &c. in concione depoſui. in Piſ. 3. a. P. Lentulus prouinciam, quam & authoritate Senatus & ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit. in Piſ. 39. 3. famil. 4. 5. Verr. 1 8n. Is illam ſibi officioſam prouinciam depopoſcit, vt prima loce Conſulem ſalutatum veniret. pro Sylla, 39. a, Vides ex s. c. prouinciam eſſe habendam. epiſt. 3 1. b, Bellum in prouinciam Syriam illatum. epiſt. 2 4 1. b, Cum prouinciam Aſiam conſulari imperio obtineres. pro Flacco, 162. b, Prouinciam prætermittere. 5. fam. 3. Deinde qui eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur. pro Cęl. 5 0. a, Prouinciã tueri. 7. in Verr. 3 1. pro, munus obire. Quum aliquantum ex prouincia atque ex imperio laudis acceſſerit. Lent. lib. 1. 7. 30. a, Ex conſulari prouincia facere prætoriam. de Prouinc. 72. b, Quas res geſſiſti in imperio, exercitu, prouincia conſulari. in Piſ. 87. b, In eiuſ modi regione atque prouincia, quæ mari cincta eſſet. pro Flac. 151. b, Prouinciæ ſunt ſine imperio. 7. Att. 28. Prouinciæ conquaſſatæ. 4. famil. 18. in epiſt. Seru. Sulpit. Prouinciæ prætoriç octo. 8. famil. 23. C. Cæſar legem tulit, ne pretoriç prouinciç pluſquam annum, conſulares pluſquam biennium obtinerentur. in Anto. 156. b. 1. Philip. 14. Prouinciarum mercatores. 1. famil. 39. Hoc erit quaſi prouincias atomis dare, quæ rectæ, quę obliquę ferantur. 1. de Finib. 15. a, Vt Prętores prouincias annuas habeant. de Prouinc. Conſul. 14. a, Lucius Sylla omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſit. pro Flac. 25. In prouincias ſortito mitti. 8. famil 23, 24. in epiſtol. Cęl. Prouincias alicui prorogare. 5. Att. 4. Tu prouincias conſulares, quas C. Gracchus conſtitui per Senatum decreta lege ſanxit: eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti? pro Domo ſua, 19. a, Referebatur de prouinciis Quęſtorum ac de ornandis prętoribus. Quint. frat. 307. b. 4. Att. 53.

Prouincialis.

Prouincialis abſtinentia. pro Seſt. 5. Prouincialis vel vrbana adminiſtratio. 1. ad Quint. frat. 32. Prouincialis integritas. pro Seſt. 10. Moleſtia prouincialis. Curioni, lib. 2. 6. 9. a. In qua ſcientia pręſertim prouincialis ratio expedita eſt. ad Quint. fr. lib. 1. 1. 30. a, Prouinciale officium. 5. famil. 55. Id eſt, quod in prouincia pręſtitiſti. Rogo atque oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. 2. famil. 13. Prouinciales aditus. 6. Attic. 25. Viri prouinciales. ad Quint. frat. 1. 1. 2 1. a, Hoſpitia prouincialia. 4. in Catil. 94. a, Negotia prouincialia. Attic 2. 16. 1 9. a, Ornamenta prouincialia. Poſt redit. in Senatu, 31. a, Ad prouinciales amicos olim ſolebant, qui Romę erant, de Repub. ſcribere. 15. fam. 50. 1. ad Quint. frat. 11.

Prouoco.

Quam recte decretum ſit, tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Att. 6. 1 1 1. 16. a. Quę cum dixiſſem, magis vt illum prouocarem, quam vt ipſe loquerer. lib. 1. de Finib. 20. Si quando illa dicet, Phędriam intromittamus comeſſatum tu Pamphilam cantatum prouocemus. Lent. lib. 1. 9. 73. a, Lex, vt de maieſtate damnati ad populũ prouocent, ſi velint. 1. Phil. 15. a, Quum alter ad Senatum prouocaſſet, alter vero appellaſſet Tribunos. a, Prouocare ad pugnam. Tuſcul. 4. 38. Hęc tu quum per me acta meminiſſes, niſi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare auſus eſſes? 2. Philip. 63. a, Ego enim reſpondere facilius poſſum, quam prouocare. 1a. fa. 46. Prouocabimur aliqua gloria iuſta & merita. 12. fam. 30. in epiſt. Lent. Reſpondere in amore iis a quibus prouocere. Brut. 1. 2. a. Iudicia, vt eſſet populi poteſtas, ad quam prouocaretur. 3. de Leg. 40. a. Neque iam prouocari in integrum poteſt. Brut. Cic. 16. 15. a, Prouocari iniuriis alicuius. pro Pom. 6. b.

Prouocatus.

Nam quum te ſemper amaui, primum tuo ſtudio, poſt etiam beneficio prouocatus. Att. 14. 3 1 1. 1. a. Quidnam beneficio prouocati facere debemus? 1. Offic. 72. a, Quanquam a te ipſo id quidem facio, prouocatus gratiſſimo mihi libro, &c. 1. de Fin. 7. Prouocatus cum Gallo depugnauit. 2. de Fin. 1 16. a, Tuis literis amantiſſimis ſum prouocatus. a, Qui mecum ſępe non ſolum a me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet. Lent. lib. 1. 7. 8. a, Quanto vos ſtudio conuenit iniuriis prouocatos, ſociorum ſalutem vna cum imperii veſtri dignitate defendere? pro L. Man. 9. a.

Prouocatio.

Quibus eſt prouocatio datur, nonne acta Cęſaris reſcindentur? 1. Philip. 17. a. Prouocatio a magiſtratibus eſto, a magiſtratibus ad poteſtates maiores, vel populum. 3. de Leg. 4, & 5. Prouocatio ne eſto militię ab eo qui imperabit, quodq; is qui bellum gerat, imperaſſit, ius ratumque eſto. 3. de Leg. 5. Prouocatio patrona illa ciuitatis ac vindex libertatis Pop. Rom. dari ſine nobilium diſſenſione non potuit. 2. de Orat. 108. Orbis terrarum cognitionem ſine conſilio, pœnam ſine prouocatione, animaduerſionem ſine auxilio dari cuipiam. 2. de L. Agr. 44 a. Quid turpius, quam ſine prouocatione ſenator? quam legatus ſine mandatis? 3. de Leg. 26. a, Commemorant reliquos qui leges populares de prouocationibus tulerunt. 4. Acade. 26. a. Tuſcul. 4. 1. a,

Prouocator.

Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c. pro Seſtio, 117. a.

Prout.

Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 4. Verr. 58. a, Prout haberi liceret, ſi anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet. 1. Phil. 197. a, Tuas literas, prout res poſtulat, expecto. 11. Att. 1 2.

Proxime, Proximo, Proximus,

Vide poſt Prope.

Prudens.

Gnarus & prudens impendentium malorum. pro Seſt. 2. a, Prudens ad cogitandum. 12. Attic. 47. Ad conſilia prudens. pro Font. 28. a, Prudens & ſciens ad interitum ruebam. pro Macel. 8. a, Vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego & prudens, & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. 6. famil. 21. L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens. de Cl. Orat. 129. a. L. Acilius, quia prudens eſſe in iure ciuili putabatur. de Amic. 5. a, Homo prudens & grauis. de Orat. 88. b, Orator prudens & prouidus. Part. 2 31. b, Deinde rerump. adminiſtratio, aut adminiſtrandi, ſciendique prudens, tẽperata, fortis, & iuſta ratio. 5. de Fin. 104. a. Vir natura peracutus, & prudens. Or. 1 98. b, Nec te ſciens prudenſque eo demittas, vnde exitum vides nullum eſſe. Attic. 10. 201. 6. a, Quis prudentem, &, vt ita dicam, cautum non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa iudicet? de Leg. 165. b. Prudentium conſilia. de Or. 88. b, Quos prudentes poſſumus dicere. Diu. 1. 94. Id eſt, prouidentes. Beluarum nulla prudentior elephanto. de Natur. d. 1. 69, Quis P. Octauio ingenio prudẽtior? iure peritior? pro Clu. 86. a, Vt enim quiſque maxime perſpicit, quid in quaque veriſſimũ ſit, quique & acutiſſime & celerrime poteſt videre, & explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus rite haberi ſolet. Offic. 1. 25. Omnes fere Stoici prudentiſſimi in diſſerendo. de Cl. Or. 61. a, Prudentiſſimos etiam & callidiſſimos viros multa fefellerunt. 10. Att. 24.

Prudentia.

Vt medicina valetudinis, ſic viuẽdi ars eſt prudentia. de Fin. 5. 1 4. Temeritas eſt florentis ętatis, prudẽtia ſenectutis. Cat. 19. Prudentia eſt calliditas, quę ratione quadã poteſt delectũ habere bonorum & malorum. 3. ad Her. 94. Prudentia eſt rerũ bonarũ & malarũ & vtrarumq; ſciẽtia. 2. de Inu. 240. Prudentia, quã Gręci φρόνησιν dicunt, eſt rerum expetendarũ fugiendarumque ſcientia. Off. 1. 2 13. Prudentia, multarũ rerum memoria, & vſus complurium negotiorum. ad Her. 16. b. Prudentia, eſt ſcientia opportunitatis idoneorũ ad agendũ temporũ. Off. 29. b. Prudentiane eſt, ſine qua ne intelligi quidem vlla virtus poteſt? Tuſ. a. 2 8 Prudentia in ſuis rebus, domeſtica: in publicis, ciuilis appellatur. Par. 40. Cum homo exacuerit illã ingenii aciẽ ad bona deligenda, & reiicienda contraria, quę virtus ea prouidẽdo eſt appellata prudentia. 1. de Leg. 46. Prudentia conſtat ex ſciẽtia rerũ bonarũ & malarũ, & nec bonarũ, nec malarũ. de Nat. d. 67. b, Prudẽtia indiſerta loquaci ſtultitię pręſtat. 3 de Or. 79. P. ſine iuſtitia nihil valet ad faciendã fidẽ. Off. 2. 48. Omnibus artibus volumus attributam eſſe eã, quę communis appellatur prudentia, quã omnes, qui cuiq; artificio pręſunt, debẽt habere. de Fin. 4. 73. & 5. 124. a. P. in delectu bonorũ & malorum collocata eſt. Off. 3. 93. de Finib. 5. 62. P. in iudicando. 10. Phil. 277. a. P. ſenilis. Diu. 39. Vulgaris prudentia. 2. de Or. 72. a, Sẽper oratorũ eloquẽtię moderatrix fuit auditorũ prudentia. Or. 13. P. iur. ciuil. 2. de Or. 81. a, Memoria prateritorũ, futurorũ prudentia, ioca res, &c. de Sen. 71. Phy. eſt iſta prudẽtia. de Di. 1 10. b. Ratio atq;

pruden-

prudentia Reipub.gerendæ.de Diuin.85.b.Prudentiæ quaſi materia,quam tractet,& in qua verſetur, ſubiecta eſt veritas.Offic.1.25.Prudentiæ munus proprium eſt,indagatio atque inuentio veri. Offic.1.25.Prudentiæ poſſeſſio oratoris eſt. 3.de Orat.67.Prudentiæ ratio in quibus rebus quæritur. 1. de Inuent. 57. Hoc ſentire, prudentiæ eſt:facere,fortitudinis.pro Seſt.75.2, Ne ſcenici plus,quam nos, videantur habere prudentiæ. Offic.33.b.Exercitatio intelligendi prudentiam acuit.1.de Orat.45 Si exiſtimabimur adepti coniunctam cum iuſtitia prudentiam. Offic.39.b,Quam is prudentiam appellarit, ineptam & garrulam & odioſam ſcientiam eſſe dicemus. ad Heren. 17.b, Prudentiam mihi in conſilio defuiſſe.10.famil.35.in epiſtol. Plan. Prudentiam communem omnes, qui cuique artificio præſunt, debent habere.de Finibus 4.73. Prudentiam imitatur malitia. Partit.43.Si neque prudentiam eius impedias confuſione partium. Partit.232.b, In prudentiam pertinere. 2.de Orator.4, Adeon' ego non proſpexeram prudentiam literarum tuarum? Attic.6.120.4.2, Cognitionem prudentiamque ſequitur conſyderata actio.Offic.31.b.Prudentiamne Deo tribuemus, quæ conſtat ea ſcientia rerum bonarum & malarum, &c. 3. de Natura deorum 49.2. Cum contineri prudentia vtilitatem ciuium cernat. Tuſcul.5.53. Prudentia nihil hominì dulcius: quam,vt cætera auferat, affert certe ſenectus. Tuſcul.77.& 78 Perſpicua ſunt hæc quidē, & in vulgari prudentia ſita.de Ora.120.b, Pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere, quot in præſentia cohortes contra te habeat Cæſar, &c. Attic.8.163.2.2, Prudentia illios temperari ea poſſe. 2. famil. 26. Si nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipſa hoc videt, &c. Tuſcul.5.11.

Prudenter.

Facit igitur Lucius noſter prudenter, qui audire de ſummo bono potiſſimum velit. 5.de Finibus 25.2, Vt hæc prudenter in cauſa poſſit intexere. 2.de Orat.37. Multa prudenter prouiſa.de Amic.6.2.

Pruina.

Aquam conglaciare frigoribus,& niue pruinaque concreſcere.de Natur.deor.2.19.Quod pars earum appulſu ſolis exarſerit,pars obriguerit niue, pruinave longinquo ſolis abſceſſu. 1.de Natur. deor. 37.2. Quorum duos obriguiſſe pruina vides. in Somno Scipionis, 22.2, Pruinas ac niues perferre. 2.in Catil. 43.2.

Pruſias.

Pruſias rex, cum Annibali pugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis, quam Imperatori veteri credere? Diuinitate lib.2.40.

Prytaneum.

In qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatiſſimum Prytaneum, ampliſſima eſt curia,templumq; egregium Iouis Olympii.6.Verrin.105.2, Erat Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio: ea ſententia, cum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur:quod cum interrogatus Socrates eſſet, reſpondit ſeſe meruiſſe, vt ampliſſimis honoribus & premiis decoraretur,& vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur.1.de Or.119.

Pſallo.

Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & pſallere didicerunt. in Cat.109.b.

Pſaltrium,

P.Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis,a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis.de Aruſp.reſp.40.

Pſaltria.

Eripiamus huic ægritudinem: quo modo? collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, cedrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis,aliquid prouideamus & cibi.3.Tuſc.q.40. Qui in cœtum mulierum pro pſaltria adducitur.pro Seſtio,101.2.

Pſephiſma.

Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt.pro Flac. 149. b, Sic ſunt expreſſa iſta præclara quæ recitantur pſephiſmata, nō ſententiis, non authoritatibus declarata.pro Flac.11. Poſſem recitare pſephiſmata Smyrneorum quæ fecerunt in Caſtricium mortuum. pro Flac,58.2, τὸ δ᾽ἔγγραφον ſenatuſconſultum.

15.Attic.43.

Pſeudomenon.

Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, diſſoluas? Diuin.2.8,De ſorite,aut pſeudomeno,&c.Acad.q.ed.1.lib.2.136.

Pſeudothyrum.

Ea quemadmodum ad iſtum poſtea pſeudothyrum renertatur,tabulis vobis,& teſtibus Iudices planum faciam. in Verr.118.b. Non ianua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus. Poſt red.in Senatu, 12.

Pubes.

Neminem eſſe dico, ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint,&c. pubeſque tum fuerit, quin arma ceperit.pro Rab.perduel.reo,23.2.Cui Senatus totam Rempub.omnem Italiæ pubem,cuncta Pop.Romani arma commiſerat. pro Mil.45. Pater filium puberem habens. 2.de Orat.134.2.Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii,cum ſoceris generi non lauantur. 1.Offic.180.2.

Pubeſco.

Nam & fruges, & reliqua quæ terra parit, &c. maturata pubeſcant.1.de Natu.de.8.2. Vites lætificæ pampinis pubeſcunt. 1.Tuſc.q.108.2.Multaque ab ea manant & fluunt,quibus & animantes alantur,augeſcantque & pubeſcant,&c.de Nat.deo.36,b.De Luna. Quum is efficiat vt omnia floreant,& in ſuo quæque genere pubeſcant.2. de Natur, deor. 58.2. De ſole. Namque Herculem Prodicium dicunt, vt eſt apud Xenophontem, quum primum pubeſceret,&c. exiſſe in ſolitudinem, &c. Offic.164.2.

Pubertas.

Vt ſi quis deos & pubertatem natura dicat exiſtere. 3. de Natur.deor.122.2.

Publicus.

Publica opera.Acad.quæſt.editio.1.lib.2.6.Neque illam ſtatuam eſſe ex pecunia publica, neque publice datam.6. Verrin.122.2.Publica res.1.Att.51. Genus publicum, commune, ſingulare. 1.de Inu.57.Publicum iudicium. in Verr.1.Teſtimoniū. Publicū.10 Ver.164.b.Eloquentiſſimus Athenis Pericles,idemque in ea ciuitate plurimos annos princeps cōſilii publici fuit. 1.de Orat.109.2.Publici iuris ſpecies tres.Part.71.Publici muneris ſocietate nulla grauior coniunctio.1.in Verr.33. Agros, qui in publicum Campanum incurrebant,pecunia publica coemit.contra Rull.81.b, Antea cauſam publicam nullam dixi, pro Roſc.Am.35.2. Nos publicam prope opinionem ſecuti ſumus.Att.88.b. Ipſe e publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus eſt.pro Clu.33.b. In loco publico ius non eſſe fieri ſepulchrum.2.de Leg.54.Publico præſidio nobis Romæ eſſe liceret.11.fam.3.in epiſt.D.Bruti.Publicæ literæ.5. Attic.43.pro,publice miſſæ.Litora omnia publica eſſe.in Top.16.2, Sunt loca publica vrbis, ſunt ſacella,&c.2.de L.Agr.40.2.Dialecticorum vero verba nulla ſunt publica, ſuis vtuntur. Acad. quæſt.edit.2.lib.1.19.Recita publicas literas.in Verr.163.b.Publicis commentariis conſignare.2.de Orat.123.Publicis parochiis eum occupauit Seſtius.13. Attic.3.Hic te ita verſari, vt & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis male redemptis,&c. diuinæ cuiuſdam virtutis eſſe videtur, id eſt tuę. ad Q. frat. 1.1.49.2.Memoria publica recenſionis tabulis publicis continetur. pro Mil.115.b.

Publicum.

Publicum eſt, quod ciuitas vniuerſa aliqua de cauſa frequentat.de Inu.51.b.Lex in publicum proponitur.con.Rul.68.b.Nō foro ſolum omni, deinde via, ſed prope luce ac publico carere.de Aruſp.reſp.46. In publico ambulare. Tuſc.l.4.34. Cleomenes, &c. in publico eſſe non audet. &c. 7. Verr. 73. 2.2. ad Quint.fr.19.In publico pernoctare.6.Verr.22.In publico proponere literas.8.Att.4.

Publico.

Volaterranos & Arretinos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiſerat, in ſua poſſeſſione retinebam. Att. 1.14.5.2. Qui Ptolemæum regem Cypri cauſa incognita publicaſſes.pro Dom.ſua,16.Agros, quos ipſis libeat, publicare.2.de L. Agr.6.2. Singulorum ciuium bona publicare.2.de Finib.34.2, Offi.2.38.Priuata publicare,publica liberare.2. de L.Agr.60.2.Lex,ſi qua roſtrata nauis in portu deprehenſa ſit,publicetur. de Inu.74.b.Vt rex cum bonis omnibus publicaretur. pro Seſt.16.b. Bona præterea publicari iubet. 4. in Cat. 80.2. Quæſtor nauim populi vocat; Nauis dominus negat publicari oportere.2.de Inu.194.2.

Publicatus.

Lepidus crudelis in liberos, &c. ſi armis poſitis de vi damnatus eſſet, quo in iudicio certe defenſionem non haberet, eandem calamitatem ſubirent liberi bonis publicatis. ad Brut. 27.

Publicatio.

Cum publicatio bonorum proponeretur. pro Planc. 79. Adiungit etiam publicationem bonorum. in Cat. 81. a. Patronuſne cauſæ in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exilium, publicationem bonorum? hæc reiicienda eſſe, non fugienda? de Fin. 4. 19.

Publicanus.

Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare. 5. Verr. 67. a. Publicani nomen horrere non debent, neque aſpernari. 1. ad Q. fr. 25, 26. Improbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere non poſſis. ad Q. fr. 1. 1. 12. a. Qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt. Q. frat. 1. 25. Publicani noſtri negabant immortales eſſe vllos, qui aliquando homines fuiſſent. 3. de Nat. d. 34. Publicani in omnibus vectigalibur petitores, non poſſeſſores eſſe ſoliti. 5. Verr. 21. Publicanorum familiæ, quas in Sabinis habent. pro Pompeio, 6. b. Publicanorum ordo, publicanorum ſocietas. 13. fam. 18, 19. Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. publicanorum ordine continetur. pro Plan. 19. a. Publicanorum tabulæ, lege exceptæ, quominus Romam deportarentur. 4. Verr. 136. Tu autem ſæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ. Att. 76. b, Publicanis hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant. 6. Att. 25. Non eſſe autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam noſtros publicanos, hinc intelligi poteſt, quod, &c. ad Quint. fra. 1. 1. 50. a. Cato publicanos tertium iam menſem vexat. Ad Attic. 1. 13. 9 a.

Publice.

P. cadere. 16. Att. 41. P. conſtituti accuſatores. 3. de Leg. 40. P. ad laudem mortui dicendam conſtitutus. 2. de Leg. 60. Dare cauſam p. 5. Verr. 146. a. Quum Philinus Herbitenſis, &c. & de fuga, & de reliquorum paucitate p. diceret. 5. Verr. 58. a. Neque mens aduentos labori aut ſumptui, neque p. neq; priuatim fuit. 3. Verr. 11. a. Res tanta quæ p. geſta atque commiſſa ſit. pro Sex. Roſc. 27. b. Locantur p. cibaria anſeribus. pro Roſ. Amer 33. P. mittere literas. 12. fam. 26. in ep. Lentuli. Qui naui iſtius ædificandæ p. præfuit. 6. Verr. 16. a. Quem ab illis prædonibus Locrenſes poſtea p. redemerunt. 7. Verr. 71. a. Propter duas cauſas nihil p. ſcripſi, &c. 15. fam. 11. Att. 16. 336. 9. a. Qui p. ſocij atque amici ſunt. 5. de Fin. 16. a. Primique p. priuatimque venerunt. 4. Verr. 7. a. Cuncti ad me publice ſæpe venerunt, vt, &c. 3. Verr. 2. a.

Pudet.

Non te huiuſcemodi criminia maxime eius pudet? 7. Verr. 106. a. Pudet optimi exercitus, qui, &c. in Anton. 241. b. Patris mei meum factum pudet. Orat. 87. pro, meorum factorum. Et hæc ætas noſtra quod interdum pudet, iuris ignara eſt. de Or. 88. b. O gulam inſulſam? pudet me patris. Attic. 3. 286. 4. a. Ac me nimirum iſtorum philoſophorum pudet. de Legib. 166. b. Plura me ad te de hac ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuę diffidere. epiſtol. 51. b. Me non ſolum piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. pro Domo ſua, 13. a. Craſſe pudet me tui in Piſ. 45. a. Pudet me non tui, ſed Chryſippi. de Diuinit. 15. b. Non pudet igitur Phyſicum? &c. de Natur. d. 1. 58. Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. 1. de Orat. 60. a. Non me hoc iam dicere pudebit. Quint. frat. 1. 1. 42. a. Puderet me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis. de Natur. deo. 23. b. Quos libidinis infamiæque ſuæ neque pudeat, neque tædeat. 2. Verr. 21. a. Quaſi me pudeat, inquit, iſtorum. 2. de Finib. 11. a. Me autem quid pudeat? qui, &c. pro Archid. 9. a. Verſus ille qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. Orat. 210. b. Cuius eos non pudere miror, 10. Philip. 185. a. Nonne eſſet puditum, ſi hanc cauſam ageret ſenere, non modo legatum, ſed Trallianum omnino dici Meandrium? pro Flac. 41. a. Inducendi ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum. de Cl. Orat. 97. a. Magis eſſet pudendum, ſi, &c. Tuſcul. 177. b. Vt iam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum decreta, quam Senatus. 5. Philip. 186. a. Non enim pudendo, ſed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. 1. de Orat. 60. a.

Pudens.

Metelli eſt filius in prouincia: non puer, ſed adoleſcens bonus ac pudens. 5. Verr. 136. a. Nauus & pudens & probus filius. in Verr. 184. b. Riſus pudens & liberalis. ad Her. 3. 116. a. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 3. Philip. 144. a. Tamen impudentiæ ſuæ pudentem exitum quæſiſſe videatur. 2. Verr. 2. Hominem pudentem & officioſum cognoſces, & dignum qui a te diligatur. 13. famil. 39. Atque haud ſcio, an malim te; videri nullo pudore fuiſſe in literis mittendis, an amicos tuos plus habuiſſe & pudoris & conſilii, quam aut te videri pudentiorem fuiſſe, quam ſoles, aut tuum factum non eſſe condemnatum iudicio amicorum. in Piſ. 30. Pudentiſſimus atque optimus vir. pro Flac. 38. a. Pudentiſſima lectiſſimaque fœmina. 3. Verr. 67. a.

Pudenter.

Appellare aliquem pudenter. pro Planc. 21. a. Quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas? pro Quint. 21. a. Pudenter facere aliquid. de Orat. 142. b. Rogare aliquem parum pudenter. Gallo, lib. 7. 18. 2. a. Omniaque ea me pudenter viuendo conſequutum eſſe, quæ tu impudenter vaticinando ſperare te ſæpe dixiſti. in Vat. 4. Pudentius. de Or. 141. b. Pudentiſſime hoc Cicero petierat, vtei de ſuo: liberaliſſime, vt tibi quoque placuerat, promiſeram, Erotique dixeram vt ſe poſitum haberet. 16. Att. 40.

Pudicus.

Audiet C. Marius impudico domino ſeruire nos, qui ne militem quidem habere voluit, niſi pudicum. Octau. 48.

Pudicitia.

Eam non pudor, non pudicitia a cupiditate reuocauit. pro Clu. 20. b. Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ ne ſpoliet alienam. pro Cæl. 33. a. Hunc nec ſuæ, nec alienæ pudicitię pepercisſe. pro Rabirio perduel. reo, 5. An ex ſororis cubiculo egreſſus, pudorem pudicitiamque defendat? de Aruſp. 245. b. Eripere pudicitiam alicui. pro Mil. 6. a. Expurgare pudicitiam. pro Cæl. 47. b. Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia. de. Leg. 166. b.

Pudor.

Pudor, qui ornat ætatem. pro Roſc. Amenit. 88. a. Deinde ita flagrare cœpit amentia, &c. vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. pro Cluent. 9. a. Pudor meus me coegit. 11. famil. 43. Pudor meus plus valuit apud me, quam timor. 6. famil. 20. Fuit enim mirificus quidam in Craſſo pudor. de Orator. 95. b. Pudor quidam pene ſubruſticus. 5. fam. 27. Quantum illius ætatis patiebatur pudor. 1. de Orat. 3. a. Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. pro Planc. 264. b. Pudor moderator cupiditatis. de Finib. 2. 91. Homo in quo aliquis ſi non famæ pudor, at ſupplicii timor eſt. de prouinc. Conſ. 11. a. Pudor in bello maxime eſt periculoſus. 10. fam. 47. 10 epiſt. Planc. Pudor in oratione. 1. de Or. 60. Pudor iudicij. p Syl. 56. Siquid pudoris in homine eſt 14. Att. 32. Pudoris repagula perfringere 7. in Ver. 32. Nulla pudoris ſignificatio 2. de Or. 97. a. Fac quæſo qui ego ſum, eſſe te eſtne aut tui pudoris, aut noſtri, primum rogare de die ad Gallum, lib. 7. 24. 2. a, Pudori famæq; cedere 7. fam. 8. Pudori tuo maluiſti obſequi, quam valetudini, 16. fam. 11. Ex quo fit, vt pudorem rubor conſequatur 4. Tuſ. 30 a, Defendere pudorem pudicitamque, de Aruſp. reſp. 7. a, Non dimittam pudorem in rogando meum 5. fam. 53. Cum pudore facio 10. fam. 50. in ep. Planci. Id eſt, pudet me facere. Sępe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur, Tuſc. 2. 43. Pudore a dicendo & timiditate ingenua quadã refugiſti 2. de Or. 6. a. Pudore victus 6. fam. 24.

Puer.

Puer emptus libidinis cauſa, in Ant. 169. b, Sed iã ſubito fratris puer proficiſcebatur. Att. 57. b. Puer in optima ſpe repoſitus 14. Att. 23. in epiſt. Antonii. Eunti mihi Antium, venit obuiam puer tuus, is mihi literas a te reddidit. Att. 11. b. Puer vãgiens, de Fin. 2. 28. Ac maxime partes iſtius officii ſunt pueri Ciceronis ſiue iam adoleſcentis 6. Att. 22. Cæſaris pueri mirifica indoles, Bru. 3. 1. 2. Neſcire autem quid, antequam natus ſit, acciderit, eſt ſemper eſſe puerum, Ora. 207. b, Alexim puerum humaniſſimũ (niſi forte dum ego abſum, adoleſcens factus eſt, &c.) ſalutare iubeas velim 7. Att. 30. Diodoro quid faciam Stoico, quem a puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, &c. Acad. ed. 2. l. 2. 102. C. Gracchus doctus a puero, de Cl. Or. 157. b Tuſc. q. 240. b. Idque a puero, in Ant. 210. b. Pueri noſtri 10. Att. 30. Pueri omnes illam tanquam dictata perdiſcant 3. ad Q. fr. 8. Pueri quibus nihil poteſt eſſe feſtiuius 6. fam. 12. Pueri quos domi audiant loquentes, magni referre. Brut. 110 Pueri Spartę ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus e uiſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam ad necem, Tuſc. 2. 30. Pueri Spartiatę non ingemiſcunt verberum dolore laniati, Tuſ. 5. 57. Eo dic pue

ri tuu

ri tui mihi a te litteras reddiderunt, & alii pueri poſt diem tertium eius diei literas alias attulerunt. Att. 3.47.1.a, Infantium puerorum incunabula, pro Roſc. Am. 91. a, Puerorũ teſtimoniũ aliquãtò pondus habet. Top. 40. Mihi quidem neque pueris nobis, &c. Off. 1. 107. Pueris tuis eas literas dederam 13. fam. 65. Pueros vero matres & magiſtri caſtigare etiam ſoleot, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus, ſi quid in domeſtico luctu hilarius ab iis factum eſt aut dictum. Tuſc. 3. 54. Tune id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te ſine literis miſerim? ad Q. fr. 1. 3. 1. Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, de Or. 85. b. Vt primum ex pueris exceſſit Archias, pro Arch. 2. a. Hilarula eſt: quod in pueris optimum eſt 16. Att. 31. Poeris ac lachrymis viſus eſt Q. Galba reus 1. de Or. 1 16.

Puerulus.

Adiongitur enim ut ſecundum ſeruorum, ſecundum exulũ, ſecundum puerulorum tabulas poſſeſſio videatur ex edicto dari, in Top. 9. a,

Puerilis.

Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem ioformari ſolet, pro Arch. 2. a, Delectatio puerilis 1. de Fin. 108. a, Exercitatio pene puerilis, de Or. 118. b. Puerilis fucus 2. de Or. 118. b. Iſtiuſmodi autem res dicere ornate velle, puerile eſt, &c. 3. de Fin. 30. a. Puerile hoc quidem, ſi; &c. 16. Att. 24. Puerile quiddã conſectatur in hiſtoria Siſenna 1. de Leg. 6. An quicquam tã puerile dici poteſt, de Nat. d. 1. 68. Puerili conſilio, animo uirili res acta 14. Att. 48. Is autem Tages puerili ſpecie dicitur viſus 2. de Dio. 75. a. Puerilibus fabulis refercit libros, de Na. d. 2. 26.

Pueriliter.

Pueriliter conſectari aliquid, Acad. q. edit. 1. lib. 2. 51. Nam cũ dicunt hoc ſe vuum tollere, faciunt pueriliter, Acad. q. edit. 1. l. 2. 33. Quæ quum res tota ficta ſit pueriliter, tum ne efficit qood vult. 1. de Fin. 29. a,

Pueritia.

Pompeius e ludo atque pueritiæ diſciplina io militiæ diſciplinam profectus eſt, pro Pomp. 9. b. Ornamentum pueritię. 3. Verr. 108. a. Qui enim citius adoleſceutiæ ſenectus, quam pueritiæ adoleſceutia obrepit? de Sen. 78. & 83. b. Quę mihi a pueritia tua cognita eſt, Off. 52. & 8. b. A pueritia legimus & diſcimus 2. Tuſc. 49. a, Qui me a pueritia ſua ſemper obſeruauit, Licinio, li. 5. 8. 13. a. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris, pro L. Man. 19. a. Si in pueritia non his artibus & diſciplinis inſtitutus eras, vt, &c. 3. Verr. 32. a.

Puella.

De tutela legitima, io qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poteſt. Att. 1. 3. 6. a,

Pugil.

Acinas pugil Olympionices, p Fla. 152. b. Caneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit ἐποχῆ. 13. Att. 24. Inde pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem, Tuſ. 2. 35 Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt, de Cla. Or. 131. a, Pugiles vero, etiam quum feriunt aduerſarium, in iactaudis cęſtibus ingemiſcunt: non quod doleant, aoimoue ſuccũbant, ſed quia in profuodeuda voce, omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior, Tuſc. 2. 49.

Pugilatio.

Iam ludi publici quoniam ſunt cauea circoque diuiſi, ſint corporum certationes curſu & pugilatione, luctatione, curriculiſq; equorum 2. de Leg. 37.

Pugio.

O plumbeum pugionem, de Fin. 4. 40. Poſtea C. Septimiũ ſcribam Bibuli pugionem ſibi a Bibulo attuliſſe. Att. 2. 39. 3. a. Qui ſtillaotem præ ſe pugionem tulit 2. Phi. 50. a. A P. Magio pugione percuſſum eſſe, ep. 56. b

Pugiunculus.

Nam in iis, quibus vt pugiunculis vti oportet, breuitas facit ipſa liberiores pedes, io Or. 131. a.

Pugna.

Pugna aliud, aliud ludus deſiderat 2. de Or. 47. Tum interuẽtu Pontini atque Flacci pugna quæ erat commiſſa, ſedatur 3. in Cat. 32. a. Pugna equeſtris Agatoclis regis, io Ver. a 28. b. Pugna Leuctrica. Tuſ. q. l. 1. 99. Pugna mala Lacedæmoniorũ in Leuctris 2. de Diu. 80. a, Pugna naualis, Ac. q. ed. 1. l. 2. 3. Pedeſtris. Cat. ta Nonnunquã ẽt res ad manus atq; ad pugnã ueniebat 7. Ver. 23. a Quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum. 2. de Diu. 157. a. In certi exitus pugnarum, Marſque cõmunis. pro Mil. a, Quas ego

pugnas & quantas ſtrages edidi. 1. Att. 35. Ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa, quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentiooe pugnata. pro Mur. 32. a De prælijs Pompeii.

Pugno.

Sed ego ne cum iſta quidem arte pugno. de Ora. 105. b, Nihil enim pugno. Tuſc. 1. 41. Itaque non pugno, de Nat. d. 1. 43. Quid pugnas igitur? Acad. q. edit. 1. lib. 2. 51. Tota in oratione tecum pugnas, & non modo noo cohærentia inter ſe dicis, ſed maxime diſiuncta atq; contraria. in Ant. 164. b. Quid enim tam pugnat Tuſc. 250. b, Cum eorum uita mirabiliter pugnat oratio. Tuſcu. 2. 17. a. Sed hæc inter ſe pognant. de Fin. 88. b. Pugnant Stoici cũ Peripateticis. a. de Fin. 109. a. Pugnaui vt liceret. 6. fam. 20. Qui cum hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnauit. pro Coro. Balbo, 17. a, Illud pugna & enitere, ad Appium, lib. 3. 10. 11. a. Hic pugnes licet, non repugnabo. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 52. Pugnes ne intercaletur. 5. Att. 15. Id eſt, omnibus viribus impedias, etiam ſi ad manus res veniat. Nõ pugnet, ſed locis ſuis repugnet. 8. Att. 47. in epiſt. Cn. Pompeij. Cum hoc igitur dialectict pugnent, id eſt Antiochus & Stoici, &c. 4. Acad. 173. a. Omnes pro P. Quintio pugnent. pro Quint. 60. a. Niſi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremur. Att. 105. b. Pugnare aliquid. 10. Phil. 285. & pro Roſcio Am. 71. Id eſt, conari contra. 1. Att. 32. cum aduerſario facili. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 76. cum aliquo, cauſa obtrectandi. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 69. Negat enim ius eſſe, qui miles noo ſit, cum hoſte pugnare. Off. 1. 55. Pugnare cum bene parato. Attic. 7. 126. 2. a. Quamuis tuta conditione pacem accipere malui, quàm viribus cum valeutiore pugnare. ad Meſcinum, l. 5. 21. 7. a. Pugnare cum uita dicitur oratio. quãdo quis aliter docet, & aliter agit. Tuſ. 2. 9. In noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt. de Nat. d. 2. 4. Cum a Conſulibus male pugnatum apud Caudium eſſet. 3. Off. 147 a. Hoc ſolum pugno, &c. pro S. Roſc. 19. b. Videtur Epicurus de diis immortalibus noo magnopere pugnare. de Natu. d. a, Pro cõmodis patriæ pugnare. 1. de Inu. 2. a, Pugnare non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, Off. 1. 89. Illud uideo pugnare te, ſpecies vt quædam ſit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, lenis, perlucida. de Nat. deo. 1. 52. In hominum pugnandi cupidorum inſanias incideram. 4. famil. 1.

Pugnans.

Pugnãte ipſo Conſule populus iuſſerat. 6. familiar. 20. Id eſt repugnante. Pugnantia ſtudia. 1. de Fin. 89. a. Conferre pugnantia & comparare contraria. Ora. 200. b, Pugnantia te loqui non vides? Tuſc. 1. 12. Atqui pugnantibus & contrariis ſtudiis conſiliiſque ſemper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. lib. 1. de Fin. 89. a,

Pugnatus.

Pugna Pompeij, quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. pro Mur. 32. a,

Pugnax.

Centurio pugnax & lacertoſus. 8. Phil. 251. a, Neqoe eſt dubium quin exordium dicendi vehemens & pugnax non ſæpe eſſe debeat. 2. de Ora. 173. a, Græcus facili, & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem pop. Romani eſſe noluit, in Piſ. 55. a, In uitijs pugnax. Cælius Cic. 8. 13. 2. a, Oratio pugnax, de Cl. Ora. 175. b, Sed & huius oratio in philoſophiam tranſlata pugnacior (ut ita dicã) videtur, & illorũ io iudicia pacatior. de cl. Or. 62. a

Pugnaciter.

Ergo de omni ſtatu conſilioq; totius vitæ, aut certare cũ aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum alios, tum etiam meipſum velim Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60. Pugnaciſſime defendere ſententiam, quã quis adamauit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 9,

Pugnus.

Nam quum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. in Or. 61. a, Facere pugnum, & pugnum arcte vehementerque comprimere. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 133. & 134. Zeno rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem dicebat, de Fin. 67. b, Pugiles inexercitati etiamſi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt, de Cla. Orat. 131. a, Certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morſu denique, &c. 5. Tuſ. 11. a, Conſcindere aliquem pugnis & calcibus. 5. Ver. 46. a, Quoniam verbis contẽdimus inter nos, nõ pugnis, in Parad. 27. a

Pulcher.

Pulcher dies. 4. fam. 12. Id eſt, in quo aliquid pulchrum & inſigne geritur. Suum cuique pulchrum eſt, te tua, me delectant mea. Tuſc. 240. b, O puerum pulchrum Pericle. 1. Off. 201. a, Ne

pul-

pulchrum ſe ac beatum putaret,pro Mur.a,Pulchrum eſſe nihil poteſt imperfecto nec abſoluto ſimile,de Vniu.13. Tot prædia tam pulchra tam fructuoſa,pro R.Amer.24.a,Vua quid pôt eſſe tum fructu lætius,tum aſpectu pulchrius?de Sen.49.a

Pulchre.

Is pulchre aſſeuerat ſe,&c.pro Clu.32.b,Sed tamen quæ tum acta ſunt,non poſſum non probare,& tamen non curare p.poſſum,ſicuti facio.Att.13.277.4.a,P.& oratorie dicere. Or.219.b At quàm p.dicere videbare,quum ex altera parte ponebas, &c. 2.de Fin.101.a, Propone ante oculos deum nihil aliud in omni æternitate,niſi mihi p.eſt,& ego beatus ſum,cogitantem,de Na. d.lib.1.80.P.intelligis 11.fam.6.in ep.M.Bruti & Caſſi.P.noram Lepidum 10.fam.47.in ep.Planc. Pulcherrime vitam eius regeret,ac gubernaret,de Vniu.39.Hunc ipſum inquam Tenem pulcherrime factum,quem,&c.3.Verr.34.a,Pulcherrime ferre fortunam aduerſam,ep.51.b.Proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrime,de Diu.15.b.

Pulchellus.

Pulchellus de P.Clodio 2.Att.44.Redeo ad altercationẽ,ſurgit pulchellus puer,Att.1.11.17.a,Audiamus pulchellum puerum,de Or.133.b,At pulchellę ſunt,noui optime,& ſæpe vidi 7. fam. 41.

Pulchritudo.

Pulchritudo vocatur,in animo opinionum iudiciorũq; æquabilitas & conſtantia,cum firmitate quadam & ſtabilitate uirtutem ſubſequens,aut virtutis vim ipſam continens.Tuſc.4. 24.Vt corporis eſt quædam apta figura membrorum cum coloris quadam ſuauitate,eaque dicitur pulchritudo:ſic,&c.Tuſc.4.24.Habet hoc virtus,vt viros fortes ſpecies & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet.in Piſ.83.a. Excellẽs muliebris formę pulchritudo.2.de Inu.122.a.Hæc enim pulchritudo etiam in terris, &c.Tuſc.1.37.Pulchritudo corporis apta compoſitione mẽbrorum mouet oculos,& delectat hoc ipſo,quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt.1.Offic.139. a. Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine.1.Offi.135.a. Pulchritudo factorum.de Fin.2.94.Oris pulchritudo.3.Offi.13 Veneris Cnidiæ Coęque pulchritudo.de Diu.85.b. Pulchritudinis duo genera ſunt:quorum in altero venuſtas eſt, in altero dignitas;venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.1.Offi.179. Si illam pręclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſtis.3.de Or. 41.a. Quis nõ admiretur ſplendorem pulchritudinemque virtutis?2.Off.53.a. Tantam habet pulchritudinẽ,vt nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior 3 de Or.98. a. De or. Dii qui hanç omnem pulchritudinem tuentur & regunt,de Sen.94.b.Nullũ aliud animal pulchritudinẽ venuſtatem,cõuenientiam partiũ ſentit. Off. 3.b.Eximia pulchritudine fœmina.1.de Diu.92.a, Atque his tribus generibus honeſtorum notatis,quartum ſequitur, & in eadem pulchritudine, & aptum ex illis tribus, &c.2.de Finib. 78. a.Honeſtũ ſua pulchritudine,ſpecieq; laudabile.l.2.de Fin.81.a

Puleium,vel Pulegium.

Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridũ floreſcere ipſo brumali die,&c.de Diui.2. 25.Cras expecto Leptam : etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt. 16.fam.23.id eſt,ſuauitate ſermonis.

Pullus.

Columbinus pullus.Pæto,lib.9.18.6.a. Licinius plagiarius cũ ſuo pullo miluino.1.ad Q.fr.40. Cum cauea liberati pulli non paſcerentur 2.de Na.d.11.b. Ex ouus pulli orti relinquunt eas, a quibus excluſi fotique ſunt 2.de Na.d.93.Pulli,quum pinnulis vti poſſunt,tum volatus eorum matres proſequũtur 2.de Na. d.98.Pullos aues excludunt ex ouis 2.de Nat.d.98.

Pullarius.

Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius 2. de Diu.110.a.Idem quum tripudio auſpicaretur pullarius, diẽ prælii comittendi differebat,de Diu.1.68.Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt,pullariorum admonitu,non ſatis diligẽter eum auſpiciis operam dediſſe 10. fam.26.Iubet auſpicii cauſa Decemuiros habere pullarios,con.Rull.72.b.

Pullus.

In epulo alicuius cum toga pulla accumbere,in Vatin.23. Quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla?in Vati. 24.a. In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat & pallio 6.Verr.49.a.

Pulmo.

Tauri opimi iecur,aut cor, aut pulmo, quid habet naturale quod poſſit,&c.de Diu.114.b.Cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus,de Diu.74.Cerebrum, cor, pulmones, iecur,de Nat. d.21.b.Pulmones & cor extrinſecus ſpiritum adducunt 2.de Nat. d.103.Lateri inhærens morſu lacerat viſcera,Vrgenſque grauiter pulmonum hauſit ſpiritus 2.Tuſc.31.a. Quod fieri ſine laterum & pulmonum vi & figura non poteſt 1. Tuſc. 58.a. Aſpera arteria ad pulmones vſque pertinens excipit animam eam,quæ ducta eſt ſpiritu,eandemque a pulmonibus reſpirat 2.de Na.d.112.In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima:qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum reſpiratu ſe dilatant vt frequenter ducatur cibus animalis,quo maxime aluntur animantes 2.de Na.d.103.Atrox calamitas pectora mœrore pulſabat:itaque anhelans ex imis pulmonibus prę cura ſpiritus ducebatur 4.ad Her.200.

Pulmentum.

Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum,cubile terra,pulpamentum fames,&c.5. Tuſc.130 a.

Puls.

Nunc vero incluſa in cauea & fame enecta , ſi in offam pultis inuadit,&c.2.de Diu.111.a.

Pulſo,Pulſus, Vide Pello.

Puluinar.

Aram & ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit , pro D.ſua,105.a.Diuus Iulius habuit puluinar, ſimulachrum faſtigium , flaminem? 2. Phil.106.a.Quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt , celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis veſtris,in Cat.67.a,Qui ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſque detraxiſti,de Aruſp.reſp.281.b.Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit,de Aruſp.reſp.248.b.Nec vero illud non eruditorum tẽporũ argumẽtum eſt, quod & deorum puluinaribus & epulis magiſtratum fides præcinunt,Tuſ.4. 4.

Puluinus.

Nam lectica octophoro ferebatur,in qua puluinus erat perlucidus,melitenſi roſa farctus 7.Verr.22.a.Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo proxima: eam puluinus ſequetur 9. fam.45.Afferri iuſſit puluinos,& omnes in ſuis ſedibus ſederunt a.Tum Craſſum,Imo vero commodius etiam puluinoſq; popoſciſſe,& omnes in ſuis ſedibus quæ erant ſub platano , conſediſſe dicebat 1.de Or.15.a.

Puluis.

Multus erat in calceis puluis,de Inu.52.b,Puluis eo loco nõ glarea iniecta eſt 3.ad Qu. fr. 4. Quia nunquam eruditum illũ puluerem attigiſtis,de Nat. d.2.35. Educenda inde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in puluerem,in clamorem,in caſtra atque aciem forenſem:ſubeundus vſus omnium,&c.1.de Or.76.Doctrinam ex vmbraculis eruditorum,otioque non modo in ſolem atque puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit 3.de Leg.a.

Puluerulentus.

Nunc iter conficiebamus æſtuoſa & puluerulenta uia. Att. 5.101. 1.a.

Punctus,vel Punctum.

Punctum eſt,quod magnitudinem nullam habet,Acad.q.ed. 1.lib.2.107.Punctum,Gręci σημεῖον vocant.Tuſc.1.32.Hoc.n.fit ad punctum temporis.Tuſc.165.b.Attende enim paulliſper, cogitationemque ſobrii hominis ad punctum temporis ſuſcipe 2. Phil.51.a. Neque poſtea Larini punctum eſt temporis commoratus,pro Clu. 30.a.Hunc diem,hoc punctum temporis quo loquor,defende ſi potes 2.Phil.108.a.Itaque ne punctum quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſe.6.fam.16.Punctum temporis nullum uacuum peccato prætерire patitur 3.Verr.72.Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit,in Ant.218.b, Cõſules ſummum imperium ſtatim deponere maluerunt, quam id tenere punctum temporis contra religionem,de Na.d.2.9.Vniuerſorum ciuium Romanorũ per tot vrbes vno puncto temporis miſera crudeliſque cædes,pro Flac. 47. a. Eodem puncto temporis quo,&c.pro D.ſua,88.a.Illo inquam ipſo die:die dico?imo hora atque etiam puncto temporis eodem,mihi,Reipub.pernicies,Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt,pro Seſt.45.a. Puncto temporis excludi,in Vatin.21.Quid poteſt eſſe minus quietum,quã nullo pacto temporis intermiſſio verſari circum axem cæli admirabili celeritate?de N. d.1.37. Quod vno eodemque temporis puncto nati,&c.de Diu.2.75.Leges Seiæ vno verſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ,2.de Leg.12. Eos puncto temporis viuere non oportere puto,in Cat.119.b,Omnibus minimis temporum punctis 1.de Nat.d.91.a , Sed minutis interrogatiunculis,& quaſi punctis quod propoſuit,efficit.Parad.3.

Pun-

Punctum,ſuffragium,& fauor.

Tamen admonitus re ipſa,recordor quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. pro Mur. 65. Nam quòd queſtus es,plures te veſtes habere de Volitinia, q̃ ꝙ in ea tribu puncta tuleris. pro Planc.44. Argumentorũ puncta occulere.2.de Or.95. Quæ flãma eſt per quam nõ concurrerint hi qui hęc olim punctis ſingulis colligebant? Tuſc.2.54.

Pungo.

eſſem paſſus diutius eos imperare.2.Offic.111.a , Quid ergo ?
Aius iſte,quando eũ nemo norat,aiebat,& loquebatur.de Diu.
123.b, Vident ex conſtantiſſimo motu lunæ, quando ille e re-
gione ſolis facta occurrit in vmbram terræ , vt eam obſcurari
neceſſe ſit,quandoque eadem luna,&c. de Diuin.112.b,At recu
perabit Rempub.quando?aut quid ad eam ſpem eſt parati? At.
120.b,Quando hoc bellum,aut hic ordo,aut populus ſuſcepe-
rat?in Pi.39.a,Quando te id video deſyderare?Som.Scip.120.
b.Off.45.& ep.76.b,Vt quãdo ea loca videamus,in quibus,&c.
de Fin.124.b, Quando autem te viſuri eſſemus,nihil ſane ex eiſ
dem litteris potui ſuſpicari.ad Varronem,lib.9.1.1.a,

Quandoque.

Ego me Aſturæ diutius arbitror commoraturum, quoad il-
le quandoque veniat.6.fam.5 a.

Quandocunque.

Quandocunque eadem parte ſol , eodemque tempore ite-
rum defecerit,tum,&c.de Somn.130.b.

Quandoquidem.

Itaque prætermiſſa nulla pars erit,quandoquidem,&c.Orat.
202.& de Leg.184.b.Quandoquidem honeſtum ipſa virtus eſt.
5.de Finib.118.a, Quandoquidem hæ quondam arationes Cã-
pani & Leontini in populi Rom.patrimonio glandiferę & fru-
ctuoſæ ferebantur.2.Phil.100.a, Quandoquidem tu iſtos ora-
tores, inquit,tantopere laudas, vellem aliquid Antonio præ-
ter illum de ratione dicendi, &c.de Cl.84.a , Tu te poſſe dici-
to,quandoquidem potes. Parad.124.b. Vrbes ac ſedes ſuas re-
linquerent,quandoquidem iam ante iſtius iniuriis exagitati re-
liquiſſent.4.Verr.6.a,Quæ ſunt in hominum vita,quandoqui-
dem in ea verſatur orator.de Fin.133.b.& de Or.147.b,

Quanquam.

Innocens eſt quiſpiam:veruntamen quanquam abeſt a culpa
ſuſpicione tamen non caret.pro Roſc.Am.33.a,Quanquam nõ
mihi,ſed tibi hic venit adiutor.de Nat.d.1.14. Quanquam ita
ſe rem habere arbitrarentur.2.de Or.1.a, Homerus apud infe-
ros conueniri facit ab Vlyſſe,&c. quanquam quem potiſſimum
Herculem colamus,ſcire ſane velim.3.de Or.35.a, Quamobrẽ
hoc vos doceo, Sulpiti,&c. quanquam te quidem quid hoc do-
ceam?qui,&c.2.de Or. 107.a , Quanquam ea verba,&c.quan-
quam inquam,&c.tamen,&c.de Fin.91.b , Quanquã non ſumus
ignari,multos ſtudioſe contra eſſe dicturos.Tuſc.2.2.Omniaq;
iucunda,quanquam ſenſu corporis iudicentur, ad animum re-
ferri tamen.5.Tuſc.136.a, In integro res nobis erit, quanquam
quicum loquor?cum vno,&c.Caſſio,lib.15.16.7.a,Quanquam
vis oratoris,profeſſioq; ipſa benedicendi hoc ſuſcipere ac pol-
liceri videtur.1.de Or.11.a,Quanquam vterque vtetur,&c.ta-
men,&c.in Partit.70.a, Ea quanquam pertinet ad finem bono-
rum,tamen id minus apparet.1.Offi.13.a,

Quantus.

Populus Romanus ſenſit quantus & quanta dignitate eſſes .
pro Domo ſua,228. b, Quantus, & quam incredibilis furor ,
&c.pro Syl.181.b,Xenophon Socraticus,qui vir,& quantus ſcri
bit,&c.de Diu.91.b, Authoritas,quanta maxima in libera ciui-
tate vnius eſſe poteſt.ad Brut.275.b,Scio quanta & quam ſolli-
cita cupiditas ſit Cõſulatus.pro Mil.109.b,Videre mihi videor
tantam dimicationem,&c.quanta nunquam fuit.Att.7.121.4.a
Niſi quod tanta eſt inter eos,quanta maxima poteſt eſſe, morũ
ſtudiorumque diſtantia.de Amic.64.a,Quum ipſa pecunia,quę
Staleno data eſt,numero ac ſumma ſua,non modo quanta fue-
rit,ſed etiam ad quam rem data fuerit,oſtendat.pro Clu.70.a,
Perſpicite quanta poteſtas permutatur.con.Rul.72.b,Quanta
illa Reip.turpitudo,quantum dedecus?in Ant.211. b, Nec co-
gnoſcunt,hæc vis amicitiæ qualis & quanta eſt.de Amic.111.b,
Dixi de te quæ potui, tanta contentione, quantum forum eſt.
Caſſio,lib.12.7.2.a, Omnes boni quantum in ipſis fuit, Cęſarẽ
occiderunt.in Ant.166. b, Cernitis Iudices quod & quantũ in-
cendium per Siciliam peruaſerit.Verr.161.b, Qualis oratoris
& quanti hominis in dicendo putas eſſe hiſtoriam ſcribere? 3.
de Or.28.a,Nec hoc tanti laboris eis, quanti videtur.de Orat.
160.b, Quum intelligant quam multa firmentur iureiurando,
quantæ ſalutis ſint fœderum religiones.2.de Leg.27.a,Quantã
diligentiam in valetudinem tuam contuleris , tanti me fieri a
te iudicabo.ep.258.b, Nam tantæ multitudinis, quantam capit
vrbs noſtra,concurſus eſt ad me factus.ad Brut.5.3.a, Exercitũ
& pecuniam quantam vellent,ab eo acciperent. pro Seſtio,18.
a,Quem ſi interficere voluiſſet, quantæ quotiens occaſiones ,
quam præclaræ fuerunt?pro Mil.109. b, Quæ & quantæ ſint ,
&c.in Verr.61.b,Quot & quanta ſint,&c.in Verr.236.b, Tantũ
ex eius bonis,quanta ſumma litium fuiſſet;populus recepiſſet .
pro Rab. Poſth. 22.a , Dicendum eſt quantos circuitus facere
deceat.Or.217.b,Quantas audacias,quam incredibiles furores
pro Syll.57. a,In propagatione vitæ,quot,quantas,quam incre
dibiles hauſit calamitates?1.Tuſc.136.a,Dii immortales,quas
ego pugnas & quantas ſtrages edidi.Att.10.b, Potuimus bene-
ficiis vt participes frui,quantis vellemus.Att.285.b, Omitto
quantis ornamentis populum Roman. C. Cæſar affecerit . pro
Corn.63. b,

Quanti.

Quanti addictus 2. de Or. 141. In qua docet, quot a ciuitate ſua naturas acceperit, quot & quanti quemq; diuiſerit. 7. Ver. 88.a, Sed quanti quanti: bene emitur quod neceſſe eſt. 12. Att. 30. Quãti libertas iſta æſtimanda eſt, nõ mihi neceſſe eſſe quod tibi eſt? 4. Acad. q. 215. a, Quanti æſtimanda eſt hęc philoſophia, cui, &c. de Nat. d. 1. 39. Pluris Senatus æſtimaſſet, quã quanti eſſet annona. 5. Verr. 165. a, Vide quanti apud me ſis. 7. fam. 35 Quanti quiſque ſit, non quantum proſit, ponderandũ. Brut. 139 Noli ſpectare quanti homo ſit. parui enim pretii eſt qui iam nihil ſit. 1. ad Q. fr. 47. Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum ac voluntatem? pro Mur. 36. a, De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram, &, vt opinor, heri ad te ſcripſeram, ſed tanti quanti bene emitur. Att. 193. b, Quanti locarint, tantam pecuniam redemptori ſoluendam curent. in Ant. 224. b, An dubitas, quum ſcias quanti quum illum, tum vero Tulliam meam faciam? Cælio, lib. 2. 15. 15. a, Quanti hoc ipſum? 11. fam. 42. Tantum damni feci, quanti quæque res amiſſæ valebant. de Fin. 127. b,

Quantum.

Quantum autem ſit apte dicere, experiri licet, &c. Or. 220. b Quantum ego opinione auguror. pro Mur. 59. a, Ego quantum auguror coniectora, quantaque ingenia in noſtris hominibus eſſe video, non deſpero fore aliquem, &c. de Or. 92. b. & Att. 2. 24. 2. 8, Quantum me diligis, tantum adhibe in me diligentiæ. epiſt. 158. b, Quantum me diligis, tantum fac, &c. epiſt. 257. b, Quantum diuino. epiſt. 119. b, Quantum in cuiuſque animo roboris eſt atque neruorum. 6. fam. 2. Huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, opem ferre debemus. pro Arch. 185. b, Non igitur adhuc, quantum in te eſt, intellexi deos eſſe. de Nat. d. 62. b, Is Rempub. quantum in ipſo fuit, euertit. Att. 261. b, Nõ nomen ciuium Romanorum, quantum in ipſis fuit, ſuſtulerunt. pro Flac. 159. b, Quantum eſſet in ipſo. Att. 5. 89. 1. a, Quantũ æquius & melius ſit dari repromittive, formula olim in arbitriis vſitata. pro Roſc. Com. 6. Viri boni cõſyderant, quid & quãtum ſit alterius bona proſcribere. pro Quint. 9. b, Vt omnia in omnibus, quantum in ipſis nulla vi impediente perfecta ſint. Tuſc. 235. b. Quantum in me erit, quantum efficere & conſequi poſſumus. ad Q. fr. 1. 1. 54. a, Hæc lex Attico noſtro non placet, quantum ex vultu eius intelligo. 3. de Leg. 54. a, Quantum ego perſpicio. ep. 9 b, Quantum ex Pompeii ſermone perſpexi. Att. 107. b, Dolore quantum animo maximum capere poſſum. ad Brut. 42. in ep. Bruti. Tres ſunt res, quantũ exiſtimare poſſum, quæ, &c. pro Roſcio Am. 21. Sed tamen eſt eorũ doctrina (quãtum iudicare poſſum) perridicula. de Or. 115 b, Quantum memoria repetere præterita poſſum. 11. fam. 41. Perge vt facis, & ſcribe quantum potes. Att. 140. b, Quantum ego aſſequi potui. pro Cluent. 39. a, Academ. quæſt. edit. 2. lib. 1. 6. Pompeius quẽ quantum potui, multis ſæpe orationibus decoraui. in Piſ. 93. b, Quantum ex literis tuis intelligere potui. ad App. l. 3. 8. 1. a, Vociferarer, & quantum maxime poſſem, contenderem, ſi, &c. pro Fla. 154. b, Vt afflictæ Reip. quantum poſſet, mederetur. pro Seſt. 9. b, Quantũ potero, me ab omnibus angoribus abducam. ep. 70. b, Quantũ enim potero, minuam cõtentiones. 2. de Fin. 65. a, Quamobrem Quir. conſilio quantum potero, labore plus pene, quam potero, vigilabo pro vobis. in Ant. 208. b, Quantũ ego ſentio. 4. Acad. q. 253. a, Nec tantum proficiebam, quantum volebã. Att. 14. b, Quantum apparitores velint, tantũ ſapere quoſdam in magiſtratibus, iuris ſui ignoratione. 3. de Leg. 41.

Quanto.

Quanto magis philoſophi delectabunt, ſi vt illi Aeſchylum &c. 1. Acad. 16. a,

Quantopere.

Neque enim tantopere deſyderabam, &c. quantopere delector, &c. 1. de Or. 79. a, Perſpicere vos certo ſcio, Siculis quantopere hoc expediat. 5. Verr. 174. a, Quanquam de vniuerſa philoſophia quantopere expetenda eſſet & colenda, &c. 3. Tuſc. 10. a, Dici non poteſt quantopere gaudeant. Att. 14. 304. 3. a, Quantoque opere eius municipii cauſa laborarem, tibi oſtendi. 13. fam. 230 Recordamini Iudices, quantopere laborare ſoleatis, &c. pro Fonteio, 15. a.

Quantuſcunque.

Atque ego is qui ſum, quantuſcunque ſum ad iudicandum, ſic ſtatuo, &c. 2. de Or 67. a, Quæ neque inuidioſa, & quantacũque eſt, eiuſmodi eſt, &c. pro Corn. Balbo, 45. a, Totum hoc, quantumcunque eſt, tum eſt. pro Marc. 132. b, Nec rurſus in malis, quantumcunque eo addideris, in ſuo genere manebit. 3. de Fin. 54. a, Noſtrum illud quantumcunque eſt augere. de Cl. 195. b, Quantęcunque ſunt copiæ, noſtras eſſe duco. 15. famil. 4. Debeo profecto, quantumcunque poſſim, in eo laborare ve, &c. 1. de Finib. 17. a, Quorum ipſorum bona, quantacunque erant, ſtatim ſuis comitibus compotoribuſque deſcripſit. 5. Phil. 179.

Quantulus.

Quantulus nobis videtur? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74. Id autem quantulum eſt? 2. de Leg. 76. a, Miſit coniectori quantulum viſum eſt de argento. 2 de Diu. 199. a, Nam ex illa pecunia magnam partem ad ſe vertit, mulieri reddidit quantulum viſum eſt. 1. Verr. 31. a.

Quantulum.

Etenim quantulum intereſt vtrum in Maſſici radices, an in Italiam, aliove deducamini? 2. de L. Agr. 68 Vt ne plus nos aſſequamur, quam quantulum tu in dicendo aſſecutus es. 1. de Or. 66. a, Nos qui iam & quid facere, & quantulũ iudicare poſſemus oſtendimus. 5. Verr. 3. a.

Quantuluſcunque.

Eaſque nos primi quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, conuertimus. Or. 206. b, Procura, quantulacunque eſt, Precianam hæreditatem. Att. 6. 120. 3. a, Aures nos primi, quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi, incredibilia ſtudia conuertimus. in Or. 57. a, Sed tamen quicquid erit in his libellis, quantulumcunque videbitur eſſe, hoc quidem certe manifeſtũ erit 4. Ver. 132. a, Et in illo ex eo quod dico, quantulum id cunq; eſt, quid faciam, iudicari poteſt. 2. de Or. 54. a, Sed de hac mea quantulacunque eſt facultate, quæritis. 1 de Or. 65. a.

Quanuis, ſiue Quamuis.

Quidnis facere in eiuſmodi rebus, quanuis callide, quanuis audacter, quanuis impudenter. 4. Ver. 93. a. Nec timeo ſine iſta philoſophia rhetorem quanuis eloquentem. de Nat. d. 26. b. At duo Gracchi fuerunt: & præter eos, quanuis enumeres multos licet, &c. 3. de Leg. 35. a, Quanuis ille fœlix, ſicut eſt, tamẽ. &c. pro Roſc. Ame. 13. a, Quanuis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum, tamen, &c in Ant. 255. b, Itaque eum qui audiunt, quanuis ipſi infantes ſint, tamen illi modo confidunt ſe poſſe dicere. Or. 204. b, Quanuis menti delubra & virtuti conſecremus. de Nat. d. 77. b. Quaſi vero mihi difficile ſit quanuis multos nominatim proferre. pro Roſc Am. 26. pro, quantumuis. Etſi quanuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti. Att. 16. 334. 3. a, Quanuis paruis Italiæ latebris cõtentus eſſem. ad Cæl. lib. 2. 30. pro, quãtumuis paruis. Quanuis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es, tamen, &c. Att. 12. 252. 4. a.

Quantumuis.

Quantumuis licet excellas. de Amic. 110. b.

Quapropter.

Quapropter nihil eſt quod metuas nequid mecum fingam. 4. Verr. 129. a, Quapropter non minus, &c. pro Cæcil. 299. & de Amic. 101. b, Quapropter quoniam, &c. aliquando, &c. in Ant. 189. b, Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas atque legatio propter eam, quam dixi cauſam, defecit, &c. 5. Verrin. 90. a, Quapropter quoniam illud eſt, &c. hoc ſit neceſſe eſt. de Orat. 32. b, Quapropter vos oro Iudices, &c. pro Sext. Roſc. 20. b, Quapropter eo animo ſimus inter nos, quo ſemper fuimus. epiſtol. 54. b.

Quaqueuerſus.

Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludiſque, liberos, poſteroſque eius, quaqueuerſus pedes quinque habere: &c. 9. Philip. 267. a, Emendatiores codices habent quoquo verſus.

Quare.

Quare ſic tibi eum commendo, vt, &c. Seruil. lib. 13. 72. 3. a, Quæramus quæ tanta vitia fuerint in vnico filio, quare is patri diſpliceret. pro Roſc. Am. 23. a, Vtendũ eſt excuſatione, &c. quare id quod feceris, neceſſe fuerit: nec aliter facere potueris. 2. Off. 100. a, Permulta ſunt quæ dici poſſunt, quare intelligatur, &c. pro S. Roſc. 34. b, Miror quid cauſæ fuerit quare conſilium mutaris. Att. 8. 162. 2. a, Nanque illud quare Scæuola negaſti? 1. de Or. 36. a, Is fuit aperte mihi neſcio quare non amicus. Att. 93. b, Commiſſum nihil eſſe, quare ad iſtam rationem perueniretur. pro Quint. 12. b, Vnum mihi eſt ſolatium, quare poſſim, &c. epiſt. 100. b, Nihil affert quare putemus. 3. de Nat. d. 16. Id eſt, nullam rationẽ, ob quam. Quare quando, &c. ep. 83. b Quare quoniam, &c. ad Quint. frat. a, Quare quod ſocium tibi

quum

quum velles adiungere, nihil erat. pro Qui.6.a, Quare quũ, &c. Cæc.6.6.15.a, Quare quum & bellum neceſſarium ſit, vt ne gligi non poſſit. pro I.Man.34.a, Omnia feci quare Lepido cõiuncto ad Remp. defendendam minore ſolicitudine veſtra perditis reſiſterem.10.fam.41.in ep.Plan.

Quartana.

Modo enim audiui quartanam a te diſceſſiſſe: &c. 8.Att.18. Etſi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leuiorem reddere.7.Att.8.Sed quum in quartanam conuerſa vis eſt morbi,&c.ad Tironem,lib.16.10.1.a,Tertianæ febres & quartanæ.3.de Nat.d.33.a.

Quaſi.

Quaſi tua res aut honos agatur, ita laboras. pro Quint.2.b, Quaſi aut aer ſine vlla forma deus eſſe poſſit.de Nat.d.1.19.Vocem ab acuto ſono ad grauem recipere, & quaſi quodammodo colligere.de Or.107.b, Deinde illa exponunt duo quæ quaſi contineant omnem hanc quæſtionem.4.Acad.q.75.a, Quaſi de verbo, non de re laboretur. Tuſc.181.b, Ex his quaſi decẽ fiſcos ad ſenatorem illum relictos eſſe.in Verr.70.b, Illos qui omnia incerta dicunt, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. Acad.q.9.b, Quaſi ego excitare filium eius ab inferis poſſem. 7. Verr. 101.a, Quaſi corporis quædam eloquentia.Or.202.b, Literas Græcas ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiẽs. de Sen.81.b, Sed prius poteſtis totius eorũ rationis quaſi fundamenta cognoſcere.4.Acad.q.75.a, Sine quodam afflatu quaſi furoris.de Or.126.b, Quaſi cruentæ guttæ imbrium. de Nat. d.2.10. Earum rerum quæ quaſi in arte traduntur inſcitia.de Or.93.b, Ii ſunt eiuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi.Tuſc.227.b, Philoſophia laudandarum artium omniũ procreatrix quædam & quaſi parens.de Or.85.b, Quaſi particula quædam.de Vniu.13. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis.4.Acad.q.145.a, Epicurus, quaſi pueri delicati nihil ceſſatione melius exiſtimat.de Natur.d.1 72. Quaſi me pudeat, inquit, iſtorum, aut non poſſim quemadmodum ea dicantur oſtendere.2.de Fin.11.a, Puro quaſi quodam genere dicendi.Or.201.b, Quaſi quodam igneo motu.de Nat.d.2.18. Quaſi ſepimento aliquo vallabit hæc omnia diſſerendi ratione.1. de Leg.47. Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio, a calce ad carceres reuocari.de Sen.94.b, Et quaſi ſui eſt lena natura. de Nat. d.1.53. Aquarum quaſi vapor quidam habendus eſt aer.de Nat. d.2.20. Volunt probabile aliquid eſſe, & quaſi veriſimile. Aca. q.9.b, Non potero credo ante hyemem (ſic enim ſcribis) quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.ep.lib.3.7.5.a, Quaſi vero id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut ſtudio partium fecerit.3.Verr.24.a, Quaſi verò quiſquam noſtrum,&c.de Nat.d.61.b, Repente aſpicimus lituras eiuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia. 4. Verr.135.a.

Quatenus.

In omni re ſtatuere quatenus.Acad.q.23.b, τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος quatenus Panætius abſoluit duobus, illius tres ſunt. Att.258.b, Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat.de Amic.34.a, Quũ autem proceſſit paulum, & quatenus quicquid ſe attingat, ad ſeq; pertineat, perſpicere cœpit,&c.5.de Fin.41.a, Sed accipio ex ea parte quatenus aut negligentia,&c. fieri ſcribis, ne ad nos perferantur.4.fam.10. Neque mihi vt abſim concedere, aut quatenus eos mihi concedere,&c.12.Att.27.Diogeni videtur, venditorem, quatenus iure ciuili conſtitutum ſit, dicere vitia oportere.Offic.62.b, Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit. de Amic 207.b, Poſtulatum eſt vt Bibuli ſẽtẽtia diuideretur. quatenus de religione dicebat, cuique rei iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt.ad Lent.lib.1.2.4.a, Itaque ſoli qui memoria vigent, ſciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi ſunt 2.de Or.143.a, Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit quatenus eſſet quodque curandum.1.Tuſc.173.a, Quibus auſpiciis iſtos faſces augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? 14. Phil.394.a, Animaduertẽdum eſt etiam quatenus ſermo delectationem habeat,&c.1.Offi.189.a. Vulgus quid abſit a perfecto, non fere intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermiſſum.3.Offi.18.a, In omni re videndum eſt, quatenus. etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium quam parum.Orat.103.b.Iudex meminiſſe debet non ſolum quantum ſibi permiſſum, ſed etiam quatenus permiſſum ſit. pro Rab.114.b, Deinde diis permiſit, vt huic animanti duces ſe præberent, & eum pulcherrime gubernarent, niſi quatenus ipſe ſibi ſua culpa aliquid miſere quæreret.de Vniuer.59. Leges tollunt aſtutias, quatenus manu res tenere poſſunt, philoſophi quatenus ratione & intelligentia. Offic.65.b, Quatenus autem ſunt ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum eſt.2.de Orat.131.a, In omnibuſque rebus videndum eſt quatenus,&c. in Or.40.a.

Quaterdecies.

Hine H. S. quaterdecies P. Tadio numerata Athenis, teſtibus planum faciam.3.Verr.70. Quaternus.Att.83.b.

Quatio.

Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.de Nat.d.47. b, Sed eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur.3.Tuſc.20.a.

Quatiens.

Magnus leo tremulam quatiens a corpore flammam. de Natur.deo.47.b.

Quaſſus.

Nam attrectatu & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem. 2. Tuſc.87.a.

Quatefacio.

Perrexi tamen, Romamque perueni, nulloque præſidio quatefeci Antonium:&c.ad Brut.23.

Quaſſatus.

Quaſſata Reſpub.pro Marcel.16. Flamma illa fuit quaſſatæ Reipub.pro Sest.19.b.

Quatriduum.

Non ablata ex vrbibus ſociorum quatridui cauſa per ſimulationem ædilitatis.6. Verr.6.a. Regem mecum habui quatriduum turbulentis in rebus.Att.91.b.

Quatriduo.

Triduo vero aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam, &c.ad Brut.3.2.a, Quatriduo quo hæc geſta ſunt. pro Roſ.Am. 11.a, Mors Sex.Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur. pro Roſc.Am.63.a.

Quatuor.

Quatuor capita, quæ concludunt nihil eſſe, quod noſci, percipi, comprehendi poſſit. Acad.q.edit.1.lib.2.75. Ab iis rebus quatuor mundi eſt corpus effectum.de Vni.19.

Quatuordecim.

Herennium Gallum hiſtrionem ſummo ludorum die, annulo aureo donatum, in quatuordecim ſeſſum deduxit.10.fam. 79.Quatuoruiri.de Cl.22.b.

Quatuoruiratus.

Quatuoruiratum ſibi prorogauit. Aſinius Pollio ad Cicer. lib.2.32.4.a.

Que, enclitica coniunctio in compoſitione.

Alterumque & tertium poſcitur.de Or.128.b, Ego arma cõtra deos araſque & focos tuli? in Ant.174.b, Multa quibus animantes alantur, augeſcantque, & pubeſcant.de Nat.d.36.b, Arguti, certique, & circunſcripti ambitus.Or.200.b, Eaque ratione ſtabili firmaque contemnere.Offi.14.b, Non nobis ſolũ nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem amici.1. Off.34.a, In primiſque, vt,&c.ep.4.b, Niſi tu, quod eſſet tuũ ius & officium, poteſtaſque, docuiſſes. pro Q. 5.b, Quique optime dicunt, quique id faciunt.1.de Or.94.b, Ex quo videlicet quid, ex quibuſque rebus efficiatur, &c. 2.de Nat. d.221.a, Mathematici recondita in arte & multiplici, ſubtilique verſantur.de Orat.85.b.

Quemadmodum.

Vt poſſis videre quemadmodum,&c. de Cl.193.b, Pepercit homini amico, & (quemadmodum ipſum dicere audiui) neceſſario.5.Verr.129.a, Ita fore vt per te reſtituatur, quemadmodũ Senatus initio cenſuit.ep.7.b, Inflatus cum ſpe militum, tũ collegæ mei, quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis. pro Mur.136. b, Si non reliquit, quemadmodum ab eo exegiſti. pro Quint. Roſc. 54. b, Velim exquiras quemadmodum illi nunc ſe gerant.Att.127.b, Magnificentius eſt dicere quemadmodum geſſerimus conſulatum, quam quemadmodum ceperimus. in Piſ. 80.b, Excogitat inquam, quemadmodum menſe illo legitimo comitia haberentur.4.Acad.q.49.a, Vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus.de Amic.51.a, Sed illi qui Clodii leges timuerint, quemadmodũ cæteras obſeruauerunt? pro Dom.227.b, Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur.2.de Leg.51. Semper vigilaui & prouidi, quemadmodum ſalui eſſe poſſemus.in Cat.111.b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quam quemadmodum inimicorum iniurias perſequar. Poſtquam.201.b, Prætor te quemadmodum reſtituat nõ habebit? pro Cæc.291.b, Quẽadmodum

admodum ſoles de cæteris rebus. de Amic.15.1, Nihil aliud niſi quemadmodum.in Verr.214.b,Si te ipſe perſpicies,totumque tentabis, intelliges quemadmodum a natura ſubornatus in vitam veneris. de Leg.168.b, Sic vlciſcar facinora ſingula quemadmodum a quibuſque ſum prouocatus.Poſtquam. 202. b,Quemadmodum eſt,ſic etiam appelletur tyrannus.10.Att.8. Quemadmodum eſt obſeruatus.7.Verr.54.a, Quemadmodum ſunt,&c.eodem modo ſint,&c.de Fin.82.b,Nam ad me P.Valerius homo officioſiſſimus ſcripſit, &c. quemadmodum a Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes.ad Terentiam, lib. 14.2. 4.a, Res nobis,quemadmodum ſpero,non moleſta.pro Arch.186.b, Nos in Senatu(quemadmodum ſpero) &c. ad Len.lib.1.2.10.a, Nec ſeuerius,nec temperatius ſcribi poterat, nec magis quam quemadmodum ego maxime vellem.Att.204.b,Solus ille cognouit quemadmodum iſtum vinci oportet.de Aruſp.245.b.

Queo.

Atque hoc illud non queo præterire.Att.17.b, Quem ſatis mirari quibus oculis aſpicere audeas,non queo.pro Dom.235. b,Non queo reliqua ſcribere,tanta vis lachrymarum eſt.ad Terentiam,lib.14.1.10.a,Ad te non queo ſine lachrymis ſcribere ep.233.b,Non queo tantum,quantum vereor,ſcribere. Att.94. b, Qui tantas calamitates deplorare queat. in Ant.231.b.

Quercus.

Quercus Dodonea.Attic.25.b, Quercus glandifera,ex qua euolauit nuntia fulua Iouis.1.de Leg.2. Quercus Arpinatium ingenio ſata manet,& ſemper manebit.1.de Leg.1.E quercu neſcio quid exculpſeram, quod videretur ſimile ſimulachri. 13. Attic.36.

Queror.

Cæſar queritur de Milone per vim expulſo.Att.150.b, Dionyſius noſter grauiter queritur,& tamen iure a diſcipulis abeſſe tandiu. Att.104.b.Is mihi etiã queritur,quod a nobis 12.ſolis d eou. prima actio ſui iudicij tranſacta ſit.3.Verr.111.a, Quid multa?queſtus eſt grauiter.ad Lent.lib.1.9.25.a, Mirifice conturbatum vidi puerum,lachrymans mecum eſt queſtus. Attic. 6.114.13.2,Multa nos quidem queſti ſumus.ep.31.b, Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrãt. de Amicor.62.a, Virtutes autem noli vereri ne expoſtulent & querantur ſe relictas eſſe,&c.Tuſc.231.b, Hic tu fortaſſe querere,deum atq; hominum fidem implorabis.in Ver.580.b, Quererer tecum atque expoſtularem,niſi,&c.3.fam.39. Neque tam quereretur cum deo, quod parum longe,quam quod falſum videret.Acad.q.ed.1.lib.2.73.Quid eſt quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri poſſitis?4.fam.18. in epiſt. Ser.Sulpitii. Queri de iniuriis alicuius. Q. Frat.296.b. & ep.4.b, Queri de aliqua re.pro Cæl.41.b,Accedebat vt hæc tu pro Repub. queri exiſtimarere.de Or.126.b, Queri iniquitatem legis.pro Plan. 33.& 5.Verr.186. Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri poſſumus.pro Flacc.158.b,Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam.Att.5.13.Quæ ſi queri velim præterita,nihil agam. Q.fr.304.b.

Querens.

Aiax querens de ferocitate Troianorum. de Diu.125.b.

Queſtus.

Ibi Druſus multa de Philippo queſtus eſt. de Orat. 143. b, Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar. ad Lent. lib.1.9. 22. a,Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullium & Seruium queſtos eſſe,quia non idem ſibi, quod mihi remiſiſſet. Attic. 10. 194. 3. 2.

Queſtus.

Quod eiulatu,queſtu,gemitu,&c.2.de Finib.151.a,Qui denique queſtus? qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta poteſt?pro Quint.63.

Querela.

Querela cum aliquo.pro Deiota. 5. Querela de damnatis. Att.107.b, Sed tamen prouidendum ſit, ne qua iuſta querela eſſe poſſit.ad Brut.11.22.6.a, His de tot tantiſque iniuriis in ſocios,&c.conſultum querela eſſe debuit.pro Seſt.54.a,Eorum.n. eſt hæc querela,qui ſibi chari ſunt.5.de Fin.50.a,Querela frõtis.in Piſ.1.pro,de fronte.Querela mira eſt hominum.7. Attic. 39.Querelæ partes ſuſcipere.pro Seſt.2.Querelæ iniquiſſimæ plenum volumen.3.fam.17.Nunc veniam ad grauiſſimam querelam & atrociſſimam ſuſpicionem tuam. pro Marc.12. Querelam ad aliquem deferre.pro Ligar.15. Vt veſtrum illud diuinum in Rempub. beneficium nonnullam habeat querelam. ad Trebon.lib.10.60.Quid enim in illis fuit præter querelam tẽporum?ad Cælium,lib.2.15.2.a,Etſi quod ſæpe diximus,& quidem cum aliqua querela,&c.de Fin. 3.4. Quanquam enim ſine in auditæ cum Deiotaro querelæ tuæ pro Deiot.a, Querelæ quas illi deplorare ſolebant.de Sen. a, Epiſtola plena ſtomachi & querelarum.Q.fr.3.24.1.a, Querelas habere. 1. ad Q.fr. 36.Et aſſiduas iacit ore querelas.de Diu.83.b,Sæpe enim inter ſui querelis meorum æqualium. de Sen. 6. Statius interuenit nonnullorum querelis,quæ apud me de illo ipſo habebantur. Q.frat.199.b, Querelis omnium patere aures tuas. 1. ad Q.fr. 19.Querelis quotidianis nihil proficere.ep.70.b.

Querimonia.

Quotidiana querimonia populi.1.Ver.5.In ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate,&c.7.Verr.58.a, Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium diſceſſimus. ad Q.fr.2.5.6.a,Querimonias agere.5.Verr.113.

Queribundus.

De ſupplicio P.Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebat.pro Syl.22.a.

Qui,pronomen,vide Quis.

Qui, aduerbium.

Qui igitur conuenit,quæ cauſa fuerit,&c. pro Cæc.5.a, Sed qui iſta intellecta ſunt,debeo diſcere. b, Deinde qui ſit vt ego neſciam, ſciant omnes quicunque Epicurei eſſe voluerunt? 2. de Fin.19.a, Qui poteſt eſſe in eiuſmodi trunco ſapientia? de Nat.d.1.59.Qui poſſumus deum,niſi ſempiternum,intelligere? de Nat.d.1.19.Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum,&c.pro Cæl.51.a,Qui fieri poterat?a,Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim,quam eſt Marcellus? Att. 16.339.10. a,Qui poterit eſſe ſapientia?4. Acad.q.49.a,Qui enim beatior Epicurus,quod in patria viuebat,quã Metrodorus quod Athenis?5.Tuſc.153.a.

Quia.

Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia,&c. pro Seſtio,7.b.Vrbs quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur.in Verr.228.b,Quod ex eo ſciri poteſt,quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.1.Tuſc.68.a,Quia non eſt obſcura tua in me beneuolentia,ſic fit vt,&c.Seruio,lib.13.71.1.a,Quę me res igitur pręter cæteros impulit,vt,&c.quia ſi quis iſtorum, &c.pro S.Roſc. 18.b,Neque porro quiſquam eſt,qui dolorem ipſum, quia dolor ſit,amet.1.de Fin.50.a,Nemo ipſam voluptatem, quia voluptas ſit,aſpernetur, ſed quia conſequuntur magni dolores eos, qui,&c.de Fin.55.b,Voluptatem ipſam,per ſe quia voluptas ſit ſemper optandam eſſe.Tuſc.246.b,Sed tamen recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor,vt beate vixiſſe videar,quia cum Scipione vixerim,de Amic.14.a.

Quicquam.

Sine qua nihil quicquam egregium aſſequeris.de Orat.95.b, Delibare quicquam de laude ieiuni hominis.10.fam. 42.in ep. Planc.Cur autem quicquam ignoraret animus hominis,ſi eſſet deus?de Nat.d.1.21. Epicurus negat quicquam deos nec alieni curare, nec ſui.de Diu.130.b, Nec quicquam aliud videndum eſt nobis quos pop. Romanus hoc in gradu collocauit,&c.4. Acad.q.12.a.

Quicque.

Perſpicere quatenus quicque ſe attingat,ad ſeque pertineat. de Fin.130.b,Sed vt quicque primum geſtum erit, ita primum exponemus. ad Her.1.15. Veſtri autem non modo hæc non refellunt,verumetiam confirmant, interpretando quorſum quicque pertineat.3.de Nat.d.82.a, Primum quicque videamus.3. de Nat.d.9.a.

Quicquid.

Id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis, quicquid eſt. 1. Verr.20.Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere.Ora.89.b,Quicquid maleficii,ſceleris,cædis erit,propriũ id Roſciorum eſſe debebit.pro Roſc. Am. 73.a, Quamobrem quicquid in cauſa mihi ſuſceptum eſt,id omne me Reipub.cauſa ſuſcepiſſe confirmo.pro Pomp.17.b, In vtraque re,quicquid in controuerſiam veniat,in eo queri,&c.de Or.96.b,Quicquid voles, dummodo quid.13.Att.8.

Quicum.

Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt,cum,quicum bellum geras,tam molli nomine appellari? lib.1. Offi.57.a, Qui neminem prætermiſerit, quicum loqui potuerit, cui non eadẽ iſta dixerit.ad Brut.11.21.2.a,Nemo eſt ominum, quicum potius mihi,quã tecũ,communicandum putem.Ser.Sulp.4.1.5.a, Non vt quiſque maxime eſt,quicum tibi aliquid ſit, ita tui huiuſcemodi criminis maxime eum pudet?.7.Verr.106.a.

Qui cunbn

Quicunque.

Quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum. Aſiniut Cic. 14. 31.9.2, Quicunque in dicendo ſumus. de Or. 2, Eaſque res nos primi, quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi, incredibilia ſtudia conuertimus. in Orat. 57.2, Orator ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim. Orat. 197.b, Quæcunque in equite Romano dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cęlio habitam eſſe ſummam. pro Cęl. 38.b, Is eſt Epicureus non penitus illi diſciplinæ, quæcunque eſt, deditus. Poſt. 20.b, Libenter accipere facultatem lædendi, quæcunque detur. pro Flac. 150.b, Ego vero vos in omni fortuna, quęcunque erit oblata, complectar. pro Seſt. 129.2, Quęcunque mens illa fuit, Gabinii fuit. pro Rabir. Poſthumo, 13.2, Nec vero M. Cælium prætereundum arbitror, quęcunque eius in exitu vel fortuna, vel mens fuit. de cl. Orat. 190.b, Quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Att. 8. 162. 5. a, Quemcunque caſum fortuna dederit, & quęcunque fortuna erit oblata, &c. pro Mil. 73.2, In iudicio ea cauſa, quancunque tu dicis, melior videtur. de Or. 88.b, Illa ipſa facultate, quancunque habes, magnam gratiam aſſequeris. de Orat. 94.b, Illam ipſam quancunque aſſequi potuerit in dicendo mediocritatem. 1. de Orat. 58.2, Quamcunque rem, a quo cognouerit, de ea re multo dicet ornatius, quam, &c. de Orat. 99. b, Omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata. 3. de leg. Agr. 3.2, In omnibus quęcunque fiunt, neceſſe eſt cauſam antecedere. de Fat. 64, Non omnia quęcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta eſſe reuocanda. 2. de Orat. 25. 2, Omnia quæcunque in hominum diſceptationem cadere poſſunt, bene ſunt ei dicenda. 2. de Orat. 4.2, Ea notant ſidera natalicia Chaldæi, quęcunque lunę iuncta videantur. de Diuinit. 127. b, Quicquid erit, quacunque de re, quorunque de genere, &c. de Orator. 89.b, Quoſcunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui. 1. ad Quint. fratr. 38. Cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes. de Senectut. 84. b, Vt quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum vna tuerer. 2. de 3. Agr. 55.2.

Quid.

Quid? eundem in ſeptemuiratu nonne deſtituiſti? in Anton. 179.b, Quid? ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat? pro Deiot. 147.b, Quid? Theodorum, &c. nonne miramur? Tuſc. 170. b, Quid? teſtes quid aiunt? pro Cęc. 18. 2, Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt, &c. Cęl. 2.7.1.2, Quid aer? quo Diogenes Apolloniates vtitur deo. de Nat. d. 1. 23. Quid enim? iſthuc, ſi Conſul eſſes, minus facere potuiſſes? in Ant. 175. b, Quid enim? ſummus dolor plores dies manere non poteſt? 2. de Fin. 347.2, Quid enim? ad amicoſne confugiam? Lucceio, li. 5. 15. 3. a, Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle. de Amic. 30.2, Quid enim cenſes? ſi L. Mummius videret, &c. in Parad. 48.2, Valeat ille deus, quid enim dicam, propitius ſit? de Nat. 1. 87. Quid enim ille erat indigens mei? de Amic. 102. b, Quid ergo? ad hæc mediocri opus eſt prudentia, an & ingēnio prętanti & eruditione perfecta? in Ant. 253. & de Diu. 135. b, Quid ergo? Aius iſte, &c. de Diu. 123. & in Ant. 164.b, Quid ergo? iſtam voluptatem Epicurus ignorat. de Fin. 65. b, Quid iſtud ad nos? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 31. Accuſatis Sex. Roſcium. Quid ita? quia, &c. pro Roſc. Am. 20.2, Quam moleſtum eſt vno digito plus habere. quid ita? quia, &c. 1. de Nat. d. 137. a, Granate ille primo. quid multa? impetrat. 3. Offi. 77.2, Quid multa? vereor ne hęc iniecta a bonis, defenſa ab improbis, magnorum Reip. malarum cauſa ſit. Att. 1. 8. 7. 2. & 13. 67, Quid multitudinem, ſuauitatemque piſcium dicam? 2. de Natur. d. 239. a, Quid præterea? quid? 3. ad Qu. fra. 15. Quid quęſtio, quaſnam habet partes? in Part. 3. 2, Quid, qui pecunię cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, &c. 3. Tuſc. 7. 2, Quid, quod dixiſti, inquit, Craſſe, ſi, &c. 2. de Or. 200.2, Quid, quod eadem illa ars quaſi Penelope telam texens, tollit ad extremum ſuperiora: &c. 4. Acad. q. 168.2, Quid, quod eiuſdem hominis in meum alię, alię in tuum? 1. de Nat. d. 149.2, Quid, quod ſalus ſociorum ſumũ in periculum ac diſcrimen vocatur? pro l. Man. 7.2. Quid, quod ſapientiſſimus quiſque animo ęquiſſimo moritur? de Sen. 75.2, Quid, quod ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur? 4 Acad. q. 51. 2, Noſti enim reliquos ludos. quid? ne id quidem leporis habuerunt quod ſolent mediocres ludi. ad Marium, lib. 7. 1. 7. 2, Quid, quod Theſeus exegit promiſſum a Neptuno. 3. Offic. 127. 2, Quid, quum ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus, &c. 4. Academ. quęſt. 240.2, Quid ſi, quod, &c. in Verr. 75.b, Quid ſi muto? &, quid ſi non vult? 6. famil. 28. At vti poteſt pro ſuo. quid tum? in Ant. 148. b, At mulctantur bonis exules. Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? 5. Tuſc. 15.2, Quid tum inde? pro Mur. 129.b, Nam quid aliud agimus, quum, &c. quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus? 1. Tuſc. 127. 2, Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? te Q. Petili appello, &c. pro Mil. 110. b, Quid attinet plura eſſe nomina deorum? de Nat. d. 1. 59. Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem? de Sen. 88.b, Quid Opis? quid Salutis? (templa commemorem.) 2. de Nat. 44. Quid igitur cenſes? de Natur. deo. 1. 57. Quid cenſes, ſi ratio eſſet in belluis, non ſuo quaſque generi plurimum tributuras fuiſſe? de Nat. deo. 1. 54. Quid cenſes eos eſſe facturus, qui omnem virtutem a bonorũ fine ſegregauerunt, Epicurum, Hieronymum, &c. 4. de Fin. 81. a, Vos autem quid mali datis? de Natur. d. 1. 85. Quid dicam quantus amor ſit beſtiarum in educandis cuſtodiendiſque iis quę procreauerunt. 2. de Nat. d. 193.2, Quid dicam Albutium? de Nat. d. 1. 65. Quid dicam imperite, vir omnium prudentiſſimos, an ambitioſe feciſſe, &c. ad Brut. 52. in ep. Brut. Quid dicas? 1. Att. 1 1. Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Phil. 14. 74. 4. 2, Quid eſt? 8. fam. 43. in ep. Cęl. Quid eſt aliud, capere & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi, &c. 5. Verr. 59. 2, Quid eſt Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum ſilentium? in Cat. 161. b, Quid autem eſt inſcitius, quam, &c. de Nat. d. 2. 26. Hanc ego quum teneam ſententiam, quid eſt cur verear, ne ad eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros? 1. de Fin. 53. 2. Quid ergo eſt? pro Roſc. Am. 31. 2. 10. fa. 47. in ep. Planc. Quid eſt hoc? quid eſt autẽ, cur, &c, 15. At. 3. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus. pro Roſc. Am. 21.2. Quid pedibus opus eſt ſine ingreſſu? de Nat. d. 1. 64. Quid eſt quęſo Metelle iudicium corrumpere, ſi hoc nõ eſt? 2. Verr. 17.2, Quid eſt quamobrem quiſquam noſtrum Cēſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? pro Clu. 165. 2, Quid eſt quod ſignis & luminibus mundum ornare concupiſceret deus? de Nat. d. 1. 17. Quid eſt quod tu alius accuſes? 4. Verr. 34. 2, Quid ſumus ipſi? 12. Attic. 12. Cum Illyrico vero, & cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? 10. Phil. 276.2, Mirabar quid eſſet, quod tu mihi literas mittere intermiſiſſes. 7. fa. 23. id eſt, quamobrem. Quid eius ſit. 16. ad Att. 11. pro, quid de ea re ſit. Quid ſit quod P. Sceptimio Senatore, &c. 2. Verr. 24.2, Quęro quid ſit. Acad. quęſt. edit. 2. lib. 1. 3. pro, quę ſit cauſa. Quid erit, qualecunque erit, ſcribas. 11. Att. 41. Quid huic tu homini facias? pro Cęc. 22.2 Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcurra: quid faceret aliud? de Or. 2, Stomachari Canniutiſed quid faceret? nondum, &c. 3. Offic. 78.2, Quid fiet artibus? quibus? hiſne, &c. 4. Academic. quęſt. 191. 2, Quęro, ſi, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? 2. de Leg. Agr. 73. 2, Quid fiet populo Vlubrano? epiſt. 10. b, Etſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? ad Terentiam, lib. 14 1. 10. 2, Quid intereſt, vtrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus? de Natur. d. 1. 75. Quid intereſt, vtrum Prętor imperet, cique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere? 4. Verrin. 29.2, Quid intereſt inter popularem, id eſt aſſentatorem & leuem ciuem, &c. Lęlio. 78. Quid loquar quanta ratio in beſtiis appareat? 2. de Natura deorum. 96. Nam quid Accium memorem? de Legib. 157.b, Quid enim merras? de Natura deorum. 1. 46. Quid contra vim ſine vi fieri poſſit? 12. famil. 6. Quid homo quiſquam poſſit? vix iam deus. 9. Attic. 15. Quid quęris? 7. famil. 9. & 13. Attic. 67. & lib. 10. 195. 16. 2, Quid quęris? etſi mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat, tamen leuabar cura, virum fortem & peritum, & plurimum authoritate valentem audiens, &c. Attic. 7. 128. 4. 2, Quid quęris? nunc vt ad priuata redeam? Attic. 1. 9. 10. 2, Quid ſcribam? pudet conditionis ac fortunę. ſed tamen ſcribendum eſt. ad Brut. 42. in epiſtol. Bruti. Trebatio mandaui, vt, ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret. idque vt facias velim. ad Seruium Sulpitium lib. 4. 1. 10. 2, Quid vultis amplius? pro Roſc. Amer. 19.2, Quid eſt cauſę, quin, &c. 5. Tuſcul. 47. 2 Exponam vobis breuiter quid hominis ſit. 4. Verrin. 93. 7. ad Attic. 18. 19. Id eſt, quid moliatur, quomodo ſe gerat. Quid orationis, quot ſunt partes? in Part. 2.2, Quid huic cum Habito? nihil. pro Clu. 137.2. Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia & ſumma diligentia? pro Quint. 32.2.

Quidam.

Quidam de collegis. Bin. 11. 12. 9. a, Quidam e philoſophis. Acad. q. 5. b, Quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute præditus dixit. pro Clu. 142. a, Quidam ex amicis Saſſiæ, &c. pro Clu. 55. b, Quidam ex numero tuorum. pro Mur. 234. b, Ea exercitatio quędam ſuſcipienda nobis eſt, quanquam, &c. de Or. 97. b, Verbum mihi deeſt, quum ego hanc poteſtatem regiam appello, ſed profecto maior eſt quędam, &c. con. Rul. 73. b, Philoſophia procreatrix quędam & quaſi parens omnium artium. de Or. 85. b, Quare quum ſit quędam certa vox Romani generis, vrbiſque propria. 3. de Or. 25. a, Sed nimirum maius eſt hoc quoddã, quam opinantur. de Or. 86. b, Craſſi quidem reſponſum excellentis cuiuſdam eſt ingenij, ac ſingularis. 2. de Or. 164. a, Quod magni cuiuſdam hominis & perſapientis videtur. de Prouinc. Conſul. 36. a, Sumus igitur homines: ex animo conſtamus & corpore. quæ ſunt cuiuſdam modi. 4. de Finib. 42. a, Id eſt, non cuiuslibet. Iam verò animus non eſſe ſolum, ſed etiam cuiuſdam modi debet eſſe, vt, &c. 5. de Finib. 63. a, Nam heſterno ſermone vnius cuiuſdam operis, vt ait Cęcilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras, & inopem quendam humanitatis atque inurbanum. de Orat. 112. b, Sed audio maiorem quendam in vrbe timorem eſſe. Attic. 113. b, Et impulſionem paruulam quandam fuiſſe dicet. de Inu. 65. b, Sine quodam afflatu furoris. de Or. 326 b, Reſp. ratione quadam & diſciplina deſignata. de Natur. 77. b, Tu pudore a dicendo & timiditate ingenua quadam refugiſti. de Or. 109. b, Incredibili quadam magnitudine conſilii Athenienſis Themiſtocles. de Or. 109. b, Quòd ſi ille aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedũ, &c. 1. de Or. 132. a, Cum machinatione quadam moueri aliquid videmus. de Nat. d. 45. b, De pręſtanti quadam & eximia prudentia. de Or. 109. b, Raros eſſe quoſdam videmus, qui, &c. Tuſc. 229. b, Quod ſi nullum haberet ſenſum niſi oculorum, prorſus tibi ignoſcerem, ſi quoſdam nolles videre. epiſt. 55. b, Quoniam quędam pueris nobis ex commentariolis noſtris inchoata atque rudia exciderunt. de Orat. 85. b, Omnem legem eſſe laudabilem quibuſdam talibus argumentis docent. de Leg. 171. b, Minucius, quem tu quibuſdam literis ad cęlum extuliſti. epiſt. 199. b, Quę ſi iudicaretur certis quibuſdam verbis, nõ nouis nuptiis fieri cũ ſuperiore diuortiũ. 1. de Or. 90. a.

Quiddam.

Vt in his quiddam diuinum eſſe diceret. 1. Acad. 48. a, Vt philoſophi tanquam in ſuperum mare Ionium defluerent, Gręcum quiddam & portuoſum. 3. de Or. 40. a, Ego enim fateor in iſta ipſa poteſtate ineſſe quiddam mali. 3. de Leg. 33. a, Sed nimirum maius eſt hoc quiddam, quam homines opinantur. 1. de Or. 9. a, Quiddã portenti ſimile eſſe viſum eſt. de Or. 136. b.

Quidem, pro etiam, vero, videlicet.

Cruciatus eſt a Dolabella Trebonius, & quidem a Carthaginenſibus Regulus. 11. Philip. 295. a, Poſt Solſtitium canicula exoritur, & quidem aliquot diebus. 2. de Diu. 139. a, Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium neque ſtudium meum deſiderabis, nec in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, nunquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. Plan. lib. 10. 2. 3. a, Nimis iracundie id quidem, & valde intemperanter. in Ant. 155. b, Non opinor id quidem, neque ius eſſe, neque cuiquam expedire. pro Quint. 8. b, Ego illud ne quidem contemnam quod extremum ad Att. 32. b, Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. 2. in Catil. 32. a, Atqui hoc loco philoſophi quidam, minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, &c. 3. Offic. 50. a, Noſtra grauior eſt cauſa quam illorum, quod illi quidem alterum meruerunt, nos vtrunque. Att. 125. b, Quanquam de morte P. Clodii fuit quæſtio, non ſatis prudenter illa quidem conſtituta: quid enim, &c. in Ant. 164. b, Multa & lauta ſupellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. 2. Phil. 76. a, Vt ſuperiora omittã, quę ſunt maxima illa quidem, ſed, &c. 5. Phil. 189. a, Minus quidem illa ſeuere, quam decuit, non tamen omnino diſſolute. 6. Phil. 204. a, Suſpicor illud tibi minus probari, quod ab his tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, ſed in Rep. rudibus nõ probatur. Bruto, 15 12. a, Tantum doleo, ac mirifice quidem. ad Att. lib. 2. 34. 2. a, Hanc ſubtilitatem in Catone non ouerunt quidem. de claris Or. 170. b, Gaudeo tibi iucundas eſſe meas literas, nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidem vllum argumentum, niſi tuas accepiſſem. Quint. fr. 313. b, Hanc habent arcem ſocii minus aliquanto munitam, nunc quidem quam antea, &c. 1. Verr. 10. a, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam ille ſapiens fuit. de Amic. 3. a, In eius corona extitit, &c. & quidẽ ſubita. de Diu. 122. b, Effeciſtiq; non tu quidem etiam nunc, vt, &c. 2. Phi. 105. a, Hos ad magiſtros ſi qua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet, non tu quidem vir melior eſſes, &c. pro Mur. 59. b, Fortiter tu quidem quam ceteri nulli defuncti honoribus, ſed apertius quàm, &c. pro Plan. 43. a, Rogo te, & quidẽ valde rogo. ad Brut. 15. in ep. Bruti. Nobis vero, inquit Atticus, & vehementer quidem. de Claris Or. 65. a Sub. placet. Atque ille diſceſſus, dolor meus duntaxat, veſtrum quidem ſcelus ac dedecus haberetur. in Piſ. 86. b, Num igitur peccauimus? minime vos quidem, ſed, &c. Att. 8. 153. 4. a.

Quidem, nominibus propriis iunctum.

Agrigentinum quidem doctum quendam virum, carminibus Græcia vaticinatum ferunt. de Amic. 100. b, Cyrus quidẽ apud Xenophontem, in eo ſermone quem moriens habuit. de Sen. b, Dicæarchus quidem & Ariſtoxenus, &c. dixerunt. Tuſ. q. b. Q. Mucius enucleate ille quidem, & polite, vt ſolebat, dixit, &c. de Cl. 59. a, Theophraſtus quidem, Tauriſcum quendam dixit, &c. de Or. 163. b.

Quidem certe.

Aliud hoc tempore de Repub. nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. ad Q. fr. 2. a, Noli mecum, qui hoc quidem certe tibi aſſentior: quanquam nihil mihi tam mirum videtur, quam iſta dici ab Antiocho quidem, maxime cui erant, quę paulo ante dixi, notiſſima. Acad. q. 25. b, Si minus, &c. illa quidem certe capiebantur. in Verr. 210 b. Quam bene, non quæritur, conſtanter quidem certe. Tuſc. 233. b, Quam ſapienter non diſputo, conſtanter quidem & fortiter certe. de Prouin. 77. b, Cupio quidem certe. de Inu. 2. b, Spero me tibi cauſam probaſſe, cupio quidem certe. Att. 2. b, Volui id quidem efficere certe. de Cl. 166. b, Quod quidem certe euitar. Att. 255. b, Habet quidẽ certe Reſp. adoleſcentes paratos defenſores. in Ant. 182. b, Qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certe vix ſatis habui. pro Quint. 2. a, Quintus filius ſuapte, pte ſane, me quidem certe multum hortante. Att. 96. b, Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt, quod, &c. ad Lentulum, lib. 1. 9. 45. a, Habetis ſermonem hominis, vtinam nõ impudentis, illud quidem certe non nimis verecundi. de Or. 141. b, Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bombalio pater fuit. in Ant. 186. b, Hoc quidem certe manifeſtũ. in Verr. 145. b, Certe quidẽ negas te nolle, &c. Att. 195. b, Sine tuo quidẽ conſilio certe nihil. Att. 92. b, Statuebã ſic, boni nihil ab illis magis eſſe expectandũ, mali quidẽ certe nihil pertimeſcendũ. p Sext. 7. b, Is facile ſoluteq; verbis voluebat ſatis interdũ acutas crebras quidẽ certe ſententias. de Cl. 190. b, Opera tamen & conſilio, ſtudio quidẽ certe, rei, famæ, ſaluti tuæ præſto futurum. ad Plan. lib. 4. 14. 18. a, Sed ſi certorũ hominũ mẽtes nulla ratione placare poſſumus, veſtros qdẽ animos certe cõfidimus eſſe placatos. p Cor. 68. b, Vobis qdẽ certe maiorib. de Or. 147. b, Et tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & beneuolo certe vſus eſſes. epiſt. 10. b, Ne carere quidem certe igitur in motu eſt. Tuſ. 167. b.

Quidem profecto.

Nunc qdẽ profecto. ad Q. fr. 1. 1. 44. a, Nũc qdẽ pfecto Romę es. Att. 6. 116. 1. a, Hoc quidẽ eſt verum pfecto. Att. 10. 195. 14. a.

Quidem ſane.

Nihil ſane ex me quidem audire potuiſſes. de Natur. d. 13. b, Non ſane hoc quidem mirabile. de Diu. 122. b.

Quidnam.

Quærit vt ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putẽ. Att. 14. 318. 6. a, Mirifice ſum ſolicitus, quidnã de prouinciis decernatur. ep. 23. b, Quidnã dici poteſt quamobrem, &c. 3. Tuſc. 95. a, Quod ſi pręterea honore dignus nemo, quidnam hoc optimis & ornatiſſimis ciuibus eſt futurum? pro Plã. 5. a, Quidnam hoſtes putarent. in Ant. 164. b.

Quidni.

Erat, inquit, illarum partium. quidni? qui, &c. pro Quint. 82. b, Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abſtinens. quidni laudet? ſed in illo alia maiora. 2. Offi. 112. a, Quidni, inquit, meminerim? nunquam ego recepiſſem, niſi tu perdidiſſes. de Orat. 134. b, Quidni iſte neget? in Verrin. 125. b, Quidni poſſim? Tuſc. 230. b, Illud idem Pauſania dicebat te dixiſſe, quidni Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obuiam, Cicero Appio noluit? epiſt. 35. b.

Quidque.

Ede mihi ſcriptum quid argenti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque aut quanti emeris. 6. Verr. 31. a.

Quid-

Quidquid, vide Quicquid,

Quiduis.

Quiduis potius eſſe in Conſulatu, quam Conſulem. 8. Att. 58. in epiſt. Balbi. Quiduis potius, quam vt non hac æſtate abſoluarur. 13 Att. 33. Quiduis potius quam leges tulerunt, qui pernicinſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerunt, quum coo traſecerint, quam polliciti profeſſique ſint. 2. de Leg. 10.

Quies.

Si quies dabitur. 2. Att. 50. Quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non Indi, non conuiuia delectarent. pro Cæl. 31. a, Mors laborum aut miſeriarum quies. 4. in Cat. 79. a Quies placatiſſima. Tuſc. 1. 80. Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur 1. de Or. 3. a, Et ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis. Att. 147. b, At qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit, ea parte, &c. 1. de Diu. 108. a, Omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. pro Deiota. 27. a, Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus, &c. 1. de Diu. 107. a, Nec enim labor ad quietem reuocauit. pro l. Man. 28. a, Quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt. 1. de Diu. 78 a, Ei viſum in quiete egregia facie iuuenem, &c. 1. de Diu. 94. a, Quæ ſe in quiete per viſum ex Africano audiſſe dicebat. de Amic. 13. Ioco vti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris. 1. Offi. 145. a.

Quieſco.

Potentia in hoc ſolo genere quieſcit: quid agat, quomodo aggrediatur iudicem: qua denique digitum proferat, non habet. pro Cæc. 52. Eò quum venio, Prætor quieſcebat. 6. Ver. 27. a, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat. ad Her. 41. b, Aut ſi per Tribunos pleb. non patiatur, tamen quieſcat, rem adduci ad interregnum: &c. 7. Att. 33. Ipſe dux reuolat, vt ipſe quoque quieſcat, in cuius locum ſuccedat ex iis quæ acquieuerunt. de Nat. d. 5. b, Sed opinor quieſcamus, ne culpam noſtram coarguamus 9. ad Att. 13. pro, ſermones hos miſſos faciamus. An ſi vnquam in me vitæ cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei Conſulatus omnium parricidarum tela commoſſem, quæ ſi viginti quieſſem dies, in aliorum iugulum Conſulum recidiſſent? pro Planc. 74. a, Præterea quod qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. pro Roſc. Am. 39. a, Iſte Raborium quieſcere iubet, & ſimul ei nonnullam ſpem ſocietatis oſtendit. 3. Verr 95. a, Videmur enim quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſſiti. 2. de Or. 127. a, Quum de nobis certum ſit, nos quieturos. 11. famil. 5. in epiſt. Bruti. Id eſt, impedimento non futuros.

Quietus.

Reſtat integra ætas. 12. Att. 56. Hęc igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, vt Remp. cõſtituas. ꝓ Marc. 16.a, Reſtat etiã de Chaldæis: ſed primũ auſpicia videamus. 2. de Diu. 106.a, Vnũ etiã reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio nõ ſubueniat. Att. 8. 151. 1.a, Quo enim poteſt maius eſſe? Reſtat igitur vt motus aſtrorũ ſit voluntarius. 2 de Nat. d. 63.a, Cauſam dicit is, qui vnus relictus ex illorũ nefaria cęde reſtat. ꝓ R. Am. 8.a, Reſtat vt aut ſumma negligentia tibi obſtiterit, aut vnica liberalitas. ꝓ Qui. 22.a, Reſtat vt bis reſpondeã, qui, &c. 4. Acad. 11.a, Longa ſunt quæ reſtant, prætereũda tamen. ad Brut. 15. 8.a, Stoici reſtant. 5. de Fin. 129.a, Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationẽ, & auiarium. ad Q. fr. lib. 3. 17. 2.a, Id hercle reſtabat. 13. Att. 14. Ironice prolatũ. Reſtitit & peruicit. 2. At. 7. Tertiũ eſt tẽpus quo poſt aduentũ Vari in Africa Ligarius reſtitit: &c. ꝓ Lig. 3.a. Qui quũ multa haberet inuitamenta vrbis & fori propter ſumma ſtudia amicorũ, quę tamẽ ei ſola in malis reſtiterunt, abfuit ab oculis veſtris. pro Syll. 55.a, Sed ab illo (ſcilicet Catilina) in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt. pro Mur. 72.a, Sed tenentur ij qui ad vrbis incendium, ad veſtrũ omniũ cædẽ, ad Catilinã accipiendum Romæ reſtiterunt. 4. in Cat. 76.a, Illud etiã reſtiterat quod heſterno die fecerunt, vt te in ius adducerent. pro Quint. 17. Quid etiã nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet, admonendũ videtur. 2. de Inu. 103.a, Sed velim ſcire quid tibi reſtet, aut iamne cõfeceris. At. 12. 62. Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. 3. Off. 149.a, At ſi reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero quod in Cinnæ dominatione, Phil. Att. 8. 147. 9.a. Id eſt, ſi non diſcedam. Qui e diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. 3. Off. 12.a

Reſtrictus.

An exiſtimas illum in iſto genere lentulũ aut reſtrictũ? nemo eſt minus. Att. 10. 38. In iis tamen qui ſe adiuuari volent, &c. reſtricti nullo modo eſſe debemus. 2. Of. 90. Eoſdẽ, quũ iã eſſent ex perti qd valerẽt, reſtrictos & tenaces fuiſſe? ꝓ Plan 44. Quũ & natura ſemp ad largiẽdũ ex alieno fuerim reſtrictior. 3. fam. 29.

Reſtricte.

Nec tamẽ cur id tã parce, tãq; reſtricte faciãt, intelligo. 2. de Fin. 70.a, Ditior mihi & affluẽtior videt eſſe vera amicitia, nec obſeruare reſtricte, ne plus reddat quã acceperit. Læl. 5. Hęc illi placent, ſed ego cętera nõ tã reſtricte præfinio. 2. de Leg. 73.a

Reſupinus.

Eain proſtratum terra grauiter ſauciam Reſupinum in re... lu contueri maximum Ac mirificum facinus, &c. 1. de Diu. 80.a

Retardo.

Agro bene colto nil poteſt eſſe nec vſu liberius, nec ſpecie ornatius: ad quẽ fruendũ non modo non retardat, verumetiam inuitat atq; allectat ſenectus. de Sen. 53.a, Sed animi vires, corporis imbecillitas nõ retardauit. in Ant. 21 1.b, Illũ to proſequẽdi ſtudio mœror, hos lætitia retardauit. pro Pomp. 8.b, A nullius me vnquã tẽpore aut commodũ, aut otiũ abſtraxit, aut voluptas auocauit, aut denique ſomnus retardauit. pro Arch. 188. b, Quẽ ad ſalutem mea voluntas impulit, vis retardauit, authoritas veſtra reuocauit. Poſtq. 209.b, Poſteriora autem tempora me a ſcribẽdo retardarunt. 5. fam. 47. Alii ſimulatq; hoc noſtrũ legerunt, neſcio quo pacto retardarunt. Att. 1. 15. 8.a, Sed hę res, quę cæteros remorari ſolent, non retardarunt. pro Clu. 59. b, Siue retardabis, ſiue properabis. Tuſ. 164.b, Vt ferocitatẽ iſtã tuã comprimerem, audaciã frangerẽ, loquacitatem retardarẽ. in Vat. 29.b, Vt eorũ collectio diſperſa, mœrorq; patrius celeritatẽ pſequendi retardaret. 3. Verr. 11.a, Vt animos iſtius & impetus retardaret. in Ver. 60.b, Cum certi homines non ſtudium eius a me alienaſſent, ſed auxilium retardaſſent. In Piſ. 60. Quẽ niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eũ, non iter feciſſe, diceres. 10. Phil. 276.a, Retardare a literis. pro Arch. 9. Ne qua poſſit animũ tuũ defatigatio retardare. ad Her. 6.b, Animos teſtiũ retardare. 3. Ver. 11.a. Reprimere ac retardare impetus hoſtiũ. ꝓ Pũp. 6.b. Loquacitatẽ retardare. I Vat. 1.a, Sed, mihi crede, ſimulatq; hoc noſtrũ legerũt, neſcio quo pacto retardãtur. 1. Att. 71. Id eſt, deterrentur ab incœpto. Stellarũ motus tũ incitantur, tũ retardantur, ſępe etiam inſiſtunt. 2. de Na. d. 148.a. In quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, &c. nihil immutat, &c. 2. de Nat. d. 75.a

Retardatus.

Excitauit illã ſuã nõ ſolutã, ſed ſuſpicione aliqua retardatã cõſuetudinẽ bene gerẽdæ Reip. ꝓ Seſt. 18.b, Siliũ & Ocellã, & cęteros credo retardatos. Att. 10. 205. 4.a, Tamen impetus hoſtiũ repreſſos eſſe intelligunt, ac retardatos. pro L. Man. 8.a

Retardatio.

Vnde eſt adhuc bellũ, niſi retardatione & mora? 5. Phi. 186.a

Rete.

Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ ex inopinato obſeruant. 2. de Nat. d. 184.a

Reticulum.

Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. 7. Ver. 22.a.

Retego.

Quare in hoc thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. 4. Att. 24.

Retexo.

Itaque iam retexo orationem illam. 2. Phi. 52. a, Id eſt, quod negabam, confiteor. Noui timores retexunt ſuperiora. 11. fam. 25. An quod adoleſcens præſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commuté, ac me ipſe retexam? 11. fam. 49. in epiſt. Matii. Supra dictat, vt omnes iſtius iniurias, quas poſſet, retexeret. 4. Verr. 85. a, Audeo dicere, inquit, non poteſt, niſi retexueris illa: Paupertas ſi malum eſt, &c. 5. de Fin. 144. a, Omnino erant Metelli huiuſmodi, vt totam ſuam præturam retexere videretur. in Ver. 121. b, Et ad extremum, ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, & multa quærẽdo, reperiunt non modo ea quæ iam non poſſunt ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa, vel potius detexta prope retexantur. 2. de Or. 86. a.

Retexens.

Dialectica quaſi Penelope telã retexens. Aca. q. ed. t. li. 2. 86

Reticulum, vide Rete.

Reticeo.

Quæ ſtatueras tibi in Senatu de mea laude eſſe dicenda, reticuiſti. ep. 59. b, Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit; in alio reſponſionem ſuam deriuauit. 3. Ver. 98. a, Non reticuerũt quid ſentirent. 13. Att. 34. Quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo. 2. de Leg. 67. a, Hic cum Sulpitius reticuiſſet. de Or. 130. b, Quod ij qui ea patefacere poſſent, propter metum reticuiſſent. ad Sen. lib. 15. 2. 15. a, Nihil nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo. ad Q. fr. lib. 1. 2. 4. a, Nõ poſſum de vtriuſque noſtrum errore reticere. in An. 158. b, Hoc tantum facinus non modo negare interrogati, ſed ne producti quidem reticere poterunt. 3. Ver. 63. a, Neque enim id eſt celare quicquid reticeas: ſed, &c. 3. Off. 73. a, Ne forte dum publicis mandatis ſeruiat, de priuatis iniuriis reticeat. 6. Ver. 13. a, Arteriæ reticendo acquieſcunt. ad Her. 3. 113. a, Subterfugere reticendo, & obſcurare dicendo. pro Cl. 18. b.

Reticentia.

Digeſtio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio, vox quædam libera atque etiam effrænatior augendi cauſa. 3. de Or. 114. Nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. 14. Phil. 406. A Iureconſultis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. 3. Off. 84. Ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, &c. 1. Off. 203.

Retineo.

Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mãcipata eſt. de Sen. 33. a, Gratiſſimã memoriã retinet Cõſulatus tui. 3. de Leg. 42. a, Etenim ordo ipſe annaliũ mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorũ. ep. 68. b. Id eſt delectat. Qui ſuũ iudiciũ retinẽt, ne, &c. 1. de Fin. 37. Retinẽt tamẽ charitatẽ in paſtores. de Am. 61. a, Volaterranos & Arretinos, quorũ agrũ Sylla publicarat, neq; diuiſerat, in ſua poſſeſſione retinebã. Att. 1. 14. 5. a, Sagittæ pẽdebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcũ. 6. Ver. 66. a, Illũ ſuſpicãtẽ te ab ſe alienatum, illa epiſtola retinuiſti. ep. 6. b, Quos de publico nũmos acceperat, retinuit omnes. 5. Verr. 145. a, Quã quidẽ ante hanc confuſionẽ tẽporũ in poſſeſſione ſua, principes retinuerunt. 2. Off. 96. a, Ego vitã, quoad putabo tua intereſſe, aut ad ſpẽ cõſeruandã eſſe, retinebo. ad Q. fr. lib. 1. 4. 5. a. 7. Phil. 224. Quare niſi pfecti ſunt, retinebis homines. 13. Att. 16. Nos in Senatu, quẽad modũ ſpero, dignitatẽ noſtrã, vt poteſt in tanta hominũ perfidia & iniquitate, retinebimus. ad Len. lib. 1. 2. 11. a, Retine illos. 15 Att. 15. i ep. Hirtii. Id eſt, ne patiatis abire. Id egit vt amicos obſeruãtia, rẽ parſimonia retineret. p Quin. 40. a, Qui ſummos viros cũ infimis pari iure retineret. Of. 41. b, Ego apud improbos meã retinuiſſẽ inuidiã, alienã ſumpſiſſẽ. Att. 2. 34. 7. a, Quin labebar lõgius, niſi me retinuiſſẽ. 1. de L. 77. a, Credo Platonẽ vix putaſſe ſatis cõſonũ fore, ſi hominẽ id ætatis in tã lõgo ſermone diutius retinuiſſet. Att. 4. 85. 5. a, Retinere aliquẽ. 1. fa. 17. abſolute, p, in amicitia retinere aliquẽ, & Abalienare, contraria. 1. fa. 20. Aliquẽ vi ac metu. 4. Ver. 9. a, animã. p Seſt. 71. aio. Tuſc. 1. 1. vehemẽter animos hominũ in legẽdo. 5. fa. 31. aſſenſũ. Aca. q. ed. 1. li. 2. 53. Grauitatẽ. 1. Off. 191. a, Humanitatẽ ſuã. 3. Ver. 44. a, Vt quos natura ipſa retinere in officio nõ potuiſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſummouerẽtur? p Roſ. Am. 42. a, Iudicẽ aliquẽ retinere. 2. Ver. 20. a, ius ſuũ cõtra aliquẽ. in Ver. 155 b. Id eſt obtinere. Vrbibus cõſtitutis, vt fidẽ colere, & iuſtitiã retinere diſcerẽt. 1. de Inu. 4. a, Quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. p L. Man. 12. a. & p Roſc. Am. 19. a. Pecuniã acceptã nomine iudicii retinere atq; ſupprimere. p Clu. 38. b, Pilã retinere. in Piſ. 54. a, Religiones deorũ immortaliũ. 5 Verrin. 5. ſalutem Reipub. 5. famil. 2. hominum ſtudia. lib. 1. de Finib. 2. Cogitent ita ſe graues eſſe, vt, ſi veritatem volent retinere, grauitatem poſſint obtinere. pro Quint. 50. Virtutem retinere. Caſſius ad Cic. lib. 15. 19. 5. 2. 4. Philip. 161. a, Hic tantũ potuit, vt nemo illo inuito, nec bona, nec patriã, nec vitam retinere poſſet. 5. Ver. 68. a, Retinetur bonorum auctoritas. 3. de Leg. 35. Ea tametſi verbis interdicti non concluditur, tamen ſententia iuris & authoritate retinetur. pro Cæc. 297. b Neque his qui virtute retinentur in vita, nec his qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda. 3. de Fin. 93. a, Vna illa ſublata oda offenſio eſt, vt & vtilitas in amicitia & fides retineatur. de Am. 74. a, Retineri & impelli, cõtraria. 11. fa. 4. in ep. M. Bruti & Caſſij. Ludendi etiam eſt modus retinendus. 1. Offi. 146. a, Affirmabat enim lachrymans non ſe cupidiorem eſſe ciuitatis retinendæ, quam exiſtimationis. pro Cl. 115. a, Sui quenque iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum. pro Corn. Balb, 61. b, Qui officii retinendi cauſa, cruciatum ſubieris voluntarium. 3. Offic. 143. a, Ius omne retinendæ maieſtatis, Rabirii cauſa continebatur: &c. in Or. 55. a, Clamare non deſinitis, retinendum hoc eſſe, deus vt beatus immortaliſque ſit. de Nat. d. 1. 67. Mea quæ ſemper fuerit ſententia, primum de pace, vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe. Att. 8. 159. 8. a, In fide retinenda conſuetudinem conſeruare. 4. Vert. 55. a, Quæ tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Sextii gratia literis ſępe monuiſti. ad Q. fr. lib. 2. 7. 10. a, Obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrũ gerat in retinenda religione, conſeruandiſque legibus. 2. Ver. 28. a, Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in Repub. retinendam contra illius voluntatem ſolutus. Att. 1. 8. 4. a, Vides enim in quo curſu ſumus, & quã omnes gratias non modo retinendas, verumetiam acquirendas putemus. Att. 1. 1. 10. a, Neque enim hoc homine ſanctior, neq; probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt. pro Clu. 105. a.

Retinens.

Retinens dignitatis, ad Q. fr. lib. 1. 2. 19. a, ſui iuris & dignitatis. 1. ad Q. fr. 44. Multis etiam pater optimus, vir nimium R. Equeſtris iuris & libertatis videtur, &c. pro Plan. 45.

Retentus.

Qui mos quum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum reuocauit. 2. de Fin. 3. a, Ad eas Cephalioni dedi, qui multos menſes tempeſtatibus retentus eſt. Attic. 11. 224. 5. a. & 16. fam. 10. Equitem Romanum ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum, biduum Leontinis in foro cuſtoditũ Apronii retẽtũ atque ſeruatum. 5. Verr. 49. a, Potamonem ſcribam & familiarem tuum retentum eſſe a Verre in prouincia, quum tu decederes. 1. Ver. 16. a, Retentam atque conſeruatam prouinciam. 15. fam. 16. in ep. M. Catonis. Hoc retento reliqua voluntas auctoritati aut gratiæ traditur. 3. de Leg. 34. Sunt autem hæ de finibus, vt opinor, retentæ defenſæque ſententię. Tuſc. 244. b, Retuli me Brute, te hortante maxime, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. 1. Tuſ. 1. a, Nec retentis his, neque amiſſis. 10. Att. 45.

Retentio.

His illa neceſſario nata eſt ἐποχὴ, id eſt aſſenſionis retẽtio. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 55. Illud certe opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omniũ aſſenſionũ retentio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71. Semper Carneades προβολὴν pugilis, & retentionẽ aurigæ ſimilẽ facit. 13. Att. 24. De retentione reſcripſi ad tuas literas. 13. ad Att. 31. Retentione vti. 13. Att. 29.

Retento.

Nãq; oẽs memori portentũ mente retentant. de Diu. lib. 2. 49 Quæ penitus ſenſus hominum vitaſque retentat. 1. de Di. 30. a

Retorqueo.

Retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc vrbem, quã ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget. in Cat. 26. a.

Retraho.

Scipio Annibalẽ i Africã retraxit. 2. de Fin. 48. Qui minus. n. Licinius cõprehendi potuit, cũ ſe retraxit, ne pyxidẽ traderet, q̃ ſi nõ retraxiſſet? p Cæl. 51. a. Nõ habeo certũ q̃ te res hinc maxime retrahat. 5. fa. 39. in ep. Lucceii. Quo quidẽ me pficiſcentẽ, haud ſane quis facile retraxerit, neve tanquã Peliã recoxerit. de Sen. 75. Nõnulli codices legũt, Pilã retorſerit. Retrahere aliquem a Repub. pro Seſt. 28. Licinium autem cum iam manũ ad tradendam pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. pro Cæl. 50. a.

Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.Part.242.b. A ſe retractum eſſe,&c.10 Verr.268.b

Retractus.

Neſcio quomodo ſe coniecit in vrbem, atque ita mœſtus rediit, vt retractus,non reuerſus videretur.6.Phil.21t.a

Retracto.

Diligenter retractare.2.de Na.d.104.a.Qui locus perporgatur ab iis qui ante me dixerunt,a me,quoniam ita Murena voluit, retractandus eſt.pro Mur.50. Sed hæc omittamus : augemus enim dolorem retractando.8.Att.24

Retrecto.

Siue retrectabis, ſiue properabis. Tuſcul.1.62. ſub moriendum eſt.

Retractatus.

Sed tñ idem σύνταγμα miſi ad te retractatios, &c.16.At.7

Retractatio.

Cumque ſine vlla retractatione pro patria vitã profuderint.14.Phil.410.Vt ſine retractatione libere dicere auderent,&c. Tuſc.5.60.Hoc eſt, ſine aliquo timore ac difficultate. Conficies igitur, & quidem ſine vlla dubitatione aut retractatione.13.Att.31. Veterémque Academiam hortari videbare, vt ſine retractatione libere dicere auderet ſapientes eſſe ſemper beatiſſimos.5.Tuſc.129. a

Retribuo.

Non mihi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeueriſſime fructum quem meruerunt, retribuam.pro Q.Roſc.26.a

Retro.

Cumque eadem viciſſim R. commeant. 3. de Nat. d. 4. a. Et idem quaſi ſurſum verſus R.que dicatur. Part. 232. b. Tum ei deus præcepit,vt pergeret protinus, quid R. atque a tergo fieret, ne laboraret.de Diu.1.89. a. R. ad Alpes verſus iter mihi incidit.Cel.Cic.lib.8.15.5.a. Vt omnia quę ſine honeſtate ſint, longe ac R.ponenda cenſeat.5.Tuſc.126.a.Sed conuerſa R. cæli ſemper loca portat.in Arat.b. Quod tam longe R. reſpicere non poſſunt.5.Tuſc.9.a. Orbes qui verſantur R. contrario motu atque cælum. de Somn.Scip.128.b.Vide rurſus R.dato hoc, dandum erit & illud. de Fin.144.b

Retrorſum.

Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere æther:deinde R. viciſſim, ex æthere, aer, inde aqua:ex aqua, terra infima.2. de Nat.d.120.a

Retruſus.

Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atque abdita, quæ iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.1.de Or.44. a. Simulacra deorũ iacent in tenebris ab iſto retruſa atque abdita.in Verr.77.b.& de Pet.Conſ.21t.b

Retundo.

In præſentia belle iſte puer retundit Antonium.At.16.339 4.a. Cuius nuper ferrum retudi.pro Syll.183.b.Quo facto retudit ſermones, paratiorq; viſus eſt ,quàm ſperauerat accuſator.8.fam.14.io ep.Cælij. Iidéq; gladios in Rempub.diſtrictos retudimus, mucroneſque eorum a iugulis veſtris reiecimus.3. in Cat.49.a. Cenſorij ſtyli mucronem multis remediis retuderunt.pro Clu.97.a. In me omnia quæ ego quondam retuderã, coniurationis nefaria tela adhæſerunt.pro Dom.50. a. Retundere improbitatem alicuius. 12.fam.27.in ep.Lent.Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes,aliæ ſalubres,aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa. 1.de Diu.135.a

Reueho.

Diana Segeſtam Carthagine reuecta.in Verr.217.b. Sed ad paulo ſuperiorem ætatem reuecti ſumus: nunc ad eam,de qua aliquantulum locuti ſumus, reuertamur.de Cl.Or.119. a

Reuello.

Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus reuellit atque abſtulit.6.Verr.111. a. Nam qui ius ciuile contemnendum putat,is vincula reuellit non modo iudiciorum,ſed etiam vtilitatis, vitæque communis.pro Cæc.51.a.Honorificiſque verbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.5.Att.38. Nec prius illam crucem, &c. reuelliſtis, &c.6.Verr.22.a.Effringere multorum fores, & clauſtra reuellere.6.Verr.46.a. Reuellere tabulam in qua nomina ciuitate donatorum inciſa ſunt.ad Acil. lib.13.37.a.a.tela de corpore Reip.in Piſ.20. a

Reuulſus.

In quibus tu es videlicet Conſularis, cuius totus Conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus.13.Phili. 364.Ianua, qua effracta & reuulſa,tota pateret prouincia.pro

Mur.31.Reuulſa tabula alicuius imperio.4. Verr.77.a. Reuulſæ iacenteſque ſtatuæ.4.Verr.113.a. Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus, armis tenebatur. in Piſ.17. a. Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt.in Ant.196.b

Reuenio.

Quum miles domum reueniſſet,egiſſetq; lege in hæreditatem paternam, teſtamento exhæres filius. 1. de Or. 85. a. Vt is Publicius, ſi domum reueniſſet, & inde Romam rediſſet,ne mĩnus ciuis eſſet. pro Corn.Balbo,21

Reuereor.

Obſeruantiam per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. 2.de Inuent.170.a.Sed mihi nil eſt moleſtius,quàm Statium manumiſſum, nec meum imperium, omitto imperium, non ſimultatem meam revereri ſaltem. Att.33.b. Difficile eſt primum virtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. ad Heren. 4. 169. a

Reuerens.

Multa aduerſa reuerens oratio. Tuſc.164.b.Nanque ego Catule (dicam enim non reuerens aſſentandi ſuſpicionem) neminem eſſe oratorẽ paulo illuſtriorẽ arbitror,&c.2.de Or. 66. a

Reuerentia.

Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines 1. Offic. 139. a

Reuerto.

Ad illum animum meum reuerti priſtinum. Trebonio, lib 10. 28. 3. a. Ipſe ne quo inciderem, reuerti Formias. Att.8.147 13.a Reuertit ad temperationem ſuperiorem deus.de Vniu.53. Conſcendens iam nauem. Epheſo Laodiceam reuertit.ad App. lib.3.10.9.a. Itaque perſæpe reuertit ex itinere, cum iam,&c. de D.86. b. Legati Ameriam, re inorata,reuerterũt.pro Roſ. Amer.15.a. Sic Haluntini excuſſis diuitiis, cum argento puro domum reuertunt. 6.Verr.46.a. Multi ſemel egreſſi, nunquã domum reuertere. Tuſc.249.b.Niſi ad ſuperiorem conſuetudinem reuertiſſes.Ep.141.b. Ille enim nunquam reuertiſſet, niſi timor confirmare eius acta non coegiſſet.Att.15.323. 9. a. Vt is factus eſt alter ſiſtendi eius : vt ſi ille non reuertiſſet, moriendũ eſſet ipſi. 3. Off.59.a.Iter autem eius erat ad Lentulum c o s. cum literis Cæſaris, præmiorumq; promiſſis, ſi Romam reuertiſſet. Att.8.155. 6. a. Quum ſua voluntate, nulla vi coactus, præter fidem, quam dederat hoſti ex patria, Carthaginem reuertiſſet.2.de Fin. 105.a. Qui cum ex itinere quodam propoſito,& iam conſtituto reuertiſſet aquilæ admonitus volatu, &c. 1.de Diu.17. Dicuntur omnes reuertiſſe.Ep. 39. b. Multa aduerſa reuertens. 1. Toſc. 116. a

Reuertor.

Vtilitas aut in corpore poſita eſt, aut in extraneis rebus,quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodũ reuertitur.de Inuent.83.b.Deinde vt in eam ciuitatem viri boni, & nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt. Ep. 84.b. Ad illã quam inſtitui cauſam frumenti ac decumarũ reuertar. 5. Verr. 71.a. Ad propoſitum reuertar,feſtinationi meæ & breuitati literarum ignoſces. Att.139.b.& Tuſc.3.10. Diſcedo parumper a ſomniis, ad quæ mox reuertar.de Diu. 90. b. Vt ad me reuertar. pro S.R. 38. b. Sed vt reuertar ad ius publicum.pro Dom. 240.b.Sed vt ad propoſitum reuertamur,&c.nunc totum illud concludi ſic licet.2.de Fin.165.a. Sed Poſidonium, ſicut æquũ eſt,cum bona gratia dimittamus : ad Chryſippi laqueos reuertamur. de Fato, 2. Vnde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reuerti. pro Mur.145.b. Reuerti ad vim .1.Phil.16. In ciuitatem. Cæc. lib.6. 6. 25. a

Reuerſio.

Reuerſio & motus febrium.3.de Nat.d. 33. a. Cum omnium ſiderum eodem vnde profecta ſunt,fiat ad vnum tempus reuerſio.de Fin.2.163.a. Exponam vobis breuiter conſilium & profectionis & reuerſionis meæ.1.Phil.1.a. Reuerſionẽ facio . pro Syl.177.b. Dii immortales quàm valde ille reditu, vel potius reuerſione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat, vt recordarer illud tuum,&c. Att. 16.334.7.a. Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo cõtrarias facit.de Na.46.b

Reuincor.

Quære argumenta, ſi qua potes : nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum iudicio reuincetur.pro Arch.8.a

Reuireſco.

Reip.rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, virtute optimatum reuireſcunt.ad Heren. 34. b. Quæ quanquam ſunt

abſciſſæ,

abſciſſæ. tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellũ reuireſcent. de Prou.28.a

Reuiſo.

Quare cum poteris, reuiſes nos. Att.19.& & 201.b. Ep.27. b Reuiſe nos aliquando. Att.17. b. Hic com rem Gallicanam cuperet reuiſere, &c. pro Q.4.b

Reuiuiſco.

Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis. Att.5.10.4.3.a. Ciuitates ſuis legibus ſuetæ, αὐτονομίας adeptæ reuixerunt. ad Att.90.b. Vt iam ſimul cũ Rep. neceſſario reuiuiſcat atque recreetur. Ep.6.37. Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa toties iugulata. in Ant.255. b Reuiuiſcat M.Curius, &c. Parad.123.b. Sed ne patri quidẽ meo ſi reuiuiſcat, &c. Brutus Ciceroni, lib.16.9.a. Quid ſi reuiuiſcãt Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquãtur? 4. de Fin.98.a. Cum ex illorum metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. in Verr.268. b. Si reuixiſſent hi qui hæc pene deleuerunt. Poſtq.204.b De eius nece lata quæſtio, qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquam eſſet. pro Mil.60. a. Reuiuiſcere, reſpirare a metu cędis, emergere a fluctibus ſeruitutis. de Aruſp.reſ.44.a. Senatũ dolent ad authoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere. 7.Phil.218.a Cum autem ſol illuxiſſet, tum vt reuixiſſe ſibi viderentur. de Nat.45.b. Is vbi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat. in Piſ.53.a

Reuiuiſcens.

Vt ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcẽtis Reip. Sulp. lib. 4. 4. 10. a. Templa, in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, Senatus nihil conſulitur. ad Octau. 2. a

Reuoco.

Animum incitatum ad vlciſcendam orationem tuam reuoco ipſe. pro Syl. 175. b. Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec Pop. Romanus iuſſit. id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meũ. ad Brut.4. 2.a. Vnde tu mea, inquit, ex iure conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco. pro Mur.23.a Reuoco me ipſe. 13. Att.1. Quo me igitur, aut ad quæ exempla reuocas? 5. Verr.180.a. Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis, ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas. pro Cæc. 61. a. Reuocat ad ſuam cupiditatem. de Natu. deor. 1. 22. Reuocant in conſuetudinem priſtinam. 9. fam.7 Reuocant ſe rurſus ad mœſtitiam. 3. Tuſc.108.a. Dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum, hiſque, quæ videntur, imbecillius aſſentiuntur. 4.Acad.96. a. Iudicum animos ad Quinti Cæpionis odium, a quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atque reuocabam. de Or.117.b. Nonnulli autẽ illam rem ad illam rationem, coniecturamq; reuocabant. pro D.ſua,12.a. Equitatum reuocaui. Ep. 150. b. Nam veſtris primum literis recreatus, me ad priſtina ſtudia reuocaui. de Cl. Or.6. a. Studium philoſophiæ nunquam intermiſſum, a primaq; adoleſcentia cultum & ſemper auctum. hoc rurſus ſummo authore & doctore reuocaui. de Cl.194.b. Retuli me ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Tuſ.1.1.a. Vos qui maxime me repetiſtis atq; reuocaſtis pro.D.242. b. Deiotarũ neceſſariũ noſtrũ ex itinere Aquila reuocauit. 2.de Diu.29. a. Eam non filij dolor, nõ filiæ mœror a cupiditate reuocauit. pro Cl. 9. a. Simulatque ſe ipſe commouit, ad ſeque reuocauit. Acad.q. 13. b. Non auaritia ab inſtituto ad prædam aliquam reuocauit. pro L.Man.28.a. Qui me a morte ad vitam, a deſperatione ad ſpẽ reuocauit. Poſtq. 209. b. Qui mos quum a poſterioribus non eſſet retentus, Archeſilas eum reuocauit. 2. de Fin.3.a. Quam multos diuini ſupplicij metus a ſcelere reuocauit. 2. de Leg.27.a. Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caſſium Trib. plebis Philotimi literæ ad viſam reuocarunt. Att.7.141.a.a. Sed ſi morbum depoſuero, facile (vt ſpero) illa reuocabo. Ep.107. b. Meque ad meũ munus, penſumque reuocabo. de Or.153.b. Ad quam eos quaſi formulam dicendi reuocent. de Opt. gen. Or.244.b. Reuocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam, &c. pro Flac.47. a. Reuocares eum quem in Galliam miſeras? pro Q. 55.a. Quum Trib. plebis populo concitato rem pene ad manus reuocauiſſet. pro Cl.107.a. Iracundius ſcripſeram, & reuocare cupiebam. 1. ad Q.fr.45. Repetere & reuocare aliquem. pro D. ſua, 118.a. Reuocare fidem. pro Marc.13. libertatem. ad Brut. 36. ſe Acad.q.edit.1.lib.2.49. videlicet a re aliqua agenda. Hortenſius reuocare ſe ad induſtriam cœpit. de Cl.195.b. Reuocare ad mediocritatem. Off.1.195. ad ſe. Acad.q.edit.1.lib. 2. 48. facta hominum ad leges. 3. de Leg. 40. Hoc ego nihil inutilius puto, cum ad veritatem cœpi reuocare rationem. Off. li. 3. 11 a. Reuocare Remp. ad conſilium & authoritatem Senatus. 1. Phil. 1. Perterritum a turpiſſimo conſilio reuocare, &c. Att.3.55.7.a Reuocare aliquem a furore vel a ſcelere. Cat.113.a. Etiam ſi propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter Remp. non feciſſet. pro Mil.60.a. Reuocare mentem a ſenſibus. 1. Tuſc.59.a. Deducere & reuocare aliquem de prouincia. de Prou.71.b. Reuocare aliquem è medio curſu. Off.3. 165. vires & corpus. 7.fam.47. pro, recuperare. Primos tres verſus reuocaſſe dicitur Socrates. Tuſc.4. 72. id eſt, repetiiſſe vel iteraſſe. In minimis rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciumq; infamiæ reuocatur. pro S.R.67.a. Philoſophia iſta quę nunc prope dimiſſa reuocatur. 4. Acad. 22. a. Commouentur amici Sthenij, ſperant fore vt patris literis nuntiiſque filius ab incœpto furore reuocetur. 4. Ver.67.a. Danda igitur opera eſt, vt etiam ſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Off. 27. b. Poſſeſſiones in dubium incertumq; reuocabuntur. pro Cæc.55. alij habent Ad. Reuocari a mœrore ad cogitationem bonorum. Tuſc.3.40. Hæc ratione explicari, & ad naturam reuocari facile poſſunt. de D.138.b. Reuocari in dignitatẽ. pro Seſt.44. Quarum quidem certe eſt adhibendus modus, ad mediocritatemque reuocandus. 1.Off.196.a. Quemadmodum iſte præpoſteris verbis, omnibus obſcœnis Identidem ſe ipſe reuocando dubitans, &c. pro D.ſua, 108. a. Non omnia quæcunque loquimur, ad artẽ & ad præcepta ſunt reuocanda. de Or.112.b An me ad M.Antonij æſtimationem frumenti, exactionemque pecunię reuocaturus es? 5. Verr. 183. a

Reuocans.

Scripſi de te parce & timide, non reuocans me ipſe, ſed pene refugiens. 6. fam.26. in ep. A Cæc. Aliquis omnia ad ſuam potentiam reuocans. Att.107.b. Herillus autem ad ſcientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit. 2. de Fin.71. a. Sed impuri cuiuſdam & ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam reuocantis eſſe ſententiam. de Amic.53. a. Quis reuocante & receptui canente Senatu properet dimicare? in Ant.241. b

Reuocatus.

Voce reuocatus de curſu Reip. Planco, lib.10.1.1. a. Teſtor omnes deos, me hac vna voce a morte eſſe reuocatũ, quod, &c. Q.fr. 300. b. Qui prouocati a me venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. con. Rul. 87.b

Reuocatio.

Receptui ſignum, aut reuocationem a bello audire nõ poſſumus. 13. Phil.354.a. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione a cogitanda moleſtia, & reuocatione ad contemplandas voluptates. 3. Tuſc.58.a. Reuocatione ſolſtitiali & brumali ſe conuertunt aſtra. de Vniu. 43

Reuolo.

Quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoq; quieſcat: &c. 2. de Nat.d.188. a

Reuoluor.

Egone, inquit, ad patru reuoluor ſententiam? 4. Acad.264. a Itaque reuoluor identidem in Tuſculanum. Att. 13. 33. id eſt, identidem mihi in mentem redit ille locus. Ita imprudens eo, quo minime vult, reuoluitur. 4. Acad.38. a. Contraq; quæ pro reo dicuntur, omnia neceſſario a tempore atque homine ad cõmunes rerum & generum ſummas reuoluentur. 2. de Or. 74. a Neque eodem identidem reuoluamur. ad Her. 11. b. Tuſc.q. lib. 1. 10. Nec quoties cauſa dicenda eſt, toties ad eius cauſę ſepoſita argumenta reuolui nos oportet. de Or.120.b

Reuoluens.

Toruus draco ſerpit ſubter, ſupera que reuoluens Seſe, conficitque ſinus e corpore flexos. 2. de Nat.d. 153. a

Reus.

Petitor, & reus. pro Roſ.Com.24 a. contraria. Nocens reus 1. Verr.28.a. auaritiæ. pro Flac.5. pecunioſus. Parad.58. Domitius a Memmio reus. Att. 64. b. Milo reus ad populum accuſante P. Clodio. pro Mil.109.b. Cũ equeſter ordo reus a Conſulibus citaretur. pro Seſt.10. b. Reus non edebat iudices, ſed accuſator. pro Plan.34. Et ſi reus locuples eſt. 12. Att. 18. Milo reus eſt præclari facti. pro Mil.110. b. Reus eſt maximis pluri miſque criminibus in iudicium vocatus. 4. Ver.99.a. Cur is ab te reus non eſt factus? pro Planc. 270.b. Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi: &c. Att.2.39.7. a. Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. pro Mil.108.b. Reus redũdat. pro Rab.Poſt.7. Tota denique rea citaretur Etruria. pro Mil.111.b. Vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. Epiſt. 223.q. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti,

tam alieno, tam præciſe negaui. 8. Att. 15. Parens tum Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. pro Syl. 182. b. Eũ tanquam reum oratione perpetua accuſauit. 2. ad Qu. fr. 9. & 3. Alienæ igitur culpæ me reum facis. Att. 275. b. Facere aliquem reum de ambitu. Q. fr. 323. b. Si quis abſentẽ Sthenij rei capitalis reum facere vellet, &c. 4. Verr. 65. a. Laudare reum, de Ar. 254. b. Hieras totam cauſam ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reũ. pro Deiot. 151. b. Ab reo. a. ad Her. 80. pro, ex parte rei. Pro reo dicere. 3. ad Q. fr. 20. Rei qui dicantur. 2. de Or. 98. & 175. Candidati Conſulares omnes rei ambitus. Att. 4. 85. 15. a. Leges, quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. in Cat. 103. b. Reos autem appello non eos modo qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. 2. de Or. 98. a Clodius cum propinquis ſuis decedit, ne reos faceret. de Ar. 253. b. Reos iudicare. 4. in Verr. 125. Abſens in reos relatus. in Ant. 171. b

Rex, vide Rego.

Rhadamanthus. Tuſc. 150. b

Rhamnuſius.

Rhamnuſius Antiphon orator, de Cl. 168. b

Rheda.

Sequebatur rheda cum lenonibus. in Ant. 271. b. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. pro Mil. 20. a. Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Att. 6. 112. 5. a. Cum Milo veheretur in rheda penulatus. pro Mil. 40. vehiculi genus impeditiſſimum. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, quum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui. Att. 5. 105. 1. a

Rhedarius.

Statim complures cum telis in hunc faciũt de loco ſuperiore impetum. aduerſi rhedarium occidunt. pro Mil. 21. a. Rhegium, vrbs Calabriæ. Ep. 198. b. Rhegini, Populi. in Ver. 205. b

Rhenus.

Rheni foſſa gurgitibus illis redundans. in P. 97. b. Nomen fluuij.

Rhetor.

Græce ab eloquendo ῥήτωρ & Latine eloquens dictus eſt. in Or. 33. Rhetor magiſter declamandi. in Ant. 168. b. Quaſi rhetor ille te diſertum facere poſſet. in Ant. 179. b. Magnus & nobilis rhetor Iſocrates. de Inu. 63. b. Pæonius rhetor, homo, opinor, valde exercitatus & bonus. Q. fr. 323. b. Vis & artificium rhetoris. de Inu. 43. b. Cupio audire, vt videam vbi rhetoris tanta merces, vbi campus Leontinus appareat. Quint. fr. 323. b. Nam neque indiſertum Academicum pertimuiſſem, neque ſine philoſophia rhetorem, quamuis eloquentem. de Nat. 26. b. Cicero noſter, dum ego adſum, non ceſſauit apud rhetorem. Quint. fr. 3. 17. 20. a. Qui rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta tradunt. 1. de Or. 42. a. Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grammatici vocant. Or. 205. b. Corax, & Pamphilus rhetores. de Or. 150. b. Item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes atque populares. 3. de Fin. 5. a. Quaſi vero, inquit, perpetua oratio, rhetorum ſolum, non etiam philoſophorum ſit. 2. de Fin. 28. a. Contentionis præcepta rhetorũ ſunt, nulla ſermonis. Off. 26. b. Rhetorum præcepta irriſa. 1. de Or. 42. Plato exagitator omnium rhetorum. Or. 200. b. Rhetoribus conceſſum eſt in hiſtorijs ementiri. Brut. 20

Rhetorica, & Rhetorice.

Rhetorica, doctrinæ ciuilis pars præcipua. 1. de Inu. 9. Rhetorica mihi noſtra ſat nota. de Fato, 2. Zeno omnem vim loquendi in duas partes tributam eſſe dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe, quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius. 2. de Fin. 28. a. Artificioſa eloquentia quam rhetoricam vocant. ad Her. 1. b. Dicam ſi potero rhetorice, ſed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, quum populariter loquamur, eſſe interdum hebetiorem. de Fin. 68. b

Rhetoricus.

Rhetoricæ artis partes quinque. 1. de Inu. 13. Scripſit artem rhetoricam Cleanthes. Chryſippus etiam, ſed ſic, vt ſi quis obmuteſcere cõcupierit, nihil aliud legere debeat. de Fin. 4. 11. a Et noſtro more aliquando, non rhetorico, loquamur. 1. de Or. 66. a. Quæ arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur. de Or. 92. b. Rhetorici quidam libri, quos tu agreſtes vocas. 2. de Orat. 6. a. & Orat. 198. b. Exercitationes rhetoricæ. de Nat. 59. b

Rhetorice.

Poteſt id quidem fuſe & copioſe, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimiſque ſentẽtijs R. & augeri & ornari. de Fin. 95. b At quàm R. quàm copioſe, quas ſententias colligit, quæ verſu contorquet? Tuſc. 204. b. R. igitur, inquam, nos manis, quàm dialectice, diſputare? 2. de Fin. 28. a. Hanc enim mortem R. & tragice ornare potuerunt. de Cl. Or. 21. a

Rhetoricoteros.

Craſſum habeo generũ, ne rhetoricoteros tu ſis. de Or. 158. b. ex Lucil. Veteres enim σ elidebant plerunque. ῥητορδουσι ranæ. 15. Att. 33

Rhinton.

Rhinton, poeta quidam Græcus. 1. Att. 70. Rhodanus, Flu. Ep. 149. 150. b

Rhodus.

Rhodus, inſula. Att. 21. b. Off. 62. b. Rhodus aut Mitylenæ, commodus exilio locus. 7. fam. 11. Rhodi in otio agam quod reliquum eſt vitæ. 11. fam. 50. in ep. Matij. Rhodum migrandũ, aut aliquo terrarum arbitror. 11. fam. 2. in ep. D. Bruti.

Rhodij.

Rhodij, populi. Off. 62. b. & pro Pomp. 14. b. cum Mithridate bellum gerentes, ſtatuam eius apud ipſos poſitam non attigerunt. 4. in Verr. 114. inter Græcos in iocando excellentes. 2. de Or. 120. oratores quales. Brut. 25. vrbe, portu, aqua denique milites Lentuli prohibuerunt. 12. fam. 33. in ep. Lent. Rhodiorum aphracta, & dicrota Mitylenæorum. 5. Att. 19. malus animus in Reip. ſalutem. 12. fam. 26, & 32. olim ſumma nauali disciplina & gloria. pro L. Man. 37. Apud Rhodios doctiſſimos homines etiam liberi ciueſq; torquebantur. Part. 95

Rhythmici.

Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac Muſicorum accerrima norma dirigenda. 3. de Or. 105. a

Ricinium.

Extenuato igitur ſumptu tribus ricinijs & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiã lamentationẽ. 2. de Leg. 93. a

Rictus.

Vſque eo Iodices, vt rictus eius ac mentum paulo ſit attritius. 6. Verr. 84. a

Rideo.

Tu videlicet tecum ipſe rides. de Fin. 2. 64. Rides, inquies. quid faciam? plorando feſſus ſum. 15. Att. 18. Riſi niuem atrãteq. hilari animo eſſe & prompto ad iocãdum valde me iuuat. Q. fr. 2. 15. 1. a. M. Craſſus ſemel in vita riſit, ex quo vocatus ἀγέλαςος. 5. de Fin. 157. a. Quicum rideam hoc familiariter & docte. 12. fam. 44. Videris enim mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. ad Gall. lib. 7. 20. Quum riſeritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. de Ar. reſp. 6. a. Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius. in Ver. 5. 51. a. Dederis nobis quemadmodum ſcripſeras ad me quem ſemper ridere poſſemus. Cæl. lib. 2. 8. 2. a. Hoc aſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. ad Cæl. lib. 2. 15. 19. a. Ridere riſum Sardonium. 7. famil. 45. De hæreſi Veſtoriana, & de Pherionum more Puteolano, riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe me ſcribere. Att. 14. 312. 2. a

Ridiculum.

Ridiculum ſubobſcœnum. Or. 105. b. turpitudine quadam continetur. 2. de Or. 130. Quod ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuere, maledice, contumelioſeque dicitur. 1. Off. 188. a. Altero vtetur in iacendo mittendoque ridiculo. Or. 105. b. Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicuntur. 2. de Or. 158. a. Vitabit etiam ridicula quæſita, nec ex tempore ficta, ſed domo allata, quæ pleriſque ſunt frigida. Or. 105. b. Quanuis ridicula eſſent, mihi tamen riſum non mouerunt. 7. fam. 56. Ridiculorum genera duo. Or. 48. De ridiculis inſcripti Græci libri. 2. de Or. 120

Ridiculus.

Næ tu Eruci accuſator eſſes ridiculus, ſi, &c. pro Roſc. Am. 29. a. Facie magis, quàm facetiis ridiculus. ad Att. 1. 8. 4. a. O rem ridiculam. 6. Ver. 128. a. Ridiculum eſt nunc de Verre me dicere, quum de Piſone frugi dixerim. 6. Verr. 50. a. Eſt ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere, quærere quæ habere non poſſumus. pro Arch. 6. a. Ridiculum eſt putare, &c. in Ver. 64. b. Alijs illud indignum, alijs ridiculum videbatur. 2. Ver. 12. a. Hoc poſtulatum de ſtatutis ridiculum eſſe videatur ei, qui rem, ſententiamque non perſpiciat. 4. Verr. 104. a. Inueni

ut ridicula & falſa multa Græcorum.2.de Or.120.a

Ridicule.

Theomnaſtus quidam homo R.inſanus.in Verr.234.b.Colligere multa non modo acute, ſed etiam R.ac facete.de Orat.106.b.Nos autem R. ſi dicimus,ille patrem ſtrãgulauit,&c.ad Pæt.lib.9.22.12.a. R. facere.ad Her.25.b

Riſus.

Riſus, comes leuitatis.de Fin.lib.2.55.tenuiſſimus ingenij fructus.2.de Or.137.quibus rebus moueatur.1.ad Her.10.R.& dolor in eadem re.pro D.ſua,80.Lætitiæ.ſatis maximæ præclariſſimæq; pugnæ. in Ant.258.b.populi atque murmuratio omnium facta eſt.6.Verr.23.a.in aliquem.5.fam.3.Qui riſus magnam cladem attulit.de Nat.d.2.6. Atque illud primum,quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur,vbi ſit,&c.2.de Or.130.a Riſus tota vita nobis deeſſe non poterit.8.fam.7. in ep.Cæl.Viſa eſt oratio non iniucunda, & mediocris quidam eſt riſus conſequutus. Metello, lib.5.2.6.a. Qui riſus hominum de te erat? tantam eſſe tabellam, &c.2.Phil.81.a. In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet.Att.6.114.12.a Riſum meum metus aliqui perturbent.8.fam.18. in epiſt. Cæl. Equidem in quibuſdam riſum vix tenebam.de Cl.Or.162.a. in Verr. 161.b. Magno hominum riſu aliquid cauillari.2.ad Qu.fr.27. Riſu pęne corrui.2.ad Quint.fr.24 De riſu quinque quęri ſolent.2.de Or. 130. Riſus magni in eam tabulam conſequebantur.2.ad Q.fr. 19. Epicurus vero ea dicit, vt mihi riſus captare videatur.2.Tuſc.25.a. Miros riſus edere.Q.fra.2. 13.3.a Poſt repulſam vero riſus facit, ciuem bonum ludit, &c. Cælius Cic. lib. 8.9. 2.a. In riſus maximos gemitum transfero. 9. fam. 62.

Rigeo.

Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore. 1. Tuſc.107.a

Rigidus.

Rigida caligo.1. Tuſcul.57.a. Ibes ſunt aues excelſæ, rigidis cruribus, procero roſtro. 1.de Nat.141. a. Canachi ſigna rigidiora eſſe, quàm vt imitentur veritatem. de Cl.Or.34.a

Rigo.

Quæ paruos Mauortis ſanguine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat. 1.de D.38.a. Iſti cum ſe fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putat,&c.ad Her.25.b

Rima.

Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. 14. ad Att. 11.Neque inferciens verba,quaſi rimas expleat.Or.136.a

Rimor.

Sed tamē id quoque rimatur quantum poteſt.1.de D.210.a

Ripa.

Ripa lacus. pro Mil.115.b. Si ille ad eam ripam,quam conſtitueret, non ad contrariam naui ſe applicuiſſet. in A. 165. b Ad quandam magni fluminis ripam.de D. 102.b. Eodem equo aduerſam aſcendit ripam.1.de Diu.103.a. Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet. de Cl. 169. b. In viridi & opaca ripa inambulare.de L.159. b. Liquores perlucidi amnium, riparũ veſtitus viridiſſimi.de Nat.lib. 2. 142. a. Fluuium extra ripas diffluentem coercere.de Cl.Or.175. a

Ripula.

Itaque me referunt pedes in Tuſculanum, & tamen hæc ῥωπογραφία ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.At.15. 329.2.a

Ritus.

Ritus familiæ patrumq; ſeruari.2.de Leg.28.id eſt, quoniã antiquitas proxime accedit ad deos, a dijs quaſi traditam religionem tueri. Erat ei viuendum latronum ritu.2. Phil.74. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, &c. de Am.30.a. Quibuſnam verbis, aut quo ritu eius domum conſecrares? pro Do.240.b. Quoque modo & ritu fiant, diſcunto.de L.173.b.Ex patriis ritibus optuma colunto.2.de Leg.36.a.Certæ tempeſtates Populi Romani ritibus conſecratæ ſunt. de Nat.66.b

Rite.

Is nihil R. nihil caſte, nihil more inſtitutoque perfecit. pro Do.240. b. Teſtamentum ipſo præſente conſcribunt, teſtes R. affuerunt. ad Her.5. b. Quam igitur pronunciabit ſententiam ratio, adhibita primum diuinarum humanarumque ſcientia, quæ poteſt appellari R. ſapientia.2.de Fin.62.a. de Leg.160. b Veteres R. deos coluerunt.de D.1.43. a. Hunc deum R. beatũ diximus,veſtrum vero laborioſiſſimum.de N.12.b.Si ædilis verbo aberrauit,ludi non ſunt R.facti.de Ar.249.b. Quorũ animi cum æternitate fruerentur,dij R.ſunt habiti.de N.38.b

Ritualis.

Quod Etruſcorum declarant & aruſpicini,& fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.1.de Diu.125.a

Riualis.

Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licebit cum ſolus ames, me æmulum non habebis. ad Att. lib. 6. 114.11.a. O dii quàm ineptus,quàm ſe ipſe amans ſine riuali? ad Quint.fr.3. 35. de Pompeio.

Riualitas.

Obtrectare vero alteri,aut illa vitioſa æmulatione,quæ riualitati ſimilis eſt, æmulari, &c. Tuſc. 4.45

Riuus.

Quum inter digitos eius riui ſanguinis fluerent. de Pet. 7. Tanquam riuorum a fonte deductio.Top.17.a

Riuulus.

Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, &c. ſiue autem vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor. pro Cæl. 14.a. Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudiũ, in Græciam mitto, id eſt ad Græcos ire iubeo,vt ea a fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. Acad.q. edit. 2. lib. 1.6

Rixa.

Etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt.9.fam.50. Ecce autem noua turba atque rixa.Verr.a. Defenſor nimium litigioſus, concitus ad rixam. pro Cæc. 287. b

Rixor.

Quum eſſet cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. 1.de Or. 133.a

Robur,quercus.

Quis robur illud cecidit,dolauit,inſcripſit? de D. 127.b Itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe in robore inſculptis priſcarum literarum notis. 2. de Diu. 126. a. Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.pro Mur.142. b

Robur, per tranſlationem.

Venio nunc ad Catonem, quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis.pro Mur.53.a. Animi excelſi atque inuicti magnitudo ac robur. de Off.4.b.Tuſc.1.7. Robur & ſoboles militum interijt.Pollio Cic.lib,11.33.3.a.Exercitus Cęſaris multum roboris habebat propter vetuſtatem.de Diu.132. b. Cum autem paulum iam roboris acceſſiſſet ætati,in Africam profectus eſt. pro Cæl.58.a.Si paulum aſſumpſerint vetuſtatis ac roboris, non continebuntur.con. Rull. 85. b. Altera pars, quæ multo plus firmamenti & roboris habebat.pro L.Man. 5.a.Dũmodo plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris. 5. de Fin. 22. a. Quantum in cuiuſque animo roboris eſt atque neruorum. Torq.lib.6.1.9.a.Equites Rom.quos nos videmus, &c. habuerunt tantum animi, tantum roboris,vt,&c. pro Font.14.a. Meſſalla, qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet, ipſe pro S. Roſcio diceret.pro Roſc.Am.88. a. Cum iam a firmiſſimo robore copiarũ ſuarum relictus eſſet.pro D.226.b Vir eo robore, his radicibus. 6. Att. 44. Alter virtutis robore firmior, quàm ætatis, &c. 10. Phil. 280. a. In animi robore & magnitudine.Tuſc.169. b. Aliæ virtutes quæ in ingenij aliqua facultate aut animi magnitudine & robore poſitæ ſunt. 2. de Or. 187. a. Verſaris in optimorum ciuium vel flore vel robore. Or. 200. b. Milo eſt incredibili quodam robore animi ſeptus. pro Mil. 77. a. Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos ſuperauimus.de Ar. 248. b. Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora Populi Romani.pro Cl.50. b. Auxilia ſane bona Galatarum (hæc enim ſunt noſtra robora) Att.95. b

Robuſtus.

Deinde iam robuſtus prouinciæ ſe ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias perpeſſus.de Aruſ.38. Animus robuſtus. 1.Offic.97.a.Homo ætate confectus,exercitatione robuſtus. in C.108.b.Satelles robuſtus, & valens,& audax.de L. Agr.83.a. Robuſta illa & ſtabilis fortitudo. Tuſc. 220. b. frequentia. pro Planc. 17. Tertium genus eſt ætate iam confectũ, exercitatione robuſtum.2. in Cat. 40. a. In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum atque exercitatum.1.Verr.26. a Non enim tribum Tarentinam, ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt.pro Planc.263.b. Quæ eſt igitur iſta calliditas, res vetuſtare robuſtas calumniando velle peruertere? 1. de Diu.65.a. Cn. Pompeius ætate robuſtior, 5. Phil. 195. Nondũ ſtatuo te ſatis virium habere,vt,&c. Quod ſi eſſes

ti eſſes vſu atq; ætate robuſtior, eſſem, &c. pro Syl. 176.b. Quanto & honor hic illo eſt amplior, eſt ipſe robuſtior. Att. 135. b Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus. 1. Phi. 74. a. Omne malum naſcens facile opprimitur: inueteratum, fit plerunque robuſtius. 5. Phil. 186. Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicenti locum ſuſcepiſſet. pro Cæl. 38. b. Robuſtiſſimæ legiones. 7. fam. 9

Roboro.

Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat, non alienum fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere. in Or. 24. a. Catoni autem cum incredibilem tribuiſſet natura grauitatem, eamque ipſe perpetua conſtantia roborauiſſet, ſemperque in propoſito, ſuſceptoque conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quàm tyranni vultus aſpiciendus erat. 1. Offic. 158. Vt hæc authoritate tua roborarentur. Ep. 187. b

Rodo.

More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis ideireo vellicant. pro Cor. Balbo, 47. a. Quod clypeos Lanuuij mures roſiſſent. de D. 120. b

Rodens.

Quaſi vero quicquam interſit mures diem & noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. 2. de Diu. 87. a

Rogo.

Ridesne rogo, inquis? 8. fam. 4. in ep. Cælij. Te oro atque rogo, vt eū & in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues. ad Seruil. lib. 13. 67. 3. a. Mi Plance, rogo te atque etiam oro, ſic mediusfidius, vt, &c. Att. 163. b. Rogo te, & quidem valde rogo. ad Brut. 15. in ep. Bruti. Meo iure te hoc beneficium rogo. 14. Att. 23. Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio rogare non poſſim. ad Quint. fr. 1. 2. 19. a. Duo quę rogo te nominatim. 13. fam. 49. Rogo te vehementer etiam atque etiam. 12. Att. 45. Rogas me de hoc faciendo. 3. ad Quint. frat. 29. Quod me de faciendis verſibus rogas, incredibile eſt, &c. Q. fr. 325. b. Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. Tuſc. 140. b. de Fin. 144. b. Quod quoniam me ſępius rogas, &c. Or. 197. b. Rogat & orat, &c. Ver. 91. b. Iſte petit a rege, & cum pluribus verbis rogat vti, &c. Verr. 214. b. Rogaui peruenissentne Agrigentum. dixit perueniſſe, quemadmodum reuertiſſent. 6. Verr. 13. a. Ego ad illū belli ciuilis cauſam attuli: ego leges pernicioſas rogaui. 2. Phil. 80. Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit. Q. fr. 306. Poſt. 208. b. 5. Phil. 166. Nos hic in mare ſuperum, & interum ſeſtertium ter & quadragies rogauimus? pro Fl. 152. b Nihil addidi, niſi quod Publicani me rogarunt. Ep. 37. b. Sed huius exemplum aliunde rogabo, tibique oſtendam. ad Heren. 25. b. Taurum de aqua per fundum eius ducenda rogabo. ad Q. fr. 3. 17. 8. a. Ac te illud primum rogabo, nequid, &c. Memm. li. 13. 1. 3. a. Rogabis leges quæ nunquam abrogentur. 2. de Leg. 12 Ne te rogē pluribus verbis, verecūdia impedior. 13. fa. 5. Roges me quid aut qualis ſit deus. de Na. d. 1. 42. Cæſar volet, vt Coſſ. roget Prętor, vel dictatorē dicat. At. 158. b. Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati. de Am. 38. Tū reſpōdeto ad eā, q̄ de teipſo rogaro. in Vat. 8. a. Si te rogauero, nōne rñdebis? Tuſ. 151. b. Profecto hinc natū eſt, Malo emere, q̄ rogare. 6. Ver. 11. a Rogare Cōſules. Diu. 1. 32. Conſulatū, & petere. 2. Phil. 84. Hic illæ flentes rogare atq; orare cęperūt, vt, &c. 5. Ver. 57. a. Rogare magiſtratus. 9. At. 61. Eſtne aut ſui pudoris, aut noſtri, primū rogare de die, deinde, &c. ad Gal. li. 7. 24. 2. a. Rogare prouinciā alicui. pro Seſt. 45. & orare, ne illos ſupplices aſpernarer, &c. 1. Ver. 2. a. Quū lex abrogatur, illud ipſum rogatur, qūo eā abrogari oporteat. Att. 50. b. Et ſi quæ forte a me hodie rogabūtur, quę nō ſint in noſtra Rep. nec fuerint, tñ erant, fere in more maiorū, qui tū vt lex valebat. 2. de Leg. 39. a. Demoſthenes cū rogaretur, quid in dicendo eſſet primū, rñdit, &c. de Or. 172. b. Rogari contra officium. de Pet. 30. Quod maius imperiū a minore rogari nō ſit ius. 9. At. 33. Si quid ius nō eſſet rogari, eius ea lege nihilū rogatū. p Cęc. 303. b. Nā q͏ te vereri ſcribis, ne illi obſint, eiq; rei mederi, ne rogarē qdē ſe paſſus eſt de illo, &c. Att. 11. 228. 2. a. Nos hi ſumus, de quorū ſalute vnus homo rogādus videatur. At. 286. b. Itaq; pręclarū a maiorib⁹ morē accepimus rogandi iudicis, ſi eū teneremus, &c. 3. Off. 58. a. Quę poſteaquā iſte oīa abſtulit, alia rogādo, alia poſcēdo, alia ſumendo, &c. 4. Ver. 59. a. Rogādo deprecatoris ſuſceptura officia atq; partes. 3. fa. 35. Aut rogādi ſunt ornandiq; vt, &c. Tuſ. 226. b. Quo tpe et ſi pretorio eſſent rogandi, tñ ab iis impetraretur. 7. Verr. 48. a Rogandarū legū formula. 1. Phi. 19. Comitia cōſulibus rogādis habuit. 1. de Diu. 62. a. Cū ſero porasa, ſnias ſe rogaturū negauit neq̄ onus ſimulatis nobis iponeret. ad Q. fr. li. 2. 5. 1. a. Mittit

R O G

rogatū vaſa ea q̄ pulcherrima apud illū viderat, &c. 6. Ver. 55. a

Rogaſsint.

Quod tribuni plebem R. ratum eſto. de L. 185. b

Rogans.

Cæſar dixit ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum. Ep. 49. b

Rogatus.

Rogatus eſt a me, nō modo inuitatus. 12. fam. 39. in ep. C. Trebonij. Quod ipſe in ꝓuincia facere ſum ſolitus nō rogatus, &c. 12. fa. 47. Ille ab Sardis rogatus ad cām acceſſerat. in Verr. 64. b Idibus Maiis in Senatū cōuenimus, rogatus ego ſniam, multa dixi de ſumma Reip. At. 1. 11. 15. a Rogatus, liberaliter reſpondiſſes. 13. fa. 34. Tametſi rogatus ad Cymbea, teneris memoria qd rñderit. Ver. 203. b. Hęc lex iure rogata eſt. p Do. 123. b. Illo die mihi pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt. pro Seſt. 15. b. Et valde ac diligēter rogatum. de Pet. 18. Primū igitur ſcito, primū me non eſſe rogatum ſniam, propoſitumq; eſſe nobis pacificatorem Allobrogum. Att. 1. 8. 3. 2. Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. in C 103. b

Rogatus.

Et ego eius rogatu rogo. Att. 5. b. Rogatu eorū qui bene meriti ſunt. 7. fam. 4. Rogatu illius. 14. At. 1. Ad eū ipſius rogatu acceſſituq; venerā. de Nat. 2. 12. Nā quū ferijs Latinis ad eū ipſius rogatu benignitate, aut ambitione inductus periſſet. 4. Verr. 68. a. Rogatu meo feciſti. 3. de Leg. 15. impetrauit Aeil. lib. 13. 37. 1. a. Vt prodeſſem multis tuo rogatu. de Am. 3

Rogatum.

Is nunquam mihi ad rogatum reſpondet, & accuſatori plus quam ad rogatum reſpondet. pro Flac. 7. a

Rogatio.

Rogatio eſt huic finitima percontatio. 3. de Or. 113. a. Si retulit falſum S. C. tū eſt rogatio: ſi non retulit, nulla eſt. pro D. 223. b Promulgatur ab eodē rogatio de mea pernicie. pro Seſt. 19. 2. 3 Ar. 3. Rogatio quę de Pompeio a Gellio lata eſt. pro C. B. 61. b Rogatio Trib. pleb. tria capita habuit. 3. Att. 38. Diſſuaſio rogationis eius quę cōtra coloniā Narbonenſem ferebatur. pro Cl. 47. b. Quaſi rogationi meæ diffidens. 15. fam. 24 Tribuni extemplo pulſi, cū rogationi intercedere vellent. de Or. 126. b. Rogationi alicuius reſpōdere. 6. fam. 30. Vt Conſules populū conuocarentur ad rogationē accipiendā. 1. At. 32. T. Libo Tribunus pl. rogationem in Galbam priuilegij ſimilē tulit. Brut. 45. Sylla illā rogationē de ſe ferri non vult. pro Syl. 49. Sed in ſuſpicor per vim rogationē Caninium perlaturū. ad Qu. fr. lib. 2. 5. Et ea dē imbecillitate & inconſtantia L. Tubulum fuiſſe, qua illum cuius in condemnatus eſt rogatione P. Scæuolam. 4. de Fin. 125. a Alicuius rogationē aliquem diligere. 3. ad Q. fr. 8. Rogationes ambitioſæ vel neceſſariæ. 6. fam. 40. Tribunitius illi rogationibus ſunt reſtituti. Poſtq. 200. b

Rogatiuncula.

Chryſippus quadam rogatiuncula delectatus, &c. de Fin. lib. 1. 30. Te meam domum conſecraſſe, &c. eaque te ex vna rogatiuncula feciſſe. pro Do. ſua, 41. a

Rogator.

Qui rogator centuriæ fuiſſet. Diu. 2. 59. Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. 16. Att. 46. Aruſpices reſponderunt non iuſtum fuiſſe comitiorem rogatorem. de Na. d. 2. 8. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negauerūt iuſtum comitiorem rogatorem fuiſſe. 1. de Diu. 62. a. poſt red. in Sen. 25. Quando tot rogatores, &c. Poſtq. 210. b. Vos rogatores, vos diribitores, vos cuſtodes fuiſtis tabularum. in Piſ. 87. b Primus rogatorum ibidem eſt mortuus. de Nat. d. 1. 8. hoc eſt, eorum, qui petebant conſulatum.

Rogus.

Eū exiſtimatio bona vſq; ad rogū proſequatur. pro Quin. 66. a. Rogū buſtumve nouū ꝓpius lx. pedes, ędes alienas adici inuito dño lex vetat, q̄ incendiū acerbū vereatur. 2. de Leg. 57. Nā ſi beatus vnquā fuiſſet, beatā vitā vſq; ad illū a Cyro extructū rogū ꝓtuliſſet. 3. de Fin. 115. a. Hoc plus, inquit, Ne facito rogum. aſcia ne polito. 2. de L. 54. Verba att. tab. Calanus Indus, cū aſcenderet in rogū ardentē, inquit, &c. 1. de Diu. 86. a. Metellū multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt. Tuſ. 1. 69. & 58. Dionyſius in tympanidis rogum illatus eſt. 3. de Nat. d. 63.

Ros.

-quæ pruos Mauortis ſemine natos
Uberibus grauidis vitali rore rigabat. 1. de Diu. 38. a. Cum primum gelidos rores aurora remittit, &c. Diu. 1. 13.

Rorans.

Pocula vt I Sympoſio Xenophōtis minuta atq; rorātia.de S.43.a

Roſa.

Puluinus perlucidus,melitenſi roſa farctur.7.Ver.22.a. An tu me in viola putas,aut in roſa dicere? Tuſ.241.b.Clamat virtus beatiorem fuiſſe, quàm potantē in Roſa Thorium. de Fin. 2. 54.Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores,& ſertis redimiri iubebis & roſa.3.Tuſc.37

Roſtrum.

Roſtrū canis.in An.388.b.in camelis.de Na.d.50.b.Vt.n.hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus ęqualiter i duas ptes latera hæc alluit.2.de Le.5.Sus roſtro ſi humi A literā impreſſerit,num propterea,&c.de Diu.47.a.Ibes aues excelſæ,rigidis cruribus, corneo proceroq; roſtro.de Nat. d. 1.72.Roſtrorum aduncitate cibū aperiunt quædā animalia.2.de Nat.d.91. Cibū terreſtrem roſtris facile contingere.2.de Nat.d.181. a

Roſtra.

Roſtra aduolare.1.At.31.Cōſcripſerunt cōiter edictū cū pœna atq; indicio,cōſtituuntq;,vt oēs ſimul in Roſtra poſt meridiē deſcenderēt.3.Off.105.Quū Vectius peroraſſet, deſcendiſſetq; de Roſtris.in Vat.20.a.Sēper in Roſtris Curiā, in Senatu populū defendi.in Piſ.80.b.In Roſtris poſita ſtatua Cęſaris.12 fam.6.Lepido ſtatuam in Roſtris ſtatuimus.Bruto,15.;13.a

Roſtratus.

Lex eſt apud Rhodios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur.2. de Inu. 194.a

Rota.

In eo ēt putatur dicere,in rotā(id eſt,genus quoddā tormēti apud Gręcos)beatā vitā nō aſcēdere.5.Tuſ.37.a.id eſt, ī crucē. In quo ne tum quidē fortunæ rotam pertimeſcebat.in Piſ.16.a

Rotundus.

Thucydides aūt præfactior,nec ſatis, vt ita dicā, rotundus. in Or.23.a.Rotundus ambitus.de Vn.34.a.Volubilis & rotundus deus 2.de Nat.d.65.a.Verborū apta & quaſi rotunda cōſtructio.de Cl.Or.148.a.Rotunda & ſphærica figura,ſola oēs alias complectitur.de Nat.d.2.34. Forma rotūda vllā negat eſſe pulchriorē Plato.de Nat.d.61.b. Quadratum & rotundum. 2. de Fin.63.a.Rotundum cęlū.3.de Or.98.a.Globoſæ & rotūdæ ſtellę.de Som.Scip.11.a.Rotūdo iſti deo q̄ vita tribuitur?de Na.d. 1.18.Rotundo ambitu extremitatē cęli a ſuprema regione circumiecit.de Vn.33.Medius mundi locus, qui eſt idē infimus in rotundo.Tuſ.a42.b.Sunt.n.rotunda,quibus formis minime noceri pōt.2.de Nat.d.88.Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globoſus eſt fabricatus,quod σφαιροειδὲς Græci vocant,cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur, idque ita tornauit, vt nihil effici poſſit rotundius. de Vniu. 23

Rotundo.

Quamque ſimilem vniuerſi naturæ efficere vellet,ad volubilitatem rotundauit.de Vniu.44. a

Rotunde.

Iſta ipſa quæ tu breuiter Regem,dictatorem,diuitem, ſolū eſſe ſapientem,a te quidem apte ac rotunde,&c.4.de Fin. 22. a

Rubeo.

Rubeo,mihi crede:ſed iam ſcripſeram,delere nolui.15.Att. 21. Hære homo,auerſari,ruber.4. Verr. 136. a

Rubeum.

Hunc dico rubrum, breuem,incuruum,canum,ſubſcriſpum, cęſium.ad Her.39.b. Accepit hic Rubrum pro ruſſu,vel ruffo, Si ea genera beluarum,quæ in rubro mari, Indiave gignantur, nulla eſſe dicamus?1.Nat.d. 68

Rubor.

Ille fuſus & cādore mixtus rubor.de Nat.d.16.b. & ad Her. 27.b.Ex quo fit vt pudorem rubor conſequatur.4. Tuſc. 40. a Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. Or.204.b.Præſtet ingenuitatem & ruborem ſuum,verborū turpitudine,& rerū obſcęnitate vitanda.2.de Or.134.Rubore exhauſto.4.ad Heren.156.Rubores eijcere.4. ad Heren. 155

Rubrica.

Rubrica delibutus.ad Heren.23. b

Ructus.

Stoici crepitus aiunt æque liberos ac ructus eſſe oportere. Pæto,9.22.16.a

Ructo.

Cui ructare turpe eſſet,is vomuit. 2.Phil. 74.a. Quem ego ructantem & nauſeantem conieci in Cęſaris Octauiani plagas. ad Corn.12.25.9.a. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues.5.Tuſc. 140. a

Rudens, vide Rudo.

Rudis, virga impolita,

Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? 2. Phil.8 a. Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cęſaris ad rudem compuliſſet.ad Oct.48

Rudis, adiectiuum.

Has orationes ego ſcripſi rudis & ferus.pro Plan.273.b. Hebes ac rudis Epic.2.de Diu.154.a.Forma ingenij admodum impolita & plane rudis.de Cl.Or.167.a. Rudis & indocta oratio. de Or.160. b.Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atq; hoſpes eſſe dēt.1.de Or.110.a.Villa aperta ac ne rudis quidem etiā nunc.Q.fr.313.b.Rudis eſſe videbar in cā.4.fam. 1.C. Carbo ignarus legū,hęſitans,rudis in iure ciuili. 1.de Or. 21.a Quid eſſe pōt in otio aut iucundius aut magis propriū humanitatis q̄ ſermo facetus ac nulla in re rudis? 1.de Or.17.a. Ignauus & rudis in Reip.in Ant.208.b.& pro Marc.134.b.C.Marius nō rudis exēplorū.pro C.B.37.Rudis Gręcarū literarū.Off. 1.3 Tametſi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro.4.Ver.12. Rudis rei militaris.Acad.q.ed.1.lib.2.2.rerum omniū.Tuſc. 1.47. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilij aut ingenij?&c.pro Seſt.13. b. Rudem me diſcipulum & integrum accipe.3.de Nat.d. 5. Rudem eſſe omnino in noſtris poetis aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt,aut faſtidij delicatiſſimi.lib.1. de Fin. 4. Aliud eſt enim eſſe artificem cuiuſdam generis atque artis, aliud in cōi vita & vulgari hominū conſuetudine, nec hebetē, nec rudem. 1.de Or.129.a.In minoribus nauigiis rudem eſſe ſe confiteri.de Or.99.b.Genus hominū rude,hebes & impolitū.2 de Or.73.a.Rudes & indocti.Acad.q.ed.1.lib.2.9.Rudes exercitus.ad Brut. 21. Quum in theatro homines imperiti, rerum omnium rudes, ignarique conſederant. pro Flac. 12.a. Nos qui rudes harum rerum ſumus. in Verr.126. b. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt.de Or.85. b

Rudimentum.

Qui ne incipiens quidem peccare,minimis rebus poſuit rudimentum.in Sal. 1. a. An vlla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis? in Sal. a

Rudo.

Rudere eſt aſinorum.ad Her.33. b

Rudens, ſubſtantiuum.

Non enim illa quæ futura ſunt, ſubito exiſtunt,ſed eſt quaſi rudētis explicatio. 1.de Diu.206.a.Hic tibi ſtrepitus,fremitus, clamor, tonitruum & rudentum ſibilus.8.fam.4.Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori,quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet. Non ſane optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Tuſc.57.a

Rudius.

Rudiū hoſtem maiores noſtri in ciuitatē receperūt. p Arc.17

Ruga.

Non cani, nō rugæ repente authoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas, &c. de Sen. 58.a. Hic vos rugis ſuperciliſque decepit. poſt redi.in Sena. 13

Ruina, vide Ruo.

Ruminatio.

Quanto magis vidi ex tuis literis,quàm ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Pub.&c.2. ad Att. 30

Rumor.

Sinite hoc loco Quirites,&c.præterite me noſtram calamitatem.quæ tāta fuit,vt eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius,ſed ex ſermone rumor afferret.pro Manil.17.a.Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat.ad Lent.1.8.14.a.Rumor extinguetur.15.Att.3.Perferret multa etiā ipſe rumor.Cæl.2.7.3. a Rumor eſt non firmus,ortus ea illius literis.11.At.52.Rumor de te prolatus.10.ad At.26.in ep.Ant.raucus factus. 9. fam. 4. Triſtis.ad Caſſium,lib.15.17.4.a.dictatoris iniucundus bonis. Q.fr.327.b.Multitudinis.2.de Fin.80.a.Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat. 16.Att. 12. Nihil rumoris affluxit ex iſtis locis.3.ad Quin.fr.20. Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. pro Mur. 2. Inanem rumorem aucupari. in P. 91. b. Vt rumorem bonum colligant, & bene audiant, innocentes ſunt, & verecundi. 1. Leg. 38. Audimus hæc ſine capite, ſine authore,rumore nuntio.12.famil. 15. 16.

Rumores non belli, ſed ſuſurrationes duntaxat. fam. 2. in epiſt. Cæli. Rumores conſtantes, ſed adhuc ſine autore. 12. fam. 14. illi caluerunt. 8. fam. 2. in ep. Cæl. Graues rumores ſparſi ſunt. p Deiot. 148. b. Multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolũ legum ac iudiciorũ, ſed ẽt rumorum ac temporũ. 5. Ver. 81. a. Contra rumores loci cões. 2 ad Her. 43. Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine autho ſe. ad Caſ. 12. 9. 2. a At miſit qui rumores Africanos exciperẽt, & celeriter ad ſe referrent. pro Deiot. 17. a. Rumoribus nõ credendum. 2. ad Her. 35. Rumoribus, inquit, mecũ pugnas Balbe, ego aũt a te rõnes requiro. 3. de Nat. d. 9. Diſſipatis rumoribus improbiſſimis. 14. Phil. 391. a. Rumoribus falſis ad te delata. 10. fam. 80. in epiſt. Lepid.

Rumuſculus.

Quas quidem ego multo magis vereor, quàm eorum hominum qui hodie viuunt, rumuſculos. 2. Att. 16. Ea a nobili homine lata L. Caſſio, ſed (pace familiæ dixerim) diſſidente a bonis, atque omni rumuſculos populares ratione aucupante. 3. de Leg. 51. a. Tum etiam illi quinque qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati, &c. pro Clu. 84. a

Rumpo.

Quid ſi aufugiſſet, ſi vincula rupiſſet? 7. Ver. 63. a. Nec tamẽ illa vincula carceris ruperit. Tuſc. 161. Cęſar adiungit grauẽ pęnã municipibus, ſi quis eorũ vincula ruperit. in C. 119. b. Fœdera negligere, violare, rumpere. pro C. Bal. 9. a. Teſtamentum rumpere. 1. de Or. 124. a. Vt his malis Reip. licentiaq; audaciũ, qua quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem. 3. ad Q. fr. 36. Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata, rumpantur. in Vatinium, 7. a. Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. 1. de Or. 131. a. Inflatas rumpi veſiculas. de D. 115. b

Ruptus.

Teſtamentũ ruptũ & ratũ. 1. de Or. 84. a. contraria. Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentũ nõ eſſe ruptũ, iudica. pro Cęc. 53. a

Rumuſculus, vide Rumor, Ruo.

Quidam in mala ſcientes ruunt. de Fin. 5. 25. Alterum ſi ſequare, multa ruunt. Ac. q. ed. 1. 2. 130. Ego bonos viros ſequar, etiam ſi ruent. Att. 106. b. Tantumq; apud me grati animi fide lia memoria valuit, vt nulla non modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem prudens & ſciens tanquã ad interitum ruerẽ voluntarium. pro Mar. 8. a. Ne ruamus in reliquis. 10. Att. 41. id eſt, ne agamus quicquã præcipiti conſilio. Id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur. 1. de Fin. 27. Ipſe me Cæſar ad pacem hortatur: ſed antiquiores literæ, q̃ ruere cępit. 7. Att. 61. Si hoc non eſt emptorem pati ruere. & per errorem alterũ inducere. 3. Off. 71. a. Ruere illum nuntiant, & iam iamq; adeſſe. 7. Att. 59. Ruere illam non poſſunt, vt hæc non eodem labefacta motu concidant. pro Leg. Man. 22. a. In agendo ruere, & ſæpe peccare. pro Domo ſua, 109. a. in dicendo de Finib. 2. 15. Cum has actiones ἀνατεϑῆναι videbit, ruere incipiat. 2. Att. 33. id eſt, iracunde furere.

Ruina.

Non fuit illud iudicium, &c. ſed vis, vt ſæpe dixi, ruina atque tempeſtas. pro Clu. 37. b. Magna ruina impendet. Att. 11. 230. 3. a. Ruinæ periculum ſtruas. 6. fam. 27. in ep. A. Cæc. Sed hoc cõe vitium illæ Epicuri propriæ ruinæ. 1. de Fin. 14. Extra ruinam eſſe. 11. Att. 69. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit, ea ruina oppreſſus Scopas cum ſuis interiit. de Or. 141. b. & de Diu. 112. b. Dij habitantes tanquam inter duos locos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. de Diu. 116. b Ruinas mitas edet, ſi inuaſerit in hæc quæ ſatis ſcite nobis inſtructa & cõpoſita videntur. 1. de Leg. 29. Accepi literas & paulũ reſpiraui, quod poſt has ruinas mihi non acciderat. 10. At. 1 Prætermitto ruinas fortunarũ tuarũ. 1. in Cat. 10. 2. Vtinã quidẽ id dicerent, iam ruinas videres. de Fin. 144. b. Ruinis & emiſſitiis, quas ſe proieciſſe in forũ dixit C. Gracchus, oẽm Reip. ſtatum permutauit. 3. de Le. 20

Ruinoſus.

Aedes male materiatæ ruinoſæ. 3. Off. 70

Rurſus & Rurſum.

Rem laudando augere: Vituperando rurſus affligere Cl. 168. b. Rurſus autem, &c. denique, &c. Att. 117. b. Quo loco ſi tibi ſumus, &c. facis vt rurſus plebs in Auentinum reuocanda videatur. pro Mur. 13. a. Neque rurſum eam totam, ſicut plerique faciunt, repudiaui. Tuſc. 158. b

Rus.

Habet animi relaxandi cã rus amœnum & ſuburbanum. pro Roſ. Am. 70. a. Rus ex vrbe, tãquã ex vinculis euolare. 2. de Or. 13. a. Forte euenit vt ruri in Puuernati eſſemus. pro Clu. 47. b Atticam ruere eſſe arbitror. At. 220. b. Pater filiũ ab hoĩnibus relegauit, & ruri habitare iuſſit. 3. Of. 152. a. Rure iã redieram, q̃ris an ego, cũ oẽs caleãt, ignauiter aliq̃d faciã. At. 241. b. Quũ Tull. rure redierit, mittã eũ ad te. Ep. 5. 20. 29. a. Et ob eã cãm vrbe relicta, rura peragrãtes, ſępe ſoli ſumus. Of. 52. b. Nec tam multa & raro vident, eum in ſua rura venerint. Tuſc. 248. b

Ruſticus.

Vacienus homo ruſticus. de Fin. 80. Nat. 62. b. Homo imperitus morum, agricola & ruſticus. pro S. R. 42. b. Ruſticus Romanus factus es. 16. fam. 30. ex ep. Cic. filij. Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica, ſane bene culta & fructuoſa. pro Q. 7. a. Ruſtica vita a cupiditate longe diſiuncta, & cũ officio coniuncta. pro Roſ. Am. 23. Vita ruſtica honeſtiſſima atq; ſuauiſſima. pro S. R. 26. b Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. pro Roſ. Am. 45. a. Ruſtica vox & agreſtis, & Ruſtica aſperitas. de Ora. 146. b. Cuidam ruſtico Romano dormienti viſus eſt venire qui diceret, præſulutorem ſibi nõ placuiſſe ludis, idq; ab eodem iuſſum eſſe eum Senatuĩ nuntiare: illum non auſum. Iterum eſſe idem iuſſum & monitum, ne vim ſuã experiri vellet: ne tum quidẽ eſſe auſum. Exin filium eius eſſe mortuum: Eandem in ſomnijs admonitionem fuiſſe tertiam. Tum illum etiam debilem factum, rem ad amicos detuliſſe, quorum de ſententia lecticula in curiam eſſe delatum: cumq; Senatui ſomnium enarrauiſſet, pedibus ſuis ſaluum reuertiſſe. de Diu. 1. 51. Homines ruſtici & agreſtes. in A. 129. b. Mores ruſtici. pro Roſc. Am. 45. a. Sunt municipales ruſticiq; Romani. pro Seſt. 23. b. Ruſtici homines, ſed fortiſſimi viri. 11. fam. 12. Ruſticos Stoicos regetam. 15. ſam 48. in ep. Caſ. Cui noſtrum non licet fundos noſtros obire, aut res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere? Or. 1. 129. Sermo non modo vrbanorum, ſed ẽt ruſticorũ. Or. 45. a. Nicander Colophonius poeta, de rebus ruſticis ſcripſit. de Or. 90. b. In ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaq; vita eiuſmodi maleficia non gignuntur. Or. 204. b

Ruſtice.

Vt ille quẽ dixi, non vaſte, nõ ruſtice, nõ hiulcule, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter. 3. Or. 26 a. Cogitanti enim mihi nihil tã videntur potuiſſe facere ruſtice. 12. At. 46. Vrgent ſane ruſtice, negant enim poſſe, & in eo perſtant. 3. Off. 51. a

Ruſticulus.

Senſit ruſticulus non incautus, &c. ſuum ſanguinem quæri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani. pro Seſ. 70. a

Ruſticanus.

Ruſticanus hõ. 7. Ver. 28. a. q dã, &c. Or. 105. b. C Mariꝰ ruſticanus vir, ſed plane vir. Tuſ. 186. b. Ruſticana pſimonia. p Q. 62. a Tũne hęc attẽta & ruſticana vita, relegatio appellabitꝰ p Roſ. Am. 25. a. Et illud qđ loquitur, priſcũ viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum. 3. de Or. 24. a. Homines ruſticani ex municipijs. 3. Verr. 90. a. Ruſticana municipia. pro Roſc. Ame. 24

Ruſtico.

Vt dum conſiſto in Tuſ. ſciã quid garriat: ſin ruſticatur, quid ſcribat ad te. Att. lib. 12. 232. 1. a. Pernoctãt nobiſcũ, pegrinanẽ, ruſticanẽ. p Arc. 82. a. Lęlius ſemp fere cũ Scipione ſolitꝰ erat ruſticari. 2. de Or. 13. a. Liceat mõ ruſticari. ad Tir. 16. 23. 2. a

Ruſticatio.

Neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationeſque communes. de Amic. 85

Ruſſus.

Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus ruſſis, cantu plauſuque premunt alas. de Diu. 120. b

Ruta, rutorum.

Aut quum ex lege prædii quæritur, quæ ſunt ruta cęſa, non ſcripti genus, ſed verbi interpretatio controuerſiam parit. in Part. 59. a. Fecique quod ſæpe liberales venditores ſolent, ut quum ædes fundumue vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquod emptori, quod ornandi cauſa apte & ſuo loco poſitum eſſe uideatur. in Top. 53. Sed diceres te, quum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolum tibi paternum recepiſſe. 2. de Or. 125

Ruta.

Ad cuius priuilegio mihi tui ſermonis utendũ eſt. 16. fa. 23

Rutilus.

Rutilus horibiliſque Mars. de Som. 15. de Sydere. Rutilum lumen. in Ar. b

S Litera cum C, ſignificat Senatus cõſultum, vel Senatus conſulta. Hanc veteres in fine dictionis elidebant ſubſequente conſonante: vt Qui eſt omnibus princeps: non, omnibus princeps.& Vita illa dignus locoq; : non, dignus loco, in Orat. 91. Item Toru' draco ſerpit, &c. de Nat. 47.b. Magnu' leo tremulam quati ens e corpore flammam, Multi modis, vas' argenteis, palm' & crinibus tecti fractis. Orat. a t 1.b

Saccus.

Quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccós imperaret, neque ea ſumeret: pro his rebus pecuniam exigeret. 3. Verr. 67. a

Sacer.

Locus ſacer & profanus. 1. de Inu. 55. a. contraria. Aedes ſacra. Brut. t3. 12. a. a. Sacra idæa magnæ matris. Cat. 4 t. Qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putatur. 3. Verr. 33. a. Sacrum ſaxum. pro Domo ſua, 105. Signa ſacra & religioſa. 3. de Leg. 45. a. Sartatecta ædium ſacrarum locorumqoe communium tueri Epiſt. 208. b. Arrogans eſt de religione, de rebus diuinis, ceremoniiſque ſacris pontifices docere conari. in Verr. 200. b. pro Dom. ſua; 219. b. Qui cum omnium ſacris delubriſque bella geſſerunt. pro Font. 284.

Sacrum, ſubſtantiuum.

Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto. 2. de Leg. 24. Sacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, impie commiſſum eſt, quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto. 2. de Leg. 24. Sed cũ illam quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret, ex Græcia deligerent, tamen, &c. pro Cor. 66. b. Sacro Græco mulieres Cereri initianto. a. de Leg. 18. Anniuerſaria ſacra. Att. t. 58. Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſacerdotes. pro Cor. b. Sacra cum pecunia pontificum auctoritate nullæ lege cõiuncta ſunt. 2. de Leg. 49. Sacra priuata, ſacra gentilitia. de Leg. t 74. b. Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacrificijs profuerunt. pro Dom. 233. b. Sacra priuata perpetua manento. 2. de Leg. 24. Nec vlla viriorum ſacra ſolennia obeunto. 2. de Leg. 26 Quid ſacra Clodiæ gentis intereunt? pro Domo ſua, 220. b. Sacrorum hæreditas. pro D. ſua, 28. Ne ſacrorum memoria morte patrisfamilias occideret, iura pontificum autoritate conſecuta ſunt, vt ijs eſſent ea adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia venerit. de Leg. 46. Quod per populum creari fas non erat propter religionem ſacrorum, & cont. Rull. 69. b. Nequid de ſacrorum religione mutetur. pro Domo ſua, 29. a. Itaque Populus Rom. breui tempore neque regem ſacrorum, neque flamines, neque ſalios habebit. pro Domo ſua, 30. Sacra committere. 1. Att. 57. Dionyſius qoartus, cui ſacra Orphica putantur confici. de Nat. d. 71. b. Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione confici ceremoniaque voluerunt. pro Corn. Balb. 66. b. & 13. familiarium, 23. Itaque nequis meorum imprudens introſpicere tuam domũ poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum. de Aru. reſp. 30. a. In ſacra & in auſpicia diuiſa omnis religio pop. Romani. 3. de Nat. d. 3. Nec amiſſis ſacris paternis in hæc adoptina veniſti. pro D. ſua, 220. b. De ſacris autem (qui locus patet latius) hæc ſit vna ſententia, vt conſeruentur, & deinceps familiariis prodantur: & (vt in lege poſui) perpetua ſint ſacra. a. de Leg. 46. Sacris patrisfamil. mortui aſtringitur qui morte, teſtamentove eius tantundem capiat, quãtum omnes hæredes. Deinde, ſi nemo ſit heres, qui de bonis, quæ eius fuerint, cum moreretur, acceperit plurimum poſſidendo. Si nemo ſit qui vllam rem ceperit, de creditoribus eius qoi plurimum ſeruet. Extrema illa perſona eſt, vt is, qui ei, qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminique eam ſoluerit, perinde habeatur, quaſi eam pecuniam ceperit. 2. de Leg. 46, & 47. Memmius Luculli vxorem ſuis ſacris initiauit. 1. ad Att. 58

Sacellum.

Sacellum quod in domo eſt. 8. fam. 38. in epiſt. Cælij. Quum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, caiſſe in quoddam ſacellum omnis capiendi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat. t. de Diu. 167. a. Sunt enim loca publica vrbis, ſuni ſacella, quæ poſt reſtitutam Trebunitiam poteſtatem nemo attigit: &c. 2. de Leg. Agr. 46. b

Sacro.

Quod patriæ vocis ſtudiis, nobiſque ſacraſti. 1. de Diu. 45. a

S

Sacrandi auri, argenti, eboris modus eſto. 2. de Leg. 24. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis aut pœnæ. pro Cor. Bal. 15

Secratus.

Verant leges ſacratæ, &c. leges priuatis hominibus irrogari. pro Dom. 34. a. Hanc tetram immanemq; belluam, vinctam auſpicijs, alligatam more maiorum, conſtrictam legum ſacratarum tenis ſoluit ſubito legum Conſ. pro Seſt. 12.

Sacrarium.

Ante ipſum ſacrarium Bonæ deæ. pro Mil. 118. b. Sacrarium Cereris eſt apud Catinẽſes, eadẽ religione qua Romę, qua in cęteris locis. 6. Ver. 88. a. Erat apud Heium ſacrariũ cũ magna dignitate in ædibus a maioribus traditum perantiquũ. 6. Ver. 3. a Aquila illa argentea, cui etiam Catilina ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat. 2. in Cat. 34. a. Sacrarij religio. in Verr. 200. b Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum vtor, & patrono eius M. Aemylio familiariſſime. 13. fam. 5

Sacramentum.

Quinetiam ſi decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtũ iudicaſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe voluerunt. pro D. 61. Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari, q; Aretinis adempta ciuitas eſſet, &c. pro Cæc. 70. a. Pugna ſi me amas, niſi arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe Volumnio. Ep. lib. 7. 33. 5. a. Agerent enim tecum lege Pythagorei, quibus cum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. t. de Orat. 22. Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento, quia priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poſſet. Offic. 1. 55. Iniuſtis iudicijs & ſacramentis fundos alienos petere. pro Mil. 55

Sacroſanctus.

Quid fuit in rogatione ea quæ de Põpeio a Gellio, & a Lentulo c o s. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur? pro Cor. Bal. 25. a. Sacroſanctum fœdus. pro Cor. 25. Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi qnod per populum, plebemve ſancitũ eſt. pro Co. Bal. 28. a. Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? in 2. Cat. 38. a

Sacrificatio.

Itaque in ea dea, quòd eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificio extrema eſt. 2. de Nat. d. 98. a

Sacrificium.

Sacrificium, qnod fit incredibili ceremonia a Pop. Roma. de Aruſp. 252. b. Sacrificium ſolenne & ſtatutum. Tuſ. 1. 102. & de Nat. d. 4. b. Certus dies non vt ſacrificij, ſic conſilij expectari ſolet. in An. t 83. b. Sacrificij genus, quod Lare veruecibus fiat. 2. de Leg. 51. Præbere hoſtias ad ſacrifirium. de Inu. 64. b. Quum M. Pompilius ſacrificium publicum cum læna faceret, q; erat flamen Carmentalis, &c. de Cl. Or. 27. a. Vt illud ludorum epulare ſacrificium facerent. de Aruſp. reſp. 149. b. In eoq; ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos pontifices ad aram in velabro ſacrificium facere ſoletis. ad Brut. 15. 1t. a. Cum ſacrificium pro populo fieret. Att. 7. b. De illo ipſo ſacrificio qđ fit pro ſalute Po. Rom. de Aruſp. reſp. 10. a. Anniuerſaria ſacrificia. 6. Ver. 114. a Sacrificia nocturna mulierum ne ſunto, præter olla, quæ pro populo rite fierent. 2. de Le. 18. Statuta ſacrificia. p Mil. 110. b Is neque ſacrificiis ſolennibus factis, neque votis nuncupatis eſt profectus. in Ant. 199. b

Sacrilegus.

Impurus & ſacrilegus. de Aruſp. 251. b. Manus ſacrilega. 12. Phil. 338. a. Vxor ſacrilega. Sal. in Cic. 270. b. Bellum ſacrilegũ 7. Ver. 148. a. Sacrilego pęna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis. 2. de Leg. 40. Non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionumq; 3. Ver. 5. a. Imago meretricis a fure ſublata, a ſacrilego collocata. p D. 235. b. Sacrilegi Gręci. 5. Verr. 56. a

Sacrilegium.

Nũ ita eſt, ſed abiit in ſodalitiũ ſacrilegii Nigidiani. in Sal. 9. a

Sacerdos.

C. Sacerdos, homo innocens & ſumma prudentia præditus in 5. Ver. 184. In ea prouincia legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute, qua conſtantia vir, L. Flaccus aſſiduitate teſtimonioq; declarat. pro Planc. 22. C. Sacerdos, M. Cæſius, Prætt. 3. in Ver. 92.

Sacerdos aduecta in fanum.Tuſ.173.b.caſtiſſimus.pro D.234.b illa.quæ Græcum illud ſacrum mōſtraret & faceret. pro Cor. 65.b.Popularis ſacerdos.in P.98.b. Sacerdos publicus imprudentiā conſilio expiatam metu liberet audaciā in admittendis ſcelis religionibus damnet, atq; impiam iudicet.2.de Leg.37. Religioſus libertatis ſacerdos.pro Dom.ſua,86.a,Sacerdos ſtuprorum.pro Seſt.31. Sacerdotes tyranni.in Ant.181.b,Virgo ſacerdos Veſtæ.pro Font.284.b, Ne ſacerdotem quidem illi collegio cooptari licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus.3.ſam.42.Cephaledi menſis eſt certus,quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat.4.Ver.89.a, Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſque detraxiſti. de Ar.250.b, Sacerdotes Cereris,atq; illius fani antiſtites, pbatę mulieres.in Ver.223.b Sacerdotes vineta,virgetáque augures anguranto.2.de Leg.17 Sed quum ſacerdotes deorum vacationem habeant,&c. Aca.2. 212.Sacerdotes publici ſacrum commiſſum quod expiari poterit,expianto.2.de Leg.24. Sacerdotes ad eam rem & rationem curſus annuos finiunto.2.de Leg.17. Sacerdotes publice certas fruges,certaſque baccas libanto, certis ſacrificiis ac diebus. 2. de Leg.17. Sacerdotes,quæ cuique diuo decoræ grateque ſint hoſtiæ,prouidento.2.de Leg.17. Sacerdotes alii aliis diuis,omnibus pōtifices,ſingulis flamines ſunto.2.de Leg.17. Præſto mihi ſacerdotes cum infulis & verbenis fuerunt.in Verrin.226.b, Sacerdotes deorum immortalium.pro Do.242.b, Sed quū ſacerdotes deorum vacationem non habeant, quanto eſt æquius habere ipſos deos?4.Academicarum quaſtio.217.2, Sacerdotes plures deorum omnium , ſinguli ſingulis & reſpōdendi iuris & confitendarum religionum facultatem afferunt.2.de Legib.30. Sacerdotum alii ſunt ad placandos deos conſtituti, qui ſacris præſint ſolennibus,ad interpretanda alii prædicta vatum, neq; multorum,ne eſſet infinitum,neque vt ea ipſa quæ ſuſcepta publice eſſent,quiſquam extra collegium noſſet.2.de Rep.31.Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet,condemnatus eſt.de Cl.176.b Sacerdotum deſcriptio nullum iuſtæ religionis genus prætermittit.2.de Leg.31.Sacerdotum genera duo ſunto, vnum quod præſit ceremoniis & ſacris: alterum quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita,cum Senatus populuſq; aſciuerit.2.de Leg.17,& 18.Sacerdotum comitia. ad Bru.31. In iudicio ſacerdotum populi Romani.pro Domo ſua,213.b, Itaque populus Rom.breui tempore neque regem ſacrorum,neq; Flamines, neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos ſacerdotes.p D.220.b,Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes.p Cor.Bal.44.a,A ſacerdotibus publicis ignari diſcūto quo & priuatim,& publice,modo,rituq; fiat.2.de L.17.

Sacerdotium.

* Itaque Iouis illud ſacerdotium ampliſſimum Theomnaſto datur.in Verr.134.b.Amplitudo ſacerdotii. contra Rul.69. b, Ampliſſimi ſacerdotii collegium.ep.42. b, Sacerdotii δικαίῳ veſtire.2.Att.27.Te appello Lentule,cui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula,præcentio,ludi.de Aruſp.reſp.248.b, Metellus Pon. Maximus viginti & duos annos ei ſacerdotio prȩfuit.de Sen.83 b,Cinis,qui in vrbe ſua ſacerdotio ſit ampliſſimo præditus.At. 219.b,de Diui.99.b.in Ant.175.b.de Sen.90. b, In qua & reges augures,& poſtea priuati eodem ſacerdotio præditi Remp. religionum authoritate rexerunt.1.de Diu.148.a, Licinia virgo Veſtalis,ſanctiſſimo ſacerdotio prædita.pro Domo ſua,104.a, Sacerdotium denique cum conſequi poſſem,hoc appetiui.ep.246. b,Cuius nomen exiſſet,is haberet ſacerdotium.10 Verr.134.b, In ſacerdotium venire.pro Domo ſua,30.a, Inire ſacerdotium. pro Domo ſua,104.a,De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim,cognoſces.ep.21.b, Sacerdotia ad Senatorii ordinis homines deferri ſolita.pro Rab.Poſth.11. L.Flaccus,homo in ſacerdotio,ceremoniiſque, quibus præerat, diligentiſſimus. pro Rab.96.b, Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacerdotiis præfuerunt.pro Dom.234.b,Populus per religionem ſacerdotia mandare nō poterat.2.de Lege Agr.32.a,Eligere ampliſſimos viros ad ſacerdotia.pro Dom.213.b,Lex Domitia, & lex Iulia de ſacerdotiis. Att.276.b, Hoc idem in cæteris ſacerdotiis. contra Rul.69.b

Sacratus, Sacrilegus, Sacro, Sacrum, vide Sacer.

Sadala.

Cum iſte a Cn.Dolabella efflagitaſſet, vt ſe ad regem Nicomedem,regemque Sadalam mitteret.3.Ver.42.

Seculum, vide Seculum.

Sæpe.

Sępe & diu ad pedes iacuit ſtratus.pro Q.64.a,Interdum,vel potius nimium S.2.de Fin.68.a,Minus S.ad Her.19.b, S.& multum hoc mecum cogitaui,bonine an mali plus,&c.1.de Inu.1.a Quod etſi S.dictum eſt,dicendum tamen eſt ſępius.3.Offi.90.a, Scis temporibus illis non S.in Senatu fuiſſe. Lent.1.7.8.a. Sub. Pompeium. Etſi hoc& feci S. & ſæpius mihi facturus videor. Att.lib.9.174.1.a, Quod antea tibi S.ſignificaui.ep.6.b,M.Iunius,&c.in hac multum & S.verſatus. pro Q.2.a, Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia.pro Pomp.9.b,Semel ac ſępius.de Inu.64 b,Semel,atque iterum, ac ſæpius. pro Fon.14.a, Iterum & ſæpius te rogo.Culleolo,13.43.4.a, Etſi hoc effeci,ſępe & ſæpius mihi facturus videor.ad Att.139.b

Sæpenumero.

Sum totos dies cum eo, noctiſque S.partem. ad Tir.16.11.7. a,S.mirari ſoleo,&c.de Sen.4.a

Sæuus.

Ventus ſæuus.Att.lib.5.99.1.a, Gens ſæua.2.Tuſ.33.a, Vnde de ſuperſtitioſa primum ſæua euaſit vox fera. de Diuin.172.b, Amore ſæuo ſaucia Medea.pro Cęl.13.a, Vndique venti erumpunt,ſęui exiſtunt turbines.3.de Ora.86.a

Sæuitia.

Quas res ſibi proponet in iſtis tribus generibus orator? c.P. Delectationem in exornatione: in iudicio, aut ſæuitiam, aut clementiam.in Par.7.a,Sed heris ſane adhibenda ſæuitia in famulos,ſi aliter teneri non poſſunt.Offic.37.b, Saſinius Atella. pro Clu.53.

Saga.

Ex quo ſagæ anus,quia multa ſcire volunt.de Diu.114.a,Sagarum ſuperſtitio.de Diu.135.b

Sagax.

Quęſtorem nemo dignum putat: etenim eſt lenis, libidinoſus,ſagax.At.lib.6.114.1.a,Sagax ratio.2.de Finib.75.a,Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum , ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem.Plan.ad Cic.10.23.9.a, Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius.Tuſ.241.b,Mentem acrem,&c.&,vt ita dicam,ſagacem.de Fin.74.b,Cura ſagaci aliquid videre.1.de Diuin.44.a, Homo animal prouidum, ſagax, multiplex.de Leg.160.b, Sagire enim,ſentire acute eſt,ex quo ſagaces dicti canes.de Diuin.84.b,Quem tu videlicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum,& ſuſpicandum ſagaciſſimum, &c.in Catil.14.a

Sagacitas.

Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium . 2. de Nat.d.237.a.& 56.b.& Tuſc.162.b,Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, vt eas per illum ipſum inſpiceres , vbi erant depoſitæ, &c.6.Ver.25.a, Verum admonitus, an tentatus, an(qua eſt iſte ſagacitate in his rebus)ſine duce vllo,&c.3.Verrin.73.a, Sagacitate canum ad vtilitatem noſtram abutimur. lib. 2. de Natura deorum.114.

Sagaciter.

Sagaciter perueſtigare quid ſui ciues cogitent.1.de Or.113 a;Illud pręterea μυστικώτερον,tu ſagacius odorabere.6.Att.115 3.a, Omni mente in ea cogitatione curaque verſor, vt odorer quā ſagaciſſime poſſim,quid ſentiant,&c.1.de Or.100.a

Sagina.

Qui multitudinem illam non authoritate, ſed ſagina tenebat.pro Flac.13.a.De Mith.

Saginor.

Qui ab illo peſtifero ac perdito ciue iampridem Reip. ſanguine ſaginantur.pro Seſt.67.a

Sagio.

Sagire enim, ſentire acute eſt: ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes.1.de Diu.114. a, Is qui ante ſagit,quam oblata res eſt,dicitur præſagire.lib.1 de Diuin.59.

Sagitta.

Sagittæ pendebant ab humero.6. Verr.66. a, Configere aliquem ſagittis.Aca.2.80.a

Sagittarius.

Neque putaui, quum,&c. de vno ſagittario me queri conuenire.pro Seſt.116. a, Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij.in Ant.197.b.& epiſt.245.b.& Att.79. b, Magna tormentorum copia,multis ſagittariis,&c. incolumi exercitu negotium confecimus.Att.5.108.7.a, Vſuſque multis tormentis, multis ſagittariis, &c. ſeptimo & quinquageſimo die rem confeci.ad M.Catonem,15.4.29.a

Sagittipotens.

Menſe Sagittipotens ſolis quum ſuſtinet orbem.in Arat.8.a.

Sagum.

Tum iſte excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, ſagum ſumit.7.Verr.74.a, Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus.6.Phil.210.Ad ſaga ire, & redire ad togas.14.Phil.387.a, Tumultum decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere.5.Philip.187. Idem Mutio & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundares:&c. Trebatio, lib.7.10.4.a, Equidem Patres Conſcripti, quanquam hoc honore vſi, togati eſſe ſolent, quum eſt in ſagis ciuitas, ſtatui tamen a vobis,&c. 8.Phil.254.a

Sagulum.

Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt:quibus illi acceptis, ſagula reiecerunt, & cateruam imperatori ſuo nouam præbuerunt. in Piſ.73.a. Sagula, contemptus gratia dictum.

Sagatus.

Deinde cras ſagati prodeamus.14.Phil.386.a, Galli ſagati, bracchatique. pro Fon.19.a, Saguntum.in Ant.199.b. vrbs Hiſpaniæ.Saguntinus procurator.pro Cor.Balb.59.b

Sal & Sales, vrbanitas, facetiæ, ioci.

Quibus quidem in rebus ſi apud te plus authoritas mea, quã tua,&c.ſiue dicendi ſal, facetiæque valuiſſent,&c.ad Q.fr.l.1.211.a, In quo eſt tua culpa nonnulla: aliquid enim ſalis ab vxore nimia trahere potuiſti.2.Phil.43.a, Nullam artem eſſe ſalis. de Orat.128.b. Id eſt facetiarum. Salis enim ſatis eſt, Sannionũ parum.ep.9.16.26.a.& de Orat.128.b.& in Ant.164.b, C.Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimẽ humanitatis, ſalis, ſuauitatis, leporis.Tuſc.78.a, Salem iſtum quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere.de Nat.d.40.b, Alter inuſitatum noſtris oratoribus leporem quendam & ſalem eſt conſecutus.de Ora.117.b, Quem quidem locum cum multa venuſtate & omni ſale, idem Lucilius,&c.1.de Finib.14.Vrbanitatis quidam lepos, quo tanquã ſale perſpergatur omnis oratio. de Orat.98.b, Literæ ſparſæ ſale humanitatis.Att.lib.1.8.1.a, Publius Scipio, &c. & omnes ſale facetiiſque ſuperabat. de Clar. Orat.66.a, Sale vero & facetiis Cęſar Catuli patris frater vicit omnes.1.Offic.186.a, Sales qui in dicendo mirum quantum valent.Orat.204.b

Salſus.

Salſus homo.in Ant.168.b, Multa ſunt ridicula & ſalſa Græcorum.de Orator.128.b, Eſſe facetum atque ſalſum. de Orat. 129,& 132.b, Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani ſales.Pæto,15.4.a

Salſe.

Valde hæc ridentur,&c.ſubabſurde, ſalſeque dicuntur. 2. de Orat.152.a, Salſiſſime dicere aliquid. Orat.129.b

Salſamentum.

De vino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt vetuſtate.2.de Diuin.175.a

Salſamentarius.

Vt ſi ſalſamentarij filio dicas, quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.ad Heren.41.b

Salax.

Salax.Att.92.b.leuis, libidinoſus. Aliter, ſagax.

Salebra.

Hic ſi diffinire & diuidere didiciſſet, &c. nunquam in tantas ſalebras incidiſſet.1.de Fin.52.a, Id eſt, in tantas aſperitates & incultas orationis formulas. Quod veſtri non item, tria genera bonorum, procliuius currit oratio, venit ad extremum, hæret in ſalebra.lib.5.de Fin.144.a, Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit.Ora.200.b

Salictum.

Accedit eo mons Gaurus, accedent ſalicta ad Minturnas. de Lege Agr. 46.a, Nam me viſus homo pulcher per amœna ſalicta, Et ripas raptare, locoſque nouos ita ſola Poſt illa germana ſoror errare videbar: &c.1. de Diu.73.a

Salij, orum.

Salii ex patriciis creari ſoliti.pro D.ſua,30.Curia Saliorum deflagrauit.1.de Diu.58.a, Saliorum verſus.3.de Or.109.a, Saliarem in modũ epulari. Att.5.14. Id eſt, opipare & apparate.

Salio, vnde Salientes.

Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuauitate te villam habiturum, piſcina & ſalientibus additis,&c. ad Q.fr.3.17.5.a.Salientes, ſunt fontes ſic dicti, quod aqua aſcendens primum, deinde etiam deſcendens ſaliat.

Salto.

Inter quas variis clauſulis interponit ſe raro numeroſa comprehenſio, quam peruerſe fugiens Hegeſias,&c. ſaltat, incidens particulas. in Orat.132. a, Nemo fere ſaltat ſobrius. pro Mur.11.a, Luce palam in foro ſaltet. Offi.3.125. Cum Collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret, cumque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem, cum, &c. in Piſon.16.a.& pro Deiot.148.b, At ſi dares hanc vim M. Craſſo, vt digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui reuera non eſſet hæres, in foro, mihi crede, ſaltaret.3. Offic.99. a Qui in conuiuiis nudi ſaltare conſueuerunt.in Catil.109.b, Negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare dixiſſet.de Or. 150.b

Saltatio.

Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes ex extrema ſaltatio.pro Mur.11.a, Actio hiſtrionis eſt ſaltatio ſaltatoris.de Fin.95.b, Septus Tytius tam mollis & ſolutus in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tytius nomen eſſet.de Clar.Or.119.a

Saltator.

Saltator Catilinæ. pro Planc.70. Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus. lib.3.de Fin.37.a, Si ſaltatorem autem habuiſſes. pro Deiot. 149.b, Saltatorem appellat L. Murenam Cato. maledictum eſt. ſi vere obiicitur, vehementis accuſatoris: ſin falſo, medici conuiciatoris. pro Mur. 11.b, Neque temere Conſulem popul. Romani ſaltatorem vocare, ſed conſpicere quibus præterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum cui vere iſtud obiici poſſit. pro Mur. 11.a, Adde huc, ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. 1. Offic. 210.a

Saltatorius.

Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem. in Piſ.16.a

Saltatrix.

Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipub.occaſum atque interitum lugere vetuiſti.in Piſ.13.a

Salmacis.

Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Offi.12.b

Salſamentum, Salſe, Salſus, vide Sal.

Saltator, Saltatrix, vide Salio.

Saltem.

At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus. in Piſ. 84.b, Neque hoc tantopere quærendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. pro Quint.1.a, Fratres ſaltem exhibe. pro Flac.153.b, & de Finib. 119.b, Atque aliquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Varr.9.8.6.a, Vere nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commode. pro Roſc.Ame.32.a, Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem. Att.138.b, Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur. Att.160.5.a, Qui prouocatia me venire voluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. contra Rul.87.b

Salto, vide Salio.

Saltus.

Caſtulonenſis ſaltus. 10. 66. Terentiæ ſaltum perſpeximus. 2. Att.15. Quam longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum. pro Quint.14.b, Tuus porro exercitus vix vnum ſaltum tueri poteſt.Epiſt.114.b, Quintius de ſaltu agroque communi vi detruditur. pro Quint. 14.a, Nec enim excurſione, nec ſaltu vteretur, ſed conſilio & ratione.de Sen.81.b

Salubris, Salueo, vide Salus.

Salum.

Vt a quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam vrbem quam petebat. pro Cęc.4.a Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.3.Tuſ.114.a

Salus.

Salus alicuius, Exitium alicuius, contraria. pro Sext.Roſc. Ame.43.b, Salus Reipub.5.Verr.179.a, Et ſi minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta eſt,&c. Ep.6. b, Salus agitur. pro Planc.64. Ita mihi ſalus aliqua detur.ad Quin.fr.2.3.14.a, Multum enim intereſt, vtrum laus minuatur, an ſalus deſeratur.Len.1.7.27.a, Salus noſtra deſperata erit. 3.Att. 37. Municipium vnde iterum iam ſalus huic vrbi miſſa eſt. pro Syl. 171.b, Salus ipſa, virorum fortium innocentiam tueri non poteſt.pro Font.278.b, Salus præciſa.3. Att. 31. Ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. referes igitur ei plurimam.16 Att.10.Salutis tuæ fundamenta ieci.10.fam.62.Salutis ſuæ rationem explicatam aut exploratam habere.6.famil.2. Et fugæ

portus

portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. Att.276.b, Salutis templum. de Nat.d.2.44. Saluti, ſi me amas, conſule. Att.2.34.2.2, Ne dum ij, quibus ſaluti fuiſti. de Petit. Conſul.15. Hic liber mihi ſaluti fuit. de Cla.Orat.165.b, Cum ei ſaluti, qui mihi fuerat, fuiſſes, tamen lectis eius literis, quas, &c. Att.9.183.4.2, Ego qui multis ciuibus ſaluti exiſtimor fuiſſe. de Or.127.b, Saluti proſpexit ciuium, qua intelligebat contineri ſuam. de Fin.1.28. Dionyſio plurimam ſalutem. Att.4.87.5.2, Anacharſis Hannoni ſalutem. 5.Tuſ.130.2. Sub.dicit. Pyliç ſalutem. Att.12.19. Illud accuſo, non te, ſed illam ne ſalutem quidem. Att.211.b, Commẽdas noſtram ſalutem illi, quæ morte qua non pernicioſior? Brut.42. Ad ſalutem ex tuo portu proficiſcar.3.Att.31. Non dubitaui, quin is me confectum conſularibus vulneribus conſulari medicina ad ſalutẽ reduceret. Poſt red. in Senatu,12.2, Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem vocatur.2. de Or.10.2, Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem vtitur. de Aruſp.reſ.32.2, De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam, çredo te cognoſcere ex literis tuorum. Ep.161.b, Vt lucem ſalutemq; redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. pro Do.128.b, Salutem alicuius in diſcrimen adducere.6.fa.45. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, vt mihi ſalutẽ adſcriberes. Att.6.112.1.2, Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem a bonis potuit afferre.3.de Leg.52.2, Salutem populi augures auguranto.2.de Leg.18. Salutem patriæ confirmare.10.famil.18.in ep.Plan. Is eſt nimirum Soter, qui ſalutem dedit. in Verr.139.b, Salutem tibi iidem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt. pro Plan.2, Nec ego multorum ægrorum ſalutem non ab Hippocrate potius, quam ab Aeſculapio datam 3.de Na.d.132.2, Dare ſalutem, liberare periculis.1.de Orat.17.2, Salutẽ eius duobus capitis iudiciis defendi.3.fam.37. Quas ſi, vt volumus, exceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam & curiæ: &c.7.fam.58. Tulliolæ ſalutem dic. Ep.233.b, Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dices. Att.lib.6.115.4.2, Salutem expedire. pro Mil.7. Huic profecto ipſi, quantum ſitum eſt in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus.2.de Fin.187.2, Salutem alicuius flagitare. Poſt red.in Sen.2. impertire.2.Att.31. Salutem enim mihi verbis tuis nuntiauit. Ep.l.7.26. Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutem nuntiaret. ad At.60.b, Atticam noſtrã cupio ſuauiari: &c. Referes igitur ei primam ſalutem. Attic.16.333.7.2, Retinere ſalutem. Ep.93.b, Salutem ei ſcribes aut nuntiabis, 12.At.1. Id eſt, aut iu ipſe meis verbis dices, ſi tecum eſt. Salutẽ & incolumitate tua.8.fam.45.in epiſt. Cælii.

Salubris.

Marianum ſcutum Cymbricum. de Or. 133 b Scutum de aliquo abiicere. 15. Att. 48. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Tuſc. 2. 32 Abiecto uel reiecto ſcutu fugere. de Or. 139. b. & 10. ep. 64 Ignauus miles ac timidus ſimulac viderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat quantum poſſit. 2. Tuſc. 32. a Et ſi nõ ſolum impulſu ſcutorum, neque conflictu corporum. pro Cæc. 32. a Quaſi verò quicquam interſit, mures ſcuta an criba corroſerint. de Diu. 110 b Ne familiares ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. in Anton. 197. b Cum ſcutis homines eductis gladijs. 4. Att. 24. Qui ſcutis cęliſque parati ornatique ſunt. pro Cæc. 296. b

Scutatus.

Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites, ſiĉas portari videmus. 2. Phil. 105. a Id eſt, qui ſcuta gerunt vt haſtati, quin haſtis vtuntur..

Scutulum.

Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. 1. de Nat. d. 111. a

Scutella.

Quomodo, &c. demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi. 3. Tuſ. q. 79. a

Scyphus.

Hinc illa Verrea nata ſunt, hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iuſſit, in quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. 9. Verr. 20. a Iubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem afferre. in Ver. 106. b Inter ſcyphos illuſeras heri. 7. fa. 39

Se, vide radicem Sui.

Secedo.

Quare P. C. ſecedant improbi, ſecernant ſe à bonis, vnum in locum congregentur. 1. in Cat. 27. a

Seceſsio.

Seceſſionem ſubſcriptorum animaduertere. pro Mur. 46. a Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti Cæſar initio, non bellum. pro Lig. 4.

Secerno.

Hos ego excipio, & ſecerno libenter. in Cat. 221. b Belluæ ſẽſu ſecernunt peſtifera à ſalutaribus. de Nat. 50. b Illud tertium genus à præceptis noſtris ſecreueram. de Or. 140. b Nec enim ſecerni à fratre poterit. in Ant. 297. b Abs te quæro, cur me à cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atque in defenſionis iure ſecernas. pro Syll. 167. b Quod mihi acciderit optatius, ſi in hac ſententia fueris, vt à continentibus tuis ſcriptis, &c. ſecernas, hanc quaſi fabulam rerum euentorumque noſtrorum. ad Lucceium, lib. 5. 12. 20. a Secernant ſe à bonis. 1. in Cat. 23. a Ita Itaque illa non dico me expetere, ſed legere, nec optare, ſed ſumere, contraria autẽ non fugere, ſed quaſi ſecernere. 4. de Fin. 116. a Secernere animum à corpore. Tuſc. 1. 61 unum ab alio. Or. 101. Voluptatem à bono. 2. de Fin. 44. a Hoc ſecerni ab illo non poteſt. Off. 19. b Secerni autem blandus amicus à vero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſynceris atque veris. de Am. 78. a Secernenda diſtinguere. Top. 223. b

Secretus.

Succus ſecretus à reliquo cibo. de Nat. 53. b Secretus à voluptate. 2. de Fin. 175. a Ab eo cibo quum eſt ſecreta bilis. de Natur. d. 53. b Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretam & liberam. 2. de Na. 79. a Loco publico, priuatone, celebri an ſecreto, aliena ciuitate an tua, in caſtris an foro, dicas, intereſt plurimum. 2. de Leg. a

Secretio.

Eſt enim Interitus quaſi diſceſſus & ſecretio, ac direptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. 1. Tuſc. 112. a

Secreto.

Ex his quæritur, ſ. in curia quid eſſet actum. 6. Ver. 89. a Vna Formias venimus, & ab hora octaua ad veſperum ſ. collocuti ſumus. Att. 7. 128. 3. a S. hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. Gallo. 7. 26. 3. a Neque hęc incerta tamen vulgo iactantur, ſed inter paucos, quos tu noſti, planè ſ. narrantur. 8. ep. 1. 10. a

Secius.

Impedimento eſt, quo ſ. lex feratur. ad Her. 4. b

Secluſus.

Illuc eum rapiam vbi non ſecluſa aliqua aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat. de Or. 121. b Deuium quoddã iter ſecluſum à concilio deorum. 1. Tuſ. 114. a

Seclum, vide Seculum.

Seco.

Quæ uolat, & ſerpens geminis ſecat æra pennis, In Ar. b Atque ita permixtum illud ex quo hæc ſecuit, iam omne conſumpſerat. de Vniu. 31. Id totum ſecuit in duas partes. a Atque iſti quidem cauſas in plura genera ſecuerunt. de Or. 119. b Viuo ſtãti collum gladio ſua dextera ſecuerit. de Pet. 7. Secare varices alicui. 2. Tuſ. 61. a Si uratur, torqueatur, ſecetur. Tuſ. q. 242. b In corpore ſiquid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, virĩ & ſecari patimur. in Ant. 217. b Omne corpus ſecari ac diuidi poteſt. de Nat. d. 65. b Vt ad urendum & ſecandum medici veniãt Off. 27. b

Sectus.

C. Marius ruſticanus vir, quum ſecaretur, vetuit ſe alligari neque quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. 2. Tuſc. 91. a

Sector.

Sector, hoc eſt qui bonorum Sex. Roſcii emptor atque poſſeſſor eſt. pro Sex. Roſc. 35. b Sector Pompeii, Antonius. 2. Phil. 75 Contra ſectorem pugnare. 3. Verr. 35. Ex eius uiri nomine me in ſectari audes, cuius me amicum te ſectorem eſſe fatearé? 2. Phil. 58. Nec ipſe ſectorem deſiderabit, quum filium uiderit. 15. ſa. 49 Hæc inquam duo quę in ędibus tuis ſola iam ſunt, quę ſectorẽ expectant, relicta ac deſtituta à cæteris ſignis. 3. Verr. 41, a Neſcimus per iſta tempora eoſdem ferè ſectores fuiſſe collorum & bonorum? pro Roſc. Am. 40. Nonne cogitas te à ſectoribus huc adductum eſſe? pro Roſc. Am. 49. a. Cn. cuiuſdam Samnitis vxorem poſt bellum ab hoc eſſe repertam, mulierem quum emiſſet de ſectoribus, quo tempore eam primùm liberã eſſe audiuit ſine iudicio reddidit. Cn. Cęlio. pro Clu. 131. a

Sectio.

Si dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius prædæ ſectio non venierit. de Inu. 58. b Expectantibus omnibus quiſnam eſſet iam impius, tam demens, tam diis hominibuſque hoſtis, qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inuentus eſt nemo præter Antonium, &c. 2. Phil. 75. Filius appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas. 2. Phil. 89 Id eſt bonorum proſcriptorum emptione.

Secretus, vide Secerno.

Secta, Sectator, vide Sequor,

Sectio, Sector, Sectus, vide Seco.

Seculum.

Etiam ipſe fortaſſe in huius ſeculi errore verſor. in Par. 64. a Huius ſeculi inſolentia. 9. Phil. 265, a Serere arbores quę alteri ſeculo proſint. de Sen. 22. a Futura ſecula. Tuſ. 1. 27 Secula dierum noctiumque numero, annuis curſibus conficiuntur. de Nat. d. 1. 16 Nõ enim ſecula non erant, ſi mundus nullus erat. de Nat. 1. 16 Sempiternis ſeculorũ ętatibus non immutari. 2. de Nat. 55. a Nec ſeculorum aliquorum iudicium pertimiſcere. de Diu. 88 b. Nihil ex omniũ ſeculorũ memoria tale cognoui. 4. Phil. 154. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit. 2. Phil 68. Secula ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe fateor. de Natur. deo. 1. 16 Parietes quorum ornatus tot ſecula manſerat. 6. Verr. 109. a Propagare multa ſecula Reip. 2. in Cat. 32. a Qui in iis rebus tot iam ſecula verſantur. Acad. 1. 19 In multa ſecula videbamus Remp. liberatam. Brut. l. 13. 14. 5. a Quum aliquot ſecula in Italia uiguiſſet, de Vni. 2. a al. vixiſſet. Atque utinam extarent illa carmina, quæ multis ſeculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis, &c. de Cl. 37. a Duobus propè ſeculis ante cognouit, quã &c. 2. de Or. 84. a An hoc falſum potuiſſet eſſe, ſi eſſet ſexcentis ſeculis ante dictum? de Fat. 145. b Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quam in his philoſophi garrire cœperunt. 2. de Or. 12. a Aliquot ſeculis poſt P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. 6. Verr. 64. a Nihilne tot ſeculis, ſummis inge-

niis, maximis ſtudiis explicatum putamus? 4. Acad. 30. a Verres tot annis atque adeò ſeculis inuentus eſt, qui hæc non commutarit, ſed euerterit. 5. Verr. 16. a

Seclum.

Vt Athenienſium ſecla numerantur. de Cl. 268. b Seclis innumerabilibus. 1. de Leg. 1. Multis ſeclis ante ſuam ætatem. de Cl. 171. b

Secum.

S. agere quid, contrarium, Contrahere cum altero. Off. 1. 7 Tum ipſum ſ. admirantem quidnam contradici poſſit. 2. de Inu. 215. a S. eſſe. in Piſ. 53. Quis autem eſt, tanta quidem de re, quin uarie ſ. ipſe diſputet. Att. 8. 166. Qui etiam à me petierat, vt ſ. & apud ſe eſſem quotidie. Att. 71. b S. ipſe pugnare. Tuſc. 3. 41 In hac diſcordia video Cn. Pompeium, Senatum, quique res iudicant, ſ. habiturum, 8. fam. 42. in ep. Cælii. Id eſt, à ſuis partibus.

Secundus.

Quorum ordo proximè accedit, vt ſecundus ſit ad regium principatum. 3. de Fin. 80. a Et ille ſecundus in dicendo habeat authoritatem pene principis, & uoluntatem non minus deuinctam beneficio C o s. Att. 2. 8. 4. a Secunda concio. in Rul. 99. Ad ſecundum ſuper terram ambitum. de Vniu. 200. b Quando tu ſecundum Enomaum Accii inimicum introduxiſti. ep. 136. b Quoniam id ſecundum erat de tribus. in Or. 28. a Secundo loco, vt ne cum tam improbo homine, tertio, vt cum tam ſtulto haberet. pro Cæc. 17. a Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. 14. Att. 304. 3. a Videor videre ementem te ruſticas res, cum vilico loquentem, in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Tironi 16. 21. 16. a Secundo enim obligare militiæ ſacramento, quoniam priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poterat. Off. 8. b Secundi hæredes. 2. de Inu. 167 Vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, quum, &c. 1. Verr. 26. a Infra ſecundos. Orat. 3 pro iis, qui ſunt ſecundis inferiores. Ego nullas δευτέρας φροντίδας in Cæſaris rebus habere poſſum. Q. fr. 321. b

Secundus, proſper.

Coniunctio ſecundæ dubiæque fortunæ. 3. Verr. 16. a Eſt. n. philoſophia paucis contenta iudicibus, &c. vt uel ſiquis vniuerſam uelit uituperare, ſecundo id populo facere poſſit. 1. Tuſ. 6. a Nemo unquam tam ſecunda concione legem Agrariam ſuaſit. con. Rull. 86. b Secunda concionis uoluntate. 1. Att. 62 Panſam noſtrū ſecūda uoluntate hominē paludatū ex vrbe exiſſe cū ipſius cauſa gaudeo, tū mehercule etiam omnium noſtrum. Caſſius ad Ciceronem, 15. 19. 2. a Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nunc uenti valde ſunt ſecundi, reddo meliorem. Att. 2. 16. 13. a Res ſecundæ alicuius, & Res afflictæ, contraria. pro R. P. 129. b Hominum proſperitates, ſecundæque res. de Nat. d. 78. b Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ, nunc aduerſæ ſubleuantur. pro. Syl. 181. b Auſpicia quæ alicui ſecunda euenerunt. de Diu. 86. b Habere ventus ſecundos. epiſt. 243. Et ſecundas fortunas amittere, & in aduerſis, ſine vllo remedio permanere. pro Syl. 179. b Nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & aduerſas partiens, communicanſque leuiores. ne Am. 22. a Vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, leuitatis eſt. Off. 1. 127 Inuidentiam eſſe dicunt ægritudinem ſuſceptam propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. 4. Tuſ. 87. a Illa ſecunda moderate tulimus. 5. Fam. 64. id eſt, illam ſecundam fortunam. Nauis ſecundis ventis curſum tenens ſuum. de Nat. deor. 76. b. & pro Plan. 279. b Multa feci uerba de toto furore latrocinioque P. Clodii: tanquam reum accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus. Q. Fr. 2. 55. a Homines ſecundis rebus effrænatos, ſibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Off. 18. b Vnam enim partem & conſuetudinem earum epiſtolarum quibus ſecundis rebus vti ſolebamus, tempus eripuerat. ad Fig. 4. 13. 2. a Noſter exercitus prælius uſus erat ſecundis. pro Pomp. 8. b Iſque quum ſecundiſſimo vētu curſum teneret, ridens, videtiſne, &c. 3. de Nat. deo. 119. a Secundiſſima omnia nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe videntur, 10. Att. 28. in ep. Cæſaris. Secundiſſimis omnibus rebus te dignū iudico. 15. Fam. 30

Secundum, Præpoſitio.

An iret ad tres legiones Macedonicas, quę iter ſ. mare ſuperum faciunt, quas ſperat ſuas eſſe. Att. 16. 335. 3. a Et ſi ſecundū mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturū Att. 8. 163. 1. a

Secundum, poſt, ex, pro, &c.

Duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſ. aurem Ser. Sulp. ad Ciceronem. li. 4. 11. 5. a Spem oſtendis ſ. comitia. Att. 3. 16. id eſt poſt comitia, habitis comitiis. Proxime autē & ſ. deos homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt. 2. Off. 15. a Sed opinor ſ. hunc diem non ſatis multa dicta ſunt. de Or. 138. a ſ. ea quæro, ſeruariſue in eo fidem. in Varin. 11. a Appellant hæredem L. Annium qui erat inſtitutus ſ. filiam. 3. Verr. 73. a Quibus ille ſ. fratrem plurimum tribuebat. Acad. ed. 1. l. 1. 13 Lepidibus ſ. fratrem affines habet, quos odit. proximos ad Bru. 90. b Tua ratio eſt vt ſ. binos ludos mihi reſpondere incipias mea, vt ante primus ludos comperendinem. 2. in Verr. 21. a Si ſ. ſecundum principium confirmatione vtamur. ad Her. 18. b Quumque ſolidam inueniſſent, ſtatuiſſetque tollere, ei ſ. quietem viſam eſſe Iunonem, prędicere ne id faceret. 1. de Diu. 87. a S. te nihil eſt mihi amicius ſolitudine, 12. Att. 17. Ille mihi ſ. te & liberos noſtros ita eſt, vt ſit penè par. Q. Fr. 3. 17. 14. a In actione, ſ. vocem vultus valet. Or. 164. b. & 202. b

Secundum.

S. aliquem facere decretum? 16. Att. 50. Iudicare ſ. aliquem. pro Roſc. Com. 2. a Sed ſ. arbitrium tuum teſtes dabo, qui iſtū ipſum Syracuſis abs te in Latumias coniectū eſſe dicant. 7. Ver. 129. a A teſtibus dicemus, ſ. authoritatem & vitam teſtium. ad Her. 8. b C o s s, de conſilii ſententia decreuerunt ſ. Buthrotios. Att. 16. 343. a Multa ſ. cauſam noſtram diſputauit, ad Att. lib. 4. 71. 5. a Vt ea quę Coſſ. decreuerunt, ſ. Cæſaris decreta comprobes. Att. 264. b Teſtimonium ſ. fidem & religionem grauiſſime dicere Q. fr. 3. 25. Qui domum, ſ. fratrem, ſuam iudicatam eſſe dicebat. de Ar. 251 b Quod iudicium ſ. Heraclium de compromiſſis factum erat. Verr. 122. b Sunt aliquot ſatiſdationes ſ. mancipium. Att. 68. b Prætor me decreuit. Att. 54. b S. nos iudicari volumus. pro Q. Roſc. 47. b Qui ſententiam. Plotium ſeditioſum oſtendit. pro Flac. 157. b Vtatur inſtituto ſuo, nec cogat ante horam decimam de abſente ſ. præſentem iudicare 4. Verr. 28 a Nuntiat iam populo Pontifices ſ. ſe decreuiſſe. ad Att. 4. 71. 4. a Ita ſecundum eum poſſeſſio daretur, Verr. lib. 3. 80. Dare poſſeſſionem ſ. tabulas. Top. 14. b S. tabulas alicuius litem dare, & ſecundum aliquem iudicare. pro Q. Roſc. 45. b

Secundum conuenienter.

Quid autem tam ſ. modum naturam eſt, quàm ſenibus emori? Item Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. de Sen. 91. b Hęc habemus in x11. Tabulis ſane ſ. naturā, quæ norma legis eſt. de. Leg. 182. Neceſſe eſt quod aut ſ. naturā, aut contra ſit, à natura ipſa iudicari. de Fin. 225. b S. naturam viuere, &. ex natura, uel ex uirtute uiuere. de Fin. 130. b. Contra naturam viuere, & S. naturam uiuere, contraria. Off. 3. 19

Secundo.

Semel hominem allocutus fueram, an ſ. mihi reddendum eſſet, ignorabam. a

Secundarius.

Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius, de Cl. Or. 131. a. In hoc autem loco, caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare potuerit, illi nemini cauſam fuiſſe faciendi, Secundarium, ſed tantā, aut tam idoneam nemini 2. d Inu. 137. a

Securis,

Grauiorem potuerunt Reip. infligere ſecurim, pro Planc 37. a, Sed tamen Serui, quam te ſecurim putas iniecisse petitioni tuæ, quum, &c. pro Mur. 46. a Adeſt, inſtat, vrget Dolabella, ut quam primum ſecuri feriantur 3. Verr. 52. a Torquatus ſecuri filium percuſſit 1. de Fin. 18 Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necauit 3. Verrin. 4. a Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt, ad Qu. fr. 2. 13. 1. a Quamobrem faſces Prætoribus præferantur, cui ſecures datæ. Ver. 240. b Cum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret, Et, Tu Rabocentum ſecuri percuſſiſti, in Piſon. 66 a. Prætores cum faſcibus & ſecuribus lictores habuiſſe, Qu. fratr. 291. b

Se-

Securus.

Securus Hermippus Temnum proficiſcitur, pro Flac. 156. b Secura recordatio præteriti doloris 5.fam. 31. De Lingua Latina ſecuri es animi, dices, qui talia conſcribis, Att.12.260.6. a Si Africanæ legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddemus, Plancus Cic. 10,34.18,a

Securitas,

Vt tranquillitas animi adſit, & ſecuritas 1,Off.99.a, Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quã appellant, *ἀθυμίαν*, no ſeparanda fuit ab hac diſputatione, &c. 5.de Fin. 38.a Qui autem illam maxime optatam, & expeditam ſecuritatem (ſecuritatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt) habere quiſquam poteſt, &c.5.Tuſ.59.a Caput eſſe ad beate uiuendum ſecuritatem, qua frui non poſſit animus, ſi tanquam parturiat vnus pro pluribus, de Ami. 104.b Vale, & nos dilige: & inſtituto itinere ſecuritatem, diligentiamque ſociis & Reipub. præſta, Cato ad Cic.15.5.6.a Miram ſecuritatem videbis, cuius plurimæ mehercule partes ſunt in tuo reditu, Att.65.b In animi ſecuritate vitam beatam ponimus, de Natu. deo. 1.38.

Secus.

Recte an ſ. nihil ad nos, in Piſo. 54. a Nobis aliter videtur, recte, ſecuſne. Poſtq.99.b Longe ſ. Part.231.b Ille non multo ſ. facere, quum de oratore diſputem, ac facerem, ſi eſſet mihi de hiſtrione dicendum, de Or.2. Cuius ego ſalutem non ſ. ac meam tueri debeo, pro Planc.2.a Non ſ. ac ſi meus frater eſſes, pro Mur.9.a Non dixi ſ. ac ſentiebam 2 de Orat. 14.a Quem tractat non ſ. ac ſi eſſet Imperator, de Natu.deo.67. b Velim domum ad tuos ſcribas, ut mihi tui libri pateant non ſ. ac ſi ipſe adeſſes, Attic. 4.33. Non ſ. ac ſi te vidiſſem, Ep. 33.b Sed paulo ſ. a me, atque ab illo partita ac diſtributa 3.de Or. 65.a, Sed quoniam cœpi ſ. agere, atque initio dixeram, de Nat.deo.2.17. S. quid commiſſum aut prætermiſſum 3.Att.34. Nemo dicet ſ. de Clar.Orat.162.a S. dicere de aliquo 1.Atti.67. De tuo in me animo iniquis ſ. exiſtimandi, videris non nihil loci dediſſe, Epiſt.35.b Quod non multo ſ. fuerit, Epiſt. 54. b Mihi autem erit maxime curæ, ne quid fiat ſ. quam volumus, quamque oporret, Attic. 6. 1 13. 3. a Et ſi idipſum nonnullis videatur ſ. Torq. 6. 4. 2. 2. Quum in altera re cauſæ, nihil eſſet quin ſecus indicaret ipſe de ſe, quod indicium eſt grauiſſimum, pro Qu.17.

Sed.

Sed ego non de præſtanti quadam & eximia, ſed prope de vulgari & communi prudentia diſputo 2.de Or.156.a S. tamen facile tacentibus cæteris reticuiſſem. ſed hæc oratio omnis fuit, non authoritatis meæ, ſed publicæ religionis, de Ar. 258. b. S. non de me, ut dixi, ſed de ſapiente quæritur 4.Academ.120.a S. velle non ſolum, &c. ſed etiam, &c. Lent. 1.9.52.a Non odio adductus alicuius, ſ. animo corrigendæ & ſanandæ ciuitatis. Attic. 1. 13.5,a Non ſolum bene ſperare de nobis homine, ſ. explorate iudicare volumus 10.Ep.17. id eſt, ſed etiam. Quod non modo libenter, ſ. etiam æquo animo 12. Att. 4. pro, ſed ne æquo quidem animo. Obliti eſtis iudices, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis ſermones & opiniones, ſ. nonnullorum imperitorum, pro Mil. 46.a Non modo huius libertatis, manſuetudiniſque non ſunt, ſ. ne Romuli quidem aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii, pro Rab. perd.reo, 8.a Age, Senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem, & proditorem non modo dignitatis atque authoritatis, ſ. omnino ordinis ac nominis ſui, in Piſ.51.a. Tuus autem deus non digito vno redundat, ſ. capite, collo, ceruicibus, poplitibus, manibus 1. de Natu. deo.137.a Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat, ſ. homines & ſatis fortes, & ſatis plane frugi ac ſobrii 5. Ver.55. a Idem mihi quidem non videtur, ſ. diſſoluerit ſane, certe tam multa non collegiſſet quæ non fallerent probabilitatu magna 4.Acad.134.a S quid? ego fauiſſe me tibi fateor, in Ant. 164. b pro, quid tum? S. ierit ad bellum, diſſenſerit, non a te ſolum, verum etiam a fratribus, pro Lig.22 a S. effingi inſidias, perrupi Apenninum, &c.12.Phil. 337. a S. ſiue eſt ars, ſiue artis quædam ſimilitudo, non eſt quidem ea negligenda, verum intelligendum, &c.1,de Ora.54 a In quo etiam erat aliquis quæſtus, ſ. is honeſtus atque conceſſus 5.Verr.169.a Fefellit ea res, quæ fortaſſe non debuit: ſ. fefellit 10.Att.22. S. reuertar ad ciuem: &c. pro Cæl.48.a S. ſunt quidam, &c. ſunt autem quidam, &c. de Orat.64.b Zeno igitur nullo modo is erat, qui ut Teophraſtus, neruos virtutis inciderit, ſ. contra qui, &c. 1.Acad. 51.a. S. de perceptione hactenus 4.Acad. 70.a O præclarum imperatorem, nec iam cum Man. Aquillino fortiſſimo viro, ſ. vero cũ Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum 7. Verr. 12.a S. ita ut 16. fam. 15. pro, ea lege ut. ſed dummodo. S. ut in malis 11. Att. 46.

Sed enim, etenim.

S. hoc non ſolum ingenii, ſed etiam naturæ atque virtutis, pro Arch.186.b S. *ἀκαιρία* ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato. Att.111.20.a

Sedeo.

Sedate, Sedatio, Sedatus, vide Sedo.

Viri boni uſuras perſcribunt? ego ipſe ſedeo? 9.Att.51. id eſt, remiſſio ſum animo, & turpi otio langueo, Qui moribus inter ſui diſſimiles ſedebant, Att 11.b Sediſti in quatuordecim ordinibus, in Ant.169.b Sediſtine iudex C.Fabritium? pro Cl.39.b Modo vos iidem in A.Gabinium iudices ſediſtis, pro Rab. Poſte 7.a Quũ alter veheretur in rheda penulatus, una ſederet vxor, pro Mil.40.a Cum uirgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, de Diu.101.b His ventis iſtinc nauigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus, Tir.16.2.2, id eſt, non moram faceremus. Cũ poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet, pro Cl.39.b, Sedere ad focũ. Cat.51. Ad gubernacula Reip. ſedere, pro Roſc. Am.30 a, Atque eũ vidẽt ſedere ad latus Prætoris, & ad aurẽ familiariter, vt ſolitus erat, inſuſurrare 7.Verr.84.a Sedere apud aliquẽ 2.de Or.7. Maloque in illa tua ſedecula, quã habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli. Att. 4.79.4.2. Sedere in ſolio ornatu regali, de Fin.79.b, Totos dies ſedere in villa, Att.12.257.4. 2, Herennium Gallum hiſtrionem ſummo ludorum die annulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit. Aſinius Pollinare Cic.10.32.4.2, Seſſum ite precor 3. de Na.d.54. Conſurrexere omnes, & ſenem illum ſeſſum recepere, de Sen.90.b Ita patent omnia quæ accidere poſſunt, ut ea ſi uitem, ſedendum ſit cum dedecore & dolore 10.Att.42. id eſt, manendum in otio.

Sedens.

Sedens expectarem quoad uocarer 14.Att.2. Et id aut ſedens quidem, ad imitationem Socratis: ambulans vero, ad imitationem Ariſtotelis, cæterorumque Peripateticorum. In ſolio ſedens domi, de Orat. 155. b Vt enim nemo unquam in equo ſedentem uideret 7.Verr.22 a Et ad Italiam accedet, in qua nos ſedentes quid erimus? 10.Attic.22. id eſt, otioſi, & neutram partem adiuuantes.

Sedes.

Sedes domeſtica 4.fam.29. id eſt, domus, S. hoſpitalis, c6. Rul. 57.b, Omnibus rebus quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt, 3.de Ora.194 Sedes nulla, quo concurrant qui Rempub. defenſam velint, 8.Att.10. Sedes ciuitatis ac libertatis, de Aruſ. reſp. 53. Hæc ſedes honoris, ſella curulis, in Cat. 118.b, Vrbs hæc, ſedes omnium noſtrum, domicilium imperii, pro Syl. 173.b, Sedes regionum & locorum. Acad.40.b, Sceleratorum, ſ. atque regio, pro Cl.54.b Hæc enim membra ſunt, ſedes ac domicilium uitæ, de Na.d.21.b, Hæc ſedes vrbis atque imperii, con. Rul.64. b, At domicilium Romæ non habuit is qui tot annis ante ciuitatem datam, ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocauit, pro Arch.6.a, Aliquam ſibi domum ſedemque diligere, pro Clu.57.b, Alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum 1.Tuſc.30.a. Sedem quidem ſtabilem & domicilium certum non habebit, pro Marc.17.a. Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris, de Or.144. b. Nam ſi ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuiſſet, nunquã hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet, de Prou.Conſ.25.a, Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, ueſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit, ad Memmiũ, l.13.1.10.2, Voluptas mentem e ſua ſede & ſtatu dimouet, Par. 118.b. Omni in ſede ac loco, ferrum flammamque metuamus, pro Mur.244.b, Qui in ſede maneant, Tuſc.1.29. Vt ſola ponatur in ſummi boni ſede quam quærimus, de Fin.72. b. Ancipites beſtiæ, in utraque ſede uiuentes, de Nat.d.1.74. Sedibus ſuis inhæreant

hærent infixa cælo ſydera, de Vniu. 47. Sedes ac domicilium col locare. Ver. 110. b, Mihi ipſa Roma prope conuulſa ſedibus ſuis, pbuiam procedere viſa eſt, in Piſ. 90. b, Huius in ſedibus pro cu-biculis ſtabula, pro tricliniis popinę ſunt 2. Phil. 78. id eſt, in do mo boius. Imo vero commodius etiam, puluinóſque popoſciſ-ſe, & omnes in his ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe di-cebat 2. de Or. 15. Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ atque in ſedibus luxuriæ collocati 2. de L. Agr. 94. 2.

Sedecula.

Sic literis ſuſtentor & recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli, Att. 4. 79. 4. a

Seſsio.

Siſtus, inceſſus, ſeſſio, accubatio 1. Off. 170. a, Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio 1. de Nat. d. 131. a, Cuius ipſa illa ſeſſio fuit, quam videmus, de Fin. 5. 2. Seſſionem illam Capitolinam mihi non placuiſſe 14. Att. 27. Num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipſa, vbi inambulamus, & paleſtra, & tot locis ſeſſiones, gymnaſiorum & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commouent? 2. de Or. 12. 2, Quamobrem etiam ſeſſiones quædam contra naturam ſunt, de Fin. 232. b

Seſsito.

Eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit? de Cl. Or. 29. a

Seditio.

Commota ſeditio. Att. 2. 16. 15. a, Seditio quæ facta eſt in legione quarta de Antoniis. Att. 173. b, Magna ſeditio in caſtris eius inter Pœnos & Siculos milites eſt facta, de Diu. 91. b. Seditio militum ſedata ab Appio, Att. 5. 101. 2. a, Concitare ſeditionem & diſcordiam, pro Mur. 75. a, Singulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt, Pollio Cic. 10. 32. 11. a, Seditionem non poſſe fieri, eo inuito, qui cum populo ageret, decreuit Senatus C. Claudio conſule, de C. Carbonis ſeditione referente: quippe cui liceat conſilium, ſimul atque interceſſum, turbarique cœptum ſit, dimittere 3. de Leg. 37. Seditionem atque diſcordiam in ciuitatem inducere, Off. 121. Quod ſcribis de ſeditione quæ facta eſt in legione quarta de Cotoniis, &c. ad Brut. 2. 3. 2. & Ep. 166. b Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet, Att. 154. b, Cumque ante aduentum meum ſeditione quadam exercitus eſſet diſſipatus, &c. 15. fam. 13. Plebis concitatione & ſeditione nuntiata, de Clar. Orat. 169. b, Seditiones multæ a Reipubl. factæ 2. de Ora. 68. Seditiones nonnullæ iuſtæ, & prope neceſſariæ 2. de Or. 108. Omnia ſeditionū genera collegi, de Or. 126. b, Seditionū ſerui ac miniſtri 1. fam. 39. Multas ſeditiones eſſe factas & conflatas, Att. 120. b, Nō dubitauit ſeditiones ipſas ornare & demōſtrare grauiſſimis verbis 2. de Or. 68

Seditioſus.

Titius ſeditioſus ciuis & turbulentus, de Or. 2. 26. Malus ciuis, improbus Conſul, ſeditioſus homo 3. Verr. 26. a, Seditioſa vita & tumultuoſa 1. de Iou. 6. a, Adhortari adoleſcentes, ut turbulenti, vt ſeditioſe vt pernicioſi ciues eſſe velint, In Ant. 157. b. & Academ. lib. 2. 13. Altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat, nondum, initiis ſeditioſis Tribuniſpl. 3. de Leg. 63. a

Seditioſe.

Altera autem quæ procul a iudicio remota eſt, quæ concionibus & concitatis accommodatior eſt, quam tranquillis, moderatiſque iudiciis, pro Clu. 1. a S. interrogari, pro Mil. 102. b, Multa quum ſeditioſiſſime diceret, vocem exprimere non potuit, Att. 2. 36. 7. a

Sedo.

Cum tanta mala florentiſſimæ familię ſedaui, vel potius ſuſtuli, in Ant. 169. b Vos quoque tribunitiam ſedare temeritatem, Att. 194. b, Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam, pro Flac. 42. a, Sermunculum omnem aut reſtrinxeris, aut ſedaris, Att. 206. b, Sedare ęgritudinem, Tuſc. 3. 64. Diſcordias, in Ant. 153. b, Lites 5. Verr. 113. a, Moleſtias calorum, Off. 2. 17. a, Quæcunque in animis hominum motum res & cauſa poſtulet, dicendo vel excitare vel ſedare, de Or. 102. b, Sedare motus animi appetentis, Tuſc. 3. 15. Tempeſtatem ſedare 3. Verr. 32. a, At aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur 3. de Leg. 34. a, Tum interuentu Pontini, pugna quæ erat commiſſa, ſedatur, in Cat. 111. b, Bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum, me vno togato duce & imperatore ſedetur 3. in Cat. 46. a, Hoc dico, controuerſiam totam iſtam poſſe ſedari 1. de Leg. 81. a, Quod vnum ad inuidiam veſtri ordinis, infamiamque iudiciorum ſedandam maxime pertinebat, id, &c. 2. Verrin. 1. a Appetitus omnes contrahendi, ſedandique ſunt 1. Off. 141. In eorum, qui audiunt, mentibus aut ſedandis aut excitandis, de Orato. 86. b.

Sedatus.

Alter ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit, Or. 100. b Seditio militum ab Appio ſedata, Att. 75. b, Sedata & depreſſa vox, ad Her. 20. b, Illa etiam parte animi, in qua irarum exiſtit ardor, ſedata atque reſtincta, de Diu. 1. 57. Sedata atque modeſta ſint, quæ cum patribus agentur 3. de Leg. 35. Sedatis fluctibus, & tempeſtate commutata, de Inu. 81. b, Eſt enim ut transferendis, faciendiſque verbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior, in Orat. 101. a, de Iſocrate, Hæc ſcripſi ſedatiore animo, quam proxime ſcripſeram, Att. 8. 247. 14. a, Paulo ſedatiore tempore eſt accuſatus, quam Iunius, ſed eadem fere lege & crimine, pro Clu. 83. a

Sedate.

Non conſtanter & ſ. ferres? 2. Tuſc. 80. a, Cuius oratio cum ſedate placideque loquitur, tum illuſtrant eam, quaſi ſtellæ quædam, tranſlata verba atque immutata, in Or. 50. a, Placide & ſedate ferre dolorem, Tuſc. 2. 50

Sedatio.

Sedatio ægritudinis, Tuſc. 227. b, Animi, omnium rerum occultarum ignoratione ſublata 1. de Fin. 99. a, Temperātia & modeſtia, omniſque ſedatio perturbationum animi 1. Off. 132. a, Vt apud Homerum quotidianæ neces, interituſque multorum, ſedationem mœrendi afferunt 3. Tuſc. 110. a, Atqui cum perturbationes miſeram, ſedationes autem vitam efficiant beatam, &c. Tuſc. 5. 32. Perturbationes animi, & Sedationes animi, cōtraria, Tuſc. 236. b

Seduco.

Cum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius: ait ſe nihil contradicere, Att. 5. 110. 14. a, Quū a negotio omni ſeuocamus animum, quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque corpore ſeducimus? 1. Tuſc. 117. a Seduxi enim eum, & ad pacem ſum cohortatus 15. Att. 2. Niſi quod te Idib. Martiis a debita tibi peſte ſeduxit 13. Phil. 361. Cum inimicum meum modo ſeuere ſeducerent, modo familiariter amplexarentur, Ep. 15. b, Sępe audiui acceſſiſſe ad Craſſum, conſulendi cauſa, quendam ruſticanum: qui cum Craſſum ſeduxiſſet, atque ad eum retuliſſet, reſponſumque ab eo verum magis, quam ad ſuam rem accommodatum, abſtuliſſet, &c. de Or. 1. 123.

Seductus.

Quod vero a te viro optimo ſeductus eſt, tuoque beneficio adhuc viuit hæc peſtis: interdum quod mihi uix fas eſt, tibi ſubiraſcor 10. fam. 60.

Seductio.

Etenim ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant, pro Mur. 46. a

Sedulus.

Eloquentes videbare, non ſedulos, velle conquirere, de Cl. 91. hoc eſt, officioſos & diligentes.

Sedulitas.

Sedulitas nimium arguta 8. fam. 1. in ep. Cæl. Finem feci offerendi mei, ne forte mea ſedulitas aut inſidioſa aut impudens videretur, con. Rull. 68. b, Qui ſedulitatem mali poetæ duxit, aliquo tamen præmio dignam, pro Arch. 190. b, Quis igitur: Ille quem ſupra deformaui, voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio, ſimulataque ſedulitate coniunctus, &c, pro Cæc. 10. a, Quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ, & beneuolentia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. 11. Att. 19. Cornelii operam & ſedulitatē laudare poſſum, Ep. 121. b, Idque cum ſentiam, ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum, re quidem ipſa, &c. Ep. 9. b

Sedulo.

Tu quidem ſ. argumentaris, quid ſit ſperandum, &c. Att. 44. b. Hoc quoquam ſ. faciebat, tamen interdum, &c. pro Clu. 45. a, S. inquam faciam, ſed fortuna fortis. 3. de Fin. 34. a, S. tamē 1. bo, & in primis a Pathuſco, de Fin, 24. b

Seges.

Seges ſpicis uberibus & crebris, de Fin. 146. b, Quid .n. odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ? pro Mil. 27

Etſi

Etſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen ſuapte natura enitent, Tuſc.177.b, Segetes fœcundę herbas effundunt inimiciſſimas frugibus, Or.201.b, Largiuntur fruges, Tuſ.162.b, Lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta, Or.204.b Segetibus & prauis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt, de Sen.8.b, Neque in ſegetibus, neque in arcis, neque in horreis, Verr.51.b

Segnis.

Ego ſicui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, nõ laboro, Att.8.157.4.a, Nec me ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti, de Fin.1.27. Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi, &c.2.de Leg.73.a, Ne ſegniores poſthac ad imperandum cæteri ſint, pro Font.6.a

Segnitia.

Rudem enim eſſe omnino in noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi 1.de Fin.4. Præterea ſine arrogantia grauis eſſe videbatur, & ſine ſegnitia verecundus, de Cl.Or.155.a

Segnities.

Et quoniam de impudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum atque inertiam 1.de Or.91.a

Segrego.

Iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratione Ariſtoteles, de Or.159.b, Qui antea voce Prætoris a liberis ſemouebantur, tuis ludis non voce, ſed manu liberos a ſe ſegregabãt de A. 23. Eloquentia nos a vita immani & fera ſegregauit, de Nat.d.56.b, Excluſit illam a Rep. diſtraxit, ſegregauit ſcelus illius 5.Phi.185. Qui uirturem a ſummo bono ſegregauerunt, de Fin.L.3.47. Segregari iram & gratiam intelligitur, a beata immortalique natura, de Na.d.1.34. In ſigura hominis feritas & immanitas belluæ, a communi tanquam humanitate corporis ſegreganda, Off.58.b, Aliquem a numero ciuium ſegregandũ eſſe, vel non eſſe, pro Arch.2.a

Segregatus.

Beata vita ſola relicta, & comitatu pulcherrimo ſegregata, Tuſc.244.b

Seiugo.

Humani autem animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſeiugatam. 2.de Diu.63.

Seiungo.

Seiungam te ab illo, &c.in Vat.32.b, Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget, de Nat.d.71.b, Seiunge ſe ab iis, cum quibus te temporum vincula coniunxeruut 10.fam.18. Seiungere ſe & coniungere, cõtraria 6.fam.19. Tibi autem multo notior atque illuſtrior meus in tu animus eſſet, ſi hoc tempore omni, quo ſeiuncti fuimus, & una & Romæ fuiſſemus, Lent.1.9.3.a, Dummodo tua calamitas a Reip. periculo ſeiungatur, in Cat.102.b, Ab honeſtate ſeiungi 1.Acad.10.a, Et a ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi non poteſt, de Fin.1.52. Seiungendus ab Antonio, Att.15.316.10.a, Quod me ex fortiſſimorum ciuiũ numero ſeiungendum non putaris. Verr.4.& 34.b

Seiunctio.

Orator ſeiunctus a Philoſophorum eloquentia, Ora.203.b Defenſio remota ab vtilitate Reipub. ſeiuncta a voluntate legis, Verr.192.b Seiunctum mihi a te nihil eſſe poteſt 12.ſam.39.in ep.C.Trebonii, id eſt, quod mihi tecum non ſit commune. Seiuncti animi ab authoritate Senatus, de Ar.reſp.44.

Seiunctio.

Propoſitioque quis ſis dicturus, & ab eo quod eſt dictum ſeiunctio, & reditus ad propoſitum, & iteratio, & rationis apta cõcluſio 3.de Or.112.a

Seligo.

Nec vero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet & ſeliget, Or.27.a, Qua exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſu eligere qui quærerent. Or.55.a, Sed hoc quaſi vltimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus: illud autem vt feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum 3. de Fin.36.a

Selectus.

Cæterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorũ conuentu proponi ſolent 4.Verr.22.a. Selectæ breueſque ſententię Epicuri, de Nat.d.1.60. Selectarum epiſtolarum volumnia 2.ad Qu.fr.42. Deinde Prætores tantum vrbani, qui iurati debent, optimum quenque in ſelectos iudices referre, nunquam, &c. pro Clu.96.a

Selectio.

Vt eam rerum ſelectione expoliarent, de Fin.lib.2.37. Selectio vitiorum, bonis prætermiſſis, in omni re accuſanda eſt 3. de Leg.22.

Sella.

Sella Cæſaris 15.Att.8. Non denique hæc ſedes honoris, ſella curulis vnquam vacua mortis periculo fuit, in Cat.118.b, Sella Q.Maximi, quem illi Conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet 7.ſam.52. Nemo opifex inuentus eſt, qui non ipſum illũ ſellæ atque operis & quæſtus quotidiani locum ſaluum eſſe velit, in Cat.122.b, Quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ multitudo, qui ordio ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit conueni re 3.Verr.84.a, Prætor properans de ſella exiluit, in Verr.100. & 101, & 177.b, Prætor palam de ſella ac tribunali pronũtiat, ſi quis, &c.Verr.127, & 128.b, Sedebat in Roſtris Cæſar in ſella aurea coronatus, in Ant.176.b, Illo die quo primum in ſella aurea ſedit, de Diuin.105.b, & 4.Att.29. Iam antea in ſella ſederet Prætor, quũ prouinciam Siciliam obtineret 5.Verr.111.a. Puella defatigata petiit a matertera, ut ſibi concederet pauliſper, vt in ſella requieſceret 1.de Diu.168.a

Semel.

Galli pecuniam ſ. atque iterum ac ſæpius inuitiſſimi dare coacti ſunt, pro Font.279.b, & de Inu.64.b, Patria his a me ſeruata, ſ. cũ, &c. iterũ cũ, &c. p̃ D.ſua, 228.b, Cũ facile exorari Cęſar, tũ ſ. exorari ſoles, pro Deiot.5.a, Cum aũt ſ. gladiũ ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi afferret, in Ant.198.b, S. hoc induxit animum 14.Att.22.& 15.31. Verum hoc erat, ſi ille ſ. verus archipirata ſecuri percuſſus eſſet, pecuniam illam nõ haberes 7.Verr.63.a, S. ait ſe in vita pertimuiſſe, tum, quum primum a me reus factus ſit 2.Verr.4.a, Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, ut re ſ. atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit, pro Clu.37.a, Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ ſ. in tribunali redditæ ſunt. Atti.69.b, Alias, ſimul. Vbi enim ſ. ab annonæ ratione, & ab aratorum voluntate res ad Prætoris libidinem translata eſt, &c. 5. Verr.189.a

Semen.

Semen incluſum eſt in intima parte baccarum quæ ex quaq; ſtirpe funduntur 2.de Nat.d.96. Semen cum in locis inſedit, rapit omnem fere cibum ad ſeſe, eoque cœptum fingit animal 2. de Nat.d.97. Semen belli 2.Phil.69. Stirps ac ſemen malorum omniũ, in Cat.103.b Semen vrbanitatis, ad Curuum 7.32.4.a, Aliquid ingenerari hominibus a ſtirpe generis ac ſeminis, con. Rul.82.b, Seminis quanta uis 2.de Nat.d.59. Nec vero vnquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum, &c.Off.1.40. Itune cenſes ante coronam extitiſſe, quam herbarum cõceptum eſſe ſemen? de Diu.122.b, Triptolemus cum omnibus ſemen largiretur, &c.ad Her.25.b, Semens incidens in concipientem cõprehendentemque naturam, de Nat.d.42.b, Attilius ille ſua manu ſpargens ſemens, pro S.Roſ.26.b, Terra cum gremio mollito & ſubacto ſemẽ ſparſum excepit, primum id occatum cohibet, &c, de Sen.7.b Semina ſtirpibus infixa. de Nat.deor.2.19. temperationis caloris oriũtur & augeſcũt. Sunt.n. ingeniis noſtris ſemina innata uirtutum. Tuſ.3.2. Semina iniuſtitiæ, intemperantiæ. 3.de Nat.d.52 Semina malorum, quæ in his mediis incluſa sũt, in contrarias partes ſe vertere. de Diu.115.b Quorum ſimilia ſunt prima in animis, quaſi uirtutum igniculi & ſemina. de Fin.5.15. Seminum is uis ad gignendum procreandumque plurimum valet. Din.2.75. Semina terræ mando. in Ar.b Semina ex menſa ſecunda in lacinia ſeruantem 16.Fam.30. ex epiſt. Cic.ſilii. Quod Zeno in ſuis commentariis quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. de Diu.81.b Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.2.Phil.69 u Seminibus grauidata terra, omnia parit & fundit ex ſeſe.2. de Natur.deor.59 In ſeminibus ineſt vis earum rerum, quæ ex his progignuntur. de Diu.107.b Terra quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarum frugum aut ſtirpiũ minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramoſque procreat. de Senect.88.b

Seminarium.

Qui niſi exeunt, niſi pereunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcito te hoc in Rep. ſeminarium Catilinarium futurum.2 in Cat.42. Seminarium iudicium 13.Phil.334. Id autem eſt priacipium urbis,

bis,& quaſi ſeminarium Reip. 1. Offi. 80. Ex illo fonte & ſemina cio triumphorum tu arida folia laurea retuliſti, in Piſ. 77.

Sementis.

Nemo ignorat quid ſit ſementis & meſſis, de Ora. 106. b, Vt ſementem feceris, ita metes, de Ora. 133. b In agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis, Senatores multos eſſe Romæ, nos quoque audieramus 9. Att. 22. Hanc igitur tãtam a diis immortalibus arbitramur malorum ſementim eſſe factam 3. de Nat. d. 107. a, Semente prohibita ac meſſe amiſſa. Verr. 175. b

Semino.

Seminari nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuterna, quam poetæ verſu poteſt 1. de Leg. 1.

Seminator.

Omnium autem rerum quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor eſt mundus, &c. 2. de Natu. d. 62. Qui eſt verſus omnium ſeminator malorum 3. de Nat. d. 90. a

Semeſtris.

Iam intelliges id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe, Att. 10. 197

Semianimus.

Arboris e trunco ſerpentis ſaucia morſu, Subigit ipſa feris tranſfigens vnguibus anguem. Semianimũ, & varia grauiter ceruice micantem 1. de Diu. 90.

Semigro.

Reprehẽdiſtis, a patre quod ſemigrarit: quod quidem iam in hac ætate minime reprehendendum eſt, pro Cæl. 18.

Seminarium, Semino, vide Semen.

Semiaſſus.

Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſibus, Per terram ſanie delibutas fœde diu vexarier 1. Tuſc. 170. a

Semicirculus.

Circulos aliquos aut ſemicirculos conſectari, quum non habeant ingenuas ea doctrina oblectationes 5. de Fin. 100.

Semidoctus.

Hæc vt & properans, & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro, vt aliquando ad illa maiora veniamus 2. de Ora. 95. a

Semifer.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans. Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe 2. de Nat. d. 165. a

Semihora.

Neque ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti, pro Rab. perd. reo, 3. a

Semiliber.

Obſecro, abiiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus, quod aſſequemur & tacendo & latendo 13. Att. 41.

Semiplenus.

Decem ſemiplenæ naues, in Verr. 248. b

Semiſomnus.

Quum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent cõmunes minos ſemiſomni, ad Manium, lib. 7. 1.

Semiſomnis.

Confirmant ipſi ſe, quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet, arma capiunt: totum forum atque inſulam, quę eſt urbis magna pars, complent 7. Verr. 75.

Semiuiuus.

Qui non admurmuratione, ſed voce & clamore abiecti hominis & ſemiuiui, &c. in Piſ. 14. a, Parthi ſepeote Bibulum ſemiuiuum reliquerunt 7. fam. 12, Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Ro. ſocium atque amicum, fumo excruciatum, ſemiuiuum reliquit. 3. Verr. 30, a, Et quum erat reclamatum ſemiuiuis mercenariorum vocibus, pop. Romanum negare dicebat, pro Seſt. 109. a

Semiuncia, ſiue Semuncia.

Semiuncia auri: Verr. a 13. b, Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinam, pro Cæc. 13. a

Semiuſtulatus.

Tu P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo: tu in publicũ eieciſti: tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infœliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniãdum reliquiſti, pro Mil. 25.

Semiſſis.

Similus, non ſemiſſis homo contra me arma tulit, & eum bello cœpi. Vatinius Cic. lib. 5. 10. 4. a, Sed ſicubi inciderit de Tolliano ſemiſſe, Maximã adhibebis, vt ſcribis; Att. 15. 330. 5. a, Lex frumentaria de ſemiſſibus & trientibus, ad Her. 4. b, Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conſcriberentur: vt remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur, pro Seſt. 46. Semiſſibus magna copia eſt 5. fam. 15.

Semita.

Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam, qua uia modo uiſa eſt, exire ab iſto, eadem ſemita reuertiſſe 4. Verr. 40. a, Semitam tantum Galliæ tenebamus antea, de Prou. 75. b, Roma in montibus poſita & conuallibus, non optimis uiis, anguſtiſſimis ſemitis, con. Rull. 85. b, Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuerunt, Off 45. b

Semoueo.

Neque res lumen habere poſſunt, ſi verba ſemoueris, de Or. 144. b, Itaque qui antea voce præconis a liberis ſemouebantur, suis ludis, non voce, ſed manu liberos a ſe ſegregabant, de Aru. reſp. 23. a, Nam Strato eius auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea diſciplina omnino ſemouendus eſt 1. Aca. 49. a, Semouenda eſt igitur voluptas, nõ ſolum ut recta ſequamini, ſed etiam vt loqui deceat frugaliter 2. de Fin. 45. a

Semotus.

Semotus a dominatione Reip ad Oct. 42. Cæterorum ſententiis ſemotis, de Fin. 159. b

Semper.

Quod ſ. mouetur, id æternum eſt 1. Tuſc. 62. a, Ea quũ tempore commutantur, commutatur officium, & non ſ. eſt idem 1. Off. 45. a, alias, vt non ſemper ſit idem. S. ego a genere hoc toto ſermonis refugi, de Or. 93. b

Sempiternus.

Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus, in Cat. 122. b, Ordo ſempiternus rerum cæleſtium, de Nat. d. 2. 12. Sempiterna dei natura, de Nat. d. 74. Ratio perfecta & ſempiterna 2. Acad. 42. Sempiterna rerum futurarum veritas, legis uis, de Nat. d. 1. 30. Neque autem ego ſum ita demens, vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari uelim, Lucceio, 5. 12. ſ. 2, Sempiternũ dominum impoſuiſtis in ceruicibus noſtris, de Nat. d. 1. 39. Plato dixit, mundum fore ſempiternum, de Nat. d. 6. b, Sempiternam pœnam ſuſtinere, Poſtq. 198. b, Illi non heroes, ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt. Att. 226. b, Ep. 88. b, Sempiternũ malũ, Tuſ. 1. 9. Noſtra cõſilia in ſempiternũ tẽpus ſpectare debent 2. de Or. 91. Stellarũ curſus ſempiterni, de Som. 156. b, Sẽpiterni hoſtes 5. Att. 39. Veræ amicitiæ ſempiternę ſunt, de Ami. 101. b, Nihil imutat sẽpiternus ſeculorũ ætatib. de N. d. 36. b

Senator.

Senariolus, Senarius, vide Sex.

Senatur paratos nullo pacto eſſe poteſt ſine diligẽtię memoria 3. de Leg. 36. Rogatus dicat Senator 3. de Leg. 35. Senator cauſas populi teneto 3. de Leg. 11. Senator bonus, author publici conſilii, Or. 103. b, Senatoris animus non ad auctorem refertur, ſed ipſe per ſe ſpectari uult, cum agit 3. de Leg. 35. Senatori non licebat Romanorum legibus nauem comparare 7. Ver. 36. Senatori iuſſa tria ſunt, ut adſit. Nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt. Vt loco dicat, id eſt rogatus: vt modo, ne ſit infinitus, nam breuitas non modo Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia 3. de Leg. 35. Senatori eſt neceſſarium noſſe Rempubl. quid habeat militum, quid valeat ęrario, quos ſocios Reſpub. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere: tenere conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum 3. de Leg. 36. Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. 3. de Leg. 11. Senatore ſine procuratione in legatio exiſtente nihil turpius. 3. de Leg. 18. Senatores Romani ex vniuerſo populo deligi ſoliti. pro Seſt. 120. Senatores, qua pœna in Senatum cogi ſoliti. 1. Philipp. 9. In agris erant tunc Senatores. de Sen. 88. b. Cum cccc x. Senatores eſſetis. Poſt quã. 210. b. Senatores qui conſilio & prudentia regere Rempubl. poſſint. de Or. 83. b. Senatorum Romæ frequens numerus ad ducentos. Quint. fr. 2. 1. Toga prætexta & ſella curulis Senatorum. pro Clu. 50. b

Senatorius.

Senatorius ordo multa pericula habet. 5. in Verr. 81. & pro Clu. 83. a. Senatorij ordinis præmia. pro Cl. 154. & pro Rab. Poſth. 11. Senatoria cauſa. in Piſ. 14. Potentia Senatoria. Att. a. 14. 3. a. Senatoria ſententia. in Piſ. 51. Senatoria vigilia. 1. Phil. 1. Lyſanias adeptus eſt ordinem Senatorium. pro Plac. 155. b. Rempub. Senatorio conſilio defendere. 3. Verr. 3. a. Literæ forenſes & Senatoriæ. Off. 2. 5. a. Senatoriis muneribus liberatus. Tuſc. 1. 1. a

Senatus.

Si ſtultitia conſenſu omnium philoſophorum maius eſt malum, quàm ſi omnia mala & fortunæ & corporis ex altera parte ponantur, ſapientiam autem nemo aſſequitur, in ſummis malis omnes ſumus, quibus vos optime conſulsum a dijs immortalibus dicitis.3.de Nat.d.58.Stultitia eſt, a quibus bona precamur, ab ijs porrigentibus & dantibus nolle ſumere.3. de Natu.d.121.a Etenim vt ſtultitia etſi adepta eſt quod concupiuit, nunquam ſe tamen ſatis conſecutam putat, ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt, quod adeſt, neque eam vnquam ſui pœnitet. Tuſc.5.39.Non enim omnis error ſtultitia dicenda.de Diuin. 1 27.b Stultitia ſenilis, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum leuium eſt, non omnium.Cat.33.Stultitia ſingularis. 12.Att.6. Summa ſtultitia, fruſtra confici mœrore: cum intelligas nihil poſſe proſici.Tuſ.3 66.Ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ.3. Tuſc.22. a Oratoris peccatum, ſtultitiæ peccatum videtur. ſtultitia autem excuſationem non habet.1.de Or.62.Eſt enim proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum.3.Tuſ.63.Stultitiæ ſuæ quamplurimos teſtes domeſtico præconio colligere. 2. de Or. 48.Stultitiam enim cenſuerunt inconſtantiam, id eſt ſanitate vacantem. Tu.292.b Sed huius iſtius facti ſtultitiam maior iam ſuperior ſtultitia defendit.pro Rab.Poſth.15. a Malo indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem 3.de Or.79. a Non modò ſtultitiam meam, ſed etiam mores & naturam condemnandā puto.Acad.q.ed.1.lib.2.59: & 60 Sua ſtultitia occidiſſe, cum ſalui eſſe potuiſſent ſua prudentia.4.fam.7. Neque tamen cum ſe in media ſtultitia, qua nihil eſt peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur. Tuſ. 3.59, Miſerius ſtultitia, nihil poteſt dici. de Nat.d. 6.b Non ſtultitia occæcatus, ſed verecundia deterritus 15.fam.3.Stultitiæ hominum oratori deuorandæ.Br.127

Stupeo.

Hæc quum loqueris, nos Barones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides.2.de Fin.122.a Cn.noſter quid conſilij ceperit, capiatve, neſcio, adhuc in oppidis coarctatus, ſed ſtupent omnes ad Att.lib.7.129.2.a Confirmant ipſi ſe, quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet.7.Ver.75.a

Stupens.

Quæ cum intuerer ſtupens.de Som.Scip.128.b

Stupefacio.

In quo igitur homines exhorreſcunt, quem ſtupefacti dicentem intuentur.3.de Or.30.a

Stupeſco.

Incidat, aſpiciat, admiretur: ſtupeſcat.3.de Or.57.a

Stupidus.

Zopyros phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet. de Fat.8. Actæonis ſabula te ſtupidum detinet. Part.43.Omnes ſtupidi timore obmutuerunt.ad Her.4.23.4.a

Stupiditas.

In quo primùm incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.2.Phil.86.a

Stupor.

Eſto, ſit in verbis tuis hic ſtupor, quanto in rebus ſententiiſque maior? 2.Phil.51.a Immanitas in animo, ſtupor in corpore. 3.Tuſc.21.a Quis te tantus ſtupor oppreſſit, vt non ſcias, &c.2. Phil.75.a Sin autem id non videt, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat.de Aruſp.reſp.4.a Pauci iſta tua luculenta vitia noueramus, pauci tarditatē ingenij, ſtuporem, debilitatemque linguæ, in Piſ. 1.a Tam verò neque illud meum factum laudabile, &c.eamque animi duritiam, ſicut corporis, quod quū vritur, non ſentit, ſtuporem potius, quam virtutem putarē. pro Dom.75.a Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.3.Phil.135.a De Bambalione loquitur. Sed ſtuporē hominis, vel dicam pecudis, attendite.2.Phil.90.a Qui morbo aliquo & ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt.2.Phil.120.a

Stuprum.

Quod nefarium ſtuprum non per illū in Cat.106.b Conſul. proceſſit, ſomni, vini, ſtupri plenus. Poſt redit.in Senatu.11.Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. pro Mil.54. Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum.3. de Nat.d. 93.a Quamcumque in domum ſtuprū intulerint.Parad.28. Gyges paſtor, opportunitate annuli vſus, reginæ ſtuprum intulit. 3.Off.49.Cum ſtuprum Bonæ deæ puluinaribus intuliſſet. in Piſo.76.a Lucretia per uim oblatum ſtuprum uoluntaria morte luit. de Le.140, b.de Fin.5.59 Audiet Brutus eum populum, &c. pro turpi ſtupro datum in ſeruitutem.ad Octauium, 16.a Qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit ceremonias.pro D.ſua, 81.a Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique.4.Tuſ.122.a

Stupro.

Hominem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matresfamiliâs ſtuprauit. Vatinius ad Cic.5. 10.3. a Puluinar quod ſtupras.de Aruſp.29.Id eſt, ſtupro contaminaueras. Virginior interfecit filiam ne ſtupraretur.5.de Fin.114.Qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut ſtuprando.pro Do.96. Stuprata per uim Lucretia a Regis filio, teſtata ciues ſeipſa interemit.2.de Fin.106.a

Stylo, Vide Stilpo.

Stylus.

Etiam artifex, vt ita dicam, ſtylus.de Cl.273.b.Cenſorius ſtylus.pro Cl.97.a Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.1.de Or.72.a Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi.in Or.83.a Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idē ſtylus.de Cl.Or.51.a Si meus ſtylus ille fuiſſet, vt dicitur, mihi crede non ſolùm vnū actū, ſed totā fabulam confeciſſem.2.Phil.54.Stylus dicendi opifex. 7.fam. 46. Stylus pfector dicēdi ac magiſter.1.de Or.134. a Cùm præſertim adhuc ſtyli penas dem. 6.fam. 25.in ep.A.Cæc.Sub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.1.de Or.73.a Stylum alicuius perſequi.6:fam.18.in epiſt.A.Cæc.Deinquum otioſus ſtylum prehenderat, &c. flacceſcebat oratio.de Cl.Or.47.a Vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnem euertit ſuā. 4. Verr.70.Orationes Attico ſtylo ſcriptæ.de Cl.Or.86. a Hāc ad legem cum exercitatione, tum ſtylo, qui & alia & hunc maxime ornat & limat, formanda nobis oratio eſt.3. de Or.105 In ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcēda eſt. 2.de Or.54.Cum cætera ſcelera ſtylo illo impuro Sex.Clodius conſcripſiſſet.de Aruſp.9

Suadeo.

Quod ſuades, vt petam, &c. Att.139.b De obuiam itione ita faciam, vt ſuades. At.180.b Nam poſtea me, vt ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum ēt rogauit.de Pro. Conſ.34.a Hæc q̄ ſupra ſcripta ſunt, eo ſpectant, vt te horter & ſuadeā, reliqua ſūt quæ pertinēt ad rogandū. Valeriu.l.13.4.7.a Niſi mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita, &c.pro Arch.188 b Legē Voconiā magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem.de Sen.14.a Duo tēpora tamē inciderūt, qbus aliqd cōtra Cæſarem Pōpeio ſuaſerim.2.Phil.46.a.Memini qd mihi tum ſuaſeris per Theophanē, per Culeonem.Att.8.160.5.a Tu aūt quòd ipſe tibi ſuaſeris, idē mihi perſuaſum putato.Att.13.290,4.a Suadere aliquid aut diſſuadere, grauiſſimæ perſonæ eſt.2.de Or. 181. An C. Trebonio pſuaſi, cui ne ſuadere quidē auſus eſſem.2. Phil.48.a Primū cœpi ſuadere pacem Mario lib.7.3.6.a Suadere rogationē.Off. 3.148 Nemo eſt qui ſapientiam tibi ſuadere poſſit ſeipſo. ep.21 b Gaudeo te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie fecerā. Att.249.b In ſuadendo nihil eſt optabilius, quam dignitas. de Orat.139.b Quo in ſuadendo plus authoritatis haberem. Att. 123.b

Suadens.

M.Cato legē ſuadēs, in Galbā multa dixit.de Cl. Or. 45.a.

Suaſor.

Atq; huius deditionis ipſe Poſthumius qui dedebatur, ſuaſor & author fuit.3.Off.148. Etſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.Att.16.15. Quāquā hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.Att. 16.46. Suaſori ſimplex ratio proponitur.Par.45 Quid.n.intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem.2.Phil.50.a

Suaſio.

Suaſio legis Seruiliæ. de Cl.Or.164. a In ſuaſione quid ſibi proponas orator: Part.7.Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in unam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, & talium ſuaſionum,

qua-

qualē Iſocrates fecit Panegyricū,multiq; alii qui ſunt nominati Sophiſtæ,&c.in Or.20.a Præcepta quæ de ſuaſionibus tradē da ſunt.2.de Or.181.a

Suapte & Suopte.

Cicero Q.filius ſuapte,pie ſane,me quidē certe multum hortante,ſed currentē animū patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit. Att.6.118.1.a Vetus codex non habet ſuapte.Craſſus ſuapte interfectus manu.de Or.143 b Vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pōdere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. 1. Tuſ.63.a Suopte pondere ferrentur atomi.1.de Na.d.48

Suauis.

Nam & honorificus in me Conſul fuit,& ſuauis amicus.ad Cæli.2.12.3.a Tum pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat,quàm ſuauis eſſet inter nos,& quanta coniunctio. ad Sulp. 13.27.3.a Suauis narratio quomodo fiat.Part.19.Suauis poeta Simonides.de Nat.d.1.42 Theophraſtus autem, uir & oratione ſuauis,& ita moratus,vt præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat.Acad.q.edit.2.li.1.24. Hic ſuauis uideri maluit, q̄ grauis.de Cl.168.b Suaue dicendi genus quō fiat,Part.18.Comes,benigni,faciles,ſuaues homines eſſe dicuntur.pro Cor.Balbo,29.a Suauiſſimus Lepta.6.Fam.51

Suauitas.

Suauitas decocta.3.de Or.57 Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas.de Or.101.b Vide quanta in te ſit ſuauitas.ad Tironē, lib.16.1.t.a Quæ tua eſt ſuauitas,quiq; in me amor. 5.Fam.60. Suauitas cibi.in Ant.182.b Suauitas coloris.Tuſ.4.24.Suauitas humanitatis.pro Cæl.41.b Suauitas in verbis efferēdis, vt apud Græcos Atticorum,ſic apud Latinos Romanorum propria. 3.de Or.24.Suauitas Iſocratis.3.de Or.16.Suauitas pronuntiationis & vocis conſeruatio,ex eadem re oriuntur.3.ad Her.114.Suauitas ſermonum atque morum.de Amic.59. Suauitatis multa præcepta,orationem obſcurā,aut minus probabilem reddunt. Par. 13.Miram in eo pietatem,ſuauitatem, humanitatemq; perſpexi.Att.6.114.13.a Voluptas quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet.de Fin.56.b Mirifica ſuauitate villam habeo.Qu.fr. 318.b Ipſa ſuauitate nocuerunt,quæ fuſa(de diis)uocibus poetarum.de Na.d.1.31. Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus.de Or.105.b Reſpōſum eſt ſingulari illum ſuauitate oris fore.de Diu.97.b Suauitates odorum qui afflantur è floribus.de Sen.89.b Conquirere ſuauitates vndique. Off.75.b Sic enim tibi perſuade,chariſſimum te mihi eſſe, quum propter multas ſuauitates ingenii,officii,humanitatis tuæ,tum quòd ex literis tuis,& ex multorū ſermonibus intelligo,&c.ad Appium Pulchrum.lib.3.t

Suauiter.

Veruntamen video quàm ſuauiter voluptas ſenſibus noſtris blādiatur.4.Acad.251.a Solute & ſ.dicere.de Cl.274.b S.loqui de Or.146.b Et ſecunda iucundè ac ſ.meminerimus.1.de Fi.87. a Nunc ad epiſtolā venio,cui copioſè & ſ.ſcriptæ nihil eſt quod multa reſpondeam.ad Treboniū,lib.15.21.1u.a

Suauiloquens.

Additur Orator Cornelius ſauiloquenti Ore Cethegus,&c. de Cl.Or.28.a

Suauiloquentia.

Et oratorē appellat,& ſuauiloquentiam tribuit.de Cl. Or.29.a

Suauium.

Atticæ quoniam(quod optimū in pueris eſt)hilarula eſt meis verbis ſuauium des.Att.16.3t

Suauior.

Atticam noſtram cupio ſuauiari,ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te emiſſa ab illa. Att.16.10 L.Brutus qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acute coniecit.de Cl.169.b

Suauitudo.

Suauitudo pronuntiationis ad Her.20.b

Sub.

Sub poſteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæſare epiſtolam accepi,cuius exemplum tibi miſi,&c. Att. 9.178.1.a id eſt,ſtatim vt dedi. Subiicere aliquā rem ſub aſpectū omnium.ad Her.39.b Cœlum ſub aſpectū & tactū cadit. de Vniu.19.Sub intelligentiam cadens.de Vniu.199.b Prima illa, &c.ſub iudicium ſapientis & delectum cadunt.de Fi.102.b Sub ſenſus cadere.Acad.q.edit.1.lib.2.96 Res ſubiectæ ſub ſenſus. Acad.19.b Et natos geminus inuiſes ſub caput Arcti.de Nat.d. 47.b Sub grande cubiculum. Qu.fr.318. b Sub dies feſtos. Qu. fr.306.b Sub eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ, non ſine magna quidē clamoribus.Planc.10.16.2.a Pompeius ſe legionem ... ctorum,ſed non ſtatim ſub mentionem & conuitium obtrectatorum,Cælius ad Cic.8.4.11.a Niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecisſet.in Ant.64.b Quod ſub ea cauſa ſubiectū eſt. Top.225.b Statim ex his rebus, quas tunc vendebat,iubere ei præmiū tribui ſub ea cōditione,nequid poſtea ſcriberet. pro Archia,19.a Vocontii ſub manu ut eſſent,per quorū loca fideliter mihi pateret iter.Planc.Cic.li.10.23.5.a Captiuus ſub nodis diſtortus.de Or.133.b Sub nomine pacis bellum latet.1 Ant.241. b Sub oculis eſſe.Acad.q.edit.1.li.2.73 Nullo poſito ſub oculis ſimulachro.de Vniu.201.b Sed ille ſub Gnatonis perſona. de Amic.132.b Vt Cyprius rex ſub præcone ſubiiceretur.pro Deio.283.b Quod non ſub dubia vtilitatis ratione effici ſolet. de Fin.81.b Remp.ſub alieno ſcelere deleuit.Poſtq.204. b Homines ſub terra habitantes.de Nat.d.45.b Nō paruum ſub hoc verbo furtum latet.con Rull.89.b

Subabſurdus.

Subabſurdum tempus diſceſſus.16.Att.8. Sunt etiam illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſe per ridicula, non ſolùm minimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis. 2. de Orat. 152.a

Subabſurde.

Valde hæc ridentur,& hercule omnia,&c.ſubabſurde que ſalſeque dicuntur. 2.de Or.152.a

Subaccuſo.

Sed ſunt hæc leuiora,illa verò grauiora atque magna, quòd meum diſceſſum,quem ſæpe defleras,non quaſi reprehendere & ſubaccuſare uoluiſti.pro Planc.69.a Subaccuſa quæſo Veſtoriū. Att.13.294.3.a Addebant etiam me deſyderari, ſubaccuſari. Att.16.334.2.a

Subactus,Subactio, vide Subigo.

Subagreſtis.

Subagreſte quiddā,planeque ruſticum.de Cl.Or.140.a

Subamarus.

Nam ut cibi ſatietas & faſtidium aut ſubamara aliqua re releuatur,aut dulci mitigatur,ſic animus,&c.1.de Inu.37.a Atenim quoniam in naturis hominū diſſimilitudines ſunt,ut alios dulcia,alios ſubamara delectent.de Fato,13.a

Subarroganter.

Vereor ne ſubroganter facias,ſi dixeris tuam 4.Acad. quæ. 204.a

Subauſculto.

Omnes enim κωρυκαῖον videntur ſubauſcultare quæ loquor. Att.10.208.4.a Subauſcultando tamen excipere uoces eorū: & procul quid narrarent,attendere.2.de Or.84.a Qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus, pariete interpoſito, quibus, &c.in Top.40.a

Subciſiuus,vide Succido.

Subcontumelioſe.

Hercule,verum vt loquamur,ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius,&c.Att.2.22.3.a

Subſcripſus.

Videtis illū ſubcriſpo capillo,nigrum,qui ex oculto nos intuetur.4.Ver.74.a

Subdebilitatus.

Quod etiam mea ſpōte uidebam, tu ſubdebilitatum, nouas rationes tuendi mei quærere.11.Att.7

Subdifficilis.

Exiſtit aūt hoc loco quæſtio quædā ſubdifficilis.de Amic.59.a

Subdiffido.

Ego quo die audiui illum tyrannum in concione clariſſimū virum appellari,ſubdiffidere cœpi.15.Att.37.

Subdo.

Quis in meum locum iudicem ſubdidit?pro Dom.66.a Te rogo in Hircii locum ſubdas.Ep.156.b

Subditus.

Subditus in locum alterius.in Verr.78.b Videat quid de illis reſpondeat,quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſeruauit.3.Ver.7.a In iis aquis quæ efferueſcunt ſubditis ignibus. de Nat.d.2.10

Subdititius.

Quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, ſi hunc ſubdititium archipiratam in eandem cuſtodiam dediſſet fore,&c.7.Ver.55.a

Subdoceo.

Ciceroneſque noſtros meo potius labore ſubdoceri, quam me alium nis magiſtrum quærere.At.8.148.2.a

Subdole.

Nihil acute inueniri potuit in eis cauſis, quas ſcripſit, nihil (vt ita dicam) ſubdole, nihil verſute, quod ille non viderit. de Cl.Or. 17.a

Subdubito.

Iã enim dico meum, antea (crede mihi) ſubdubitabam. Att.14.313.1.a. Hæc eo pluribus ſcripſi, quod nonnihil ſignificabat tuæ literæ ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. Cæl.lib.2.12.5.a

Subduco.

Quid opus eſt, inquam? rationes conferatis: Aſſidunt: ſubducunt ad nummum: conuenit. Att. 5.110 15.a. De circulo ſe ſubduxit. ad Q.fr.3.20.2 a. Subduc cibum vnum diem athletæ, Ionem Olympium, eum ipſum cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit. 2.Tuſ.69.a Collaudant homines. Recte, inquit Scaptius, ſed ſubducamus ſummam Att.5.110.12.a. Quẽ tu in eo non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. pro D.ſua, 17.a. Neque intelligunt ſe rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta ſubducere. de Fin.4.35. Subducere id quo nititur aduerſariorum cauſa. de Inuent. 80.b

Subductus.

Claſſem Lacedæmoniorum quæ ſubducta eſſet ad Gytheũ, &c. Off.61.b. Medea modo & Atreus commemorabantur a nobis heroicæ perſonæ inita ſubductaque ratione, nefaria ſcelera meditantes. 3. de Nat. d. 101. a. Quod non ſubducta vtilitatis ratione effici ſolet. de Fin. lib. 2. 65. Subductum habes, ſi tuos digitos noui. 5. Att. 54. Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis prælium ineunt, ſanguinem pro patria profundunt? 2. de Fin.97.a. Rationibuſque ſubductis, ſummum feci cogitationum mearum. Lent. lib. 1 9.32.a

Subductio.

Quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam, id eſt, quo ſublato controuerſia ſtare non poſſit. 2. de Or.72.a

Subdurus.

Verum probabile eſt, illud alterum ſubdurum tibi homini Platonico ſuadere, &c. de Petit.Conſ. 30

Subeo.

Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit, &c. pro Quint.64.a. Ciuitates etiam nefarias, libidinum contumelias, turpitudineſque ſubierunt. in Piſ.68.3. in Verr.97. & 14. Phili. 390. Si pupilli calamitas, propinquorum lachrymæ, D. Bruti, cuius ꝑdia ſubierunt periculũ, &c. 3 Verr.103. a. Quoniã quidẽ ſemel ſuſcepti, licet hercules vndiq; oẽs terrores, minæ, pericula q; impendeant oĩa, ſuccurrã atq; ſubibo. pro Roſ. Am. 18. Eundem, vt quemcunq; fors tulerit caſum, ſubeam potius cũ iis qui dicuntur eſſe boni, ꝙ videar a nobis diſſentire. Att.8. 145. 4. a Quanquã quid mea interſit, vt eorum odium ſubeam non intelligo. Att. 11.225.4.a. Oĩa ſub acumen ſtyli ſubeant. de Or.97. b Eãdẽ calamitatẽ ſubirent liberi bonis publicatis quauquã qđ tua mater & ſoror deprecantur pro pueris, &c. Brut. 12. 4. a. Ne aũt nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio cõparata eſt. ꝑ Clu.101.a. Minus ſermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris, ipſũ hoc me nõ angeret. Att.11.214.3.a. Illos labores, quos nunc in ſuffragiis ſuſcipis, non ſubiiſſes. Att.3. 55. 14.a. Subieris inuidiã, pericula, oẽs meas tẽpeſtates. 15.14.20 Qui retinendi officii cauſa cruciatũ ſubierit voluntariũ. 3. Of. 143.a. Subire quamuis carnificinã prius, ꝙ, &c. Tuſ.5.58. id eſt, quæuis tormenta, ſeu quẽuis cruciatũ. Subire dimicationẽ. 1. ad Q.fr.52. dolorẽ. Tuſc.2.14. facinus alterius. 11. Phil. 295. Famã temeritatis. ad Brut.18.5.a. fortunã. 14. Fam. 14. Oĩa iniquo animo ſubire vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi, quæ vacet iuſtitia. 3. Off.35.a. Infamiã ſempiternã ſubire. Q.fr.3.20. 5.a. periculoſas inimicitias, Q.fr.324.b. Inuidiã orationis. 1. Ver. 25.a. iras deorũ. de Aruſp. reſp.35. iudiciũ. Prat.54. malũ. 2. Att. 34. Exulis nomen. pro D.ſua, 57.a. Nonne inutile eſt, vitiorum ſubire nomina? Off. 3.74. Subire ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas. in Piſ.32.a. Curio oĩa potius ſubire conſtituit, ꝙ id pati. Cæl.Cic.8.11.9.a. Poteriſne orationẽ eius ſubire? de Diu. a. Subire periculum pro amico. Part. 235. b. Dupli pœnam. 3. Off. 84. a. potentiam aut victoriam. 6. Famil. 5. ſermonem. 11. Att. 10. Supplicia. Brut. 12.3.a. Pro ciuitate tela ac pericula ſubire. pro Corn. Balbo, 41. a. Tempeſtatem inuidiæ ſubire. 2. in Cat. 36. a. Subire tempeſtates pro Republica. pro Seſtio, 122. & pro Mur. 124. b. Subire triſtitiam temporum. 8. Att. 41 Vim ſubire, atque iniuriam malui, quam aut a veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare. de Prouinc. Conſ.34. Qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatẽ, quã uitã amitterent. pro Cæcin. 72. a. Subire vim & iracundiam populi incitati. pro Dom.67. Poſtremo ſe libenter vituperationem ſubire, quod amaret etiam mortuum Cæſarem. Attic. 14. 317. 3. a. Vnum pro vniuerſis ſubire atque excipere tela. de Prouinc. Conſul. 73. b. Subire vultum ſuperbiſſimum inimicitia. ad Brut. 289. b. Ne quid inuidiæ ſubeatur aut criminis. de Natura deor. 60.b. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur: labores? ſuſcipiantur. 7. Verrinorum, 142. a. Quæ vt effugias, quis eſt non modo non recuſandus, ſed vltro appetendus, ſubeundus, excipiendus dolor? 2. Tuſc. 21. a. Subeundus vſus omnium. de Ora. 76. Sin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque pernicie fama ſubeunda eſt. in Catil. 85. a. Quando ſubeunda fortuna eſt? ad Terent. lib. 14. 5.4. a. Exiſtimabam L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quam ſapientiſſimorum, & lectiſſimorum virorum iudicium eſſe ſubeundũ pro Flac. 1.a. Sũma ſupplicia ſubeunda nobis ſunt. Att.180.b

Subitus.

Subitus diſceſſus. Att. 145. b. Subita atque improuiſa formido. de Prouinc. 78. b. Subita lætitia. ad Heren. 3. b. Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare. Memmio, lib. 13. 2. 2. a. Subitam & fortuitam orationem commendatio & cogitatio facile vincit. de Orat. 97. b Subitæ dictiones. de Orat. 97. b. Subitæ res, & anguſtæ. 10. Famil. 33. Omnia ſubita videntur maiora, & quidem ob duas cauſas: primum, quod, quanta ſint quæ accidunt, conſiderandi ſpatium non datur: deinde, cum videtur præcauari potuiſſe, ſi prouiſum eſſet: quaſi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. quod ita eſſe dies declarat: quæ procedens ita mitigat, vt iiſdem malis manentibus non modo leniatur ægritudo, ſed in pleriſque tollatur. Tuſc. 3. 45. Neve in rebus tam ſubtilis, tamque anguſtis, a Senatu conſilium petendum putes. Planc. 19. 26. 4. a

Subito.

Cum ſubito ecce idem, &c. pro Cæl. 200.b. Alia autem ſubito ex tempore coniectura explicantur. de Diuin. 95. b. Subito præter opinionem omnium. pro Planc. 269. b. Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, ſubito factus ſum accuſatoris eius ſocer. Att. 95. b. Subito cœpi conſilium vt exirem. Att. 108. b. Properanti tabellario literas ſubito dedi, Epiſtol. 136. b. Tu auſpiciorum patronus ſubito extitiſti. pro Dom. 221. b. Subito iam proſtratam Rempubl. extuliſti. Octau. 330 b. Quum tot bella aut a nobis neceſſario ſuſcipiuntur, aut ſubito atque improuiſo naſcantur. pro Font.27.a. Subito quum mihi dixiſſet Cæcilius Quæſtor puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim. Att.2.24. 1.a. Vnde philoſophandi mihi ſubito ſtudium extitiſſe. de Nat. d. 3.b. Vtile eſt ſubito ſæpe dicere. de Orat.97. b. Subito diſputare. Læl. 16. Nam mihi & ſcriptum & nuntiatum eſt Tullio in febrim ſubito incidiſſe. Terent.lib.14.8.1.a. Vita ſubito fingi non poteſt. pro Syll.162. b. Vox & geſtus ſubito ſumi, & aliunde arripi non poteſt. de Or. 107. b

Subeſſe. vide ſubſum.

Subgrandis.

Subgrande cubiculum autem, & hybernũ altum valde probaui, quod, &c. Q.fr.3.17.4.a

Subhorridus.

Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum atque incultum videbant. pro Seſt. 16. a

Subigo.

Quos uici ac ſubegi, in Cat.117.b. Hoſtes ſubegit. pro Funt. 276.b. Hanc tu, &c. ut quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, atq; in ditionẽ noſtram redegimus, liceat, &c. pro Corn. Balbo, 18. a. P. Africanus qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe. pro Sext. Roſc. 35.b. Quibus quum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum ab illo aureo genere, &c. 2. de Nat.d. 237. a. Atque illi miſeri nati in illis agris & educati, glebis ſubigendis exercitati, quo ſe ſubito conferant, non habebunt. de L. Agr.83.a

Subactus.

Subactus oppreſſuſque, pro Sext. Roſc. 41.a. Humus ſubacta atque pura. de Senect. 89. b. Quæ cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit, &c. de Senectu 47. a. Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed nouato & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grandio-

res edere.a.de Or.71.a. Galli a noſtris imperatoribus ſubacti. pro Font.276, & 281.b

Subactio.

Subactio autem eſt vſus de Or.120. b

Subijcio.

Iam vero quod ſubiicit illos,&c.pro Syl.178.b. Et quidē cur ſic opineſ, rōnem ſubijcit:&c.2.de Diu.156.a. Huic verbo, nēs qui vbiq; ſunt, qui Latine ſciunt, duas res ſubiiciunt, lætitiā in animo, commotionē ſuauē iucunditat is in corpore.2.de Fin.20 a.De voluptate. Atq, etiā ſubiiciunt ſe hoīes imperio alterius & poteſtati pluribus de cauſis.2.Off.30.a. Internecti nota teſtamenta credo ſubiiciunt. aut eiiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt.14 Phil.389.a. Tum iſte,&c. ceruiceſq; ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. 2.Phil.66.a. Has mihi ſpes ſubiecit fortuna Po.Ro.8.Phi.343.a Sępe rem dicendo ſubiiciet oculis.Or.200.b. Ea tute tibi ſubiice, quę aliis tute præcipere ſoles. 4.Fam.18.in ep.Ser. Sulp. Ne ipſi quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis, ſed,&c.pro Clu.3.a. Subiicere bona ciuiū voci præconis. Off.2. 121.& 2.Phil.75. Quem ne maiorū quidē more ſupplicio affeciſti, quum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret.in Piſ.66. a. Subiicere ex ēpla ſub ſingulos artis locos. ad Her.24.b. Fortunas innocentium ficto ſermoni.pro Plan.46 Tum qui ſcelus, fraudemq; nocentis poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium, ſupplicioq; conſtringere.1.de Or.100. Omnes ad eam domū, in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt,&c. ignē ſubiicere cœperunt.3.Verr.48.a. Subiicere libellū.pro Archia, 19. aliquam materiā arti.de Inu.43.b. & ſupponere rōnem.de Inu. 71.b. rōnes oībus partibus.ad Her.36.b. aliquā rem ſub aſpectu omnium.ad Her.19.b. ſe imperio & poteſtati alterius.Off.2.30 ſe ſub poteſtatem alicuius.ad Her.15.b. Mutata, in quibus pro verbo proprio ſubiicitur aliud, quod idē ſignificet.Or.105.b Formæ cuique generi ſubiiciuntur.Top.223.b. Quæ ſubiiciuntur vocabulo recti.ad Her.17.b. Quin hoc tpe ipſo qaum nēs a ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubiiciantur, tn̄,&c.pro Mil. 74.a. De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, vt præconi ſubiiciantur. Att. 12.255.3.a At quæ cauſa tum ſubiiciebatur ab ipſo Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis?7. Verr.114.a. Subiicerer eiſdem prælus, vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus, aliquid videretur habere populare.8.Att.38. Cupio mihi ab illo ſubiici, ſi quid præterco.in Verr.240.b Tamen huic ordini ignē nouum ſubiici non ſiuiſti. pro Rab.Poſtb.220.b. Subiici ſub pręcone.pro D.ſua,42. Subiici tutelæ alicuius.4.de Fin.64.a. Neque vident ſub hac voce honeſtatis, quæ ſit ſubiicienda ſentētia. de Fin.76.b. Terrę cultū ſegniorē ſuſpicor fore, ſi ad eā tuendā, ferroq; ſubiiciendā, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit.2. de Leg.44

Subiiciens.

Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubiiciens quid in ſuos ciues dicerem. pro Flacc.157.b

Subiectus.

Subiectus ignis. in Catil. 49. a. Hic autem alter ſubiectus Aquiloni. de Somn. 129. b. Subiectus omnibus cuſtodiis. 5. Verr.15.a. Subiectus miſeriis. 3. Tuſcul.113.a. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. 2. de Nat. d. 111.a. Subiectus ſub præcone. pro Quint. 9. b. Eſtque illa ſubiecta quaſi materia Sapientiæ. de Finib. 103.b. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt, vt, &c. Off. 14. b. Et ad propoſitum ſubiecta ratio. de Or. 162.b. Res ſubiecta ſub ſenſus. Acad. 19. b. Verborum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia. 1. de Orat. 27.a. Virtus ſubiecta ſub varios incertoſque caſus famula fortunæ eſt, &c. 5. Tuſc. 3. a. Eumque qui crebro dicat, diligenter oportere exprimi quæ vis ſubiecta ſit vocibus, &c. 2. de Finib. 9. a. Sed inuidioſum nomen eſt, & infamiæ ſubiectum. 2. de Finib. 18.a. Mare eſt ventis ſubiectum. 4. Tuſc.91.a Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt. de Opt. 225. b. Orbit extimus cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui, &c. de Somn. Scip. 128. b Omnes legibus ſubiecti eſſe debemus. Part. 122.b. Omnes res ſubiectæ ſunt naturæ ſentienti. 2. de Nat. d. 108.a. In his rebus quæ ſubiectæ ſunt ſenſibus. de Finib. 133. b. & 1. Academ. quæſt. 45. Hæc tanquam aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent. de Orat. 201. b. Omniumque rerum quæ ſunt ei ſubiectæ. 1. Academ. quæſt. 43.a. His omnibus partibus ſubiecta ſunt quædam argumenta propria. de Or. 95.b. Sub metum ſubiecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, &c. 4. Tuſc. 26. a Omnia ſubiecta eſſe libidini alicuius. pro D. ſua, 82. a. Oſſa quæ ſubiecta corpori ſunt. de Nat. d. 54. b. Qui illam Syllani temporis meſſem recordetur, qui teſtamenta ſubiecta, qui ſublatos tot homines. in Parad. 59.a. Et ingenuis ſub hoſtilem libidinem ſubiectis. ad Heren. 27. b. Tot ſibi populis repente ſubiectis. a

Subiectio.

Rerumque, quaſi gerentur, ſub aſpectum pene ſubiectio, quæ, &c. 3. de Or.112.a. Subiectio quæ eſt exornatio quædam verborum. ad Her. 4. 181. Genus confirmatur ſubiectione rationis. ad Her. 4. 170.a

Subiector.

Quis teſtamentorum ſubiector, quis circunſcriptor? 2. in Cat. 30.a

Subimpudens.

Interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam (quod a te alieniſſimum eſt) ſubimpudens videbare. Trebat. 7. 17. a. a

Subinanis.

Quinetiā, quod eſt ſubinane in nobis, & non αφιλόδοξον, &c. afficitur quadam delectatione. Att. 2.32. a.a

Subinſulſus.

Eſt enim vitioſum in ſententia, ſiquid abſurdum, aut alienum, aut non acutum, aut ſubinſulſum eſt. de Opt. gen. Ora. 144.a

Subinuideo.

Sobinuideo tibi vltro te etiam accerſitum ab eo, &c. Trebatio, lib.7. 10. a. a

Subinuiſus.

Subinuiſum nomen apud maleuolos. pro Rab. Poſth.24.a

Subinuito.

Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non otij abundantia, ſed amoris ſummi erga te, quod me quadam epiſtola ſubinuitaras. ad Marium, lib.7.1.19. a

Subiraſcor.

In Epirum quod me non inuitas comitem, non moleſtum ſubiraſcor, ſed vale. Att. 9. 175.9.a. Subiraſcebar breuitati literarum.11.Fam.38. Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. 2. de Fin.18.a. Sed ut ſolebat C. Lucilius ſæpe dicere homo tibi ſubiratus, &c.1. de Or.126.a

Subitus, Subito, vide Subeo.

Subiungo.

Ariſtoteles tranſlationi hæc ipſa ſubiungit. de Orat. 205. b Quid de L.Mummio, qui urbem, &c. Bœotiæque multas ſub imperium pop. Romani ditionemque ſubiunxit? 3.Verr.37. a. Vt ſub ueſtrum ius, iuriſdictionem, poteſtatem, &c. terrarum denique orbem ſubiungeretis. 2. de L. Agr. 95. a. id eſt, imperio ueſtro ſubiiceretis. Oratori omnes artes ſubiungere. 1. de Or. 110.a. Video in Aruſpicium reſponſis hæc eſſe ſubiecta. de Aruſp. reſp. 32.a

Sublate, Sublatio, Sublatus, vide Tollo

Subleuo.

Pater inquam illius adoleſcentis, quem, &c. is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat. pro Clu. 134.a. Etenim non minus nos ſtultitia illius ſubleuat, quam lędit improbitas. pro Cæc.17.a. Alter is qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſubleuat quidem. Att.10.195.3.a. alias, ſubleuabat. Cum negat ſe ſcire Caſſius, utrum ſubleuat Syllam. pro Sylla, 174.b. Qui uicinos ſuos facultatibus ſuis ſubleuauit. in Ant.213.b. Sed eadem iſta æſtimatione alter ſubleuarat aratores, alter euerterat. 5. Verr.185. a Nominis nouitatem dicendi gloria ſubleuabis. de Petit.305. b Hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori, uidebam, ſi aut hominem offenſum mihi, aut coniunctum cum Repub. non ſubleuaſſem. Plancus Cic. lib.10. 18.6.a. Subleuare aliquem ſuis ſceleratis cōcionib. pro D. ſua, 44. a. calamitates hominum indignorum. Tuſc.4.35. Cauſam inimici ſui.1. Verr. 7.a. Defendere & ſubleuare homines. 1. Verr.4.a. Stultitiam mentum ſubleuare. ad Her.4.230.a. miſeros. in Verr.196.b. odia aliquorum. 8. Fam.7. in ep. Cæl. Quem familiæ noſtræ dignitas debebat. Epiſt.59. b. Res aduerſas alicuius. pro Syl.56.a. Vicinos ſuos facultatibus ſuis. 7. Phil. 132.a. Hic ſtatus una omnium uoce gemitur, neque uerbo cuiuſquam ſubleuatur. Att.33.b. Hoc tamen in miſeriis adiumento & ſolatio ſubleuatur. pro Quintio, 28. a. Quum multa, &c. ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, quum, &c. 4. Tuſcul. 131. a. Non illa ſubleuanda offenſio eſt. Læl. 74. Suum laborem hominum periculis ſubleuandis impartire. pro Mur.125. b

Subligaculum.

Scenicorum quidem mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. 1. Of. 180.a

Sublimis.

Sonus natura in ſublime fertur. Tuſc. 156. b. Ex ſublimi vertice ſaxi. a. Tuſc. 29. a

Sublime.

Exteonatus aer ſublime fertur. 2. de Na.d. 145.a.alias, in ſublime. Perſpicuum debet eſſe animos, quum e corpore exceſſerint, ſiue ille ſint animales, id eſt ſpirabiles, ſiue ignei, ſublime ferri. 1. Tuſ. 64.a. Eaque ſcuta quæ fuerunt ſublime fixa, ſunt humi inuenta. 2. de Diu. 102.a. Quid? Cyrenęum Theodorum Philoſophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lyſimachus Rex crucem minaretur, Iſtis quæſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis, Theodori quidem nihil intereſt, humine an ſublime putreſcat. 1. Tuſc. 95

Subluceo.

Hunc retinens aries ſublucet corpore totus. in Arato, 33.a

Submergo.

Propter quæ Centaurus. Cedit equi partis properans ſubmergere Chelis. 2. de Nat.d. 170.a

Submerſus.

Submerſus equus voraginibus nō extitit. 1. de Diu. 65. Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentium? 2. de Nat.d. 145.a

Subminiſtro.

Et quoniam tabellarios ſubminiſtras, hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis ad Qu.fr. 2. 15. 5.a. Ariſtoteles autē, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta ſubminiſtrauit, &c. 1. de Inuet. 11. a. Quo tum erga te Rex animo fuit, qui auctionatus ſit, ſeſeque & filium ſuum expoliare maluerit, quam tibi pecuniam non ſubminiſtrare? pro Deiot. 16. a. Palā in eum tela iaciuntur, clam ſubminiſtrantur. pro Cæl. 15.a

Submitto, vel Summitto.

Iſte tametſi ſingulari eſt audacia, tamen ad pupillæ matrem ſubmittebat. 3. in Verr. 73. Submittebat iſte Timarchidem, qui moueret eos, ſi ſaperent, vt tranſigerent. 5. Verr. 57.a. Appellaui populum, tribubus ſubmiſi me, & ſupplicaui. pro Planc. 19 Huic vos non ſubmittetis? huic vos diutius manere patiemini? de Prouinc. Conſ. 7. Quum enim in maximis cauſis verſatus eſſes, & quum tibi ætas noſtra iam cederet, faceſque ſubmitteret: &c. de Cl. Or. 12. Omniaq; vt integra ſeruem, dabo operam, quoad exercitus huc ſubmittatis, parique fœlicitate Remp. hic vindicetis. Plancus ad Cic. 3 44. Submittere animum noſtrū periculo villi. 11. Fam. 6. in ep. M. Bruti & Caſſii. Aliquantum remittere ex eo quod facere poſſis, & multū ſummittere. in Ver. 62. b. de Or. 152. b. Vt in actoribus Gręcis fieri videmus, &c. quū poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſubmittere, vt ille princeps quam maxime excellat. 1. Ver. 26.a Quamobrem vt ij qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodam modo inferiores extollere. de Am. 63.a Neque id actores prius viderunt, quam, &c. a quibus vtriuſque ſubmittitur aliquid, &c. 3. de Or. 57.a

Submiſſus, vel Submmiſſus.

Oratio placida, ſummiſſa, leuis. de Or. 128. b. Nihil nō ſubmiſſum atque populare. Att. 15. 3.a. Primum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque ſubmiſſum & abiectum, neque ſe efferentem, &c. 1. Of. 1. 174. a. Videndum eſt in vtriſque nequid humile, ſubmiſſum, molle, effœminatum, fractum, abiectumque faciamus. 4. Tuſc. 104. a

Submiſſio.

Submiſſio orationis alicox. in Ora. 46. a. Contentio & ſubmiſſio vocis. 1. Off. 203. Pariom autem comparatione nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim æqualis. in Topic. 37.a

Submiſſe, vel Summiſſe.

Quare qui aut breuiter, aut ſubmiſſe dicunt, docere iudicem poſſunt: &c. 2. de Or. 118. a. Meum beneficium potius ad eum detuli, qui a me contenderat, quam ad eum qui mihi non nimis ſubmiſſe ſupplicarat. pro Planc. 9. Summiſſius a primo dicere. Or. 199. b. Alias contentius, alias ſubmiſſius dicere. de Or. 182. b. Vt quanto ſuperiores ſimus, tanto nos geramus ſubmiſſius. 1. Off. 128.a

Submoleſtus.

Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quod parum Brutus properare videtur. Att. 16. 333. 1t. a

Submoleſte.

Te in Epirum ſaluum veniſſe, &c. non eſſe Romæ meo tempore pernecessario, ſubmoleſte fero. Att. 5. 109. 1. a

Submoroſus.

Me quidem hercule valde illa mouent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula: &c. 2. de Or. 154.a

Submoueo, vel Summoueo.

Vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur. pro Roſc. Am. 42. a Et interea noſtros aduocatos iubet acerrime ſummoueri. pro Quint. 5. b. Academiam placere cupio, ſummoueri non audeo. de Leg. 163. b. Magnitudine pœnæ maleficio improbos ſummoueri. pro Seſtio. 30. b

Submotus.

Qui ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet ſubmota concione, diſtributis partibus, &c. pro Flacc. 12. a

Subnego.

Veruntamen quod præſenti tibi prope ſubnegarem, &c. Trebat. 7. 20. 1. a

Subnixus.

Hæc quam ſit facilis, illi viderint qui eius artis arrogantia, quaſi difficillima ſit, ita ſubnixi ambulant. 1. de Orat. 134. a. E quibus duos maxime inter ſe diuerſos, & cæli verticibus ipſis ex vtraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina uides. in Som. Scip. 12. a

Suboſcœnus.

Illud admonemus tamen, ridiculo ſic uſurum oratorem, ne nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit: nec ſubobſcœno, ne mimicum. in Or. 48.a

Subobſcurus.

Grandes erant uerbis, crebri ſententiis, compreſſione rerū breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri. de Cl. Or. 14. a

Subodioſus.

Non mihi graue duxi ſcribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat ſubodioſum) leue putaſſem. Att. 1. 3. 4. a

Suboffendo.

Nam apud perditiſſimam illam infimam fæcem populi, propter Milonem ſuboffendit: &c. ad Q. fr. 2. 10. 6.a

Suborno.

Atque etiam, ut nobis renunciatur, hominem multorum hoſpitum, &c. ſubornatis, qui, &c. pro Clu. 131. a. Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium, cur tam ſero? pro Roſc. Com. 29. a, Apuleiana pecunia Brutum ſubornaſtis. 13. Philip, 370.a, Hac ſuſpicione ſum perculſus, medicum iudicem ſubornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. pro Deio. 12. a, Tu Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta, vt vigilanter, neruoſque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Plancus ad Cic. 10. 13. 13.a, Cimbrum ſubornare oportet ad Her. 22. b, Fictus teſtis ſubornari ſolet, & impoui falſæ tabulæ. pro Cæc. 52.a,

Subornatus.

Confeſſus es a te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos. in Vatin. 2.a, Et cùm ſe ipſe perſpexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum a natura ſubornatus in vitam venerit. 1. de Leg. 89.a

Subpudet, vide Suppudet.

Subrancidus.

Extructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. in Piſ. 53.a

Subraucus.

Omniſque motus cum verbis ſententijſque conſentiens, vox permanens, verum ſubrauca natura. de Clar. Orator. 73.a

Subrepo.

Quum veniret, immergebat ſubitò, quum ſub tabulas ſubrepſerat. pro Seſtio. 109.a,

Subrideo.

Qua de cauſa? ſubridet Saturius veterator, vt ſibi videtur. pro Roſc. Com. 13.a

Subridicule.

Quid hoc Neuio ignauius? ſeuere Scipio. At in malè olen-

tem, Video me a te circunueniri. Subridicule Philippus. 2. de Or. 138. a

Subringor.

Subringentur ij qui villam me moleſte ferunt habere. 4. Att. 20

Subripio, Subreptus, vide Surripio.

Subrogo.

Subrogare collegam Conſul dicebatur, qui alterum in demortui Conſulis locum ſufficiebat. ad Brut. 14

Subroſtrarius.

Te ad ix. Calend. Iunij. ſubroſtrarii (quòd illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe. Cælius ad Cic. 8. 3. Quidam codices habent Subroſtrani.

Subruſticus.

Subagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. de Cl. 140. a Quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius. in Orat. 91. a. Tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. de Cl. Or. 70. a

Subſcribo.

Cæſar mihi literas miſit, quarum exemplum ſubſcripſi. Att. 9. 186. 1. a. Subſcripſi tibi infra. 11. Fam. 40. in ep. Trebonii. Gellius in P. Popilium ſubſcripſit, quòd, &c. pro Clu. 45. b. Statuæ, quibus ſubſcripſit, &c. pro Clu. 38. b. Literas tibi a L. Domitio ad XIII. Calend. Martii allatas eſſe, earumque exemplum ſubſcripſeras. Att. 8. 159. 3. a. Lucullum, a quo ſolitum eſſe ad ſe mitti C. Fannium illum qui in P. Clodium ſubſcripſerat, &c. Att. 2. 39. 6. a. Video igitur Iudices, animaduertiſſe Cenſores in iudices quoſdam illius conſilii Iuniani, quũ iſtã ipſam cauſam ſubſcriberent. pro Clu. 94. a. Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt, qui, &c. pro Clu. 100. a. Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. 5. Verr. 100. a. Quia parricidii cauſa ſubſcripta eſſet. de Inu. 2. 163. a. Ei qui illius Quæſtor fuiſſet, &c. non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. 3. Verr. 10. a. Subſcribente priuigno Memmio. Q. fr. 323. b

Subſcriptio.

In Scipionis ſubſcriptione Africani imago. 6. Att. 15. Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus, quam proſcriptio acerbiſſima poſſit afferre. pro Clu. 97. a. Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus. XXX. 5. Verr. 93. a. Quartum, quem ſis habiturus, non video: niſi quem forte ex illo grege oratorum qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunque vos delationem dediſſetis. 1. Verr. 17. a. Subſcriptiones Cenſorum. pro Clu. 41. b. Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt, &c. pro Clu. 93. a

Subſcriptor.

Venalis aſcriptor & ſubſcriptor alicuius. pro Domo, 39. a Reſpondebo non eſſe hos tales viros commiſſuros, vt ad cauſam tantam a me ſuſceptam, mihi creditam, quiſquam ſubſcriptor me inuito aſpirare poſſit. 1. Verr. 18. a. Subſcriptorem addere. 1. 27. Veruntamen L. Apuleiũ eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed, &c. 1. Verr. 16. a. M. Fabium ſubſcriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget. pro Fonteio, 22. a. Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit. Cælius ad Cic. 8. 8. 3. 1. T. Nero cum bonis ſubſcriptoribus. ad Quint. fr. 3. 17. 20. a. At venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & paratis. 1. Verr. 15. a Omnino nihil accuſatore Lent. ſubſcriptoribuſq; eius infantius. ad Quint. fr. 3. 20. 1. a

Subſellium, vide Subſideo.

Subſequor.

Ipſe cum legionibus ſubſequor. Plancus Cic. lib. 10. 15. 8. a Hanc ſententiam ſubſequitur modus & forma verborum. de Orat. 159. b. Minorem Septentrionem Cepheus ſubſequitur. de Natur. deor. 48. b. Talibus nuntiis patebat ab Oriente via, nec vlli veri ſubſequebantur. pro Deiot. 145. b. Mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum literarum. ad Appium, lib. 3. 1. 6. a. Aliud illico ſubſequatur, aut atomos vllas, e quibus quicquid efficiatur, illarum ſit diſſimillimum. 4. Acad. 224. a. Subſequatur uitium arrogantiæ. 6. famil. 27. in epiſt. A. Cæc. Vt Senatum funditus deleat, reliqui boni & locupletes omnes ſuum ordinem ſubſequantur. in Anto. 251. b. Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. 3. de Or. 222. a. Totidem ſubſequunt libri Tuſc. q. de Diu. 108. b

Subſequens.

Speuſippus Platonem auunculum ſubſequens. de Nat. d. 8. b Stella tum anteuertens Solem, tum ſubſequens. de Nat. d. 36. b Manus minus arguta digitis, ſubſequens verba, non exprimens. de Or. 163. b

Subſideo.

Itaque ſubſedi in ipſa uia, dum, &c. Att. 5. 104. 1. a. Cur neque ante occurrit, ne in uilla reſideret? nec eo in loco ſubſedit, quo noctu uenturus eſſet? pro Mil. 36. a. Quicquid impudicorũ Cilonũ, &c. fuit i urbe, ſicut i freto ſubſederãt. in Sal. 11. a

Subſellium.

Longi ſubſellii indicatio & mora. ep. lib. 3. 31. Grandiorem & pleniorem uocem deſiderant ſubſellia. de Claris Or. 160. a Quid, quòd aduentu tuo iſta ſubſellia uacua facta ſunt. in Car. 12. a. Accuſabat Trib. pleb. idem in concionibus, idem ad ſubſellia. pro Clu. 74. a. Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit. in Salluſt. 274. b. Ad ſubſellia rei inuocatus accurro. 8. fam. 18. in ep. Cæl. Dicere ad ſubſellia. pro Rab. Poſthu. 128. b. Quum inter ſubſellia noſtra uerſarentur armati. in Ant. 164. b. Subſellia diſſipare in Vatin. 26. a Altenus a ſubſellis. In Verr. 61. b. Nam hercule, inquit Qu. Minutius, me quoque Petilius, ut ſibi in conſilio adeſſem, rogauit, & ſimul a ſubſelliis abire cœpit. 4. Verr. 51. a. Quum ſe a ſubſelliis in otium contulerit. de Or. 121. b. A ſubſelliis Seſtii ſurrexit. 2. ad Quint. fr. 13. Is, &c. rem ab ſubſelliis in Roſtra detulit. pro Clu. 89. a. Teſtes ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt. pro Flacc. 150. b. Is qui habitaret in ſubſelliis. de Or. 1. 138. Occupare locum in ſubſelliis. de Cl. 160. a. Sedere in accuſatorum ſubſellis. pro Roſc. Am. 10. a. Verſatus in utriſque ſubſellis optima & fide & fama. ep. 13. 11. 6. b

Subſidium.

Miſerum & innocens ſubſidium. pro Font. 19. a. Subſidium ſalutis. ad Brut. 13. Subſidium ſenectutis noſtræ. Att. 15. 387. 4. a Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui. pro Quint. 2. Hoc mihi ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. de Or. 101. b. Ego omnes meas uindemiolas eo reſeruo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem. Attic. 1. 6. 5. a. Subſidium belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti otium. de Or. 1. 134. Subſidio beſtiæ ſeruatus eſt. Quint. fr. 2. 7. 10. a Domitium liberare cupio, neque ſubſidio ire poſſum. Att. 8. 41 Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt. in Ant. 203. b. Venit huic ſubſidio miſero atque innocenti Maſſilienſium cuncta ciuitas. pro Fonteio, 19. a. & b. Att. 19. Bibulus ad me ſcripſit ut ſubſidio uenirem. Att. 95. b, & 154. b. Frumentaria ſubſidia Reip. pro Pomp. 10. b. Induſtriæ, ſubſidia, atque inſtrumenta uirtutis in libidine, audaciaque conſumerentur. 2. in Cat. 31. a. Subſidia ualetudinum. Tuſc. 5. 81. Magna ſubſidia Reſpub. habet expedita. 10. fam. 52. in epiſt. Planc. Aguntur certiſſima populi Rom. uectigalia & maxima, quibus amiſſis, & pacis ornamenta & ſubſidia belli requiretis. pro lege Man. 3 a. His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem. ad Catonem, lib. 15. 4. 44. 1. Subſidiis temporum uictus. 2. de Leg. 44

Subſido.

Quid ſim tibi author, in Siciliane ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare? ad Cæc. 6. 8. 4. a

Subſigno.

Illud quæro, ſuntne iſta prædia cenſui cenſendo? habeant ius ciuile: ſint necne, ſint mancipi? ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint? pro Flac. 61. a

Subſiſto.

Sic Miloni quum inſidiator eſſet, &c. ſubſiſtendum atque expectandum fuit. pro Mil. 37. a

Subſortior.

Cur ea quandiu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horum locum ſubſortitus es, de te in conſilium iturum putaſti, tandiu domi fuerunt? 3. Verr. 34. a. Si ex lege ſubſortitus non erat Iunius, &c. pro Clu. 73. a. Subſortiebatur in M. Metelli locum. in Verr. 71. b. Ab illo enim ſiue quod in legem non inraſiſſet, ſiue quod ex lege ſubſortitus iudicem non eſſet, mulcta petita eſſe dicitur. pro Clu. 78. a

Subſortitio.

Et quod C. Verres Prætor urbanus, homo ſanctus & diligẽs ſubſortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. pro Clu. 73. a. Nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicum nihil dico. 3. Verr. 111. a

Subſterno.

Iam gallinæ, &c. cubilia ſibi nidoſque cõſtruunt, eoſq; quàm poſſunt

poſſunt, molliſſimè ſubſternunt, vt quàm facillimè oua ſeruentur. 2. de Nat. deo. 194.a, Animum igitur quum ille procreator mundi deus ex ſua mente & uoluntate genuiſſet, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, ſuſternebat animo, interiuſque faciebat. de Vniu. 34.a,

Subſtituo.

Nunc pro te Verrem ſubſtituiſti alterum ciuitati. 5. Verr. 137. Neceſſarios ſuos in hoc munere ſubſtituant. de Petit. 210. b, Tum iſte homo nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere & ſupponere cœpit ciues Romanos quos in carcerem antea coniecerat. 7. Verr. 57.a, Itaque nunc Siculorum Marcelli non ſunt patroni: Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt. 6. Verr. 80.a, In libris enim ſentẽtiam dicebamus, concionabamur, philoſophiã nobis pro Reip. procuratione ſubſtitutam putabamus. 2. de Diu. 10.a,

Subſtrahere, vide Subtraho.

Subſtructio.

Ante fundum Clodii, quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile hominum mille uerſabatur ualentium aduerſari. pro Mil. 39 a, Subſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. pro Mil. 65.a,

Subſum.

Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris. Plancus ad Cic. lib. 10. 18. 8. a. Etiam ſi nihil ſubeſt. 12. Att. a. pro, etiamſi eſt de rebus nihili Nec firmamentum exquiritur, quoniam non ſubeſt ratio. ad Her. 6.b, Oratio, quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanis eſt. de Or. 86. b, Nulla ſpes ſalutis noſtræ ſubeſt. Att. 52. b, In qua re nulla ſubeſt ſuſpicio. Pro Clu. 26. b, Sin autem, iam ſuberat ſimultas, &c. pro Cel. 48. a. Non temerè fama naſci ſolet, quin aliquid ſubſit. ad Her. 8.b, Præſertim cùm dies comitiorũ ſubeſſet. de N. 74.b, Neque enim, &c. ſi vlla ſpes ſalutis noſtræ ſubeſſet, tu pro tuo amore in me, hoc tempore diſceſſiſſes. Att. 3. 67. 1.a, At ea fuit legatio Octauii, in qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet. 9. Phil. 159.a, Quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cauendum ſit. Pro Marc. 136.b, Intelligatur aliquã ſubeſſe eiuſmodi cauſam 5. de Fin. 51. a, Nullam video grauem ſubeſſe cauſam, de Fin. 13 b, Quum verò de imperio decertatur, belloque gloria quæritur, cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulò antè, &c. 1. Off. 58. a, Subeſſe neſcio quid opinionis incommodæ. 1. ad Att. 47. Nequa ſubeſſe poſſet aliena aut ipſius officio, aut huius exiſtimatione ſuſpicio. pro Quint. 45.a, Subeſſe propinquis locis. 10. fam. 42. in ep. Planc.

Subter.

Qui omnia hęc quæ ſupra & ſubter, vnum eſſe, & vna vi atque vna conſenſione naturæ conſtricta eſſe dixerunt. 3. de Ora. 32.a, Toruus Draco ſerpit ſubter ſupraque reuoluens ſeſe. de Nat. 47. b, Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. In Arat. b, Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Tuſc. 151.b, Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet dux & princeps & moderator luminum reliquorum, &c. in Som. Scipionis 15.a, Virtus omnia quæ cadere in hominẽ poſſunt, ſubter ſe habet. Tuſc. 228.b,

Subterfugio.

Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium beneficio ſubterfugi. epiſt. 103.b, Tãtum quiſque habet in Sicilia, quãtum hominis auariſſimi & libidinoſiſſimi aut imprudentiã ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit. 5. Verr. 8.a, Extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere. 3. Verr. 71.a, Nam ſi uiuus iſta ſubterfugere non potero, unà cum iſtis vitam ſimul fugere decreui. ad Octau. 48. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit. Off. 3. 131.a, Hęc ita multa quaſi fato impendere amicitiis: ut omnia ſubterfugere, non modò ſapientiæ, ſed etiam fęlicitatis diceret ſibi uideri. de Amic. 34.a, Subterfugere periculum. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.a, Subterfugere pęnam & calamitatem. Pro Cæc. 72. a, Vt quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. 2. Verr. 5.a,

Subterraneus.

Subterranei ſpecus. 15. Att. 44. Subterſeco. in Arato, b.

Subtilis.

Lyſias ſubtilis ſcriptor. de Cl. 176.b, In docendo, ediſſerendoque ſubtilis. de Cl. 190. b, Vir oratione maximè limatus & ſubtilis. de Or. 9.b, Definitio ſubtilis. 1. de Or. 54.a, Solers, ſubtiliſque deſcriptio partium. de Nat. 50.b, Subtilis oratio. de Cl. 204.b, Subtile dicendi genus quo modo tractandum. Or. 42, & 43. Subtile genus dicendi numeris ſolutum eſt. Or. 42. Stoicorum autem non ignoras quàm ſit ſubtile, vel ſpinoſum potius diſſerendi genus. 3. de Fin 4.a, Syncerum ac ſubtile iudiciũ. ad Catonem, lib. 15. 6. 4.a, Si minus illa ſubtili definitione, at hac uulgari opinione eſſe ars uidetur. de Or. 94 b, Subtilius explicare. de Nat. d. 2. 18. C. Serenus ſubtiliſſimus homo: fuit enim & animi ſatis magni & conſilii. pro Planc. 10.a, Acutiſſimum & ſubtiliſſimum dicendi genus. de Or. 117. b,

Subtilitas.

Apud noſtros enim non ignoras quæ ſit & quanta ſubtilitas. 1. Acad. 10. a, Subtilitas diſputandi. Tuſc. 3. 48. diſſerendi Tuſc. 5. 50. Lyſiæ. 3. de Or. 16. Scriptorum tuorum. ep. 48.b, Orationis. Or. 204.b, Ea ſubtilitas quam Atticam appellant. de Cl. 170.b, Alia eſt, illa quum ueritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas. 2. Off. 49.a, Facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati & elegantiæ. ad Sulp. 4. 4 3.a, Eſt etiam in tanta arte huic minutæ ſubtilitati locus. de Cl. 192.b, Hanc ego ſubtilitatem philoſophia quidem digniſſimam iudico. 4. Acad. 41. Subtilitate orationis nihil, experienti, minus imitabile. Orat. 42. Subtilitate ſententiarum non conturbor, ſi orationis eſt ſiccitas. de Nat. deo. 2. 1.

Subtiliter.

Sed poterat ſubtiliter concludere. Tuſ. 1. 45. Verſute & ſubtiliter dicere. in Orat. 12.a, Subtiliter contra aliquem dicere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58. Si uerò aut numerus quidam ſit animus, quod ſubtiliter magis, quàm dilucidè dicitur, &c. 1. Tuſc. 64. a, Sed id poterat ſubtiliter diſputari. Acad. q. ed. 1. libr. 2. 30. Sed Zeno quum Archeſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam. 1. Acad. 50.a, Diſſerere de aliqua rè ſubtiliter & copioſe. p Fl. 33.a. Quod iſte eruditus homo & Græculus, q hæc ſubtiliter iudicat, qui ſolus intelligit, ſi unam literam Græcam ſciſſet, certè non ſuſtuliſſet. 6. Verr. 113.a, Subtiliter proſequi. 1. de Ora. 49. Subtiliter ſcribere. 2. Att. 52, hoc eſt, ſingula enumerare. A quo hæc quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſimè ſunt omnia perpolita. pro Corn Balbo, 40.a,

Subtimeo.

Nunquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere uideatur? 2. Phil. 55.a.

Subtraho.

Quo ego me libentius à curia & ab omni parte Reipub. ſubtraho. ad Q. fr. 1. 10. 7.a, Nonne id agendum nobis fuit, vt materiem ſubtraheremus furori tuo? pro Dom. 9.a, Neque herba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. 3. de Or. 12.a, Subtrahere de commodis alterius. Off. 58.b, Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ: &c. pro Mur. 73.a, Cum autem hæc ſubtracta ſunt, tum, &c. de Diu. 137 b,

Subturpis.

Exprimenda enim ſunt, &c. & quæ ſint, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia. 2. de Or. 147.a.

Subturpicula.

Quid? etiam, &c. ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία. Att. 4. 74. 1.a,

Subuenio.

Circumuenior inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. de Clar. 128.b, Subueni igitur per deos. Att. 281.b, Grauedini quæſo omni ratione ſubueni. Att. 16. 334. 4.a, A te peto vt ſubuenias huic meæ ſolicitudini. ep. 2. 5. 12.a, Vt Domitio non ſubueniat. Att. 122.b, Cumque eo animo veniſſem, vt vtrique prouinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubuenirem. ad Catonem, lib. 15. 4. 22.a, Alter viſus eſt illum alterum orare ut ſubueniret. de Diu. 92.b, His temporibus difficillimis Reipub. quicquid ſubueneris, id erit totum & proprium tuum. ad Planc. libr. 10. 5. 7.a, Tecta verò vnde aut initia generi humano dari potuiſſent, aut poſtea ſubuenire, ſi cecidiſſent? Off. 35.b, Subuenire alicui in aliqua re. pro Clu. 18. b, Nam qui voluit ſubuenire erroribus Epicurus, is, &c. 4. Acad. 84.a, Homini iam perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubuenire. 6. Verr. 32.a, Subuenire & opitulari patriæ. Off. 31. b. & epiſt. 149.b, Subuenire tempeſtati. Off. 1. 117. Idemque earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur. de Aruſp. reſp. 54.a, Huic quoque rei ſubuentũ eſt maximè à nobis. Att. lib. 1. 11. 13.a, D. Bruti opera, reip. difficillimo tempore ſubuentum eſt. In Ant. 101. b, Non dubitaut quin Pompeius Domitio ſubuenturus eſſet. Att. 128.b, Acrioribus ſalutis ſuæ remediis ſubueniendum putauit. pro Clu. 52.a,

Subuereri.

Venit enim mihi in mentem ſubuereri, interdum, ne te dele-ctet tarda deceſſio. ad Marcellum, lib. 4. 10. 1. a,

Subuolo.

Hæ partes ſurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſubuolēt. 1. Tuſc. 63. a,

Suburbia.

Hiſce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerterer, ire non auſus ſim? 12. Phil. 335. a,

Suburbanum.

Suburbanum ſi quod inueniſſet, non dubitaturum eſſe eme-re. Quin. fr. 321. b, De ſuburbano cura vt ſciam. Quint. fr. 322. b, Malo enim eſſe in Tuſculano, aut uſpiam in ſuburbano. Attic. 160. b, Cras igitur in Siciliç ſuburbano. Att. 197, & 198. b. In ſu burbana amicorum deportaſſes. in Verr. lib. 3. 37. a,

Suburbanus.

Suburbana præfectura. pro Planc. 16. id eſt, vrbi propinqua. Suburbanum artificium ſimulationis. pro Plan. 17. Gymnaſiū ſuburbanum. 1. de Orat. 49. a, Suburbani fundi inſtar munus ex pectare. 3. ad Q. fr. 7. Ita aqua Albana deducta ad utilitatē agri ſuburbani, non ad arcem vrbemque retinendam. 1. de Diu. 105. a, Habet animi cauſa rus amęnum & ſuburbanum. pro Sext. Roſc. 79. a, Deliciarum cauſa & uoluptatis quoſdam in hortis à ut ſuburbanis ſuis cum mitrella videmus. pro Rab. Poſt. 16. a,

Suburbanitas.

Pop. Romano iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ. 4. Verr. 5. a,

Succedo.

Etenim ei ſuccedo orationi, quæ, &c. pro Cor. 55. b, Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati. 11. Phil. 318. a, Omnia ex ſen tentia ſuccedunt. Att. 278. b, Horum ætati ſucceſſit Iſocrates. Orat. 200. b, Frater meus qui Lucio Flacco ſucceſſit. pro Flac. 153. b, Antonius in Cn. Pompeii locum hæres ſucceſſit. in Ant. 372. b, Succedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar. 6. Verr. 73. a, Si quando minus ſuc-cedet, magnum tamen periculum non adibit. in Or. 53. a, Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quaſi veneno perficiat, vt ve-ros heredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? 3. Off. 100. a, Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. 1. de Or. 73. a, Nos te, tuumque exercitum expectamus, ſine quo, vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. ad Brut. 9. 4. a, Dolabella valde vituperabatur ab hominib. nō inſulſis, quòd tibi tam citò ſuccederet. ad Caſſium, libr. 12. 4. 5. a, Poſu it ſcilicet Statonem illum hominem ſua virtute egeniē: vt is, qui in Marſis vbi natus eſt, tectum, quod imbris vitādi cau ſa ſuccederet, nullum haberet, &c. pro D. ſua, 89. a, Si proinde, vt ipſe mereor, mihi ſucceſſerit. Plancus Cic. 10. 4. 9. a. Alias, pe rinde. Niſi in voluptatis locum dolor forte ſucceſſerit. de Fin. 1. 44. Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. Quint. fr. 2. 15. 6. a. Quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarij quidem ſucceſſerint. in Verr. 174. b, Alicui ſuccede-re. de Cl. Or. 43. a, Succedere alicui in patris locum. Att. 280. b, Magnis ſuccedere, & æquales habere. in Or. 56. a, Orationi ſuc-cedere. pro Corn. Balbo, 2. a, Sororis meæ liberos obliuiſcaris eſſe Lepidi filios, meq; his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes. ad Brut. 13. a, Quum tu non ſolum, quòd tibi ſuccederetur, ſed quòd Sabinio non ſuccederetur, exanguis & mortuus concidi-ſti. in Piſ. 70. a, Qui quum fortè Quæſtor Macedoniam obtine-ret, neque ei ſucceſſum eſſet, &c. ad Planc. 13. 30. 6. a, Antea q̄ tibi ſucceſſum eſſet, te deceſſerum fuiſſe. 3. fam. 13.

Succeſſus, a, um.

Nam quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum etiā tua, &c. ad Tironem, lib. 16. 21. 6. a,

Succeſſor.

Quum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. pro Flac. 26. a, Niſi ego ſucceſſor eſſem. &c. epiſt. 34. b, Et Sulpitii ſuc ceſſori nos de meliore nota commenda. 7. Fam. 5. 1. in ep. Curii. Præfinit enim ſucceſſori diem. de Prouinc. Conſul. 30. a, Succeſ ſorem habes perblandum. ad Quint. fr. 1. 2. 13. a, Marium quidē ſucceſſorem tardè video eſſe venturum. ad Caninium, libr. 2. 16. 9. a,

Succeſsio.

Succeſſio prouinciarum. Cælius ad Cic. libr. 8. 1. 7. a, Quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonij oppreſſi poſcitur, in Anto nii locum ſucceſſio? ad Brut. 17. 3. a, In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis. 1. de Finib. 58. a, Placitum eſt, vt quum primum ad urbem reuerteretur Cn. Pompeius, ut co-ram eo de ſucceſſione prouinciarum ageretur. Cælus. ad Cic. 8. 4. 12. a,

Succenſus.

Sapientem in Phalaridis tauro ſuccenſis ignibus torreri. in Piſ. 33. a,

Succenſeo.

Cur mihi magis ſuccenſetis, qui iſta non aſpernor, quàm eis qui quum audiunt, deſipere nos arbitramur? 4. Academic. 221. a, Marcellum, cui maximè ſuccenſebat, reſtituit. epiſt. 84. b, Cui (quid enim negem) ſuccenſui. pro Arch. 139. b, Mihi quòd de-fendiſſem, leuiter ſuccenſuit. Att. 2. 16. 16. a, Vbi ego diutius eſ ſem moratus, niſi Athenienſibus ſuccenſuiſſem. de Orat. 149. b, Nec uerò iis, a quibus accuſatus ſum, habeo quod ſuccenſeam. Tuſc. 170. b, Non enim iam metuo, ne tu illi ſuccenſeas. p̄ De-iot. 150. b, Quis mihi iure ſuccenſeat? pro Arch. 188. b, Dii ho-minibus iraſci & ſuccenſere ſolent. Pro Q. Roſ. 252. b, Et te ue hementer ſuccenſuiſſe audiui. ep. 230. b,

Succidia.

Iā ortum ipſi agricolæ ſuccidiā alterā appellāt. de Sen. 52. a,

Succiſiuus, uel Subciſiuus.

Subciſiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. 1. de Legib. 7. An ſe neſcire, quæ ego ſerò, quæ curſim ar ripui, quæ ſucciſiuis operis, vt aiunt, &c. 2. de Or. 198. Omni ge nere monimentorum meorum perfeciſſe operis ſucciſiuis, vt meæ vigiliæ, meæque literæ & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. 2. Phil. 44, a.

Succingo.

Hoc etiam iſte infeſtior, quòd multo ſe pluribus & maiori-bus canibus ſuccinxerat. 7. Verr. 114. a,

Succinctus.

Gladio ſuccinctus. ad Her. 40. b, Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copijs, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portu bus, armata muris, &c. de L. Agr. 85. a, Ser. Galbam eodem pu-gione ſuccinctum in caſtris videtis. 13. Phil. 371. a,

Succlamo.

Succlamatū eſt & frequenter à militibus. Brutus Cic. 11. 11.

Succreſco.

Non enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit æta-ti, ſed & ingenio peracri & ſtudio flagranti. 3. de Or. 227.

Succumbo.

Cur ſuccumbis, cediſque fortunæ? 3. Tuſc. 63. a. epiſt. 131. b, Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec langue-ſcens ſuccumbebat ſenectuti. de Sen. 33. Gorgia patrono philo ſopho ſuccubuit orator. de Ora. 154. b, Succubuiſſem enim po-tius ipſe. pro Domo ſua, 13. a, Ita ſuccumbam Laterenſis oratio ni tuę in eo ipſo, &c. pro Planc. 176. b, Deiotarus nunquā ſuccū bat inimicis, ne fortunæ quidem. pro Deiot. 150. b, Pugiles ve rò etiam quum feriunt aduerſarium, in iactandis cæſtibus inge miſcunt, non quòd doleant, animove ſuccumbant; ſed, &c. 2. Tuſc. 96. a, Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. 2. de Fin. 153. a, Succumbere animo. Tuſc. 2. 49. Succumbere doloribus. de Fin. 1. 38. Succumbere for tunæ. Tuſ. 3. 32. Nulli neque homini, neque perturbationi, ne-que fortunæ ſuccumbere. Off. 13. b,

Succumbens.

Huic ſuccumbenti & iam oppreſſo Syllanis oneribus ſubue nire vult. 2. de L. Agr. 7. a, Succumbentibus non ſuccumbam. ad Brut. 50. in ep. Bruti.

Succuro.

Vt quidque ſuccurrit, libet ſcribere. Att. 14. 1. Cogitanti au-tem hæc ferè ſuccurrebant. Att. 2. 37. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe, me de iudicio patris iudicare. Cic. fi-lius ad Tironem, lib. 16. 21. 13. a, Neque enim mihi ſuccurrebā verba, quæ ante diſceſſum à Dolabella audieramus. a, Quoni, quidem ſemel ſuſcepi; licet hercules vndique omnes terrores minę, periculaque impendeant omnia, ſuccurram atque ſubi-bo. pro Roſ. Am. 18. Huic qui ſuccurrat, non ſatis eſt paratus. p̄ Pomp. 4. b, Hęc vbi filio nunciata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædes contendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurre-ret. 3. Verr. 46. a, Succurrere alicui. pro L. Man. 2. id dſt ſuccede re. Serui domino ſuccurrere prohibebantur. pro Mil. 107. b, Ex pectationi aliquorum quàm celerrime ſuccurrere. 2. de Orat. 272. a, Infamiæ communi ſuccurrere. 2. Verr. 2. a, Succurrere la borantibus. 1. de Or. 82. a, Ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortu-

fortuniſque communibus.pro Rab perduel.reo, 2.a.

Succus.

Succus ille & ſanguis incorrupus.de Clr.Orat. 18.a, Amiſimus mi Pomponi,non omnem modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis. Att. 4. 45. Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum.1.de Diu.26.a Etſi enim non plurimi ſanguinis eſt,habeat tamen ſuccum aliquem oportet,vt,&c.in Or.42.a Omnes tum retinebant illum Periclis ſuccum,ſed,&c.de Ora.117.b Principio eorum,quæ gignuntur e terra, ſtirpes & ſtabilitatem dant iis quæ ſuſtinent, & ex terra ſuccum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus cōtinentur,&c. 2.de Nat.d.90.Vua & ſucco terræ,& calore ſolis augeſcit.de Seneſt.49.a,Ornatur oratio genere primùm,& quaſi colore quodam & ſucco ſuo.3.de Or.53.a

Succuſſus.

Pedetentim,inquit,ite,& ſedato niſu,ne ſucceſſu arripiat maior dolor.2.Tuſc. 85.a

Sucula.

Eius caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus,&c.ὕειν enim eſt pluere:noſtri imperitè Suculas,quaſi à ſuibus eſſent,non ab imbribus nominatæ.2.de Nat.d.161.a,

Sudo.

Quid cùm Cumis Apollo ſudauit?de Diu.100.b, Cum ille diceret ſe ſine cauſa ſudare.2. de Orat.122.Sanguinem pluiſſe nuntiatum eſt, atratum fluuium fluxiſſe ſanguine, deorum ſudaſſe ſimulachra:num cenſes ijs nuntijs Thalem, aut Anaxagoram,aut quenquam phyſicum crediturum fuiſſe? 2. de Diu.44. Sudandum eſt his pro communibus commodis.pro Seſt.121.a,

Sudor.

Nec enim ſanguis,nec ſudor niſi è corpore eſt.2. de Diu. 44. Stylus ille tuus,multi ſudoris eſt.1. de Ora.135.a Multum ſudorem conſequutum eſſe audiebam.3.de Ora.4.a Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt:multoque eius ſudore ac labore ſub pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt.pro Fonteio, 2. de Gallis.Herculis ſimulachrum multo ſudore manauit.1.de Diu.127.2,

Sudum.

Horologium mittam & libros ſi erit ſudum. ad Tironem, libr.16. 24.

Sueo.

Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſueuerunt.2.de Nat.162. a.ex Lucretio.

Sueſco.

A te id quod ſueſti,peto in maiorem modum,vt me abſentē diligas atque defendas.Marcel.15 9.3.a,Qui mihi,cùm ſueſcēt libenter polliceri,reſponderunt.ep.86.b,

Suetus.

Ciuitates ſuis legibus & iudiciis ſuetæ.Att.6.113.7.a Sueſſa, oppidum.in Ant.185,& 192.b Sueſſanus.ad Brut.277.b

Suffero.

Plus oneris ſuſtuli,quàm ferre poſſum. pro Roſc. Am.6.a, Quod ego ſic adminiſtrabo Quirites,vt ſi vllo modo fieri poterit,ne improbus quidem quiſquam in hac vrbe pœnam ſui ſceleris ſufferat.2.in Cat.47.a Nimiæ pietatis & ſummi amoris in patriam viciſſim nos pœnas,ſi ita dijs placet,ſufferamus.pro Flac. 74.Niſi hoc peius ſit hæc ſufferre & perpeti.ep.50. b Quā mul ētam ſi ſufferre voluiſſent, tamen manere in ciuitate potuiſſent.pro Cæc.71.

Sufficio.

Poſteaquam immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit.in Saluſt.8. a Paucorum cupiditati tū quū obſiſtere non poterant,tamen ſufficere aliquo modo poterant. 7.Verr.99.a, Quāquam nec ſcribæ ſufficere. nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.2.Phil.41.a Vnus erit Conſul,& is non in adminiſtrando bello,ſed in ſufficiendo collega occupatus.pro Mur.77.a,Nam ne ſufficiatur Conſul,non timent. p Mur.74.a.Si Appij os haberem,in cuius locū ſuffectus ſum. epiſtola 66. b.

Suffigo.

An ego,ſi te & Gabinium cruci ſuffixos viderem, maiore afficere lætitia ex corporis ueſtri laceratione, quàm afficior ex ſo famia?in Piſ.32.a

Suffimentum.

Nam & in ijs ſine illius ſuffimentis expiati ſumus. 2. de Leg.57.a,

Sufflatus.

Nam graui figuræ, quæ laudanda eſt,propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt,quæ rectè videbitur appellari, ſi ſufflata nominabitur.ad Her.4.156.

Suffoco.

Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit.pro Mur.57.a Conſilium primum eſt,ſuffocare vrbē & Italiam fame, deinde agros vaſtare,vrere,pecuniis locupletiſ non abſtinere.Att.9.175.5.a,

Suffoſſus.

A Sex.Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata,oppreſſa.de Aruſp.reſp.29.a

Suffragator.

Cui legi quum veſtra dignitas vehementer aduerſaretur, iſtius ſpes falſa & inſignis impudentia maximè ſuffragatur. 7. Verr.140.a Hortenſius tibi ſuffragatur.In Verr. 58.b, Si nihil erit prçter ſuffragium teque eſtiſi vt ſuffragantur, nihil valent gratia.pro Mur.65.a Vide ne hæc ipſa quæ deſpicis,huic ſuffragata ſint.pro Planc.14.a, Qui eius cupiditati ſuffragari videbātur.Att.279.b Suffragari dignitati.pro D.ſua, 22. Ei meorum temporum memoriam ſuffragari uidebam.pro Plāc.259.b Laudibus cuiuſpiam ſuffragari. Lentulus Cic.12.14. 10.a, Mihi enim videris fratrem laudando ſuffragari tibi.1.de Leg.2.a,Suffragandi nimia libido in non bonis cauſis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſque ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. 3. de Leg.31.Suffragante fortuna videris res maximas cōſequutus.ad Planc.10.5.6.a Nemo ab ignotis hominibus, nullis ſuffragantibus meritis,honore afficitur.de Pet.Conſul.19.a Quæ quum vulgò viſeretur, ſuffragata domino nouo homini ad Cōſulatum putabatur.1.Offic.193.a

Suffragatio.

Suffragatio militaris.pro Mur.36.a Vrbana ſuffragatio.pro Mur.37.a Facilis ſuffragatio pro ſalute.pro D.ſua,36.a Noſtrā ſuffragationem ſi minus potentem,at probatam tamen, & iuſtā & debitam,& propterea fortaſſe etiam gratioſam. 2. Fam.10. Perdere alicuius officii ſuffragationem.pro Milone,26.a, Accedere ad dignitatem alterius ſuffragatione ſua.Plancus.Ciceroni, 10.9.4.a

Suffragator.

Ex communibus proprii, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt.de Pet.Conſ.23.Tua verò nobilitas Serui Sulpiti,tametſi ſumma eſt,tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior, populo verò & ſuffragatoribus obſcurior.pro Mur.13.a

Suffragatorius.

Modò intelligat te magni æſtimare ex animo agere, bene ſe ponere, fore ex eo non breuem & ſuffragatoriam, ſed firmam. & perpetuam amicitiam.de Pet.Conſul.18.a

Suffragium.

Corruptum ſuffragium.3.de Leg.57.a Vitioſum ſuffragium. 3.de Leg.50.a Suffragii tabellam ſeu quaſi vindicem libertatis habeat populus, dummodo hæc optimo cuique & grauiſſimo ciui oſtendatur, vltroque offeratur,vti ſit ipſa libertas,in qua populo poteſtas honeſtè bonis gratificandi datur.3.de Leg.34. Tu verò adhibes magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum Rhetorem.In Ant.168.b Vnuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. 2. de Leg.Agr.31.a Ferre ſuffragium de capite alicuius. pro D. ſua, 37.a Iiſdem operis ſuffragium ferentibus.Poſtquam.208.& 11. Fam.44.Quis eſt,qui,cùm contra me ferebatur, iniuſſe ſe ſuffragium confiteatur? Off.37.b, Tegere ſuffragium 3.de Leg.55.a, Suffragia largitione corrupta.3.de Leg.35.Suffragia eblandita vel enucleata.pro Planc.8,Occulta de honore ſuffragia.2. Off. 33.a,Suffragia per tabellam fieri ſolita.pro Planc.262.b Suffragia populi cum ſciſentur,optimatibus nota,plebi libera ſunto. 3.de Leg.10.Confuſionē ſuffragiorum flagitaſti.pro Mur.45.a, Suffragiorum renunciatio.pro Plan.11. Sed tamen magnificentius atque ornatius eſſe illo nihil poteſt,quòd meis comitijs,nō tabellam indicem tacitæ libertatis, ſed vocem unam prę vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis.itaq; me non extrema tribus ſuffragiorum,ſed primi illi veſtri concurſus: neque ſingulę voces præconum,ſed vna voce vniuerſus pop.Romanus Conſulem declarauit.con. Rull.10.Suffragia in magiſtratu mandando,aut de reo iudicando,lege aut rogatione, clam an palam ferre melius eſſet, multum & ſępe quæſitum.3.de Leg.30.Cum ſuffragijs tres ex tribus generibus creati ſunt,res reuocatur ad ſortem.in Verr. 134.b, In ſuffra-

gijs

gij fecit lex Maria, ne eſſent ambitus.3.de Leg.34. In ſuffragiis ſi quando ambitus ſileat, quæritur quid optimi viri ſentiant. 3. de Leg.35. Nihil eſt in ſuffragiis voce melius.3. de Leg.49.a Videtur in ſuffragiis multum poſſe Galba. Att.1.3. Aliàs, Gallia. Quos cunctis ſuffragiis adepti ſumus. Off.2.87. Fieri conſulem cunctis ſuffragiis. Paulo, lib.15.12.1.a Priuare populum ſuffragiis.2.de Leg.Agr.31.a, Si hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur.1.de Leg.64.a,

Suffringo.

Quòd ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatũ aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur, quòd acres ſint ẽt, tum quum ſuſpicio nulla ſit.pro Roſc.Am.34.a,

Suffultus.

Nam graui figuræ, quæ laudanda, eſt propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt, quæ rectè videtur appellari, ſi ſuffulta nominabitur.4.ad Her 156.Quidam codices legunt ſufflata.

Suffuſſus.

Nam tenuis ac perlucens & æquali calore ſuffuſus ęther, nõ ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur.2.de Nat.d.79.a Empedocles autem animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem. 1.Tuſc.30.a, Noui animum cum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.Lent.1.9.61.a,

Suggero.

Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris? de Inu.48.b, Atque huic incredibili ſententiæ ratiunculas ſuggerit.3.de Nat.deo.102.a Atque iſti quidem qui docent, quum cauſas in plura genera ſecuerunt, ſingulis generibus argumentorum copiam ſuggerũt. 2.de Or.64.a, Vbi ſi memoria fortè defecerit, tuum eſt vt ſuggeras.2.de Fin.74.a, Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria. 2.Phil.77.a, Ambiguum explicatur, quũ ea verba, quæ deſunt, ſuggeſta ſunt.2.de Or.61.a, Si nihil fiet, aut Druſo ludus eſt ſuggerendus, aut vtendum Tuſculano. Att.12.257.4.a,

Suggeſtum.

Neque illud ſuggeſtum, in quo cauſam dixerat, aſcendenti ſignum ſibi vllum, quod conſueſſet, à deo quaſi mali alicuius impendentis datum.1. de Diu.105. Idemque quum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, cõcionari ex turri alta ſolebat.5. Tuſc.84.a,

Sugo.

Animalia alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt.de Nat.50.b, Nunc autem ſimul atque edit in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuò prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate verſamur, vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.3.Tuſc.4.a,

Sui.

Offenſio aduerſarii, commendatio ſui.in Or.68.a, Hoſne viros tum cupidos ſui perire voluit? pro Syl.56.a, Vterque pro ſui dignitate & pro rerum magnitudine, &c.in Cat.119.b, Imitantes genitorem & effectorem ſui. de Vni.54.a, Natura quaſi ſui lena.de Nat.libr.1.104.a, Vt & ſui & Metrodori memoria colatur.2.de Fin.161.a, Nicias te (vt debet) amat, vehementerq; tua ſui memoria delectatur.15.Att.2. Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui.de Vniu.198.b, Nihil malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui.Att.9.189.2.a, Quia viam demonſtrauiſſet interimendi ſui.Tuſc.240.b, Dionyſius inſtituit, vt filiæ barbam ſibi & capillum adurerent.Tuſc.239.b, Non ſolum ſibi ipſos, ſed etiam reip.condonaueris.pro Lig.22.a, Bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto. Brutus ad Cic.11.9.3.a, Cum ſibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret.15.Att.329.15.a.id eſt ſe. Ipſe ſibi diſplicet.de N.d.1.59. Id monſtrum ſibi ipſum eſt.de Aruſ.246.b, Sibi captum fuiſſe tabernaculum in hortos Scipionis.2.de Nat.d.8. Meámque cõmendationem vſui magno ſibi fuiſſe.13. fa.38. Præſertim cum ille Q.Scæuolam ſibi prætuliſſet.de Cl.173.b, Suo ſibi victitãt ſucco.a, Bonus pater intelligit omnes æque filios ſe attingere. de Fin.130.b, Mors tum æquiſſimo animo oppetitur, quum ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt.1. Tuſc.98. Sin erit ille gemitus flebilis ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerint. Tuſc.187.b, Ne ipſe quidem mihi perſuaſiſſet vt ſe dimitterẽ. Or.206.b, Tamen quotieſcũq; vellet quis hoc in genere ſe rem iudicatam referre, poſſe voluerunt.pro Mil.115.b, L. Cæſar vt veniam ad ſe rogat, an nemus. Att.240.b, Quòd inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt.3.Off.139.a, Damonẽ & Pythiam Pythagoræos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe.3.Off.58.a, Cum ad illum ſcribas nihil te recordari de ſe.Att.321.b, Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret.pro Lig.138.b,

Sulcus.

Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe qui arabat.2.de Diu.74.a,

Sum. conſto, exiſto, valeo, viuo, & ad pretium tranſlatum. ad huc ad Brut.39. Id eſt, viuo. Et quicquid es, ex hoc es.de Pet. Conſ.2. Quod ſi vt es, ceſſabis, laceſſam.Coruif.lib.12.20.2.a, Omne quod eſt, vnum eſt, Diu.2,24. Ager nunc multò pluris eſt, quàm tũc fuit. pro Q.Roſ.50.b, Vt quiſq, quod plurimi eſt, poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt. Parad.125.b, Omnia ſunt, ſed tẽpore abſunt.Diu,1.108. Bona patris huiuſce Sex.Roſcij quæ sũt ſexagies, quæ duobus millibus nummum ſeſe dicit emiſſe.pro Roſ.Am.3.a, In nullo loco frumentum tãti fuit, quã tiſiſta æſtimauit.in Verr.162.b, Quanti erat in Sicilia triticum.in Verr.187, & 191.b, Quod quum in Sicilia ſeſtert. duobus tritici modius eſſet.5.Verr.163.a, Vt cõmodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare.2. Off. 121.a, Verùm enimuero quum eſſet ſeſtert. binis aut etiam trinis, quibuſuis in locis prouinciæ.in Verr, 1.a, Emere denario, quod ſit mille denarium.3.Off.123.a, Scio quãti Reip. ſit Att. 121.b, Dum ero.6.fam.10. id eſt, dum viuam. Lõgumque illud tempus, quum non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur.Att.12.141.10.a Audio Treuiros capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent.ep.102.b, Eſſe nũquam verè poteſt id quod gignitur, & interit, quod affert opinionem per ſenſus, rationis expers, quod totum eſt opinabile.de Vniu.3 Qui omnia non tam eſſe, quàm videri volunt. Acad.q.2.42.

Eſſe, pro verſari manere, vel habitare.

Multum mecum ſunt.ep.57.b, Eram cum Stoico Diodoro. de Cl.19.b, Neque domi imperaram, & hic, apud quem eram futurus, ſine mea sẽtẽtia tam facilè promiſit.2.de Ora.17.a Tamen erat nemo, quicum libẽtius eſſem, q̃ tecum.ep.77.b, Cùm Athenis decem ipſos fuiſſem dies.epiſt,22.b, Si in iſto eſſem.2. ad Q.fr.22. Vt eſſes in Sicilia, quoad velles.ep.86.b, Si eſſetis, verſareminique nobiſcum.de Aruſp.reſp.22.a, Tu quidem & prudenter & amicè ſuades, vt in his locis potiſſimum ſim, quoad, &c.Att.16.339.7.a, Vos oro vt hic ſitis hodie.1.de Ora.16.a, Qui Athenis ſolet eſſe multum.Quin.fr.302.b, Eſſe cum aliquo.Att.124.b, Eſſe domi alienæ.Tuſc.1.42. Nonne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe, quàm cum periculo alienæ? Marcel.4.7.12.a. Eſſe multum domi.13.fam.31. In publico eſſe nõ audet. in Verr.244.b, Qui minus autem ego iſtic rectè eſſe poſſim, q̃ eſt Marcellus? Att.16.339.10.a, Non licet mihi eſſe Romæ, 4. Ver.70.a, Qui in ea voluptate velit eſſe.libr.1.de Fin.26. Eſſe meam gratiam voluit.2.Phil.36.

Eſſe, pro accidere, vel negotium habere.

Eſt mihi amicitia cum eo.13.fam.32. Ille eſt mihi ita ſecũdũ te, vt ſit penè par.3.ad Q.fr.13. Eſt mihi hoſpitium cum eo.13. fam.35. Mihi ante ædilitatem nihil erat cum Cornificio. Att. 190.b, Cum Varinii legationibus quid erat Antonio? in Ant. 228.b, Quæſiuit à Gallis quid ſibi eſſet cum his, in. Verr.113. b, Si mihi minus eſſet tecum.15. fam.31. Quum ita ſolutus eſt animus, vt ei planè nihil ſit cum corpore.de Diu.103.b, Mihi cum illa poſthac nihil erit.in Ant.175.b, Eſſe aliquid perſonæ & dignitatis.lib.1. de Fin.2. Alicui cum aliquo familiaritatem vel ſocietatem eſſe.pro Q.4.b,

Eſſe, pro conuenire, congruum eſſe.

Signa quam commodiſſime poteris, velim imponas, &c. & maxime quæ tibi palæſtræ & gymnaſii uidebuntur eſſe. Att. a, Velim ut ſigna, & cætera quæ eius loci & noſtri ſtudii, & tuæ elegantiæ eſſe videbuntur, quamplurima, quamprimumque mittas.a,

Eſſe, cum genitiuo.

Hic iam Iudices, ueſtri conſilii res eſt, noſtræ ſapientię, quod deceat, &c.pro Rab. Poſth.123.b, Magnæ eſt deliberationis, quæ ratio ſit ineunda nobis, quieſcendi, epiſt.52.b, Meus diſceſſus deſperationis eſt, non legationis.Att.247.b, Eſt eius qui aliijs præſit, eorum quibus, &c.Q.fr.194.b, Fortis ægroti eſt accipere medicinam.Att.193.b, Non eſt iam grauitatis ac ſapientię tuæ.ep.72.b, Eſt & tuæ & noſtri imperii, dignitatis, &c.ep.7.b, Hominis ingenui eſt, bene uelle, &c.3.de Fin,87.a, Clamare cõtra quam deceat, hominis eſt impudentis. de Or.116.b, Non eſt. uoſtri igenij, neſtri auxilij eſt Iudices, huic ſubuenire.pro Clu. 2.a, Boni iudicis eſt facere coniecturam. 6.Verr.29.a, Libidinẽ laudare cuius eſt libidinis. Tuſc.q.221.b, Aegritudinem laudare, &c.

e,&c.quorum eſt tandem Philoſophorum? Tuſc. 221.b, Nam tibi (mihi plurimi eſt) facilè me ſatiſfacturum arbitrabar. ad Brut.12.2.2, Tota poteſtas eius rei tua eſt. Att.15.345.2.2, Quis Carthaginienſium pluris fuit Hannibale, cõſilio, virtute, rebus geſtis? pro Sextio, 125.2, Cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis. de Cla. 188.b, M.Antonius vir ſapientis conſilij fuit. Off. 329.b, Erat enim, ſi cuiuſquam, certè tou ni. de Fin.93.b, Hæc non erãt eius, qui,&c.2.de Fin.163.2, Siquidem vt quiſque quod plurimi ſit, poſſideat, ita diuitiſſimus habendus ſit. in Parad.62.2, Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere. pro l.Man. 11.2, Magni erunt mihi tuæ literæ. ad Caſſ. libr. 15.15.11.2, Eſſe alicuius ciuitatis. pro Seſt. 39. Quorum alterum diuinitatis mihi eſſe cuiuſdam videtur, alterum humanitatis. de Or. 116.b, Suſcipere tantam rem vix arbitrabar eſſe mius, qui, &c. Or. 197.b, Nihil mihi minus hominis videtur eſſe, quàm, &c. Att. 275.b, Magni iudicij & ſummæ facultatis eſſe. Or.203.b, Eſſe magni apud aliquem. 13.fam.96. Mirá eſſe expectationem mei. 7. Att. 17. Quidquam eſſe minoris his Conſulibus. 7.ad Att.59. Statui noſtræ neceſſitudinis eſſe. epiſt. 71.b, Muſicam philoſophi non eſſe. Orat.103.b, Iam me Pompeij totum eſſe ſcis. Cæl.lib.8.12.4.2,

Eſſe, cum datino.

Amicum eum Reip. cognoſſe videor, libenterque ei ſum teſtimonio, & omnibus ero qui bene merentur. Plancus ad Cic. 10.17.7.2, Eſt mihi odium in illum. 11.Phil.331. Eſt tibi ſemper in ore. 1. de Leg. 5. Quæ ſigno ſunt omnia non mediocri quodam conſilio naturam mundi adminiſtrari. 1.de Inu.75.2, Accuſantij, quibus occidi patrem Sex.Roſcii bono fuit. pro Roſc.Am.8.2 Hoc alijs quoque bono fuit. ad Heren.8.b. pro Mil.23.2, Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit. Att.6.113.1.2, Sicilia tibi prędæ & quæſtui fuit. in Verr.166.b, Hæc res P.Africano vituperationi fuit. de Cla.273.b, Iam tum erat honos eloquẽtiæ. de Cl.268.b, Ni mihi tecom minos eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarẽ ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. Marcel.lib. 15. 10.3.2, Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit. Off.28.b, Sed tibi & gratulor, & vt ſempiternę laudi tibi ſit iſte Tribunatus, exopto. Curioni, lib.2.6.1.2, Hæc res erit tibi crimini vel inuidię. in Verr.239.b, Spero enim homines intellecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Caſſius ad Cic.15 19.3 2, Hę pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent 5.Ver.77. Eſſe acerbitati. 6.Verr.60. adiumento. pro Quint. 2; carum & iucundũ alicui. de Pet.Conſ.12. delectationi. 4.fam.8. detrimento, maculę, inuidiæ,&c.5.Verr.122. emolumẽto. 1.de Or.18. fraudi. pro Roſc.Am.29. alicui honori & dignitati. Læl.61. leuationi. 6. fam. 14. malo Parad.8. moleſtiæ.6. Att. 21. pro, moleſtiam afferre. morti.9.Phil.258. hoc eſt, mortis cauſam adferre. municipio. 3. Phil.134. præſidio. pro Quint.5. probro vel crimini. pro Roſc. Am.28. alicui ſaluti. de Pet.Conſ 15. teſtimonio innocentiæ alicuius. pro Font.5. Spero ex tuis literis tibi melius eſſe, cupio certè. Tironi, lib.16.22.1.2. Eſſe voluptati. de Fin.1.19. Clementiam Cæſari malo fuiſſe. Att.136 b, Et illam ſicariorũ multitudinẽ, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabant fore. pro Roſ.Am.44.2, Tuamque à me alienationẽ ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti. 2.Phil. 59.2,

Eſſe, cũm ablatino, abſque præpoſitione.

Mira ſum alacritate ad litigãdum. Att.2.22.2.2, Sum magno dolore. epiſt. 81.b, Qua in re ſingulari ſum fato. epi.85.b. Incredibili ſum ſolicitudine de tua valetudine. ad Tironem, lib. 16. 12.2.2, Quum ſpe ſum maxima, tũ etiam maiore animo Quint. fr.302.b, Oraculum illud nunc minore gloria eſt. de Diu. 88. de Orat.115.b, Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis. pro Q. Roſc.48.b, Eſt Senatori neceſſariũ noſſe Remp. &c. quos ſocios Reſp. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, condicione, fœdere. 3.de Leg.60.2, Trochæus eodem ſpatio eſt quo choræus. Or.216.b, Tu qui coniunctiſſima fuiſti mecum & ſententia & voluntate. ep.93.b, Sed eſt, & fuit tota in Græcia ſummo honore propter ingenium, & nomine. 4.Verr. 60.2. De ſtatua Steſichori. Eſſe eodẽ amore. 3.Att. 4. animo altiore. de Finib.lib.5.52. animo altiſſimo & glorię cupido. Off. 1.93. beneuolo animo in aliquem. de Pet.Cõſ.27. bono animo. Diu. 1.55. bono animo inter ſe. ep.34.b, elato animo. Tuſc.1.79. animo excelſo & alto, & virtutib' exaggerato. Para.53. animo magno atque forti. de Fin.lib.3.23. animo quieto & libero. Diu.2.66. tranquillo animo. Cat.67. auaritia ardenti. de Fin.3.30. magno alicujus beneficio.7.fam.53. operto capite. Cat.30. effrenatis cupiditatibus. de Fin.3.30. ampliſſima dignitate.10.fam.58. incolomi dignitate. pro Ligar.11. Quo dolore debeo. 4. Att. 22. admirabili gloria. 2. Att. 54. multa gloria. pro Seſtio, 125. aliquo gradu.6.Phil. 216. Qua nos indulgentia in liberos noſtros eſſe debemus? de Or.114.b, Eſſe ingenio diuino. Acad.q.edit.1.lib.1.108. magna inuidia. 3.ad Q.fr.20. multis luminibus ingenii.2.ad Q.fr.26. optima natura. Tuſc.1.29. aliquo numero. 2.Phil.80. bonis parentibus. Tuſc.5.42. magna perturbatione. 6.Att.11. binis ſeſtertijs.5.Verr.170. confectis ſtipendiis. pro l. Man.18. Piſonem noſtrum mirifico ſtudio in nos & officio, & ego perſpicio, & omnes prædicant. Terent. lib. 14.8. magno timore.5.Att.26. veſte mutata. pro Seſtio, 21,& 45.& Poſt red. in Sen.28. maximis viribus corporis. Off.2.129. vultu hilari atque læto. Tuſc.1.90.

Eſſe, cum ablatino, & prępoſitione IN,

Magna in moleſtia ſum. in Ant.167.b, In eadem ſum voluntate. Att.178.b, Nullã omnino arbitror de ea hereditate controuerſiam eum habiturum, & eſt hodie in bonis. Att.13.31.2. 2, Quod eſt in vno te quæ ſunt in fortuna. ep.88.b, Itaq; publicanis in oculis ſumus gratis, inquis, viris. ſenſimus. Att.6 113.1.2, Propterea quòd omnes,&c. ſæpius illud cogitant quid poſſit is cuius in ditione ac poteſtate ſunt, quàm quid debeat facere. pro Quint.4.2, In eadẽ opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c. Att. 127.b. pro D.ſua,9. Mihi autẽ erat in animo iam, vt antea ad te ſcripſi, ire in Epirum, & ibi omnem caſum potiſſimum expectare. Att.3.62.1.2, Erat in magno nomine & gloria. de Diu. 87.b, Quum diutius in eo negotio, curaque fueram. In Verr.231.b, & 1. de Or 1. Si hic eſſet in eodem ſcelere. pro Sylla, 174.b, Vt opprimerentur ij qui ex Cilicum gẽte in armis eſſent. ad Senatum, lib.15.1.9.2.& pro Lig.6. Abſens non in obliuione iacuiſſet, ſed in aſſidua cõmemoratione omnibus omniũ flagitiorum fuiſſet.3.Verr.71.2, Sed tamẽ quãdiu vos eritis in ſpe, non deficiam. ad Terentiam, lib.14.3.5.2, Eſſe in actis.1. Phil 12. in ægritudine. Tuſc.3.15. in ęre alicuius.15.fam.37. Non modò ipſum in ære alieno nullo, ſed in ſuis nũmis multos eſſe, ſemperq; fuiſſe. 6.Verr.10. Eſſe te in ære meo.13.fam.83. In amore atq; delicijs alieni.6.Verr.2.2, alicui in amoribus.7.fam.56. in caſu.6.fam.37 in aliqua cauſa & fortuna. pro Marcel.1.& pro Seſt.48. in bona cauſa. Off.3 136. in compedibus corporis. Tuſc.1.61. in complexu.14. fam.11. in conuiuio comiter & iucundè. pro Deiotaro, 12. in crimine.6. in Verr.89. in culpa. de Fin.1.26. in decurionibus.6.fam.49. in deſiderio, in ore, in ſermone alicuius.10. Phil. 179. & 1.fam.22. Diutius in hoc deſiderio eſſe non poſſum. de Amic.86.2, Eſſe in diſcrimine. Acad.q.ed.1.lib. 2.123. in dolore vel mœrore. 11.Phil.288.& de Fin.1.30.& 2.14.& 6. Att.35.10 expectatione.9 fam.9.& 2.4.& 8. Att.34. in familiaribus.7.fam. 17. in famulatu. Lælius, 61. in fide alicuius.13.fam.88. in veſtitus fęditate.12.Phil.327. in alia fortuna.14.fam.19. in fuga.7. Att.65.& 9,52. in gratia cum aliquo.4. Att. 42. & 1. fam.31. in magna gloria. Diu.1.36. in maxima gratia & gloria. Off.3.114. in ſummo honore. Tuſc.4.4.& de Nat.dec.1.12, in ſummo imperio. de Fin.lib.2.55. Non talem uideri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent. lib.1.de Fin.18. Eſſe in incommodis. 6. fam.44. in ſumma infamia perfidiæ & ſceleris. Att.1.56. in integro.3.de Orat.8. Peto igitur abs te, vt eum ſiue aderit, ſiue non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque neceſſariis ſcias eſſe.13.fam.56. Eſſe in inuidia vel odio.7. Verr.142. Non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Att.2.24.3.2, Eſſe in laude, vitio. Tuſc.4 14. in lecto, 9 fam.55. Id eſt, decumbere ægrotum. in libidine. de Fin. 2.26. in lubrico. Tuſc.4.33. in luctu.9. famil. 9. & pro Seſtio, 25. & Tuſc.3.54. in maximis luctibus. Off.3.127. in malo. Tuſ.2.15. in memoria. pro Syll.28. in metu. de Finib 2.44. in mœſtitia.2. Philip.56. in morbo. Tuſc.3.7. in motu. de Fin.2.8. in magno nomine & gloria. Diu.1.31. alicui in oculis.6. Att.25. in oculis ciuium.4. Att 11, in odio alieni.10. Att.42.& 11, 20.& 2, 32.& lib.1.Philip. 25. in officio.14.famil.8.& 5. Att.43. in optatis. 2.fam.13. in ornamentis templi.1.ad Quint. frat.20. pro, impendi & inſumi in ornamenta templi. in parte aliqua. pro Ligar.1,& pro Deiot. 15. in periculo. 3. Att. 18. in pœna. pro Ligar.8. in poteſtate alicuius. pro leg.Manil.23.& 12. Phil. 321. in principibus. de Finib. 3.7. In publico eſſe non audet. 7. Verrin. 73.2, Eſſe in quæſtio.5. Att. 49. in ſagis. 8. Phil. 254. in ſcelere. pro Sylla, 28.& 2. Philip. 42. in ſuis ſordibus. 2. Philip. 74. pro, inatum ſordium. Eſt in ſpe aliquid. 3. Attic. 30. & 8. 39, 38. & 4. famil. 8. hoc eſt, ſperatur. Eſſe in optima ſpe. de Pet.Conſ. 21. in ſtudijs di-

citur res aliqua, cui quis ſtudent. Tuſc. 2. 32. & 1. de Orat. 18 in timore. pro S. ſtio, 122. in triente cũ duobus cohęredibus 7. At. 31. in tũmore dr manus, vel quoduis aliud membrũ, quũ inflatur & intumeſcit. Tuſc. 3. 16. in viriditate. Læl. 11. Qui quũ ea e o quæreret, cur tandiu vellet eſſe in vita, Nihil habeo, inquit, quod accuſem ſenectuté. de Sen. 13. de Gorgia Leontino. Eſſe in vitio. Tuſc. 3. 16. in voluntate. pro Ligar. 4. in aliqua voluptate. de Fin. l. 1. 26. in ſumma voluptate. de Fin. l. 2. 8. Si quidem in voluptate ſiot omnia.' de Fin. lib. 2. 91

Eſſe, cum aliis quibuſdam præpoſitionibus.

Eſt oĩum curſus ad vos. 12. fam. 11. Apud matré recte eſt. Att. 1. 4. 3. 2. Apud herum recte erat. ad Q. fr. 3. 17. 2. a. Quanquã hęc quidé res non ſolum ea domeſtica eſt rõne, attingit. n. & bellicum, &c. Off. 16. b. Cenſet. n. etiam ex iis qui cum imperio ſunt. ad Lent. 1. 1. 8. a. Iudicia partim nihil contra Habitũ valent, partim etiam pro eo ſunt. pro Clu. 71. a. Sed vide ne hoc Scæuola totũ ſit a me. 1. de Or. 19. a. Etenim quantum coniectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia. Att. 2. 24. 2. a. Eſſe liberos vel fore liberos ab eo. ad Brut. 46. pro, aſſecutu sos libertatem ab eo. Trebatius quidem ſcripſit, ſe ab illo 12. Cal. Febr. rogatum eſſe, vt ſcriberet ad me, vt eſſem ad vrbem. Att. 7. 135. 6. a. Eſſe ad perfectum. 3. ad Q. fr. 20. ad perpendiculum. 3. Verr. 94. ad portas & cum imperio. pro Seſt. 34. ad vrbem 9. Att. 7. cum gladio. pro Seſt. 22. Cum imperio. Cat. 59. cum telo. Parad. 38. ex uſu. Tuſ. 4. 12 pro nihilo. 2. Phil. 70. Sine eo eſſe non poſſum. 5. Verr. 18. a. Eſſe ſub regno. 7. Att. 27

Eſſe, varijs modis vſurpatum.

Cuius a morte hic tertius & tricesimus eſt annus. de Amic. a Eſt. n. iam annus vt repulſam tulit. 8. Phi. 252. a. Difficile eſt nõ eos, qui inhumati ſunt, miſeros iudicare. 1. Tuſc. 95. Non. n. eſt meum, contra ius alicuius dicere. pro Cor. Balb. 26. a. Quid tibi eſt iſta mulier? vxor. Att. 38. de Or. 134. b. Illane, non eſt noſtrũ onus, ſed feremus, &c. At. 5. 103. 3. a. Eſt quod gaudeas, te in iſta loca veniſſe, ubi aliquid ſapere uiderere. Trebatio, li. 7. to. 1. a Tuũ eſt Cato uidere, &c. pro Mur. 143. b. Sed tu id quanti æſtimes, tuum iudicium eſt. Att. 151. b. Sępe etiã uerſus interponitur, uel ut eſt, ut paululum immutatus. de Or. 132. b Eſt ubi id iſto modo ualet. Tuſc. 233. b. Decem dies ſunt ante ludos uotiuos, quos Cn. Põpeius facturus eſt. 2. Verr. 19. a. Anni ſunt octo, quũ iſta cã in iſta meditatione uerſatur. pro Clu. 66. a. Nondum centũ & decé anni ſunt, quũ, &c. 2. Off. 111. a. Sunt duo méſes iã, dices. p Rol. Cõ 4. a. Fuit meũ quõdã Rép. regere. At. 195. b. Fuit iſta reſpõſio quõdã. in Ver. 344. u. Hoſç duę fuerũt, Quint. ad uadimon ũ nõ uenit qd ago? p Q. 30. a. Quæſiui qd eſſet in lege. 6. fa. 49. Quũ annos iã cõplures ſocietas eſſet, &c. pro Quint. 7. a Quod uniuerſę ſocietatis eſſet. p Q Roſ. 51. b. Si eſſent uẽti. 16 fa. 2. Plus unus fuerit Cato, q̃ oẽs leges. Q. fr. 2. 16. 10. a. Si non fuerint. Ac. q. ed. 1. l. 2. 10. ſubaudi uera, & rõni conſentanea. Si erit ut uolumus. Att. 2. b. Magni mihi erunt literę tuę. ep. a 52. b Quid? tu quũ pacé eé cupiebas, idne agebas, ut tibi cũ ſceleratis an ut cũ bonis ciuibus cõueniret? pro Lig. 18. Sum totus ueſter, & eſſe debeo. Marcel. li. 15. 8. 2. a. Ea eſſe dico quę cerni tangiq; poſſunt, &c. 222. b. Omne quod eloquimur, ſic ut id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. 2. de Or. 86. a. Perfice ut ſciant quantum in his putes eſſe. de Petit. Conſ. 4. Eſſe quocunque ueneris, & publice, & priuate maximam lætitiam. Quint. fr. 291. b

Eſt, cum aduerbio.

Sed nuntiant melius eſſe ei. Att. 96. b. Non eſt igitur, ut mirandum ſit. Diu. 1. 108. Eſt enim periucunde. 13. Att. 66. paulo poſt, Delectatus eſt, & libenter fuit. 67

Fuis, quum aliquid olim factum, narraturi ſumus, præponere conſueuimus.

Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur. 1. de Inu. 3. a. Cn. Pompeius, uir omnium qui ſunt, fuerunt, erunt, uirtute, ſapientia, gloria princeps. Poſt red. ad Quir. 13. a

Eſt uel Eſto, concedentis.

Eſt ut dicis, inquam. 3. de Fin. 30. a. & Acad. q. edit. 2. lib. 1. 10 Eſto, cætera negare non potes. 5. Verr. 112. a. Quare putabas emptori lucrum addi oportere? eſto, putabas. 5. Verr. 59. a Verum eſto, alio loco de aratorum animo & iniuriis uidero: &c. Verr. 106. a. Verum eſto, eripe hæreditatem propinquis, da palæſtritis. 4. Verr. 32. a. Sit ſane ita quanquã a Polemonis & Peripateticorũ & Antiochi finibus nõ facile diuellor, &c. 4. Ac. q. 251. a. Sic et, plenum eſt: ſit, imminutum. in Or. 88. a

Fore.

Habet exploratum fore, ſe ſemper, &c. de Nat. d. 1. 37. Quod fore paratum eſt, id ſummum exuperat Iouem. Diu. 2. 19

Futurus.

Aut etiam optanda, ſi aliquo eum deducit, ubi futurus ſit æternus? de Sen. 61. a. Non dubito quin reditus eius & nobis gratus fuerit, & Reip. ſalutaris futurus. in Ant. 221. b. Futurũ, conſequens, & poſterum tps. de Fin. 63. b. Futurum atque impendens malum. de Fin. 84, & 63. b. Quicquid futurum eſt, id fieri neceſſe eſt, ſecundum Diodorum. Fat. 10. Quicquid non eſt futurum, id negat fieri poſſe Diodorus. de Fato, 10. Nihil eſt pro certo futurum, quod poteſt aliqua procuratione accidere ne fiat. Diu. 2. 16. Sæpe ne utile quidem eſt ſcire quod futurum ſit, miſerum enim eſt nihil proficientem angi. de Nat. d. 62. b. Sed illum eum futurum eſſe puto, qui eſſe debet. At. 93. b. Sed quocunque uenerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futuram. 7. Verr. 131. a. Eum magis cenſemus communem in uictoria futurum fuiſſe. ep. 54. b. An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet, niſi, &c. de Diu. 137. b. Quam ſibi perniciosam eſſe confido & funeſtam futuram. in Cat. 108. b. Quæ futura ſunt, non magis commutari ea ueris in falſa poſſe, quam ea quæ facta ſunt. Fat. 13. Futura uera dicuntur, quorum conſequenti tempore uera erunt inſtantia. Fat. 21. Memoria præteritorum, futurorum præſentia. de Sen. 93. b. Prouidere quod futurorum ſit. pro Mil. 125. b. Futurarum rerum ſignificationes tum uigilantibus, tum dormientibus protenduntur. 2. de Nat. d. 124. Futurarum rerum ſempiterna ueritas in lege. de Nat. d. 1. 30. Homines futuros beneficos & benignos fuiſſe. de Nat. d. 25. b. Futura uera non poſſunt eſſe ea, quæ cauſas, cur futura ſint, non habent. Fat. 20. Alia porro propria Dolabella, quæ, niſi collega abfuiſſet, credo eis fuiſſe futura communia. in Ant. 153. b. Proſpicere futura. Off. 39. b. Futura ſignificari natura ſine deo poſſunt. Diu. 1. 9. De futuris rebus. ep. 80. b

Summa.

Et tamen in omnibus ſumma communis. de Finib. 5. 23. In homine autem ſumma omnis animi eſt. de Finib. 5. 35. Summa bonorum & malorum. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 120. Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. 2. Phil. 52. a. Summa criminis eſt. 6. famil. 26. in ep. Cæc. Summa eius exiſtimatio apud. 13. fam. 87. Eorum omnium eſt aliqua ſumma facienda. de Finib. 4. 26. Summa huius epiſtolæ hæc eſt, ut, &c. 13. famil. 16. Summa itineris. 16. Att. 52. In hoc ſumma iudicij cauſæque tota conſiſtit. pro Quint. 17. a. Verane ſumma ſit uniuſcuiuſque rationis. 2. de Or. 66. a. Illud certe caui, & cauebo, ne mea crudelitate Reipub. ſumma fallatur. epiſt. lib. 10. 42. in ep. Planc. Summa ſententiæ. 10. famil. 56. Summa autem, Afranium cum magnis copiis aduentare. Attic. 121. b. Præſertim quum in eo ſumma conſiſteret. Acad quæſt. edi 1. 1. lib. 2. 29 Summa eſt in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi, &c. ad Titium, lib. 13. 76, 4. a. Summa eſt in teſtibus, &c. pro Flac. 18. a. Quibus ſumma eſt in uoluptate. de Fin. lib. 4. 38. Summa eadem eſt & idem exitus. 6. fam. 9. Summa fuit, ut ille quaſi exitum quærens ne deliberarem, non fuit negandum: ita diſceſſimus. Att. 9. 190. 4. a Summa illa ſit: quicquid officij, beneficij, honoris in domicilium contuleris, id te exiſtimabo in meipſum atque in rem meam contuliſſe. ad Thermum, lib. 13. 54. 4. a. Summa illuc pertinet, ut ſciatis, quoniam, &c. 7. Verr. 20. a. Qui ſummam rerum adminiſtrat. pro Sext. Roſc. 33. b. Verum ut hac ipſa ratione ſummam mei promiſſi compleam, &c. 5. Verr. 96. a Equites, qui uobis ſummam ordinis conſiliique concedunt. in Cat. 125. b. Duoque ij numeri, &c. circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. Somn. Scip. 7. Summam alicuius rei dicere, non partes eius perſequi. de Inu. 48. b. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? in Piſ. 68. a. Circunſpectis rebus meis omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationem mearum omnium. Lentul. 1. 9. 31. a. Summam eandem habuit ſermo eius. 10. Att. 15. At ille perpauca locutus, hanc ſummam habuit orationis, ut ſibi ignoſcerem. Att. 2. 16. 13. a. Si ſummam cauſæ breuiter opponemus. ad Her. 2. b. Summam negotii uides. 11. Att. 7. Quicquid dixi, ad unam ſummam referri uolo uel humanitatis, uel clemẽtiæ, uel miſericordiæ tuæ. pro Lig. a Ad ſummam, ea quæ Zeno æſtimanda & ſumenda, & apta naturę eſſe dixit, eadem illi bona appellant. 4. de Fin. 96. a. Ad ſummam, ne agam de ſingulis, &c. 1. Off. 107. Deinde ad ſummũ arbitrium me ſtatuebat, non modo huius rei, ſed totius Conſulatus. Att. 237. b. Ad ſummam non poſſunt iſthæc ſic abire. Att. 14. 299. 2. a. Ad ſummam dic Marc. Tulli, &c. Att. 2. Sed etiam ad ſummam profectum aliquid puto. Att. 7. 43. & lib. 10. 14 Ad ſummam quæris quid putem futurum. 8. Famil. 42. in Cæl.

Ad

Ad ſummam ſorti animo ſitis. de Fin.1 t9.b, Iurabat ad ſummã, amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere. Att.t 58.b, Hæc enim oratio de ipſa ſumma mali nihil detrahit. Tuſ.3.47. Voluntas mea ſumma Reip.ſempes eadem fuit quæ tua. ad Brut. 9t.b, Quo die hæc ſcripſi, Druſus erat de prænaricatione Tribb. æra rij abſolutus, in ſumma quatuor ſententijs quum Senatores & equites dãnaſſent. ad Q.fr. 2.16.t 3.a, Nec in ſumma tamen ipſa aut varietas eſt vlla, &c. de Fin.5.to. In omni ſumma me ad otiũ conuerto. ad Q.fr.3.30. Idcirco in his rebus ſumma noſtra ſpõte moueamur. de Fin.43. Communes rerum & generũ ſummæ. a de Orat.74.a, Leges autem à me edentur non perfectè (nam hoc eſſet infinitũ) ſed ipſæ ſummæ rerũ ac ſententiæ. de Leg. a,

Summa pecuniæ.

Addendo, deducendoque videre quæ reliqui ſumma fiat. 1. Off.86.a, In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ, ſummæque faciundæ cenſori permittitur. 4.Verr.9t.a, Quũ ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ea ſua voluntate confeciſſet. de L.Agr.67.a, Summam faciam vobis ex publicis literis & teſtimonijs ciuitatum frumenti in cellam imperati. &c. 5.Verr.t93.a, Subducamus ſummam. Att.5.t 10.12.a, Scilicet iſta quidem ſumma ne egò multò libentius emerim diuerſorium. ad Fab.lib.7.29.9.a, Quum ipſa pecunia, quę Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modò quãta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat. pro Clu. 70. Reliqua patebant, & cum Terentiæ ſumma congruębant. Att.7.t 32.7.a, Neſcio utrum acceſſionem decumę centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro Rab. Poſth. t9. a, Remittere alicui de ſumma vel de capite. 5. Verr. 69.a, Rogaui, vt ſiquid poſſet, ex ea ſumma detraheret. Att.libr. 10.t95.19.a, Non refert parua nomina in codices, imò omnes ſummas. pro Q.Roſc.a.a,

Summatim.

Summatim adhuc ad te: nihildũ enim à Balbo, Att.t5.323.1 r.a, A me pauca cognoſces, & ea ſummatim. ep. 10.28.6.a, Breuiter & ſummatim deſcribere. in Or.28.a, Summatim hæc erãt de corpore animoque dicenda. de Fin. t 33.b, Nunc iam ſumma eim caponam quibus criminibus Oppianicus damnatus ſit. pro Clu.13.a, Nunc exponamus genera ipſe ſummatim. 2. de Orat. 237.a, & pro Clu.t3.a, Si ſummatim, non particulatim narrabimus. ad Her.1.14.a, Quod & ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. t. de Or.t31.a. De iure ciuili. Itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. Att.5.104.1.a, Summatim ſcribere. 15.Att.t2. & to.fam.61.

Summanus.

Quid Summanus in faſtigio Iouis Opt. Max. qui tum erat fictilis, è cęlo ictus: eſſet. &c. 1. de Diu.29.a.

Summerſus, vide Submerſus.

Summitto, vide Submitto.

Summoueo, vide Submoueo.

Summus.

Syngrapha ſeſtertij centies per legatos facta eſt in gynæceo. in Ant.178.b. Si prefectus vellet eſſe ſyngraphæ cauſa, me curaturum, vt exigeret. Att.5.110.10.a Tamquam enim ſyngraphã ad imperatorem attuliſſes, non epiſtolam, ſic pecunia ablata domum redire properabas. 7. fam.31. Alterum putabo regẽ, ſi habuerit vnde tibi ſoluat qđ ei per ſyngraphã crediḋiſti. de Aruſ. reſp.26. Lex Gabinia de ſyngrapha & de verſura. Att.5.53.& 6. 27. Pergitiſne vos, tãquã ex ſyngrapha, agere cũ populo? pro Mur. 34. Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat, &c. 3. Verr.64.a, Facere ſyngraphas cũ aliquibus. pro D.ſua, 98. Qui legatione hæreditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. 3. de Leg.18. Cybiram cum inanibus ſyngraphis venerat. 6. Verr.26.a

Synodia.

Iniecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Ser. Sulpitium colloqui. ad eum miſi Philotimum libertum cum literis. ſi vir eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, primus nos qui ſolemus. 10. Att.18. σύνταγμα retractatius. 16. Att.7. σύνταγμα aliquod ad nos conſcribas. 8. fam.7. in ep. Cæl. Duo magna συντάγματα abſolui. 12. Att. 60

Syro.

Prædicatio tua mihi valde gratã eſt, eaque te vti facile patior, cum apud alios, tum me hercule apud Syronem noſtrum amicum. 6. fam.38

Syr-

Syrtis.

Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potius: facilius enim adea, quæ viſa, quàm ad illa, quæ audita ſunt, mentis oculi feruntur. 3. de Or. 26

T

T Litera vſi ſunt veteres pro D. vt Periamter, Caſſautra: pro Periander, Caſſandra, teſte Quintiliano lib. 1. 4. 12. Eadem inſuauiſſima. Or. 93

Taberna.

Taberna libraria. in Ant. 164. b. Claudere tabernam. pro D. ſua, 43. a. Tabernam alij inſtructam & ornatam Larini medicinæ exercendæ cauſa dedit. pro Clu. 141. a. Cum ambo in quandam tabernam diuertiſſent, ſimul cœnare voluerunt. 2. de Inu. 121. a. Tabernæ in ſpectaculis vnde ſpectaretur. pro Mur. 66. Tabernæ mihi duæ corruerunt. 14. Att. 11. Craſſipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ magna vis aquæ vſque ad piſcinam publicã. ad Quint. fr. 3. 32. Leno quidam Lentuli concurſat circum tabernas, pretio ſperãs ſolicitare poſſe animos egentium. in Cat. 122. b. Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. pro Do. 224. b. Occludi tabernas iubes. Acad. 36. b. Occluſis tabernis queſtus minui ſolet. in Cat. 122. b

Tres tabernæ, locus in Appia via.

Ab Appij foro, hora quarta, dederam aliam paulo ante a Tribus tabernis. Att. 2. 28

Tabernarius.

Clodius concitator tabernariorum. pro D. ſua, 11. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid eſt negotij concitare? pro Flac. 14. a. Dici non poteſt quomodo hic omnia iacent: niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupaſſet. 8. fam. 15. in ep. Cæl.

Tabernuculum.

Se, quum legeret libros, recordatum eſſe vitio ſibi tabernaculum captum in hortos Scipionis. 2. de Nat. d. 16. a. Ad tabernaculum eius perrexi. 4. fam. 37. in ep. Ser. Sulp. Cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens. de Diu. 87. b. Qui vna philoſophia quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocarunt. 3. de Or. 44. Si Domus vacua non fuiſſet, in campo Martio mihi tabernaculũ collocaſſem. in Piſ. 48. a. Ponere tabernaculum in litore. in Verr. 253. b. Proceſſit enim non vt a militari tabernaculo, ſed vt e Theophraſti vmbraculis. de Cl. Or. 18. a. Multis locis ne tectum quidem accipio & in tabernaculo maneo plerunque. Att. 76. b. & ep. 36. b. Perpotare totum diem in aliquo loco poſito tabernaculo. 7. Verr. 69. a. In ipſo ore portus, tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. in Verr. 241. b. Deinde ornat mulis, tabernaculis, centuriis, ſuppellectili. con. Rull. 72. b

Tabes.

Habet ardorem libido, leuitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus: ſed ægritudo quædam maiora, tabem, cruciatũ, &c. 3. Tuſc. 48. a

Tabo, ablatiuus.

Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis. Euiſceratus latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, Sanie & ſanguine atro. 1. Tuſc. 172. a

Tabeſco.

Itaque & Aquilonibus, reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore. 2. de Nat. d. 20. Ego autem vſque ad ſum enervatus, vt hoc otio, quo nunc tabeſcimus, malim ἐντυραννεῖσθαι quàm optima ſpe dimicare. Att. 2. 33. Ipſi ira acerba, vt tabeſcat dolore. Att. 2. 36. 6. a. Moleſtiis & morbo tabeſcere. 4. Tuſc. 29. Qui neque tabeſcat moleſtiis, neque frangatur timore. Tuſc. 217. b Ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. in Antonium, 29. a. Nobis in hac calamitate tabeſcendum eſt. Att. 3. 44

Tabificus.

Atque vt hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt (ægritudinem dico & metum) ſic hilariores illæ, cupiditas auide ſemper aliquid expetens, & inanis alacritas, non multum differt ab amentia. 4. Tuſc. 28

Tabula.

Actæonis tabula te ſtupidum tenet. Parad. 123. b. Tabula hæc vna ex hoc naufragio me delectat. 4. Att. 54. Amico Sabidio & Panthera, quod ad tabulam quos poneret non habebat. de Pet. 5. a. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit. Off. 3. 120. Tabulam in qua nomina eorum inciſa erant, reuelli iuſſit. 13. fam. 61. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? pro Roſc. Am. 79. a. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. de Cl. 188. b. Tabulas ac ſigna propalam collocare. de Or. 98. b. Imago Epicuri in tabulis & poculis, & annulis. de Fin. 125. b

Tabula, pro auctione.

Adeſt ad tabulam: licetur Ebutius, &c. pro Cæc. 11. a. Tum Næuius amicos corrogat, vt ad tabulam Seſtiam ſibi adſint hora ſecunda poſtridie. pro Quint. 4. Ad tabulam cum deſideraturus eram. 13. Att. 31. Id eſt, vt auctioni intereſſet. Ad tabulã venimus. 11. Att. 54. Sed heus tu, manum de tabula. 7. fam. 45

Tabula & Tabulæ, publicæ ſcripturæ cuiuſcunque materiæ.

Tabula & ſententia docuerunt. 1. fam. 44. Quod ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modo noua detur nobis, ſicut populo data eſt. in Ant. 234. b. Cui primũ comitiis tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quem in Senatu ſententiam rogabas tertium. in Piſ. 8. a. Tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum. 2. ad Q. fr. 19. Ne qua tabula vllius decreti Cæſaris figeretur. Att. 153. b. Tabulæ Dicæarchi: id eſt, de geographia. Att. 60. b. Tabulæ teſtamenti. 7. fa. 38. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. 12. fam. 2. Inſpectantibus nobis toto Capitolio tabulæ figebantur. in Ant. 177. b. Bibliothecas omnium philoſophorum vnus mihi videtur. XII. tabularum libellus, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare. 1. de Or. 96. a. Tabulas à Curio accepi, quas mecũ porto. 7. Att. 18. Decemuiri, qui XII. tabulas perſcripſerunt. 1. de Or. 90. b. Ille affirmabat ſeſe nomen Sext. Roſcij de tabulis exempturum. pro Sext. Roſc. 22. b. Tabulis refertæ villæ partim publicis, partim ſacris & religioſis. 3. de Leg. 28. An tuis ſolis tabulis cauſam te dicturum exiſtimaſti? in Verr. a

Tabulæ nouæ.

Tabulæ nouæ. 10. Att. 20. Tabulæ nouæ quid habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Off. 2. 123. Vindices enim tabularũ nouarum nouam tabulam vidimus. 11. Phil. 299. a. Periculum eſt, ne res ad tabulas nouas perueniat. Att. 83. b. Maxime expecto, ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Att. 236. b. Trebellius ſine tabulis nouis ſaluus eſſe non poteſt. in Ant. 207. b

Tabulæ, Syngraphæ.

Nam pro tabulis, & contra tabulas, &c. vel ſeparatim dicere ſolemus de genere vniuerſo. 2. de Or. 64. a

Tabulæ accepti & expenſi.

Tabulæ & codex. in Verr. 106. b. Tabulæ publicæ. in Verr. 87. b. Vnæ tabulæ proferantur. pro Font. 287. b. Facere ſiue conficere tabulas. in Verr. 88. b. Habeo & iſtius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentiſſime legi atque digeſſi. 3. Verr. 40. a. In tabulas abſolutum non retulit. 8. fam. 20. in ep. Cæl. In tabulas quodcunque commodum eſt, referre. pro Flac. 15. a. Ait me aliter ac dictum, in tabulas retuliſſe. pro Syl. 175. b. Si tabulas C. Fannius accepti & expenſi profert ſuas in ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quominus ſecundum illum iudicetis, non recuſo. pro Roſc. Com. 2. a. Eximere alicuius nomen de tabulis. pro Roſc. Am. 15. a. In nominibus eſſe, & in tabulis deberi. Top. 22. b

Tabella.

Cum tabella vobis dabitur Iudices, non de Flacco dabitur ſolũ: &c. dabitur de bonis ciuibus omnibus, &c. pro Flac. 76. a Tabella data, quam legem L. Caſſius tulit. de Cl. Or. 174. b. Etenim ſi populo grata eſt tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, vt quod velint, faciant. pro Plac. 62. a. Tabella iudicialis. 4. in Verr. 56. Tabella iudi-

Syrus.

Syrus neſcio quis de grege nouitiorum Romæ cos. factus. in Piſ. t. συζήτησις quotidiana. 16. fam. 28. ex epiſt. Cic. filij. συζυγία, id eſt, verborum coniugatio. Top. 7. Locus ex coniugatione, quam Græci συζυγίαν vocant. Part. 224. b

cij.pro Rab.Poſth.8.Vt tabella minus multos condemnat, quã ſolebat vox.3. de Leg. 34. Tabella quæ in comitiis occultabat ſuffragia.pro Planc.12.Tabella latebra.3.fam.49. Lex recitata eſt. diſcerem. & tabellam iubebo dari.3.de Le.11 Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria.1.Verr.13.De quo vos ſententiam per tabellam feretis? 6. Verr. 93. Quod meis comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis,ſed vocem viuam præ vobis, indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis.2.de L.Agr.20. Me vniuerſa ciuitas non prius tabella, quam voce priorem Conſulem declarauit.in Piſ.80.b,Idque non ſolum fronte atque vultu, &c. ſed etiam ſenſu ſæpe iam tabellaque docuerunt. ad Lēt. lib.1.9.62.a,Videtis in tabella iam ante quanta ſit facta labes, primo Gabinia lege,biennio autem poſt Caſſia.Læl.39.Nō fuit latebra danda populo,in qua bonis ignorantibus quid quiſque ſentiret,tabella vitioſum occultaret ſuffragium.de Leg.191.b, Sine tabella legem antiquaſtis.3. de Leg. 33. An expectē,dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diripiantur?in Piſ. 100.b Tabellæ iudiciariæ.2.Verr.20. Introductus Sta ilius cognouit magnum & ſignum ſuum,recitatæ ſunt tabellæ. in Cat. 113. b, Tabellæ miniſtrabantur.1.Att. 31. Tabellas diridere de reo. in Piſ. 76. Tu quidem obſignatis tabellis agis mecum, & teſtificaris quod dixerim aliquando,aut ſcripſerim.5.Tuſc.25.

Tabellę,pro picturis.

Tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabellis pictis, q̃ multi votis uim tēpeſtatis effugerint, in portumque ſalui peruenerint?3.de Nat.d. 66. Exedria quædam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculani:ea volebã tabellis ornare.ad Gallum,lib.7.24.10.a.

Tabellarius.

Ianitor,quis tu?a Marco tabellarius. in Ant. 175. b. Duabus tuis epiſtolis reſpondebo:vni. quam triduo ante acceperam a Leto. alteri, quam attuleras Phileros tabellarius.ad Pætum, lib.9.15.1.a,Tabellarius flagitat 15.fam.47.Sub.literas.Tabellarius diligenter mihi faſciculum reddidit.11.At.44.Tabellarius locuples.3.ad Quint.fr.39.Tabellarium fidelem non inuenio 1.Att.24.Tabellarium tardius ad te remiſi. 11. Att. 3. Tabellarij præpoſteri.15.fam 45.Alterum,ſi tabellari non ceſſarint,neceſſe eſt,&c.de Prouinc.Conſul.72.b.Tabellarij quotidie reſpondebant tempori.12.Att.51. Non dubito quin Dolabella,&c.tabellarios meos deprehenderit, literaſque interceperit.12.fam.19 in ep.Caſſij. Nos quotidie tabellarios noſtros expectamus.ad Terentiam,lib.14.22.1.a. Statim extruſi tabellarios, literaſque ad Ciceronem,&c.ad Brut.14.2.a. Tabellarios inſtituere.14.fam.24 Scripſi ad te, tabellarioſque complures Romam miſi.Caſſius ad Cic.12.3.a. Sed ſi dedita opera, cũ cauſa nulla eſſet, tabellarios ad te cum inanibus epiſtolis mitterem, facerem inepte.8.Att.51. Tabellarios ſcrutari,& excutere,pro eodem.10.fam.66.68.in ep.Aſinij Pollionis.

Tabellarius, adiectiuum.

Tabellaria lex ab L.Caſſio ferebatur: populus libertatem agi putabat ſuam: &c.pro Seſt.89. a. Lex tabellaria a Gabinio primum, deinde a L.Caſſio lata. de Cl.Orat.174.b.& de Amic. 104.b.Homo non libertate ut alij,ſed ipſa triſtitia & ſeueritate popularis: cuius quidem legi tabellariæ M. Antius Briſo Trib. pleb. diu reſtitit.de Cl. Or. 49.a. Qui autem non ſentit omnem authoritatem optimatium tabellarium legem abſtuliſſe.3.de Leg.50.a

Tabularium.

Vt iudicetur qui tabularium incenderint.3.de Nat.d.54.An de peculatu facto, ac de tabellario incenſo, longa oratio eſt exprimenda. pro Rab.perd. reo, 4.a. Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello incenſo tabulario interiſſe ſcimus omnes.pro Archia, 6.a

Taceo.

Enuntiabo apud homines familiariſſimos, quos ſemper tacui,& tacendum putaui.1.de Or.59.a.Qui de rebus noſtris diu tacuerat.Att.18.b. Illa omnia quæ tacuerat,effudit.16.Att.21. Vt taceam, concluſio ipſa loquitur.Acad.q.edit.1.lib.2.93.Nimium diu de rebus alicuius tacere.Att.1.14.9.a. Vt doceã Rullum poſthac in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe taceri velit.3.de L.Agr.3.a. Illi hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur.pro Seſt. 11.b An me taciturum tantis de rebus exiſtimauiſtis?2. Verr. 17.a

Tacens.

Tacente me probat.11.fam.49.in ep. Martij. Etiam me tacente, ſcire potes.12.fam.38.in epiſt.C. Trebonij.

Tacitus.

Accepit hanc plagam tacitus.5.Verr.114.a.Tacitus admirarer virtutes tuas.15.fam.20.Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi aſſentiare, nullam rem in me eſſe, quam ille contemnat: nullam in te, quam pertimeſcat.1.Verr.12.a. Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum.pro Marc.131.b. Occulta & tacita aſſenſio.pro Mil.8.a. Tacita eſſe poterit in id dignitas noſtra? pati poterunt oculi me cum Gabinio ſententiam dicere?Att.10.20.Tamen vocat me alio iandum tacita veſtra expectatio. pro Clu. 49. Tacita corporis figura coniecturam affert hominibus.pro Roſc.Com.11. a. Tacitum iudicium. 4.Att. 43 Nihil me mutum delectat,nihil tacitum.3.in Cat.70.a. Qui teſtes interrogari priore actione nolueris,& iis tacitum os tuum, præbere malueris, quamuis & te & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito.5.Verr.33.a. Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum: niſi ſiquid erit eiuſmodi,quod ſine ſumptu corrigi poſſit Att.2.18.2.a. Quo minus ſæpe aut interpelles a nonnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar.de Prouinc. 33. Omnis improborum vis diu collecta & inueterata, compreſſo odio atque tacito erumpebat in actum. pro Dom. 215.b. Sed aures tacito eum ſenſu ſine arte definiunt. Or. 217. b. Omnes tacito quodam ſenſu ſine vlla arte aut ratione,quæ ſunt recta aut praua diiudicant. de Or. 161. b. Tacito ipſo ſtudio quod habebat erga propinquum ſuum,quemuis commouere.pro Quint.14.b Id enim conſilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi neceſſario capiendum intelligo.2.Ver.20.a. Taciti congreſſus.Acad.q.edit.1. lib. 2. 6. Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ. 7. Verr. 143. a. Maximæ res tacitæ prætererunt.3. de Nat. d. 13. Id eſt, ſilentio prætermiſſæ ſunt. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt.ad Appium,lib.3.22. Quid expectas authoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis?1.in Cat. 15. a. Quaſi uero clarorum virorũ aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludricos ſermones, aut rerum colloquia leuiorum.4. Acad.11.a. Quædam tacitis exceptionibus cauentur.de Inu.79. b. Tacitis & occultis occaſionibus. pro Mil.103.b. Si volũtas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omnino non vteremur.pro Cæc.39.a

Tacite.

Huic ne perire quidem tacite obſcureque conceditur. pro Quint.28.Etſi perſapienter & quodammodo tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi, quæ non modo hominem occidi, ſed eſſe cum telo hominis occidendi cauſa vetat. pro Mil.7.a. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant ut ſe quoque,&c. dignos exiſtimetis quorum ſalutem tali viro commendetis. pro L.Man. 8. a

Tacito.

Quum id quoque conſtabit, vos iam me tacito intelligetis. 4. Verr.130.a

Taciturnus.

Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum, atque incultum videbant, gaudebant, & ad integritatem maiorum ſpe ſua hominem vocabant, materni generis obliti. pro Seſt.16

Taciturnitas.

Suſpicionem mihi maiorem tua taciturnitas attuli. Attic. 7.128.1.a. Taciturnitas confeſſionem imitatur.1.de Inu.70.Curiæ taciturnitas annua.in Piſ.24.a. Me non mouit illius oratio, ſed eorum taciturnitas. pro Seſtio, 32. Pecuniam ſtipulatam non eſſe taciturnitas teſtium concedit.pro Roſc.Com.8.a Vocis contumeliam expectas,cum ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus?in Cat. 100. b. Te arbitror male idipſum tacere,quàm taciturnitatem noſtram experiri.de Cl.Or.124.a Sed noſtri hominis tarditatem & taciturnitatem.ad Lent. 1. 5. 13.a. Ex taciturnitate noſtra noli quid aut probemus aut improbemus iudicare. ad Q. fr. 2. Quæ hoc tempore ſileret omnia: atque ea, ſi obliuione non poſſet tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. pro Clu.12.a. Taciturnitate me ſignificaſſe tibi non eſſe amicum.3.fam. 22

Tæda.

Ceres dicitur inflammaſſe tædas ex ignibus Ætnæ. in Verr. 225.b. Qui tædas candentes accipit.ad Her.38.b Furiarum tædis ardentibus. in Piſ.89.b. Circunſtant cum ardentibus tędis. Acad.q.edit.1.lib.2.81

Tędet.

Tædet ipſum,vehementerque pœnitet.2.Att.58.Quod ſi talium ciuium vos Iudices tædet,oſtendite.pro Flac.156.b.Prorſus

ſus vitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſerarium pleniſſima. Att.2.39.8.2. Quid quæris? tędet omnium nos vitæ. Att.5.104.2.2. Nam me cum antea tædebat, tum vero, &c. ep.95.b. Sunt homines, quos infamiæ ſuæ neq; pudeat, neque tędeat. in Ver.72.b

Talaris, Vide Talus.

Talentum.

Qunm legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quæ, &c.5. Tuſc. 131. a. Cyprij talenta Attica c c. dabant. Att.82. b. c c. talenta tibi Appolloniatæ dederunt, ne pecunias creditas ſoluerent. in Piſ. 98.b. Quinquaginta talenta Flacro dicit ſe dediſſe. pro Flac. 163. Tuſcul.246.b. Decem milia talenta Gabinio eſſe promiſſa. pro Rab.Poſtumo, 125.b

Talis.

Honos talis Populi Rom. voluntate paucis eſt delatus ac mihi. in Vatin. 7.a. Talis non eſt Argiua Iuno. de Nat.d.1.57. De ornatu ſimulachri loquitur. Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna, vel gloria, vt nihil poſſet accedere. de Amic. 11. a Cum eſſet talis, qualem te eſſe video. pro Mur. 131. b. Et talis qualem eſſe eum ſcripſeras. Att.19.b. Vt & ipſis, apud quos ageret talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur. 1. de Or. 4. a. Tale ac tantum iuſiurandum. ep. 15. 4. 41. a. Sed videtis vt ſenectus nõ modo languida atque iners non ſit, verumetiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens, tale ſcilicet, quale cuiuſque ſtudium in ſuperiore vita fuit. de Sen. 23.a. Talem te eſſe oportet, qui primum te ſeiungas, &c. ep. 146.b. Clodium tibi amiciſſimum exiſtima, ciuemque talem, qualis & prudentiſſimus & fortuna optima eſſe debet. ad Brut. 1. 4. a. Non talem videri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent. lib. 1. de Finib. 18. Non equidem hoc diuinaui, ſed aliquid tale putaui fore. Att. 16. 335. 4. a. Vir tali dignitate præditus. pro Cluen. 116. a. Tali ingenio præditus Lucullus. Acad. 1. b. Idque molitus eſt tali quodam modo. de Vniu. 198. b. Vt & non tales, quales antea habitæ ſint, aut plerunque haberi ſoleant. 1. de Inuent. 251. a. Tot, taleſque viri. pro Quint. a. Quum hæc talia ſint, quo minus quod ad me pertinebit, &c. Brutus ad Cic. lib. 11. 10. 9. a. Vereor, ne talium perſonarum minuam gloriam. 4. Acad. 10. a. Tales enim nos tunc putamus eſſe, vt iure laudemur. 1. Off. 119. a. Quales ſumus, tales eſſe videamur. 2. Off. 62. a. Omnem eam legem, &c. eſſe laudabilem talibus quibuſdam argumentis docent. 2. de Leg. 19. a De talibus rebus primus quæſiuit Thales Mileſius. de Nat. d. 1 19. Non audeo dicere de talibus viris. de Or. 137. b

Taliter.

Etenim audiueram nemini taliter licere. Att. 10. 53. Vetus codex legit aliter.

Talpa.

Quid talpam, num deſyderare lumen putas? 4. Acad. 144. a

Talus, pars pedis.

Purpura vſque ad talos demiſſa. pro Clu. 89. a

Talus.

Vt enim, inquiunt, ſi hoc fingamus, eſſe quaſi finem & vltimũ, ita iacere talum vt rectus aſſiſtat, qui, &c. 3. de Fin. 83. a. Quatuor tali iacti caſu venereum efficiunt. de Diu. 85. b. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquãt & teſſeras. Cat. 54. Brulla talis præclare ludens. de Or. 151. b. Libet autem ſemper diſcere, vt ſi velim ego talis optime ludere, aut pilæ ſtudio tenear, etiã fortaſſe ſi aſſequi non poſſim: &c. 3. de Or. 5n. a

Talaris.

Stetit ſoleatus Prętor Populus Rom. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in litore. 7. Verr. 69. Ac per eos dies quum iſte cum pallio purpureo, talarique tunica verſaretur in conuiuijs muliebribus, &c. 7. Verr. 26

Talarius.

Adde huc, ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. 1. Off. 210. a. Non enim vnquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit. Att. 1. 37

Talaria.

Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. 3. de Nat. d. 42. Nemo eſt iſtorum qui otium non timeat: quare talaria videamus. Att. 14. 48. Id eſt, paremus talaria vt hinc habeamus. Nonnulli codices habent induamus. Diuerſoſque pedes vinctos talaribus aptis in. Arato, 3. a

Tam & Quam.

Quod tibi tam facile credam, quàm alteri nemini. de Nat. d. 15. b, Nunquam reo cuiquam t. humili, tam ſordido, t. nocenti, tam alieno, tam præciſe negaui, quàm hic mihi. Att. 121. b. Iſtam inquam dexteram, non t. in bellis & in prælijs, quàm in promiſſis & fide firmiorem. pro Deiot. 4. a. Ne exquirendo audire t. multa poſſiunt, quàm multa ſunt, &c. de Nat. d. 1. 68. Nemo t. multa ne in Græco quidem otio ſcripſit, quàm multa ſunt. Or. 206. b. Tametſi non t. multum in iſtis rebus intelligo, quàm multa vidi. 6. Verr. 84. a. Vtinam Gracchus non t. fratri pietatem, quam patrię præſtitiſſet. de Cl. Or. 175. b. T. enim ſum amicus Reipu. quàm qui maxime. Metello, lib. 5. 2. 14. a. Nonne deum videri cenſes Aegyptiis? t. hercle. quam tibi illam noſtram Soſpitam, &c. de Nat. d. 1. 57. Quorum neutrum t. facile, quàm tu arbitraris, conceditur. de Diu. 82. b. Hic tam imbecillus, quàm videtis. pro Cæl. 53. b. Non eſt tam explorata ratio, quàm videtur. de Nat. deor. 1. 45

Tam, cum verbo.

Non me hercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris. ad Pætum, lib. 9. 25. 7. a

Tam, cum aduerbijs.

Vituperanda eſt rei tam maxime neceſſariæ tanta iniuria. de Amic. 112. b. Melius erat non dari omnino, quàm t. munifice ac tam large dari. de Nat. d. 37. b. Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? Att. 106. b. T. valde perhorreſcere. 5. de Finib. 53. a, Nihil eſt t. valde vulgare, quàm, &c. de Diu. 125. b. T. vehementer. de Or. 105. b. Ecquis vnquam t. palã de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quàm ille, atque illius amici, vt ne hæc mihi dilatio detur? 1. Verr. 12. a

Tamdiu, vide Tandiu.

Tamen.

Ea tibi non debeo commendare, ſed commendo tamen. 12. fa. 52. T. a malitia non diſcedis, tenniculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum. ad Pætum, lib. 9. 45. Lucretij poemata lita ſunt multis luminibus ingenij, multæ t. artis. Quint. fr. 313. b Cui cum Cato interceſſiſſet, t. eſt perſcripta. ep. 3. b. Tamen etſi, &c. ep. 58. b. Itaque eum qui audiunt, quanuis ipſi infantes ſint, t. illo modo confidunt ſe poſſe dicere. Or. 204. b. Vt modo vendat illis, nec t. ita vt, &c. de Aruſp. 254. b. Quid? ſi, &c. tamenne hanc rem ſic agemus, vt crimini aut inuidiæ reo putemus eſſe oportere, ſi quo de homine ſeuerius iudicauit? 7. Verr. 15. Quid ſi pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti? tamenne arbitrarijs id id te poſſe obtinere? pro D. ſua, 223. b. Tamenne iſta tam abſurda defendens? de Nat. d. 1. 55. Veruntamen, quid ſi, inquit, habes eiuſmodi cauſam, vt, &c. tamenne vereris vt poſſis hæc contra Hortenſium contendere? pro Quint. 52. a. Et t. nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν. ep. 210. b. T. nihilominus putabunt, &c. pro Clu. 33. b. Innocens eſt quiſpiam, veruntamen quanquam abeſt a culpa, ſuſpicione tamen non caret: tametſi miſerum eſt: t. ei, qui hũc accuſet, poſſum aliquo modo ignoſcere. pro Sex. Roſ. 27. b. Neq; minus hæc t. tua leuitas, &c. de Or. 107. b. Quod equidẽ nõ amiſi adhuc, & t. videtis annos meos. de Sen. 32. b. Ego pro patria ſolus exarſi, ſic t. vt, &c. de Aruſp. 253. b. Quare perui refert, me probare cogitationem tuam, ſi nihil t. tibi remittere poſſum. 10 Att. 35

Tametſi.

Non me hercule quæ loquor, crederem Iudices, tametſi vulgo audirem. 5. Verr. 50. a. Id tametſi priore actione ex Heraclij Syracuſani teſtimonio cuiuſmodi eſſet, cognouiſtis, tamen vobis alio loco, &c. demonſtrabitur. 4, Verr. 10. a. T. viciſſe debeo, tñ de meo iure dicendam. pro S. R. 36. b. T. ciuis Rom. virtutis cauſa iandiu eſt, tñ, &c. 4. Verr. 15. a. T. iactat ille quidem illud ſuũ arbitriũ. Att. 1. 7. 2. a. Verum fac te impetrauiſſe, &c. t. quæ eſt iſta laudatio, quum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt? 6. Ver. 16. a Verũ his de rebus non neceſſe habeo dicere ea quæ me P. Quintius cupit commemorare: t. cauſa poſtulat: &c. pro Quint. 7. a T. ſpero, &c. tamen faciam, &c. ep. 32. 58. 229. b

Tandem.

Quouſq; t. abutere Catilina patientia noſtra? 1. in Cat. 1. a. T. aliqñ poſſe conſiſtere. in Cat. 1. pro Qu. 17. b. Seruus Cn. Planci Brundiſij t. aliqñ mihi a te expectatiſſimas literas reddidit. 16. fam. 10. Ibis t. aliqñ quo te iampridem tua iſta cupiditas effrænata ac furioſa rapiebat. in Cat. 18. a. T. aliqñ Romæ eſſe cępimus. epiſt. 181. b. Vtrum hic tandem diſceptationem & cogitationem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? pro Flacc. 18. a. Perficere, vt iam tandem aliqui fateantur. 2. de Leg. Agr. 100. a. Qui tandem fieri potuit, niſi homines ea quæ ratione inueniſſent, eloquentia perſuadere potuiſſent? 1. de Inuentione, 4. a. Hoc per ipſos deos, quale tandem eſt? de Nat. d. 22. b. Quod genus t. eſt iſtud oſtentationis & gloriæ? pro Rab. Poſth. 23. a. Hoc per ipſos deos, de quibus loquimur, quale tandem eſt? 1. de Natur. deor. 146. a. Vtrum hic tandem cogni-

gnitionem veritatis fore putas, an, &c. pro Flacc.151.b. Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe, & profligatum putatis? 2.in Catilin.26.a. Quarum tandem, inquit Catulus.de Orator. 106.b. Quomodo eum tandem laturum eſſe exiſtimas? de Finib. 77.b. Cecinna vtrum noluit tandem, an non potuit accedere? pro Cæc.35. Aliquando tandem poſſe conſiſtere. pro Quinto, 63.a. Quonam tandem modo? 3.Tuſcul.quæſtion.13.a. Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? 1.de Leg.5.a. Literæ iam tandem mihi redditæ ſunt a Cæſare.epiſt.239.b.

Tandiu.

Deum atque hominum fidem implorabis circumueniri C. Verrem, quòd accuſator nolit tandiu, quandiu liceat dicere.3.Verr. 16.a. Abs te tandiu nihil literæ.Att.2.b. Ego te abfuiſſe tandiu a nobis doleo,&c. Curioni, lib.2.1.4.a. Tibi aſſentantur tandiu, dum ades.epiſt.132.b. Eas dum lego, minus mihi turpis videor, ſed tandiu dum lego. Attic.lib.9. 173. 11.a. Qui valuit tandiu, dum huc prodiret. pro Flacc.154. b. Feram tandiu, quàm ferre potero.de Cl.Or.186.b. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. 7.Verr.17.a. Ignominia autem illa grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in prouincia manſit. 4.Verr.47.a. Corpus tandiu gaudet, dum ſentit voluptatem. 5.Tuſcul.136.a. Tyberius enim Graccus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.2.Offic.61.a. Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo.Attic.136.b. Verbi enim controuerſia tandiu torquet Græculos homines.de Orat.89.b. Vixitque tandiu, quàm licuit bene viuere.de Clar.Orat.3.a.

Tango.

Villa quæ viam tangit.pro Mil.111.b. Cætera in magnis rebus, minæ Clodij contentioneſque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.ad Attic.lib.2.34.2.a. Fundos decem & tres reliquit, qui Tyberim fere omnes tangunt.pro Roſc.Am.12.a. Itaque ego, quo die tetigi prouinciam,&c. 6.Attic.6. Sed vt ſcriberem, tetigit.13.Attic.60. Sed vbi Xenocrates, vbi Ariſtoteles iſta tetigit? hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis. Acad.q.ed.1.lib.2.126. Lex cuius quam quiſque partem tetigit voce, ſuffragio,&c. repudiatus eſt.pro Domo ſua,123.b. Verres ſimul ac tetigit prouinciam ſtatim Meſſanam literas dedit, &c. 3 Verr.18.a. Idcirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab inuito.2.de L.Agr.69.a. Non omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam.pro Roſc.Am.51. Genu mehercule M.Antonium vidi, quum contente ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere. 2.Tuſcul.q.49. Et ne tangantur rationes ad Opis. 8.Philip.251. Nihil tangi poteſt quod careat ſolido. de Vniuerſ.15. Tangi quẽ quam oportuiſſe.15. Attic.21.pro occidi. Verum ita eſt vt dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam ſi tactus non ſis. pro Cæcin. 292.b. De præda mea p̃ter Quæſtores vrbanos, id eſt Pop.Rom. terunciũ nec attigit, nec tacturus eſt quiſquã. Canin.lib.2.16.7.a

Tactus.

Tactus a te aliquoties iſte locus.2.de Leg.8. Plus terrarum ſitus, quàm Lunæ tactus ad naſcendum valere.de Diuinit.128.b. Etruriam autem de cœlo tacta ſcientiſſime animaduertit, &c. 1. de Diuinitat.151.a. Tribuni ſanctiſſimum corpus non ſolum tactum ac violatum manu, ſed etiam vulneratum ferro, confectumque vidiſtis. Poſtquam.5.a. Genus illud tertium quod a Craſſo tactum eſt.de Orat.112.b. Quem locum miror a Poſidonio breuiter eſſe tactum,&c. Offic.3.11. Nattæ vero ſtatua, aut æra legũ de cælo tacta, quid habent obſeruatũ ac vetuſtum? 2. de Diu.114.

Tactus, ſubſtantiuum.

Tactus toto corpore æquabiliter fuſus eſt, vt,&c.de Natu.deorum 54.b. Et is ſolis tactus eſt, vt non tepefaciat ſolum, ſed etiã comburat.de Natur.deor.2.29. Voces vt chordæ ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant. de Orat. 163.b. Qua ex coniunctione cælum ita actum eſt, vt ſub aſpectum & tactum cadat de Vniuerſ.197.b. Qui non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur. pro Cæl.46.b. Quid de tactu? & eo quidem, quem philoſophi interiorem vocant, aut doloris aut voluptatis? Acad. 6.b. Tactu intimo percipere aliquid. Academic.quæſt.edit.1., libro 2.69. In ſolo tactu interiori Cyrenaici putabant eſſe veri iudicium, quia ſentiatur. Acad.q.ed. 1.lib.2.22. Tactus interior a philoſophis dictus, quia tactus organum non eſt ipſa caro, ſed aliquid ſubtus carnem, in quo eſt ſenſus omnium rerum tactilium. In tactu modus & mollitudinis & lenitatis.de Or.152.b.

Tactio.

Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum & tactionum & odorationum & ſaporum.4.Tuſch.q.31.a.

Tanquam.

Tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum appellere. 2. de Or. 84.a. Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo quæſtiunculam ponitis? de Orat.93.b. Neminem reperies, qui tanquam arma militis inſpicienda ſint, ita probet armatum. pro Cæc.296.b. Pugnandum tanquam contra morbum eſt, ſic contra ſenectutem. de Senect. 32.a. Apud eum ſic fui tanquam domi meæ. Seruil.lib.13.70.2.a. Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic,&c. ad Caſſium, lib.12.9.2.a. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neve te obrui tanquã fluctu, ſic magnitudine negotij ſinas. ad Quintum frat.lib.1. 1.6.a Oratoria & iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod priſtinũ detrudi & compingi videbam.1.de Orat.24.a. Aetatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentiæ, ſic Latinè loquendi.de Cla.Orat. 188.b. Ego tecum tanquam mecum loquor. Att.132.b. Video tibi etiam nouum accidiſſe tanquam mihi.Attic.6.111.10.a. Omnia deſyderantur ab eo (tanquam nihil denegatum ſit ei quominus paratiſſimus eſſet) qui publico negotio præpoſitus eſt. Cælius ad Ciceronem, lib.8.5.3.a. Nam Odyſſea Latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Dædali.de Cla.Orat.170.b. Illud te ad extremum & oro & hortor, vt tanquam poetæ boni & actores induſtrij ſolent: ſic,&c. ad Quintum frat.1.1.67.a. Repente enim te tanquam ſerpens e latibulis intuliſti.in Vatin.2.a. De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo videas tanquam ſi tua res agatur. ad Cælium, lib.2.15.19.a. Omnes, tanquam ſi tu eſſes, ita fuerunt. ad Quintum fratrem, lib.3.18.3.a. Vt iuſtum tanquam ſi eſſet Conſul, ſalutarent.in Ant.180.b. Qui tanquam ſi offuſa Reipublicæ ſempiterna nox eſſet, ita ruebant,&c.pro Sext.Roſc.33.b. Gloria virtutem tanquam vmbra ſequitur. 1. Tuſcul.quæſt.177.a. Nam illo ſi veneris, tanquàm Vlyſſes, cognoſces tuorum neminem.epiſtol.lib.1.10.1.a.

Tantus.

Equitatus tantus, quantum volet.Attic.106.b. Si enim hæc habere dicentur, non fuit tantus homo Sextus Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimum conquerantur. pro Sext.Roſc.39.b. Tantus ergo imperator non omni genere belli fuit, prælijs oppugnationibus, naualibus pugnis,&c.4.Academic.quæſt.6.a. Tantus in iocando lepos.de Orat.87.b. Sol maiorne quàm terra ſit, an tantus quantus videatur? 2.de Diuinitat.15.a. Si me amas tantum, quantum profecto amas.Attic.35.b. Tanta multitudo.Att.130.b Vrbs tanta atque talis. 3. de Natur.deor.133.a. Tantum ingenium in tam leues ſententias incidiſſe.de Natur.deo.1.42. Quid enim eſt tantum in vno aut altero die? Attic.7.31. Sed tantum ſtudium, tamque multam operam ponendam in eo non arbitratur.de Finib.49.b. Tantum & talem hominem.13.fam.89. Nomen tantũ virtutis vſurpas, quid ipſa valeat ignoras.Parad.118.b Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe ingenio.in Verr.135.b. Nequaquam enim tantum erat, quantũ homines loquebantur. pro Cęl.53.b. Multas habui conciones, nullam vnquam vidi tantam, quanta nunc veſtra eſt.in Ant.208.b Neque tanto ante exitium ac fati diem, Reipublicæ renunciaſſet.in Cat.114.b. Cum tanto plures abducti eſſent, quàm relicti. in Verr.350.b. Eſt alienum tanto viro vt es tu, quod alteri perceperit, id ipſum facere non poſſe.ad Brut.9.1.a. Tanta contentione quantum forum eſt.12.fam.12. In tanta re, tamque immenſa.de Natur. deor.29.b. Tanta ſimilitudine adiuncta ſunt falſa quędam veris, vt in ijs nulla inſit certa iudicãdi,& aſſentiendi nota.de Natura deorum,1.10. Hi tanti ignes, tamque multi.de Natur.deor.44.b. Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint, tanti receſſus.pro Marc.154.b. Tam multæ res atque tantæ. de Natur.deor.29.b. Tot tanteque res.de Orat.145.b. Iſta tanta tãque multa.de Orat.88.b. Tot tantaque vitia.in Verr.74.b. Quis vnquam tam breui tempore tam multa adire, tantos curſus conficere potuit? pro Pomp.10.b. Cum fines prouincię tantos haberet, quantos optauerat.in Piſ.90.b. Qui tantos progreſſus habebat in Stoicis.de Natur.deor.1.12. Qui tantas & tam infinitas pecunias repudiauit pro Quinto Roſc.49.b. Si tanta bella legiſſes, quanta & geſſit & cõfecit.pro Cor.Bal.64.b. Ex ijs, quę ſcripſimus, tanta etiam a me non ſcripta perſpicis. Att.17.b. In his tot & tantis malis.5.Tuſc.43.a.

Tanti.

Tanti me fugacem, mercenarium patronum hi ęſtimauerunt. in Saluſt.6.a. Eſt ergo vlla res tanti, aut cõmodum vllum tam expectendum, vt viri boni & ſplendoré & nomen amittas. Off.68.b. Id quidem non tanti eſt, q̃ quod, &c.pro Mil.112.b. Nihil mihi tanti eſt, faciam quod volunt.13. Att.55. Eſt mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire: dummodo,&c.2. in Cat. 36.a. Sed non eſt mihi tanti.in Catil.102.b Tanti nõ fuit Arſacem capere, Seleuciam expugnare, vt earum rerũ, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres. Cælius ad Cic. 8.40

Hic tibi in mentem non venit iubere hęc quoque vt referret,&c. fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes.6.Verr.14.a.Nihil tanti fuit, quod venderemus fidem noſtram. Brutus. ad Cic. 45. Id eſt, nihil tanti æſtimauimus, vt ſeruire vellemus. Tanti nihil fuit, vt a te abeſſe vellem.12. Att. 8. Nihil tanti fuerat nobis.5.Att.13.Tibi certe tāti non fuiſſet, vt ſocium fraudares.pro Quin.Roſc.48.b. Is non putat tua dona eſſe tanti.pro Cęl. 45. b

Tantidem.

Coegit Segeſtenſes a Docimo tantidem publice accipere. 5. Verr.70. a. Tantidem frumentum emere, quanti, &c. 5. Verr. 167. a. Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, voluntatem Decurionum ac municipium omnium tantidem, quanti fidem ſuam fecit. pro Roſc. Am.68.a. Tu C.Salluſti tantidem putas eſſe bis Senatorem fieri, quanti bis Conſularem.in Sall. 275.b

Tantiſper.

Cogitare tantiſper de aliquo reo. pro Cæc. 21.a. Deinde eſt in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus, &c. 2. de Iou.232. a. Sed video quid efficiat, tantiſper hoc ipſum magni æſtimabo.de Inu.81. a. Totos dies ſcribo:non quo proficiam quid, ſed t. impedior.Att. 12. 241. 3.a. Habes rationem mei conſilij: tibi igitur hoc cenſeo, latandum t. ibidem, dum efferueſcit hæc gratulatio, &c. ad Varronem, lib.9.2.9.a

Tanto.

Quòd ſi Cleomnes non tanto ante fugiſſet, aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet. 7. Verr. 71. a. Reperietis quinquies t. Iudices, amplius iſtum, quàm, &c. 5. Verr. 193. a. Tantone minoris decumæ vænierunt, quàm fuerunt? 5. Verr. 87. a. T. mihi videtur res obſcurior. de Nat.d. 2. 42

Tantopere.

Neque enim tantopere, &c. quantopere, &c.de Or.98.b.Neque enim t. hanc a Craſſo diſputationem deſyderabam quantopere eius in cauſis oratione delector.1.de Or.79.a. Iſtud neſcio quid quod t. didiciſti. pro Mur.20.Non poteſt igitur vterque ſapiens eſſe, quoniam t. diſſentiunt, ſed alter. 4. Academ. 240. a Nec tum iſtis t. pugnare,qui Græca legere malint, modo legant illa ipſa, nec ſimulent: &c. 1. de Finib.17.a. Neque hoc t.quærendum videtur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. pro Quint.1.a. T. & tam multis verbis a te petamus. 5. famil. 35

Tantum.

Id ſi præſtaret, quantum mihi æris alieni eſſe ibi edidit, tantum & plus etiam ipſe mihi deberet. Attic. 7. 123. 11. a. Tantum abeſt ab officio,vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. de Offic. a. Tantumque abeſt vt amicitiæ propter indigentiam colantur, vt ij, &c. de Amic. 47. a. Tantum abeſt vt ego,ex quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Att. 89. b. Tantum abeſt vt eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. Orator, 129. b. Is enim qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt vt ſe iudicet, perficiet etiam, &c. 2. de Finib. 88. a. Tantum abeſſe dicebat, vt id conſentaneum eſſet, vt maxime repugnaret. 4. Academ. 55.a. De fano illo, de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Attic. 190. b. Tantum ego & mihi confido, & ſic perculſus, &c. Plancus ad Ciceron. 10. 18. 8. a. Dixit tantum, nihil oſtendit. pro Flacc. 153. b. Nihil dicam arrogantius, tantum dicam totos dies, &c.pro Mur. 71. Non dicam quid acciderit (multorum enim, &c.) tantum dicam, &c. epiſt. 13. b. Tantum intereſt, quòd tu cum es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas, &c. 4. Academ. 255. a. Non tantum parum commode, ſed etiam turpiter. 1. de Orat. 115. a. Homines ruſticani nomine tantum noti. de Petit. 209. b. Tantum opinor, Hortenſi, ad hanc cauſam non accederent, ne in alterius imprudentia ſui pudoris æſtimationem amitterent. 4. Verr. 140. a. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne, &c. 4. Acadm. 163. a. Tantum opinio præiudicata poterat. de Nat. d. 1. 8. Nec quicquam poſthac non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præteritis. Att. 15. 47. Nec tantum proficiebam, quantum volebam. Att. 14. b Si enim iudicia nulla ſint, tantum vnumquenque ablaturum putant,quantum ſibi ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitrarentur. 2. Verr. 26. a. Tantum quantum ſat eſt. de Sen. 87. b.Si intellexero has literas tantum, quantum ſcribens confidebam,apud te pōdus habuiſſe ep.11.b. Tecumque ero tantum,quantum patietur vtriuſque ætas. ep. 70. b. Tantum quod aratoribus obſides non dedit. 3.in Verr. 81.& 5.105. Tantum quod hominem non nominat.in Verr. 99. b. Poſtea autem quàm alicuius culpa tantum valere vnus,vt obſiſti non poſſet,&c.ad Marium,lib.7.3.15. a. Tantū ex Arpinati veneram,quum, &c.7.fam.40. Id eſt, ſimulac veni.

Tantummodo.

Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. de Natu.d. 2. 116. Quid ego iſtius in eiuſmodi rebus mediocres iniurias colligo, quæ t. in furtis iſtius & damnis eorum, a quibus auferebat, verſata eſſe videantur? 6. Verr. 33. a. Neque eum oratorem t. ſed hominem non putant. 3. de Or. 29. a. Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit, t. vt vos, qui ea probabatis, poſſetis exaudire. pro Syll. 172. b. Velles enim, ais, t. vt haberem negotij, quod eſſet ad laureolam ſatis. ad Cæſium, lib.2.9.5. a. Si id t. vt taceas: nihil aſſequeris. 4. Acad.167. a

Tantundem.

Quæ morte teſtamentove eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes.2.de Leg.78. a. Magiſtratibus t.detur in cellam, quantum ſemper datum eſt. 5. Verr. 175. a. T. populo dandum eſt. Att. 197. b. & Quint. frat. 304. b. Ego tantundem, quantum ille popoſcerit. 5. Verr.19.a. Nihil neceſſe eſt,inquit: vndique enim ad inferos tantundem viæ eſt.1.Tuſc.q.167. a. Scipioni t.ſolutum eſt. Quint.frat.1.3.11. a

Tantulus.

Tantulum conſilium. pro D.ſua, 57. Malum tantulum.2. Tuſc. 111.a. Si ex eo negotio tantulum in rem ſuam conuertiſſet, &c. pro Roſc.Am. 67.a. Et vendidiſſet, ſi tantulum moræ fuiſſet, quominus ei pecunia illa numeraretur. 4. Verr. 65. a. Dices, Tantulane in cauſa? Att. 4.77.5.a. Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. Att. 1.9. 1.a. Putas ſolem eſſe tantulum? me.q.ed.1.li.2.114.Deinde cur tātulo vænierint.pro R.Am.77.a

Tantulum.

Quorum oratione ne tātulum quidem commotus eſt. 4. Ver. 77.a. Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit. pro Roſc. Am. 70. a. Si ex eo tantulum in rem ſuam conuertiſſet. pro S. Roſc. 37. b. De omnibus nobis ſiquis tantulum de recta regione deflexerit, non illa, &c. 7. Verr. 138. a. Si tantulum oculos deiecerimus, præſto eſſe inſidias, &c.7. Verr.142.a. Quòd ſi intereſſe quippiam tantulum modo potuerit, etiam amicitiæ nomen occiderit. 1. de Leg.50. a. Nec quiſquam poſthac non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris.Att.15.230.3. a

Tantillus.

Omitto enim vim ipſam omnium quę generantur e terra,quę ex fiſci tantillo grano, aut, &c. aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramoſque procreat.de Sen.42. a

Tardus.

Formoſus an deformis, velox an tardus ſit, &c.1.de Inu. 52. a Tardus & parum efficax.6.famil.31. in epiſt. Cæl. Tardus & hebes. Acad. quæſt. edit.2.lib.1.21. Tardus in cogitando. de Clar. Or. 113. a. C. Lentulus non tardus ſententijs, non inops verbis fuit.de Clar.Orat. 187.b. Ingenium eximium & tarda mens. 5. Tuſcul. 96.a. Tardum ingenium. de Orat. 119. b. Pontidius, Qualem exiſtimas, qui in adulterio deprehenditur? Tardum.2. de Orat. 153. Epicurus quem iſti tardum putant. Acad. quæſt. 24. b. Contraque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad paſtum, &c. 2. de Finib. 66. a. Ad quem veſtrum tam tardo ingenio fore putauit, cui, &c. 3. de Lege Agr. 4. a. Quidam nimis indociles tardique ſunt.1. de Nat. d. 19. a. Senſus hebetes, tardi & pingues.1. Acad.45. a. Tarda & ſera nimis,&c. de Diu. 122. b. Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Att. 10. 55. Principia orationis tarda, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. 2. de Orat. 118. a. Quo delictum maius eſt, eo pœna eſt tardior.pro Cæcin. 286. b. Qui in vlciſcendo remiſſior fuit,& qui in beneficijs remunerandis eſt tardior.Poſtquam.203. b. Sed eo tardior ad diſcendum fui, & qui in beneficiis remunerandis eſt tardior. Poſtquam.203.b.Tardior in te fuit.6.fam.12.Et redemptor non inopia aut inertia tardior fuit.de Diu. 118.b.Vt quanquam ante egebam conſilio, tamen animi dolore ſim tardior.15.Att.18.Id eſt, mēte quaſi obtuſiore.Aut etiam ſi ſis natura tardior. Cat.19 Tradere aliquid vel etiam inculcare, ſi quis forte ſit tardior. de Or.95.b. ſpondæus, quod eſt e longis duabus, hebetior videtur & tardior. Or. 218.b. Iuris dubitatio tardiorem me facit indicandum.pro Cec.286.b. In Manliano offendi Diphilum,Diphilo tardiorem.ad Qu.fr.318.b. Atque haud ſcio an ſatis ſit eum qui laceſſierit, iniuriæ ſuę pœnitere, vt & ipſe nequid tale poſthac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores.1. Off.51.a.93.b Solet idem Roſcius dicere, ſe,quo, plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum .1. de Or. 132.a.Nanque aut ſenes ad eas acceſſerunt, aut vſque ad ſenectutem in ſtudiis detinentur,aut ſunt tardiſſimi.3. de Or.51.a

Tarde.

Conſules qui Rēp.nimis tarde cōcidere mererēt. pro Seſt.8 b

Videte nũc illum,primum egritudinem e villa ſubito:cur veſpe-
ri?quid neceſſe eſt t.pro Mil.40.a.T.iter facere. Att.11.47. Aut
accedemus in Epirum, aut t.per Candauiam ibimus. 3. Att.7.
Quinetiam quum ſane aduerſis ventis vſi eſſemus,tardeq; & in-
commode nauigaſſemus.ad Terentiam,l.14.5.1. a. T.nauigare,
arbitror eſſe cõmodius,q̃ omnino non nauigare. 16.Att.12. Ce
leriter accipere,& t.percipere. pro Roſc.Cõ.18.a.T.tibi redditu
ro dabam,ſed amico.Tuſ.2 15.Att.77.b.Tardius facares.9.fa.14.
Illi in morbum & incidunt tardius,& recreantur ocyus.4. Tuſc.
49.a.Qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam quum
ſoluti ſunt,tardius ingrediũtur.1.Tuſ.61.Moueri celerius & tar
dius.2.de Nat.d.74.a. Et malit tñ tardius ad ſuorum laborũ fru-
ctus peruenire.de Prouinc.Conſ.76.b.Te Roma profectum eſſe
tardius,q̃ dixeras.Att.61.b.At ea res,de qua, &c.tardiſſime iudi
catur.pro Cęc.28.b.Sed ne tardius q̃ velle,Reip. gratularer.At.
154.b. Quo pp longinquitatem tardiſſime omnia perferuntur.
epiſt.22.b

Tarditas.

In ſenſibus eſt aliqua forte grauitas aut tarditas.Acad.q. edi.
1.l.2.50. Conſiderata tarditas de Cl.Or.178.b.Celeritati tardi
tas cõtraria eſt.in Top.23.a. Pleriſq; in rebus gerendis tarditas
& procraſtinatio odioſa eſt.6. Phil.209. a. Sed tanta fuit operis
tarditas,vt,&c.in Cat.115.b.Tarditas ingenij,ſtupor,debilitaſq;
linguæ.in Piſ.1.a.Tarditas literarum.15.Att.45. Certatim poſt-
hac,mihi crede,ad hoc tempus curretur, nec occaſionis tarditas
expectabitur.2. Phil.122.a.Tarditas ſententiarum,moraq; rerſi.
10.fam.46. Aut æterna in te,aut certe diuturna valebit opinio
tarditatis.de Or.1.62. Affert tarditatem iſta ſententia ad Dola
bellam perſequendum.11.Phil.308.a.Certe iſta legatio moram
& tarditatem afferet bello.5.Phil.182.Curſu corrigere tardita-
tem.ad Qu.fr.2.34. Sed noſti hominis tarditatem & taciturnita
tem.Lent.1.5.13.a. Propter tarditatem ſententiarum moramq;
rerum ep.156.b. Qui cum ingredi vix poſſet non ad inſequendũ
ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum impedimento fore pu
tabat.pro Rab.perd.reo,14.a. Ita vt nõnunquam cunctatione &
tarditate, dum otium volunt etiam ſine dignitate retinere, ipſi
vtrunq; amittant.pro Seſt.87.a.Quid abiectius tarditate & ſtul-
titia dici poteſt? 1.de Leg.38. Quod non Academiæ vitio, ſed
tarditate hominũ arbitror contigiſſe.de Nat.d.4.b. Atq; vt eſſet
menſura quædam, quæ in octo curſibus celeritates tarditateſq;
declararet, &c. de Vniuerſ. 40.a.Cauendum eſt ne tarditatibus
vtamur in greſſu mollioribus. Off. 1.181

Tardigradus.

Quadrupes tardigrada,agreſtis,humilis,aſpera.lib.2 de Diu.
198.a

Tardo.

Nos Eteſiæ vehemẽtiſſime tardarunt. Att.96.b.Nam M.Gla
brionem ſocors ipſius natura,negligenſq; tardauerat.de Cl.Or.
186.b. Nec Senatus eum tardabit. Att. 109. b. Quum eius alum
ad perſequendum non negligentia tardaret,ſed conſcientia ſce
leris,auaritiæq; ſuæ frænaret.5.Verr.151.a. Et me ſimilis rõ pu-
doris a præſentis laude tardaret.pro Cęc.299.b. In quo vereor,
ne ſi id quod vis,effecero,eumq; oratorem,quem quæris,expreſ-
ſero, tardem ſtudia multorum. in Or.2.a. At illa retulit, quæſi-
uitque quidam mihi videretur, accerſeremuſne te, &c. an
tarde & commorari te melius eſſet tibi. ad Brut.18.2.a. & 9.Att.
38.& 6.47. Omnium inimicorum animos, accuſatorumque
tardare. 4.Verr. 121. a. Mea quædam tibi non ignota dubita-
tio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tar-
dare.ad Cæſarem,li.7.5.3.a.Tardare te an melius eſſet.ad Brut.
57.Minus tardabitur curſus animorum.Tuſc.164. b. Vereor ne
exercitus quoq, noſtri,qui,&c.tardetur animis,ſi quicquid aliud
nobis,niſi de inſtanti bello cogitatũ putabunt.11.Phil.307.Scri
be quæſo nunquid putes Reip.cauſa tardandũ eſſe nobis.At.6.45

Tardatus.

Nec tarda diu ſpecies, multumq; morata,Conſule te tandem
celſa eſt in ſede locata. de Diu. 84. b. Si ea quæ ex tempore ſu-
ſcepta ſunt, vt agerentur, non tardata & procraſtinata ſunt. ad
Brut. 2

Taurus.

Ille nobilis taurus quem Phalaris habuiſſe dicitur.6. Verr.65.
At me hercle ego (dicam enim vt ſentio) quamuis amem me
ipſe, tamen non audeo dicere pulchriorem eſſe me, quam illu
fuit taurus qui vexit Europam.1. de Nat. d.54 An etiam The-
ſeus Marathonij tauri cornua comprehendit iratus? 4. Tuſc.40.
Tauri opimi iecur,aut cor,aut pulmo,quid habet naturale, quo
declarari poſſit quid futurum ſit? de Diu.2.22.Epicurus in Pha-
laridis tauro ſi erit,dicet,q̃ ſuaue eſt hoc,q̃ hoc non curo. Tuſc.
2.13.Ille dixerit ſane idẽ in Phalaridis tauro,quod ſi eſſet in le-
ctulo.2.Tuſc.14. Cornibus ſe tauri defendunt,apri dẽtibus,mor
ſu leones:aliæ fuga ſe,aliæ occultatione tutantur.2.de Nat.d.96
Atq; vt tauris natura datũ eſt,vt pro vitulis contra leones,ſum-
ma vi impetuq; contendant.3.de Fin.101.a. Nos circum latices
gelidos,fumantibus aris,Aurigeris diuum placantes numina tau
ris,Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aqua, Vidimus im
mani ſpecie,tortuq; draconẽ Terribilẽ,&c.2.de Diu.49.Anagni
ni ſunt Muſtella ταξιάρχης,& Laco,q plurimũ bibit.At.16.29

Taxillus.

Quam literam etiam e maxillis,e taxillis,& vexillo,& paxillo
conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.in Or.86.a

Te, Vide Ego, Tu.

Tectum, Vide Tego.

Tecum.

Secreto hoc audi,tecũ habeto.7.fa.45. Si mihi tecũ minus eſ-
ſet.15.fam.31.pro,ſi minor vſus conſuetudinis mihi tecum eſſet.

Teda, Vide Tæda.

Tego.

Leges quæ tegunt omni ratione ſuffragium.de Leg.192. b
Amica corpus eius texit ſuo pallio.de Diu.138.b.Texit me con-
ſilio,authoritate,armis denique ſuis.3.fam.43.Is meam ſalutem
atque vitam ſua beneuolentia præſidioq; texit.pro Planc.1. Ma
iores vim armatam nulla iuris defenſione texerunt. pro Cæc.
303.b.Patris quam(vt leuiſſime dicam)certe texeram.pro Seſt.
28.b.Vt noſtram ipſi ſententiam tegeremus.5.Tuſc.17.Etiã atq;
etiam te rogo atq; oro,vt eum & in reliquijs veteris negotiatio-
nis colligendis iuues,& cæteris rebus tegas atque tueare. 13.fa.
69.Is ipſis diebus hoſtem perſequi,tum quum etiam feræ latibu-
lis ſe tegant,atque omnia bella iure gentium conquieſcant: &c.
pro Rab.Poſth.26.a.Qui ſummam prudentiam ſtultitiæ ſimula-
tione texerit.de Cl.Or.168.b. Triumphi nomine tegere ac vela
re cupiditatem ſuam.in Piſ.44.a. Vultu dolorem animi tegere.2.
Ver.14.a.Id te amiſiſſe concedis,quod ne mendacio quidem te-
gere poſſis.pro Quint. 55.a. Ignauiam ſuam tenebrarum ac pa-
rietum cuſtodijs tegere.pro Rab.red.reo,16.a.Summam pruden
tiam ſimulatione ſtultitiæ tegere.de Cl. 26.a. Tegere ſuam ſen-
tentiam. Tuſ.l.5.8. Tegere ſuffragium.3. de Leg.34.Multis enim
ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obten
ditur vniuſcuiuſq; natura. Qu.fr.1.1.22.a. Etenim animus eius
vultu flagitia parietibus tegebantur. p Seſt.7.b.Tegi humo. Tuſ.
1.29.Non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt.Læl.40.
Arma eſſe ſuis nominibus,alia ad tegendũ,alia ad nocendũ:quæ
qui non habuerint,eos inermes fuiſſe vinces.pro Cæc.45.a

Tectus.

Tectus Vulcanijs armis.Tuſc.2.30. Qui occultus & tectus dr,
tñ abeſt vt ſe iudicet perficiet etiam,&c.de Fin.76.b.Tectus vir.
14.At.47.Tecta ciuitas auctoritate,& auxilio tuo.15.At.29.Tecti
ad alienos eſſe poſſumus.pro Roſc.Am.68.a.Propterea q pericu
la facile,vt hominẽ pręſtare oportet,innocentia tecti pellemus.
pro L.Man.46.a.Beſtiæ abditæ,terraq; tectæ.Tuſ.q.235.b.Itaq;
tectis verbis ea ad te ſcripſi,quæ apertiſſimis agunt Stoici.ad Pę
tum, lib.9.54. Huc accedit, quod paulo tamen occultior, atque
tectior veſtra iſta cupiditas eſſet.pro Roſc.Am.63.a. Aliquem in
dicendo eſſe tectiſſimum.2.de Or.161.a

Tecte.

Tecte quicquid eſt datum,libenter accepi.Att.1.9.5.a. Tecte
declinare impetum aduerſarij.Att.9.b.Or.219.b.Quo tu in epi
ſtola appellas ſuo nomine,ille tectius periem.Pęto, lib.9.22.7.a
Vt & tectius ad vos perferrentur.10.fam.17.in ep. Planc.

Tectum.

Eius falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio, ſi
modo tectis ſatis eſt ad comitatum noſtrũ recipiendum.6. fa. 51
Abſolutum offendi in ædibus tuis tectum. Quint.fr.320.b. Mul-
tis locis ne tectum quidem accipio,& in tabernaculo maneo ple
runque.Att.76.b.Diſturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur,
& ad tectũ iam pene peruenerat.4.Att.13. Non modo extra te-
ctum, ſed ne extra lectum quidem.in Verr.341.b.Tectum proij-
cere.Top.11. Vaporarium quod eſt ſub tectum cubiculi. Qu. fr.
318.b.Tecto & ſedibus ſuis aliquem recipere.contra Rull.84.b
Tum erat ager incultus ſine tecto,nunc eſt cultiſſimus cum opti
ma villa.pro Quin.Roſc.50.b.Tecta cęlata,laqueata.Tuſc.1.69.
Tecta magnifica.Parad.7. Marmorea tecta auro & ebore fulgen
tia.

tia.in Parad.14. Firma tecta in domicilijs habere.de Cl.Or.139 a.Aurata tecta in villis & ſola marmorea facere. Parad. 62. Vos in veſtra tecta diſcedite.in Cat. 117.b. Vix in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur,&c.16.fam.9.Recipere aliquem tectis ac ſedibus ſuis.2.de L.Agr.89. 2. Illi magnam partē tectis ac tenebris continebantur.Poſtquam.199.b

Tectorius.

Exornare ſepulchrum opere tectorio. de Leg.183.b

Tectorium.

Totum in eo eſt, quod mihi erit curæ, tectorium vt concinnū ſit,pauimenta recte fieri videbantur.3.ad Qu.fra. 1. Atqui in illis, &c. dico eſſe ex qua tū tectorium vetus deletum ſit, & nouū inductum.3.Verr.104.Præterea typos tibi mando,quos in tectorio atrioli poſſim includere.1.Att.18.Neq; id opere tectorio exornari,nec,Hermas quos vocāt,licebat imponi.2.de Leg.60. Columna qua tectorium vetus deletum ſit, & nouum inductum. in Verr.105.b. Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectorijs videmus, Auſtro ſudorem videtur imitari.2.de Diu.86.a

Tectoriolum.

Bella tectoriola, dic ergo etiam pauimenta iſto modo:non potes. ad Pætum, lib.9.53

Tegmen.

Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra,&c.5.Tuſc. 66. Qui platani in ramo foliorū tegmine ſeptos Corripuit pullos. 2. de Diu. 96. a. Inde eſt ales auis lato ſub tegmine cæli. 2.de Nat.d. 165. a

Tegumentum.

Tegumentum corporis.de Fin.132.b.Tegumenta corporū vel texta vel ſuta.2.de Nat.d.113.Tegumenta,vel integumēta frontis.in Piſ.8.Palpebræq; quæ ſunt tegumenta oculorum, molliſſimæ tactu,ne læderent aciem,aptiſſime factæ.2. de Nat. d. 214. a Pennarumq; contextu corpori tegumēta faciebat.5.de Fin. 57. a Quærere flagitiorum tegumenta.pro Cæl. 37. a

Tegula.

De iſto licet bene ſperes:promitto tibi,ſi valebit, tegulam illū in Italia nullam relicturum.Att.9.20. Quum tamen tu nocte ſocia,hortante libidine,cogente mercede,per tegulas dimittere.2. Phil.62.a. Nec illi cæmētis ac tegulis meorum tectorum ſe famē ſuam expleturos putabant.pro Dom.225.b. Vt ſi quis villicus ex fundo, cui HS. dena merces eſſet, exciſis arboribus ac venditis, demptis tegulis,&c.5.Verr.99.a.Tegeatæ,populi.de Diu. 88.b

Tela.

Quanquam ea tela texitur, vt, &c.de Or. 3.125. Dialectica quaſi Penelope telam retexens. Acad.q.edit.1.lib. 2. 86. Domus plena telarum.6.Verr.52.a

Tellus.

Tellus,quæ media eſt & nona,neque mouetur,& infima eſt, & in eam feruntur omnia ſuo nutu pondera.Somn.Scip. 16. Quorū ſtirpes Tellus amplexa prehendit. in Arat. b. Iam ſi eſt Ceres a gerendo, ita enim dicebas:terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus,niſi terra? 3.de Nat.d.70.a. Ad Telluris quidem tuam ſtatuam locaui.Qu.fr.320.b. Telluris ædes ibi poſita, vbi Sp.Caſſij domus fuerat.pro D.ſua, 78. Telluris armamentarium. de Aruſp. reſp. 28

Telum.

Vſquequaque ſapere oportet:id erit telum acerrimum. Trebatio,lib.7. 29. Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuiū.Læl.55.Telum manu fugit.de Or. 157.b.Nemo Agrigenti,&c.qui non; &c.telumq;,quod cuiq; fors offerebat,arripuerit.6.Verr.85.a.E corpore cruentum telū eduxit. ad Her. 4. b. Cum etiam telum aduerſarius nullum iecerit. pro Qu. 2. b. Imitere telum. pro D. ſua, 32: a. Venenatum aliquod telum iniicere. pro Quint.5.a.Eſſe cum telo.pro Mil.203.b Edictum vt nequis cum telo ſeruus eſſet. in Verr.236.b. Vectius confeſſus eſt ſe cum telo fuiſſe.in Vatin. 53.b. Omnes ſciunt te ſtetiſſe in comitio cum telo. in Catil. 100.b. Tela quæ ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. pro Dom.221.b. Quū omnia tela vndique eſſe intenta in patriam viderem, ſubire coegit, atque excipere vnum pro vniuerſis. de Prouinc.Conſul.18.a Non enim ab iiſdem accuſatur M. Cælius, a quibus oppugnatur: palam in eum tela iaciuntur, clam ſubminiſtrantur.pro Cæl.15.a In me vno Conſulares faces iactæ manibus Tribunitijs: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæſerunt. pro Domo ſua, 50. a. De corpore Reipub. tuorum ſcelerum tela reuellente.in Piſ. 20. a. Qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret. in Cat. 112. b. Non dubito, quin ea tela quæ coniecerit inimicus, quàm ea quæ collega patris emiſit, leuiora atque hebetiora ſint.de Or.244. b. Conijcere omnia tela in aliquem.pro Quint.9.b.Tela depellere.pro Quint.4.Aut hoc contendat nunquam eſſe factum, aut omnia tela excipiat neceſſe eſt. 4. Verr.128. a.Tela in aliquo corpore exercere.7. fam. 57. Oratorum inter hoſtium tela incolumem verſari. 1. de Or. 100.a. Cupere debemus, quo minus manuū noſtrarum tela peruenerint,eodem gloriam famamq; penetrare.pro Arch.190.b

Temerarius.

Cupiditas cæca & temeraria.1.de Inu. 3. a. Indicabo temerarium meum conſilium tibi. Plancus Cic.10. 21. 5. a. Omnia turbulenta & temeraria periculoſa. pro Cæc.24.a

Temere.

Superior ætas numero cauit, niſi ſiquando temere ac fortuito. Or. 215. pro Syll. 269.b. T. & nullo conſilio adminiſtrare. 1. de Inu.74.a. Appetitus omnes contrahendi ſedandique, ne quid t. ac fortuitu, inconſiderate negligenterque agamus. Off. 1. 143 Audacter hoc dico, non t.hoc confirmo. pro Font.1.a. Corpora huc & illuc caſu & t.concurſantia. de Nat. 48. b. Non enim t.nec fortuito ſati & creati ſumus.1.Tuſc. 193.a. Qui hoc non in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris non t. niſi libertis ſuis deferebant.ad Quint.frat.libr.1.1.19.a. Inconſulte ac t.dicere aliquid. 1. de Nat.deor. 61. a. Plerique t. & nulla ratione cauſas in foro dictitant. de Or. 111.b. T. dicto concedi non oportet.pro Sext. Roſc. 19. b. Ego contra oſtendo, &c. quod neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædijs vnquam t. diſceſſerit. pro Roſc. Am. 48.a. Aliquid effutitum t.de Diu.132. b. Idque euenit non t. nec caſu. 2.de Nat. d. 4. Forſitan in ſuſcipienda cauſa t. impulſus adoleſcentia fecerim. pro Sext. Roſc. 23. b. T. & imprudenter facere aliquid. Att. 10.199.1.a. Nihil t.nihil imprudenter facturum.10. Att.28. in ep.Ant. Aſperſa t.pigmenta in tabula,oris liniamenta effingere poſſunt.de Diu.85.b. T. & effrænate ad potiendum incitari. Cat. 36. Omnino iraſci amicis non t. ſoleo. in Ant.217.b. Non t.fama naſci ſolet. ad Heren.4.43.a. T. opinari. Acad. q.edit.1.lib.2.118. T. procedere.Acad.q. edit.1.lib 2. 63 T. & nullo conſilio regi.de Inu.54. b. Non ſcribo hoc t. ad Figulum,lib.4.13. 14. a

Temeritas.

Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur,nec ad conſilium caſus admittitur. pro Marcel. 4. Temeritas, quæ a ſapientia diſſidet plurimum. 2. Off. 10. a. Quæ fuit illa temeritas? quid feci non conſideratiſſime? 9.Att.36.Quibus in rebus temeritas & caſus,non ratio & conſilium valet.de Diu.126.b. C. Cethegi furioſa temeritas. in Cat. 114. b. Temeritas inſignis, cum aut falſa,aut incognita res approbatur.Acad.q.ed.2.lib.1.32. Temeritas in cęlo nulla.2.de Nat.d.41. In quibus nulla temeritas, ſed ordo apparet.2.de Nat.d. 59. Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errorque turpis eſt.1.de Diu.13. a. Temeritas eſt florentis ætatis,prudentia ſenectutis. Cat.19.Temeritas P.Claudij bello Punico primo.2.de Nat.d. 6.Temeritas fortunæ.Parad.20 Temeritas falſarum opinionum.de Fin.1,35.Vir plenus inconſyderatiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis.de Aruſp.reſp.51.a.51.a Pleniſſimum temeritatis. Acad.q.ed.1.lib. 2. 104. Temeritatem cohibere,& ab omni lapſu continere. Acad.q.edit.2.lib.1.32.Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. 3. de Nat. d.83.a. Exercitus qui ſtultitia alicuius & temeritate adminiſtratus.de Inu.54. b. Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum,ſed impetu plerunque & quadam temeritate. pro Planc.260.b.Quid eſt temeritate fortius? 1.de Nat.d.1. Poſita non tam in noſtris conſilijs, quàm in fortunæ temeritate. Læl. 19. Temeritate noſtri amentiſſimi conſilij. 7. Attic. 36. Multi enim faciunt multa temeritate quadam ſine iudicio vel modo. 1. Offic.74. a. Temeritate enim remota, gratiſſima eſt liberalitas.2.Off.91. a

Temulentus.

Conſul temulentus. pro Seſt. 7. b. Vox temulenta. poſt red. in Sen.11. a

Temo.

Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod quaſi temone adiunctum præ ſe quatit Arctum.2.de Nat.d.158. a

Tempero.

Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant.2.de Nat.deor. 71. a. Vſque mihi temperaui, dum perducerem eo rem, vt dignum aliquid & Conſulatu meo & veſtra expectatione efficerem.10.fam.13. in epiſt. Planc.

Si ſuam copiam cum illis duobus generibus non temperanit. Or. 205.b. Hoc genus Iſocrates moderatius temperanit. Orat. 214.b Temperauit hæc tria in vnam ſpeciem. de Vniu. 27. Non ſolum ſociis in eo bello conſuluit, verumetiam ſuperatis hoſtibus temperauit. 4. Verr. 3.a. Temperauit partes ſingulas ex eodem, & ex altero, & ea materia. de Vniu. 29. Lycurgus qui Lacedæmoniorum Remp. temperauit. de Diuinat. 100. b. Ea cum tria ſumpſiſſet, vnam io ſpeciem temperauit. de Vnio. 198. b. Rem vero publicam noſtri maiores certe melioribus temperauerunt & inſtitutis & legibus. 1. Tuſ. 3.a. Oculorum & hilaritatis, & viciſſim triſtitiæ modum res ipſæ, de quibus agetur, temperabunt. Or. 202.b Temperanto cæli ratis regionibus fulgura augures. lib. 2. de Leg. 18. Temperauiſſem mihi in eo. 10. famil. 15. in ep. Planc. Noſtras inimicitias ipſi ioter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. pro Corn. 48. Vt qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit, quum tamé aliquid aſſequi poſſit, &c. pro Planc. 32.a Si cuiquam denique vlla in re vnquam temperauerit, vt vos quoque temperetis. 4. Verr. 11.a. Temperare acuta cum grauibus. Somn. Scip. 17. Aequaliter temperare. in Somn. Scip. 17.a. Moderatius aliquid. in Or. 102.a. T. ciuitates. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 3. Rempub. Lacedæmoniorum. Diu. 1. 82. Rempu. bonis & inſtitutis & legibus. Tuſc. 2. ſibi in aliqua re. ep. 147.b. victoriam. pro Marc. 4. Verrem nemini vlla in re temperaſſe. in Verr. 112. b. Te putee quiſquam, quum ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſocius téperaſſe, qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe volueris, &c. 3. Verr. 110. a. Cui mirum videbitur iſtum a maleficio non temperaſſe? ad Her. 11. b. Ortus & occaſus ſiderum, quorum vi cælum modo hoc, modo illo modo temperatur. de Diu. 127. b. Eteſiarũ flatu nimij temperantur calores. de Nat. d. 52. b. Temperari poſſe ea prudentia illius. 1. famil. 56. Cuius immanitas naturæ, ne vino quidem permixta, temperari ſolet. in Ant. 244. b. Nam ea quæ ſperas, Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe ſcio, &c. epiſt. 26. b Quod ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari non poteſt. Off. 76. b. In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes. Or. 216. b. At hæc interdum temperanda & varianda ſunt. Or. 206. b. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis, temperandiſque ciuitatibus, &c. 4. Academ. 6. a. Eum ſibi in concionibus credis a mendacio temperaturum. ad Her. 29.b

Temperans.

Temperans, voluptatem ſummum bonum ſtatuens, eſſe nullo modo poteſt. Offic. 1. 9. Sonus qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit. de Somn. Scip. 129. b Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans. pro Font. 282. b. Temperans in ea animum vniuerſæ naturæ permiſcebat. de Vniuerſ. 53. Temperantem, Græci σώφρονα appellant. Tuſcul. 3. 14. Frugi igitur hominem Indices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, &c. pro Font. 25. a. An temperantem eum dices qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? in Parad. 25. a. Quũ hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſo morbus oppreſſerit. Att. 15. 1

Temperantius.

Nam quod ais, ſi hic temperantius egerit, conſyderantius conſilium te daturum, qui hic poteſt ſe gerere non perdite? Att. 9. 6 Ad Ciceronem ita ſcripſiſti, vt neque ſeuerius, neque temperantius ſcribi potuerit: &c. 13. Att. 1

Temperantia.

Temperantia, eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. 2. de Inuent. 243. Temperantia eſt enim quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, vt rationem ſequamur, monet. 1. de Finib. 37. Temperantia, σωφροσύνη, moderatio, modeſtia, frugalitas. Tuſc. quæſt. 3. 14. Modeſtia vel temperantia, quæ moderatio eſt cupiditatum, rationi obediens. 2. de Finib. 50. Aderit temperantia, quæ eſt eadem moderatio: a me quidem paulo ante appellata frugalitas. Tuſc. 3. 32. Temperantia pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit. 1. de Finib. 72. a. Dicacitatis moderatio & temperantia. de Orat. 131. b. Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Offic. 19. b Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. 5. de Finib. 119. a. & de Nat. d. 3. 26. Temperantia difficilis in eo, quod ſemel admiſſum, coerceri reprimique nõ poteſt. 1. de Fin. 2. Quę tua prudentia & temperantia eſt. Att. 97. b. Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus in quo ineſt modeſtia & temperantia. Off. 4. b. Quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ ſit moderatrix omnium commotionum? Tuſcul. 5. 32. Temperantia, libidinum eſt inimica. Offic. 3. 162. Quemadmodum temperantia ſedet appetitiones, & efficit, vt hæ rectæ rationi pareant, conſeruatque conſiderata iudicia mentis: ſic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Tuſc. 4. 17. An temperantia ſinet te immoderate facere quicquam? Tuſc. 2. 28. Summa fuit eius in victu temperantia. 5. Tuſc. 80. Sed haud ſcio an recte ea virtus (nempe temperantia) frugalitas vocetur. Tuſc. 3. 14. Temperantia & moderatio naturæ tuæ. 1. famil. 51. Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur. Off. 71. b. Temperantiæ diuiſio, & quibus in rebus cernatur. Partit. 40. Temperantiæ exiſtimatione. 8. famil. 30. in ep. Cæl. Quæ vero moderandis cupiditatibus, regendiſque animi motibus laudatur, eius eſt munus in agendo, cui temperantiæ nomen eſt. Part. 236. b. Temperantiam imitatur immanitas in voluptatibus aſpernandis. Part. 43. Reſtat quarta pars quæ decore, moderatione, modeſtia, continentia, temperantia continetur. Offic. 75. b. Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. 1. famil. 51. Qui autem, ſi hoc maxime placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant, in eo quod, &c. de Fin. 49.b

Temperatus.

Perinde vt temperatus ſit aer, ita pueros orientes formari. de Diu. 127. b. Temperatus homo. 9. Att. 46. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris. in Or. 53.a. Vir iuſtus, temperatus, ſapiens. 3. de Nat. d. 126. a. Temperatus humanitate. 4. Att. 21. Moderatione paulominus temperatus. Att. 11. 227. 3. a. Oratio permiſta & temperata numeris. in Or. 113. a. Sed ita temperata tota ratio eſt, vt Reipub. conſtantiam præſtem. Att. 18. b Aequabile & temperatum orationis genus. 1. Off. 2. Hominem in ſumma magnitudine animi, multa humanitate temperatum perdidimus. Att. 4. 75. 1. a. Temperato calamo & atramento. 2. ad Quint. frat. 35. Auribus magna oblectatio parata eſt, inuenta & temperata varietate & natura ſonorum. 1. Tuſcul. 97. a Temperati moderatique mores. ad Cornificium, lib. 12. 58. Vtamur quaſi equis temperatis, ſic amicitijs, &c. Læl. 108. b. Si modo temperatis eſcis modiciſque potationibus eſt affectus. 1. de Diu. 188. a. Temperatior nullus Cæſare in victoria. 8. famil. 43 in ep. Cæl. Neque eſt vlla temperatior oratio, quàm illa, &c. 2. de Or. 117. a. Homo ſanctiſſimus ac temperatiſſimus. pro Font. 13. a Verres temperatiſſimi, ſanctiſſimique viri monimentum Dianæ ſimulachrum virginis in ea domo collocabit, in qua ſemper meretricum lenonumque flagitia verſantur? 6. Verr. 75. a

Temperate.

Ages, vt ſcribis, temperate. Att. 12. 249. 2. a

Temperatio.

Sol, mens mundi & temperatio. in Somn. Scip. 15. a. Temperatio hæc eſt Reipub. quæ effici non potuit, niſi tali deſcriptione magiſtratuum. 3. de Leg. 14. Temperatio modica & ſapiens iurĩ conſulum ſuperbiori & violentiori acceſſit creatione tribunorũ. 3. de Leg. 18. Cæli temperatio, fœcunditas terrarum. 2. de Nat. d. 10. Temperatio ciuitatis. Tuſc. 4. 1. Temperatio corporis dicitur, quum ea congruunt inter ſe, e quibus conſtamus. Tuſculan. 4. 23. & libr. 1. 55. Temperatio iuris, quum poteſtas in populo ſit: auctoritas: in Senatu. 3. de Legib. 26. Hoc temperatio lunæ, cælique moderatio efficit. de Diuinat. 128. b. Temperatio menſium. 2. de Leg. 13. Temperatio huius vitij præſto eſt. 3. de Leg. 26. Commutationes temporum quadripartitæ, ad temperationem corporis aptæ. Tuſculan. 162. b. Deinde ad temperationem ſuperiorem reuertit, in qua omnem animum vniuerſæ naturæ temperans, permiſcebat. de Vniuerſ. 202. b. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolus perſpiciſti. 6. Verr. 87. Probare temperationem Reipub. 3. de Leg. 18. a Temperatione trium partium proportione compacta. de Vniu. 35. Dic mihi, Lyſippus eodem ære, eadem temperatione, &c. 4. Ac. 150. a. Temperatio dicitur in opificijs mechanicis, qua fabrĩ æs, ferrũ, vel aliam quancunque materiam temperant, & ad operandum, idoneam reddunt. Semina temperatione caloris oriri, & augeſcere. lib. 2. de Nat. d. 19. Nec ſit quicquam, niſi corpus vnum & ſimplex, ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat & ſentiat. Tuſculan. 1. 19

Temperator.

Magni igitur iudicij, ſummæ etiam facultatis eſſe debebit moderator ille, & quaſi temperator huius tripertitæ varietatis. in Orat. 38. a

Temperamentum.

Inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari putarint. 3. de Leg. 23

Tem-

Temperius.

Memini te mihi Phamæ cœnam narrare: temperius fiat: cæte
ra eodem modo. 9. fam. 9

Tempeſtas, Tempeſtiuus, Vide Tempus.

Templum.

In Roſtris, in illo inquam augurato templo ac loco. in Vatin.
18. a. Deus is, cuius hoc templum eſt omne quod conſpicis. de
Somn. Scip. 1 a. Curia, eſt ſedes ac templum publici conſilij. pro
Dom. 100. a. Curia, eſt templum ſanctitatis. pro Mil. 69. a. Tem
plum deorum eſſe mundum hunc omnem Perſarum Magi cen-
ſuerunt. 2. de Leg. 27. Herculis templum eſt apud Agrigenti-
nos non longe a foro, ſane ſanctum apud illos & religioſum. 6.
Verr. 84. a. Templum Virtutis & Honoris a Qu. Maximo dedi-
catum bello Liguſtico, ac multo poſt a M. Marcello renouatum.
de Nat. d. 2. 43. De templo deducere. 2. de Inuent. 157. Ache-
rontia templa alta. Tuſcul. 1. 40. Ad cæli cærula templa. de Diu.
89. b. Templa efflata & liberata augures habento. 2. de Leg. 18
Templa publice vota & dedicata. 3. de Nat. d. 30. Templa Cu-
pidinis & Voluptatis. 2. de Nat. d. 45. Templa Mentis & Fidei
ab Attilio Calatino, in Capitolio conſecrata, & a M. Aemilio
Scauro dedicata. 2. de Nat. deo. 44. & 2. de Leg. 29. Templa
Opis, Salutis, Concordiæ, Libertatis. 2. de Nat. d. 45. Nonne
aſpicis, quæ in templa veneris? Somn. Scip. 14. Ad templa om
nia deorum tuo nomine gratulationem fecimus. 1 t. fam. 30

Tempus, capitis pars.

At iſte Graccho percutit tempus. ad Her. 41. b

Tempus.

Tempus autem eſt id quo nunc vtimur (nam ipſum quidem
generaliter definire difficile eſt) pars quædam æternitatis cum
alicuius annui menſtrui, diurni nocturniue ſpatij certa ſignifica
tione. de Inuent. 1. 55. a. Syderum errores, idipſum eſt quod
rite dicitur tempus. de Vniu. 42. a. Breue tempus ætatis ſatis
eſt longum ad bene honeſteque viuendum. Catil. 64. Tempus
breue imparatis longum. 3. Philipp. 124. Tempus diuturnum in
aliqua re conſumere. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2. 2. Tempus
emeritum. 6. Att. 40. ereptum e ſummis occupationibus. 1. Att.
28. graue. Diu. 2. 63. hyemale. Diu. 2. 25. idoneum ad agen-
dum. Off. 1. 199. anni idoneum. ep. 34. b Infinitum ætatis. de
Fin. 2. 72, præteritum, inſtans, conſequens, 2. ad Her. 38. a. Tem-
pus, interuallum, ſpatium in pede. Or. 216. b. Tempus liberum,
quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumq; nihil impedit, quo
minus id, quod maxime placeat, facere poſſimus. lib. 1. de Fin. 26
Opportunum tempus. Cælio, lib. 2. 18. 5. Tempus poſtmeridia-
num. Tuſc. 3. 6. Tempus ratum. Diu. 2. 33. Repentinum tem-
pus. pro Do. 23. Suſpicioſſimum tempus. pro Clu. 75. a. Tempus
vernum. Cat. 64. Vltimum tempus ætatis. de Fin. 2. 72. Anni autẽ
tempus libertatem maiorem mihi dat. Pollio ad Cic. 10. 33. 16. a
Tempus ciuitatis. 5. Phil. 192. Tempuſque diſceſſus abſurdum.
Att. 16. 333. 4. a. Ferendum id Scipio potius, quàm inimicitiarum
tempus cogitandum putabit. Læl. 54. Abijt illud tempus, mutata
ratio eſt. pro Mur. 6. a. Tempus Reipub. 123. & 5. in Verr. 34. Tẽ-
pus omne corpori datur. 9 fam. 47. Datum Lepido tempus eſt, in
quo eius leuitatem experiremur. Att. 278. b. Diligentia quanta
ſit, niſi tempus & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. pro Qu.
2. a. Tempus nihil noui efficit, & primũ quidq; replicat. de Diu.
lib. 1. 107. Tempus ſine mundi conuerſione effici non poteſt. de
Nat. deo. 6. b. Tempus eſt actionis opportunum, iuxta Stoicos.
Off. 1. 199. De qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulan-
di: purgandi autem mei neceſſarium. ad Appium, lib. 3. 1 a. 17. a
Nullum tempus eſt, quod iuſtitia vacare debeat. Off. 1. 93. Quod
enim tempus fuit aut noſtra, aut patrum noſtrorum memoria,
quo hæc ambitio non fuerit? pro Mur. 66. a. Quandiu tempus
turbulentum fuit. pro Dom. 214. b. Fuit tempus illud, cum puta-
rem, &c. de Or. 1. 2. a. Erit, erit illud profecto tempus, & illuce-
ſcet aliquando ille dies, &c. pro Mil. 52. a. Si commodius anni
tempus eſſet. Att. 9. 7. Nam ſi ego omnem vim oratoris in argu-
mentis & in re ipſa per ſe comprobanda poſuiſſem, tempus eſſet
iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere
2. de Or. 97. a. Sed extitit tempus optatum mihi magis, quàm
ſperatum, vt, &c. Licinio, lib. 5. 8. 4. a. Si tempus feret. pro Cæc.
299. b. Hoc noſtrum tempus ætatis forenſi labore iactatur. 3. ad
Quint. fr. 29. pro, ætas hæc noſtra. Tempus quomodo inſpicia-
tur. 2. ad Her. 37. Tempus vt ſacrificiorum libamenta ſeruentur,
fœtuſque pecorum, diligenter habenda ratio intercalandi eſt.
libr. 2. de Leg. 30. Tempus illud longum, cum non ero, magis
me mouet, quàm hoc exiguum. 12. Att. 19. Quod mihi tempus
Romæ præſertim vt iſte me rogat, manenti uacuum oſtenditur?

ad Qu. fr. 2. Quum tempus neceſſitaſque poſtulat. Offic. 1. 113
Cuius rei nõ modo non præteriit tempus, ſed ne maturum qui-
dem etiam nunc fuit. eo. 149. b. Præteriit tempus legitimum nõ
legis, ſed libidinis tuæ. 7. Att. 35. A me nullum tempus præ-
termittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi. ep. 5. b. Tibi quũ
omnia mea commendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis, quàm
ne tempus nobis prouinciæ prorogetur. Cæl. 2. 7. 7. a. Ante cõ-
mentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc
tempus. Sulp. 4. 6. 13. a. Veniet tempus, quum, &c. ep. 181. b. Quũ
tempus mortis veniſſet. Tuſc. 1. 41. Temporis aliquid imperitas
huic quoque cogitationi. 9. Att. 49. Si quem forte tui cognouiſti
amantiorem, quàm temporis. Qu. fr. 1. 12. Id eſt, fortunæ. Edi-
di quæ potui, non vt volui, ſed vt me temporis anguſtiæ coege-
runt. 3. de Or. 2. & 16. fam. 29. Temporis atrocitas. pro Seſt. a.
Temporis beneficium aliquando potius, quàm iam ſuum. 6. fam.
22. Temporis breuitate ab aliquid faciendo excludi. Academ. q.
edit. 1. lib. 2. 50. Eo factum eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcriberem ali-
quid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. Att. 1. 6. 3.
a. Qui ſimulatione amicitiæ coluntur temporis cauſa. de Amic.
101. b. Nec dico tpis cauſa, ſed ita plane probo. Ac. q. 28. b. pro
Flac. 28. b. Tpis cauſa fingere. pro Planc. 274. b. inſeruire. 6.
fam. 40. iraſci licet. pro Mur. 139. b. Sed ſi mihi ante hæc duriſ-
ſima tempora Reip. nihil aliud vnquam obiectum eſt, niſi crude-
litas illius temporis, quum a patria perniciem depuli: &c. pro
D. ſua, 2. Temporis decurſus. 3. fam. 4. Veſter honos ad mei tem
poris diem petitus. con. Rull. 66. b. Temporis flamma. pro Do.
54. Vtriuſque temporis fructuum tuli maximum. pro D. ſua, 76.
Id eſt, vtriuſque facti. Deinde profectus eſt id temporis, quem
iam Clodius, &c. redire potuiſſet. pro Mil. 20. a. Quos ego iam
multis ac ſummis viris ad me id temporis venturos eſſe prædixe
ram. 1. in Cat. 7. a. A temporis iniuria abeſſe. 16. fam. 9. Tempo-
ris longinquitas me mitigauit. 6. fam. 13. Temporis medicina.
5. fam. 47. Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem mo
leſtiam temporis prorogari. Curioni, lib. 2. 6. 9. a. Temporis mo
tus conſignandus e curſu ſiderum. de Vniu. 27. Multum tempo-
ris in iſta vna diſputatione conſumpſimus. Acad. q. edit. 1. libr. 2.
13. Cupiam in percipienda doctrina multum ſtudij fuiſſe & tem
poris. Qu. fr. 395. b. Quum philoſophiæ multum adoleſcens tem
poris tribuiſſem. Off. 2. 5. Nam quum vacui temporis nihil ha-
berem, &c. hæc dictaui ambulans. Att. 2. 38. 1. a. Cui temporis
plurimum fuit in virtute percipienda. 1. ad Quint. fr. 22. Tempo-
ris procella. 2. in Verr. 5. Propagatio miſerrimi temporis. Luce-
io, lib. 9. 14. 7. a. Iſte nullum temporis punctum vacuum peccato
præterire paſſus eſt. in Verr. 97. b. ep. 82. b. Nullo puncto tempo-
ris intermiſſo. de Nat. d. 1. 37. Eos puncto temporis viuere non
oportere puto. in Cat. 119. b. Illud pugna & enitere, nequid no
bis temporis prorogetur. ad Appium, lib. 3. 10. 11. a. Quod cui-
que temporis ad viuendum datur, eo debet contentus eſſe. Cat.
63. Affert enim & temporis reliqui recuperandi rationẽ & præ-
ſentis tuendi. 8. Att. 23. Ad temporis ſpatiorum ſignificationem
mundi partes notæ conſtitutæ. de Vniu. 57. Temporis tempeſtas.
7. Phil. 221. Longinqui temporis vſu & periclitatione aliquid
percipere. 2. de Nat. d. 121. Nunc nihil prætermittere videbere
vſitati & quaſi legitimi temporis ad petendum. 10. fam. 56. Tem-
poris vſurarum ſarcire. 3. fam. 1. Difficilia factu longi temporis
indigent. 1. de Inuent. 99. a. Sunt huius temporis. 12. Att. 53. Id
eſt, apta huic tempori. Primum tempori cedere, id eſt neceſſita-
ti parere, ſemper ſapientis eſt habitum. Marcel. lib. 4. 9. 5. a. Tem
pori obedire. Brut. 131. Sed ſtomachari deſinamus, tempori pa
reamus. Att. 7. 136. 3. a. Tempori ſeruire, & non amittere tem-
pus, quum ſit datum. 8. Att. 12. Officiis quæ illi tempori tribui
potuerunt. 4. fam. 20. Ad tempus accommodare ſe alicui. pro
Cæl. 40. b. Accurrunt tamen ad tempus tutores. in Verr. 104. b
Capere conſilium ad tempus. ep. 149. b. Dicere aliquid ad tem-
pus apte. Partit. 232. b. Nõ quo me ad tempus occurſurum pu-
tarem, ſed ne tardius, quàm cuperem, Reip. gratularer. 1. Phil.
6. Ad tempus redire. Att. 219. b. Sæpe ij qui debent, non re-
ſpondent ad tempus, Att. 251. b. Vſque ad vltimum tempus ſe-
nectutis. Cat. 56. In aliud tempus. 1. Att. 54. ſub. differenda.
Conſideranda ne in alieniſſimum tempus cadat aduentus tuus
Caſſio, lib. 15. 14. 9. a. Conſilia differs in tempus, quum ſcie-
mus, &c. Att. 151. b. Vereor ne in breue tempus dilata ſit abs
te pernicies. Brutus Cic. 16. 6. a. Quòd in id Reip. tempus non
incideris, ſed veneris. Curioni, lib. 2. 6. 3. a. Niſi id verbum in
omne tempus perdidiſſem. Tuſc. 168. b. & 1. fam. 41. Eiuſmodi
ſunt ij verſus, vt ab inimico Pompeij in tẽpus ſcripti eſſe videan-
tur. Att. 2. 47. Noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare
debent. 1. de Or. 91. a. Si ſibi illa res, atque ea faciendi cauſa per
idem tempus accidiſſet. 2. de Inu. 180. a. Qui per id tẽpus Quę-
ſtor

ſtor vrbanus erat. ad Heren.4.b. Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe. de claris Oratorib. 157. a. Caſtra per anni tempus facere non poſſum. Att. 130.b. Quum per anni tempus nauigare poteris, ad nos veni. 16.famil.2. Poſt tempus in aliena re facere, quod ille in ſua re, quum tempus erat, non fecit. pro Quint.9.b. Accommodare ſe alicui ad tempus. pro Cæl. 12. a Tempus minimum non amiſi tuendæ ſalutis. 12.famil.52. Neque ætatis magis idoneum tempus, hoc ſi amiſeris, vllum vnquam es reperturus. epiſt. lib. 10. 10. Id eſt occaſionem. Sed ad preparationem meam quiddam intereſt, non te expectare, dum ad locum venias, ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere. Luccio, lib.5.12.8.a. Tempus ſatis ſcite & commode cepit ad te adeundi.11.famil. 27. Id eſt, temporis opportunitatem. Niſi forte eam pecuniam in Reip. magnum aliquod tps contulerit. Off. 3. 126. Tempus omne conſumo, conſiderans. 8. Att. 26. pro, in conſiderando. Conſumere omne tempus in literis. Luccio, lib. 5. 15. 8.a. Omne tempus quod mihi ab amicorum negotijs datur, in his ſtudijs conſumo. in Verr.61.b. Liberum mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari: &c. Ruſo, libr. 5. 20. 22. a Tempus diff. re. 8. Philipp. 249. Tempus cupiam lege finire. 15. fam. 29. Id eſt præſcribere. Omne tempus vna fuiſſemus. ep. 71. b. Tempus habes tale, quale nemo habuit vnquam. 7. Phil. 234. Id eſt, occaſionem habes talem. Vix tempus habuerim huic tantulæ epiſtolæ. 1. Att.28. Id eſt otium. Noſtrumq; hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forenſi labore iactari, aut domeſticis literis ſuſtentari. ad Quint. frat. 3.21. 6.a. Nactuſque tempus hoc magis idoneum, quam antea, &c. epiſt. 3. b. Obſeruare tempus faciendi aliquid. epiſt. lib. 11. 17. Tempus perdere. de Or. 156. b. Tempus naſcendi nihil ad agendam vitam pertinere, ſed vim & naturam gignentium. Diu. 2. 75. Ponere tempus in aliquo magno officio. epiſt. 242. b. vel in loco. Att. 7. b. Neque ille tot ſuſpicionibus certorum hominum & ſcelere exulceratus, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixe mihi pollicebatur. pro Domo, 23. & 6. fam. 45. Tempus ad hanc rem ſume. 1. de Leg. 14. Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. pro leg. Man.a, Ipſe conficior veniſſe tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſim. 10. Att. 55. Tempore & die memoriam beneficii definire. poſt reditum ad Quirites, 18. Hic qui Romam veniſſet, ſatiſque fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, &c. rem ad amicos detulit. 4. Ver.66.a, Alieniſſimo tempore locare incipit. in Verrin. 109.b, Hortenſius alieniſſimo Reipub. tempore extinctus eſt, & ceſſit e vita ſuo magis, quam ciuium ſuorum tempore. de Clar. 165.b, Ea dicam vobis audientibus amiſſo iam tempore, quæ ipſi ſoli re integra ſæpe dixi. pro Mar. 134.b, Breui tempore ſum viſurus. epiſt. 131.b. & Top. 221. b, Id eſt, breui ſpatio temporis. Tempore deteriore aliquid facere, pro Quint. 11. Extremo tempore. Cat. 27. Quid tam nouum, quam adoleſcentulum priuatum, exercitum difficili Reip. tempore conficere? pro l. Man. 41.a, Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili Reipub. tempore, quum Tib. Graccho occiſo magnorum, &c. 6. Verrin. 97.a. & pro Pomp. 15.b, Hoc tempore, & vno tempore. ep. 50.b, Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo. Diu. lib. 1. 10. Tempore ipſo. t. ad Qu.fr. 42. Ego tam miſero tempore nihil noui conſilii cepiſſem. Plan. lib. 4. t. . 7. a, Flores omni tempore anni. in Verr. 225.b, Tempore meo perneceſſario. 5. Att. 45. Quodam tempore Metapontum veni tecum. de Fin. 125.b, Tempore reliquo. 10. fam. 31. in epiſt. Lepidi. Id eſt, in poſterum. Id non humano conſilio, ſed prope diuinitus datum atque oblatum vobis ſummo Reip. tempore videtur. 2. Verr. 1.a, Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe redditurum. in Verrin.a, Tuorumque triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo. Figulo, lib. 4. 13. 19. a, Quererer tecum atque expoſtularem, ni, vt ſupra ſcripſi, purgare me tibi hoc tuto tempore, quam accuſare te mallem. 3. fam. 39. Multas vno tempore accepi epiſtolas tuas: Att: a, Concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt. 2. de l. Agr. 28.a, Si tantulum offenſum, titubatumque ſit, vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore diuerſa perdamus. 1. Verrin. 40.a, Quod me de verſibus faciendis rogas, incredibile eſt mi frater, quam egeam tempore. ad Qu.fr. 3. 21. 5.a, A nullius me vnquam tempore aut commodum, aut otium meũ abſtraxit. pro Arch. 188.b, Vnum alterum menſem, prope annum denique domi tuæ piratæ, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt. 7. Verrin. 61. a, Ab, vel ex æterno tempore. 5. Tuſc. 100.a. & de Finib. 52.b, Ab initio feciſſe vel ex tempore aliquo. in Verr. 88: b, Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum grauiſſimo Reip. tempore, &c. 3. de Leg. 37.a, De tempore alicui commodare. 13. famil. 99. Ex tempore

admoneri. in Verr. 155.b, Id eſt, vt res fert. Ex tempore conſiliũ capere. Offi. 2. 47. Ex tempore dicere. pro Arch. 13. Ex tempore futura, &, Quæ iam parantur & cogitantur, contraria. 10. Atti. 2. Ex eo tempore quo primum ex Africa nuntius venit. a, Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore. de l. Agr. 6c. a. & 2. de Fin. 96. a, Nam cum teipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. &c. ad Appium, lib. 3. 4. 4. a, Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obſeruantiam, neque mihi tuam ſummam beneuolentiam ac liberalitatẽ defuiſſe. Licinio, lib. 5. 8. 8. a, Iſtius ille fundus eſt, quem ſine vlla controuerſia quadriennium, hoc eſt, ex quo tempore fundus venit, quoad vixit, poſſedit Cæſennia. pro Cæc. 14. a, In tempore quid conſiderandum. 2. de Inu. 148. Nihil moliris quod mihi latere valeat in tempore. in Cat. 100.b, In illo tempore. in Ant. 200. b, Tempora communia. 1. de Or. 2. Dubia formidoloſaque tempora. 7. Verr. 1. a, Dubia Reipub. tempora. pro Font. 27. a, Tempora erudita. 12. Att. 19. Tempora Heroica. Diu. lib. 1. 1. Priora tempora & poſteriora. Seſtio, lib. 5. 17. 1. a, Tempora priora in ruinis reipub. iacuerunt. 5. fam. 47. Tempora tria quibus principio vti non poſſumus. 1. ad Her. 8. Eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſequuta ſunt, vt, &c. epiſt. 4. b, Tempora autem Reipub. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Thermo, lib. 2. 17. 5. a, Tempora vim maximam habent. Part. 47. Nonnunquam eiuſmodi incidunt tempora. lib. 1. de Fin. 25. & Off. 7. b. Tempora quædam ſubciſiua incurrunt, quæ ego perire non patior. 1. de Leg. 7. Tempora valent in Repub. plurimum. 12. fam. 2. Temporum caſus. 1. de Or. 2. Nulla temporum circunſcriptio metitur ſpatio æternitatem. de Nat. d. 1. 16. Fuit hoc ſiue metum, ſiue Reipublicæ fatum, vt in me omnis illa inclinatio cõium temporum incumberet. pro Cor. Bal. 47. & pro Mil. 76. Id eſt, vt omnis illa Reip. fortuna. Motus temporum venientis anni. ; ad Qu.fr. 37. Hæc perturbatio temporum perditorum. Titio, lib. 5. 16. 6. a. Temporum ratio atque inclinatio permagni momenti in Rep. 7. Verr. 139. Temporum triſtitiam ſubire. 8. Att. 41. Temporum noſtrorum magna varietate. 6. fa. 19. Tpibus aſſentiendũ, ad Lent. 1. 9. 85. a. Paruit & tpibus & fortunæ meæ. 13. fa. 52. Neceſſe eſt. n. in tãta concurſatione perturbationũ, rerum tpibus potius parere, q̃ moribus. 11. Phil. 310. a. Tpibus parere ſcipiunt oẽs polliciti. 12. Att. 64. Tpibos nimis ſeruire. 10. fam. 5 Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. pro L. Man. 1. Id eſt, negotijs amicorum vel periculis. Tempora adipiſci. 1. fam. 21. Cõſeruare & notare tpa. in Or. 65. a Matutina tempora lectiunculis conſumere. Mario, libr. 7. 1. 3. a Heratini me ad ſua tempora duxerunt, vt agerem cauſam. Att. 62. b. Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, vt, &c. Luccio, libr. 5. 15. 5. a. Per hæc tempora. epiſt. 76. b Temporibus amiſsis quæ plurimum valent, præſertim in bellis ciuilibus. 15. fam. 41. Temporibus Clodianis 11. famil. 27. His temporibus difficillimis Reipubl. quicquid ſubueneris, id erit totum & proprium tuum. Planc. lib. 10. 5. 7. a. & pro Cæc. 287. b. & pro Seſtio. 3. b. Diuerſis temporibus. epiſt. 103. b. Duris quondam temporibus, &c. pro Corn. 61. b. Etſi Reipubl. cauſa maxime gaudere debeo, tantum ei te præſidii, tantum opis attuliſſe extremis pene temporibus. Planco, lib. 10. 12. 1. a. Et quoniam in grauiſsimis temporibus ciuitatis, atque, &c. pro Seſtio; 3. a. Hiſce temporibus. epiſt. 50. b. Temporibus illis. de Amic. 4. a. Sophiſtes temporibus illis vel maximus. de Nat. deor. 1. 44. Quis Thebanum oratorem ſcit fuiſſe temporibus illis; de Cl. 169. b. Fuit (vt temporibus illis) iuris valde peritus. de Cl. a. Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis (vt temporibus illis) ſatis eruditus. de Cl. 55. a. Eſt autem boni auguris, maximis Reipubl. temporibus præſto eſſe debere. 3. de Leg. a Temporibus his miſeris & extremis. 11. Att. 1. Optimis hercle temporibus, tum quum homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate atque innocentia tuebantur. pro Cluent. 77. a. & pro Seſt. 4. b. Quibus temporibus? Acad. quæſt. edit. 1. libr. 2. 1. pro, quando? Vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis. Marcello, lib. 15. 8. 2. a. Veſpertinis temporibus deliteſcere. 2. de Nat. deor. 75. a. Meis temporibus accidit. ep. 12. b Temporibus regentur quæ ſunt in fortuna. 6. famil. 37. Remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Tuſc. quæſt. lib. 1. 1. ſcilicet Reipub. intelligit enim tempora turbulenta bellorum ciuilium. A primis temporibus. epiſt. 48. b. In temporibus quæ cernenda. Part. 21. Summa vtilitate, ac maximo ſæpe præſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit. pro Cornelio Balb. 17. a

Tempus, commodum temporarium.

Et illa oratio potius temporis mei, quam iudicii, & authori-

tatis

tatis fuit. pro Clu. 100. a, Omnes illæ orationes cauſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. pro Cluen. a,

Tempus, authoritas & potentia.

Is omnibus exemplo debet eſſe, quantum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori, &c. de claris Or. 131. a, Qui tot annos ita viuo Iudices, vt ab illis nullo vnquam me tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas auocarit. pro Arch. 9. a, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid interſit, & quid a me cuiuſque tempus poſcat. pro Planc. 64. a,

Tempore, pro tempori.

Ego enim renouabo commendationem, ſed tempore 17. epiſtol. 33. Id eſt, quum ſe tempus dabit & occaſio. Satis putabat ſe ad conuiuia tempore venturum, ſi pridie veniſſet. 4. Verr. 89. & 11. Att. 10. Id eſt, mature. Ad cœnam tempore uenit Cannius. Off. 3. 76. Satis tẽpore ad eos accedemus, ac valebunt. ep. 168. b,

Tempeſtas.

Tempeſtas temporis. 7. Phil. 221. Eaque ipſa tempeſtate euerſa eſt Reſp. quam ego x 1 1 1 1. annis ante proſpexi. 10. ad Att. 9. Eadem tempeſtate. de Diu. 96. b, Tempeſtates ac temporum varietates. de Nat. d. 1. 4. Qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit. de Or. 3. 4. Id eſt, quo tempore. Qua tempeſtate Paris Helenam, &c. Or. 212. b, Virtus nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur. Part. 126. b,

Tempeſtas, bona, vel mala.

Tempeſtas cæli, id eſt ſerena, vel nebuloſa. de Diu. 127. b, Perfrigida tempeſtas. 6. Verr. 77. a, Si ſegetibus aut vinetis cuiuſpiam tempeſtas nocerit. de Nat. d. 59. b, Procella, tempeſtas, naufragium, ruina incendium. 2. Of. 26. a, Tempeſtas egregia, qua ego illum vſum puto. 9. Att. 53. Primam nauigationem (dũmodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Att. 2. 8. 6. a, Ventus vehemens, immoderata tempeſtas. pro Sexto Roſ. 40. b, Quũ magna in alto tempeſtas eſſet. de Inu. 74. b, Tempeſtas maris ſubita, quam ante prouiſa, terret nauigantes vehementius. Tuſc. 3. 45. Turbida tempeſtas. de Inu. 42. b, Alia Romę, alia Tuſculani euenit ſæpe tempeſtas. de Diu. 128. b, Quum homines tempeſtatis cauſa opere prohiberentur. de Or. 148. b, Tempeſtati nos traderemus, è portu ſine gubernaculis egreſſi. 7. Att. 44. Tempeſtati obſequi. 1. fam. 50. Ibi propter tempeſtatem ad v 1. Id morati ſumus. ep. 259. b, In tranquillo tempeſtatem optare, dementis eſt, ſubuenire autem tempeſtati quauis ratione, ſapientis. Off. 1. 115. Quas ego expectaſſem Brunduſij, ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. ad Terent. lib. 14. 4. 11. a, Tempeſtatem futuram proſpexi multò ante tanquam ex aliqua ſpecula. 4. fam. 6. Tu ſi ita expedit, velim quamprimum bona & certa tẽpeſtate conſcendas, ad meque venias. ad Q. fr. 2. 6. 5. a, Sedatis fluctibus & tempeſtate iam commutata. de Inu. 81. b, Quum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. de Diu. 125. b, Nullus dies tam magna ac turbulenta tempeſtate fuit, quin, &c. in Verr. lib. 7. 21. a, Tempeſtate abreptus eſt vnus. pro Lig. 142. b, Quaſi tempeſtate delati. Acad. q. ed. 1. libr. 2. 9. Nautas aduerſa tempeſtate in alto iactari. de Inu. 74. b, Iactatus magna tempeſtate. Tuſc. 228. b, Vt ſi quis ex alto tempeſtate ſubito reiectus optaret, &c. pro Cæc. 302. b, Tempeſtates, ac temporũ varietates, cælique mutationes. de Nat. d. 1. b, Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquæque tempeſtates. 3. de Nat. d. 70. a, Ad lacertas captandas tempeſtates nõ ſunt idoneæ At. 26. b, Turbulẽtiſſimę tẽpeſtates extiterũt. de Or. 85. b, Tẽpeſtates ſępe certo aliquo cæli ſigno cõmouẽtur, ſæpe obſcura aliqua ex cauſa concitantur. pro Mur. 35. a, Tẽpeſtatũ vis & concurſus calamitatũ. 5. fam. 36. Sũmi gubernatores in magnis tẽpeſtatib. nõnunquã à vectoribus admoneri ſolent. in Ant. 214. b, His tẽpeſtatibus es propè ſolus in portu. ep. 129. b, Tum ſubito magnis tempeſtatibus commotus fluuius Eurotas. 2. de Inu. 193. a, Tempeſtatibus multos menſes retentus eſt. 11. ad Attic. 36. & 16. famil. 10.

Tempeſtas, per tranſlationem.

Commutata tẽpeſtas. 2. de Inu. 236. a, Quos repentina aliqua vis & tẽpeſtas perculit popularis. pro Seſtio, 123. a, Tempeſtas comeſſationis. 3. de Or. 89. Quãta tempeſtas inuidiæ nobis impendeat. in Cat. 16. a, Tu procella patrię, turbo & tẽpeſtas pacis. ꝓ D. ſua, 105. a, Tẽpeſtas periculi. pro Seſtio, 24. b, Huius magnitudini animi, grauitati, ſapientiæ, tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis. 7. Phil. 221. a, Non fuit illud iudicium, &c. ſed vis (vt ſæpe dixi) ruina atque tempeſtas. pro Clu. 37. b, Nemo fuit qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderet. pro D. 83. a, Qui hac populi tempeſtate iactamur & fluctibus. pro Planc. 8. Maximæ & turbulentiſſimæ moleſtiarum tempeſtates. 1. de Or. 2. a, Tempeſtates populi Rom. ritibus cõſecratæ ſunt. 3. de Nat. d. 36. Tempeſtates meas omnes ſubieris. 15. fam. 20. Et quidem cęteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas. pro Milo. 3. Id eſt illa pericula. Nauis Reip. fluitans in alto tẽpeſtatibus ſeditionum & diſcordiarũ. pro Seſt. 37. a,

Tempeſtiuus.

Tempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes & extrema ſaltatio. pro Mur. 127. b. & pro Arch. 9. a, Sardẽniam cum claſſe venit, nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari. pro leg. Man 24. a, Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum, & tanquam in arbórum baccis terræque frugibus maturitate tempeſtiua, quaſi vietum & caducum, quod ferẽdũ eſt molliter ſapienti. de Sen. 5. a, Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire. 1. Tuſc. 176. a, Quantũ tẽporis alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs. pro Arch. 188. b. Att. 188. b. in Verr. 160. b, Aut tẽpeſtiuos fructus ex his capere poſſemus. Of. 2. 19. Natura quàm tempeſtiuos dedit, quam ſalutares omnibus animantibus ac ſtirpibus ventos Eteſias? de Nat. d. 52. b, Quas eos enim cœnas & facere & obire ſcripſit ad me Sextus? quam lautas? quam tempeſtiuas? 9. Att. 56. Ego vero ꝓpter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoque conuiuiis delector. de Sen. 42. a,

Tempeſtiue.

Neque enim ſerendi, neque colendi, nec tempeſtiue demetẽdi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum ſcientia eſt. de Nat. d. 2. 233. a,

Tempeſtiuitas.

Sua cuique parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. de Sen. 30. a,

Tendo.

Tendere inſidias alicui. pro Q. Roſc. 51. de Leg. 165. b, Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? 3. Off. 89. a, Tendere fugam. 8. Att. 55. Non intelligunt ſe populo Rom. non metum belli, ſed ſpem triumphi tẽdere. pro Font. 281. b, Ex perfidia & malitia, per quam inſidię tẽduntur alicui, dij immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſuerunt. pro Roſc. Com. 27. a, Animis omnes tenduntur inſidiæ vel ab iis, quos modo enumeraui, qui teneros & rudes quũ acceperunt, inficiunt. 1. de Leg. 69. a,

Tendere, conari & pergere.

Quid tendit, quum efficere non poſſit, vt cuiquam, &c. de Fi. 2. 13. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totũ tetendit. de Vniu. 26. a, Ad reliqua acri tendamus animo, ſic parati, vt, &c. 2. de Diu. 6. a, Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitũ properat vir optimus, vt ſit illi Octauius propitius. ad Brut. 17. 7. a, Itaque dubito an Venuſiam tendam, & ibi expectem. Att. 16. 333. 16. a,

Tendere, offerre.

Græcia tendit dextram Italiæ, ſuumque ei pręſidium pollicetur. 10. Phil. 275. Obſeſſa facibus & telis impiæ coniurationis, uobis ſupplex manus tendit patria communis. in Cat. 90. a, Tendebamque manus ad cæli cęrula templa. de Inu. 81. b, Tendet ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis dijs immortalibus tendere conſueuit. pro Fonteio, 31. a, Imperator dextram tendens, &c. de Prouin. 71. b, Cunctis ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porrigẽs atque tẽdẽs. 1. de Or. 91. a,

Tendiculæ.

Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiã vocant. pro Cæc. 48. a,

Tene.

Tene autem & Alipheram, & Tritia νύκτιςα et uidebãtur; idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabas, vbi mentio non fit iſtorum. 6. Att. 23.

Tenebræ.

Craſſæ tenebrę. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112. Quantæ tenebrę eruptione igniũ Aetneorũ, finitimas regiones obſcurauerint. 2. de N. d. 70. Quæſo quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt Att. 7. 130. 1. a, Siquid tenebrarũ offudit exiliũ. Tuſc. 3. 70. In tenebras eaſdẽ recidiſſe. ad Brut. 47, in ep. Brut. Homines ſolitudinẽ & tenebras nacti. de Fin. 98. b, Obducere tenebras rebus clariſſimis. 4. Acad. q. 132. a, Offundere tenebras vel caliginẽ alicui rei. 4. Ac. q. 211. a, Tenebris obſita loca. Tuſ. 1. 41. Latẽt iſta omnia craſſis occultata & circũfuſa tenebris. Acad. q. lib. 2. 22. Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam ſe peruentu-

roi putant. cont.Rull.74.b, Primum luce,non tenebris intelli gitur ſediſſe.in Ant. 175. b, Familiam abiectam & obſcuram e tenebris in lucem vocare. pro Deiot.20. a. Alias,reuocare. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. Calend. ianuar.deſpicere cœpiſtis.Poſt quam.4.a, Quæ tu in illis Reip.tenebris cæciſque nubibus & procellis cōſtituiſti.pro Domo, 19. a.& 13.fam.3.a, In tenebris tanquam in gurguſtio habitauerat. de Nat.d.1.17. Quæ iacerent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accederet.pro Arch.10.a. In tenebris non latere,neque eſſe abditam. 1.ad Q.fr.6. cui opponitur, In luce poſitum eſſe. Qui tanquā ſi offuſa Reip.ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris,omniaque miſcebant.pro Roſcio Amerino,55.a,

Tenebroſus.

Tempus tenebroſiſſimum.in Vat.8.a,

Tenebricus.

Hæc à Tartarea tenebrica abſtractum plaga,Tricipitem eduxit hydra generatum canem.2.Tuſc.38.a,

Tenebricoſus.

Illud tenebricoſum tempus ætatis tuæ patiar latere.in Vatinium.31.b,Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus. in Piſ. 13.a,Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ.de Prou.7.a, Ille verum eſſe plane negat, eſſe ſenſus quidem non obſcurus dicit, nec tenebricoſos.4.Acad.131.a,

Tenedus.

Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipſum qui apud Tenedios ſanctiſſimus deus habetur:vrbem illam dicitur condidiſſe,cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipſum inquam Tenem pulcherrimè factum, quem quōdam in comitio vidiſtis,abſtulit magno cū gemitu ciuitatis.3. Verr.34.a,

Tenedi.

Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi,Tenedi Tenem,&c.3.de Nat.d.52.a,

Tenedius.

Tenediorum igitur libertas,ſecuri Tenedia præciſa eſt, &c. Quint.frat.2.13.1.a,

Teneo.

